

TRACTATVS DE

IVRISDICTIONE PER, ET INTER IVDICEM ECCLESIASTICVM, ET SECVLAREM EXERCENDA,

IN OMNI FORO, ET PRINCIPVM CONSISTORIIS versantibus, maximè necessarius,

DOCTORIS MARTÆ, IVRISCONSVLTI
Neapolitani, in alma vrbe Aduocati,

IN QVO SINGVLORVM PRINCIPVM IVRISDICTIONES, & Dominia tractantur, & quomodo in casibus mixtæ Iurisdictionis procedendum sit, atque mandata Principum exequenda, & de Præuentionibus atque Inhibitionibus, ac Excommunicationibus ferendis, ob ipsam iurisdictionem.

DISCVTIVNTVR ETIAM OMNES ARTICVLI LEGVM, Statutorum, atque Edictorum Principum secularium, an comprehendant ecclesiasticos, & eorum bona: Tractaturque de omnibus casibus iudiciorum ciuilium, & criminalium, in quibus dubitatur, an seculares iudices procedant contra ecclesiasticos.

AVGVSTAE TAVRINORVM,
Apud IOAN. BAPTISTAM BELLAGAMBAM.
M. DC. XX.

SANCTISSIMO, ET BEATISSIMO PATRI, ET DOMINO NOSTRO PAVLO QVINTO

Pontifici Optimo Maximo.

DOCTOR MARTA SEMPITERNAM Felicitatem.

VETERIBVS monimentis testatum iamdiu vidimus, & quotidiano vsu receptum est, vt ipsi Summo Pontifici, quo nil excelsius in terris inter homines reperitur, quo in maiore dignitatis fastigio positus est, eo homines leuiora munera soleant offerre, vel quod paria, & digna dare diffidant, & quasi maiora voluerint, suarum virium tenuitatem doceant, vel quod verisimilius est, aduertant in donis, datoris potius deuotum animum spectari, quàm rei magnitudinem.

Ego, sanctissime Pontifex, dum ad osculandos pedes sanctitatis vestræ excurrere paro, conditionis meæ tenuitatis conscius, non alio officij genere ad illos procumbere licere videor, quàm offerendo hæc de Iurisdictione Ecclesiæ à me tot annis elucubrata volumina, & nunc expurgata felicissimo, atque augustissimo nomini tuo consecrata.

Et sanè cuinam potius tot lustrorum Iurisdictionis lucubrationes debentur, quàm tibi, qui es Vicarius Dei in terris, & à quo emanat omnis iurisdictio, vnicus in Orbe Pontifex, Imperator, & Rex, omnium Principum superior, rerumque & personarum supremus, & Dominus?

Qui sic iustè Christi populum, & Ecclesiæ auctoritatem regis, ita feliciter sacrę Theologię, & Iurisprudentię vim exerces, atque cęteros diuersarum virtutum, ac scientiarum gradus colis, quę te diuina quadam animi pręstantia ad summum omnium dignitatum fastigium euexerunt, cuius oues lupus

non disperdet, nec inueniet dormientem, imo die, noctuque vigilantem pro nostra omniúmque salute, vt triumphet Ecclesia tali, ac tanto dotata pastore, lętentur omnes in domino, exultent iusti, & glorientur omnes recti corde.

Tibi igitur de Iurisdictione tua libros, velut arcus triumphales ad æternam tuam memoriam, vt par est, celebrandam offero, & consecro.

Vtinam Deus ipse, cuius tu personam geris in terris, te firmum valentémque reddat, vt omni corporis molestia liberatus, diuinum illud munus fortiter obire possis, atque omnem curam in salute commissi tibi gregis, sanandísque reipublicę vulneribus ponere.

INDEX

INDEX PRIMVS, IN QVO MATERIÆ IVRISDICTIONIS IN TOTO OPERE CONTENTÆ PER CAPITA SVBIICIVNTVR.

INDEX CAPITVM SECVNDÆ PARTIS.

INDEX CAPITVM TERTIÆ PARTIS.

INDEX CAPITVM QVARtæ Partis.

Argumenta casuum primæ Centuriæ.

ARGVMENTA CASVVM
SECVNDÆ CENTVRIÆ.

DOCTORIS MARTÆ

IVRISCONSVLTI NEAPOLITANI, ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATI,

Tractatus,

DE IVRISDICTIONE INTER IVDICEM Ecclesiasticum, & Laicum exercenda.

PROOEMIVM.

Rem non nouam, neque insolitam aggredimur, sed antiquis etiam Iurisconsultis placitam. Tractatum omnium practicarum quæstionum iurisdictionis inter vtrumque iudicem, omnibus quidem exoptatum, sed quem interea nullus integrè ad effectum ducere ausus est.

Arduum sanè opus, quod non leuiter & perfunctoriè, vt plurimi fecerunt, sed accuratè, &, vt rei dignitas, & difficultas exigit, pertractandũ est. Quantis enim difficultatibus inuoluta sint iurisdictionis monumenta, est explicatu difficillimum, quod quidem minimè mirandum est: nam sunt prius multa cognitione comprehendenda, sine quibus haud facilè quisque poterit ad illarum scientiã peruenire. Primùm sunt omnes leges atque iudicia mente complectenda; item historiæ cognitio & totius antiquitatis memoria, quæ non solùm ex sanctis literis, verùm etiam ex Græcis & Latinis scriptoribus est diligentissimè repetenda. Nec interim disserendi facultas negligenda est, vt implicita definiendo explicari valeant, & ambigua distingui, & argumentum ratione concludi, vera denique à falsis internosci, ne videlicet veritatis locum vanitas fucata, inani quadam specie veritatis, obtineat.

Deinde opus est arte latius & vberius disserendi, vt facilius intelligi possit, quantis difficultatibus & contradictionibus plena sint scripta antiquiorum Doctorum, etiam iuris canonici, qui hanc materiam sparsim aliquando tetigerunt.

Tanta est igitur huius operis magnitudo, vt quò plura diffinias, eò maiora semper occurrant, habet enim fructuum innumerosam congeriem, vt veluti ex pingui agro, solo hærentibus seminibus, omni collecta fruge, post metentium terga spicas legere, ac ex grandi vindemia racemos carpere semper supersit, sicuti ex magno flumine noui semper riuuli renascuntur.

Quare non est dissimulandum iis, qui vel doctrina culti, vel rerum vsu exerciti sunt, inprimis arduum, & fortè ex omni humano opere longè difficillimum fore.

Ego Iacobus Antonius Marta, ingenio, ac doctrina me aliis inferiorem agnoscens, qui neque illius acumine, neque literarum scientia sum cum doctissimis, & eloquentissimis vllo modo comparandus, tanti operis prouinciam tentare non audebam.

Sed quia mirantur omnes, quid est, quod pro iurisdictionis ecclesiasticæ dignitate nequaquam satis multi ingenio, & excelsa naturæ vi præstantes viri iam inde ab initio sunt inuenti, qui vice publica commoti, eius propugnationem fortem aduersus eos suscipere voluerunt, quorum libidinoso sceleris furore, & effrenata audacia ius dicendi ecclesiæ vsurpantium, omnia diuina, humanaque iura & Principum priuilegia insolenter violata, corrupta, atque euersa videntur.

Vt alios mei ordinis professores elicerem, hãc inaccessam, & præruptis viis asperam viam, primus ipse volui periclitari, ac me prætentare, atque hominum iudiciis credere, saltem aliis ad sequendum viam aperiam: Nam si turpe est huiusmodi causis vel inimicis negare patrocinium, quantò magis iurisdictioni ecclesiæ, & veritati?

Laudandum certè desiderium, cùm etiam votum non assecutis, pulchrum & magnificum apud graues viros existimetur.

Est enim verè grauis, & solidæ gloriæ in tantis malis subuenire diuinæ ditioni, & omnes ægras, ac laborãtes eius partes oculis intẽtis intueri, atque in suam tutelam suscipere, eámq; in magnis tempestatum fluctibus afflictam, & propè demersam, non modò extollere, sed etiam amplificare posse pristinam eius dignitatem, atque omnia ea ad suum splendorem, & gloriam reuocare, quæ temporum, atque hominum iniuriis dilapsa in perniciem defluxerunt, quò magis iurisdictio ecclesiastica dignitatis suæ ornamenta, & stabilitatis suæ præsidia retinere possit.

Nec verò sum nescius molestissimam esse prouinciam eorum, qui diu, multúmque elaborarentur, atque in hominum indoctorum reprehensiones incurrêre: Hæc est fundi nostri literarij calamitas, veniam nobis dari volumus, quam aliis denegamus, iniquam in nos ipsos legem sancientes: Quòd si mutuis auxiliis starent docti, studiis mirum quanta fieret accessio, omnes enim in maius proueherc niteremur, nec aliis eodem contendentibus, viam calumniando obsepirent.

Quæ cùm ita sint, reformidandum censeo, ne plerisque parùm instructus in hac materia videar, qui ad opus tam exquisitæ dignitatis accedam. Sed omnia, quæ retulimus eiusmodi sunt, quæ possunt humano studio, ac diligentia comparari, propterea semper nitar ingenij tarditatem labore, & diligentia compensare, atque id efficere, vt quando cætera omnia doctrinæ præsidia, atque adiumenta nobis deerunt, studium certè, & diligentia minimè desideretur.

Itaque diuino fretus auxilio, profundi huius fluminis vadis exploratis, verticosis fluctibus me committam, difficilémque hunc nodum Gordianum, non ense recidendum, sed magna arte & industria, atque spiritus sancti gratia explicandum, hac ratione soluere aggredior.

Omnipotens desiderium meum exaudiat, & librum scribat ipse. qui iudicat, vt in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi per singulos gradus meos pronunciabo illum, & quasi principi offeram eum. Iob. cap. 31.

Iurisdictionis igitur hic tractatus quatuor principalibus absoluitur partibus. In prima agitur de origine, progressu, ac finibus iurisdictionis, & dominij, iam ab ipso mundi exordio singulariter describendo ditionem omnium, summi Pontificis, Imperatoris, cæterorúmque Regum, ac Principum totius orbis, atque etiam Rerumpublicarũ, & Statuum, vtque mutuo auxilio iuuari debeant, ideóque de ipsa imploratione auxiliaris brachij latissimè pertractatur.

Secunda pars per quinquaginta capita declarat omnes casus mixtæ Iurisdictionis, & quomodo præuentione acquiratur, atque de inhibitionibus à superiore iudice peragendis.

Tertia verò totam definit excommunicationis materiam ad effectum ipsius iurisdictionis, vbi habetur practica monitoriorum, & censurarum relaxandarum. Item agitur de effectibus ipsarum, appellationibus, & absolutionibus, atque remediis, quæ latis censuris, adhibenda sunt pro ipsa iurisdictione.

In quarta parte per duas centurias casuum discutiuntur omnes articuli legum Imperialium, Statutorum, Constitutionum, edictorúmque Principum secularium, an comprehendant Ecclesiasticos, & eorum bona, atque disputatur de omnibus casibus iudiciorum ciuilium, & criminalium, in quibus seculares iudices putant habere iurisdictionem in ecclesiasticos.

Quæ omnia si non potero perficere, nec omnino quæ pollicitus sum explere, id ab ingenij mei tenuitate, & minimè exquisita rerum doctrina proficiscitur: cura certè, & diligentia non deerit, quam etiam vtramque rem multum exacuit studium, quo valdè tot lustris incensus fui satisfaciendi Romanę ecclesiæ, vt non indignum illa, pro qua scripta erunt, omnino foret.

Venia autem dignus ero, qui nulli labori parcens, non malè penitus, negligenterque quod suscepi efficiam, quamuis numeros omnes propter difficultatem operis non impleuerim, nec fastigium ipsi, quod optabam, imposuerim.

Hoc certè præ me fero, vt si quod volui, non essem assecutus, meæ operæ insumptæ non pœniteret, si viam, quam cæteri sternerent, ipse aperirem.

SVM-

SVMMARIA.

CAPVT I.

Dominium rerum habuisse originem de iure diuino, non humano, atque soli Adamo fuisse elargitum.

1 DE origine, & progressu Iurisdictionis pertractantibus, necessarium est cognoscere vnde iurisdictionis † potestas descendat: prouenit autem à dominio, à quo inseparabilis est, ergo inprimis quærendum est de ipsius origine.

2 Et decisiuè procedendo, dico originem † dominij fuisse à Deo. Nam *Gen.cap.1.* dixit Dominus primis parentibus: *Crescite, multiplicamini, replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram.* Alia litera, loco eius quod dicitur, *& subiicite eam*, dicit, *& dominamini ei*, & hanc sequitur D.August.*super Gen.*ad literam, *& in li.14.de ciuit.Dei, c.21.* & sequitur, *dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram*, & hanc opinionem probat D.Thom.*in 1.part.qu.96, art.1.& art.2.* & aliis etiam mediis probat *in li.3.de regimine Princip.c.1.* omne dominium esse à Deo.

3 Sed hoc dominium † soli Adamo fuit elargitum: solus enim illius benedictionis tempore formatus erat, non Eua, *c.hæc imago 33.q.5.* & ita ordo sacræ scripturæ demonstrat, Eua autem fuit in paradiso formata, Adamo eò loci translato, *d.c.1.Gen.* ergo ante Euæ formationem temporalium rerum dominium fuerat Adami proprium non commune cum Eua, nam solus erat, & eius respectu, qui sociis caret, nihil commune dici potest.

Item *Ecclesiastici c.17.* dicitur: *Deus creauit hominem de terra, & secundùm imaginem suam fecit illum:* & sequitur; *& dedit potestatem eorum, quæ sunt super terram, & posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiis, ac volatilibus*, ergo solus fuit, qui pro illo tempore dominium habuit.

Item Dionysius *in lib.de diuinis nominib.c.12.* à Dominio dicitur dominus, dominator, & dominatus: vnde cùm de solo Adamo dicatur quod dominatus est bestiis, constat dominium illius fuisse proprium, non commune, & sequitur text.*Gen.c.1.& creauit ei adiutorium sibi simile, videlicet Euam*, & tunc dominium fuit cõmunicatum. Præterea post lapsum primorũ parentum, & antè diluuiũ, ac antequam essent reges, potuit aliquis dicere, hoc meum est: nam *Gen.c.3.* Deus dixit ad Adamum, *in sudore vultus tui vesceris pane tuo.*

Et hoc probat tex.*in c.dilectissimis.* † 12.q.2.vbi Beatus Clemens ait, communis enim vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, alius illud: Nec ex eo textu probatur primos parentes coniunctim habuisse temporalium rerum dominium, imò retorquetur, quòd diuisim habuerint, & ex auctoritate Philosophi, quæ eò loci inducitur, hoc concluditur: Habet enim, sicut non potest diuidi aër, neque splendor solis: Ita nec aliqua communiter data ad habendum, ex quibus verbis habetur, bona temporalia cõmuniter fuisse data ad habendum, ab eo, qui dare potuit, scilicet Deo, & illi, qui capax erat, nimirum homini, eius igitur proprium dominium factum est. Nec † Philosophus aëris, & solis splendoris comparationẽ inducit ad temporalia respectu dominij, vt sicut non habent illorum dominium, ita nec temporalium rerum, sed respectu indiuisibilitatis duntaxat comparationem fecit, vt sicut non potest diuidi aër, neq; splendor, ita nec reliqua communiter data ad habendum hominibus diuidi debent. 4 5

Probatur etiam *ex libro Sapientiæ cap.9.* ibi, *Deus patrum nostrorum, & diuinæ misericordiæ, omnia bona quæ fecisti, seruo tuo; & sapientia tua constituisti hominem, qui dominaretur † creaturæ tuæ, quæ à te facta est.* Item Abel secundogenitus Adami obtulit de primogenitis gregis sui, *Gen.c.4.* ergo poterat dicere se habere sui gregis dominium proprium. 6

Item post diluuium, præter ius gentium, poterat aliquis dicere † quid esse suum. Nam *Gen.c.9.* habetur, *Noë plantauit vineam, ac vinum ex ea bibit*, & negari non potest vtriusque fuisse dominium, quo tempore nullus fuerat rex. Et *Gen.c.12.* dixit Dominus ad Abraham, *in terra Canaam semini tuo dabo terram hãc*, quod fecit: ergo descendentes ex semine Abrahæ poterant dicere, ista terra est nostra. Item *Gen.c.26.* cùm descendisset Isaac in Gerara, dixit Dominus ei, *dabo tibi, & semini tuo vniuersas regiones istas*, quarum regionum ipse, & semen eius, non de iure gentium, sed ex largitione Dei, fuerunt Domini. Item *Num.c.21.* dicitur, *vnusquisque quod in terra prædicta rapuerat, suum erat*, quod nõ erat per iura Regum cùm ille populus Israeliticus, adhuc Regem non haberet, sed Dux tantùm Moyses præerat, & *Num.c.33.* Dominus ad Moysen dixit: *præcipe filiis Israel, & dic ad eos, cùm transieritis Iordanem, intrantes terram Canaam, disperdite cunctos habitatores illius, ego dedi vobis illam, in possessionem, quam diuidatis vobis sorte*, quod fecerunt, vt legitur *Iosue* 7

*sua c.*13.quilibet ergo illorũ potuit dicere partem,quæ sibi obuenit esse suã,quare hoc nõ iure gentiũ, sed diuino,quia populo Reges non erant.Itẽ *Num.c.*35.Dominus ad Moysen dixit; *præcipe filiis Israel,vt dent Leuitis de possessionib. suis vrbes ad habitandũ, & suburbia sint pro pecoribus & iumentis*;quod fecerunt,*vt cap.*14. *Iosua*.poterant igitur antequam illas darent possessiones, suas confiteri.

8 Sed pronomen † *suum* importat dominium, *l. non solum,§.meum.ff.de rei vindic.gl.in §.cùm in suo.Inst.de rer.diuis.* Bart.*in l.cùm res.C.si aliena res pign. data sit. & l.C.de thes.l.*10. Card.*in cle.fi.de procur.* Hippolyt. Rimin. *in cons.*191.*num.*16. *volum.* 2. Et hoc pronomen, *suum*, tripliciter dicitur, vel ratione iurisdictionis, vel proprietatis, vel protectionis, & est latũ vocabulũ, Sebast.*in consuet.Neapol. quæ incipit,si quis habet, in ver.suis*,tãtò magis poterãt dicere Leuitæ ex quo erãt ipsorũ per ordinationẽ diuinã,cùm Reges eo tempore nõ habebant.Quare clarè patet,post lapsum priorũ parentũ,ante diluuium, anteq; creationẽ Regũ, fuisse dominia propria,&probatur idem *in c.*1.24.*q.*9.

9 Quòd autẽ nullo iure humano, sed † diuino duntaxat tẽporaliũ rerũ dominiũ sit hominib. largitũ probatur ratione,quia nemo rẽ dare potest,cuius non est, vel alter eius volũtate,sed Deus est omniũ rerũ tẽporaliũ Dominus, vel ratione creationis,quia de nihilo fecerat,vel iurefactionis,quia de propria rei natura illã fecerat,ergo nullus Rex de illorũ dominio sine volũtate Dei disponere potuit. Vnde patet,quòd neque
10 iure naturali † primæuo,quòd omnib.animãtib.cõmune est, quia illud nihil statuit, sed inclinat, seu dirigit ad aliqua.Nec de iuregentiũ,nec de iureRegũ,vel Imperatorũ.fuit rerũ tẽporaliũ dominiũ introductũ, sed per ipsum Deũ,qui fuit,& semper erit rerũ Dominus primis parẽtib.collatũ,& solus Adam dominus factus
11 est,ante formationẽ Euæ:Fateor de iure gentium,&si ciuili,multos fuisse dominij acquirẽdi modos introductos, moduınq; agendi pro illis rebus tẽporalib. formatũ in iudicio,circa sui iuris propositionẽ: Ideo non
12 obstat *c.quo* † *iure,dist.*8. quia D.August. loquitur ibi de iure agendi in iudicio,cuius formam introduxit ius ciuile,&hoc voluit dicere per illa verba,tolle ius Imp. nullus.n.potest in iudicio proponere, quòd hęc villa sit sua, nisi per iura Imp. & ita intelligenda est opinio
13 illorũ Theologorũ,qui tenent dominiũ † esse de iure humano,videlicet quoad formam agendi,& vindicandi rem suam,prout August.intelligitur: Item quia hoc dixit disputãdo cũ hæreticis,quia *in c.*1.23.*q.*17.idẽ August.firmauit contrarium: ait enim,quamuis res quæcumque tenerentur, non ritè à quocumque possideri possunt, nisi vel iure diuino, quo cuncta iustorũ sunt, vel humano,quod in potestate est Regum terræ.

14 Et licet aliquando dominium † capiatur pro iurisdi-
15 ctione D.Thom.*in* 1.*part.q.*96.*art.*4.Tamen † Adam in statu innocentiæ dominium non habuit super Euã: nam dicit D.August.*li.*19.*de ciu.Dei*. hominem rationalem ad imaginẽ suã factũ, non voluit Deus,nisi irrationalibus dominari, non hominẽ homini, sed hominem pecori: At hominem subesse homini inductũ est ratione peccati,*Gen.c.*3.*Et eris subdita viro*.Et quòd dominiũ in hoc articulo differat à iurisdictione, pro-
16 batur:nam Deus † ab initio rexit mundũ per seipsum, vsq; ad Noe, Innoc.*in c.licet ex suscepto,nu.*3.*vers.quod melius intelligas,de foro comp.* & ibi Anchar.*n.*11.*vers.à principio*. Felyn.& cæteri Canonistæ. Petr.Bertrand.*in tract.de iurisdict.eccles.& secul.c.*1.*n.*9.

Et obseruauit Arist.ab antiquissimis temporibus,vt
17 refert *in* 2.*lib.polit.c.*1.quòd quãdiu senior † vnius familiæ viuebat tamdiu imperium gerebat, & filij nati, pendente vita eius, non principes aliorum natorum, vel familiarum additarum, sed Duces dicebantur sub imperio senioris,vt habetur *Gen.c.*36. dũ de Idumæorum Ducibus agitur,viuente Esau,qui erat pater Idumæorum, ergo Adam iurisdictionem non habuit super aliis rationalibus, sed tantùm quandam præeminentiam, tanquam senior & magis expertus ad dirigendum alios ad proprium bonum eius, qui directus est, vel ad bonum commune.

Ex his infertur primò,errare Iurisconsultos,qui putant dominium fuisse commune ab initio, & ita fuisse populorum:Nam probatum est dominium fuisse ab initio priuatum,& soli Adamo cõcessum, *& l.*1.*ff.* † *de* 18
const.prin. & §.sed quod pr. Inst.de iur.nat.gent. & ciu. quæ intelliguntur de Populo Romano,non bene allegantur ad fauorẽ Principum particularium, qui præscripserunt ex aliquo titulo præcedenti contra Imperium Romanum,& quantum ad Populum † Romanũ, 19
ostendam infra *in c.*3. initium habuisse per vsurpationem,ergo Principi dare,neque in eum transferre poterat dominium & iurisdictionem,quam iustè non habebat,ex reg.*l.lex vectigali.ff.de pignor.cum similib.*

Secũdo infertur non esse veram opinionẽ Accursij *in l.in rebus,in ver.naturaliter. C.de iure dot.* volẽtis quòd ab initio humanæ creaturæ non distinguebatur dominiũ,nisi quantũ ad vsum,quia omnia erãt communia,sed postea de iuregentium † fuerint introducta 20
dominia,& hanc opinionẽ sequuntur ciuilistæ,Bart.*in l.ex hoc iure,& ibi cæteri Doct.ff.de iust.& iur. & in l.*1. *ff.de acq.rer.dom.*Bart.& Doct.*in l.si id quod.ff.de cond. indebit.*Michael Vulcar.*in tract.de regim.mundi,q.*1.*n.*6.& probant hanc esse com.opin.Doct.Corn.Benincas.*in tract.de paupert.q.*3.*n.*12. Addentes ad Ias. *in d.l. ex hoc iure,n.*44. Marant.*de ord.iud.part.*3.*n.*7. *Syntag. Com.opin.tom.*1.*loc.*2.*cap.*1.*col.*1.*ver. nihilominus ipsum dominium*,& mouetur omnes per tex.*in d.l.ex hoc iure.*

Quia satis superq; ex allegatis tex.apparet contrariũ. Addi etiã possunt ad hoc leges † Dei, quib. pręcipitur: 21
Furtum non facies: Rem proximi tui non concupisces. Itẽ, *non apparebis in conspectu Domini Dei tui vacuus.* Quæ leges frustratoriæ essent, nisi dominium esset ab ipso Deo datum.Quare sic expono *legẽ*,† *ex hoc iure*,in cõ- 22
trarium allegatã,*in vers.dominia distincta*.Ex quo multiplicatis gentib. varia contractuũ, & conuentionum genera in mores,& cõsuetudines introducta sunt,quæ licet vtilitatis gratia videbantur inuenta, tamen etiam habebant honestatem: fidem.n.datam seruare debebant,propterea distincta, id est ordinata dominia, vt vnusquisq; mediantib. variis contractib. ab ipsis gentib. inuentis,obtinuisset fidem datam seruari. Distinguere † propriè pertinet ad leges.Vnde Cicero *in* 2.*li.* 23
de leg. lex est iustorũ,& iniustorũ distinctio. Sanè intellectus iste suadetur ex *vers.regna condita,&c.* Quia inuentis contractib. controuersiæ super rebus cõtractis oriebantur,vtile non modò fuit, sed necessariũ deputare aliquos ministros, qui controuersias audirent & cauerent ne à potentioribus humiles vim aliquã paterentur, quare Reges & magistratus cõstituerunt, non modò nõ aduersante, sed etiã suffragante naturali ratione,sc.vt maioribus pareamus: Idem suadetur ex *alio vers.& termini agris positi*.Quia cùm distinguere sit artificiosè diuidere,ad distinguendum propriè dominia,posuerunt terminos agris; vt faciliora essent commercia; non ergo dominia inuenerunt.

Item Accursius † suis dictis non stetit,quia *in d.l.ex* 24
hoc iure,in ver.dominia distincta.firmauit illa esse de iure diuino;ergo præfata communis opinio,neque lege, neque

neque Accursij auctoritate, quem sibi contrarium,
Doctores vt antesignanum sequuti sunt, subsistere
non potest.
Tertio infertur multò magis errare eos modernio-
25 res, qui tenent secundum legistas, dominium † esse de
iure gentiũ primario, quod est idem quod ius naturæ,
l.1.ff.de acq.rer.dom. Tantò magis, quia dicũt iure fun-
dari dominia, esse de iure naturæ, per *l.in pecudum, ff.*
de vsur. in vers. absurdum enim videbatur hominem in
fructu esse, cùm omnes fructus rerum natura, gratia homi-
nis comparauerit: & item habetur *in §.in pecudum, In-*
stit.de rer.diuis. Vnde inferũt, si dominium est de iure
naturali, ergo est de iure diuino, quia ius naturale de-
pendet à iure supernaturali similiter diuino. Quia ius
26 gentium primarium est idem quod ius † naturale ho-
minum, sed hoc fuit creatum à Deo ad simplicẽ finem
conseruandi indiuidua, & perpetuandi generationem,
ergo non potuit inducere dominium, sed iuxta Doct.
27 superius allegatos ius gentium † secundarium intro-
duxit dominium, quod differt à iure naturæ, siue iure
gentiũ primario, natura, fine, & præceptis, & propter-
ea differunt specie, vt magistraliter declarat hos termi-
nos Bolognett. *in tract.de multiplici signif.& diff.iuris*
& fact.n.15.& n.18. & inde poterunt edoceri.
28 Item, *l.in pecudum,* nõ est bene allegata. Primo, quia
nos loquimur de dominio, quod est ius disponendi
de re, Bart.*in l.si quis vi, §.differentia, ff.de acqu.possess.*
sed ibi loquitur de fructibus rerum, id est proprieta-
29 tis: proprietas autem & dominium differunt vt genus
& species, quia proprietas est ipsa res, *l.interdum. l.*
quæst.ff.de verb.signif. Item dominium inest personæ
singulari, cuius est sed proprietas non denotat quod
sit alicuius singularis hominis, Aret.*in §.omnium, n.21.*
30 *Inst.de actionib.* Item ibi natura † sumitur pro Deo, vt
exponit glo.*in d.§.in pecudum, in ver.natura,* & clarius
habetur *Inst.de iure nat. gent. & ciuil. in princ. & l.1.§.*
ius naturale, ff.eod.tit. sicut sępe solitum est apud Iuris-
consultos, vnde retentis suis terminis, posset argumẽ-
tum retorqueri, atque probari esse de iure diuino.
Denique non valet argumentum; est de iure natu-
31 ræ, ergo † diuino: quia consequentia subalternationis
non probat: nam etiam apud Philosophos anima sen-
sitiua, & vegetatiua in homine sunt subalternatæ in-
tellectiuæ, & tamen species distinctæ sunt, ac differunt,
& sicut species differt à genere, ita res subalternata
differt à suo capite.

SVMMARIA.

1 *Adam quomodo fuit constitutus dominus rerum, &*
quando fuit factus monarcha.
2 *Dominium Adami quomodo progressum est ad posteros.*
3 *Tyrannis prima à quo inuenta.*
4 *Gigantum vrbs quæ fuerit.*
5 *Sancti patres trahunt originem à Seth filio Adami.*
6 *Genealogia Adami vsque ad Noë, penes quos fuit do-*
minium rerum.
7 *Noë, quando suscepit filios, & quando fabricauit ar-*
cam.
8 *Noë successores quas partes mundi legitimè habitarũt,*
& potiti sunt.
9 *Nationes quæ originem habuerunt à filiis Noë.*
10 *Idololatria quando originem habuit.*
11 *Dominium rerum ab exitu Noë de arca, vsque ad A-*
braham fuit penes successores Noë.
12 *Nemroth quando ædificauerit turrim.*
13 *Linguarum nationum diuersitas quando originem ha-*
buit.

CAPVT II.

Dominium Adami quomodo probetur continuatum per
suas generationes vsque ad Moysen.

Adam † igitur vnus Dominus omnium rerum
inprimis cõstitutus est, & post peccatum sequu- 1
tum, quia opus erat regimine imperfectionis naturæ,
iterum solus Monarcha constitutus est, & dictum mu-
lieri; *Et eris subdita viro, Gen.c.3.* propterea tamdiu hæc
monarchia durauit, quamdiu vixit.
Sed videamus, vt post mortem Adami, illius domi-
nium † per successionem vsque progressum est, etiam 2
post diluuium. Primogenitus Adami fuit Cain, cui
Deus propter fratris Abel necem maledixit: Hic pri-
mus ante diluuium secundum Iosephum speciem re-
gni constituit, † vel tyrannidis, & ædificauit quendam 3
locum nomine Nain, postea ciuitatem, auctus familia,
& ibi fuit initium primi regni, & sedes latrocinij: nam
eius familia semper infestauit pios, deinde ædificauit
ciuitatem Enoch, *Gen.c.4.* quam sedem tyrannidis po-
suit, viuente patre suo Adamo, vt testatur Berosus *lib.*
1. qui attestatur eam maximam † Gigantum fuisse vr- 4
bem, & vniuerso orbe dominabatur ab occasu solis
ad ortum, & hæc tyrannis Cain durauit vsque ad dilu-
uium cum eius posteritate: Et quidem tyrannis dici
potest, cùm ab imperio paterno se subduxerit vsur-
pando sibi potestatem, Adami descendentes per vim
subiiciendo sibi, & opprimendo.
Occiso Abel, Adamo natus est filius Seth nomine, à
quo † sancti patres originem trahunt, hic post 912. an- 5
nos è vita migrauit, multosque filios reliquit, centum
& quinque annis natus genuit Enoch, † & hic nona- 6
ginta annis natus genuit Cainan, qui sexaginta annos
habens genuit Malaleel, quem alij vocarũt Mahaleel,
& hic centum sexaginta quinque annis natus genuit
Iared, post cuius ortum 730. annis superuixit, & Iared
160. annos habens genuit Henoch, qui interpretatur
septima requies, & natus est anno mundi 1022. iuxta
computationem Hebræorum, sed secundum septua-
ginta interpretes anno 1122. & superuixit 375. annis, &
cùm fuerit charus Deo, dicunt raptum fuisse ad Para-
disum, superuicturum vsque ad diem iudicij. Enoch
autem annos habens sexaginta quinque genuit Matu-
salem, qui natus est anno à creatione mundi 1287. iux-
ta dictos interpretes, vitámque protraxit ad nongen-
tos sexaginta nouem annos, & licèt ipsi interpretes
velint superuixisse quatuordecim annos post diluuiũ,
tamen non legitur fuisse in Arca, & D.Hieronymus
affirmat in eodem diluuij anno periisse, sepultúmque
fuisse septem diebus ante diluuium.
Matusalem igitur, dum esset annorum 187. genuit
Lamech, & hic genuit Noë, anno mundi 1454. & vixit
secundùm dictos interpretes annis 753.
Denique Noë, † quingentis annis natus, genuit 7
Cham, Sem, & Iaphet, & post centum annos iussu Dei,
intrarunt arcam, & factum est diluuium vniuersale su-
per totam terram, anno à creatione mundi 1666. & an-
te natiuitatem Domini nostri 2959. licèt secundùm
Hebræos fuerit anno mundi 1656. & secundùm Euse-
bium, & ipsos septuaginta interpretes anno 2242. &
D.August. 2262. & D.Hieron. aliquid minus, quàm
duo millia. Tamen in hac opinionum varietate, satis
placet opinio Eliæ Rabbini, ac Lactantij Firmiani cõ-
cordium, quorum sententiam plurimi scribentium
amplectuntur; & hæc hominum computatio certio-
rem reddit.
Post 150. dies diluuij, decrescentibus aquis, Arca in

septimo mense, in quodam Armeniæ monte obfirmatur, qui adhæc vsque tempora, exitus dictus est, inde terra incepit apparere, dein aquis exsiccata & habitabilis æstimata, omnes ab Arca exeuntes, Noë cum vxore, & filiis, altare fabricato, reddentes gratias Deo, obtulerunt sacrificium.

8 Sem, † Cham, & Iaphet, inter quos Noë mundum diuiserat, per ipsum negãtes, iure legitimo terram habitare inceperunt, à quibus variæ nationes, ciuitates, & prouinciæ originem trahunt.

Sem potitus est Asia, & specialiter illius partis orientis Syriæ, Cham potitus est Africa, Ægypto, & Arabia, Iaphetus, qui à poëtis dicitur Iapetus, potitus est Europa, propterea Asia vocari deberet Semia, Africa Chamerica, & Europa Iaphetia.

9 Iaphetus † septem genuit filios, qui à monte Tauro, & ab Amano in Asiam progressi vsque ad flumen Tanai, & in Europa vsque ad flumen Hadi, à quibus nomina illæ nationes desumpserunt. A Gomer filio Iapheti originem habuerunt Itali, item Gomari, qui hodie vocantur Galatæ. A Magog altero filio vocati sunt Magogi hodie Scythæ: à Iauan dicti sunt Iones, hodie Græci: à Madai dicti sunt Madæi: à Thobelo dicti sunt Thobæi, qui hodie Iberi nuncupantur: à Mosoch dicti sunt Moschouæi, qui hodie sunt in Cappadocia dicti Moschouitæ, & in Amazonis appellati Amazoni: à Thira, dicti sunt Thiri, hodie Thraces appellati. Item à prædictis filiis Iapheti, vt potui colligere ex Chronographis, duxerunt originem isti eius descendentes & loca, quibus potiti sunt: Ascanassus, à quo Ascanassi originem habent, qui hodie Regeni appellantur, Rifatus à quo Rifatei, qui hodie vocantur Paphlagonij, Thorgama, qui cognomen dedit Thorgameis, & postea dicti sunt Phryges, Elisanus dedit nomen Eliseis, & hodie appellantur Eolesij, Tharseus à quo cognominantur Tharsei, qui vocabantur Cilices, quorum præcipua ciuitas Tharus nominata est, Chetim à quo dicti sunt Chetimæ, hodie Cypriotæ in Insula Cypro.

Præterea filij Cham, qui possederunt Soriam, montem Libanum, & Amanum, totámque regionem prope mare, potiti sunt vsque ad Oceanum, Chus, à quo dicti sunt Chusæi, hodie Æthiopes Melarian, à quo Mesreon qui sunt Ægyptij, Fut potitus est Lybia, cuius habitatores dicti sunt Futi, & regio Futa postea Lybia appellata est à Lybio filio Mesrem, Chanaan potitus est Chananæa, quæ postea Iudæa vocata est. Itẽ filij Mesrem potiti sunt tota terra, quæ est à Gaza, vsq; ad Ægyptum, cuius vna pars dicta est Philistim, à Græcis Palęstina, Sidonius primogenitus Chanaam ædificauit ciuitatem in Phœnicia, quam appellauit Sidonem: Anathes fundauit ciuitatem Amatham, quam habitauerunt Macedones, cuius nomen postea dictum est Epiphania.

Denique filij Sem potiti sunt illa portione terræ in Asia à principio Euphratis, vsque ad Oceanum Indiæ, Elam à quo dicti sunt Elamæi, à quibus originem habuerunt Persæ, Assur ædificauit ciuitatem, quam vocauit Ninum, Arphaxad à quo originem habuerunt, Chaldæi, & Arabes, Aram, à quo originem habent Syri, quos ipse voluit dici Arameos, à quo descendunt Ludi, qui postea dicti sunt Lydij. Item ab Aram filio Sem nati sunt tres filij, quorum primus ædificauit Taraconidem, alter Armeniam, tertius Bactrianam. Item Arphaxad filius Sem genuit Salam, qui potitus est Indiis, à quo ipsæ Indiæ habent principium, Sala verò procreauit Heber, à quo cognomen sumpserunt Hebræi, Heber autem genuit Phaleg, qui ab aliis dictus est Pelig, Phaleg genuit Reu, circa cuius tempus incępit Nemroth Saturnius Babyloniæ, secundus nepos Cham, Reu genuit Sanic, & hic genuit Nachor, quo tempore fuit Belus Iuppiter secundus Rex Assyriorũ, Nachor genuit Tharem, quo tempore Ninus tertius Rex Assyriorum suo patri Belo erexit statuam in templo, & originem habuit Idololatria, † Thares genuit 10
Abraham, Nachor, & Aram, qui fuit pater Loth.

In hac † igitur secunda æstate, quæ incipit ab exitu 11
arcæ per Noë, & durat vsq; ad natiuitatem Abraham, quæ secundùm septuaginta Interpretes, & Eusebium fuit annorum 942. licet Hebręi dicant fuisse 292. & D. August. 1032. & Beda 522. clarè apparet dominium orbis terræ, & omnium eius partium, iure legitimo fuisse penes descendentes Noë, atque hoc indicat text. *Gen. c. 10. in fi.* & rursus *c. 11. vers. generationes describuntur Noë*, & postea additur: *hæ familiæ Noë iuxta populos, & nationes suas, ab his diuisæ sunt gentes in terra post diluuium, erat autem terra labij vnius.*

Sed quia Nemroth † filius Chus filij Cham, cum 12
multis aliis peccarunt in Deum, ædificantes turrim altissimam passuum 5174. vt huius sceleris pœnam luerent, Deus confudit linguas eorum, ne audiret vnusquisque vocem proximi sui, quę iccirco turris Babel, & linguæ confusæ nuncupata est. Itaque imperfecto, & derelicto opere, vagantes per mundũ, linguarum † diuersitatum fuerunt auctores, fuitque secunda 13
tyrannis in mundo orta, inde vt Eusebius de temporibus refert Dynastiæ, seu potentatus primi fuerunt in Ægypto, & Berosus in primo, comprobat.

SVMMARIA.

1 *Abraham quando natus est.*
2 *Moyses quando præficitur populo Israelitico.*
3 *Aaron an fuerit collega Moysis.*
4 *Moyses Iurisdictionis constitutus à Deo.*
5 *Moyses factus est princeps populi in temporalibus.*
6 *Septuaginta viri fuerunt electi à Moyse in auxilium oneris, non autem principes.*
7 *Iosue fuit electus successor Moysis, & habuit principatum à summo sacerdote.*
8 *Iudices quando fuerunt electi à Deo, vt præessent iurisdictioni populi sui.*
9 *Iurisdictionis vsus post iudices fuit datus à Deo sacerdotibus.*
10 *Samuel quando vnxit Saulem.*
11 *Iurisdictio populi iterum redacta ad sacerdotes, tempore Machabæorum.*

CAPVT III.

Iurisdictio ab initio cui fuerit data à Deo, & quomodo continuata in successores.

NAscitur Abraham † anno 43. Nini, teste Eusebio, 1
in quo incipit tertia ætas mundi, & ab hoc Patriarchæ omnes habẽt originem. Item sexaginta quatuor annis post mortem Iosephi pronepotis Abrami, octoginta annis natus erat Moyses, anno à creatione mundi 2453. Cúmque Deus Optimus Maximus elegisset sibi populum peculiarem Israeliticum, quem per Moysen † præcepit deduci de terra Ægypti, vsque ad 2
Iordanem, regimini dicti populi vnũ præposuit Moysen, non plures, neque permisit populo sibi Principẽ eligere, aut seipsum regere, sed vocato Moysi omnem dedit potestatem ac iurisdictionem, iussitque eundem ad Ægypti Regem, populumque venire, cui leges tradidit, vt populo daret. Hoc est igitur iurisdictionis initium in populo Dei.

Nec-

Nec Dominus dedit Moysi Collegam Aaron, † ex quo se excusabat coram eo, quòd tanto oneri insufficiens erat, sed adiunxit fratrem tanquam ministrum, executorem, atque sui muneris & iurisdictionis interpretem, imò iratus est Dominus Moysi, cur tanquam non idoneus recusaret, dixit, *Exodi cap.14. Aaron frater tuus Leuites scio quòd eloquens sit, ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensque te, lætabitur, loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego in ore tuo, & tu in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis, & ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, tu autem eris ei, in his, quæ ad Deum pertinent, &c.* Ergo cõstat Deum voluntati Moysis subiecisse voluntatem, & executionem Aaronis.

4 Moyses igitur Princeps † legationis Dei, & illius iurisdictionis est constitutus, *Exodi c.28. & c.29.* Vnde ipse consecrauit Aaron, & filios eius in sacerdotes, atq; obtulit sacrificia Domino, ergo præfuit in spiritualibus.

5 Quod autem fuerit Princeps † populi in temporalibus probat *c.11. Numeri.* Nam cùm Moyses querebatur apud Deum, se non posse populi peruicaciã ferre, iussit Moysi, non autem populo, vt eligeret septuaginta viros de senioribus Israel, quos ipse nosset esse senes & magistros, dixitque ei: *duces ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque stare tecum, vt descendam, & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi, ne tu solus graueris.*

6 Isti igitur septuaginta † viri fuerunt electi in auxilium oneris, non Principes, & sub Moyse, & de spiritu eius haberent. Alia huius rei exempla sunt, *Numeri c. 12. & Exodi c.18. & c.24.* Denique postquam Moyses quadraginta annis ab exitu Israel de Ægypto, præfuisset vtrique Iurisdictioni spirituali, ac temporali, centũ viginti annos natus, moriturus, rogauit Deum, vt populo Ducem eligeret, *Numeri cap.16. Prouideat*, inquit, *Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire, ac intrare ante eos, vel introducere, ne sit populus Domini sicut oues sine*

7 *Pastore, &c.* Dixit autem Dominus: *tolle Iosue † filium Nun, virum, in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, qui stabit coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei præcepta, cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt omnis audiat Synagoga filiorum Israel, Numeri c.27.* Et postea Deus ipse allocutus est Iosue, vt principatum susciperet à summo sacerdote, tanquam illi subiectus, *Iosue c.1. Surge, & transi Iordanem, &c.* Ex his patet officium sacerdotis in persona Moysi, ipsum non exclusisse ab officio iudicis in temporalibus, sed magis reddidisse idoneum, vti magis Deo familiarem, à quo pendet omne bonum iudicium.

Post Patriarchas Deus rexit populum suum per Iu-
8 dices, † qui gubernabant populum, atque administrabant iustitiam: Non vtebantur Diademate neque sceptro sicut Reges, eorumque Principatus non erat hæreditarius, Deus igitur ad hanc dignitatem vocabat, qui populum suum regeret, vt habetur *in lib. Iudicum.* Sed ministerium iudicum non excludebat recursum ad summum sacerdotem, *Deuteron. c.17.*

Et post duodecim Iudices voluit populũ suum regi
9 per Sacerdotes, † cuius ordinis Heli fuit primus Sacerdos, qui præ nimia libertate, quam concessit filiis fuit à Deo punitus, Samuel etiam fuit Sacerdos, & princeps in temporalibus, vt habetur *in li.1. Regum c.1. vsque ad c.25.* Ipso autem seniore effecto, populus Israeliticis petiit sibi Regem, quod valdè displicuit Domino, & dixit Samueli, *non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. 2. lib. Reg. c.8.* Sed vt populo complaceret, iussit Samueli, † vt Saulem inungeret in Regem 10
populi, inde popul⁹ Israeliticus cœpit regi per Reges à Dauid vsq; ad Sedechiã vltimũ Regem Iudæorum.

Deinde tempore † Machabæorum iterum redactũ 11
est regimen ad Sacerdotes, qui erant Pontifices, ac Reges, seu Duces habentes regimen tam in spiritualibus, quàm temporalibus: Apud eos enim regnum fuit in Iuda Machabæo, Ionatha, & Simone, atque Ioanne filio Simonis, qui habuerunt iurisdictionem in spiritualibus, & temporalibus, vt legitur *in 1. lib. & 2. Machabæorum.* Et hoc est initium, & progressus iurisdictionis in populo Dei, à qua trahit originem omnis iusta Principum iurisdictio.

SVMMARIA.

1 *Imperia quatuor ab initio fuerunt per vsurpationem.*
2 *Monarchia Assyriorum quando incepit, & quantum durauit.*
3 *Assyrij à quo dicti sunt, & originem habent.*
4 *Populus Babylonicus fuit primus in mundo.*
5 *Assyria regio describitur.*
6 *Monarchia Medorum à quo originem habuit, & quantum durauit.*
7 *Mediæ regionis descriptio.*
8 *Monarchia sub Cyro, & Dario fuit ex duobus regnis Babylonicorum, & Medorum.*
9 *Macedonicum regnum quando originem habuit, & quantum durauit.*
10 *Macedonicæ regionis descriptio.*
11 *Alexander Magnus quomodo, & quando mortuus est, & de eius Monarchia.*
12 *Thraciæ regionis descriptio.*
13 *Syriæ regni descriptio.*
14 *Amazonum regnum quando initium habuit, & quantum durauit.*
15 *Amazonicum nomen non esse fabulosum, sed probari verum.*
16 *Monarchia Græcorum quando inceperit, & quantum durauerit.*
17 *Aegypti regni descriptio.*
18 *Monarchia Romanorum quàm maximos limites habuerit.*
19 *Assyriorum Imperium quomodo probetur illegitimum.*
20 *Imperium Medorum, & Persarum fuit per violentiam.*
21 *Imperium Cyri, an fuerit approbatum per Deum.*
22 *Imperiũ Græcorum nõ fuit legitimũ, sed vsurpatum.*
23 *Imperium Romanorum quando insurrexit per potentiam.*
24 *Romuli lex non poterat ligare fratrem.*
25 *Verbum*, occisus, *quid importet.*
26 *Romanorum bellum cum vicinis quando inceperit.*
27 *Romani occuparunt sedes alienas per vim.*
28 *Imperia quatuor à quo probentur esse magna latrocinia.*
29 *Imperia quatuor sub qua visione fuerint ostensa Danieli.*
30 *Imperia quatuor per vsurpationem, non potuerunt dare iurisdictionem Imperatori.*
31 *Imperia quatuor an acquisiuerint iusto bello.*
32 *Bellum nunquam dicitur indictum in testamento veteri, nisi ex certis causis.*
33 *Bellum iniustum est causa ampliandæ ditionis.*
34 *Monarchiæ omnes inceperunt per vsurpationem, & violentiam.*
35 *Iudæorum ruina, & exterminium quando, & à quo factum.*

36 *Romani non potuerunt, post Christi aduentum, populos debellare.*
37 *Regnum ab infidelibus est ablatum, & datum fidelibus.*
38 *Infideles debere subiici fidelibus, non econtra.*
39 *Infideles non habere dominium, nec posse debellari vicinos.*

CAP. IV.

Quatuor Imperia fuisse per vsurpationem acquisita, neque legitimum habuisse iurisdictionis initium.

1 EX prædictis clarè patet, quòd potestas iurisdictionis † temporalis, quantum ad quatuor Imperia non fuit legitima, sed per vsurpationem, & occupationem nata. Nam,
2 Prima Monarchia, quæ fuit Assyriorum † secũdum Iustinum *lib.*1. durauit 1300. annos, Diodorus Siculus vult à Nino ad Sardanapalum, triginta numero Reges Imperium Assyriorum tenuisse annis 1350. secundum Eusebium verò, cuius receptior est sententia, anni sunt 1239. Feruntur autem à diluuio vsque ad monarchiam Assyriorum, anni 249. vt notat Annius ad Metasthenem *de iudicio temporum.*
3 Assyrij † dicebantur à nomine Nini, qui proprio nomine Assyrius dicebatur, & licet D. August. *in l.*16. *de ciuit. Dei cap.*4. dicat Assyrios dictos esse ab Assur ex filiis Sem, tamẽ Annius mouetur apparenti ratione, cũm Ninus fuerit de descendentibus Chã, qui diuersa parte terræ potiti sunt: & vt scribit Xenophon *in lib. de æquiuocis*, Ninus fuit nepos Nemroth, dicitur enim fuit principiũ, siue sedes regni Nemroth Babel vocamus Babyloniã. & Arach, & Acacb, & Galanne in terra Sennaar, de terra illa egressus Assur ædificauit Niniuem, &c. Item Berosus consentiens cum
4 Moyse, dicit, primum † in orbe terrarum fuisse populum Babylonicum, & ibi Nemrothum cum populo in campo Sennaar designasse vrbem ac ædificasse turrim, quam deduxit ad altitudinem montium, &c. vt regnum regnorum dici deberet, idque factum fuisse anno à diluuio 131.
5 Assyria, † vbi eorum monarchia originem habuit, est regio Asiæ, quæ ab oriente terminatur vsq; ad Indos, ab occidente mari mediterraneo, & Ægypto, à Septentrione habet Armeniam, & Cappadociam, à Meridie verò sinu finitur Arabico, Megasthenes addit ex Susiana bibliotheca, in qua Persarum annales erant fuisse Bellochum Sardanapali occultũ hostem, qui illius militiæ præfectus erat, atq; Arbacem tunc, Medorum Principem partitos Assyriorum monarchiam, ea lege, vt Bellochus Babyloniam, Arbaces Mediam, ac Persas regerent: itaque interfecto Sardanapalo duæ monarchiæ factæ sunt.
6 Secunda ergo monarchia, † quæ fuit Medorum, & originem habuit ab Arbace, incepit anno 6. Regis Osiæ, durauítque secundum Eusebium 128. annis.
7 Media † est regio propè Assyriam, & Persiam, atque mare Hircanum, in Asia minore, terminetur à Septẽtrione mari Hircano, ab occidente habet Armeniam, & Assyriam, à meridie Persiam, ab oriẽte Hircaniam, & Parthiam: Addit Strabo de situ orbis, Mediam fuisse regionem potentissimam, aliquando partitam, quarum altera pars vocabatur Media maior, altera verò Attropacia: In maiori ciuitas metropolis vocabatur Echatana caput totius Imperij.
8 Sed ex istis duobus regnis † Babylonicorũ, & Medorũ, iterum fuit vnita Monarchia sub Cyro, & Dario, qui in Persas transtulerunt, occiso Balthasare Rege Babylonicorum: Anno igitur 30. captiuitatis Iudaicæ Olympiade SS. fuit Cyrus Rex Persarum primus, qui 30. annos regnauit, & dedit principium huic Monarchiæ, & tantæ quidem fuit magnitudinis, quæ extendebatur ab Indiis ad Æthiopiam, atque continebat 27. prouincias, omnes bello occupatas.
Regnum † Macedonicum originem habuit secun- 9
dum Iustinum *in lib.*1. *histor.* à Carnao Macedone, viro strenuissimo, qui post multa bella contra vicinos Reges, occupauit Macedoniam, inibi solium regni obfirmauit Carnaus, eiusque dominium incepit anno 12. imperij Osiæ, regnauit 28. annos.
Macedonia † est prouincia Europæ. quæ secũdum 10
Solinum ab oriente terminatur cum Thracia, à meridie cum Epirota Thessaliæ, ab occidente cum Græcia, & Dalmatia, à septentrione cum Paphlagonia. Hoc imperium dominabatur 10. Populis, vt ait Plinius, & Mygdonios fuisse appellatos, dicit solitus sic illos de terra Mygdonia, & Thessalia, qui, vno nomine postea Macedones sunt appellati. Potentior, atque illustrior fuit ista monarchia tempore Alexandri
† Magni, qui cum veneno mortuus esset, anno 32. suæ 11
vitæ, & anno 7. suæ monarchiæ nullum habens legitimum successorem, eius Imperium inter Duces sui exercitus diuisum est, quorum quatuordecim post mortem Alexandri occuparunt etiam regum titulos, atque comprehendebantur omnes sub hac Persarum monarchia Reges Macedonum, Thraciæ, Ponti, Syriæ & Ægypti.
Thracia † regio est Europæ ab occidente termi- 12
natur cum Macedonia, à Septentrione cum Istro, ab oriente cum Ponto, à meridie cum mari Ægeo quã multi dicunt sic nuncupari ab amœnitate loci infœcundi, frigidi, & asperi. Regnum Syriæ est in regione 13
Asiæ ab oriente terminatur cum Euphrate, ab occidente cum Ægypto, à septentrione habet Armeniam, & Cappadociam, à meridie verò finitur sinu
Arabico. Regnum Amazonum † initium habuit tem- 14
pore Ragau infra Scythas, & Albanos: istæ erant fœminæ Scythicæ habitantes prope flumen Tanaim, & postea occuparunt omnia loca vicina flumini Thermodonti, inde vocatum est regnum Amazonium, & denique occuparunt maiorem partem Asię, sed debellatæ fuerunt ab Hercule, & à Bellerophõte filio Glauci Regis Corinthij, vt scribunt Iustinus, &
Diodorus Siculus. Nec est † amplectenda modernio- 15
rum opinio, annotantium fabulosum nomen. Quia Plutarchus in vita Alexandri, non hoc dicit pro certo, & refert grauissimos viros qui affirmatiuam tenent. Addendi sunt Strabo *de situ orbis lib.*11. Iustinus *lib.*2. Diodor. Sicul. *lib.*3. *cap.*11. *& lib.*4. *cap.*4. *& lib.*5. *cap.*2. Seneca *in Troade* 6. *& in Agamen.*3. Hermop. in Plinium *lib.*36. *cap.*5. Vergilius *in* 11. *Aeneid.* Martial. *lib.*10. Val. Flacc. *lib.*5. Statius *lib.*12. Syl. *lib.* 8. Lactantius, Salustius Claudianus Sabinus, Strach. Mant. & alij multi quos omitto, qui omnes Amazones habuerunt pro firmo. Addo D. Hieronymum qui debet claudere os nostro æmulo, me in hoc infestari, *in lib.* 2. *contra Iouinianum num.*25. *vers. Macte virtute.* & ibi addentes Scholia, qui alios adducunt.
Tertia monarchia fuit Græcorum post 191. annos 16
regni Persarum anno à creatione mundi 3634. & anni 320. ante natiuitatem Domini, quorum dominium translatũ est à partib. orientis, & ab Asia, hodie verò est in Europa in occidente. Hæc Monarchia originem habuit ab Alexandro Magno Macedonum Rege, totius orbis occupatore & in faciẽ sibi à pirata dictũ est.

Regnum

17 Regnum Ægypti † est in partibus Aphricæ, primus Rex, qui illud occupauit, fuit Misraim, & durauit vsq; ad Augustum: Scribit Plinius ab oriente terminari cũ mari rubro, & Assyria, ab occidente cum Circene, & reliqua parte Aphricæ, & à meridie per totum mare Ægypti extendi: Tredecim habuit Reges post Alexandrum à Ptolemæo filio Lagi vsq; ad Cleopatram, ideo verior opinio est, illud durasse 270. annorum spatio, qui semper alios debellando dilatarunt Monarchiam.

18 Quarta & vltima Monarchia † fuit Romanorum, quæ amplissimos habuit limites, in Europa potiebatur Italia, Austria, Dalmatia, & peruenerunt vsque ad Danubium, totámque Græciam includendo etiã potentissimas respublicas Athenarũ, & Lacedæmoniorum, atque Thebarum, item Corinthium, Noreã, Regnum Macedonicum, Albaniam, & Thraciam, item Insulas Siciliæ, Sardiniæ, Candiæ, Cypri, Rhodij, Nigropontis, atque omnes Insulas maris Mediterranei. Item Hispaniam, Galliam, & Alemaniam inferiorem infra Rhenum, atque Angliam, & Scotiam. Item occuparunt Aphricam totam, præsertim terram habitabilem, & destruxerunt potentissimam ciuitatem Carthaginis, occuparunt Soriam, Phœniciam, Palęstinã, Iudæam, Erigiam, Cariam, Ciliciam, Bithyniam, Ægyptum, Cappadociam, Armeniã, Colchum, Albaniam, Iberiam, & multas alias, in quibus post occupationem & debellationem, vel erant absoluti domini, vel manutenebant Reges, ita quòd nunquam fuerit maius imperium, nec à quoquam potuit sub iuga deduci, nisi à seipsis destrui, cùm propter eorum discordias dederunt occasionem subiici vni Cæsari.

Quare hæc omnia imperia, vt demonstratum est, fuerunt illegitima, & per violentiam occupata. Sed age, probemus hanc veritatem de singulis Imperiis per
19 auctoritatem. De Imperio quidem † Assyriorũ patet, cùm inceperit à Nemroth, de quo dicitur *Genes. c. 10. quòd ipse cœpit esse fortis, & potens in terra, & erat robustus venator coram Domino*, id est oppressor hominum, vt exponunt ibi communiter omnes Glossatores, vnde per violentiam & oppressionem aliorum, ipse ac-
20 quisiuit sibi regionem & imperium. De Imperio † Medorum, & Persarum, quòd fuerit per violentiam occupatum, patet *Daniel. c. 5.* vbi legitur, quod interfecto Balthasare Rege Babylonis per Cyrum, & Darium, translatum est Imperium in Medos, & Persas.

21 Nec obstat quod de Cyro † probatum fuerat per Isaiam *c. 45. Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes, & dorsa Regũ vertam.* Ergo videtur quod voluntate, & auctoritate Dei legitimè successit in regnũ, & habuit imperium. Quia respondetur secundum D. August. cùm Deus sit summè bonus, non permittit fieri malum, sed bonum elicit ex malo, & quia præuiderat quod Cyrus, occupato imperio, permissurus esset filiis Israel exire de captiuitate, & redire in Hierusalem ad cultum Dei, quod erat valdè bonum, & cessit ad magnam gloriam suam, ideo permisit venire ad imperium, licèt per vsurpationem. Ex hoc duo sequuta sunt bona, nimirum interfectio Regis Balthasaris, qui vasa Domini exposuerat bibenda cum concubinis, vt legitur *Daniel. c. 5.* & liberatio populi Dei de captiuitate Babylonis. Locus igitur Isaiæ *in vers. Christo meo Cyro*, non est intelligendus quod auctoritate Dei obtinuerit imperium, sed per ipsum datur intelligi impertinentia resistendi Balthasari, & Regibus sibi adhærentibus. Et hoc valdè probatur ex litera *illius capituli, in vers. accinxi, & non cognouisti me, quia in bellando non habuisti oculum ad Deum, ego tamen totam ordinaui ad liberationem populi mei.* Et sic ille textus non probat legitimum Cyri Imperium.

Neque imperium † Græcorum fuit legitimum, sed 22
potentia & armorum violentia occupatum, nam legitur in principio libri Machabæorum, quòd Alexander Rex Græcorum percussit Darium Regem Persarum, & Medorum, & constituit prælia multa, ac interfecit Reges, & sic obtinuit Imperium.

Denique † quod Imperium † Romanorum insur- 23
rexerit per potentiam, & singularem prudentiam, scribunt Alberic. *in l. 1. col. 1. Cod. de summa trinit.* Cardinal. *in c. venerabilem col. 2. de elect.* Tiraquell. *de iure primoge. quæst. 17. opinion. 4. num. 25.* Et si rem istam à Romulo primo vrbis fundatore deducamus; Nónne omnes in ipsum inuehũt, quòd fratrem occidit, truncando eũ capite, *l. fin. ff. de rer. diuis. §. religiosi, vbi gloss. Instit. eod. tit.* Vnde versus Lucani; *Fraterno primi maduerũt sanguine muri.* Nec valet excusatio Baldi *in d. l. fin.* dum dicit, legem Romuli † occidisse, nõ fratrem, 24
quia par in parem non habet imperium, vnde cum fuisset æqualis fratri, non poterat illum ligare, *l. ille à quo §. tempestiuum. ff. ad Trebell. l. apud eum in princip. ff. de manumiss.* Bart. *in l. omnes populi, Glo. in c. nunc autem dist. 21.* Item *in d. l. fin.* occisus † traditur, quid au- 25
tem importet verbum *occisus*, notum est *lib. 1. §. occisorum ff. ad Syll.* Præterea Roma cũ primum cõdita est, vix habuit octodecim miliaria à portis vrbis, peperit sibi Imperium cùm vicinos subiugaret, & occuparet. Romulus cum sibi fuerint denegata connubia à Sabinis, Albanis, & aliis vicinis, finxit velle ludere ludos, qua nouitate † allecti vicini, vt spectaculum noui po- 26
puli viderent, accesserunt cum vxoribus & filiabus, quas postea rapuerunt, inde orto bello, eos vicerunt, occuparunt, ac Romanæ ditioni addiderunt. Deinde auctis viribus paulatim dominia vsurpauerunt, & hæc est origo Romani Imperij. Vnde dicit Innoc. *in c. quod super his, de voto.* Per vim Romanos † occupasse 27
sedes alienas, quam originem firmarunt etiam Alberic. *in d. l. 1. num. 20. Cod. de summa trinit. & ibi Bald. in princip.* Io. Fab. *in §. sed quod Principi. Instit. de iure nat. gent. & ciuil. in ver. populus.* Angel. *in l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact.* & in sua disputatione incip. reuocata guerra. Restaur. Castald. *in tract. de Imperatore, quæst. 4. num. 3.* vbi allegat Orosium, Eutropium, Policrat. Luciũ Florum, Pompon. Iustin. Io. de Lignano, & Oldradum. Addo D. August. *in lib. 4. de ciuitat. Dei*, quatuor Imperia magna † latrocinia esse dicentem, addu- 28
cto etiam Pyratæ cuiusdam exemplo, qui captus ante Magnum Alexandrum ductus, cum interrogaretur, qua causa mare haberet infestum: *Quod tibi*, inquit, *vt orbem terrarum habeas infestum, sed quo ego, exiguo nauigio facio, latro vocor, tu autem, qui magna classe id facis, Imperator*, Alciat. *in l. bona ciuitatis, in fin. ff. de verb. significat.* Ideo hæc † imperia fuerunt ostensa Danieli 29
in visione, ad similitudinem non hominum, sed bestiarum, quia nõ insurrexerunt per viam rationis, sed impetu sensualitatis, quantum ad sui primam originem, de quibus dici potest, quod habetur Oseæ *cap. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui eos.*

Quare hæc Imperia † non potuerunt dare Impera- 30
tori iurisdictionem, quam nõ habebant, nisi ex vsurpatione, *l. omnes populi. Digest. de iustitia & iure. lege fin. Digest. de iurisdictione omniũ iudicum c. vt animarũ.*

de con-

de constit.lib.6.c.omnes constit.in antiquis. Et dicit Ari-
stoteles *in lib.4. Politic.* commensurandam esse vim
legis à potestate condentis. Nec potuit lex Hortensia,
qua tuentur se Imperatores, *§. quod principi. Instit.de*
iure nat.gent.& ciuil.l.2.§.nouissimè.ff. de orig.iur. vni-
uersale mundi regimen & iurisdictionem transferre.
31 Neque obstat,† quod quidam Doctores Neoterici
replicabant, dicta quatuor imperia iusto bello gen-
tium, & populorũ dominium acquisiuisse. Item quia
iustum est eorum dominium. Quia generaliter lo-
32 quendo, in testamento veteri nunquam legitur † in-
dictum bellum, nisi, vel quia nolebant dare trãsitum,
vel quia eos offenderant, vt Madianitæ, vel vt recupe-
rarent sua, diuina largitione concessa, imò *Deuterono.*
cap.2. Deus prohibuit populo Israelitico, ne debella-
ret gentiles habitantes in monte Seir. Item iniustum
33 est bellum, † quod ditionis ampliandæ causa aliis ci-
uitatibus, & vicinis innocentibus infertur, quo no-
mine Ninus notatur à Iustino *lib.1.*& ab aliis Alexan-
der Magnus, & plurimi, qui potius magni prædones,
quàm Reges merentur appellari, commiserunt enim
in legem diuinam, & naturalem, occidentes, alterum
lædentes, & aliena vsurpantes. Item populum pro-
prium, quem custodire debebant, periculis mortis
temerè exposuerunt. Item deterius Deum offendè-
runt, quia studiosè vindicandi animo bellum fece-
runt, sicut D. August. dixit *in lib.22. contra Faustum*
Manichæum, cap. 74.& 75. relatus à Gratiano *in c. quid*
culp. tur.23.q.1.
34 Quare cùm omnes monarchiæ † per vsurpationẽ,
& violentam occupationem inceperint, dignum fuit,
vt propter eorum iniustitias de gente in gentẽ trans-
ferrentur, *Ecclesiast. cap.10.* Et de Iudæis scribit Iose-
phus *lib.20.cap.5. antiquitatum,* ob frequentes inqui-
ens hominum cædes, quæ in templo fiebãt, Iudæi ar-
bitrati sunt Deum fuisse eis aduersatum, vt vrbẽ Ro-
manis traderet, & templum veluti nequam suo habi-
taculo mundum tradidisse, & vt purgatio fieret vnita-
tis, &c. Vnde cũ Dominus noster Iesus Christus fu-
35 turam Iudæis † ruinam prædixerit, & Hierosolymita-
næ ciuitatis euersionem Luc.*cap.19. & cap. 21.* & Mat-
thæi *cap.24.*& Marc.*cap.13.* & Isaiæ *cap.13.* & Hierem.
cap.4.& in Threnis, seu lamentationibus eiusdem, Ve-
spasianus, & Titus qui simul imperatoris nomẽ vsur-
parunt, diuinæ huius voluntatis ministri fuerunt, sicut
de Cyro suprà dixi. Vtitur enim Deus tyrannis & ini-
micis suis, vt se vindicet de aliis inimicis, & tyrannis,
vt impij flagellent impios, sic Adonibesech Rex Phe-
resaorum, & Chananæorum cùm Reges septuaginta,
amputatis manuum & pedum extremitatibus sub mẽ-
sa more canum aluisset, à Iudæis victus similiter pe-
riit, *Iudic.cap.16.*
36 Et specialiter loquendo de Romanis, † quomodo
post Christi aduentũ, potuerunt multos populos de-
bellare, ac vindicare, & sibi supponere cùm Christo
filio Dei, omnis potentia, omnis iurisdictio, omnis
Principatus de iure delatus est, & ex iusta causa, & per
illum qui supremam manum habet, neque errare po-
test, omni infideli subtracta est, vt probatur *Ecclesia-*
37 *stici c.10. regnum de gente † in gentem transferetur pro-*
pter iniustitias & iniurias & contumelias ac diuersos do-
los. Et probat Io.Maiorin.*in 2.senten.dist.44.qu.3.* hoc
comprobari *per c.translato.de constit.* in personã Chri-
sti filij Dei viui, vnde & ipse dixit; *auferetur à vobis re-*
gnum, & dabitur genti facienti fructus eius. Propterea
38 Maiorin. constanter defendit infideles † debere sub-
iici fidelibus, non econtra, vt legitur, & notatur *in c.1.*
in fine, & c.multorum, & c.& si Iudæos. §. inhibemus.de
Iudæis. ergo bellum Romanor. iustum esse non potuit
post aduentum Christi, cum ab eis fuerit dominandi
abdicata potestas, præsertim in Christi fideles, qui &
ipsi Romanis infidelibus dominari debebãt, nulla er-
go ratione iusti belli, potuit supradicta nostra conclu-
sio impugnari. Nec valet consequentia, infideliũ † est 39
iustum dominium; ergo debellando vicinos, eosq; sub
iuga deducendo, iustum bellum egisse dicuntur; Cum
& si inter rationes iusti consideretur potestas, & do-
minium belligerantis, tamen & dominium non debet
esse vsurpatum & iusta bellandi causa non est contra
ius naturale, atque diuinum: At quatuor imperia, vt
probatum est, originem vsurpati dominij habuerunt,
& inferius cùm de potestate Papæ agam, valentis
transferre dominia infidelium, ostendam apud eos
nunquam fuisse iustum rerum dominium.

SVMMARIA.

1 *Romani quando inceperint se dare virtutibus.*
2 *Imperium Romanorum quomodo fuerit auctum ex voluntate Dei.*
3 *Imperium Romanum fuit approbatum sub testamento nouo.*
4 *Christus quem censum iusserit dari Cæsari.*
5 *Imperium Romanorum commendatum à Pontificibus.*
6 *Imperium Romanum probatur approbatum ex donatione Constantini.*
7 *Imperator est ecclesiæ feudatarius.*
8 *Feudatarius potest pacisci, & donare vtile dominium directo domino.*
9 *Imperator iurat fidelitatem Papæ.*
10 *Dominus directus feudi non potest ingredi possessionem feudatarij sine causa.*
11 *Donatio Constantini fuit potius recognitio in Ecclesiam.*
12 *Feudum per recognitionem constituitur.*
13 *Dominium transit in Ecclesiasticas personas sine traditione.*
14 *Recognitionis approbatio est concessio feudi.*
15 *Imperium quando fuerit translatum in Germanos.*
16 *Origo translationis imperij quæ fuerit, & quando attendenda.*
17 *Patritiatus dignitas fuit concessa tempore Hadriani Papæ.*
18 *Imperij translationem per Papam qui comprobent.*
19 *Imperij translatio an fuerit duplex de Græcis in Francos, & de Francis in Germanos.*
20 *Galli non veniunt appellatione Theutonicorum.*

CAP. V.

Imperium Romanum quomodo probetur fuisse approbatum.

ROmano. Imperiũ ab initio fuisse auctũ per occu-
pationẽ & vsurpationẽ ex dictis in prçcedẽti capi-
te, nemo est, qui dubitare possit: Sed quia aucto impe-
rio in immẽsũ & expulso Rege Tarquinio, atq; cõsu-
libus institutis, Romani † adeò se virtutibus dedere, 1
vt cupidi gloriæ multa bona, & admirãda, ac laudabi-
lia fecerint, de quib. per D. August. *in lib.5. de ciuitate*
Dei cap.12. Propterea meruerunt, vt Deus optimus
maximus, quamuis eum non colerent, eorum augeret
imperium, † ita ibi D. August. comprobat, & D. 2
Thom. *in lib.3. de regimine Princip. cap.4.* dicit id fuisse
à Deo prouisum propter Zelum patriæ, & *cap.5.* dicit,
propter leges iustas quas tradiderunt, meruerunt iu-

ſtum dominium; ita etiam dixit D. Hieronymus vt
habetur *in c.omnes.circa medium.28.q.1.* virtutibus Ro-
mani promeruerunt Imperium, quod intelligendum
eſt, poſt multum tempus iniuſtæ occupationis, vnde
D.Auguſt.*in lib.5.de ciuitate Dei,cap.15.* hoc meritum
dixit eſſe mercedis temporalis,quod Deus ipſe reddit
bonis moribus viuentibus iuxtà illud, perceperunt
mercedem ſuam.

Sed quia tempore natiuitatis Domini noſtri redẽ-
ptoris Romani glorioſis virtutibus viuebant,ideo le-
3 gitur † approbatum ſub teſtamento nouo, & ab ipſo
eodem Chriſto. Nam Lucæ *cap.2. exiit edictum à Cæ-
ſare Auguſto,vt deſcriberetur vniuerſus orbis.* Et Lucæ
*cap.3. Anno quintodecimo Tiberij Cæſaris procurante Pon-
tio Pilato.* Item Matthæi *cap.22.* & Lucæ *cap.20.* Vbi
4 Dominus † noſter interrogatus an liceret tributum
dari, cognita nequitia Phariſæorum interrogantium,
ait, *quid me tentatis Hipocritæ, oſtendite mihi numiſma
cenſus, at illi obtulerunt ei denariũ,& ait illis Ieſus,cuius
eſt imago hæc? Dicunt ei,Cæſaris; Tunc ait illis,reddite er-
go quæ ſunt Cæſaris Cæſari,& quæ ſunt Dei Deo.* Ex his
igitur patet approbatio Cæſaris, cum etſi Cæſaris i-
maginem reddendam eſſe dixerit,verbo *reddere,* vſus
eſt,quod ſignificat retrò dare,*l.cum quidam vxori ff.de
legat.2. l.reddendi verbum in fine ff. de verb. ſignificat.*
Alexand.*in conſil.92.nu.3.vol.1.* & ita per verbum *red-
dere* confirmat quod ſuum erat.

Item Melchiades Papa *in c.futuram.12.q.1.* commẽ-
5 dat imperium † Romanorum,& præſertim glorioſiſ-
ſimum Conſtantinum, quem,niſi fuiſſet iuſtus Impe-
rij poſſeſſor, non laudaſſet, ſed monuiſſet,iuxta regu-
lam *c.nouit.de iudic.& c.ad Apoſtolicæ.de re iudic.*

6 Præterea niſi dicamus quod Imperatores † ab eo
tempore iuſtè poſſederint, ſequeretur quòd fruſtra
quæreremus an donatio eſſet facta per Cõſtantinum.
Imò non eſſet valida:Probatur conſequentia. Nam
præſuppoſito quòd omnis poteſtas,omne dominium,
& omnis Principatus ſit tranſlatus in Chriſtum,vt di-
xi in præcedenti cap.in fine,& poſteà relictum ſit Pe-
tro,vt dicã infra, fruſtrà quæreretur an donatio eſſet
facta eccleſiæ per Conſtantinum, quę cùm omnia
haberet,donatione nõ indigebat, & magis fruſtrato-
rium eſſet quærere, an dicta donatio valeret;ſed de v-
troq; dubitatur apud ſcriptores; ergo opus eſt dicere
quòd Imperium Romanorum fuerit approbatum,at-
7 que ipſe imperator † conſtitutus fuerit vniuerſalis ec-
cleſiæ feudatarius, prout dicit Io. Hugo *in l.quadriuij
Eccleſiæ in princip.* & probat latius Reſtaur. Caſtald. *in
tract.de Imperatore quæſt.36. num.9. & ſeq.* poſt alios
quos citat.Sic probatur à ſimili. Nam Rex Siciliæ eſt
8 feudatarius † eccleſiæ,*c.ad Apoſtolicæ.de re iudic. lib.6.*
& ideo habet vtile dominium regni & naturalem poſ-
ſeſſionem,*c.cæterũ,de iudiciis.* & ſicut poſſet ſuper illo
vtili dominio & poſſeſſione paciſci cum Eccleſia, &
ſummo Pontifice,vt notant omnes *in d.c.cæterũ,& in
tit.de controu. feud. apud par.term.* Ergo tantò magis
poteſt illud vtile dominiũ, & poſſeſſionẽ quam habet
Rex donare Eccleſię, & valida eſſet donatio,ita poſ-
9 ſet hoc facere Imperator, † qui eodem modo eſt Ec-
cleſiæ feudatarius & iurat eodem modo Papæ fideli-
tatem,& homagium,*c. tibi domino diſt.63.& clem.1.de
iureiur.* Falſitas conſequentis probatur. Nam dicen-
do aliter Eccleſię fundatę per vniuerſum orbem ſu-
per prædiis donatis per Imperatores, non eſſent iu-
10 ſtẽ ædificatæ,quia nõ licet directo † domino ingredi
poſſeſſionẽ rerum feudatarij ſine cauſa,*clem.paſtoralis.
de re iudic. & c.1.de feud. ſine culp. non amitt.c.1.§.fin.
quo tempor.mil.c.2.§.fin.de allodiis:* Sed Eccleſia tenet
quòd iuſtè poſſideantur vigore huius tituli donatio-
nis & prohibuit ſub anathemate, ne vlli liceat in du-
bium hoc reuocare, vt latè ſcribo infra, in capite de
donatione Conſtantini, ego dicendum eſt Imperium
fuiſſe approbatum.

Imò tenendo quòd illa donatio † Conſtantini fue- 11
rit potiùs quędã recognitio in Eccleſiam & ſummum
Pontificem, penes quẽ erat directum dominium om-
nium rerum, adhuc ſequitur idem effectus confirma-
tionis imperij. Nam per ipſam recognitionem feudũ 12
conſtituitur,Iacobin. *in ſua inueſtit. ver. dictique va-
ſalli.* Iaſ.*in l.2.num.158.C.de iure emphyt.* Bald.*in c.1.in
princip.n.13.de cap.qui cur.vendid.* Chriſtofor.de Cha-
ſtellion *in conſ.4.n.7.* Natta *in conſil.634. nu.11.& ſeq.*
Burſatt.*in conſ.46.n.14.& ſeq.vol.1.* Præſertim ſi reco-
gnitio facta ſit in Eccleſiam † vel eccleſiaſticam per- 13
ſonam, penes quam dominium tranſit ex contractu,
abſque traditione,Bartol.& Alex. *in l.ſi rem aliquam.
ff.de acqu.poſſ.* Felyn.*in c. cum Bertoldus. n.28.de re iud.*
Iaſ.*in d.l.2.num.177. C.de iure emphyt.* dicendum eſt,
quòd Eccleſia approbando † talem recognitionem, 14
tacitè approbauerit totum Imperium Romanum eſ-
ſe in feudum Imperatoris Conſtantini recognoſcen-
tis, ac ſucceſſorum,& ita ſequitur idem affectus argu-
menti propoſiti pro confirmatione Imperij.

Deniq; confirmationem imperij † fortiter probat 15
tranſlatio facta per ſummũ Pontificem de Gręcis in
Germanos, ſiue Theutonicos, pro vt dicunt iura no-
ſtra *in c.venerabilem.de electione, & in c.in diem diſt.5.*
Nam cum Conſtantin. poſt donationem ſiue reco-
gnitionem Conſtantinopoli habitare cœperit, vt di-
cit Abb.*in d.c.venerabilẽ,in princi.* & ita etiam ſucceſ-
ſores,atq; Eccleſia Romana opprimeretur ab Aſtul-
pho Longobardorum Rege, deinde à Deſiderio eius
ſucceſſore: atque Imperatores orientis Conſtantini
ſucceſſores,requiſiti ab Eccleſia, nollent impartiri pa-
trociniũ,Stephanus Papa ſecundus,natione Romanus
imperium tranſtulit de Gręcis in Germanos.

Et licet Doctores noſtri in huius tẽporis iuſtifica-
tione diuerſificent, quia gloſſ.*in d.c.venerabilem.* hoc
tempus aſſignat, & quòd Carolus fuit coronatus à
Leone Papa quindecim annis poſt, ſiue anno domini
750.ſecundum Laudenſem,vel 753.ſecundũ Cardina-
lem *in clem.1.de iureiur. in princip. in ver. tranſtulit &
in ſpec.Hiſtor.li.24.cap.56.* Aluarott. *in titulo quis dica-
tur Dux,* dicit hoc fuiſſe anno 756. Hoſtienſ.& Gloſſ.
in d.c.venerabilem.in ver.tranſtulit. dicunt Carolũ co-
ronatum ſub Leone tertio elapſis quindecim annis,
ſed Ioan.Andr. dicit factam fuiſſe tranſlationem anno
774.Aluarott.ibidẽ dicit, factam fuiſſe à Leone quar-
to anno 802. dicens hanc eſſe veritatẽ, & patere poſ-
ſe ex Annalibus ſummorum Pontificum.

Et Platina qui vitas, & facta Romanorum Pontifi-
cum eleganter conſcripſit, in vita Leonis Papę tertij,
dicit,Põtifex, Carolo, optimè de Eccleſia merito,ali-
quam gratiam relaturus, cùm videret Imperatores
Conſtantinopolitanos ægrè id nomen tueri & ob eã
rem, vrbem, ac Italiam ipſam magnam calamitatem
paſſã in Baſilica Petri poſt ſolemnia, Populi Romani
precibus, ipſum Carolum Imperatorem magna voce
decernit,ac diademate donat, ter acclamante populo
Romano,Carolo Auguſto à Deo coronato,magno&
pacifico Imperatori, vita & victoria, & paulò poſt
ſubiungit, Pontifex item Carolum inunxit: quare
Platina vult tranſlationem fuiſſe factam tempore
Leonis tertij, cum quo concordat Sabellic. *Ennead.8.
l.8.* ſubdens,creditũ iam inde Imperij arbitriũ Apoſt.
ſedis eſſe,&hãc eſſe veriorẽ opinionẽ ꝓbat D.Cardi-
nalis

nalis Bellarminus, *in lib. 1. de translatione imperij c. 4.* vbi omnium historicorum testimonia adducit.

Tamen pro concordia nostrorum Doctorum dici potest, quod sub Stephano secũdo Papa, prima causa fuit translationis imperij: negligente enim Constantino auxiliari ecclesię ab Astulpho vexatæ, Pipinus Caroli pater ad patrocinium ecclesiæ euocatus, de Astulpho victoriosus triumphauit; Quare Hadrianus Papa primus, approbante concilio approbauit, & statuit, vt Rex Pipini filius optimè de ecclesia, & Italia meritus patritiatus Romani dignitate fungeretur, de quo per Sabellic. *lib. 8. cap. 8.* mortuo dein Constantino Imperatore, sedente adhuc Hadriano, qui 24. annos pontificatum gesserat, cui successit Leo tertius, cum videret se Caroli strenuitate restitutum, Imperium in Carolum, acclamante populo, transtulit, & hæc vera, & realis fuit Imperij translatio.

16 Itaque saluari potest glossa *in d. c. venerabilem*, considerata origine † quando nimirum cœperit Carolus bene de ecclesia mereri, & pro hoc facit *c. literis. de rescript.* vbi notat Abb. factum debere à principio denominari, non à fine, licet principium non sit necessitatiuum, sed exhortatiuum solum.

Ex quo sequitur no esse veram opinionem August. de Anton. *in tract. de potestate Papæ, quæst. 37. art.*

17 8. volẽtis quod tempore Hadriani † fuisset translatum Imperium *per c. Hadrianus dist. 63.* Quia aliud est patritiatus, de quo ibi, & aliud imperium, & eo tempore erat adhuc Imperium apud Græcos, vt dictum est, & latè probat Io. Lecirier. *in tract. de primogenit. l. 2. qu. 12. § viso.*

Nec egemus altera probatione ad comprobandam hanc summi Pontificis auctoritatem circa translatio-

18 nem, † & confirmationem Imperij, at qui alios desideraret, perlegat plenissimum libellum sapientissimi Cardinalis de translatione imperij, atque Platinam in vita Gregorij Quinti, qui postea edidit sanctionem de eligendo Imperatore, atque ad Germanos electionem spectare declarauit.

19 Et licet propterea duplicem † Imperij translationem constituant, alteram de Græcis ad Francos, cuius natione erat Carolus magnus, præsertim, quia post eos subsequuti sunt quàm plurimi huius nationis Imperatores, vt legitur *in Longobarda, de episcop. & cleric. l. de iniusto & l. de ecclesiis, & in c. secundum canonicam 23. qu. fin.* Item legitur *in Catalogo Imperatorum*, atque *in cap. 1. libri secundi, de translatione Imperij.* Et hanc opinionem videtur amplecti D. Thom. *in lib. 3. de regim. princip. cap. 19.* Tamen text. *in d. c. venerabilem. de electione* dicit, Imperium fuisse translatum in Germanos in personam Caroli Magni, Item *d. c. in diem distinct. 5.* dicit in Theutonicos, † quorum appellatione non veniunt Galli, & ex aliis etiam rationibus, & locis Restaur. Castald. *in d. tract. de Imperatore, quæst. 36.* probat vnicam fuisse factam Imperii translationem in Theutonicos, de quo pronunc non disputo, quia non est præsentis speculationis.

SVMMARIA.

1 *Dominium, & iurisdictio an fato dentur, siue stellis, ac secundis causis.*
2 *Roma quando fuerit ædificata secundum opinionem Astrologorum.*
3 *Astrologi decepti sunt in computatione stellarum finientium imperia.*
4 *Mundus sub qua constellatione creatus fuerit.*
5 *Mensis primus anni qui sit secundum AEgyptios.*
6 *Monarchiæ, & regna quando incipiant secundùm aliquos astrologos.*
7 *Imperiorum mutatio an possit oriri ex computatione certorum numerorum.*
8 *Numeri qui dant mutationem hominibus.*
9 *Cometæ quando prænuntiant regni interitum.*
10 *Cometæ in quo signo denotant bella.*
11 *Regnorum fata an dependeant ab eclipsibus solis, & lunæ.*
12 *Dominia, imperia, & iurisdictiones dantur sola voluntate Dei, & num. 14. & num. 17.*
13 *Imperia, & regna ob quas causas euertuntur.*
15 *Princeps nullus potuit sibi tollere successorem.*
16 *Tiberius quare aliquos occidebat indagata illorum natiuitate.*
18 *Tyranni ad quem effectum vocentur à Deo.*
19 *Temporum resolutiones non esse hominibus cognitas, nisi Deo placuerit.*
20 *Regnorum mutatio ob peccata permittitur.*
21 *Imperiorum mutationes quando reuelentur præ benignitate Dei.*
22 *Astrologi quando deiecti ab vrbe, etiam à Papa.*
23 *Astrologis nullo modo esse credendum.*
24 *Astrologi non possunt assignare causam diuersitatis geminorum natorum.*
25 *Astrologorum prædictiones de regno reiiciuntur à Deo.*
26 *Cognitio futurorum, & eorum quæ sunt supra nos est fugienda.*
27 *Prouidentia diuina non excludit secundas causas, quas facit executrices.*
28 *Deus fecit constellationes ad bonum finem hominis, quas solet mutare.*
29 *Deus qui præuidit futura, præordinauit etiam sua instrumenta.*
30 *Astrologus non potest præuidere effectum constellationum aliquando mutatum esse.*
32 *Cometæ, & eclipses sunt potius signa, quàm causa.*

CAP. VI.

Neque Dominium, neque Iurisdictionem habere originem à fato, aut secundis causis finiti, sed à sola Dei voluntate.

MOdò reiiciamus opiniones eorũ, qui putãt dominiũ † & iurisdictionem fato dari & auferri, atque secundis causis. Nam Cardanus ab extrema stella Caudæ Vrsę maioris arbitratus est prouenire: Hanc enim cùm Roma conderetur, ipsi verticalem fuisse docet, quæ deinde postquam recessit, & à vertice declinauit, Romanum quoque Imperium paulatim labi, & attenuari cœpisse, ait: Eadem deinde stella cum verticem Byzantij occuparet, Imperium ab eo deuexit, ac transtulit, & prout iterum vel deflexit, vel accessit, ita sedem Romani imperij constituit, & infirmauit, donec tandem Germanis stella hæc verticalis facta, Imperij molem ad eos perduxerit. 1

Sed hæc opinio reprobatur primo in suis principiis. Nam si stella hodie est in secundo gradu Virginis, & retrogradiendo iuxtà proportiones stellarum fixarũ, necessario tunc tẽporis esse debebat in 39. gradu Leonis, sed communis est omnium Astrologorum † sententia, Romã ædificatam esse in 21. Aprilis, quæ dies hodie tenet 9. gradum Tauri, ergo tunc temporis tenebat 19. gradum Arietis, qua ratione impossibile est fuisse verticalem, existente sole in meridiano Romæ, deficiebant enim quatuor signa, & 20. gradus. Præterea

3 terea omnes Astrologi,†in computatione stellarũ finientium Imperia decepti sunt in principio falso,eorum enim omniũ coaceruata est opinio, tẽpore creationis mundi
4 †solem fuisse in signo Arietis,sed decepti sunt in multis signis, quia ordinatur in lege Dei, *Exo.c.23.* solẽnitates fieri in exitu anni, die 15.septimi mensis,qui antea primus erat mensis,& in hoc conueniunt omnes Interpretes Hebræi,Ioseph.*in lib.1.antiquit.c.3.* Rabi Eleazar *in Genesin*, Rabi Abrahã Aben *in Esdram c.7.*Sed verum est annum incipere vbi finitur,annique finem esse diem septimi mensis, ergo oportet concludere,solem fuisse in signo libræ,dicente lege Dei,hæc verba,Mensem Abib deinceps futurum esse primum, quia illo mense ab Ægypto traduxerat suum populum.*Exodi cap.12.* Qui est mensis Martius, Tisris septimus,qui est mensis Septẽbris,in quo nulla est difficultas inter Hebræos,& vide Cassan. *in consil.*
5 303.Et licet Ægyptij †erant hostes Hebræorum,tamẽ semper retinuerunt mensem Septembris pro primo mense anni,ex falso igitur principio creationis mundi,non potest inferri calculando ad directiones Imperij,dominij,& iurisdictionis.

Non desunt etiam, qui nouis Copernici specula-
6 tionibus demonstrant omnes Monarchias † & regna cœpisse,& adaucta esse,cum centrum eccentrici in aliquo insigni loco parui circuli fuerit, in cuius circumferentia ab ortu, in occasum centrum eccentrici existit: Itaque cum solis esset maxima excentricitas Romanum Imperium ad Monarchiam declinasse,& sicut illa decreuit, ita & hoc tanquam consenescens, defecisse referunt:cum itaque cẽtrum eccentrici solis perueniret ad quadrantem, & terminum mediocrem, aliud magnum imperium exortum est,quod velocissimè ad motus rationem creuit,etiam infra centum annos,minima futura sit eccentricitas, hoc quoque Imperium finietur.

Io.Bodinus etiam à sancta Romana Ecclesia reprobatus *in lib.4.de repub.c.2.* Certos duntaxat numeros
7 arbitratus est reperiri, qui mutationum† prædictarum causa sint,videlicet quadratos, & solidos septẽ, & nouem,eos etiam,qui ex amborum multiplicatione nascuntur,asserens numeros perfectos esse,quatuor, scilicet,sex,viginti octo,quatuor centum,nonaginta sex, & octo mille centum & viginti octo, quorum neque primus,neque vltimus mutationibus prædictis deseruire potest primus quidem propter breuitatem,at vltimus quia egreditur ætatem mundi.

8 Hanc opinionem probant à simili, sicut in fœminis numerus † senarius dat mutationem, & septenarius masculis,ita numerus solidus septenarius, & numerus quadratus multiplicatus per septenarios, ostendunt mutationem,atque ruinam imperij,ita præteritam,sicut futuram. Item sicut numerus septem, aut nouem dat principium humani ortus, & numerus resultans à multiplicatione vnius per alterum plerumque vitam cum morte mutare facit, ita numerus septingentum viginti nouem,qui solidus nomen est, plerumq; mutat imperia.Item omnes antiqui obseruarunt numerũ sexaginta trium, qui multiplicatus constat ex ratione septem per nouem,mortalem esse senibus,in qua ætate infiniti celebres viri mortui sunt. Platonẽ scribunt periisse anno octagesimo primo, qui sunt duodecim septenarij, pauci perueniunt ad tredecim, vt ferunt de Diuo Hieronymo,& Isocrate: Cur igitur idem de Imperio dicendum non est.

9 Dicunt multi Cometas † prænuntiare regni interitum,si elongetur à sole vndecim signis.Ptolom.*aphorism.100.*Et Ludouic.de Regiis *aphoris.98.& 137.* Dicit per Cometarũ apparitionem in signis regiis, dũ mouentur motu sensibili de vno signo ad aliud regna mutantur, præsertim si plures vno anno apparebunt, nunquam enim eueniunt sine magna mutatione regnorum illius climatis in quo apparebunt, & Mizaldus *in li.2.Cometographiæ*, obserua,inquit, in fatali regni exitu,si cometa sit in cõstitutione Ptolomæi:Horum exempla multa refert Ioachimus Camerarius *in lib.2.de ostentis*,& Plinius *li.2.*Iulius Obsequens *in lib. de prodigiis.* Visis trabibus,quas Græci docos vocant, Lacedæmonij classe victi imperium amisere Græciæ. Plinius *in lib.2.c.26.* Post mortem Iulij Cæsaris,cum Octauius principatum acciperet,& ludos ei consecraret, stella crinita per septem dies continuos insulsit, exoriens circa vndecimã horam. Sueton.in Iulio Cæsare *c.88.* Quod signum iucundum Augusto fuisse Plinius ait *in lib.2.c.25.* Dio Cassius *in lib.45.hist.* Iulius Obsequẽs *in li.de prodigiis.c.128.* Sed habuit mutationem reipubl.Romanæ,quæ libertatẽ,ac statum,quem oppresserat Iulius Cæsar tyrannicè, tunc spõte delatã per decem annos,singulos primum, deinde in perpetuum,amisit. Anno 452. Luna offuscata Cometes apparuit, & statim Attila Hunnorum Rex multarum aquilonarium gẽtium auxilio, à Pannonis egressus,inuasit Imperium occidentale.Circiter annum Domini 613. Cometes per mensem apparuit,tum Cosroës Persarũ Rex Hierosolymam diripuit. Decimo tertio anno Imperij Iustiniani Cometa†in sagittario visus est, 10
in Italia cum Gothis bella gesta sunt,& à Narsete auxiliis Longobardorum extincti: Anno 838. apparuit Cometes in signo libræ, quo anno Normanni Vualchiaum vastarunt insulam, & anno sequenti Ennicus Arista factus est Rex Nauarræ primus,& ab eo successores, vt dicit Vaschus *in Chronicis Hispaniæ*, sub anno Domini 1274 Vuernerus *in fasciculo temporum in sexta ætate*, Cometam dicit apparuisse, quo tẽpore Tartari inuaserunt Imperium Constantinopolitanũ,Saraceni,Tripoli capta, nomen Christianorũ deleuerunt; Sultanus idem fecit de Ancona ciuitate, & quindecim aliis ciuitatibus,in quibus Christianorũ occisa tercentũ millia.Itẽ aliæ clades sequutæ sunt,ex crudeli bello inter Pisanos,& Venetos ob dominiũ Corcyræ Insulæ. Refert idem Guernerus *in d.sexta ætate*, sub anno 1472. transiuisse super Coloniam in opposito libræ Cometam die 21.Ianuarij,& caudam longã quasi graduum triginta misisse ad occidentem, & sub die 3.Februarij stetisse in Ariete, ac caudã misisse ad pleiades versus orientem,albam, aliquando flammeã, & valde crinitam, quo tempore Carolus Dux Burgũdiæ multas subuertit ciuitates,& anno sequenti inuasit, & possedit Gueldriam,& Lotharingiam, & circa hæc tempora Mahometes II.Imperator Turcarum XI.contra Christianos duo Imperia euertit Constantinopolitanum,& Trapezuntium,Regna duodecim Christianis ademit, cœpit ducentas vrbes, Ialcidem insulam, & Scodram Venetis ademit, Rhodum oppugnauit, Italiam capta Hydrunte,inuasit,multa alia prætereo.

Putant etiam Astrologi fata †regnorum dependere 11
ab eclipsibus Solis,& Lunæ.Anno domini 806.quarta die Septembr.fuit eclipsis Lunæ existentis in 16.parte piscium sole existente in 16. parte virginis. Anno sequenti 807.eclipsis facta est Solis,die 9.Februar.stante vtroque Sydere in 25.parte aquarij, & eodem mense, die 28. iterum eclipsis Lunæ facta est, Sole morãte in 11.parte piscium,&Luna in 11.parte virginis,& iterum die 18.Augusti, facta est eclipsis Lunæ, hora 3.noctis, Sole posito in 5.parte virginis, & Luna in 5.parte piscium,vt testatur Rheginus *in 2.lib.Chronicorum.* Tũc

cœperunt mutari regna per Carolum Imperatorem contra Gentiles, Saracenos, Germanos, Sclauos, & alios. Anno Domini 1197. Solis eclipsis adeo magna facta est, vt stellæ per diem visæ sint, tanquam in nocte, & die 6. Septembr. & mense sequenti Balduinus Rex Hierosolymorum à Saladino captus, & Hierosolyma amissa est.

Sed isti delirant, vt ait Seneca *Epistola* 11. qui fato, aut
12 secundis causis ascribunt. Nos à causa † Principe id petimus, ex quo suspensa sunt omnia, & à quo sunt omnes causarum causæ. Vnde Daniel *c.*2. dicitur, *Illius est sapientia, & maiestas, ille tempus & horam mutat, ille Reges repudiat & constituit.* Et *Psalm.* 143. *Qui dat salutem Regib.* Vnde D. Paul. *ad Roman. c.*13. *Quæ potestates sunt à Deo ordinatæ sunt.* Et *Prou. c.*16. *libra, & pondus iudicia domini sunt.* Sic diuinitus excitati, & adiuti fuerunt Dauid, Salomon, Iosaphat, Ezechias, Iosias, Nabuchodonosor, Cyrus, Constantinus, Theodosius, Carolus Magnus, vt & imperia restituerent, & Ecclesiam adiuuarent, sicut quoque excitati sunt, & adiuti diuinitus, vt imperia, & disciplinam restituerent, etiã si doctrinam de Deo ignorarent, Themistocles, Aristides, Alexander Macedo, Fabius, Marcellus, Scipio, Paulus Æmilius, Augustus, nam & hi quoque res generi humano salutares gesserunt, & politias mediocriter erexerunt, & constituerunt: Quemadmodum quoque re-
13 gna † & imperia ob impietatem, libidines, & alia scelera euertuntur, ac mutantur, vnde *Prouerb. c.*25. *Aufer impietatem de vultu Regis, & firmabitur iustitiâ Thronus eius.* Et *Prouerb. c.*28 *Propter peccata terræ, sæpe mutantur principes, & propter virum prudentem, atque intelligentem, diuturna erunt imperia.* Et *Sapientiæ cap.*5. *Malitia euertit sedes potentum.* Et *Leuitici c.*18. *Omnis anima, quæ facit has abominationes, delebitur.*

Nullam igitur dominij ac iurisdictionis imperij veram causam, eiusque mutationis assignari posse arbi-
14 tror, quàm † voluntatem Dei. Sic Plato, etiam inter Ethnicos existimauit, Reges eligi, imperare, tolli, & respublicas quoque corruere, & deprimi, atque resur-
15 gere. Inde experti sumus neminem † potuisse sibi tollere successorem, quia Dei voluntate fuerat designatus. Astiages metuens sibi nasci successorem ex filia Mandane iuxta reuelatum somnium, voluit perdere ex illa natum filium, sed non potuit perdere Cyrũ, vt testatur Herodotus *in lib.*1. Amulius voluit oppresso fratre, regni Latij consorte, Numitore, in se transferre, ac successionem sui generis regnum incarcerata filia Numitoris, & partu eius Romuli, & Remi exposito, & necari iusso, ne illi esset ex stirpe successor, sed non potuit, quia diuina illi prouidentia ad imperium vocati sunt, Iustinus *lib.*43. Liuius, & alij. Saul voluit sæpe Dauidem necare, suspicatus, tanquam meliorem à Deo electum, regnaturum, sed non potuit 1. *lib. Reg. cap.*18. Salomon voluit interficere Ieroboam seruum suum, siue præfectum tributorum, eo quòd intellexerat illum regnaturum in decem tribubus post mortẽ suam ex Prophetia Asiæ Silonitis Prophetæ, sed non potuit, Dominus enim ita decreuerat ob peccatum Salomonis, 3. *Reg. c.*11. atque ideo effugiẽs manus eius, aufugit in Ægyptum ad Sesac Regem Ægypti, donec mortuus fuerit Salomon, & successerit Roboam in Regem: Qui consultus à Populo de remittendis tributis, cùm noluisset, dedit occasionem implendi voluntatẽ Dei, atque elegerunt decem tribus, iuxta prædictionem Prophetæ, Ieroboam in Regem 3. *Reg. cap.*
16 12. & 2. *Paralipom. cap.*10. & *c.*11. Tiberius † Cæsar post mortem Germanici, factus crudelis, Astrologiæ se dedit in hominum perniciem, multos enim occidebat, indagata illorum natiuitate, si quid excellens habuissent, quod Imperio dignum erat, sed Galbam Imperatorem futurum non interemit. Dio Cassius *in li.*57. *Historiæ.* Vocauit Deus ad regendum populum suum Mosen. *Exodi c.*3. Sed non vocauit post eos filios suos, sed Iosue, *Deuteron. c.*31. & Iosue *c.*1. Plures alios vocauerat, vt in libro Iudicum. Item Heli, sed eum propter peccatum principatu reprobauit 1. *lib. Reg. c.*3. & *c.*4. vocauit Saulem, 1. *lib. Reg. c.*9. & *c.*10. sed propter eius peccatum reprobauit, 1. *lib. Reg. c.*15. Item vocauit Dauid, & progeniem eius, 1. *Reg. c.*16. sed propter peccatum Salomonis abstulit regnum decem tribus, 3. *lib. Reg. c.*12.

Quare Dei prouidentia † ineffabilis curat regna 17
oriri, mutari, & interire, Regésque vocari ac deiici. Nec dicitur approbare tyrannos, quos vocat † ad casti- 18
gationem scelestorum, vt sint ministri suę voluntatis, vt vocauit Cyrum Isaiæ c.45. & dixi supra, vocauit Ieroboam ad vindicandum peccatum Salomonis, & vt ille adimeret decem tribus de regno filij eius Roboã, 3. *lib. Reg. cap.*11. & *cap.*12. & 2. *lib. Paralipom. cap.* 9. & *cap.*10. Sed Ieroboam incidit in peiorem Idololatriã, quàm Salomon, 3. *lib. Reg. c.*13. Item vocauit Baassam in Regem Iuda, qui percussit Nadab filium Ieroboã, & omnem domum eius, vt non relinqueret mingentem ad parietem 3. *lib. Reg. cap.*14. & *cap.*15. Sed ex eo, cùm fuit scissus populus Israel à domo Dauid, proiecit Deus omne semen Israel à facie sua, & afflixit eos, donec disperderet, 4. *lib. Reg. cap.*16. Alia multa exempla prætereo ex libris Regum, ex quibus clarius apparet regnorum mutationes, & in alterum translationes nullo modo absque Dei voluntate fieri, sed temporũ † resolutiones non esse hominibus cognitas, nisi 19
in quantum Deo placuerit reuelare: Ita Dominus noster Iesus Christus monuit discipulos, cùm de destructione Hierusalem ageret, & interrogaretur quando illa futura essent, atque finis seculi adesset, & quando regnum Israel esset restituturus: Respondit, non est vestrum nosse tempora, & momenta, quę pater posuit in sua potestate, *Actuum c.*1. Matthæi *c.*24. Marc. *cap.*13. Luc. *c.*21.

Sed quia regnorum † mutatio sæpissimè à Deo pro- 20
pter hominũ peccata permittitur, vt patet in Monarchia Caini, qui vnà cum subditis per diluuium finem accepit ex Dei iusta sententia; qui cum videret quòd omnis caro corrupisset viam suam super terram, dixit ad Noë: *Finis vniuersæ carnis venit corã me, repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra. Genes. c.*6. Dominus autem noster præ sua maxima benignitate reuelat plerumque futuras proximas
† mutationes, vel signis, vel prodigiis, vel Prophetiis, 21
aut aliis modis, prout sapientiæ suæ incõprehensibili visum fuerit expedire; Imo admonet nos, non solum per Angelos nostros custodes, sed etiam per Angelos tutelares & defensores Principatuum, atque regnorũ, quorumque auxilio regna cõseruantur, ac proteguntur. D. Clemens *in lib.*2. *recognitionum,* refert, diuum Petrum asseruisse, cuiusque gentis proprium esse Angelũ. Item Dionysius Areopagita *in lib. de cœlesti Hierarchia, c.*9. Synagoge Iudæorum, ait, peculiarem custodem fuisse Michaelem. Item Persarum alterum, & Persici Regni, Daniel *c.*10. & *c.*12.

Ideo remedium est, vt sic admoniti recurramus ad Deum aduersus tot futuras calamitates, & ab ipso irato misericordiam inuocemus, orationibus, & supplicationibus publ. atque priuatis insistamus, vitæ mores corruptos emendemus, mandata eius diligenter exequamur. Cuius rei exemplũ habetur *in lib. Exod. cap.*32.

Cùm

Cum enim Deus vellet delere populum propter idololatriam, dixit ad Moysem: *Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciámque te in gentem magnā:* Moyses autem orauit Dominum Deum, dicens: *Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne quæso dicant Aegyptij, callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra, quiescat ira tua, & esto placabilis super ira populi tui: Recordare Abraham, & Isaac, & Israel seniorum tuorum, &c.* Itē Amos c.7. Præuidit Propheta in visione locustæ totius Israel absumptionem, sed creatione sua eam plagam, aliáq; postea comminatas auertit. Item sententiam suam reuocauit Deus pronūtiatam contra Achab per Eliam, cùm ipse humiliatus orasset, ieiunasset, dormisset in sacco, & humiliatus ambulasset, translata est priuatio regni in filium eius. *3. lib. Reg. c.21.*

Ideo non obstant quæ ab Astrologis vanè in hoc negotio dicta sunt. Nam prætermissa eorum reprobatione, quæ ex eorundem principiis oritur, ne videar potius astrologia defendere Iurisdictionem, quā Dei voluntate illā asserere, à quo datum esse ab initio pro-
22 batum est. Dico Astrologorum † genus temerarium esse, ac procax, atque tranquillæ vitæ contrarium fugiendum, vt hoc breuissimum vitæ tempus absque superuacuis curis agamus: Quamobrem, & meritò, anno ab vrbe condita 720. Agrippa ædilis Astrologos, & præstigiatores vrbe eiecit, vt scribit Dio Cassius *in li. 45. histor.* Idem fecit Vitellius Imperator factus, vt ait Xiphilinus ex Dione, in Vitellio, & temporibus nostris Sixtus V. Pontifex Maximus Astrologiam sub anathemate prohibuit, & Astrologos foro sanctæ Inquisitionis subiecit.

23 Et quod nullo modo sit Astrologis † credendum, sic deduco: quot sunt errores in Ephemeridibus diuersorum, in quorū aliquibus leguntur planetæ directi, in aliis retrogradi, in aliis stationarij? Imò in Lunæ motu nobis proximioris, & magis cognitæ, nullus ex astrologis alteri cōsentit propter maximas cōtrarietates Alphonsi & Copernici. Itē quomodo Horoscopus ciuitatis haberi potest pro Horoscopo Imperij? cū etiā experiētia docuerit ciuitates submersas esse, Imperiū autem remansisse, vt de Carthagine omnes testantur.

Et sicut non possunt Astrologi assignare causam;
24 Cur † in vita Geminorum, in actibus, euentibus, professionib. artibus, honoribus, cæterísque rebus ad humanam vitam pertinentibus plerumque fit tanta diuersitas, vt similiores sint potius extranei, quàm ipsi inter se, qui eadē vita sunt orti: Sic ex Horoscopi stella non possunt mutationis imperij causam assignare: cur Esau, & Iacob gemini nati, moribus, & actib. dispares, vt Iacob plantam Esau teneret: In his diuina voluntas peruertit ordinem naturę, Primo ante tempus discordes in ventre matris fecit, & pugnaces, *Gen. s. cap. 25. Et contendebant in vtero eius paruuli, &c.*

Dum prædicitur Babylonici Regni destructio ex A-
25 strologorum † supputationibus Esaias dicit *in cap. 47. Sta cum incantatoribus tuis & cum multitudine maleficorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior: Defecisti in multitudine consiliorum tuorum, stent, & saluēt te Augures cœli, qui contemplantur Sydera, & supputabāt menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi: Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos, non liberabunt animam suam de manu flammæ, &c.* Ex quibus ostenditur contemplationem Sydeream, ac supputationem mensium satis displicere Deo ad præuidendum futura, præsertim circa destructionem, & mutationem regnorū, quę in manu Dei, & diuina mēte existunt: Vnde *Ecclesiast. c.3. Altiora te† ne scrutatus fueris.* Et postea subdit: *Mul-* 26
tos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus eorum. Et *Ecclesiast. c.7. Quid necesse est homini maiora se quærere, cum ignoret quid conducat sibi in vita sua?* Et post paucas; *neq. plus sapias quàm necesse est ne obstupescas.* Hinc Apostolus cùm de prædestinatione verba ageret, & peruenisset ad illud, quare quosdā eligat, alios verò reprobet; vt de Iacob, quem dilexit, Esau autem odio habuit, profundissimè intulit, *ò altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incōprehensibilia sunt iudicia eius, & imperscrutabiles viæ eius.*

Et licet diuina prouidentia † non excludat secundas 27
causas, sed executrices ipsas facit; quia ad prouidētiam duo requirūtur, videlicet ordinatio, & ordinis executio; Deus autem ipse quoad ordinationem regit, & gubernat omnia, cum sit primum mouens, non motum, ipsum autem non minus mouet, quā secundo mouentia, sed magis, quia sine eo, non mouent alia, & quicquid agit secunda causa agit prima, sed nobiliori modo: Et secūda causa agit quo ad executionem ordinis, aliter in rebus non esset ordo causarum, qui est nobilior, quam effectuum. Tamē ipse Deus optimus † ma- 28
ximus has constellationes fecit ad bonum finē hominis, ergo oportet, vt Deus aliquando mutet operationes constellationum, secundum finem, per quem sunt, quia sunt ordinatæ ad hominis finem bonum: quare si deberet euenire gladius, vel pestis alicui Imperio, vel homini, aut penuria, vel siccitas, poterit Deus per orationes, & preces, & alicuius sanctitatem mutare, dare pluuiam, pacem, & abundantiam, non obstantibus cōstellationibus, & sicut Deus præuidit † ab æterno futu- 29
ra, ita præordinauit omnia sua instrumenta & cœlum, & stellas ad ordinem suæ præuisionis, si igitur posset Astrologus præuidere causam secundam dominationum, & Principatuum, quomodo posset præuidere 30
hanc causam † ex præordinatione Dei mutandam esse? *Sensum Domini quis nouit, aut quis consiliarius eius fuit:* dicit Apostolus. Et alibi: *Ita distant viæ meæ à viis vestris & cogitationes meæ à cogitationibus vestris,* ait Dominus, *sicut cœli à terra.*

Opinio Io. Bodini in seq. Cap. vbi de numeris, & opinione Platonis agitur, reprobatur.

Quia verò dicuntur de Cometis † & Eclipsibus, illa 31
causa non sunt, nec effectus, de quibus agimus, sed tantum signa, vt probat Arist *in lib. 1. meteor.* Et ibi latissimè Albertus Magnus, & quando præstigia dubitarentur, debet rogari omnipotens Deus vt auertat, vt dixi suprà atque delere consuetudinem peccandi: *Nouerit enim Deus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. c. nouerit de pœnit. dist. 1.*

SVMMARIA.

1 *Imperij mutationis causam quam senserit Plato.*
2 *Imperij quot anni significent perfectionem, & quot anni ruinam.*
3 *Imperij status, & ruina an ex numeris deprehendatur.*
4 *Numeri qui tribuunt legibus mutationem.*
5 *Proportio in quibus numeris inueniatur.*
6 *Imperium, & resp. an deficiant, cum deficit harmonia.*
7 *Platonis opinio de mutatione Imperij reprobatur.*
8 *Numeris non adesse virtutem.*
9 *Numeri an occultiore significato aliud significent.*
10 *Imperij & status mutatio ex quib. causis dependeat.*
11 *Imperium & status præcipuè conseruatur religione.*
12 *Imperium quomodo conseruetur in subditos.*
13 *Iudex iustus primum quæritur in republica.*

CAP. VII.

Dominium, & Iurisdictionem Imperiorum aliqua humana ratione posse conseruari.

1 PRimo videamus quid senserit Plato; Causam † mutationis Imperij arbitratur, quia in eius generatione iungitur sesquitertiæ quinarius numerus,hoc est,sicut sesquitertia ratio διατεσσάρων quæ est imago optimæ reipublicæ aucta secũdum ternarij perfectionem non producit retinentia suæ originis iustam harmoniam,& suauitatem,sed dissonantiam,ita &optima Respubl.cùm peruenit ad sui auctionem, non retinet suum naturalem statum ab initio constitutũ,sed prorsus contraria producit,destruentia harmoniam ipsius, scilicet leges, & totam Imperij formam.

Et vt numeris hæc Platonis opinio perspicua fiat, componatur ratio sesquitertia,quę est διατεσσάρων ter, & prodibit dupla super decem partiens vigesimas septimas,quæ consistit inter duos cubos, nempe 64. & 27. Cadant igitur inter eos duo medio loco proportionalia,hoc modo 64.48,36.27. Conferantur autem primo tres numeri quicunque,medio exempto,& habebimus rationem,quę est semidiatonicum diapente; Conferantur postea extremi numeri 64.& 27. Et habebimus rationem, quæ est diapason cum semiditono.

Horum igitur modorum,& violenta inter ipsos dissonantia consideretur. Ascendamus primo per septimam ex T.vt in F. fa ut, postea ex hoc per decimam ascendamus vsque ad excellentes in A la mi re, simul igitur sonantibus horum trium locorum vocibus,audiemus dirum vlulatum, imò clamores Lapitharũ, & Centaurorum inter se dissono,vario ac difformi rugitu certantium:Hæc tanta dissonantia non solum à musicis,sed ab omnibus etiam cantoribus malè audit:Distat enim à T.vt decima sexta: Diligenter igitur consideretur per has duas dissonantias non simpliciter,& per se esse dissonas, sed etiam inter se, tanquam duo pessima contraria mala acerrimè pugnare, qua maxima pugna, strepitu, ac tumultu omnes totius Scalæ cũ διατεσσάρων optimæ harmoniæ, non modò non audiuntur,sed prorsus obruuntur,& intereunt.

Ita dicit Plato fieri in optima republica, quæ naturali modo perfecta secundum ternarium,cũ aucta est, profert sibi contraria, quæ inter se violentissimè pugnant, faciunt turbationes, & totales mutationes le-
2 gum,& Imperiorum afferunt†:Cùm autem hi numeri 64.& 27. proferant eas dissonantias multiplicentur simul inter se,tùm eum producent numerum annorũ, quo ista contraria euertentia leges, & statum rerumpublicarum existunt,nempe annos 1728. Horum partem sub triplam super tripartientem octauas,tribuunt mutationibus principatuum,nempe annos 1512. Cubũ ex octo, ad quæ duodecim habent sesqui alteram rationem, hoc est 12.habent se ad 8.vt 3.ad 2.quæ est ratio viuidi,& gestientis diapente.

Status igitur,& leges constituunt hanc exhilarantem suauitatem diapente, dum Principes manent simplices † numeri,hoc est subiecti legibus, vt binarius multis modis est subiectus ternario, cùm verò fiunt solidi, 3
hoc est negligentes legum, contemptoresque omnis disciplinæ,sua tãtum quærentes, nec statum publicum augentes, turbant hanc concinnam, & viuificam diapente harmoniam, qua turbatione sibi interitum accesserunt vltra,Sicut octonarius repræsentans Principes, dum nullum alium numerum, nisi se, ter auget, procreat eum numerum, quem Plato constituit euersorem Principatuum:Habet autem hæc ratio celeriores mutationes, quia ratio sesquitertia legum, vt conuenit diapente, quod vehementius fertur, & est excitatius quàm διατεσσάρων, quod etsi dulcisonans, aliquanto tamen remissius,ac languidius sonat:Talis est status legum, & reipublicæ, si non accedat heroicus quidam zelus magistratuum, qui est viua vox legum constituens diapente harmoniam,ita vt perfectissima & absolutissima harmonia omnes alias complectens, nempe suauissimum diapason omnis dissonantię expers,superior quoque numerus inuenitur,si digrãmatos numerus fiat solidus, hoc est si 12. quæ numerant arcam prioris quadranguli cubicè multiplicentur, hoc simplici modo procedit Aristoteles, & ante ipsum Plato, qui præterea dicit, cum numeris laterum pro ratione,quam habent ad vnitatem progreditur vsque ad quintum locum,hoc modo.

	1	
4		3
16		9
64		27
264		81
1024		243

Isti numeri aggregati † cum vnitate numerum constituunt 1728. quem Plato tribuit totalibus legum mutationibus. 4

Sed Valentinus Forsterus *in tractatu de historia iuris ciuilis Romanorum, capite de causis mutationum imperij*,aliter explicat Platonis intentionem,supponit enim proportionem † triplam, & quadruplam in lateribus,quod est falsum;nam ex huiusmodi proportione destruerentur fundamenta numeri nuptialis, qui est in dupla,atque tripla ratione: Item Forsterus asserit similem proportionem in numeris 27.& 64. sicut est in numeris 3. & 4. quod est impossibile per naturam,& contra fundamenta scientiæ Mathematicæ, vt probat doctissimus Beda in proportionibus Arithmeticæ. 5

Deducamus aliter,& faciliori modo Platonis mentem, Imperia, & respublicas deficere † cum deficit harmonia,ipsa verò conseruari. Harmoniam deficere cùm discedimus à quarta & quinta numeri nuptialis,hic quidem numerus ab vnitate incipit,qui virgo, & inuiolabilis remanet in latera proportionis duplæ, & triplæ distenditur per numeros pares, & impares: pares quidem fœminis, impares verò masculis tribuit, medium autem numeris perfectis, & imperfectis repleatur quadratis, cubitibus, sphæricis,& quomodolibet proportionalibus,quare durabit imperium rectè fundatum, quousque conseruabitur har- 6

harmonia vnitatis in dextera, quæ est in 8. Item duorum ad tres, quæ est quinta, item trium ad quatuor, quæ est quarta, & ab vnitate ad tres, quæ est decima quinta: Sin autem à quatuor ad nouem fluxerint, à quibus numeris deest harmoniæ proportio, dissona discrepantia sequitur, quæ totam corrumpit reipublicæ harmoniam.

1	
2	3
4	9
8	27
16	81

7 Sed contra opinionem † Platonis argumentari potest ex eiusdem principiis: dicit harmoniam amitti, si progrediatur ad tertiam, & quartam, sed quis impedit impleri triangulum numeri nuptialis, & sic continuari harmoniam, aderunt enim iidem concentus, qui in primis quatuor numeris repositi sunt: Præterea ex matrimonio numeri duorum, & trium, generantur sex, qui infra quatuor, & nouem inuenitur in eadem domo duorum, & trium, quæ est quinta eodem modo inter octo, & viginti septem inuenitur proportio, & dulcedo harmoniaca; Item inter 16. & 81. omnes boni concentus inuenientur, & ita si esset vera Platonis opinio, respublicæ, & Imperia essent immortalia: Vnde Cicero existimauit impossibile ex concentib. reip. alteratæ ipsam alterari, & mutari: Solus Polybius *in li.* 4. visus est in hoc imaginem veritatis attingere, de republica Cynethensi in Arcadia loquens, quæ cum primum musicæ delectationem prætermiserit, seditiones, & ciuilia bella passa est, gentes ferè inhumanæ, & quasi populus barbarus euaserunt.

8 Nec potest dici numeris † adesse virtutem: Quid est enim numerus, nisi differentia temporis, secundum Aristotelem *in li. 4. Physicorum textu* 105. quid tempus nisi mensura motus, & secundum Euclidem *in lib. 7. element.* est numerus ex vnitatibus composita multitudo, has autem vnitates, ac motus, non omnes æqualiter numerant. Vna gens quædam est Thracum, quæ vsque ad quatuor terminat numerandi seriē, eo quod amplius meminisse non potest, instar puerorum, neque vsum habet rerum multarum, teste Aristotele *in* 15. *parte problemat.* 3. Ergo regula fallacissima, quæ neq; vera in omni, nec semper, & hoc est argumentum Aristot. *in lib. 1. posterior. c.* 4. Vnde sacri Theologi communiter non in numero, sed in numerata virtutem collocarunt: nisi diceremus virtutem quam Iurisconsulti considerarunt pluries, videlicet: Numerus pluralis continet singularitates. *l. fi. §. sin autem dubius, & ibi gloss. in ver. tabulariorum. C. de iure delib.* de quo sæpius in iure, vt *l. 1. C. de his qui in Eccles. manumitt. & l. orphanotrophos. C. de episc. & cleric. & l. 2. §. quod ait prætor. ff. de vi bon. rapt. & §. oportet verò in auth. de instrum. caut. & fid.* Cum concordantibus per Tiraquell. *de retract. consanguin. §. 1. gloss. 21. nu.* 8. hæc sola est virtus numeri, continere, & resolui, sed non ad hoc numerorum propositum illa virtus applicatur; ergo erroneè illi ascribitur.

9 Et licet aliqui pertinaces dicant, numerum † occultiore significato longè aliud esse, quàm vulgus existimat, sanè Plato, dicendo, omnia Deum in pondere, numero, & mensura fecisse, dum numeros, mensuras, ac solida in medium adducit, per numeros vult intelligi ipsas rerum naturalium species, formasque substantiales, quas etiam Aristoteles numeris comparat, per mensuras autem certas, & instrumentales figuras, vel magnitudines speciebus certis accommodatas, per solida denique, atque vires significat qualitates, & quę cum molibus penitus protenduntur, & præstant motionibus, & actionibus momentum: Ex qua reconditiore disciplina scribit Macrobius numerorum certā, & constitutam rationem animas sociare corporibus, qui numeri dùm supersunt; perseuerat animati corpus, cum deficiunt, arcana illa vis soluitur, qua societas ipsa constabat, & hoc est quod fatum, & fatalia tēpora vitæ vocant. Vnde Vergil. *lib. 10. Aeneid. 109. Explebo numerum, reddarque tenebris.* Et Philosophi veteres dixerunt, animam esse numerum sese mouentem, quod Pythagoricum esse decretum probat Plutarc. *in lib. 4. de placitis Philosophorum.*

Sed ista auditu iucunda delectant, ad fabulas autem conuertuntur, & in idem incidunt, quod §. contra Astrologos est reprobatum.

Propterea credo, vt experientia nostrorum temporum docuit, omnem imperij, atque status † mutationē 10
ex tribus dependere, si diuinus cultus non obseruetur, pro vt sancta præcipit Ecclesia; item si ius æquum non seruetur omnibus, in honoribus fauendo potentioribus, & virtuti, in re pecuniaria vero, & commodis pauperibus. Demum si cùm plebs ipsa facile seducatur, & deserat defensores, siue magistratus non creentur, Tribunis similes è corpore ipsius, annui, acres, & boni, vt sic in officio contineantur, & facile congregentur, eorumque vtilitati consulant, & pręsertim eorum abundantiæ, si quis hæc agat, diuturnius, & securius viuet Imperium.

Circa religionem quidem omnes concurrunt, nihil firmius, aut efficacius reperiri ad imperij, † & status 11
conseruationem, ea præcipuum est monarchię fundamentum, dominationum, legumque executionis, atq; subditorum obedientiæ, reuerentiæ magistratuum, timoris, pœnæ, ac denique amicitiæ conseruandæ, propterea summa ratio pro religione facit, *l. & si quis ff. de religios. & sumpt. funer.* & ita, semper obseruatū est, vt quemadmodum propter dissimilitudinem dogmatū, & rituum religio ipsa diuiditur, ita populus quoq. propter diuersa religionis studia, in diuersas partes scindatur, & quam quisq; religionem, & sectam sequitur, eius quoq; principem colat, ac veneretur, impugnatorem verò hostili mente prosequatur, vt de Alexādro Constantinopolitano, & Eusebio Nicomediensi, & aliis, Ecclesiasticæ tradunt historiæ Tripon. *li. 1. c.* 17.

Circa secundum, summum bonum † est in rebus iustitiam colere, & vnicuique iura seruare, atque in subditis non sinere quod potestatis est, fieri, at quod æquum est custodire, & Adhęc enim debēt Monarchię, & respub. anhelare. Remota iustitia, quid aliud sunt dominia, Iurisdictiones, & imperia, nisi latrocinia? quā seruasse dicuntur veteres, qui diuinæ legis notitiā non habebant, & quæ in eorum erant statuta legibus, in seipsis prius, vt ait Valerius, deinde in aliis obseruasse, vt euitarēt Anacarsis opprobrium, qui aliquorum leges, subditos tantum alligantes, aranearum telis comparauit: Obseruarunt & Principes leges suas: cum si in gubernanda republica quęratur primùm æquus, & iustus iudex, † ac dominus, atque iustum definiant, qui 13
legem obseruat, exemplis igitur plus moueant, quàm verbis. Principis cor in manu Dei est, dum leges condit, ipsisque minimè ligatur, quibus superior est in vniuersaliter corrigendo ea, quæ temporum varietas, vrgens necessitas, atque vtilitas mutari exposcant: Obliuiscantur commodorum suorum, & leges obseruabunt, etiam in coniunctis.

Ad salubritatem imperij, † omniumque vtilitatem, 14
totum corpus curent; partem verò aliquam nō attendant,

dant, alteram deserant: Ita fiet, vt qui legem præesse iubeant, Deum simul, & leges præesse iubeant. Qui iustũ dicunt, quod potentiori est vtile, ferre leges, principatum quemque ad suam vtilitatem, popularem gubernationem populares, tyrannicam verò tyrannicas, aliisque omnibus idem accidere, non aduertunt secretam reluctantiam populi, vnde discordiæ, seditiones, contentionesque fluctuant ad regni perniciem.

15 Antiqui consules reipubl. † præsidentes, pauperes erãt in rebus priuatis, Valerius adeò pauper, vt numis à populo collectis, eius sepultura curaretur, Marcus Curio cum magnum pondus auri oblatum fuisset, ipsum respuens, ait: *non aurum præclarum habere sibi videri, sed habentibus aurum imperare:* quod & Fabritius consul respondit alteri ministro. Qui iustitiæ legem non custodit, horrendè, & citò apparebit Dominus, iudicium ei durissimum ex ore Sapientis semper minans, & hoc Salomon expertus in seipso, regnum à Deo scissum, seruóque proprio datum est, licet post mortem ipsius, ob merita Dauid patris eius.

In honoribus fauendum est potentioribus, & virtu-
16 ti: Tres sunt † enim in Monarchia dominandi formæ, vna, quæ potentioribus fauet, nunc (ne exemplo desit inuidia) omittenda, cum nullibi fermè non adsit. Altera, quæ nouis fauet hominibus, vt Turcica, & Britãnica. Tertia, quæ potentiorum insolentiam vlciscitur, illorum autem honoribus fauet, hæc sola & diuturna, & iusta est, nam secunda & si insita sit, plena est tumultibus, carétque iustitia, quod per incuriam potentiorũ fiat, vnde inter Turcas, & Britannos tot cædes: Sed Britannica adhuc inconstantior est, quoniam plures familiæ ausæ sunt de regno certare, quod in Regno Franciæ experientia docuit, solaque consuetudine stat illud regnum, quod per quantamcumque seditionem, coniurationem, proditionem, atque cladem, nunquam neq; in domos, neq; in agros, neque imbellem turbã sæuitur, qui mos si non esset, iam vicies regnum Africanorum more funditus euersum esset. At in Ottomannis nondum bellum ab aliquo, qui ex aliena familia esset oriundus, exarsit: Dum autem fauet potentibus, potentes autem variantur iuxta singulos Principes, vt ex miseris fiant optimates, ita fit, vt lanx quasi æquetur, appellarique possit potius fortuna, quàm iniuria: At prima forma iniqua est, & minimè diuturna, dum qui iacet, iacere semper cogitur, qui autem vrget, acrius instat, securus conditionis suæ ac fortis.

17 Regna, quæ † potentibus fauent, sunt inualida, ostendit Neapolitanorum, Taurinensium, & Salassiorum status, qui dominos commutarunt, alios omitto consulto: Solæ Venetiæ diu steterunt, quæ ius æquum custodiunt melius, Turcarum potentia stat ob reuolutionem, quia omnes sunt serui, nec potentia, vel opes ad descendentes perueniunt: Incredibile est quam facilè concidant regna ista, in quibus iudices potentioribus fauent, nam Neapolitanum regnum, ac Mediolanensis status, bellorum tempore, vix toto trimestri tempore conciderunt prorsus, Taurinorum vel mense toto, Sallassiorum verò, vix octo diebus. Quare re-
18 gnum † cum factione optimatium, diuturnum esse nõ potest, cum populari verò, atque iusta administratione diuturnius ac quantum humanæ vires patiuntur,
19 perpetuum: Speciosa est pompa † procerum, sed vt vitrea organa, magni sumptus, sed inutiles, si petis non dant, si imperas, non obediunt, vndique discordiæ, seditiones, atque contentiones fluctuant, præsertim si proprietas nationis id suadeat, Regis magnitudini aut inuident, si nihil dent, aut damnosi si dant, aliquando verò vtroque modo noxij, ergo nihil est nocentius Regibus procerum potentia: ostendũt qui conati sunt regnum iustè retinere, cũ persæpe cogerentur potentiam procerum frangere in ipso regnandi medio, vel etiam circa initia conciderunt, vt Caligula, Nero, & multi alij. Qui verò perdurarunt, non solum posteris totum regnum reliquerunt, sed etiam ipsi tutò, & quiete regnarunt, vt Augustus, & Pertinax, Seuerus.

Si potentibus faueant Principes, † si illos plus iusto 20
euehant, tria maxima sequuntur incommoda, quæ ad euersionem dominationis faciunt: Primum, quod pecuniæ in paucos, & potentes cogentur, vnde necessitatis tempore tributa exigere non licebit, & ideo victi cessere semper Galli, à plebe enim facile est pecunias semper habere, tum quia facilius parent, tum quia auctis vectigalibus, crescunt reditus Principum absque periculo. Secundum si per iniusta procedatur, & ad po-
tentiores † semper vadat fauor, necesse est, vt breui res 21
ad tyrannidem vadat, & regnum, & respublica ruat, quod & Romæ, & in Parthorum, ac Britannorum, aliisque plurimis Regibus euenit, qui ab his, qui iniustè euexerant, euersi sunt. Denique crescente potentia vel vnius ad fastigium, vel plurium Satraparũ valdè, necesse est, vt regnum maximo cum Rege in periculo sit, siue illi inter se conueniant, siue dissideant, ergo nõ solùm honestius, ac magis pium est fauere tenuioribus, sed etiam securius Principi, atque diuturnitati reipublicæ, & cuiusuis dominationis vtilius.

In commoditatibus fauendum est Populo. Nam
plebs † ieiuna nescit timere Principes: Itaque quod fe- 22
runt Apollinem Pythium oraculum edidisse, Spartam
nulla re alia, nisi auaritia † esse peiiturã, Cicero inter- 23
pretatur *in lib. 2. officiorum*, non solùm Lacedæmoniis, sed etiam omnibus populis prædixisse, sic potestas iudiciorum à senatu in equites translata, vectigalia, id est imperij patrimonium per seditionem suppressit, Lucius Flor. *in lib. 3. c. 12.* Sic potentiorum auaritia, quã plebs depulsa agris suis fuit, seditioni Gracchanæ occasionem præbuit, per quam lex agraria lata est, vt nemini liceret vltra quadraginta telluris iugera possidere, quæ multorum deinde malorum causa fuit, Luc. Flor. *lib. 3. c. 14.* Iam & ob auaritiam, & impotentiam fœneratorum, quibus integra quoque seruiliter seruientibus in sacrum montem plebs armata secessit, seditio orta est. Luc. Flor. *lib. 1. c. 3.* Fremebant enim primum se foris pro libertate, & imperio decertãtes, domi à ciuibus captos, & oppressos esse, propterea subditi contra Principes facillimè prouocantur, quod & veterum testimonio, & exemplo confirmat Appianus *in lib. de ciuilibus bellis Romanorum.*

Multas quoque eiusdem generis seditiones † ex hi- 24
storicis recensere possem, iisdem radicibus ortas, aduersus populum, aliæ propter mutationem monetæ, vel diminutionem libræ, aut propter nouas pensiones siue vectigalia, aliæ propter salis, & noua, atque insolita tributa, aut propter subsidium rebus venundandis impositum, aliasque iniustas exactiones, vel similes causas in Germania, Gallia, Anglia, atque Italia, aliisq; nationibus excitatæ traduntur, sed hæc omnia notiora sunt, & vulgaria, atque Boërius *in lib. de seditiosis* cumulat, quæ tantisper admonuisse sufficiat.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio in genere quid sit.*
2 *Officium quid sit.*
3 *Iurisdictio vnde oriatur.*
4 *Iudicandi auctoritas olim penes quem fuerit, & nunc penes quem sit.*

5 *Iuris-*

5 *Iurisdictio in quot species diuidatur.*
6 *Iurisdictio plenißima qualis sit.*
7 *Iurisdictio simpliciter nuncupata qualis sit.*
8 *Iurisdictio quæ respicit imperium, quomodo diuidatur.*
9 *Iurisdictio ecclesiastica quid sit.*
10 *Iurisdictio secularis quid sit.*
11 *Moyses fuit sacerdos, & iudicauit populum in temporalibus.*
12 *Iurisdictio secularis quomodo fuerit permissa in vsurpatoribus.*
13 *Obediendum an sit Principibus infidelibus.*
14 *Iurisdictio secularis quomodo sit confirmata in successoribus vsurpatorum.*
15 *Vsurpata censentur legitima post confirmationem.*
16 *Possessionis nactæ origo quando non sit inspicienda.*
17 *Imperium quomodo probetur confirmatum.*
18 *Papa, & Imperator quomodo sint iudices hominum.*
19 *Violentiæ vitium quomodo purgatum sit.*
20 *Reges, & Imperator possunt se tueri præscriptione.*

CAP. VIII.

De Definitione vtriusque Iurisdictionis.

MOdò sequitur, secundùm ordinem doctrinæ, de definitione iurisdictionis agere: est autem *iuris-*
1 *dictio* † *officium, & auctoritas iuris dicendi: l.1.§.damus ff. de suspect. tutor.* id est facultas administrandæ iustitiæ, & æquitatis statuendæ, & potestas quædam gubernādi populum iure, ac legibus: Dicitur *officium*, vt sic cō-
2 prehendatur iuris dicendi necessitas: Nam † officium est quod vnumquēque facere oportet; ergo qui iudicandi munus semel susceperit, ius reddere cogitur, *auth. vt differentes iudices audire, &c.* Et grauibus supponitur pœnis magistratus, qui iustitiam iustè deprecantibus per sordes, aut gratiam denegant. Item ius dicere est iustitiam exercere, vnde oritur iurisdictio,
3 non † dicio iuris. Ditio est imperium, & potestas: Potestatem verò ius habet vbique terrarū, quæ legibus, & moribus reguntur, & sæpe iurisdictio, modicis admodum finibus circumscribitur, quæ nulla est extra territorium ius dicentis, *l.fin. de iurisdict. om. iud.* Nec solum iurisdictio est facultas iuris dicendi, sed est licentia iudicis dandi litigātibus, *l.1. ff. de iurisdict. om. iudic.* Nec solùm iurisdictio est facultas iuris dicēdi, sed est licentia iudicis dandi litigantibus, *l.1. ff. de iurisdict. omn. iud.* Qui autem iudicem dat partibus, ipse per datum, seu delegatum iudicem ius dicere videtur.

4 Hæc ampla iudicandi auctoritas olim Romæ à senatu duntaxat, vel Populo tribuebatur magistratibus. Nunc autem à solo Principe descendit; quo omnis potestas est, cui soli nunc quod olim Populo iureiurando promittunt præstituros se bonam conscientiā, atque optimum seruitium, quicumque rerum administrationem suscipiunt, vt *in auth. Iusiurandum quod præstatur ab his, &c.* priuati hoc non faciunt, *l.3. C. de iurisdi. om. iudic. c. significasti. de foro compet.*

5 Hoc iurisdictionis † nomen in duas species diuiditur, quarum altera dicitur plenissima iurisdictio, *l. si in aliquam §. si. de offic. proconsul.* quam qui habet, maiore nulla potestate impeditur. Nam maius omnibus habet Imperium & omnium magistratuum partes, qui quoquomodo ius dicit, ad ipsum pertinens. Suetonius in Caligula vocat hanc liberam iurisdictionem, & addit, Magistratibus liberam iurisdictionem sine appel-
6 latione concessit, quàm † plenissimam iurisdictionem causidici vocant altam, mediam, & bassam iustitiam, alij nuncupant omnimodam iurisdictionem, *clem.1. de foro compet.*

Altera species iurisdictionis circa ciuilium tantùm causarum iurisdictionem versatur, quæ iure actionis expediuntur, & Iurisdictio simpliciter † nuncupatur, 7
contracto genere in suam speciem ex vsu verbi, priuatā tantùm vtilitatē respiciens, & in iure cuique reddēdo æquabiliter cōsistens, neque ius vitæ, & necis sibi vendicat, nisi quatenus interpellatur, non habet magnam cū officij proprij, & motu suo proprio, pauca facit in puniendis etiam sceleribus, nemo enim dicit Legatum proconsulis animaduersionem habere, qui neque coërcendi, neque atrociter verberandi ius habet, & tamē habet iurisdictionem. *l. si quid erit ff. de offic. proconsul. l.1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict.* Qui igitur mandat iurisdictionem, simplicem mandasse intelligitur, cætera verò reseruasse: nam merum, & mixtum imperiū sub simplici nomine Iurisdictionis non intelliguntur. Bald. *in c. quanto. de iudic.* Abb. *in c. conquestus. de foro compet.* vbi id probant, & in vsu etiam Iurisconsultorum occurrit, vt Iurisdictio sit alia ab imperio, & potestate, sed in solo iure reddendo petentibus partibus consistat. *l. sed & si §. ait prætor. ff. ex quib. caus. maior. l. pen. ff. de iudic.*

Sed hæc Iurisdictionis diuisio respicit concessionem ipsius; Iurisdictionis † verò diuisio, quæ potesta- 8
tem respicit, & imperium, est bipartita, vnde Spiritualis vna, altera secularis dicitur. Quidam dicunt spiritualem, in quantum ponit diuinum dominium, esse illam; propter quam omnes creaturę subiiciuntur creatori: Secularem verò, in quantum ponit humanum dominium, dicunt illam, qua rerū dominia subiiciuntur creaturis, *l. ex hoc iure ff. de iust. & iur.* & hanc iurisdictionem Iurisconsultos aiunt, vocare dominium, Accurs. *in l. rectè ff. de verb. signific.* Canonistæ *in c. quo iure dist. 8.*

Nos autem ponimus iurisdictionem diuidi in Ecclesiasticam, & secularem, & hæc diuisio pertinet ad totum hūc tractatum. Atque diffinitur: *Iurisdictio ecclesiastica* † *est potestas diuina, post diluuium Sacerdoti* 9
Moysi cōcessa, atque à Christo ordinata immediatè, & supernaturaliter ad gubernandum fideles secundùm legem Euangelicam in supernaturalibus, & quatenus opus est in temporalibus. Dicitur potestas loco generis, dicitur supernaturalibus, id est, spiritualibus, vt differat à temporali. Dicitur etiam in temporalibus, ad demōstrandum, quòd Christus dominus noster hanc etiam potestatem dedit Petro, vt latissimè probo infra in relectione *extrauag. vnam sanctam.*

Iurisdictio secularis † *est potestas diuina post dilu-* 10
uium Sacerdoti Moysi concessa ad bene beatéque viuendum secundùm præcepta naturalia, permissa in vsurpatoribus & confirmata in successoribus secundùm præcepta naturalia, gentium, & ciuilia. Dicitur post diluuium, quia licet ante diluuium Adamo fuerit concessum dominium rerum & supereminentia continuatum in antiquiori de familia, sub cuius senioris imperio omnes subiiciebantur, vt dixi supra, & habetur *Gen. cap. 36.* Tamen ipse Deus per se ipsum mundum gubernauit vsque ad tēpus Noe, Innoc. *in c. licet ex suscepto, de foro compet.* Dicitur sacerdoti † Moysi, 11
qui & ipse fuit sacerdos. Ipse enim obtulit sacrificia, atque Aaron, & filios consecrauit in sacerdotes. Et quòd etiam iudicauerit populum in temporalibus patet in veteri lege, in Exodo, Leuitico, Numeris, & Deuteronomio, in quibus legitur solum Moysen iudicasse populum in temporalibus, vel substitutos per eum, videlicet septuaginta viros, de quibus *Exod. c. 18.* & probaui supra: Neque officium sacerdotis excludebat ipsum ab officio iudicis temporalis, sed eum

12 magis reddebat idoneum. Dicitur † permissa in vsurpatoribus, quia licet omnes quatuor monarchiæ fuissent per vsurpationem introductæ, tamen hoc ipsum initium etiam ex diuina permissione factum fuit, Felyn. *in c. cum non liceat n. 3. vers. vndecimo de præscriptionib.* Cardinal. *in c. venerabilem q. 6. de electione.* Præposit. *in c. causam. col. fin. qui fil. sint legit.* Vnde Daniel c. 2. dixit Nabuchodonosori Regi, *tu Rex Regum es, & Deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperium dedit tibi, & omnia in quibus habitant filij hominum, &c.* ab approbatione igitur Dei, dicimus illam occupationem fuisse permissam, vnde *Prima Petri c. 2.* habet: *sub-*
13 *diti † estote omni humanæ creaturæ propter Deum siue Regi, quasi præcellenti, siue Ducibus tanquam à Deo missis ad vindictam malefactorum, laudem verè bonorum, &c.* & habetur *in c. non frustra & c. regum 23. qu. 5.* per quem tex. intelligit Cardi. Turrecrem. vt obediendũ sit etiam Principibus infidelibus *in c. in dignitate. dist. 3. in q. 3. vers. respondeo:* & pro hoc rectè põderatur locus *Ioan. c. 19.* Principum potestatem à Deo deriuari, & ab ipsa diuina maiestate Principibus concedi, vt *Prou. c. 8. Per me Reges regnant, & Principes imperant, & c. ad Roman. c. 13. Non est potestas nisi à Deo.* Dicitur cõ-
14 firmata in successoribus: Quia Dominus noster Iesus Christus post sui aduentum confirmauit Imperium Romanũ, & exinde dicimus omnes Principes Christianos iustos habuisse titulos, vt latius dixi supra: &
15 facta confirmatione, † iuridicè omnia finguntur facta fuisse, *argum. l. mulier §. pen. ff. de const. inst.* Et hoc argumẽto vtitur Alex. *in l. extraneum n. 8. C. de hær. inst.* vbi etiam Bald. Castr. Cuman. & Salyc. quos allegat, eodem vsi sunt. Ex quo probatur non esse veram opinionem Ignei in quæstione: An Rex Franciæ reco-
16 gnoscat superiorem: *num. 21.* vbi quod origo nactæ † possessionis inspicienda est. *l. clam posidere. in pr. ff. de acquir. possess. l. nam origo ff. quod vi, aut clam.* & si est violenta non potest opitulari. *l. auctoritatem C. vnde vi c. vigilanti & c. fin. de præscript. & regula, possessor, & regula, peccatum lib. 6.* Et quòd hoc vitium transeat in successores. *l. an vitium ff. de diu. & temp. præscript. l. Pomponius in pr. ff. de acq. possess. §. fi. Inst. de vsuc. l. hæres ff. de vsuc.* Quia facta continuatione omnia iuridicè fa-
17 cta esse finguntur, & de confirmatione Imperij † vltra supra scripta, addo tex. *in epistola, inter claras C. de summa trin.* Et ideo *in l. 1. C. de veter. iur. enucleando.* Imperium dicitur à cælesti maiestate traditum. *c. quæsitum 23. q. 4.* & facit *c. qui resistit 11. q. 1. & c. Imperatores 11. q. 3.* quia ipsum imperium sequitur Deum. *auth. const. quæ de dignitat. §. penult.* Item Imperator est pater omnium, *auth. de instrum. caut. & fid.* & facit *c. solitæ. de maior. & obedient.* vbi fit mentio de duobus luminaribus, & referuntur ad Pontificalem, & Imperialem maiestates: Ideo Bald. *in tit. de pac. Constant. in pr.*
18 dicit, quod Papa, † & Imperator sunt iudices ordinarij hominum, sed sunt iudices delegati per ipsum Deũ, Accurs. *in auth. de heredib. & Falcid. in prin.* Præterea per longissimum consensum prouinciarum, ac popu-
19 lorum, qui suppositi sunt imperio, vitium violentię † fuit purgatum, & dissensus transiuit in consensum. *l. 2. & l. 4. ff. de his, quæ vi, metúsque caus. fiunt.* quod argumentum satis comprobat Alberic. *in l. cunctos populos n. 20. C. de summa trinitate.* quod procedit, quia Imper. est capax supremæ potestatis: Item si præscriptio-
20 ne volumus tueri † Reges & alios Principes contra Imperium, qui nullam habuerunt à Deo confirmationem, cur non eadem ratione tueri debemus Imper. qui hanc confirmationem obtinuit? qua ratione vtitur Bal. *in proœmio Digest. n. 5.*

SVMMARIA.

1 *Extrauagantis, vnam sanctam, litera, & expositio.*
2 *Extrauag. vnam sanctã, quæ fuerit occasio condendi.*
3 *Fraticelli secta hæreticorum quam originem habuerunt & à quo extirpati.*
4 *Papæ subesse est de necessitate salutis.*
5 *Extrauag. vnam sanctam, diuisio, & summarium.*
6 *Lex intelligitur per rationes dubitandi, & decidendi.*
7 *Bruti fulminis rationes contra Romanum Pontificem diluuntur.*
8 *Episcopus Alexandrinus an æquiparetur Papæ.*
9 *Episcopi non possunt se ingerere in aliena diœcesi, & præfectura.*
10 *Episcopus Constantinopolitanus an habeat primatum post Papam.*
11 *Romæ antiquiori primus honoris gradus ab antiquis datus est.*
12 *Constantinopolitana sedes an habeat parem dignitatem cum Roma.*
13 *Episcopus Constantinopolitanus an habeat primum locum post Papam.*
14 *Appellandum an sit ad Papam ex transmarinis ecclesiis.*
15 *Creatura omnis in spiritualibus subiicitur Papæ, vt capiti ecclesiæ.*
16 *Ecclesia Catholica est vnum corpus, & vnum debet habere caput.*
17 *Ecclesia Dei denotata est per arcam Noë.*
18 *Papa denotatus est per Noë, qui ædificauit arcam.*
19 *Noë fuit Dux, & rector personarum arcæ.*
20 *Præsidentia vnius tantùm vsus est Deus in alios.*
21 *Creatura nulla saluari potest, nisi sub summo Põtifice.*
22 *Ecclesiæ vnitas ex quibus locis testamenti veteris probetur.*
23 *Ecclesiæ vnitas probatur ex locis testamenti noui.*
24 *Spiritus sanctus descendit in discipulos quando fuerunt congregati.*
25 *Ecclesia est tunica domini inconsutilis.*

RELECTIO IN EXTRAVAGANTEM, VNAM SANCTAM. De Maioritate, & Obedientia.

BONIFACII PAPAE OCTAVI.

Textus.

Vnam sanctam † Ecclesiam Catholicã, & ipsam Apostolicam, vrgente fide credere cogimur, & tenere. Nosque hanc firmiter credimus, & simpliciter confitemur, extra quam nec salus est, nec remißio peccatorum. Sponso in canticis proclamante: Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ, quæ vnum corpus mysticum repræsentat, cuius caput Christus, Christi verè Deus, in qua vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. 1

Vna nempe fuit diluuij tempore Arca Noë vnam Ecclesiam præfigurans, quæ in vno Cubito consummata, vnum (Noë videlicet) gubernatorem habuit, & rectorem, extra quam omnia subsistentia super terram legimus fuisse deleta: Hanc autem veneramur, & vnicam, dicente Domino in Propheta: *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Pro anima enim, id est pro se ipso capite simul orauit & corpore, quod corpus vnicam scilicet Ecclesiam nominauit propter sponsi fidei sacramẽtorum, & charitatis Ecclesiæ vnitatem. Hæc est tunica illa Domini incon-

inconsutilis,quæ scissa nō fuit,sed sorte prouenit. Igitur Ecclesiæ vnius,& vnicæ,vnum corpus, vnū caput, non duo capita, quasi monstrum Christi videlicet & Christi Vicarius,Petrus,Petrique successor: Dicente Domino ipsi Petro: *Pasce oues meas*: meas, inquit,& generaliter, non singulariter, has, vel illas, per quod cōmisisse ipsi intelligitur vniuersitas. Siue ergo Græci, siue alij se dicant Petro, eiusque successoribus non esse cōmissos,fateantur necesse est, se de ouibus Christi non esse,dicente Domino in Ioanne, vnum ouile, & vnicum esse pastorem.

In hac,eiusque potestate duos esse gladios,Spiritualem videlicet, ac Temporalem, Euangelicis dictis instruimur. Nam dicentibus Apostolis, ecce gladij duo hic,in Ecclesia scilicet cùm Apostoli loquerentur, nō respondit Dominus nimium esse,sed satis. Certè qui in potestate Petri, temporalem gladium esse negat, malè verbum Domini attendit,proferentis, conuerte gladium tuum in vaginam;Vterque ergo est in potestate Ecclesiæ,spiritualis scilicet gladius,& materialis; sed is quidem pro Ecclesia,ille verò ab Ecclesia exercendus:Ille sacerdotis,is manu regum,& militum, sed ad nutum, & patientiam sacerdotis.

Oportet autem gladium esse sub gladio,& temporalem auctoritatem spirituali subijci potestati. Nam cùm dicat Apostolus: Non est potestas nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinatę sunt; non autem ordinatę essent,nisi gladius esset sub gladio, & tanquam inferior reduceretur per alium in suprema. Nam secundum Beatum Dionysium,Lex diuinitatis est,infima per media in suprema reduci:Non ergo secundùm ordinem vniuersi omnia æquè,ac immediatè, sed infima per media,& inferiora per superiora ad ordinem dicuntur.

Spiritualem autem & dignitate, & nobilitate terrenam quamlibet præcellere potestatem, oportet tantò clarius nos fateri,quantò spiritualia temporalibus antecellunt:quod etiam ex decimarum datione & benedictione, & sanctificatione, ex ipsius potestatis acceptione, & ipsarum rerum gubernatione claris oculis intuemur: Nam veritate testante spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet & iudicare si bona non fuerit,sic de ecclesia,& ecclesiastica potestate verificatur Vaticinium Hieremiæ.Ecce constitui te hodie super Reges,& Regna, & cætera quæ sequūtur. Ergo si deuiat terrena potestas iudicabitur à potestate spirituali, sed si deuiat spiritualis, minor à suo superiore,si verò suprema à solo Deo, nō ab homine poterit iudicari: testante Apostolo,superior is homo iudicat omnia,ipse autem à nemine iudicatur. Est autem hæc auctoritas (& si data sit homini, & exerceatur per hominem)non humana,sed potius diuina,ore diuino Petro data, sibi, suisque successoribus in ipso, quem confessus fuit Petra firmata: dicente Domino ipsi Petro,*quodcunque ligaueris,&c.*

Quicunque igitur huic potestati à Deo sic ordinatæ resistit, Dei ordinationi resistit, nisi duo (sicut Manichæus)fingat esse principia,quod falsum & hæreticum iudicamus,quia testante Moyse, non in principiis, sed in principio cœlum Deus creauit,& terram.

Porrò subesse Romano Pontifici omnem humanam creaturam declaramus, dicimus, definimus, & pronunciamus omnino esse de necessitate salutis.

Datum Lateran. Pontificatus nostri anno octauo.

CAP. IX.

De Iurisdictione summi Pontificis in spiritualibus.

Aggredior tractare de † potestate summi Pontificis.Primo in spiritualibus,deinde in temporalibus super *extrauagante; Vnam sanctam, de maioritate,& obedientia*:non vt inducam illius textum in argumentum necessarium,sicut vnicuique fideli probare debet,sed aduersus textum coaceruando omnia loca,& argumenta,quibus aduersarij,atque inuidi iurisdictionis ecclesiasticæ impugnare conantur ipsius dispositionem,atque vt ostendam, numeratis omnibus Doctoribus hinc inde, magis communem opinionem esse pro potestate Petri, tàm in spiritualibus, quàm temporalibus, eamque fulciri veris sacræ scripturæ,& Theologiæ principiis, atque optimis fundamentis, qua non credo certiorem scribendi methodum excogitari posse. 1

Causa † igitur huius constitutionis condendæ fuit; Nam post primum annū Iubilæi, qui à Bonifacio Papa octauo institutus est anno 1330. Fraticelli, noua † hæreticorum secta exorti, valdè Ecclesiam turbabant, præsertim ipsum summum Pontificem mœrore afficiebant: Cuius diligenti in rebus indagandis inquisitione Hermanni cuiusdam corpus eiusdem sectæ auctoris, apud Ferrariam Vrbem viginti iam annis sepultum,qui pro sancto colebatur exhumari, & comburi fecit:Quinimò in dies excrescens,multos etiam, ficta religione, doctissimos æstimatos habuit fautores,& vsque ad tēpora Ioannis XXII. in certa Italiæ loca dilatati sunt,atque per Græciā, præsertim, Athenas, vbi multi asseuerabant Bonifacium Pontificem nequaquam esse Petri successorem; Propterea multis conuenticulis initis Bonifacio Pontifici aduersari cœperunt. Item ipse summus Pontifex Bonifacius molestia afficiebatur ab Alberto Romanorum Rege electo,quem ob aliquas causas ipse Pontifex confirmare recusabat, vt Chronicæ istorum temporum declarāt. Et licet ad extirpandam pessimorum hominum sectam multa remedia adhiberentur, hoc inter alia actum est, videlicet, summum Pontificem declarasse, de necessitate † salutis esse omnem creaturam Romano subesse Pontifici, & hanc conclusionem, circa quam versatur præsens dispositio, multis probat rationibus,tam in spiritualibus,quàm temporalibus, & cum fuerit Bonifacius prudentissimus, compilator etiam sexti libri decretalium, incidenter Imperij materiam vnà pertractat. 2 3 4

Diuiditur † textus in tres partes: In prima probat per plures rationes, quòd omnis creatura in spiritualibus subiicitur Papæ, vt Ecclesiæ capiti.In secunda ibi;*In hac,&c.*probat per plures rationes,quòd omnis temporalis iurisdictio subiicitur iurisdictioni Pontificiæ.In tertia ibi,*Porro subesse,&c.*infert conclusionem intentam, quare subesse Romano Pontifici omnem creaturam, est de necessitate salutis: Prima autem pars,& secunda subdiuiduntur in plures partes,pro vt plures decidendi rationes allegantur. 5

Summatur hoc modo ab omnibus. Est de necessitate salutis omnem creaturam subesse Romano Pontifici,tam in spiritualibus,quàm temporalibus.

Sed circa primam partem insistendo, quærendum est, An omnes creaturæ subsint Romano Pontifici in spiritualibus?

CAP.

CAP. X.

Rationes aduersæ partis, quibus execrabile Brutum Fulmen probat creaturas omnes non subesse Romano Pontifici in Spiritualibus, quæ inferius diluuntur.

6 QVia legem† intelligere non potest, qui non intelligit rationem dubitandi, & decidendi, Bal. *in l.si tutores C.de compensa.* Cagnol. *in l.fin.nu.75. C.de pact.* arguendo enim, & disputando veritas inuenitur. *l.munerum §.mixta ff.de muner.& honor.* Ideò pro ra-
7 tionibus dubitandi induco rationes execrabilis† Bruti, qui probare nititur non omnes creaturas subesse Romano Pontifici in spiritualibus.

Primo, quia Nicena Synodus, *anno 325.c.6.* decreuit, per hæc verba. *Antiqua consuetudo valeat, quæ in Ægy-*
8 *pto, Libya, & Pentapoli fuit, vt Alexandrinus† episcopus super his omnibus auctoritatem habeat, quoniam & Romano Episcopo hæc eadem consuetudo est. Similiter autem & apud Antiochiam, & in cæteris prouinciis priuilegia conseruentur. Illud autem planum est, quòd siquis sine consensu Metropolitani fiat Episcopus, hūc magna Synodus statuit Episcopum esse non oportere.*

Confirmat auctoritate Rufini *in lib. 10. ecclesiastic. histor.* decretum illud sic interpretantis; Apud Alexandrinam, & in Vrbe Romæ hæc consuetudo seruetur, vt & ille Ægypti, & hic suburbicarum ecclesiarum sollicitudinem gerat, ex quibus infert Brutum, Episcopatus Romani fines suburbicarum tantùm rerum terminis à Nicæna Synodo circumscriptos esse, ergo non habet primatum in omnes totius orbis ecclesias.

Secundo, quia *de anno 321.* in Synodo Constantino-
9 politana prima *c.2.* scriptum est: *Episcopi, † quibus sua diœcesis attributa est, ne in ecclesias, quæ extra fines suos sunt se ingerant, néue ecclesias confundant, sed secūdùm Canones Alexandriæ quidem Episcopus ea tantùm, quæ in Ægypto sunt, gubernet, Orientis verò Episcopi solū orientem administrent, conseruetúrque sua ecclesiæ dignitas, quæ in Nicæna Synodo declarata est, & Episcopi Asiæ diœcesis, siue præfecturæ, ea tantùm, quæ in Asia sunt, gubernent, qui in Ponto sunt, quæ in Ponto tātùm. Thraciÿ verò ea quæ sunt in Thracia. Episcopi autem, nisi aduocati, ne in alienam diœcesim, & præfecturam se inferant, siue ad suffragia, siue ad alias vllas administrationes ecclesiasticas: Quod si prædictus canon super præfecturis, & diœcesibus conseruetur, perspicuum est, quod cuiusque prouinciæ negotia vnaquæque Synodus prouincialis gubernabit, quēadmodum à Synodo Nicæna constitutum est.*

Tertiò, quia in eadem Synodo *cap. 5.* ita scriptum
10 est: *Constantinopolitanus † Episcopus habeat primatum honoris post Romanum Episcopum, quia ipsa est noua Roma,* & hoc etiam relatum est *in c.Constantinopolitanæ. distinct.22.*

Quarto in Synodo Ephesina, quę fuit *de anno Domini 431.in c.postremo,* ita scriptum est: *Visum est sanctæ, & vniuersali Synodo seruando vnicuique prouinciæ pura, & integra iura, quæ ad ipsam pridem, & ab initio pertinent, secundùm morem, qui iam pridem obtinuit, &c.*

Quintò in concilio Chalcedonensi *de anno 451. c. 28* ita scriptum est: *Vbique leges sanctorum patrum nostrorum sequentes, eadem & nos diffinimus, ac statuimus de dignitate, ac præstantia huius sanctissimæ Constantinopolis nouæ Romæ: Etenim sedi antiquioris Romæ, quia*
11 *tam † ciuitas illa regnabat, patres nostri meritò primum honoris gradum tribuerunt, atque eadem consideratione moti centum quinquaginta Deo amantissimi Episcopi parem honoris gradum tribuerunt nouæ Romæ sedi sanctissimæ, meritò decernentes, vt ea ciuitas quæ tantum honorem adepta est, vt & sedes esset imperij, & senatum haberet, & parem dignitatis gradū obtineret, atque antiqua sedes Imperij Romani obtinet, etiam in Ecclesiasticis negotiis parem atque illa honorem, & dignitatem obtineat, cùm post illam secunda sit.*

Sexto in Synodo Constantinopolitana *c.36.* dicitur: *Renouantes quæ à 150. patribus, qui in hac à Deo seruata, & Regia vrbe cōuenerunt egerunt, & sexcentorum triginta, qui Chalcedone congregati fuerint, instituta sunt, definimus, vt Constantinopolis † sedes parem habeat dignita-* 12
tem sedis antiquioris Romæ, & in Ecclesiasticis negotiis, æquè ac illa magnificetur, cùm sit post ipsam secunda; post eam autem Alexandrinæ magnæ vrbis, & post hanc Hierosolymorum Episcopus succedat. Quem tex. *in c.renouantes.dist.22.* dicunt Gratianum corruptè legere.

Confirmat, quia Imperator Iustinianus *in auth.de priuilegiis Archiepiscopi Iustinianæ primæ,* sic scribit. *Multis, & variis modis patriam nostram augere cupientes, in qua Deus præstitit nobis ad hunc modum venire, iubemus, vt eius sacrosanctus Antistes, non solùm Metropolitanus, sed etiam Archiepiscopus fiat, & certæ prouinciæ, sub eius auctoritate, id est Dacia mediterranea, Dacia Ripensis, Misia secunda, &c.* Et in fine dicit, *Archiepiscopum eius, à venerabili concilio Metropolitanorum ordinari sancimus.*

Item confirmat, quia Imperator Iustinianus *in auth. de ecclesiasticis titulis in §. sancimus,* inducitur in hæc verba. *Papa Romanus prior omnibus Episcopis, & Patriarchis sedeat, & post illum † Constantinopolitanæ ciuitatis* 13
Episcopus, Archiepiscopus primæ Iustinianæ habeat sibi subiectos Episcopos Daciæ Mediterraneæ, & Daciæ Ripensis, item Præualenos, & Dardaniæ, & Asiæ superioris, & Pannoniæ, sed & ille ab ipsis consecretur, & eadem iura super eos habeat, quæ Papa Romanus habet super Episcopos sibi suppositos.

Septimò. Nam cùm in Synodo Carthaginensi sexta, cui Beatus Augustinus interfuit *c.105.* fuisset decretū aduersus Papam,† ne ad ipsius sedem ex transmarinis 14
Ecclesiis prouocaretur, siquis prouocare auderet, anathema esset. Dicunt Papam *in c.placuit 2.q.6.* subiunxisse: *Ad transmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo inter Aphricam in communione recipiatur, nisi fortè Romanam sedem appellauerit.*

Octauò. Nam *c.nullius, & c.ecce.dist.99.* Pelagius, & Gregorius summi Pontifices, dicunt non debere appellari vniuersalem Papam, esset enim attribuere illi plus quàm ratio exigat, & honorem alteri auferre.

CAP. XI.

De necessitate salutis esse, omnem creaturam subesse Romano Pontifici in spiritualibus.

SEd istis non obstantibus contrarium deciditur in prima parte textus nostri, nimirum quòd omnis creatura † in spiritualib. subiicitur Papæ, vt capiti ec- 15
clesiæ, & rationes decidendi sunt.

Prima, *qui non credit esse vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam ecclesiam, saluus esse nō potest, neque habere remissionem peccatorum:* quod est verum, vt in symbolo Athanasij. Tunc arguitur, vnius corporis † vnum 16
est caput, sed ecclesia est vnum corpus: Ergo debet habere vnum tātùm caput: Maior est per se nota: Minor probatur ex loco sacræ paginæ *Cantic.c.6.* vbi proclamatur vna columba mea, quæ est corpus mysticū: sic perfecta mea. Itē vna est matri suæ. Item electa genitrici

trici suæ: Hæc enim omnia corpus mysticum repræsentant. Qui igitur non credit vnam tantum Ecclesiam, cuius caput est Christus, Christi verò Deus, saluus esse non potest, neque habere remissionem peccatorum: Item *in vers. in qua.* probat eandem minorem ex loco D. Pauli *ad Ephes. cap.* 4. vbi dicitur: *Est vnum corpus, vnus spiritus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & pater omnium.* quem locum Pontifex, omissis multis, breuiter voluit pertransire.

Secunda ratio ibi, *vna nempe fuit, &c.* nimirùm ex-
17 tra † arcam Noë gubernatam diluuij tempore omnia super terram fuerunt deleta, sed ecclesia figuratur per arcam Noë, pro vt gubernatur à summo Pōtifice, ergo extra Ecclesiam à summo Pontifice gubernatam, salus esse non potest, neque remissio peccatorum. Quòd autem Arca denotet ecclesiam, probatur, quia glossa super *Gen. c.* 6. vbi de Arca Noë fit mentio, exponit Arcam, id est Ecclesiam, & D. August. *in lib. de fide ad Petrum c.* 43. ait, firmissimè tene, & nullatenus dubites Arcam Dei esse Catholicam ecclesiam, & intra eam vsque ad finem seculi frumento mixtas paleas contineri, hoc est bonos, & malos Sacramentorum communione misceri; Nec pro malis bonos esse discernendos, sed pro bonis malos esse tolerandos. D. Hieron. *in lib.* 1. *aduersus Iouinianum*, ait, Arca Noë iuxtà Apostolum Petrum typus fuit ecclesiæ, in qua octo animæ saluatæ sunt, & arca hæc plures habuit mansiones, & inclusos, & bicamerata, & diuersas bestias, & pro qualitate animalium habitationes quoque maiores, & minores, & tamen quia omnia animalia munda, & immunda erant intra arcam, & obedientiam exhibebant Noë rectori illius arcæ fuerunt à diluuio liberata. Item D. Gregor. *in lib.* 33. *moral.* & habetur *in c. quia ex sola* 24. *q.* 1. Vnde & aqua diluuij arcam quidem ad sublimiora sustulit, omnes autem, quos extra arcam inuenit, extinxit. Item D. August. *in li.* 15. *de ciuitate Dei c.* 26. valdè probat per Arcam denotari ecclesiam Dei: Ideo nostri Iurisconsulti vnanimes firmauerunt hanc conclusionem, Archidiacon. *in c. à recta. & c. quoniam.* 24. *q.* 1. *& c. quantumlibet. distinct.* 47. Io. Andr. & alij *in c. firmiter de summa trinit.* Cardinalis Iacobatius *in tractatu de concilio lib.* 1. *art.* 1. *nu.* 240. Ioan. à Capistrano *in tractatu de auctoritate Papæ, parte secunda secundæ nu.* 56. Et de hac Arca multa dicit glossa Panuinij in nostro textu, *in ver. vna.* Et
18 Noë, † qui erat Patriarcha fuit vocatus ad fabricandū arcam, vt denotaret Romanum Patriarchatum: Vnde Hilar. *in li.* 7. *de trinit.* per Arcam ecclesia, per Noë Christus designatur.

Et quòd in illa arca existentibus octo personis, v-
19 nus Noë † esset Dux, & rector, probatur. Nam cum ipso, tanquam Præside loquebatur Deus, & mandato solius Noë dimissus est coruus, & postea columba, & sic Deus omnia pertinentia ad salutem animarum intra arcam existentium operatus est, mediante Imperio vnici Noë, ad quem solum dixit Deus *Gen. c.* 6. *finis vniuersæ carnis venit ad me, fac mihi arcam de lignis Læuigatis, &c.* Item postea finito diluuio, *vt c.* 8. *recordatus est Dominus Noë. & dixit ei, egredere de arca tu, & filij tui, &c.* Deus igitur hanc suorum fidelium congregationem per vnum solum caput gubernari voluit. Sic in testamento veteri multa sunt alia exempla.
20 Nam quando † populum Israeliticum voluit de Ægypto educere, poterat ipse omnipotens momento in terram promissionis transferre, sicut fecit Daniel *cap. vltimò*, cùm Abachuc propheta ministerio vnius tantùm hominis Moyse vsus est adhoc. vnus Moyses ingrediebatur ad Pharaonem, & vnius Moysis vocem operatus est tot prodigia, Moyse autem mortuo, vnius Iosue ducatu, & præsidentia vsus est ad expugnādum terram illam, quam promiserat filiis Israel, sic Reges, sic Duces, sic Principes sacerdotum elegit, ita quòd vnus semper præesset aliis, quem cæteri venerarentur, vt superiorem. Item licet multi fuerint sacerdotes, vnus tamen semper fuit summus Pontifex, & Princeps sacerdotum, & legitur *Iudith. cap.* 15. *Ioachim autem summus Pontifex, venit de Hierusalem in Bethuliam cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith.* Et Marci *capit.* 14. dicitur, *& adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem*; & paulò inferius, *exurgens autem & summus sacerdos scidit vestimenta sua.* Et *Actuum capit. vigesimotert.* Princeps sacerdotum Ananias iussit percuti os Pauli, & respondente Paulo, percutiat te Deus, paries dealbate, dictum est ei, summum Dei sacerdotem maledicis, & Paulus, nesciebam fratres, quia Princeps est sacerdotum, scriptum est enim; *Principem populi tui non maledices.* Semper ergo fuit in lege veteri, & Synagoga vnius sacerdotis dignitas, qui in dubiis consuleretur, & responderet. *Deuteronomij capit.* 17. His ergo exemplis concludenda est supradicta probata opinio, ecclesiam vniuersalem per Noë arcam repræsentatam, per ipsum duntaxat pastorem, esse regendam, quæ conclusio longius firmabitur inferius ex locis testamenti noui.

Tertia ratio, ibi, *Hanc autem, &c.* Ex eadem hypothesi vnitatis ecclesiæ procedens, si ecclesia est vna, & ex his salus, & in his summus Pontifex habet primatum, ergo non possumus † saluari, nisi sub summo 21
Pontifice, quare subesse summo Pontifici est de necessitate salutis: Hypothesis probatur, quia Dauid *Psalm.* 21. in persona Christi, orat, dicens: *Erue à fratre meo animam meam.* Christus igitur orauit pro se ipso, eiúsque corpus vnicam ecclesiam nominauit propter quatuor vnitates, videlicet Sponsi, Fidei, sacramentorum, & charitatis.

Confirmatur hęc vnitas † ex aliis locis testamen- 22
ti Veteris, in Esaia *capit.* 45. dicit Dominus: *congregamini, venite, & accedite simul qui saluati estis. & capit.* 52. *& præcedit Deus, & congregabit vos. & capit.* 55. *Deus qui congregat dispersos Israel.* Et primo libr. *Esdræ capit.* 3. *& secundo Esdræ capit.* 8. ad audiendam legem, & sacrificandum Deo, ponderat scripturas, *quòd congregatus est omnis populus quasi vir vnus*, per quod designatur necessaria vnitas in obseruatione legis, ac sacrificij, & *Iudith. capit.* 20. *congregatus fuit populus quasi vir vnus, & vnius sermone respondit.* Item Neemias *in* 2. *lib. Machab. cap.* 1. Orabat Dominus dicens, *congrega dispersionem nostram.* & *Ecclesiastic. cap.* 25. dicebat sapientia, *in tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier sibi bene consentientes.*

Item probatur hæc vnitas † ex aliis locis testamen- 23
ti Noui, Ioann. *capit.* 17. vbi patrem orans pro hac vnitate, sic dicit, *Pater sancte serua in nomine tuo eos, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos.* Et paulo inferius: *Non pro eis tantum rogo, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, & ego in te, & vt ipsi in nobis vnū sint, & credat mūdus, quia tu me misisti, & ego charitatem, quam dedisti mihi, dedi eis. & sint vnum, sicut & nos vnū sumus, ego in eis, & tu in me, vt sint cōfirmati in vnum.* ô bone Deus quoties vnitatem hanc repetendo

tendo, rogas patrem tuum vt ostenderes salutem nostram ab hac vnitate sumere exordium. Item super hac vnitate, quasi dolens lamentabatur Matthæi *cap.* 23. dicens: *Hyerusalem Hyerusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti.* Et Matthæi *c.*18. *quotiescūque duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ecce*
24 *in medio eorum sum.* Et *Actuum cap.*9. non descendit † spiritus sanctus super discipulos, nisi, quando omnes erant pariter in eodem loco: Vnde Alex. Papa *in cap. audiuimus* 24.*q.*1. dicit, *Non nisi congregatis in vnum, dictum est, accipite spiritum sanctum, Nec nisi ad congregatos in vnum descendit spiritus sanctus in die Pentecostes.* & D.Pau. *ad Ephes. c.*4. deprecatur vos, *Obsecro itaque vos, vt dignè ambuletis, solliciti seruare veritatem in vinculo pacis, vnum corpus, & vnus spiritus sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ, vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & pater omnium,* & alibi centies idem dicit. Et propterea in Nicæna Synodo fuit additum Symbolo Apostolorum verbum illud, *Et vnam sanctam Catholicam, & apostolicam ecclesiam,* vt tanquam verum articulum fidei credamus, vt confiteamur vnitatem Ecclesiæ.

Quarta ratio ibi; *Hæc est tunica, &c.* Tunica Domini est inconsutilis, quę scissa non fuit, sed sorte peruenit, *vt per totum capitulum Ioan.* 19. sed ecclesia † est
25 tunica domini inconsutilis, D.Hieronym. relatus *in c. quoniam* 24.*q.*1. & Pascalis Papa *in c. sicut.*16.*q.*7. dicēs, *sicut vestimentum domini scissum non est, ita nec ecclesia scindi debet:* ergo ecclesia vna est, & vnica, vnumque corpus, ergo debet habere vnum caput, nō duo, quasi monstrum, sed summus Pontifex est caput ecclesiæ, ergo non possumus salui esse in Ecclesia Dei, nisi sub summo Pontifice eius capite. Quare subesse Romano Pontifici est de necessitate salutis.

SVMMARIA.

1 *Papa, vt Petri successor est caput ecclesiæ.*
2 *Pontifex Romanus ab initio nascentis Ecclesiæ exercuit officium vniuersalis pastoris.*
3 *Probatio magna est ex obseruantia antiqua & continuata.*
4 *Obseruantia antiqua præsumitur defluxisse à iusto titulo.*
5 *Episcopi antiquitus cur se opponebant auctoritati ecclesiæ Romanæ.*
6 *Romanam ecclesiam esse caput aliarum ecclesiarum, etiam ab Imperatoribus sancitum est.*
7 *Concilium Basileæ congregatum, vbi fuerit perfectè absolutum.*
8 *Græci, & Armeni quomodo se subiiciunt ecclesiæ Romanæ.*
9 *Græcorum & Armenorum oratores publicè coram concilio fatentur se subditos ecclesiæ Romanæ.*
10 *Decretum concilij, quo ostenditur Pontificem Romanum esse successorem Beati Petri, & in vniuersum habere Primatum.*
11 *Decreta conciliorum semel disposita, non debent iterum reuolui.*

CAPVT XII.

Summum Pontificem, vt Successorem Petri esse caput ecclesiæ.

1 MOdò probemus quo modo summus † Pontifex, tanquam Petri successor, sit caput ecclesię. Nam Christus Dominus noster est immediatum caput ecclesiæ, *c. vnic. de sacra vnct. clem.* 1. *in princ. de iureiur.* sed ipse Pontifex est caput mediante Christo. Ascensurus enim ad Patrem, reliquit Petrum, ac successores, *gl. in clem. ad nostram. in ver. ecclesiæ. de hæretic. tex. in d. clem.* 1. *in prin. de iureiur.* & hoc probat *tex. in c.*1. *de homicid. lib.*6. & D.Thom. *in* 4. *lib. contra gent. cap.* 76. sic inquit; *si autem quis dicat quòd vnum caput, & vnus Pastor est Christus, qui est vnus, vnius ecclesiæ sponsus, non sufficienter respondet; manifestum est enim, quòd omnia sacramenta Christus ipse perficit, ipse enim est qui baptizat.* Ioan. *c.*1. *ipse est qui peccata dimittit.* Ioan. *ib. ipse est verus sacerdos, qui se obtulit in ara crucis, & vnius virtute corpus eius in altari continuè consecratur. c.*1. *§. vna, de sum. trinit. & c. quia corpus. de cōsecrat. dist.*2. sed quia corporaliter non erat cum omnibus fidelibus mansurus, elegit ministros, per quos prædicta fidelibus ministraret, oportuit igitur, vt alicui curam Ecclesiæ committeret; Ideo dixit Petro, *pasce oues meas.* Ioan. *c. vlt. & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Lucæ. c.22.

Quòd autem Petrus, & eius successores sint caput vnius catholicæ ecclesiæ, sic ostenditur. Quæ conclusio & si à tot doctissimis, & clarissimis viris sæpe fuerit pertractata, vt nihil addi possit: Nihilominus quia pars huius tractatus est, ex illorum scriptis probo cōclusionem ex testimoniis Conciliorum, Euangelij, Sanctorum Patrum, ac denique legis pontificiæ, & Imperatoriæ.

Ab ipsis nascentis Ecclesiæ primordiis † Roma- 2
nus Pontifex vniuersalis pastoris officium semper exercuit: Apud omnes scriptores constat Anacletum Papam quartum, qui sub Traiano præfuit, sub annis Incarnationis Dominicæ 84. & infra primum statuisse, vt Episcopus non fieret, nisi ex tribus aliis episcopis ordinaretur, quòd postea in Nicæna Synodo fuit confirmatum. Item Pium Pontificem sub annis 142. primum ordinasse, vt pascha celebraretur die Dominico, deinde Victor XV. Pontifex, sub anno 186. addit, vt decima quarta luna pascha celebretur: quæ ordinationes vniuersum Christianorum orbem tangebāt, & ab omnibus acceptabantur, sed statuere est iurisdictionis munus. *l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic.* ergo ab ipsis Ecclesiæ initiis Romani Pontifices se gesserunt pro communi Pastore: Si quis etiam Pontificum vitas euoluerit, in libris Sabellici, Blondi, Volaterrani, Platinæ, atque aliorum, passim inueniet Romanos pro tempore Pontifices existentes semper ad beneficium vniuersalis Ecclesiæ aliquid condidisse, atque ita in generalibus conciliis receptum esse. Magna pro-
batio † est ex antiquis obseruantia subsequuta, & 3
continuata duratio hominum memoriam excedens,
creditur enim temporis obseruantiam † subsequu- 4
tam, atque continuatam à titulo præcedenti defluxisse. *l. quædam mulier ff. de rei vendic. l. si à te ff. si ser. vin. l. prædia ff. de acquir. poss.* à primordio enim tituli posterior firmatur euentus. *l.*1. *circa fin. Cod. de imponend. lucrat. descript. lib.*10. & dubietas tituli primordialis si qua potuisset esse, debet ex euētu subsequuto certificari. *l. minimè, & l. si de interpretatione ff. de legib.* Crauett. *in tract. de antiquit. parte prima, nu. & consil.*10. *& in consil.*118.

Sed quia Constantinus restituit Ecclesiam Romanam ad supremam Iurisdictionem, propterea multi
Ecclesiarū † Antistites ambitionis spiritu elati, aucto- 5
ritati sedis apostolicæ se opponebāt, hinc magnæ cōtrouersiæ excitatæ sunt. Nam & Gregorius tempore Ioannis Cōstantinopolitani, vsus est, se Oeconomicū, id est

id est omnium Ecclesiarum Patriarcham enuntiare, sed Mauritius Imperator literis Græcis hortatur, vt Ioanni obtemperaret, cui Gregorius respõdet, Petro, & successoribus datam esse ligandi, ac soluendi potestatem, atque commissam omnium curam vniuersalem, quod accidit sub annis Domini 592. Tamen sub annis 1005. Phoca imperante, & Bonifacio tertio Romano Pontifice, omnis de Primatu contentio sopita est.

Et sancitum est perpetuo Imperatoris edicto Ro-
6 manam † Ecclesiam esse caput, & matrem omnium aliarum Ecclesiarum, ita testificatur Beda *in libro de ratione temporum*, Paulus Diaconus *de historia Longobardorum li.4.c.21.& lib. Histor. Eutropij c.*18. Sed quia inuidia superioritatis malignabat adhuc ipsam Roma-
7 nam, & Catholicam Ecclesiam: Ideo congregato † concilio Basileæ, & ex causis Ferrariam translato, vt tractaretur de vnione Ecclesiæ orientalis cum Ecclesia Latina, vbi cœpit celebrari præsente Paleologo Imperatore, & Patriarcha Constantinopolitano cum aliis Ecclesiæ orientalis Pontificibus, Abbatibus, Monachis, Crucesignatis, attamen inchoatum non potuit perfici propter ingentem pestem, & translatum est ab Eugenio Pontifice Florentiam, vbi etiam absolutum est coram eodem Eugenio, & Imperatore, ac Patriarcha, atque cæteris prædictis, & in viginti quinque sessionibus, quarum sexdecim Ferrariæ, cæteræ verò Florentiæ celebratæ sunt, omnibus actis super discussio-
8 nibus Græcorum: Tandem Græci † ipsi, & Armeni cognoscentes veritatem Spiritus S. gratia, per eorum oratores ad pedes Sanctissimi Papæ admissos, eadem sancta Synodo, more solito congregata, confessi sunt in hunc modum.

9 Nos igitur oratores † præfati nominẽ nostro, nostrique Reuerendi Patriarchę, & omnium Armeniorum, sicut & vestra sanctitas in ipso attestatur decreto, hoc saluberrimum Synodale decretum, cum omnibus capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, & præceptis, omnémque doctrinam in ipso descriptã, necnon quicquid docet, & tenet sancta sedes Apostolica, & Romana Ecclesia cum omni deuotione, & obedientia acceptamus, ac suscipimus: quascunque verò personas, & quicquid ipsa Romana Ecclesia reprobat, & damnat, nos pro damnatis & reprobatis habemus, profitentes tanquam veri obedientiæ filij, nomine quo supra ipsius sedis Apostolicæ ordinationibus fideliter obtemperare.

Tenor verò decreti est iste.

Diffinimus sanctam Apostolicam sedem, & Romanum
10 † *Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Romanum Pontificem successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem, & doctorem existere: & ipsi Beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis Oecumenicorum Conciliorum, & in sacris canonibus continetur.* Huius autem decreti bullæ tenorẽ ponit de verbo ad verbum Cardinalis Iacobatius *in tractatu de Conciliis li.4.§.vidimus num.*8.

Hoc igitur sacrum concilium pro omnibus sufficit ad firmandam huiusmodi veritatis fidem, quod cum fuerit diffinitum circiter annos 140. post Bonifacium huiusce extrauagantis conditorem, non debet ab istis malignis hominibus iterum in controuersiam duci:
11 quia iniuriam facit iudicio † sanctæ Synodi, si quis semel iudicata, ac rectè disposita reuoluere, ac publicè contra eam disputare contenderit: Vnde Imperator *in c. nos ad fidem. distin.96.* dicit: *Synodo interesse voluimus, vt de veritate inuenta, non vltra multitudo doctrinis prauis attracta discordet.*

SVMMARIA.

1 *Petrus habuit primatum inter Apostolos, idque probatur, & nu.5. & nu.7.*
2 *Petro potestas, & primatus ex quibus verbis sit datus à Domino.*
3 *Geminatio ac repetitio arguunt mixtam voluntatem.*
4 *Apostolis quæ fuerint data communia, & quæ soli Petro.*
6 *Apostolorum potestas non differt à potestate Petri, nisi in solo primatu.*
8 *Pastoris cura consistit in pascendo & gubernando.*
9 *Petrus habuit potestatem ligandi, & soluendi. Item ordinis, & Iurisdictionis.*
10 *Apostoli habuerunt potestatem ligandi, soluendi, ordinis, & Iurisdictionis dependentis à Petro.*
11 *Primatus Petri super Apostolis probatur ex verbis Euangelij, & nu.13.*
12 *Petrus à Domino obtinuit, vt esset Antistes mundi.*
14 *Petri primatus probatur ex actis post ascensionem Domini.*
15 *Petrus solus inter Apostolos fert sententias, in Ananiam, & Simonem.*
16 *Petri vmbra sanabat ægrotos.*
17 *Petri primatus quomodo probatur testimonio sanctorum Patrum.*
18 *Petri primatus probatur ex sacris canonibus, & legibus Imperialibus.*
19 *Petri primatus durabit in persona successorum vsque ad finem seculi.*
20 *Petri potestas quomodo probetur transmißibilis ad successores.*
21 *Pontifex summus dictus est in lucem gentium vsque ad extremum terræ.*
22 *Pontifex Romanus probatur successor Petri ex traditione Apostolica Petri, ex conciliis, & ex decretis Pontificum.*

CAP. XIII.

Primatus Sancti Petri inter Apostolos quomodo probetur, & quidem perpetuus vsque ad finem seculi.

QVod Pontifex sit caput Ecclesiæ probatur ex primatu sancti Petri † inter Apostolos, qui in 1
hunc modum deducitur ex sancto Euangelio Matthei *cap.16. Christus loquebatur cum omnibus Apostolis interrogando; Quem dicunt homines esse filium hominis, & aliquibus respondentibus esse Ioannem Baptistam, aliis autem Hieremiam. Rursus Iesus petiit ab eis; Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit, Tu es Christus Filius Dei viui: interrogatio facta est omnibus Apostolis, tum solus Petrus à Spiritu Sancto edoctus, respondit: iccirco Dominus noster Iesus dixit illi, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est; Et ego dico tibi, quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meã, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis: Tunc præcepit discipulis suis, vt nemini dicerent, quia ipse esset Iesus*

2 *Christus,&c.* Verba igitur ista denotare † potestatem soli Petro esse promissam de futuro, adnotatur : Nam pronomen, *Ego, Tu, & Tibi,* ostendunt designari Petrum, vt cæteri excludantur, per notata *in Clemen.1.in verb. diœcesanus. de iure patronatus.* Item geminatio,
3 † ac repetitio arguit enixam voluntatem excluso latiori significato, *l.1.C.de plus petitionibus.* Abb. *in capitulum cum dilectus in fine de success. ab intestato.* quod igitur dixit Petro ante alios edocto, dictum, ac promissum fuit Petro, vt Petro, non vt aliorum collegium referenti : Quandoquidem, quando Christus voluit,
4 ea quæ dicebat Apostolis esse communia, † exprimebat vt communia, & ad omnes dicebat, Volens enim reuelationem hanc taceri ab omnibus, edixit discipulis, ne cui dicerent, quòd si Petrum in personam omnium, vt dicunt aduersarij, alloquutus esset, eidem similiter dixisset, nemini dicas visionem hanc. Item Christus expressit Petrum nomine proprio, quando dixit Bariona, quod erat Petri cognomen, & tam clara enunciatio adimit omnem dubitandi materiam, *l.si quis in fundi vocabulo. de legat.1.* vnde cùm nihil expressum sit, quod ad collegium, vel legationem spectet, solus Petrus, vt Petrus designatus est. Item quòd
5 per ista verba Petro duntaxat dicta, † primatus hic sit eidem promissus, testantur tot sacri Doctores relati à Roffense *in articulo 25.* Item à Pighio *in lib.2.de Ecclesiastica Hierarchia.* Item ab Eccio *in Enchiridione, & in libris de Primatu Beati Petri,* quos hic non repeto.

Et licet Matthæi *capitul.*18. dicatur; *quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, &c.* Hic non loquitur de illis clauibus respectu primatus, quē soli Petro promiserat, omnes nunc loquitur. Nec est verisimile per hæc verba voluisse adimplere promissionem soli Petro factam, quando simul & aliis Apostolis dedit claues, Matthæi, *dict.cap.*18. Vnde hæc om-
6 nibus potestas Apostolis † elargita intelligitur de potestate soluendi, & ligandi in foro conscientiæ, etiam Iurisdictionis æqualiter cum Petro, præter primatum: Nam Ioan. *cap.*20. dicit Dominus, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* omnibus, dicit, Sed in
7 Ioannis *cap.*21. habetur : *Cùm ergo prandissent, † dicit Simon Petro Iesus, Simon Ioannis diligis me plus his, dicit ei, etiam Domine, tu scis, quia amo te, Pasce agnos meos, dicit ei iterum, Simon Ioannis, diligis me? Ait illi, etiam Domine tu scis, quia amo te, Dicit ei, pasce agnos meos. Dicit ei tertiò, Simon Ioannis amas me, & dixit ei, Domine tu omnia scis, tu scis quia amo te, Dicit ei, Pasce oues meas.* Hic igitur Petrus Apostolus ter pastor creatur agnorum, & ouium, & non dixit pascite : & cur Petrum tunc præposuerit, & Pontificatus executionem vsque ad post passionem suam demandare distulerit, vide textum *in cap. considerandum. & in cap.infidelior. dist.*50.

8 Pastoris † cura est nón tantùm pascere, sed gubernare, *capit. quamuis de reg. iur.* Item pascere contingit spiritualiter, & temporaliter, *capitu.inter cætera de offic.ordinar.* Vnde *in lib.1.Paralipomen.capit.*11. Dauidi dictum fuit; *tibi enim dixit Dominus Deus tuus, tu pasces Dominum meum Israel, & tu eris Princeps super eum.* Idem habetur *in 2.lib.Reg.capitul.*5. ergo non
9 tantùm recipit potestatem † ligandi, & soluendi, & sic ordinis, sed etiam Iurisdictionis, Administrationis, ac Superioritatis in omnes, quia nemini reperitur dictum, *Pasce oues meas,* nisi Petro, Et soli Petro dictum est; *Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* & eidem à Christi Petra, Petri nomen est impositum, *capitu.1.distinct.21.* voluit ipsum in administratione præferre cæteris, sicut optimus Paterfamilias, qui habens plures filios, præfert primogenitum, cui reliquit administrationem, & ita suadet ratio naturalis, vt vnus remaneat, cui alij habeant obedire; Ne si inter eos oriatur contentio, desit qui contentioni finem imponat, & fiat diuisio, quæ est causa desolationis.

Vnde D.Thom. *in 4.lib. sent. distinct. 20. quæst.4. artic.4.ad 3.& distinct.24.& in 2.sentent.distinct.vltim. quæstion. finali,* dicit, quòd Petro fuit data potestas ligandi, & soluendi ordinis & administrationis, & iurisdictionis, ac gubernij, Apostolis † etiam sunt datæ 10
claues ligandi, ac soluendi, & iurisdictionis, sed iurisdictionis, dependentis à Petro, vt *capitul.ita dominus distinct.19.& capitul. fundamenta de election. lib.6.* & ponit Archiepiscopus Florent. *in 3. parte summæ art. 23.cap.4.§.7.de potestate iurisdictionis.* Quam quæstionem latè examinat Cardinal.de Turrecremat. *in lib.2. de potestate Papæ à capitulo 70.vsque ad capit.80.*& latè etiam Petrus de Palude *in tractat.de potestate Ecclesiæ,* & latius Cardinal.Iacobat. *in tractatu de conciliis li.10. §. in contrarium tamen.* per totum, & nouissimè per Cardinalem Bellarminum *in tractatu de Romano Pontifice lib.1.c.15.* qui respondet rationibus hæreticorum. Quicquid Franciscus de Vargas, *in tractatu de auctoritate Pontificis, axiomate 4.* conetur dicere contra Cardinales Turrecrematens.& Iacobatium, tamen incidit in eandem sententiam, vt omnes habuerint iurisdictionem à Christo, sed sub Petro Principe Apostolorum.

De Primatu † Petri super alios Apostolos, testifi- 11
cantur verba Euangelij Matthæi *cap.*10. & Lucæ *cap.* 6.numerando Apostolos, dicitur; *Duodecim autem Apostolorum nomina hæc sunt; Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, &c.* Hic liquet quòd non de prioritate vocationis loquitur, cùm Andreas frater eius prius sequutus fuerit Iesum, quam Petrus, vt Ioan. *capitul.*1. Vnde apertè intelligit de prioritate Apostolicæ dignitatis, & pro hoc facit, quòd est sibi impositum nomen Cephas, quod interpretatur caput, & Principium Apostolatus, *cap.sacrosancta, distinct.*22.

Item Matthæi *capitul.*17. in fine, vbi Christus iussit Petrum soluere staterem, siue didragma pro se, & Petro, quod non fecit pro aliis, quia iam fecerat ipsum primum super alios Apostolos in præcedenti capite. Sic enim dixerat, *Tu es Petrus, &c. & tibi dabo claues, &c.* Amplius dictum est Petro; *Simon dormis, non potuisti vna hora vigilare mecum?* ad ostendendum quòd ipse præ cæteris vigilare debet, Matthæi *capite* 14. Item Lucæ *capite* 22. facta est contentio inter eos, quis eorum videretur maior esse, dicit Gregorius, videtur hæc contentio habuisse motiuum, quia cùm Dominus ab hominibus transmigraret, oportebat aliquem eorum fieri Principem aliorum, quasi Domini vices gerentes. Item Lucæ *capite* 22. dixit Dominus Petro; *Ecce Satanas expetiuit nos, vt cribraret sicut triticum; Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos capitul.1. distinctione 21. capitul.maiores de baptismo.* super quo, inquit Gregorius, quòd Petrus, † à Domino obtinuit, vt esset Antistes mundi. Item Lucæ *capite* 5. cum aliis discipulis iussisset, laxare retia, Petro dixit,

dixit, *duc in altum*; per quod denotatur maioritas in
Petro respectu aliorum Apostolorum, *c.non turbatur.*
24.q.1.

Et pro hoc faciunt etiam multa loca Ioannis *cap.*
20. vbi Ioannes præcurrit citius Petro ad monumen-
13 tum, non tamen introiuit: donec veniret Petrus, †
& primò in monumentum introiret, & tunc introi-
uit Ioannes, & ipse, qui vidit, testificatur. Item Mar-
ci *cap.16.* Angeli dixerunt mulieribus; *Ite, dicite di-*
scipulis eius, & Petro; quid enim singulariter Petrum
nominarent, qui sub discipulorum nomine compre-
hendebatur, nisi eorum superiorem certificare vel-
lent: Alia, quæ breuitatis causa omitto, congerit Rof-
fensis, qui contra Hæreticos hanc potestatem defen-
dit, & latius per Cardinalem Bellarminum in loco ci-
tato.

14 Multa etiam, ex quibus Primatus † Petri, post ascen-
sionem Domini, executioni mittitur, quæ necessaria
sunt, adnotauit: Siquidem *Actuum cap.1.* post ascen-
sionem, & ante Spiritus sancti superuentionem, ex-
urgens Petrus in medio fratrum, proposuit electio-
nem, quam fieri oportebat de Apostolo in locum Iu-
dæ proditoris, allegando locum *Psalmi* 108. Et Epi-
scopatum eius accipiat alter, In quo Petrus proposuit
tanquam caput, & erat in medio aliorum centum, &
viginti: ipse autem non proposuit in commune deli-
berandum, sed suam deliberatam sententiam, tan-
quam aliorum curam gerens, aperuit, dicens, *Oportet*
ex his viris, &c. Sic Pighius aduertit *in lib.3 suæ Hie-*
rarchiæ Ecclesiasticæ cap.10. Item Beda super actis di-
cit, quòd Petrus duodenarium numerum Apostolo-
rum integrauit. Item Dionysius *in lib.5. Ecclesiasticæ*
Hierarchiæ, dicit, Petrus Matthiam in locum Iudæ suf-
fecit.

15 Item Petrus *Actuum cap.5.* solus † sententiam pro-
tulit in Ananiam, & Saphyram, quia defraudauerant
de pretio agri in maximum suæ supremæ potestatis
præiudicium, quod etiam Romæ in Simonem ma-
gum demonstrauit, in quem *Actuum cap.8.* maledi-
ctionem illam protulit, *pecunia tua tecum sit in perdi-*
tionem, &c. Et *d.cap.5.* dicitur de cæteris Apostolis,
quòd per manus eorum fiebant signa, & prodigia ma-
16 gna in Populo; Sed de Petro † dicitur, quòd eiicie-
bant infirmos in plateas, & ponebant in lectos, &
grabatos, vt adueniente Petro saltem vmbra illius
obumbraret, & liberarentur omnes ab infirmitati-
bus suis, & ibi dicit glossa, hoc factum est ad osten-
dendum quòd ipse erat caput, & principalis Apo-
stolus. Item Petro ostensum est vas quoddam velut
linteum de cœlo submissum, vbi erant quadrupe-
dia, & reptilia, & volatilia, & ei soli dictum est, de o-
mnibus illis animalibus occide, & manduca, vt *A-*
ctuum cap.10. & cap.11. Sic etiam Ioan. *cap. vltim.*
Petrus traxit rete plenum magnis piscibus: & multa
his similia eliciuntur ex summa Ricchardi Radulphi
Archiepiscopi Arcamani *in lib.de quæstionibus Arme-*
niorum.

Sanctorum etiam Patrum, de obedientia, & præe-
17 minentia huius † Petri primatus locupletissima sunt
testimonia, quæ cumularunt Doctores omnes, qui de
hac re scripserunt. D. Thom. *in lib.contra errores Græ-*
corum cap.65.& cap.66. Cardinal. Caëtan. *in tract. de*
Roman.Pontific.institution.cap.vltim. Pighius, Faber,
Roffensis, Eccius præcitati, Michael de Ainyone *in*
tractatu de vnitate ouilis cap.15. & 16. Francisc. Var-
gas *in tract.de auctorit.Pontif.cap.6.* Petrus Andreas
Gambarus in repetitione extrauagantis, *Cum tam di-*
uino,sub titulo de Simoniaca Papæ electione, num.47. &
plur.seq. Cardinal. Iacobat. *in tract. de concil.lib.10.§.in*
contrarium.& §.sequent. & nouissimè Cardinal. Bellar-
min. *in tract. de Romano Pontific.lib.2. in plur. cap.* ad
quos remitto.

Loca sacrorum † canonum sunt, *cap. significasti de e-* 1
lectione.c.solitæ.de maior.& obedient.cap.nouit.de iudic.
cap.quod translationem.de offic.legati. cap.per venerabi-
lem.qui fil.sint legitim.cap.ad honorem.de auctorit.& v-
su pallij.& in distinctionib.17.& 18.& 19.& c.cuncta per
mundum.9.quæst.3.& c.bene quidem distinct.cum simili-
bus.

Probatur etiam ex legib. Imperialibus, *epistola.Inter*
claras.in ver. Nos reddentes. C.de summa Trinit. Item
in auth.Vt Ecclesia Romana.in princip.& in medio. Item
in auth. Iusiurandum quod præstatur ab his, &c. Idem
fatetur Luitprandus *in Longobarda, sub titulo de prohi-*
bitis nuptiis.l.4. Et in Concilio Caroli *in c.memoriam*
distinct.19. Vbi dicitur, quòd conciliorum auctoritas
singularem in Ecclesiis potestatem tradidit Romano
Pontifici sequuta iussionem domini, & Petri meri-
tum.

Quare probato Primatu † in persona Petri, pro- 19
banda est ipsius successio in persona Pontificis Ro-
mani; Cuius rei duo sunt fundamenta. Primum,
quòd Petri Primatus factus est perpetuus vsque ad
finem seculi. Secundum, quod Petrus Romæ mar-
tyrio coronatus reliquit suæ dignitatis successo-
rem.

Perpetuitas probatur per Esaiam *cap. 9.* *Super so-*
lium, inquit David; & super regnum eius sedebit, vt con-
firmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia amodo, &
vsque in sempiternum: Vnde electis Apostolis, & pa-
store, Dominus Ioan. *cap.17.* Patrem orauit, dicens:
Non pro his tantum rogo, sed & pro illis, qui credituri
sunt per verbum eorum in me. Et potest probari ratio-
ne. Nam omnes † illi, qui eiusdem legislatoris legi- 20
bus subiiciuntur, eiusdem principatus, & regiminis
dicuntur, & ad eundem principem pertinent, sed om-
nes Christiani, qui baptismatis Charactere signantur,
cap.quoniam.de consecration. distinct. 4. fidelium legi-
bus subiiciuntur, & sub fide degunt, extra quam ne-
mo saluatur, *cap.1.de summa Trinitate.* ergo ad eundem
Principem pertinebunt, & sub vnius regimine omnes
subiicientur necessariò, sed Christiani erunt vsque ad
consummationem seculi, ergo eousque indigebunt
regimine, & Principe pastore, & rectore: Quare Petri
potestas transmissibilis est ad alios successuros Ponti-
fices, qui vsque ad consummationem seculi prædicti
Christiani populi regimen recturi erunt. Vnde de
summo † Pontifice eius futuro Vicario dicitur, Esaiæ 21
cap.94. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus vsque ad
extremum terræ. Hanc cõclusionem multis rationibus
probat Ioan. Lupus *in tractatu de confœderatione Prin-*
cipum; §.ex quibus constat numer.14. Item in lege vete-
ri, non ad sola tempora Moysi, Aaron, Iosuæ, & Elea-
zari fundati fuerunt Duces, & Pontifices, & sicut Ec-
clesia triumphans, ad cuius exemplar hæc militans
nostra fabricata est, semper habet, & habebit vnicum
Deum Dominum nostrum. Ita Ecclesia militans pro
eo tempore, quo Deus eam durare voluerit, habere
etiam debet vnum Rectorem, & Dei Vicarium, vt il-
li assimiletur, & hic est Romanus † Pontifex, cui 22
qui obedientiam denegauerit, hunc talem vt hæ-
reticum detestamur, & abominamur. Vnde Nico-
laus Papa ad Michaëlem Imperatorem scribit, Pri-
uilegia huius sedis perpetua sunt, diuinitus radi-
cata, atque plantata sunt, impingi possunt, trans-
ferri verò minimè, quæ & ante Imperium vestrum

fuerunt, ac permanent, manebuntque post vos, & quousque Christianum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutilata. Et licet multi hæretici teneant hunc successorem non est Romanũ Pontificem; Quia id expresè in Scripturis non probatur; Tamen ex dictis clarè constat aliquem Pastorem, & Rectorem debuisse, & debere succedere Petro, vsque ad consummationem seculi, idque ex Scripturis allegatis, & rationibus. At hunc esse Romanum Pontificem, habetur ex traditione Apostolica Petri, quam traditionem concilia generalia, & decreta Pontificum declararunt, de quibus dixi in præcedenti capite, & rursus agam in resolutione rationum ex aduerso allegatarum, paulò inferius.

SVMMARIA.

1 *Petrum fuisse in Vrbe Roma, probatur multipliciter.*
2 *Quomodo probatur ex Actis Apostolorum.*
3 *Petrus primus prædicauit in Vrbe, non autem Barnabas.*
4 *Prædicare nullus ausus est gentibus ante Petrum.*
5 *Paulus venit Romam post Petrum.*
6 *Petrus prædicauit Romæ tempore Neronis.*
7 *Petrus quando fundarit cathedram in Vrbe Roma, & num. 9.*
8 *Petrus & Paulus Romæ fuerunt facti martyres.*
10 *Petrus instituit Episcopatus, & Archiepiscopatus.*
11 *Petri translatio ad Romam facta est, iubente domino.*
12 *Petrus in suo discessu quem reliquit Episcopum Antiochiæ.*

CAP. XIV.

Sanctum Petrum fuisse in Vrbe Roma probatur.

1 NVnc probemus quomodo Petrus † fuerit in Vrbe Roma, & inibi martyrio coronatus: Est enim hoc alterum fundamentum ad probandum Romanũ Pontificem, vt Petri successorem, esse caput Ecclesiæ vniuersalis. Sed quoniam veritas ad hæreses collata magis refulget, vt ait D. Augustinus *in sermone 97. de tempore. Et in lib. 7. confessionum cap. 9.* impugnatio, ait, hæreticorum enitere facit, quid Ecclesia teneat, & quid habeat sana doctrina.

Ideo in primis aduertendum est, non valere argumentum; De hoc non habetur mentio in actis Apostolorum; ergo non sic se habuit. Nam Apostolorum acta non meminerunt de nece Pauli, nec de plerisque aliis, quæ pro certis & indubitatis tenet sancta mater Ecclesia. Vnde Diuus Hieronymus *in epistola ad Galatas capitul. 2.* dicit, denique primum Episcopum Antiochiæ Ecclesiæ, Petrum fuisse accepimus, & Romam exinde translatum, quod Lucas penitus omisit.

Item *ex Act. Apostolorum cap. final.* desumitur argu-
2 mentum, quòd Petrus † Romæ fuerit: nam ibi constat Romæ fuisse multos Christianos, sed Paulus non adhuc eò loci venerat; ergo Petrus, qui primus aduenit, Christi nomen prædicauit, & Christianos fecit: Idque probatur ex Eusebio *in libro 2. historiarum cap.*
3 *14.* vbi dicit, Petrum † in Vrbe Roma primum Euangelij sui clauibus ianuam regni cœlestis aperuisse. Nec est verum quod de Barnaba dicunt, primum prædicasse Romanis, tempore Tiberij. Nam vt *ex Act. Apostol. cap. 10. & cap. 11.* constat, nullus ausus fuit prædicare † gentilibus, antequam Petrus cœlesti visione 4
admoneretur? Item Barnabas semper fuit cum Paulo coniunctus vsque ad Concilium Hierosolymitanum, vt habetur *in Act. Apostol. cap. 11. & 12. & 13 & 14. & 15.* Sed Paulus † eo tempore non venit Romam, ergo 5
nec Barnabas. Item quia dictum concilium celebratum est anno 18. post passionem Domini, & anno 13. à morte Tiberij, vt Doctissimus Cardinalis Baronius deducit *in suis Annalibus Ecclesiasticis*; ergo Barnabas nec Romam venit, nec prædicauit Tiberij tempore: Propterea Suetonius Tranquillus nihil dicit de Christianis in vita Tiberij, sed in vita Claudij. Quare necessarium est fateri *ex dict. capite final. Act. Apostol.* clarè deduci, Petrum Romæ prædicasse, ac primos inibi Christianos effecisse: Et ita dicit Paulus Orosius *in libro 7. histor. cap. 6. In principio, aut regni Claudij, † Petrus Apostolus Domini nostri Iesu Christi* 6
Romam venit, & salutarem cunctis fidem fideli verbo docuit, potentissimisque virtutibus approbauit, atque exinde Christiani Romæ esse cœperunt, hæc sunt verba Orosij: Et apud nostros id etiam fatetur Imperator Iustinianus *in leg. 1. Cod. de summa Trinit.* vbi dicit; *Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit imperium in tali volumus religione versari, quam Beatum Petrum Apostolorum tradidisse Romanis, religio vsque huc insinuata declarat.*

Quòd igitur Sanctus Petrus † Romæ fuerit, & ibi 7
cathedram constituerit, (vltra traditionem Ecclesiæ, quæ sola deberet sufficere, sicut sufficit ad credendum, quòd Andreas in Achaia, Iacobus Hierosolymis, & alij Apostoli in aliis prouinciis mortem gloriosam pro Christi nomine pertulerunt) referunt Faber, Eccius, & Pighius illud Eresippi testimonium *in lib. 3. de excidio Hierosolymitano*, qui fuit scriptor antiquissimus, & floruit sub Aniceto Papa decimo post Petrum, anno 160. Egesippus ait, cùm Nero causas quæreret occidendi Petrum & Paulum, cùm apprehendi iusserit, Petrus à fratribus rogatus est, vt se aliò loci conferret, & proxima nocte, peracta oratione, salutatisque fratribus, solus proficiscebatur, vbi autem venerit ad Portam Appiam, vidit Christum, atque adorans eum, dixit, Domine, quò vadis, cui Christus respondet, eo Romam iterum crucifigi, quo audito, Petrus statim in vrbem rediit, captusque à persecutoribus, & cruci damnatus, obtinuit, vt capite in terram verso cruci affigeretur, indignum se affirmans crucifigi, sicut eius Dominus fuerat crucifixus, de quo extat Romæ in Appia monumentum, & de hoc habemus textum *in cap. per venerabilem versic. cum enim. qui fil. sint legit. & cap. beatus 2. quæst. 7. & c. felicis. §. hæc autem de pœnis, lib. 6. & cap. nolite distinctione 11. & de consecratione distinctione 1. in fine.* in quibus iuribus etiam probatur quòd non à conciliis, non ab Apostolis, sed à Deo Ecclesia Romana constituta est Petri sedes.

Item Dionysius Corinthiorum Episcopus, circa annum Domini 150. Romæ existens, sic ait ad Romanos; Vos habentes commonitionem à Petro. † & 8
Paulo, plantationem Romanæ Ecclesiæ coniunxistis, ambo enim simul aduentantes per omnem Italiam, & in hac vrbe simul docentes, martyrio pariter, vno eodémque tempore coronati sunt. Hirenæus Lugdunensis Episcopus, qui fuit discipulus Beati Polycarpi, auditoris Beati Ioannis Euangelistæ *in lib. 3. capitu. contra hæreticos*, ait, Matthæus ad Hebræos ipsorum lingua Scripturam Euangelij, cùm Petrus & Paulus Romæ euangelizarent, & fundarent Ecclesiam. Et *in eodem libro cap. 13.* dicit, à gloriosissimis duobus Apostolis

poſtolis Petro, & Paulo Romæ fundata, & conſtituta Eccleſia eſt, eam quam habet Apoſtolis traditionem, & annunciatam omnibus fidem per ſucceſſionem Epiſcoporum, vſque ad nos iudicantes, &c. Item Euſebij verba teſtificantur hanc rem, Petrus, ait Apoſtolus, natione Galilæus Chriſtianorum Pōtifex primus, cùm primùm Antiochiæ fundaſſet Eccleſiam, Romã proficiſcitur, vbi Euangelium prædicans, 20. annis, eiuſdem verbis Epiſcopus perſeuerat: Huic ſententiæ ſe ſubſcribit D. Hieronymus in Catalogo Scripto-
9 rum Eccleſiaſticorum, dicens, Simonem † Petrum Principem Apoſtolorum, poſt Epiſcopatum Antiochenæ Eccleſiæ, ſecundo Claudij anno, ad expugnandum Simonem magum Romam veniſſe; ibi viginti quinque annis Cathedram tenuiſſe vſque ad vltimum Neronis annum, quo crucifixus, verſo ad terram capite, martyrio coronatur. Egeſyppus Græcus auctor, quem tempore Plinij fuiſſe Euſebius commemorat, quando adhuc erat recens Apoſtolorum memoria, & multi adhuc erant Romæ, qui potuerunt Petrum vidiſſe, & audiuiſſe, refert, Petrum cum Simone Mago deſcendiſſe in certamen coram Nerone, & illum arguiſſe, mortuo vitam reſtituiſſe, hacque de cauſa Petro infenſum illum cruci verſis plantis affixiſſe, Paulum capitali ſupplicio affeciſſe, quod etiam dixit Suetonius Tranquill. in Nerone ſub his verbis. Per Neronem afflictos ſuppliciis Chriſtianos, genus hominum ſuperſtitionis nouæ, & Cornelius Tacitus dicit, id factum ad abolendum rumorem.

De hoc quoque acceſſu Petri ad Vrbem, meminit Clemens Papa tertius poſt Petrum Pontificem, licet ab eo immediatus ſucceſſor fuerit nominatus *in c. illis.*
10 *diſtinct.* 80. vbi narrat quomodo Petrus † Epiſcopatus, & Archiepiſcopatus inſtituerit, & Beatus Marcellus Papa martyr ſcribens vniuerſis Epiſcopis per Antiochiam conſtitutis, ait, rogamus vos fratres, vt non aliud doceatis, quàm quod à Beato Petro, & reliquis Patribus accepiſtis; ipſe enim eſt caput totius Eccleſiæ, & eius ſedes primitus apud vos fuit, quæ poſtea iu-
11 bente domino, Romam † tranſlata eſt, & ſic tranſlationem hanc domini præcepto attribuit, *c. rogamus* 24. *q.* 1. Id em ſcribit Anterius Papa *in c. mutationes* 7. *q.* 1. dicens, Petrus ſanctus, & Princeps Apoſtolorum de Antiochia Ciuitate, vtilitatis cauſa tranſlatus eſt Romam; vt ibi magis proficere poſſet. Idem Anacletus Papa *in c. ſacroſancta. diſtinct.* 22. vbi dicit, quòd reliquit
12 Beatum † Ignatium Epiſcopum Antiochiæ, priuſquam veniret Petrus Romam. Item textus *in cap. quis neſciat. diſt.* 11. dicit, quòd à Principe Apoſtolorum Petro traditum eſt Eccleſiæ cuſtodiri ab omnibus debet, cùm ſit manifeſtum nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut ſucceſſores eius conſtituerunt Sacerdotes, &c. Sic etiam habetur *in c. nolite. diſtinct.* 11. *& c. cum beatiſsimus* 11. *quæſt.* 1. Quare luce clarius appareat quàm confundantur, qui impugnare nituntur Eccleſiæ Catholicæ ſuper toto orbe in Pontifice Romano, Petri ſucceſſore reſidentem Primatum.

S V M M A R I A.

1 *Epiſcopus Alexandrinus quomodo per Conciliu m Nicænum fuerit comparatus Papæ.*
2 *Pronomen, eadem, ſignificat in genere, & in ſpecie.*
3 *Eccleſia Romana habuiſſe primatum ex concilio Nicæno.*
4 *Concilia generalia debent congregari cum auctoritate Papæ, idque probari ex concilio Nicano, & nu.* 5.
6 *Concilium Nicænum habet ſeptuaginta Canones, & num.* 8.
7 *Concilij Nicæni authentica exemplaria à quibus fuerint combuſta.*
8 *Concilium Nicænum ſcriptum lingua Armeniorum, apud quem conſeruatur.*
9 *Concilium Nicænum ſtatuit ab omnibus Epiſcopis orbis, appellari ad Papam.*
10 *Canonem de appellationibus fuiſſe concilij Nicæni, quomodo probatur.*
11 *Appellatio ab Epiſcopis totius orbis ad Papam an fiat vigore concilij Sardicenſis.*
12 *Synodus Sardicenſis quomodo probatur authentica.*
13 *Papa ſolus profert ſententiam diffinitiuam in Epiſcopos totius orbis.*
14 *Cauſa Epiſcoporum iudicantur à ſola ſede Apoſtolica.*

CAP. XV.

Summum Pontificem eſſe ſuper omnes mundi Epiſcopos, ac Patriarchas probari ex concilio Nicæno, & ita diluitur prima ratio Bruti Fulminis.

Age reſpondeamus argumentis perditorum hominum ſemper falsò allegantium Scripturas. Ad primum reſpondetur, quando verba Concilij Nicæni eſſent iuſtè ex aduerſo adducta, non concludunt pro aduerſariis; Non enim valet conſequentia, Epiſcopus † Alexandrinus habeat curam Ægypti, &c. 1
quoniam & Epiſcopo Romano hæc eadem conſuetudo eſt; ergo poteſtas Romani Epiſcopi eſt limitata ſolùm ad curam ad ſe pertinentem. Quia Romanus Epiſcopus habet curam vniuerſalem omnium, quam exercet per ſibi ſubalternos Epiſcopos, nam pronomē
† *eadem* ſignificat in genere, & in ſpecie, etiam apud 2
logicos, & apud noſtros, gloſſ. *in l. fi. ff. de magiſtratibus conueniend.* Fulgoſ. *in l. mutuum damus, & ibi Decius nu.* 6. *ff. ſi cert. pet.* Et quòd hic ſit verus ſenſus illorum verborum, probatur; Primò, nam Paſchaſius Epiſcopus in concilio Chalcedonenſi *actione* 16. ſic citat hunc canonem, *Eccleſia † Romana ſemper habuit primatum: Mos* 3
autem perduret, &c.

Item probatur, quia congregationem † omnium 4
conciliorum ſpectauiſſe, & ſpectare ad ipſum ſummum Pontificem Romanum, non ſolùm probatur ex narratis per Pontifices *in diſtinctionibus* 17. *&* 21. *per totum, & diſtinct.* 63. *in capit. Hadrianus. & cap. in Synodo. & c. Valentinianus. & diſtinct.* 96. *c. bene quidem. & cap. ſignificaſti. de electione cum ſimilibus.* Sed etiam in ipſa Nicæna † Synodo concordi omnium Patrum ſenten-
tia diſpoſitum fuit. Prout Iulius Papa Primus, qui eo- 5
dem tempore fuit, teſtificatur *in c. dudum* 3. *q.* 6. & Athanaſius quoque in Epiſtola ad Felicem ſubſtitutum Liberio.

Et dum dicunt hæretici; decretum hoc eſſe Chimeram, quòd minimè reperitur inter decreta concilij Nicæni: Aduertendum eſt. Nam idem Iulius Papa
teſtatur, ſeptuaginta † canones contineri in dicta Sy- 6
nodo, vt patet ex ipſius epiſtola, quam aduerſus Antiochenam Synodum pro Beati Athanaſij, aliorumque Epiſcoporum orthodoxorum defenſione ſcripſit, contra quos nonaginta factionis Arrianæ Epiſcopi, ſub Euſebio illo Nicomedienſi, eiuſdem hæreſis ſignifero Antiochiæ conuenerant. Item Athanaſius cum vniuerſis Ægyptiorum orthodoxis Epiſcopis ad Marcum Pontificem Beati Syluestri ſucceſſorem, hoc idem ſcribit, & ſe præſente hoc factum fuiſſe teſtatur,

7 affirmans continuò post Nicænum † concilium authentica exemplaria ab hæreticis fuisse exusta, ac proinde precatur Pontificem, vt ipsius Concilij exemplaria, quæ apud eum integra, illibatáque esse non dubitat, & ad se, ac socios sub tuta transmittat stipulatione: Sic inquiens, sanè præsentibus nobis octoginta in memorata Synodo tractata sunt capitula, sicut quadraginta à Græcis Græca lingua, & quadraginta similiter à Latinis Latina lingua edita, sed visum est trecenos, decem, & octo patribus, Spiritu Sancto repletis in prædicto concilio congregatis, & maximè iam D. Alexandro, & etiam Apostolicæ sedis Apocrysariis, vt decem capitula adimerentur, & congruis locis insere-
8 rentur, atque ad formam septuaginta † discipulorum, vel totius terræ linguarum, septuaginta tanti, & tam Ecclesiastici concilij fierent capitula, quæ omne Christianorum orbem in vnitate fidei confirmarent, & omnes sub sacerdotali & Christiano nomine dependentes, vna fides, vna Sacerdotalis & clericalis, regeret norma, neque quisquam à suo discederet capite, prout enarrat Gratianus, licet non integrè, *in c. septuaginta, distinct. 16.*

Præterea Stephanus Papa, Luthabio Episcopo Moguntino scribit. Viginti tantùm capitula Nicænæ Synodi in sancta Romana Ecclesia habentur, sed quò neglecta alia defecerint, ambiguum esse, pluresque arbitrari Antiocheno concilio esse inserta, *cap. viginti, distinct. 16.* Item D. Hieronymus *in prologo ad librum Iudith* dicit; Eundem librum Nicænam Synodum in numero sanctarum Scripturarum computasse, & tamen tale aliquid nullatenus inter capitula illius Synodi reperitur, ergo plura fuerunt capitula, quàm inueniantur. Item D. Augustinus *in epistola* 119. qui cùm incolumi Valerio Hipponensis Ecclesiæ Episcopo successisset, *c. nam autem 7. q. 1.* tamen noluit postea in Eradio, quem sibi designarat successorem, eadem fieri, causam subiunxit; *Adhuc, inquit, in corpore posito, beatæ memoriæ Patre & Coepiscopo sanè Valerio Episcopus ordinatus sum, & sedi cum illo, quod concilio Nicæno prohibitum fuisse, nesciebam, nec ipse sciebat, quod igitur reprehensum est in me, nolo reprehendi in filio meo:* Ergo multa plura fuere capitula, quàm inueniantur, cùm neque hoc capitulum inuentum est.

Item Gregorius Papa XIII. *in apostillis ad d. cap. septuaginta. distinctione* 16. dicit ex epistola quadam Gregorij X. ad Regem Armeniorum apparere cùm concilium Lugdunense indixisset, quam epistolam testatur ille Gregorius habere manuscriptam Cardinalem Sirletum (post cuius mortem ipsius bibliotheca, totius Italiæ præcipua peruenit ad manus Illustrissimi Cardinalis Ascanij Columnæ) ex qua intelligitur
9 integrum Nicænum † Concilium in lingua Armeniorum eo tempore extitisse: sic enim scribit: *Quia verò multipliciter expedit, vt in eiusdem celebratione Concilij, antiquorum conciliorum copiam habeamus, Celsitudinem Regiam rogamus, & hortamur attentè quatenus integrum Nicænum concilium, & alia concilia, quæ habere diceris in Armenica litera cum aliquibus antiquis interpretibus, nobis cum ea, qua poteris celeritate transmittas.* Item Tuneti & Alexandriæ inuenti sunt octoginta canones Arabicè scripti sub nomine huius concilij, qui Romæ in Arabica & Armenica lingua scripti, in eadem Cardinalis Sirleti bibliotheca sunt, & nuper etiam in Latinam linguam conuersi atque impressi.

Quare non mirum si hoc Pontificis Romani Potestatis in conuocando, atque confirmando etiam Nicæno concilio, prout Iulius primus attestatur, non sit inter illa prima impressa capitula.

Quòd eò magis fit clarius, nam in eadem Nicæ- 10
na † Synodo statutum est, vt si quispiam Episcoporum comprouinciales iudices haberet suspectos ad sanctam sedem Apostolicam appellet, cui ab ipso domino potestas ligandi, atque soluendi, speciali sit priuilegio super alias concessa: prout latius scribit Lælius Iordanus *in tractatu de Romanæ sedis origine, cap. 3.*

Et licet sit dubitatio inter scribentes cui Synodo sit iste canon ascribendus, tamen clara est eiusdem Iulij Papæ sententia, in epistola ad Antiochenam Synodum, & Athanasij in epistola, quam ex Alexandrina Synodo cum vniuersis Ægyptiorum, Libyæ, Thebaidis Orthodoxis Episcopis ad Felicem scripsit, vbi testati sunt in eadem Nicæna † Synodo huiusmodi ca- 11
nonem de appellationibus Episcoporum editum esse, atque definitum, cui opinioni accessit: Item in hac re concurrit omnium Romanorum Pontificum consensus, atque de eadem re Romæ extat instrumentum, quod in Vaticano conseruatur, vt fidem facit Franciscus Vargas *in tract. de Romani Pontificis auctoritate, confirmatione 9.*

Aliqui tamen dicunt hunc canonem, non Nicæno, quod fuit de anno incarnationis 337. sed Sardicensi † concilio, quod fuit de anno 349. sub Iulio 12
Primo, potius asscribendum, & hanc veritatem dicunt apparere ex actis eiusdem Sardicensis Concilij *capite 4. & capite 7.* & hanc sequitur Gratianus *in 2. quæstione 7. capitul. si quis Episcopus. & in 6. quæst. 3. cap. final.*

Sed certè magis credendum est antiquo testimonio, quod Romæ existit. Instrumento videlicet de hoc in Vaticano conseruato, vt Nicænæ Synodi hæc fuerit dispositio, vt Iulius & Athanasius præcitati, dicunt: & si in Sardicensi concilio reperiatur, id fortè inseri, aut repeti potuisse probat idem Vargas *in d. confirmatione* 9. quemadmodum Antiocheno, & aliis conciliis nonnulla eiusdem generis inserta reperiuntur: etsi in Sardicensi nulla de Nicæno concilio mentio reperiatur, credibile est, id quidem factum esse, quia Osius, qui magna cum omnium admiratione concilio interfuit, intelligeret, Arrianis Episcopis, qui illic aderant, Nicænam Synodum esse odiosam: Quare siue Nicænæ, siue Sardicensi Synodo ascribamus, ex eo canone constat clarissimè Summi Pontificis Romani maximam esse auctoritatem in alios totius mundi Episcopos, qui ad Romanum appellant: & quòd Sardicensis † Synodus sit 13
authentica, & à Sancta Romana Ecclesia approbata, & si Gratianus testificetur *in d. cap. final. distinct. 16.* Nihilominus Cardinalis Varmiensis, in sacrosancto Tridentino concilio Legatus *in lib. 4. de traditionibus,* satis accuratè scribit, & probat: Atque Nicolaus de Cusa *in libro de concordantiis Catholicis, cap. 13. & cap. 15. & cap. 25.* Item in Carthaginensi secundo concilio anni circiter 456. *cap. 10. Felix Episcopus, &c.* significatur, consulendum esse Romanum Episcopum in Episcoporum causis.

Denique omissis aliis multis, eadem Sacrosancta Tridentina Synodus hanc etiam conciliorum approbatam sententiam confirmauit, *vt sessione 13. capitul. 8. & sessione 24. capitul. 5.* vbi si ex aliis supremis prælatis committatur cognitio, tamen sententia diffinitiua contra eos solo Romano † Pontifici est reseruata: Et 14
ratio est, quia quemadmodum Episcopo subdita est diœcesis; Item Regi regnum, ita & Romano Pontifici vniuersus orbis est territorium, Abbas *in consil. 15. vol. 2.*

vol.2.in prima quæstione & primo dubio. Ideoque à sola
15 sede Apostolica iudicari posse Episcoporum † causas, aut ab aliis Apostolicæ sedis auctoritate constitutis iudicibus, vel ab ipsis Ecclesię initiis cognosci potest, vt notatur *in c.inquisitores.de hæretic.lib.6.* & ita ab omnibus Romanis Pontificibus sancitum reperitur, *cap. nullam,2.quæst.5.& c.omnis, & c.ad Romanum. & cap. si quis Episcopus,2.q.6 & c.dudum 3.q.6.& c.1.& seq.6.qu. 4.& c.maiores.de baptism.c.vltra prouinciæ,3.q.6. & ca. Synondum.dist.17.& c.ipsi canones. & c.cuncta per mundum.quæst.93 & c.præceptis, distinct.12.* & latius dicam infra.

SVMMARIA.

1 *Episcopi non debent se intromittere extra fines suarum diœceseum.*
2 *Episcopatuum fines præscribi non possunt.*
3 *Episcopalia iura possunt præscribi in aliena diœcesi.*
4 *Patriarchales sedes, quæ priuilegia habeant.*
5 *Patriarcha Constantinopolitanus præcedit Alexandrinum.*
6 *Patriarcha concedit pallium Archiepiscopis subditis.*
7 *Appellatio quomodo interponatur ad Patriarcham. Item quomodo ad Papam.*
8 *Præcedentia in quibus consistit.& nu.11.*
9 *In concilio generali quis sit ordo sedendi inter prælatos post Papam.*
10 *Cardinalis Hostiensis præcedit Patriarchas.*
12 *Patriarcha Constantinopolitanus est primus post Papam.*
13 *Papæ primatus probatur etiam ex priuilegiis Iustiniani.*
14 *Patriarchæ quomodo habent eadem iura, quæ Romanus Pontifex.*
15 *Appellatio ad vicinos Episcopos quo iure, & quare sit introducta.*
16 C.placuit 2.q.6.*quæ verba fuerint addita à Gratiano.*
17 *Papa quare incepit se vocare seruum seruorum Dei.*
18 *Papa non est vniuersalis Episcopus totius mundi.*
19 *Papa habet immediatam auctoritatem, & plenam in qualibet Ecclesia.*
20 *Tituli & honores secundùm veritatem quando non debent occultari.*

CAP. XVI.

Resoluuntur omnes aliæ rationes Bruti Fulminis, atque probatur omnes creaturas subesse Romano Pontifici esse de necessitate salutis.

SEquitur respondere ad cætera Bruti argumenta; Ad secundum igitur respondetur, non procedere,
1 Episcopi † nō debent se intromittere extra fines suarum diœceseum, ergo non sunt suppositi Romano Pontifici, vt capiti, & falsitas istius consequentiæ probatur ex deductis in præcedentibus capitibus: Illud igitur decretum Synodi Constantinopolitanæ primę concernit iurisdictionem Episcoporum vsque ad quē finem se extendat, vnde gloss. *in c.quicunque, in vers. prouinciarum 16.quæst.3. & c. ex literis.de probationibus.* & ibi Aretinus *in 3.notab.* dicit, licet fines rerum temporalium Ecclesiæ præscribi possunt, tamen fines
2 † Episcopatuum, & parrochiarum non præscribuntur, ne iurisdictionis Ecclesiasticæ termini confundantur, *c.super eo,de parroch.*

Item dicit Innocentius *in cap.cum causam, de probation.* quæ sequitur Felyn. *in cap.quia indicante, in fin.de præscript.* diœceseum, & parrochialium fines sunt certi, & imperscriptibiles, Abb. *in d.c.super eo numer.6.de parroch.* dicit, vnus Episcopus cum titulo, vel si tantum effluxerit, quòd non sit memoria hominum, poterit Episcopale ius præscribere in Ecclesiis alterius diœcesis, *gloss fin.in c.licet in regulis in fi.16.q.3.* etiam in a- 3
lieno territorio, vt not. Abb. *in d.c.super eo.* de Episcopo Fesulano, qui in ciuitate Florentiæ habet Ecclesiam sibi subiectam cum toto illius parrochiæ populo. Hieronymus de Monte *in tractatu de finib. regund. c.75.num.5.* Quare Synodus Constantinopolitana, ex aduerso allegata, statuit de limitibus iurisdictionis Episcoporum, sed Pontifex Romanus super omnes mundi Episcopos existit, vt probatum est; ergo non valet consequentia.

Ad tertium respondet textus *in c. antiqua.de priuilegiis. Antiqua Patriarcharum sedium † priuilegia re-* 4
nouantes, sancta vniuersali Synodo approbante sancimus, vt post Romanam Ecclesiam (quæ disponente Domino super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vtpote mater vniuersorum Christi fidelium, & magistra) Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineant, &c. & ille textus desumptus est ex concilio generali, vt ibi patet. Ratio autem dubitandi erat, quia vt dicit Innocentius *in dict.c.antiqua.* Alexandrina sedes præcedebat sedem Constantinopolitanam, Sed Papa Innocentius propter fauorem Iustiniani Imperatoris, cuius patria erat Constantinopolis † conces- 5
sit priuilegium, vt Alexandrinum præcederet, ex causa enim potest id fieri, & fauorem Principis esse vnā de causis, dicit glossa, & sequuntur cæteri Canonistæ *in dict.cap.antiqua*, sed semper Papa Romanus remanet primus, & omnium superior, vt etiam probauimus diffusè.

Nec est hoc priuilegium, vt Patriarcha † concedat 6
pallium Archiepiscopis subditis, hoc enim sibi competit de iure communi, vt notat Antonius de Butr. *in dict.c.antiqua num.4.* Ancharan. *num.7.* & cæteri per illum textum. & cum sit beneficium iuris, non est opus impetrare, *leg.1.C.de thesaur.lib.10.l.quæ sub conditione.§.fi.ff.de condition.institut.* Neque consistit hoc priuilegium, vt omisso medio appelletur ad Patriarcham † Constantinopolitanum, vt voluerunt multi, 7
contra quos Antonius de Butr. *in d.c.antiqua num.11.* dicit esse communem opinionem, quia solùm ad Papam appellatur, omisso medio, licet Abb. ibi *nu.7.* dicat hanc esse magis communem opinionem, sed Abbatem intelligas ex causa, puta, suspecto existente medio, vt dixi in resolutione primi.

Sed consistit in præcedentia † sessionis, voti, sub- 8
scriptionis, vel responsionis. Nam cum antiquitus in conciliis generalibus Alexandrinus sedebat post Papam, hodie ex hoc priuilegio speciali Constantinopolitanus præcedat: erit igitur iste ordo. † In primo, 9
& eminentiori loco sedebit Summus Pontifex Romanus, qui est caput concilij, & Vicarius Domini nostri Iesu Christi, & caput totius Ecclesiæ, *clem.Romani de iureiu.c.fundamenta de election.lib.6.c.non decet. distinct.12.& c.ad Romanam.2.q.6.cum simil.* & est successor Petri, etiā Vicarius Iesu Christi, *c.licet de transflation.prælat.* nam & Romana, & Apostolica Ecclesia est caput, & cardo aliarum, à qua omnes aliæ Ecclesiæ orbis disponente Domino reguntur, *cap.sacrosancta.distinction.12.* ideo super omnes sedet, qui est auctor, director, & moderator omnium. Secundum locum habet Cardinalis Episcopus Hostiensis † ex 10
speciali priuilegio concesso Episcopo Hostisien.

 &in

& in consistorio Papæ si superueniat, vel inter sedes patriarchales, quando est præsens in conciliis, post Papam, primus sedet, quia consecrat Papam, & Imperatorem inungit, vt dicit Hostiens. & refert Io. Andreas *in d.c. antiqua. de priuileg.* Geminianus & Alexander *in c. clericos. distinct. 21.* & Alexander Papa Quartus dicebat, quod post Romanam nulla maior Ecclesia est Hostiensi. Tertium locum tenet Patriarcha Constantinopolitanus, vt *d.c. antiqua & c. Constantinopolitanæ. & c. Constantinopolitana distin. 22.* Et licet ibi dicatur, quod tenet primum locum post Papam, hoc intelligitur, nisi Cardinalis Episcopus Hostiensis sit præsens, vt suprà dictum est: Addo Geminian. *in c. Episcopos circa finem distinct. 22.* Quartum locum tenet Alexandrinus. Quintum Antiochenus. Sextum Hierosolymitanus.

11 Consistit autem ista præcedentia † in sedendo, subscribendo, respondendo, & vocando, vt dicit Geminianus *in d.c. diffinimus distinct. 22.* & an isti de iure antiquo præcedant Cardinales, & quid de aliis quatuor Patriarchis, & quòd hodie Illustrissimi & Reuerendissimi S.R.E. Cardinales præcedant quamcunque aliam dignitatem Ecclesiasticam scribit latissimè Cardinal. Iacobatius *in tract. de concil. lib. 1. articul. 1. §. vigesimo est aduertendum.*

Ad quartum respondetur: In concilio Ephesino vnicuique Ecclesiæ reseruata esse iura suæ præeminentiæ ac honoris, & qualia sint, supra dictum est, sed hoc non obstat superioritati Pontificis.

Ad quintum respondetur, Concilium Chalcedonense acclamasse Constantinopolin nouam Romam, & eius Patriarcham parem honorem habere, atque
12 esse secundum † post Papam, sed in eiusdem Concilij gestis legitur, quòd tempore Sancti Leonis Papæ, & Martiani Imperatoris, acclamauit Leoni Papæ, Leo Sanctissimus & Apostolicus, & vniuersalis, vt probat Diuus Thomas *in opusculo contra errores Græcorum,* & prius tempore Diocletiani, & Maximiani Imperatorum, vt habetur *in capite nunc autem. distinct. 2.* Cum Marcellinus Papa, qui fuit martyr, timore ductus, sacrificasset idolis, Synodus Episcoporum collecta, huius rei gratia, dixit, prima sedes non iudicetur à quoquam, & longè ante Anacletus martyr patria Atheniensis, ait, Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino, & Saluatore nostro primatum obtinuit, sicut Beato Petro Apostolo dixit, *Tu es Petrus, &c.* & habetur *in capit. sacrosancta. distinctione 22. & in capite in nouo. distinct. 21.*

Ad sextum respondetur prout ad tertium & quintum dixi, & superuacaneum esset repetere; ex quibus apparet non Gratianum corruptè textum Concilij legere, sed ipsos aduersarios falsò textum allegare.

Ad primam confirmationem Iustinianei textus
13 respondetur, quòd titulus de priuilegio † Archiepiscopi primæ Iustinianæ non derogat primatui Pontificis Romani, quem ipse idem Iustinianus confessus est *in epistola, inter claras C. de summa Trinitate, in illis verbis, Nos reddentes honorem Apostolicæ sedi, & nostræ Sanctitati (quod semper nobis in voto & fuit, & est) & vt decet, patrem honorantes vestram beatitudinem, omnia quæ ad Ecclesiarum statum pertinent, festinauimus ad notitiam deferre vestræ Sanctitatis, quoniam semper nobis fuit magnum studium vnitatem vestræ Apostolicæ sedis, & statum sanctarum Dei Ecclesiarum custodire, qui hactenus obtinet, & incommotè permanet, nulla intercedente contrarietate. Ideoque & omnes Sacerdotes vniuersi orientalis tractus, & subiicere, & vnire sedi vestræ Sanctitatis properauimus, &c.* Item *in authent. Iusiurandum, quod præstatur ab his, &c. in princip.* dicit: *Et communicator sum Sanctissimæ Dei Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ, & nullo modo, vel tempore aduersabor, &c.* Item *in authent. Vt Ecclesia Romana in principio,* dicit Iustinianus; *Vt legum originem Anterior Roma sortita est, & Summi Pontificatus apicem apud eam esse, nemo est qui dubitet; Vnde & nos necessarium duximus, &c.* Atque parum infra dicit; *Vt ex hac in totas Ecclesias Catholicas, quæ vsque ad Oceanum positæ sunt, saluberrimæ legis vigor extendatur, & si totius occidentis nec non & orientis, vbi possessiones sitæ inueniuntur, &c.* pondera verbum, *orientis.* Et parum infrà dicit, *Reminiscentes huius legis prærogatiuam, sicut supra dictum est, non solùm in occidentalibus partibus Romanæ Ecclesiæ condonamus, sed etiam in orientalibus partibus, in quibus Ecclesiasticæ Vrbis Romæ possessiones sunt, vel posteà fuerint, &c.*

Ex quibus apparet quàm falsò inducatur secunda confirmatio pro eorum opinione *in auth. de Ecclesiasticis titulis in §. ideoque sancimus:* Verus enim textus dicit; *Ideóque sancimus secundùm eam definientes Sacrosanctum senioris Romæ Papam primum esse omnium Sacerdotum; Beatissimum autem Archiepiscopum Constantinopoleos nouæ Romæ secundum habere locum, post sanctam Apostolicam senioris Romæ sedē, aliis omnibus præponatur, &c.* Ipsi verò legunt, atque hoc modo inducunt; *Papa Romanus prior omnibus Episcopis, & Patriarchis sedeat, & post illum Constantinopolitanæ Ciuitatis Episcopus Archiepiscopus primæ Iustinianæ habeat subiectos Episcopos Daciæ mediterraneæ, & Daciæ Ripensis; Item Praualenos, & Dardaniæ, & Misiæ superioris, sed & ille ab ipsis consecretur, & eadem iura super ipsis habeat, quæ Papa Romanus habet super Episcopos sibi suppositos:* Sed hæc textus inductio falsa est, vt legi poterit in fronte Iustinianei textus, vnde nos excerpsimus.

Sed quatenus hæc verba ex pluribus locis Iustinianei textus collecta pro vna duntaxat auctoritate inducerentur, neque obstant, per ea, quæ notantur à Butrio, Ancharano, & Abbate *in d.c. antiqua. de priuilegiis.* Verba autem: *eadem iura † super ipsos habeat, quæ* 14
Romanus Pontifex habet super Episcopos sibi suppositos: exponuntur à Cardinale Turrecrem. *in c. renouantes. distinctione 22.* Ita quòd sicut Romanus in his est primus super omnes alios, ita Constantinopolitanus in his sit primus super omnes alios sequentes, sed ex his non potest concludi: ergo Constantinopolitanus non est suppositus Papæ, cùm millies hoc diffinitum, ac denique in concilio Florentino omnia hæc fuere discussa, atque reiecta, & decreto Concilij contra orientales diffinitum, cuius decreti verba supra induximus.

Ad septimum respondetur esse mendacium, Nunquam enim in Carthaginensi concilio aliquid aduersus Romanum Pontificem decretum fuit, sed cùm ad diuersos Episcopos alterius diœcesis appellaretur, † 15
decretum fuit, vt grauati, à vicinis Episcopis audirentur. Item ordinatum, quod si ab Africa ad Transmarina fuerit appellatum, intra Africam à nullo in communione recipiatur: Gratianus autem *in c. placuit † in* 16
primo 2. q. 6. addidit, *Nisi fortè ad Romanam sedem appellauerit.* Quod autem à Bruto obiicitur, hoc non esse in textu Concilij, verum dicit, & in ipso *cap. placuit.* ab ipsis Pontificibus annotatur, ea verba esse Gratiani additionem, qui canonicè potuit addere, quod siue in Nicæna, siue in Sardiensi Synodo fuerat diffinitum, vt latius scripsi suprà in capite præcedenti.

Ad vlti-

Ad vltimum respondetur, Pelagij, & Gregorij magni temporibus Principes tunc temporis tituli, & superba nomina magnoperè delectabant; Item Patriarcha Ioannes Constantinopolitanus, temerario ausu, sese Episcopum vniuersalem iactabat, vnde isti optimi Pontifices ad retundendam istius audaciam,
17 atque ad superbam inflationem euitandam † præ humilitate, sese nominari seruos seruorum Dei successiuè passi sunt; Ad quod efficax ratio eos impellebat.
18 Nam si vniuersales† Episcopos se appellari passi fuerint, idem fuisset, ac si omnium Ecclesiarum particularium Episcopi fuissent, quod nec ita est, nec aliquo modo affirmari potest, vt ita probat Diuus Thomas *in opusculo contra impugnantes religionem.*

Quod autem ait aduersarius; Papa vniuersalem Episcopum prohibet se nominari; Non hoc ideo est,
19 quin ipse habeat † immediatam auctoritatem, ac plenam in qualibet Ecclesia, sed quia non præficitur cuilibet particulari Ecclesiæ, vt proprius, ac specialis rector, sic enim cessarent omnium aliorum Episcoporum potestates: qua etiam ratione Eccius ait in disputatione Lipsica affirmasse se Papam magis dici debere vniuersalis Ecclesiæ Episcopum, quàm simpliciter vniuersalem Episcopum, & inibi quantum inter has voces intersit, docet.

Et quòd hic sit verus, atque germanus illorum canonum sensus, explicat Cardinal. Turrecremen. *in d. cap. nullus, & in summa Ecclesiastica libro 2. capite 16.* Hoc etiam significare voluit Gregorius *in capit. ecce distinctione 99.* dum ait; *Superbæ appellationis verbum, vniuersalem me Papam dicens, imprimere curastis.* Et infra; *Tunc ego honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negetur.* Item quod hæc fuerit mens Gregorij, apparet ex eius regesto *in libro 4. capite 76. & 77. & 78. & cap. 18.* Atque satis accuratè probat Franciscus Vargas *in tractatu de auctoritate Pontificis, propositione 5. numer. 12.* quomodo, etsi tunc temporis humilitate opus erat, ad comprimendam hæreticorum audaciam. Hodie tamen, quo hæretici tam acriter veritatem, & tam inuerecundè oppugnant, alia
20 debet esse ratio, & veritas, † quæ propter humilitatem velabatur, minimè tacenda est, exemplo Pauli, qui etsi *in priori epistola ad Corinthios capite 9.* ita scribat: *Nam cùm liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem:* tamen cum potestas eius negaretur, plurimùm tutatus est, dicens: *Nonne ego sum Apostolus? Nonne ego Dominum nostrum Iesum Christum vidi? Nonne opus meum vos estis in Domino? bonum est mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet.*

SVMMARIA.

1 *Papa an habeat iurisdictionem temporalem solùm ratione peccati.*
2 *Iurisdictio suprema laica est penes Regem.*
3 *Prælatus peccat propter negligentiã, & potest priuari.*
4 *Regem Francorum nemini esse subiectum, quo iure probetur.*
5 *Causa feudalis à quo iudice cognoscatur.*
6 *Iura humana pertinent ad Imperatorem.*
7 *Papa in quo fundet iurisdictionem suam in Italia.*
8 *Papæ, & Imperatoris pertinentia quæ sint.*
9 *Papa cognoscit de natalibus, sed non de successione alicuius.*
10 *Appellari an possit à sententiis Imperatoris ad Papã.*
11 *Domini duo insolidum esse non possunt.*
12 *Imperium à quo sit traditum.*
13 *Imperator est à Deo, & verus Imperator ante coronationem.*
14 *Rex Francorum, qui negabat Franciam non subesse Romano Pontifici.*
15 *Rex Saul à quo fuerit electus, an à Deo, vel à Sacerdote.*
16 *Reges antiqui an Sacerdotibus obedierint in temporalibus.*
17 *Dauid an præfuerit Sacerdotibus in causis temporalibus.*
18 *Cæsari quæ sint reddenda ex præcepto Domini.*
19 *Christiani an debeant esse subditi, & obedire Regibus gentilibus.*
20 *Officia singula sunt committenda singulis personis.*
21 *Petri successor quibus debet vacare ex eius præcepto.*
22 *Romulus distinxit officium Sacerdotum ab officio secularium.*
23 *Papam non habere iurisdictionem temporalem nisi ratione peccati, qui teneant.*
24 *Iurisdictio Ecclesiastica quo modo diffiniatur ab aliquibus.*
25 *Papa quo ordine posset priuare principes, & nouos creare.*
26 *Papa an sit dominus omnium prouinciarum totius mundi.*
27 *Principes infideles quare sint verè principes.*

DE IVRISDICTIONE PAPAE IN TEMPORALIBUS.

CAP. XVII.

Iurisdictionem temporalem non spectare ad summum Pontificem directò, nisi ratione peccati, Qui teneant, & quibus rationibus. Quibus respondetur in c. 25. infra.

AGgredior secundam partem textus extrauagantis *in vers. in hac*: Vbi tractabimus de iurisdictione temporali Papæ. Et primo pro ratione dubitandi videtur dicendum summum Pontificem † habe- 1
re iurisdictionem temporalem in cęteris solum ratione peccati, & ita non iure directo, sed solùm in ordine ad peccatum, prout Doctor Nauarrus in relectione *c. nouit. de iudiciis in c. notabili à nu. 21. vsque ad 42.* pluribus mediis probare conatur, ex ratione Canonica, Cæsarea, diuina, supernaturali, ac naturali.

Primò ex canonica, Nam Innoc. Papa tertius *in c. nouit. de iudiciis.* de suprema † Francorum laica pote- 2
state loquens, illam, inquit, esse Regis Francorum, ergo ad Papam non pertinet. Item quatenus dicit non esse sui propositi, illam perturbare, si ad Papam spectasset, vtique non omisisset; quia peccatum est prælato † negligentia conseruandi res Ecclesiæ suæ, *c. canonibus 16. q. 1. c. irrefragabili de offic. ordinar.* Et dignum 3
quòd quis deponatur ab officio, secundum gloss. singular. *in c. dictum. distinction. 81.* Item ibidem dicit: Ita se habere Papam ad Regis Francorum iurisdictionem, sicuti se habet Rex ad iurisdictionem Papæ: Sed iurisdictio Papæ nullatenus spectat ad Regem, ergo neque illa Regis ad Papam.

Quòd autem Innocentius loquitur de suprema laica potestate, constat, quia ipsemet asseruit *in cap. per venerabilem. Qui fil. sint legit.* Francorum † Regem 4
de cuius iurisdictione, & potestate hic agitur, nemini

mini esse subiectum. Item quatenus probat Papam
non potuisse vllo modo de hac causa cognoscere, si
fuerit fundata contra Regem Franciæ ordinaria via,
sed solùm extraordinaria denuntiationis, eò quòd al-
legabatur peccare mortaliter non restituendo illud
feudum Anglo, sed si superior eius fuisset, potuisset
cognoscere aliquo modo de hac causa, etiamsi fue-
rat feudalis, etiam ordinariè, quia cùm inter Domi-
5 num,† & subditum est contentio de feudo, non co-
gnoscit dominus,sed ordinarius, si non sunt pares cu-
riæ, *cap.1.de controuers.feud. apud par.termin.capitu.1.
§.fin. de prohibita feudi alienatione per Federic. vbi
gloss. ordinaria.* Imò si sunt pares curiæ, sint tamen
suspecti,ordinarius cognoscit,secundum Bald. *in dict.
c.final.*& Præposit.*in capit.1.de inuestitura in maritum
facta.* Cum ergo Innocent.III.præsupponat hic nul-
lo modo,nisi ratione peccati posse cognoscere de hac
causa,clarè præsupponit, nullo modo esse suum ordi-
narium.

Secundo,quia D. Augustin. *in c.quo iure.distinct.8.*
6 Iura† humana Imperatorum esse ideo,ait, quia Deus
ea distribuit per Imperatores, & rectores seculi hu-
mano generi; ergo non Papa, sed ipse Deus distri-
buit. Idem sentit Gregorius *in c.suscipitis.distinctione
10.*Item Cyprianus *in c.quoniam.eadem distinctione.* v-
bi relatus dicit: *Mediator Dei,& hominum, homo Chri-
stus Iesus,sic vtriusque potestatis officia discreuit,vt Impe-
ratores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pon-
tifices pro temporalium tantummodo cursu Imperatorum
legibus vterentur*; ergo Papa indiget Imperatore quò
ad bona temporalia,& ita habetur *in c.cum ad verum.
distinct.96.*

Tertio,Gelasius Papa *in c.duo sunt, distinctione 96.*
dicit;duo sunt quippe Imperator Auguste,quibus hic
mundus regitur,auctoritas sacra Pontificum, & rega-
lis potestas.

7 Quarto, quia Papa † suam temporalem iurisdi-
ctionem in Italia fundat ex deuotione Constantini,
vt habetur *in c.Constantinus. distinction. 96. & in capi-
te.fundamenta.de election.lib.6.& in cap.futuram.12.q.
1.*& non ex suo summo Pontificatu, & ideo textus *in
capit.Nos si incompetenter.2.qu.7.*probat;mundum per
duas regi potestates, Reges videlicet, & Sacerdotes;
& paulò post dicit; quòd sicut Ozias à Domino per-
cussus est, quia sacerdotum officia vsurpare non li-
cuit; sic sacerdotibus, & prophetis Regum officia v-
surpare non licuit.

Quinto, D.Ambrosius *in capite.conuenior.qu. 8.* di-
8 xit,ad Imperatores † palatia, ad sacerdotes pertinere
Ecclesias.Item Innoc.III.*in capit.solita de maior. & o-
bedient.* Papam Soli,& Imperatorem Lunæ confert:
sed Luna non fuit per Solem facta, neque à Sole de-
pendet; Imò diuerso fertur in cœlo, quia defertur in
primo, cùm Sol deferatur in quarto; ergo nec Impe-
rator fit à Papa,nec dependet ab eo.

9 Sexto, Honorius Papa III. *in capit. tuam* † *de or-
dine cognitionum* præsupponit, se idoneum iudicem
ad cognoscendum de natalibus Reginæ Cypri, ad
cognoscendum verò de successione, non ipsum,
sed Regem Francorum existere competentem. I-
tem Alexander Papa III. *in cap. causam quæ in 2. qui
fil.sint legit.* respondit; Ad Regem, non autem ad
Ecclesiam pertinere cognoscere de possessionibus;
atque addidit;Ne videamur detrahere iuri Regis An-
glorum, qui ipsarum iudicium asserit ad se perti-
nere.

Septimo, quia si Papa esset superior iurisdictio-
10 ne qualibet temporali, tunc à sententiis † posset ad
ipsum appellari, sed consequens est falsum, ergo,
&c. Probatur, quia Alexander Papa III. *in capit.si
duobus.§.denique de appellationibus.* declarat,extra ter-
ras Ecclesiæ non posse ad ipsum appellari à iudice
ciuili,nulla inter supremum,& inferiorem facta diffe-
rentia. Et glossa singularis *in capit.quoniam.distinctio-
ne 10.* tenet, ab Imperatore non posse appellari ad
Papam.

Octauo,Clemens Quintus *in extrauagante,meruit.
de priuilegiis.*in gratiam Regni,& Regis Francorum,
declarauit, nullum eis fieri præiudicium per textum
nostrum: ergo Papa non habet supremam in tempo-
ralibus iurisdictionem.

Nono, quia † duo domini insolidum esse non pos- 11
sunt,*l.si vt certo.§.si duobus.ff.commodati*, sed Impera-
tor est mundi dominus,*l.deprecatio.ff.ad l.Rhod.de ia-
ctu.l.bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. l.2.§.pen.
ff.de iuram. calumn.l.1.§. & cum lex. C. de rei vxor. a-
ction.*ergo Papa non est dominus mundi.

Decimo,quia Cæsar *in l.1.C.de veter.iur.enucleand.*
dicit, Imperium † traditum esse à cœlesti maiestate 12
Imperatori, & *in auth. quomodo oport. Episcop.in prin-
cip.*vbi etiam quòd vtrumque donum à suprema cle-
mentia collatum, ergo non à Papa,*c.duo sunt.distinct.
96.cum similibus.*

Vndecimo, facit quod refert Alberic. *in l. bene à
Zenone.num.16.C.de quadr.præscrip.*Videlicet Ludoui-
cum à Bauaria cum electoribus condidisse legē quan-
dam,quam ipse refert,declarando potestatem† Impe- 13
ratoris esse immediatè à Deo: Atque læsæ maiestatis
crimen incurrere,quicunque diceret, electum in Im-
peratorem,ante coronationem, non esse verum Im-
peratorem, aut imperium non posse administrare.
Quam legem Albericus ait, iustam visam fuisse tunc
multis Prælatis, & eruditis viris Romæ, vbi tunc ipse
agebat.

Pro quo facit Epistola Philippi Regis† Francorum 14
cognomento Pulcri,ad Bonifacium Papam Octauum
conditorem huius præsentis extrauagantis, qua nega-
bit Franciam,eiusque Regem in temporalibus subiici
Papæ,quod satis innuit *d.extrauag.meruit.de priuileg.*
Item Reges Hispaniæ, qui se credunt nemini subia-
cere in temporalibus,*gl.in c. Hadrianus.distinct. 63.&
c.etsi necesse.de donat.inter virum & vxorē.*egrè ferunt
se vocari subiectos.

Duodecimo, Iure diuino etiam demonstratur,
Nam Saul† Rex primus Hebræorum à Deo fuit ele-
ctus, & non à Sacerdote, licet per Sacerdotem illa e- 15
lectio fuerit facta,& vnctio, ac potestas ministeriali-
ter celebrata. *Primo lib.Reg.capit.10.*vbi Samuel dixit
Sauli; *Vnxit te Deus super hæreditatem suam,& iterum
vnxit te Deus in Principem.*Et paulo inferius,*Certè vi-
detis quem elegit Dominus.* Item Dauid secundus Rex
neque fuit electus à Samuele,sed à Deo,*primo lib.Reg.
cap.16.*

Decimo tertio, In literis sacris nunquam legi-
tur, Saulem, † vel Dauidem, vel vllum alium Re- 16
gem Hebræorum subiacuisse quo ad temporalia Sa-
cerdotibus, neque ei obediuisse in illis, saltem qua
parte Sacerdotes erant, quamuis qua parte nuntij e-
rant Dei,obedire tenerentur. sed illud non erat obe-
dire Sacerdotibus,sed Deo, *argum.cap.cum aliquibus.
de rescript.lib.6.& cap.hi qui de præbend.lib.6.l. qui au-
tem.§.final.& l.seq. ff. de constit. pec.* per quæm singu-
lariter probatur, etiam directam actionem queri ali-
cui per liberam personam, quando illi interuenit, vt
nuntius.

Decimo quarto, per *c. nos si incompetenter.§ no-
tandum*

randum 2. quæst. 7. vbi habetur singulariter Dauidem
17 † præfuisse Sacerdotibus in causis secularibus, subiecisse verò illis in causis Dei, & *in 3. lib. Regum cap. 1.* Propheta Nathan appellat Dauidem Dominum suum, per illa verba, *Domine mi Rex*, & per illa, *à Domino meo Rege*, & per illa, *mihi non indicasti seruo tuo.*

18 Decimo quinto, quia Dominus † noster Iesus Christus iubet in Euangelio reddi quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, Matthæi *capite 22.* & habetur *in capit. conuenior. 23. quæst. 8.* Imò quod maius est, tributum soluit ille pro se, & pro Petro, Matthæi *capite 17.* & habetur *in capit. tributum 23. quæstione 8.*

Decimo sexto, quia D. Petrus *in prima epistola capite 2.* relatus *in cap. solitæ. de maior. & obedient.* iubet
19 omnibus Christianis † obedire Regibus, etiam Ethnicis, quales erant tunc temporis. Item D. Paulus *ad Romanos capite 13. & ad Titum cap. 3.* relatus *in cap. conuenior. 23. quæst. 8. & in capit. 2. de censibus.* præcipit, vt omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, quos constat nihil habuisse à Petro, quia erant Ethnici, sed à Deo, vel populo. Vnde D. Paulus *prima ad Timotheum cap. 2. Nemo Deo militans, implicet se negotiis secularibus.* qui verò maximè militare debet Deo, Papa est, *cap. si Papa. distinctione 40.* ergo non debet penes eum esse potestas laica omnium secularium.

Decimo septimo, ratione naturali probatur, qua
20 suadetur singula † officia esse singulis committenda personis, *cap. 1. distinctione 89. cap. cum ad singula de præbend. lib. 6. leg. nemo Cod. de assessor. leg. consulta C. de Testament.* Sed Monarchia spiritualis, siue summum Sacerdotium, & summum Imperium, siue secularis Monarchia, duo sunt numera distincta, & non quomodocunque, sed sicut aurum, & plumbum, *cap. duo sunt distinctione 96. cap. solitæ de maior. & obedient. authen. quomodo oport. Episcop. in princip.* ergo non sunt committẽda vni, aut certè melius committuntur duobus, sed opera Dei sunt perfectissima, *Deuteronom. ca. 23.* ergo illa non vni, sed duobus fuere à Christo summo Deo commissa.

Decimo octauo, facit ratio canonica admixta natu-
21 rali, ob quam *in c. te quidem 11. quæst. 1.* Petrus † sic alloquitur Clementem destinatum Papam; *Oportet te summo studio niti Clemens, vt omnes vitæ huius occupationes abiicias, ne fideiussor existas, nec aduocatus fias, neue in illa alia occupatione mundialis officij prorsus inueniaris, ne præfocatus præsentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare.* Et certè nullus negabit, eum qui summam Christianorum curam habet, non posse precepta hæc seruare, ergo videntur hæc duo munera secum pugnare. Confirmatur, quia ille canon subiicit; *Hæc verò opera, quæ tibi minus conuenire diximus, exhibeant vacantes laici.*

22 Decimo nono, quia Romulus † Romanorum ille Rex primus legem naturæ solam doctus, instituit sacra, & qui illa peragerent Sacerdotes à se distinctos, Marco Varrone, Dionysio Halycarnassæo, & Antonio Coccio testibus, prospiciens vir prudens se non posse Imperio simul, & Sacerdotio facere satis. Item post Romulum ea in melius reformauit Numa Pompilius solam item legem naturæ doctus: sed & Moyses Hebræorum Dux ille primus, & optimus iratus etiam non posse ab vno temporalia, & sacra omnia iustè curari, Aaroni hæc commisit, illa verò sibi curanda retinuit.

23 Vigesima ratio † est ab auctoritate plurimorum, Ioan. Thetonic *in scholiis cap. quoniam distinctione 16.* & idem sentit *in capit. 1. distinctione 22. & in dict. capit. cum ad verum distinctione 96.* Cardinal. Zarabellus *in capit. nouit. de iudic.* Baldus *in rubric. Digestorum, column. 2.* Parum memor Bartoli contrarium sentientis, dixit omnes Legistas tenere pro maxima: Imperatorem Romanorum neminem habere in temporalibus superiorem. Item Ioann. Parisiensis Theologus ordinis Prædicatorum Doctor antiquus *in libro de potestate Papali, & Imperiali.* quem sequitur Albericus *in l. cunctos num. 9. & num. 10. Cod. de summa Trinitate, & in dict. leg. bene à Zenone num. 16. Cod. de quadrien. præscrip.* Item Cosmas *in proœmio congregationis Gallicanæ,* & Iacobus Aymarus *in libro de potestate Papæ,* Ioann. Maiorinus *in 4. libro sentent. distinctione 24. quæst. 3.* & super Matthæi *cap. 16.* & Antonius Derosel. *in tractatu de potestate Imperial. col. 15.* ergo non est assentiendum dicentibus, potestatem supremam laicorum non solùm habitu, sed etiam actu esse penes summum Pontificem.

Vigesimo primo, A definitione Ecclesiasticæ † po- 24
testatis quam diffiniunt: *Est potestas spiritualis supernaturalis data Petro, & successoribus eius à Christo ad regendum, & dirigendum eam directè in supernaturalibus quò ad finem supernaturalem supremum, & vltimum per rationem naturalem, quæ directè solùm amplectitur supernaturalia, indirectè verò, siue in ordine ad supernaturalia amplectitur etiam animalia naturalia, quatenus sunt necessaria ad consequutionem finis supernaturalis, ob quem sunt instituta.* Ex quibus Franciscus à Victoria *in libro de potestate Ecclesiastica, capite 5. versic. octaua propositio.* tenet quòd Papa † in ordine ad supernatura- 25
lia habet amplissimam potestatem super omnem temporalem iurisdictionem, qua vti potest, quando, & quantùm necesse est, ad finem supernaturalem, & potest non solùm omnia, quæ possunt Principes seculares, sed & facere nouos Principes, & tollere alios, ac Imperia diuidere, & pleraque alia: Et hæc opinio est Cardinalis Caietani *in tractatu de potestate Papæ, & concilij, cap. 13. in responsione ad octauum argumentum.* & hanc eandem tenet pro firma Doctor Nauarrus per has relatas rationes.

Vigesima secunda ratio est Cardinalis Bellarmini, viri doctissimi, & eminentissimi in societate Iesu, *in suo libro quinto de Romano Pontifice, capite 2.* qua ostenditur Papam † non esse dominum totius mundi, cum 26
non sit Dominus earum prouinciarum, quas obtinet infideles, & solùm oues suas Petro commisit: Infideles autem non sunt oues, quas nec Papa iudicare potest. 1. *Corinthiorum, capite 5. Quid ad me de his, qui foris sunt, iudicare.* Item, infideles Principes † sunt verè 27
Principes, quia dominium non fundatur in gratia & fide, sed in libero arbitrio. Item Deus approbat regna infidelium, gentilium in vtroque Testamento, Daniel *capite 2. Tu es Rex Regum, & Deus cœli dedit tibi regnum.*

Et hanc opinionem tenet Ioan. Driedon. *in libro primo de libertate Christiana, capite 9. & capite 15.* & D. Thom. *in libro tertio de regimine Principum capite secundo, & sequentibus:* atque *in tertia parte summæ quæst. 59. articulo 4.*

SVMMARIA.

1 *Papa habet summam potestatem in temporalibus temporaliter.*

2 Christus

2 *Christus constituit vnum solum Vicarium in spiritualibus, & temporalibus.*
3 *Iurisdictio temporalis dependet à spirituali temporaliter.*
4 *Iurisdictio temporalis secundum suam naturam reducitur ad spiritualem, etiam temporaliter.*
5 *Ecclesia militans debet habere vnum caput, sicut Ecclesia triumphans.*
7 *Iurisdictionis temporaliter administratæ qui sint effectus.*
8 *Papa confirmat Imperatorem.*
9 *Confirmatio non differt ab approbatione circa Imperatorem electum.*
10 *Imperator debet confirmari à Papa.*
11 *Reges qui vnguntur ab Ecclesia sunt vasalli ipsius.*
12 *Imperator est feudatarius Ecclesiæ.*
13 *Imperator iurat fidelitatem Papæ.*
14 *Iuramentum fidelitatis per Imperatorem præstatur Papæ ex concilio Toletano.*
15 *Imperator iurando debet tangere sacra Dei Euangelia.*
16 *Dictio,* hæc, *est ad oculos demonstratiua.*
17 *Episcopus iurando quando debeat tangere scripturas.*
18 *Carolus quartus per actum publicum voluit confirmari à Papa.*
19 *Imperatores scribentes Papæ, exordiuntur post pedum oscula.*
20 *Carolus quintus quando osculatus est pedes Papæ cum aliis Principibus.*
21 *Federicus Barbarubea passus est Papam pedibus calcare eius caput.*
22 *Lotharius Imperator quomodo depingitur ad pedes Papæ.*
23 *Iuramentum fidelitatis obligat feudatarium temporaliter, non spiritualiter.*
24 *Papa potest iudicare laicos temporaliter.*
25 *Principium vnum est in Ecclesia, & dicere duo est hæreticorum.*

CAP. XVIII.

Summum Pontificem habere summam potestatem in temporalibus, directò, non autem ratione peccati: Probari primò ex rationibus decidendi ipsius extrauagantis.

NOn obstantibus præcedentibus rationibus, Contrarium deciditur in hoc textu, videlicet ipsum
1 Summum † Pontificem habere summam laicam potestatem in temporalibus: non solùm habito respectu ad spiritualia, sed etiam ad temporalia naturaliter, & temporaliter. Quæ conclusio firmanda est; Primò ex rationibus decidendi desumptis ex ipso textu, quem exponimus, deinde aliis vrgentissimis, atque ex maiori Doctorum numero, & auctoritate firmanda.

Prima igitur ratio est, Si potestas temporalis non esset data Petro immediatè principaliter, & temporaliter, sequeretur quòd eodem tempore à Christo Do-
2 mino † nostro duo fuissent dati Vicarij; sed consequens est falsum; ergo, &c. probat textus consequentiam retento eodem themate, de quo dictum est supra in prima parte: Quia in hac vna Ecclesia sunt duo gladij. Ioan. *cap.* 10. per quos denotantur duæ potestates, spiritualis, & temporalis, sed si temporalis non dependeret à spirituali temporaliter, tunc in eo, in quo non dependeret, esset à Deo constitutum alterum caput, sed in hac Ecclesia vnicum est caput, vt supra la-
3 tissimè est probatum, ergo potestas temporalis † temporaliter immediatè, & principaliter dependet à spirituali, & non spiritualiter.

Item probat eandem consequentiam ratione ordinis. Nam in Ecclesia Dei est hic ordo, vt potestas inferior secundum † suam naturam, & per se reducatur 4
ad superiorem, *ad Roman. c.* 13. Sed si potestas temporalis reduceretur ad spiritualem spiritualiter, tunc reduceretur præter, & supra naturam temporalis potestatis, & sic per accidens: Quare potestas temporalis temporaliter, per se, & secundùm suam naturam reducitur ad spiritualem.

Vnde dicit gloss. *in Clem. ad nostram. in ver. Ecclesiæ. de hæretic.* Ecclesia † militans exemplata est à trium- 5
phante, teste Ioanne *in Apocalypsi cap.* 21. *Et vidi Hierusalem nouam descendentem de cœlo, &c.* Item Moysi dictum est, *Exodi capit.* 25. *in fine*, quòd omnia faceret secundùm exemplar sibi monstratum in monte. Sed in Ecclesia triumphante non est, nisi vnus solus, & summus Hierarcha, cui omnes Angeli, & homines in omnibus obediunt: ergo in Ecclesia militante vnus est solus Hierarcha, cui omnes tam laici, quàm clerici, tam Reges, quàm cæteri tenentur in spiritualibus, & temporalibus obedire, hic autem non est Imperator, ergo est Papa, qui temporalibus temporaliter præest.

Et sicut ille vnus solus Hierarcha Ecclesiæ triumphantis est creator spiritualium, & temporalium, à quo omnia producuntur inesse, vt vnus finis ad quem, sicut ad finalem terminum ordinantur omnia, *Apocalyps. cap.* 1. *& cap.* 21. *& cap.* 22. & habetur *in c. propriè. in fine. de consecration. distinct.* 4. Sic debet esse vnus solus gubernator, ac rector tam spiritualium, quàm temporalium; ergo vnus solus sub Deo † Vicarius eius erit, 6
habens totius regimen vniuersi, tam spiritualium quàm temporalium, istorum quidem in sua propria natura, prout per se, & ex propria natura temporaliter ordinatur ad spiritualia.

Secunda ratio, quæ colligitur ex textu, effectus † iu- 7
risdictionis temporaliter administratæ sunt, instituere, iudicare, trãsferre, & plantare. Sed Papa omnia hęc facit in Imperatore, ac Regibus, ergo habet hanc temporalem iurisdictionem tẽporaliter administrare. Minor probatur, quia Papa instituit, & confirmat † 8
Imperatorem, *Clem.* 1. §. *nos de iureiurando*, vbi textus dicit: *Nos eodem mandato, & decreto electionis. & infra: facta nobis de electione huiusmodi concordi, & legitima plena fide, examinata quoque persona ipsius Henrici, prout absentia patiebatur eiusdem, & de ipsius fide, probitate, & aliis, quæ in persona Imperatoris sunt meritò requirenda. & infra, Ipsum nominauimus, denuntiauimus, & declarauimus Regem Romanorum, ipsius approbantes personam, eumque sufficientem, & habilem declarantes ad suscipiendam Imperialis celsitudinis dignitatem ac decernentes, vnctionem, consecrationem, Imperiique Romani curam sibi per manus nostras debere concedi, &c.* Item habetur *in cap. venerabilem de election. post princip.* Ibi; *Sed & Principes recognoscere debent, & vtique recognoscunt, sicut iidem in nostra recognouere præsentia, quòd ius, & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promouendam ad imperium, ad nos spectat, qui eum inungimus, & consecramus, & coronamus.* Item *in vers. Obiectioni ergo Principum respondentes, asserimus, & infra.* Et in vers. *Nos itaque non ducem, sed reliquum reputamus, & nominamus Regem iustitia exigente, & infra.* Et notat idem Cardinal. *ibi in* 4. *not.* dicens: *Nota secundum Paul. quod iura dicunt approbationem, non confirmationem: quia confirmatione non videtur indigere, sed approbatione, conse-*

cratione, vnctione, & coronatione. Item dicit Cardinal.
9 in d. clem. 1. in §. cæterum in 3. notab. Sed contra † hanc opinione m gl. in c. legimus. in ver. imperium. dist. 93. & August. de Ancon. in tract. de potestate Papæ q. 8. art. 1. dicunt, electum per Imperatorem debere confirmari per Papam, nec reuocant in dubium differētiam confirmationis, vel approbationis.

10 Et quod Imperator † debeat confirmari à Papa, est textus in cap. in Synodo. distinct. 63. Ibi: Ego quoque Leo episcopus seruus seruorum Dei, cum toto clero ac Romano Populo constituimus, & confirmamus, & corroboramus, & per nostram Apostolicam auctoritatem concedimus, &c. Item quia Papa est superior Imperatore: ergo est vera confirmatio, Bald. in l. fin. C. de legib. approbatio enim fit à pari; confirmatio verò à superiore, Abb. in capit. 1. in fin. de treuga & pac. & est bonus textus, vbi hæc confunduntur, etiam in factis Imperatoris comprobatis à Papa; In titulo de statutis, & consuetudinibus contra libert. eccles. in vsibus feudorum, in vers. Nos verò Honorius episcopus seruorum Dei, has leges à Friderico Romanorum Imperatore filio nostro charissimo, pro vtilitate omnium Christianorum editas laudamus, approbamus, & confirmamus, &c. Item in d. cap. venerabilem §. obiectioni. de elect. hæc confunduntur, nam textus primo dicit approbando Regem, & parum post, dicit, confirmando.

Item Martinus Laudensis in tractatu de Principibus,
11 notabili 22. dicit: omnes Reges, † qui vnguntur ab ecclesia, dicuntur quasi vasalli ecclesiæ, c. intelleximus. de iureiurando. Bald. in c. pastoralis. de rescript. ergo idem dicendum est de Imperatore; & ita probat Ioan. Vgo. in libro quadriuij ecclesiæ col. 2. in princip. in ver. feudatarius Imperatorem, ait, effectum feudatarium ecclesiæ, quia ab ea omnia recipit. vt scribit Restaur. Castald. in tract. de Imperatore, q. 56.

12 Et quod Imperator † sit feudatarius ecclesiæ probatur à iuramento fidelitatis, quod est species seruitutis, Andr. in cap. 1. de noua forma fidelit. Lucas de Penna in l. coloni col. 1. C. in quib. caus. colon. lib. 11. & importat seruitium personale, prout latè probat Afflict. in decis. 265. n. 40. & plur. seq. & vnitum cum recognitione importat feudum, clem. pastoralis. de re iudic. Sed ipse Im-
13 perator † iurat fidelitatem Papæ, c. tibi domino, dist. 63. & in d. clemen. 1. de iureiurand. Vbi fuit præstitum Clementi Papæ V. ab Henrico Imperatore, & notatur in lib. sacrarum ceremoniarum lib. 1. section. 5. cap. 5. præcipuè Alberto Rodulpho, & VVenceslao sub Bonifacio Papa VIII. & sub Gregorio IX. & sub Vrbano VI. Pontificibus.

14 Item de eodem iuramento † fidelitatis per Imperatorem Papæ præstando, fuit statutum in concilio Toletano sexto, circa tempora Honorij Papæ tertij: Nec est priuilegiatus in iurando, quia sicut cæteri debet tangere scripturas, vt notatur in auth. sacramenta puberum, Cod. si aduers. vendit. præcipuè Bald. quæst. 3. post gloss. ibi, & in l. generaliter. §. in omnibus. Codic. de reb. credit. gloss. notab. in clem. 1. §. porrò. de hæretic. Felyn. in capite fraternitatis, colum. fin. de testib. Bald. in l. 1. ff. de iureiurand. alios congerit Marsil. in singular. 415.
15 incip. iuramentum. Ita ipse Imperator † debet tangere scripturas, videlicet sacra Dei Euangelia, d. clem. 1. §. porrò, vers. tactis sacrosanctis Euangeliis iuramento firmauerit. & ibi Cardinal. in 5. not. gloss. ibid. in ver. tactis, & ibidem in §. Ego N. ponitur forma iuramenti, & in fine dicitur; Sic Deus me adiuuet, & hæc sacra Dei Euan-
16 gelia. dictio enim hæc, † est ad oculos demonstratiua, vt notatur per scribentes in l. 1. in princip. ff. de noui oper. nuntiation. l. 1. ff. si cert. pet. & l. 1. ff. de pecul. Item Rota in decis. 7. de iureiurand. in antiquis, dixit, quòd licet Episcopus † iurando non teneatur tangere scripturas, 17
tamen secus est, quando est in Curia Romana, ordinatione Gregorij Papæ II. Sed Imperator coronatur in Curia Romana.

Probatur ex aliis quia Carolus IV. † Imperator 18
misit actum publicum ad Papam Innocentium V. sub anno 1355. per quem asseruit esse obligatum suæ electionis confirmationem, & coronam imperialem accipere à Sanctissimo Papa, & his verbis † exorditur; 19
Post pedum oscula Beatorum, &c. (quibus verbis omnes Imperatores successores aureis literis vsi sunt, scribendo ad Romanum Pontificem.) De forma coronationis Imperialis est, quòd iuret seruitium Papæ pro subdiacono, & exeundo ab Ecclesia Stapham equi papalis tenere debet, atque deinde ducere equum per frenum aliquantulum itineris. Item † Carolus V. 20
Imperator osculatus est pedes Clementis Papæ VII. in maiori concione Principum, quàm fuerit in toto mundo, vbi erant Reges Franciæ, Nauarræ, Duces Sabaudiæ, Bouillonen. Florentiæ, Ferrariæ, Virtemberg. magnus magister Melitæ, & alij maximi, & quàm plurimi Domini, qui omnes Beatos Pedes sanctissimi Papæ osculati sunt, vt latè scribit Iosephus Stephanus in tractatu de adoratione pedum summi Pontificis, capite 8. Item Imperator Federicus † Barbarubea, vt 21
recuperaret eius filium, passus est Papam Alexandrum tertium calcasse pedibus eius caput, vt dicunt Historiæ, & propterea Gregorius Papa VII. hunc ritum inter priuilegia Romani Pontificis enumerat in secundo libro registri apud bibliothecam Vaticanam fol. 109. de quo dicam infra, in capit. de effectibus supremæ potentiæ. Et Innocentius Papa II. Romæ in Lateranensi Basilio Lotharium † Imperatorem depingi passus est, quasi 22
vasallum ad pedes ipsius prostratum, & Imperij coronam ab eo accipientem, atque hos illi picturæ versus adscribi:

Rex venit ante foras iurans prius vrbis honores,
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

cuius rei memoria extat in Chronic. Hirsaug. in vita Abbatis Hartuigni, & apud Radeuicum libr. 1. numer. 9. & 10.

Hoc iuramentum † fidelitatis obligat feudatarium 23
temporaliter, non spiritualiter, vt notant omnes in titulo de noua forma fidelitatis, in vsibus feudorum. Quia in casibus à iure expressis priuantur feudo, vt habetur in titulo ex quibus causis feudum amittitur. Ergo iurisdictio temporalis Imperatoris non subest Papæ spiritualiter, vt malè opinantur supradicti doctores, sed temporaliter. Hinc est quòd Papa transfert Imperium de gente in gentem, vt latè scripsi supra in cap. 5. Item confirmat, reprobat, & propter demerita deponit, ca. venerabilem. de election. c. ad apostolica. de re iudic. li. 6. & clemen. 1. de iureiur. & latius scribam inferius; & isti omnes sunt effectus iurisdictionis temporaliter administratæ.

Quòd autem † possit iudicare etiam temporaliter laicos, probat textus. Quia si constitutus est à 24
Deo super gentes, & regna, potest, cùm deuiaret terrena potestas, illos iudicare temporaliter. Sed Papa constitutus est super gentes & regna, Hierem. capitul. 1. ergo cùm deuiat potestas terrena, potest iudicare temporaliter. Nec valet responsio tenentium contra Communem, videlicet quòd Papa posset iudicare spiritualiter, in quantum potestas ecclesiastica traheret Christianos ad desistendum à peccato. Quia replicatur, eodem modo debet iudicare Papa cùm deficit ter-

D

terrena potestas, quomodo iudicaret illa terrena, si non deficeret, textus est ad literam *in c. licet ex susce- pto. de foro compet.* & ibi notatur, sed potestas terrena iudicaret temporaliter; ergo & ecclesiastica temporaliter iudicare debet, & potest.

Tertia ratio decidendi, quæ colligitur ex textu. Nam
25 sicut ponere duo † principia est hæreticum, *c. 1. & 2. de summa trinit. & fide catholica. & Gen. c. 1.* vbi dicitur: *In principio creauit, &c.* non autem in principiis: sic ponere duos Vicarios Dei in terris est hæreticum, facit gloss. *in c. non autem. in glo. penult. prope finem 7. quæst. 1.* Stephan. Aufrer. in repetitione *clem. vt clericum nu. 42. de officio ordin.*

Quare concludit summus Pontifex in tertia parte *extrauagantis, in versi. porrò subesse Romano Pontifici vt capiti ecclesiæ militantis omnem creaturam tam in spiritualibus quàm temporalibus est de necessitate salutis.*

CAP. XIX.

Papam habere supremam Iurisdictionem temporalem, temporaliter, & directò, pro magis communi opinione Doctorum vtriusque classis.

SVMMARIA.

1 *Probatio ab auctoritate conditoris non concludit pro conditore.*
2 *Ratio legis est æterna, & immutabilis, & semper potest allegari.*
3 *Ratio legis correctæ quare allegari possit.*
4 *Papa habet vtramque iurisdictionem spiritualem, & temporalem secundum magis communem opinionem, & nu. 9.*
5 *Papa habet iurisdictionem temporalem Imperatoris secundum ciuilistas communiter.*
6 *Papa potest citare quemlibet vbique existentem.*
7 *Papa habet potestatem priuandi Imperatorem ex causa.*
8 *Ecclesia habet vtrumque gladium spiritualem, & temporalem.*
10 *Aequitas semper est præferenda in iudicando.*
11 *Aequitatis primus gradus cui debeatur.*
12 *Communem opinionem pro ecclesia non sequi, est facere contra leges.*
13 *Imperator Ludouicus quid constituerit aduersus extrauagantem, vnam sanctam.*
14 *Concilium Constantiense damnauit opinionem Ioan. Hus, qui contra Papam dicebat.*

HVcusque declarauimus tres decidendi rationes, quibus constitutio hæc extrauagans satis, superque fundatur, & concludunt vnicuique Papam, vt caput ecclesiæ habere vtrumque gladium, etiam temporalem directò, & temporaliter: Qui verò dicunt hac
1 extrauagante † non probari conclusionem Papæ, quia ab eodem Pontifice condita est, sicut dicit Oldrad. de Imperatore *in consil. 69.* obliti sunt terminos
2 Iurisprudentiæ. Nam legis † ratio est æterna, & immutabilis, Abb. *in c. non debet. de consanguinit. & affinit.* Ideo quælibet ratio, etiam si nunquam fuit scripta in lege potest allegari, *c. ratio nulla, & ibi Doct. de præbend. l. scire oportet, § sufficit. de excusat. tut.* Et si corre-
3 cta † lege potest proprerea allegari ratio illius legis, *l. has obligationes, ff. de capit. diminut. c. auctoritate. de concess. præbend.* ergo multò magis potest allegari cum eademmet dispositione Pontificia; nam & Pontifex his rationibus suam fundauit intentionem.

Sed antequam alias rationes adducamus; Age comprobemus hanc conclusionem ab auctoritate magis † communis opinionis Doctorum vtriusque 4
classis, vt ostendamus contra istos discolos, atque inuidos æmulos nostros & conscribentes hanc materiam postquam viderint hæc nostra scripta, nos non ita leuiter, sed quò magis accuratius potest pertractare hanc materiam: In primisque referemus Doctores ciuilistas, mox canonistas, & Doctores sanctos patres.

Bartol. *in l. 1.* † *§. præsides. ff. de requirend. reis.* dicit: 5
Imperium dependet ab ecclesia. Et quòd Dantes Florentinus, qui tenebat contrarium in suo libro, qui vocabatur *Monarchia*, fuit propterea post mortem damnatus de hæresi. Idem *in l. fin. in fin. Cod. de legibus.* dicit: *Ius priuandi Imperatorem spectat ad solum Papam.* Idem *in extrauagante, ad reprimendum. in versic. totius orbis numer. 9.* dicit: *Romanorum imperium incepit esse Christi imperium, & ideo apud Christi vicarium est vterque gladius, scilicet spiritualis, & temporalis.* Idem *in d. extrauag. in ver. per edictum,* dicit: *Papa † potest citare* 6
quemlibet vbique existentem, quia est Vicarius eius, cuius est terra, & plenitudo orbis eius, quod non potest facere Imperator. vt ibi per eum, & loquitur ex causa temporali, alias quæstio esset de indubitabili, & non esset bona comparatio inter Papam, & Imperatorem.

Baldus *in l. non ambigitur num. 6. ff. de legib.* dicit, *Populus Romanus est sub Papa, ideo in Papa † residet hæc* 7
potestas priuandi Imperatorem, quia in eo residet vertex, & cerebrum totius populi, & quia populus non potest confirmare Imperatorem, ergo nec priuare. Sed quia Imperator non iurat fidelitatem populo, sed Domino Papæ, subdit: *& hæc est veritas.* Idem *in proœmio ff. nu. 18.* dicit: *Canones ponunt Papam super verticem Imperatoris, qui habet potestatem confirmandi, & infirmandi electionem Imperatoris, & priuandi eum ex notoria, & iusta causa: Superior enim esse dignoscitur, qui instituendi & destituendi ius habet, §. interim, in auth. de defensor. ciuit.* Et non est negandum, quia Papa habet claues cœli, & mundi, traditas sibi ad iustitiam, & est maior Imperatore nomine, & re.

Paul. de Castro *in d. l. non ambigitur numer. 6.* dicit: *Imperium Romanum fuit à populo Romano translatum in ecclesiam, & non remansit nisi nomen, & dicitur Imperium Christi, vel Ecclesiæ, & solus Papa potest ipsum priuare, sicut & confirmare, ac coronare.* Et parum infra: *Nam apud Ecclesiam est vterque gladius spiritualis, temporalis.*

Oldradus *in consi. 180. num. 12.* dicit: *Apud ecclesiam*
† est vterque gladius spiritualis & temporalis, & quòd 8
Imperator, antequam ecclesia sibi committat gladij temporalis executionem, non debet se ingerere. Et hanc opinionem sequuntur plurimi ciuilistæ. Alex. *in consil. 24. num. 24. vol. 5.* Aretin. *in §. sacra. Instit. de rerum diuis.* Marsil. *in l. fin. num. 148. ff. de iurisdict. om. iudic.* Signorol. *in consil. 218.* latè probat hoc Petrus Bertrandus *in tractatu de origine Iurisdictionis, col. 3.* Afflict. *in præludiis feudorum, q. 2. in 4. ratione.* Et hãc esse magis communem opinionem inter ciuilistas probat Conradus *in suo templo iudicum, in li. 1. c. 1. §. 2. num. 8. & 9.* Martin. Laudens. *in tract. de Principibus, quæst. 496.* dicit; *vtrumque gladium esse penes Vicarium Christi.* Hieronym. Balb. *in tract. de coronatione Imperatoris,* latissimè Restaurus Castaldus *in tract. de Imperatore, q. 39. & qu. 50. per totam.*

Item

9 Item probatur esse magis † communem opinionem inter Canonistas. Nã glo.2. *in c.nouit. de iudic.& in c.causam quæ in 2.qui fil sint legi.* vbi Doct.communiter,& *in c.licet ex suscepto.de foro compet.* concludunt penes Papam esse vtrumque gladium spiritualem, & temporalem: quam opinionem bonis rationibus firmat Io. Andr. *in clem.ad nostram,vbi gloss.in ver. ecclesiæ.de hæretic.* quæ dicit, *quòd aliter tenere sapit hæresin.* pluribus rationibus firmat Hostiens. *in summa qui fil. sint legit.§.qualiter,& à quo.* Inno. *in c.licet ex suscepto. nu.1.de foro compet.* Ancharan. *in d.c.nouit.nu.72.* dicit esse communem opinionem, vbi etiam Immola & Andr.Siculus Abbas *in d.c.nouit.nu.11. & plur.seq. & in d.c.causam quæ,& in consil.82.col.2.vol.1.& q.1.* post sua consilia *n.4,& 5.* Hanc opinionem esse communẽ attestantur Præposit.& Alex. *in c.quoniam.distinct.10.* contra glos.ibi,& Geminian. *in c.duo sunt,distinct.96.* & latissimè defendit, arguendo ad partes, & respondendo obiectis *in c.cùm ad verum.distinct.96.* Et esse communem opinionem tam legistarum, quàm canonistarum probat Ioa. Baptista Ferrettus *in repetition. c.1.de probat.nu.8.vers. sed tenenda est communis opinio, in 3.vol.repetitionum canonicarum.* Eãdem opinionem latè firmat Io. de Turrecremata *in tract. de potestate Papæ,& ecclesiæ,*& respondet contrariis,vbi quod Imperium nõ dependet à Deo, sed ab ecclesia, & à Papa, Abbas & Immola *in c.si duobus.§.denique.de appell.* qui dicunt communem, Fel. *in cap.cum non deceat.col.4.de præscript.* Io.Quintinus Hæduus *in d.c.nouit.nu.117.& in pluribus numeris.* Michael de Ainone *in tract.de vnitate ouilis,c.13.nu.12.* Franciscus Pauinus in expositione textus nostri,quem ego non potui inuenire,allegatus à Cardinale Iacobatio *in tractatu de concilio,li.10. artic.8.n.10.* Milus *in suo repertorio,in ver. Papa an possit.* Stephan.Auphrer. *in repetitione clem.Vt clericorum. de offic.ordinar.nu.37.vsque ad 47.* Trieras *in ver.Papa, qu.10.& qu.11.* Ioannes Hugo *in lib.quadriuij ecclesiæ, parte 1.col.1.*

Diuus Thomas *in lib.3. de regimine Principum, c.18. & c.19.* vbi etiam quòd Imperium Romanum tantùm durabit in Germanis, quantum ecclesia Romana expediens iudicauerit, Diuus Antoninus *in 3.parte summæ,tit.26.c.14.n.17.* Hugo de sancto Victore *in 3.parte operum lib.2 de sacramentis,part.2.c.4.* quem sequitur Alexand.Alens. *in 3.parte summæ quæst.48.membro 1.artic.3.§ 2.in resolutione.* & D.Thom. *in d.lib.3.de regimine princip.cap.* cum aliis ad hoc relatis per Modernos *in tract.de iure naturali,& diuino ecclesiasticæ libertatis,li.1.c.12.& c.13.*

10 Cum autem in iudicando † semper æquitatem præferre debeamus, Romani enim perpendebant bonitatem cum æquitate sic esse connexam, vt alias bonum æquum sine copula dicerent,& arbitratus boni viri nihil aliud quàm æquitatem significat, *l.1.ff.de vsufruct. quemadm.cau.& l.quæsitum.ff.de testib.* Et in ipsa æquitate sint gradus, Cic. *offic.li.1.In ipsa autem communitate sunt gradus officiorum,&c.* intelligendum est, vt arbi-
11 trium nostrum de æquitate, † primum demus Diis immortalibus; deinde patriæ, &c. *l.2.ff.de iust.& iur.* vel vt erga Deum religio, *l.4. ff.ad l.Iul.pecu. l. sunt personæ.ff.de religios.& sumpt.fun. l.ob carmen. §.si testis.ff.de manumiss.* Admonemur igitur magis Deo, quàm hominibus obediendum, *Actuum c.5.* & latè per Tiraquell. *de priuileg.piæ causæ per totum.* Quare satis
12 contra leges faciunt, qui communem † opinionem pro ecclesia non insequuntur: Vnde dicebat Aretin. *in d.§.sacræ.Instit.de rerum diuis.* Quòd hanc communem opinionem quilibet Christianus debet tenere,& defendere, & sicut Communem amplecti displicet, placeat saltem vt rationibus inuincibilibus fundatam, quas mox subnectam, contra quam temerarium videtur, aliter interpretari.

Nec obstat Constitutio † Ludouici Imperatoris, 15
quam fecit aduersus constitutionem textus nostri: *Quod quicumque diceret Imperium dependere à Papa, reus esset criminis læsæ maiestatis.* de qua quæstione per Restaur. *in d.q.50.n.8.*& per Io.Lecirier. *in tractatu de primogenit.li.2.q.12.nu.9.* & per Albericum, qui nimis arroganter hanc constitutionem describendo multis confirmat rationibus. Quia in Concilio † Constantiẽsi 14
fuit damnata memoria Io.Huss. qui inter alia ponebat Papalem dignitatem à Cæsare inoleuisse,& Papæ perfectionem, & institutionem à Cæsaris potentia emanasse, vt patet *in vltima sessione eiusdem concilij,in §.tenor autem articulorum.* Et propterea dicebat Imperator Carolus relatus, *in c.memoriam,distinct.19.* honoramus sanctam Romanam ecclesiam, & licet vix ferendum, ab illa sancta sede nobis imponatur iugum, tamen seruamus,& pia deuotione toleramus. Item *in c.1.de immunit.eccl.li.6.* statuitur. Non licere iis, qui iurisdictionem habent temporalem, aliquid in præiudicium iurisdictionis ecclesiasticæ statuere. Quæ autem dicit Albericus sæpius fuere reiecta in sacris conciliis, & quando Dantes fuit ab ecclesia damnatus, vt testificatur Conradus *in d.templo iudicij.li.1.c.1.§.2.num.7.*& libri Alberici indigerent religiosa correctione. Quare temerarius videtur iudicandus, qui tantus patrum, omnium classium, opinioni non acquiescit,& obstinatè ore trahere conatur in hoc art. ad peccati rationem, contra Communem sententiam. Cur quæso Nauar. *in c.si peccau.2.q.1.* & cæteri laicæ iurisdictionis adulatores, in materia denunciationis euangelicæ firmarunt contrarium: Non esse ad peccati rationem trahendas causas, quia sic omnes traherentur ad ecclesiasticum forum,& in hoc articulo, velut in altero mendaces, dicunt contrarium?

SVMMARIA.

1 *Imperatorem esse dominum vniuersalem totius mundi firmatur ab auctoritate plurimorum.*
2 *Doctores iuris ciuilis tenent imperatorem esse dominum totius orbis.*
3 *Legibus illis non est credendum, quarum repelluntur auctores.*
4 *Imperatorem esse rectorem vniuersalem in toto orbe, probari de iure canonico.*
5 *Imperatori Romano quæ nationes obediebant.*
6 *Carolus Magnus Imperator consideratur tanquam Germanus.*
7 *Decretorum liber fuit approbatus ab Eugenio Papa III.*
8 *Decretorum liber est approbatus ab vsu antiquißimo.*
9 *Imperator habet intentionem fundatam in toto orbe.*
10 *Imperatorem esse vnum in vniuerso cur sit valde expediens.*
11 *Pax prouinciarum meliùs habetur in veritate Principis quàm in pluralitate.*
12 *Imperator condit leges vniuersales pro omnibus.*
13 *Papa quomodo committat executionem gladij temporalis Imperatori.*
14 *Liber pontificalis sacrarum ceremoniarum est approbatus.*
15 *Reges & Principes habent dominium & iurisdictionem de iure, non autem de facto.*
16 *Dominium directum quomodo possunt habere duo.*

17 *Dominium directum regni Neapolis quomodo sit penes ecclesiam,& penes Regem.*
18 *Dominium directum est duplex.*
19 *Feudatarius habet directum dominium respectu subfeudatariorum.*
20 *Dominium vniuersalißimum præscribi non potest.*
21 *Subditus potest præscribere subiectionem alterius, sed non libertatem.*
22 *Libertus liberatus à patrono adhuc remanet obligatus.*
23 *Conceßio nunquam comprehendit ius superioritatis.*
24 *Totum quotitatiuum,& integrale quod sit.*
25 *Regnum est pars quotitatiua Imperij.*
26 *Franci sunt pars Imperij, licet non subdantur Imperio.*
27 *Præscriptio mille annorum quando non habet vim tituli.*
28 *Subditus negans obedientiam Principi peccat.*
29 *Imperatoris dominium vniuersale in quibus consistat.*
30 *Imperator dedit priuilegium fœminis Austriacis succedendi ad regna.*
31 *Regnum,vel status,in casu vacantiæ reuertitur ad Imperium.*
32 *Papa habet illud idem dominium temporale, quod habet Imperator.*
33 *Papa succedit vacante Imperio.*
34 *Recursus à seculari iudice habetur ad Papam tempore vacationis Imperij.*

CAP. XX.

Papam habere dominium vniuersale temporaliter in toto mundo, probari per relationem ad Imperatorem.

Alia ratio est, summus Pontifex instituit, ac confirmat Imperatorem; sed Imperator habet dominium vniuersale temporaliter in toto mundo; ergo & Papa habet hoc idem dominium temporaliter, maior probata est supra *cap.* 18. in secunda ratione decidendi.

1 Minor probatur, quod Imperator † sit Dominus totius mundi. Primo ab auctoritate plurimorum, nam hanc opinionem firmarunt gloss. *in cap. per venerabilem. qui fil. sint legit.* glo. *in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript.* gloss. *in c. super specula. de priuileg.* gloss. *in c. in apibus 7. quæst. 1.* gloss. *in c. Hadrianus. distinct. 63.* gloss. *in c. venerabilem. de electión.* gloss. *in c. conuenior 23. q. 8.* gloss. *in c. futura 12. q. 1.* gloss. *in c. si imperator, distinct. 96. & in cap. fin. distinct. 50.* gloss. *in l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact.*

2 Bartol. † & omnes Ciuilistæ *in l. 1. C. de summa trinit.* Bulgar. Martin. & Alberic. *in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript.* Idem Bartol. *in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendic. & in extrauagant. ad reprimendum, & in l. si duas. §. Grammatici, per illum textum, in ver. vniuerso. ff. de excusat. tut.* gloss. & Bald. *in cap. 1. de pace iuram. firmand.* Bartol. *in l. hostes. colum 2. ff. de captiu. & postlim. reuers.* Aretin. *in l. 1. ff. à quibus appell. non lic. & in §. in expeditione glosse, in ver. Romanorum. Institut. de patria potest.* Ias. post Bald. Cyn. Paul. de Castr. & Salyc. *in d. l. 1. num. 6. C. de summa trinit.* dicit esse communissimam opinionem. Nicolaus de Neap. §. 1. Bertachin. *in tract. de solutione vectigalium, part. 2.* Bald. *in l. 1. in princip. ff. de offic. præfect. vrb. & in l. cum multa. per illum text. C. de bon. quæ lib. & in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur.* Immol. *in l. infamem circa finem. ff. de public. iudic. & in l. Imperatores. in princip. ff. de appellat.* Angel. *in l. si retentus seruus. de legat. 1.* Specul. *in tit. de feudis. §. 2. vers. 24.* Cotta latè *in ver. Imperator in primo.* Belluga *in Specul. princip. rubric. 6. num. 1.* Conradus *in suo templo iudic. lib. 1. c. 1. de Imperatore. §. Imperator est dominus mundi.* Mansuetus apud Franchos vir maximæ auctoritatis *in additionibus ad Ias. in d. l. 1. C. de summa trinit. ad d. num. 6.* Gregorius Lopez Doctor eminentissimus Hispanus *super titulo primo in rubrica, in glossa prima, in secunda partita Legum Hispaniæ.*

Habet hæc opinio plurima iuris ciuilis loca, quæ omitto, cùm illis legibus credendum non sit, quarum repelluntur auctores, *cap. fraternitatis. de hæretic. capit. licet ex quadam. de testib. l. mathematicos. C. de Episcop. audient.* Sed probari potest textibus iuris canonici, *cap. in apibus 7. quæst. 1.* Vbi Imperator vnus † debet esse rector vniuersalis in toto orbe, etiam si Gratianus corruptè legat textum D. Hieronymi: Tamen hęc est communis intelligentia ad illum textum, quicquid dicat Couar. *in cap. peccatum. in secunda parte relection. §. 9. numer. 4. vers. ad idem.* Item text. *in cap. conuenior 23. quæst. 8.* vbi D. Ambrosius respondendo ad illud commune dictum, quòd Imperatoris sunt omnia vniuersa, dicit sub vniuersis non comprehendi diuina, sed de humanis tantùm agi, & nos supra declarauimus vniuersa humana habere Imperatorem à Papa. Item textus *in cap. volumus 11. quæst. 1.* Vbi Imperatori † tunc temporis obediebant Romani, Franci, Alemani, Bauari, Burgundiones, Saxones, Thuringi, Frisones, Galli, Brittones, Longobardi, Guascones, Beneuentani, Gothi, Hispani, cæteríque omnes subiecti omnes, quocumque videantur legis vinculo constricti, vel consuetudinario more connexi, hanc sententiam, quam ex sextodecimo Theodosij Imperatoris libro, capitulo videlicet vndecimo ad interrogata Ablauij Ducis, illi, & omnibus rescriptam sumpsimus & inter nostra capitula pro lege tenendam, & infra.

3 4 5 (margin)

Et licet hic textus non sit in Codice Iustinianeo, est tamen similis *in l. 2. in princip. C. de offic. præfect. prætor. Afric.* Nec valet responsio, quòd *dict. c. volumus.* est Caroli Magni, † qui fuit Gallus. Nam vt dixi supra in ipsum fuit translatum imperium tanquam in Germanos, siue Theutonicos. Item quia liber Decretorum † fuit approbatus ab Eugenio Papa III. vt probat Bartolom. Cæpoll. *in tract. de cognitione librorum iuris canonici num. 4.* & habetur in vita Gratiani. Neque probant, qui tenent contrarium, quod dicta Gratiani fuerint expresse reprobata, quicquid dicat Ripa *in l. 1. nu. 66. ff. si cert. pet.* Item quia Papa *in c. continebatur. de desponsat. impub.* nititur auctoritate decreti. Item quòd fuerit † vsu comprobatum, quia tamdiu liber decreti integrè fuit communiter receptus, quòd non extat hominum memoria in contrarium, & iccirco de ipsis dicendum est, sicut de libris iuris ciuilis, *l. 2. §. quæ omnia. C. de veter. iur. enucl.* Et quòd Imperator † quoad istud dominium vniuersale habeat intentionem fundatam in toto mundo, videndus est Alex. *in consil. 24. vol. 5. & in consil. 87. in fin. vol. 6.* & ibi Addentes alios congerunt.

6 7 8 (margin)

Item probatur, qui humana ratione valde fuit expediens vnum constituere Imperatorem † vniuersalem in toto orbe, ad sedandas omnium diuersarum gentium discordias, & vniuersaliter regendum illud vniuersale dominium, natura enim principiorum amat singularitatem, & ideo impatiens est con- 9

consortis, vt dicit D. August. *in c. qui autem, 23. q. 7.* ergo deueniendum est ad vnum supremum Principem,
11 qui habeat superintẽdentiam super alios, & pax † prouinciarum melius habetur in vnitate vniuersali, quam in pluralitate Principum, quorum nullus alteri vellet cedere, sicut concederent supremo, Gregor. Lopez *in rubric. tit. 1. part. 2. legum Hispaniæ.* Item conseruat pa-
12 cem, & dominia omnium, condendo leges † omnibus vniuersales, *l. 2. c. de veter. iur. enucleand. in vers. Imperator, & c. ad Senatum, & ad omnes populos, & c. in vsib. feud. Imperator Lotharius Eugenio Papæ, & vniuerso populo.* & *in l. fi. in princip. C. de his qui ad eccles. confug. ibi; præsenti lege per omnia valitura loca,* & *in l. 2. §. hæc igitur omnia, vers. scientes patres conscripti, vt omnis orbis terrarum homines, &c.* & *in l. 2. in princip. C. de iuram. calum. in vers. in omni orbe terrarum, qui Imperio Romano est suppositus,* legendo per parenthesin, *& illud qui,* declaratiuè, *vt in l. omnes populi. & ibi Bartol. ff. de iust. & iur.* & *l. iubemus. C. de testam. in vers. h. ne edictalem legem in orbem terrarum ponimus.* cum aliis multis, quæ omitto. Quilibet autem Rex & Princeps potest vniuersalem legem condere in suo territorio, sed non potest, pro toto vniuerso.

Ideo summus Pontifex, ne huiusmodi mundanis negotiis principaliter se implicaret, cum Imperato-
13 rem † confirmat, gladij temporalis executionem illi committit, dicens: *Accipe gladium, & infra, in defensionem sanctæ matris ecclesiæ ordinatum ad vindictam ma-*
14 *lefactorum, laudem verò bonorum,* vt legitur *in libro Pontificali, & sacrarum ceremoniarum,* qui liber approbatus est à S.R.E. *clem. vnic. ante vers. ego § Romanorum Rex.* vbi citatur, & *in c. consuluit. de seruis non ordi.* vbi Abbas, sed de isto, quem hodie habemus, dicit Hostiens. ibi, quòd fuit approbatus à Papa Leone X. & *in d. lib. pontificali* habetur, post *vers. Psalm. 44. Accingere gladio tuo, super femur tuum potentissimè, vt in hoc per eandem vim æquitatis exercens, molem iniquitatis potentissimè destruas, & sanctam Dei ecclesiam, eiusque fideles propugnes.* Propterea dicunt omnes scriptores Catholici, qui sine liuore scripserunt, quod Imperator est Vicarius Dei in temporalibus à sanctissimo Papa confirmatus & coronatus, quos allegaui *in præcedenti capite.*

Præterea exercitium huius temporalis Iurisdictionis Imperatori commissum considerari potest dupliciter, vel genericè, vel specificè, quòd à multis appellatur vniuersale & proprium. Est igitur quòd in om-
15 nes † Reges & Principes hodie dici possit iure esse translatum omne dominium, ac iurisdictionem in eorum regnis atque Statibus, & ita etiam in Regem Germanorum: Et non intelligo de facto, prout communiter errãt scribentes, sed de iure, sicut probat Igneus *in sua disputatione: An Rex Franciæ recognoscat Imperiũ:* Tamen non propterea dici potest directum dominium adhuc non remanere vniuersaliter penes Imperatorem. Ipse enim est summus superior, vt declarat Dec. *in consil. 307. nu. 9.*

Nec obstat *l. si vt certo, §. si duobus vehiculum. ff. com-*
16 *modati.* quia duo possunt habere † directum, alter in vniuerso, alter in singularibus locis, *l. 3. in princip. ff. de rei vendic.* Bartol. *in l. 1. §. per hanc, ff. eod. tit.* Et hoc probat textus *in l. 1. ff. de bonor. possess.* in ticul. generali, & ibi gloss. vbi licet in vniuersa hæreditate prætoris auctoritate quis habeat ius vtile, pro singularibus tamen rebus poterit actiones ciuiles intentare, & sic directas, vel exercitium ciuilis, sicut dicimus de aliis casibus decedente, ac cessionario. Salyc. *in l. prim. C. de action. & obligat.* Sed ideo datur propter vniuersitatem iuris, & facti, vt vnumquodque suum caput dignius censeatur suis membris, quæ subsunt suo capiti: Exemplum est de regno † Neapolis, quod est de pa- 17
trimonio Ecclesiæ, *clem. pastoralis. de re iudic.* in quo Rex habet directum dominium ex amplissima concessione sibi facta, Bald. *in l. prim. C. vnde legit.* Sed Ecclesia habet directum dominium in vniuersali, Rex autem habet directum dominium in singularibus rebus. Item hoc directum † etiam dupliciter considera- 18
tur, vel directum directò, vel directum inferiori modo, puta quoad Barones & suos subfeudatarios. Nam & Rex habet directum directò in singularibus, Baro † verò directum respectu subfeudatariorum, sed infe- 19
rius, Lucas de Penna *in l. si quis col. 2. C. de omni agro deserto, lib. 11.* Baro habet vtile in Baronia quoad Regem, hoc est ex natura feudi, habet tamen directum quoad suos subfeudatarios, & hic est effectus vniuersitatis rei, quæ est Baronia: directum dico non verè, sed inferius; non autem directum directò, vt dicit Bald. *in c. cæterum. de iudic.* Frecc. *in lib. 2. de subfeudis, §. sed verius.*

Et hoc dominium † vniuersalissimum est illud quod 20
præscribi non potest, Innoc. *in cap. bonæ, in primo de postulat. prælat.* Abb. *in c. cum nobis. de præscript.* & *in cap. per venerabilem, in fin. qui fil. sint legit.* Immol. *in l. infamem. col. penult. ff. de publ. iudic.* Quia qui prætenderet præscriptionem esset acephalus, quod esse non potest, vt quis sit sine capite. Nisi dicatur aliquem præscripsisse † in non recognoscendo Imperatorem, sed reco- 21
gnoscendo Papam.

Sed Felyn. *in capitul. cum non liceat. numer. 11. de præscription.* latè demonstrat hanc recognitionem non sufficere, si verbis duntaxat facta sit, sed opere & effectu fieri debere, alias esset nulla, vt ibi.

Addo vrgentem rationem, nam patronus † potest 22
liberare libertum à iure patronatus in totum, & tamen adhuc remanet obligatus libertus in iis, quæ concernunt fidem & reuerentiam patroni, *l. final. C. de oper. libert.* Ias. *in consil. 57. volum. 1.* Albert. Brun. *in consil. 67. vol. 2.* & validum est argumentum à liberto ad vasallum. Quantumuis igitur facta esset concessio † de Regnis & Statibus, cum quibusuis clau- 23
sulis prægnantibus, nunquam intelligitur concessum hoc ius superioritatis, vt probat Caccheran. *in decis. 163.* vt interpretetur concessio, & tantò minus præscriptio.

Item habemus in iure totum † quotitatiuum, & in- 24
tegrale, vt declarauimus in scholiis *lib. 4. §. Cato ff. de verb. obligat.* Et partes quotitatiuæ sunt, quæ continent totam substantiam ipsius rei pro rata, sicut dicimus de speciebus, quæ singulæ continent ipsum totum genus, homo est animal, sicut equus, loquendo secundùm logicos. Integrales verò partes sunt, quarum singulæ continent propriam substantiam: Sed in dominio, de quo agimus, pars quotitatiua † erit re- 25
gnum, quia vniuersaliter acquiritur, & non potest aliquo tempore desinere esse pars sui generis, videlicet Imperij. Sicut igitur homo nunquam desinit esse anima, ita regnum vt species nunquam desinit esse imperium, id est illius pars quotitatiua, auctor istius rationis est Baldus *in c. 1. in princip. nu. 2. in fine. de pace iurament. firmand.* & ad hoc est textus *in l. rectè dicimus, ff. de verb. signific.*

Vnde Alc. *in l. potestatis, ff. de verb. signif.* probat, quòd licet Franci non subdantur Imperatori: † sunt tamen 26

pars Imperij: impossibile enim est, partem quotitatiuam, quæ est species, aliam habere naturam quàm totius vniuersalis: Præscripserint igitur quomodolibet Principes, & Reges, fateri oportet, præscribere non potuisse, quin partes speciales sint de natura sui generis vniuersalis, ad quod, in casu legitimæ vacantiæ con iungi debent: & hoc est quod Ioan. Igneus ex Gallis Doctoribus subtilissimus *in repetitione §. non alios nu.*
27 655. *ff. ad SC. Syllanian.* fundabat præscriptionē † supra mille annos non habere vim tituli in his quæ præscribi non possunt, sic intelligendo *l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiu.* Et *c. super quibusdam, §. præterea. de verb signific. cum similib.* Roma. *in l. 1. §. de-*
28 *nique. ff. de aqua pluu. arcend.* Ex quibus arbitror † valde peccare, qui hæc iura Principi denegat, Matth. c. 22. & D. Paul. *ad Roman. c. 13. & c. qui resistit. 11. q. 1. & c. conuenior, 23. qu. 8. & c. quid culpatur, 23. q. 1.* notat Bart. *in l. si finita, §. si de vectigalib. ff. de damn. infect.* cum aliis quæ adduci possent.

29 Item probatur hoc dominium † totius orbis in Imperatore, ex eius effectibus; Nam leges adhuc vniuersaliter condit, vt dixi. Item coronat Reges, vt habetur *in libro sacrarum ceremoniarum, section. 5. cap. 3. col. 2.* gl. *in c. in apibus, 7. q. 1.* Martin. Laudens. *in tract. de principibus, notabili* 136. quod facit etiam Papa, qui coronauit Regem Poloniæ, & alios, vt dicam infra. Item Im-
30 perator † potest dare priuilegium mulieribus vt succedant ad Regna, & Status deficientibus masculis, Federicus II. ex speciali priuilegio concessit Austriacæ domui, vt deficiente linea masculorum, succederent fœminæ, etiam contradicente Rudolpho pro Archiducatu Austriæ, qui iure & exercitu succubuit, de quibus successionibus inferius scribam.

Quare cùm Imperator respectu Regum & Principum habeat illud dominium vniuersalissimum sibi à Papa concessum, quod præscribi non potest, in casu le-
31 gitimæ vacantiæ Regni, † vel Status, dominium iure postliminij fingitur retro translatum ad ipsum Imperium, ac si nunquam fuisset ab Imperio separatum, & ad hoc sunt termini, *l. hæreditariæ §. pater, ff. de castrensi pecul. & l. proponebatur, ff. eod.* & facit *l. seruus §. fi. ff. de acquirend. rerum domin.*

Ex his sequitur intenta conclusio, Imperator habet dominium temporale temporaliter, & directò in toto vniuerso, cuius partes quotitatiuæ sunt Regna & Status, sed Imperator recipit exercitium huius dominij
32 temporalis à Papa, † ergo Papa habet dominium temporale temporaliter, & directò in toto vniuerso.

Altero etiam modo respectu Imperatoris probari potest, Nemo negat Imperatorem exercere iurisdictionem temporalem, temporaliter. Sed vacante Im-
33 perio † Papa succedit; ergo Papa habet dominium temporale per se, in sua propria natura temporali, & non directiuè ad spiritualia, maior est nota, minor probatur per tex. *in clem. pastoralis, §. fin. de re iudic. in ver. nos tam ex superioritate, quam ad Imperatorem non est dubium nos habere, quàm ex potestate, in qua vacante Imperio, Imperatori succedimus, &c.* Item probatur per
34 *c. licet ex suscepto, de foro compet.* Vbi tempore vacationis Imperij quoad iudicem † secularem, recurritur ad Papam, & per istum textum Rom. *in singulari* 412. notat quòd Imperio vacante, Papa habet plenitudinem potestatis in temporalibus, & licet ibi Cardinal. Florentinus dicat, quòd hoc esset turbare Iurisdictionem Imperialem; Tamen contrarium fuit decisum à Ioanne Papa XXII. atque anathematis vinculo innouati qui contrarium assererent. In *extrauagante; Si fratrum, sub titulo, ne sede vacante, §. sanè in nostram, & fratrum nostrorum deductum est, fama diuulgante, notitiam, quod licet de iure sit liquidum, & ab omnibus fuerit inconcußè seruatum, quòd vacante Imperio, sicut & nunc per obitum Henrici Romanorum Imperatoris vacasse dignoscitur, cùm in illo ad secularem nequeat haberi rec ursus, ad summum Pontificem, cui in persona Beati Petri, terreni simul & cœlestis Imperij iura Deus ipse commisit, Imperij prædicti iurisdictio, regimen, & dispositio, deuoluatur, & ea ipse, durante ipsius vacatione Imperij, per se, vel alium seu alios exercuisse noscitur, in Imperio memorato, &c.* Et parum infra, *monemus sub excommunicationis pœna, &c.* & quia textus sunt clari, omitto recensere multos, relatos per Restaur. Castald. *in tractat. de Imperatore, quæst. 90.*

SVMMARIA.

1 *Imperator vbi confiteatur se non esse dominum orbis vniuersalem.*
2 *Populi aliqui non sunt subditi Romanæ ditioni.*
3 *Imperium Romanum habet suos limites terminatos.*
4 *Postliminij ius vnde originem habeat.*
5 *Imperator an sit dominus orbis vniuersalis à natura.*
6 *Ciuitas populosa difficillimè legibus gubernatur.*
7 *Subditus non potest præscribere iura superioritatis.*
8 *Imperator an sit dominus vniuersalis à iure diuino.*
9 *Imperator cuius orbis totius sit dominus.*
10 *Romanus orbis quis sit, & quomodo intelligatur.*
11 *Iurisdictio & potestas, an posit dari vni Principi de iure humano.*
12 *Imperator an habeat iurisdictionem à Papa in toto orbe.*
13 *Reges qui non sint suppositi Imperatori.*
14 *Imperatorem non esse dominum totius mundi, qui teneant.*
15 *Regna & Status vacantes deuoluuntur ad Imperium.*
16 *Leges Imperiales quare dirigantur ad subditos, & non vniuersaliter.*
17 *Imperator fundat suam iurisdictionem per obseruantiam suarum legum.*
18 *Imperij Romani limites, quomodo intelligantur terminati.*
19 *Imperio Romano omnes nationes subditæ fuerant.*
20 *Imperator vnus in mundo debet esse naturali ratione.*
21 *Imperium Romanum totius orbis est approbatum de iure diuino.*
22 *Reges si non sunt subditi Imperatori, sunt subditi Romanæ ecclesiæ.*
23 *Imperatorem hodiernum esse eiusdem dignitatis cum antiquis Imperatoribus.*
24 *Imperator quibus titulis præfulgeat.*
25 *Imperator hodiernus vtitur eisdem insigniis, quibus vtebantur antiqui.*
26 *Imperium Romanum non fuit extinctum tempore Gothorum.*
27 *Imperium Romanum consistere in orbe toto.*
28 *Regnum totius mundi dicitur Imperium Romanum.*
29 *Imperator Constantinopolitanus est sicut Rex Schacorum.*

CAP.

CAP. XXI.

Resoluuntur rationes, quæ aduersus præcedens Capitulum opponuntur.

NOn desinunt inuidi supremæ magnitudinis impugnare vniuersale dominium totius orbis residere penes Imperatorem. Primo: Quòd nulla maior probatio, quàm proprij oris confesſio, vt *in titulis de*
1 *confeßis, ff. & C. extra per totum.* Sed Imperator † ipse confitetur per se non esse vniuersalem totius mundi dominum, *l. mercatores. C. de commerc. & mercat.* Qui textus in duabus partibus id dicit: Primo *in ver. tam Imperio nostro, quàm Persarum Regibus subiectos, &c.* Ergo apertè confitetur, quòd Rex Persarum non subest Imperio. Secundo *in vers. Ne alieni regni, quod non conuenit, scrutentur arcana.* Ergo alienum est ab Imperio. Idem probatur *in l. 1. C. de offic. præfect. prætor. Afric. & in l. 2. C. de vet. iur. enucl. & in l. postliminium in princip. ff. de capti. vers. inter nos, & omnes liberos popu-*
2 *los, Regésque moribus, & legibus constitutum.* † Et liberi sunt, qui non sunt subditi Romanæ ditioni, *l. non dubito. ff. de captiu.* Idem notat Gloss. *in l. hostes. in ver. prædones ff. eod. tit.* Et habetur *in l. hostes. in fin.* Vbi textus loquitur de Germanis, & Parthis hostibus Populi Romani, quos antea socios, & confœderatos appellauerat *in l. non dubium.* Hęc est ratio Ioan. Ignei *in quæst. an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem, num. 8.* Qua vtitur etiam Couar. *in c. peccatum in 2. parte relection. §. 9. num. 5.*

Et confirmari potest per omnes leges, quæ istiusmodi verbis vsæ sunt: Qui sub Imperio nostro sunt; Vel quos nostrum regit Imperium, vt *§. nostri. in authen. vt proponatur nomen Imper. in vers. in qua nos Deus.* Et *l. in omnibus ff. ad Trebellian. versic. omnibus ciuitatibus quæ sub Imperio populi Romani.* Et *in l. fin. in versic. sancimus. Cod. de ædific. priuat. §. sed hoc tempore. Instit. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.* Et *in l. 1. C. de summa trinit. vers. quos clementiæ nostræ regit Imperium.*

3 Secundo: Nam Imperium † Romanum habet limites terminatos, ergo non extenditur ad totum mundum. Antecedens probatur per textum *in §. sed si ab hostibus. Insti. quib. mod. ius patriæ potest. soluitur. vers. nam limina sicut in domo finem quendam faciunt, sic & imperij finem limen esse, veteres voluerunt.* Et faciunt *tituli ff. & C. de capt. & postlim. reuers.* Et nisi essent
4 Imperij limina, vtique, qui caperentur, † iure postliminij redire non censerentur, vt *l. postliminium §. inspiratis ff. de capt.* Et *l. qui à latronibus ff. de testament. vers. quasi capti à latronibus,* de quo etiam *in extrauag. qui sint rebelles.*

Tertia ratio: Si Imperator esset dominus totius mundi, id quidem ipse haberet, vel à natura, vel à lege diuina, vel ab humana, vel à Christi Vicario; sed nullo istorum modorum obtinuit vniuersale domi-
5 nium, Ergo, &c. Minor probatur: Si quidem à natura † ipsa non est institutum, quòd vniuersus orbis vni subditus sit, & Arist. *in l. politic. cap. 4.* Probat difficile esse, & fieri non posse, vt præclaris legibus regatur nimium celebris ciuitas propter immensitatem nu-
6 meri hominum: Quare si ciuitatem † multitudine frequentem existimat Arist. difficillimè administrari posse, multò difficilius vniuersus orbis ab vno rectore principe regi poterit: Item si hoc esset à natura, aliquando fuisset in rerum natura, sed nunquam legitur,
7 Ergo, &c. Item quia omnes tenerentur ex lege † naturæ obedire huic superiori, nec posset aliquis ab eius Imperio liber esse, qualibet temporis præfinitione, cum iura naturalia immutabilia sint, tantò magis, quia sunt in orbe Principes, qui Imperatori non submittuntur, & iustisſime ab eo immunes, & liberi: ergo ab ipsa natura non est concessa Imperatori vniuersalis in orbe iurisdictio. Demum quia hoc iure naturę omnia erant communia, *l. 1. ff. de iust. & iur. §. ius naturale. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil. C. ius naturale distinctione 1. §. singulorum. Instit. de rerum diuis.*

Nec quidem à iure diuino, † quia loca, quæ indu- 8
cuntur ad probandum contrarium sunt, Lucæ, *c. 2. & cap. 20. c. solitæ de maior. & obed.* Matthæi *cap. 22.* Marci *cap. 12.* Ioan. *cap. 19.* Quæ loca, vt tractant de Imperio totius orbis, sanè intelligenda sunt de toto orbe, quę ille Imperator posſidebat, vt de toto orbe Romano intelligit D. Aug. *in lib. 2. de consensu Euangelist. c. 25.* Asseuerans ciuitatem Romanam dici vniuersum Regnum in tot ciuitates constitutum, sic etiam exponũtur *l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript.* Et alia loca ciuilia, Imperator est dominus † totius orbis, nam 9
id intelligendum est quo ad eam mundi partem, quæ Romano Imperio suberat: Neque enim D. Antoninus, cuius Epistola à Iuriscõsulto refertur *in l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de iactu.* Cùm asseruit, se esse mundi dominum, de vniuerso orbe intellexit, quatenus Indos, Parthos, Persas, Tartaros, & alias tunc incognitas ad occidentem, & ad Meridiem gentes, & prouincias continebat, sed de ea mundi parte intellexit, quæ eius Imperio subdita erat. Hic orbis † Romanus apud 10
Marcellinum *in li. 16.* & Spartianum, & Lampridium, dicitur ea mundi pars, quæ ad Romanam ditionem pertinet, & ita legendum est apud Iureconsultum *in l. in orbe Romano ff. de stat. homin.* vt per Alciat. *in li. 2. dispunctionum c. 21.* & Ægesippus *in lib. 2. de excidio Hierosolymitano, c. 12.* de Christiana lege, inquit: Nec vlla natio Romani orbis remanserit, quæ cultus eius expers relinqueretur, & idem *in c. 9.* dixerat, cùm orbem iam Romanum Iesu discipuli repleuerint, Ita etiam est interpretatio Danielis *c. 2.* de Nabuchodonosore Rege, illa enim litera refertur ad Reges, Principes, & Prouincias, quę Chaldæorum Imperio parebant, reliquæ enim prouinciæ eius ditioni parebant, quæ interpretatio secundum eos est D. Hieronymi in Esaiam *c. 13.*

Neque iure humano, † quia non aliter potest dari 11
totius orbis iurisdictio, aut potestas vni Principi, quã si totius orbis respublica in eum Imperatorem consentiret. Ergo respublica Romanorum non potuit vniuersam iurisdictionem tribuere, quam ipsa non habebat: Nec auctoritatem ferendi leges in eas gentes, quæ Imperio Romano adhuc subditæ non sunt: Clarum est Romam à Romulo, & Remo fuisse ędificatam, vt not. *in l. 1. ff. de orig. iur. & in l. 1. ff. de rerum diui.* & habetur *in Chronicis lib. 3. Bergomensis,* quo tempore erãt multa regna, vt ibi plenisſimè, Romani tũc non dominabantur toto orbe, sed solum habebant Reges, eorúmque regnum erat distinctum iure ciuili, & tantum iurisdictionem habuerunt, cùm locum ędificauerunt, *§. si verò forsan. in auth. de quæstorib.* Et populus ille Reges expellendo visus est Dei iram prouocasse in se, *c. denique 7. q. 1.* & tandem eorum dominium per vsurpationem incepit, vt scripsi supra.

Nec minus ex auctoritate † summi Pontificis, quia 12
non habet temporalem iurisdictionem in toto orbe nisi eam duntaxat, quæ animarum respicit salutem, prout conantur probare Couar. *in regula, peccatum*

in 2.parte relection.§.9.num.7.verſ.vltimo. & doctiſsimus Bellarminus in lib.5.de ſummo Pontifice.Poſt hæc ſcripta factus Cardinalis ampliſsimus, ergo dicunt; Imperator non eſt totius orbis dominus.

Hanc opinionem dicunt verificari in facto, cùm
13 Hiſpaniarum Rex † Catholicus Imperatorem non recognoſcat in dominum,Gloſſ.in cap. Adrianus.diſt. 63.Oldard.in conſil.69.probat Gloſſ. in cap.neceſsitate de donat.inter vir.& vxor. Ioan. Lup.in repetit.rubric. cap.de donationibus num.18. Gaſpar Luſitanus in l. imperium ff.de iuriſdict.omn.iudic. Et hanc rationem approbat lex Regia 18.tituli 5.partitæ 1. Gomeſ.in §.fuerat num.1. Inſtit.de actionib. Corſett. in tract. de poteſtate Regia.quæſt.71.num.66. (Et vt Turcas,Saracenos,Indos,& cæteras barbaras nationes omittamus.) Neque Rex Franciæ Chriſtianiſsimus recognoſcit Imperatorem, de quo habetur in cap. per venerabilem qui fil.ſint legit. cum ſimilibus, Oldard.in d.conſil.69. Ioan.Igneus in lege neceſſarios §.non alias num.58.ff. ad SC.Syllan.& in l.donationes num.3. Cod.de donation.& in dict. quæſt. An Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem. Rebuff.in l.vnica num.52.C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Item Rex Portugalliæ non ſubeſt Imperatori, Oldard.in d.con.69. Reſtaur. in d. tract. de Imperatore quæſt. 53. Chaſſaneus in Catalogo gloriæ mundi parte 5. conſideratione 28. Item Rex Angliæ nec recognoſcit illu . Bartol.in l.hoſtes col.2.ff.de captiu.& poſtlim.reuerſ.Reſtaur.in d.q.53.nu.14.Item cæteri Duces,& Potentatus Italiæ non recognoſcunt Imperatorem, de quibus ſcribit Menoch.in conſil.2.nu.102.& ſeq.Quare concludunt non probari Imperatorem eſſe totius orbis vniuerſalem dominum.

14 Et poteſt probari ab auctoritate † eorum qui firmarunt hanc opinionem, Aberic.in l.1.de ſumma trinit.Iacob.de Rauenn.Petr.& Ioann.Faber,in d.l.1.& in §.1. Inſtit.de patria poteſt. & in l.bene à Zenone Cod. de quadr. præſcript. Et iidem in procemio ff. Raphael Fulgoſius, Eugl elmus de Caſtell.& Bernard.de Caſtell.in dict.l.1.Cardinal.Zarabell. in cap.venerabilem. §.verum.colum.2.de elect. Ioann. Igneus, & Couar.vbi ſupra,Ioan.Feraldus in tractatu de iuribus, & priuilegiis regni Francorum. Ioan. Lecirier, in tract. de primogen.quæſt.12.lib.2. Nicol.Boer.in tract.de auctoritate magni conſilij,num.47.& in tractatu de ſeditioſis.§.6. num.17.

Sed iſtæ rationes tacitè ſunt reſolutæ ex præcedentibus. At ne remaneat locus detractoribus iterum in ſumma colligo ſingulares reſponſiones; ſi quidem prima ratio ex aduerſo deducta reſoluitur ex dictis in præcedenti capite,vbi probauimus dominium Imperatoris eſſe directum in vniuerſali, quod conſiſtit in pluribus,de quibus neque ipſi Reges poſſunt vniuer-
15 ſaliter diſponere. Item probauimus omnia Regna,† & ſtatus non eſſe adeo liberos,quin ſint partes Imperij,ad quod in caſu legitimæ vacantiæ deuoluere poſſunt; Ergo dum dicitur, Imperatorem confiteri aliquos non eſſe ſubditos,conceditur immediatè,& proximè,quia ſunt ſubditi Regi,aut Domino, vel Populo libero,qui eſt Dominus, ſed non ſunt adeo liberi, quin ſint partes Imperij, vt de Francis diximus ex auctoritate Alciati in l. poteſtatis ff. de verb. ſignifi-
16 cat. Imò leges † in contrarium allegatæ directæ fuerunt ad ſubditos, reſpectu eorum, qui erant hoſtes Romani Imperij: Nam & hodie Regna & Status, de quibus tractamus, non ſunt ſubdita Imperio, & tamen illis ipſis Romanorum Imperatorum legibus reguntur, laudantur, atque libentiſſimè recipiuntur, etiam ab iis, qui inuidi huius ſupremæ ſuperioritatis, ſuas conſuetudines, vel ſtatuta ordinarunt: nam in ipſis poſtea confuſi, à noſtris Romanis legibus interpretationes ſumunt. Vnde Bart.per hanc legum Romanarum obſeruantiam vniuerſalem Imperatoris † 17
iuriſdictionem in eos obſeruatores retineri docet in l.hoſtes num.3 ff.de captiu.l. eſt vna via ff. de ſeruit. ruſtic.prædior.

Ad ſecundam pariter reſpondetur,limites† Roma- 18
ni Imperij,ibi intelligi terminatos reſpectu hoſtium, quorum cauſa poſtliminium originem habuit. Nec valet conſequentia, leges Imperiales non fuiſſe mandatas obſeruari ab hoſtibus;ergo limitata eſt Iuriſdictio Imperatoris. Quia antiquitus magno putabant ſeſe affici beneficio, quibus permittebatur Romanis legibus viuere:Ideo hoſtibus denegatæ,qui violentia ſe ab Imperio ſubtrahebant,præſertim ne vt hoſtibus fuiſſent ludibrio. Sed negari non poteſt, quin ij,qui fuerunt aliquando hoſtes,& iterum ſub iuga Imperij, ac ſæpius deducti,ſint etiam adhuc eiuſdem Imperij† 19
quotæ,quos omnes recenſuimus ſupra in cap.4.nu.18. Vbi quod nulla natio ſuperfuit,quæ Populo Romano non parebat.

Ad tertiam patet reſponſio ex dictis in præcedenti cap.num.10. & ſeq. Vbi probauimus eſſe valdè expediens†naturali rationi, vt vnus ſit Rector vniuerſalis 20
in temporalibus,qui cæteris præſit, & inibi etiam nu. 20.& ſeq.probauimus peccare mortaliter, qui denegant eam obedientiam Imperatori vt capiti, quæ impræſcriptibilis eſt. Ex quo infertur falſam eſſe illorum illationem,ſi hoc eſſet à natura,aliquando fuiſſet in rerum natura;nam probauimus in d.c.4.nu.18.fuiſſe tempore Populi Romani, à quo data eſt Imperatori poteſtas.

Ex quo ſequitur falſo reſtringi † iura diuina ap- 21
probantia,Imperium Romanorum, quia tempore d. approbationis, omnia regna mundi illi parebant Imperio vt in dict.cap.4.dixi. Rectè igitur potuit in Imperatorem transferri, cuius Imperium poſtea Chriſtus dominus noſter, vt ſuum declarauit Matth. cap. vltimo, & Petro, & ſucceſſoribus reliquit, vt dixi in cap.13.& cap.18.& cap.19.Papa autem exercitium temporalis iuriſdictionis mandat Imperatori in vniuerſali.

Et quamuis multi Reges hodie non ſint ſubditi Imperio, tamen ſunt Romani Imperij quotæ partes, vt dixi, nec poſſunt † adeo liberos ſe confiteri, quin 22
ſaltem ſint ſubditi Romanæ Eccleſiæ, quando ab Imperatore eſſent penitus liberati,vt dicit Barto.in l.neque.Cod.de decurionib.lib.10. Et latius de hoc ſcribam inferius.

Neque obſtat ratio Alciati in lib. de ſingulari certamine,c.32.Exoleuiſſe Romanum Imperium,& tantùm Germanicum remanſiſſe, præſertim cum ſub Alarico Rege Gothorum Imperium Romanum extinctum ſit,vnà cum Imperatoribus.

Quia identitas Imperatoris † hodierni cum anti- 23
quis probatur ex multis: Primo,quia eiſdem præfulget titulis,quibus† nullus Rex ſe decorare poteſt,di- 24
citur enim ſacratiſsimus,vt in lib.ſacrarũ ceremoniarũ, ſectione 5.c.3.col.4. ad finem.not.in cap. vnico per illum tex.de ſacra vnctione.Item religioſiſsimus atque diuinus, Alberic. in ſuo dictionario, in ver.diui. Sanctus Thom.in 2.2.in tract.de ſacrilegio. Et Papa ſcribendo ad Imperatorem,vocat illum glorioſiſsimũ,in epiſtola,inter claras. Aliquando ſereniſsime Principum, vt in eodem textu in fine. Item ad eundem dicit,Gratia

domini

domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei patris, ac communicatio sancti spiritus sit semper vobiscum, Amen. Piissime Fili. vt ibidem. Item scribit: *Omnipotens Deus regnũ vestrum, & salutem vestram perpetua protectione custodiat gloriosissime, & clementissime fili Imperator Auguste.* Eodem modo appellat in inscriptione *l.4.Cod.de summa trinit.* Alias Christianissimo Principum scribendo ei, vt *in d.l.à princip.& in epistola liquet.*

25 Item probatur identitas, quia eadem sunt insignia, quæ antiquis fuere temporibus, nimirum Aquila, & per insignia denotari identitatem dignitatis, dicit Bald. & alij *in auth.dos data. C.de donat.ante nupt. & in l.1.& 2.C.vt nemo priuatus. & l.vnic. C.de his qui potentiorum nom.* Item summus Pontifex, dicit hodie, Romanum Imperium, quod hactenus tenuerant Græci, fuisse traditum Germanis, *in c.venerabilem, de election.& in clem.1.de iureiurand.* Et ante coronationem appellatur Rex Romanorum, *d.cap.venerabilem.* vbi notat Abb. & clarius *in d.clem.1. de iureiurand. & in c.nomine domini, distinct.23.* Felyn. *in c.eam te, de rescript.* Martin.Lauden. *in tract.de principib.quæst.39.* & Platina *in vita Gregorij V.* qui auctor est, vt Cæsar, & Rex ante coronationem, & postea Imperator Romanorum Augustus appelletur, licet etiam largo modo ante coronationem Imperator appelletur, ex traditis per Ruyn. *in consil.161. numero 17. & numer.36. vol.2.*

Nec est verum quod tempore Gothorum Impe-
26 rium † fuerit extinctum. Nam tunc temporis Innocentius Papa, & Honorius ac Theodosius Imperatores Romanæ Reipublicæ præfuere, vt in eorum vitis apud Platinam legitur, atque passim alij successere absque intermissione temporis, qui Constantinopoli sedem habuerunt, vsque quo translatum fuerit Imperium ad Germanicos. Circa quod inprimis considerandum est, Romanum Imperium non includi, aut circumscribi mœnibus, multò minus in persona vnius, vel plurium imperium consistere, sed in vniuer-
27 so † orbe consistere, sicut anima in corpore; ergo destructa aliqua parte mundi, vel à barbaris hostibus occupata, siue vno, vel pluribus captis Imperatoribus, Imperium totum nulla ratione potest dici extinctum: Et ideo omnes scriptores tam antiqui, quàm moderni, hunc nostrum orbem, siue visibilem mundum, appellant orbem Romanum, in quo homines quot sunt, tot sunt Romani ciues. Vnde gloss. *in d.c.venerabilem, in ver.Germanicos.de electione,* dicit, sic ergo Regnum mundi translatum est in Germanicos; nam & ipsi habent etiam Regnum Ecclesiæ, *c.in die, de consecration.*
28 *distinct.5.* Sed hoc regnum † mundi Romanum imperium translatum est in ipsos. Vnde licet apud Græcos
29 sit etiam Imperator, † qui dicitur Constantinopolitanus: Tamen ipse est sicut Rex Schaccorum, quia extra Ecclesiam non est imperium, *cap.si Imperator, distinct. 96.* Oldrad. *in consi.180.col.fin.* Ioan.de Plat. *in l.1.C.de priuileg.orbis Constantinopolis, lib.11.* Corn. *in consil.312. numer.7.vol.1.* Martin.Laudens. *in tract.de Principibus, quæst.24.*

CAP. XXII.

Papam habere dominium, & Iurisdictionem temporalem in vniuerso temporaliter, quibus aliis probetur rationibus.

SVMMARIA.

1 *Papa habet eandem potestatem quam habuit Christus.*
2 *Christus vt perfectus homo habuit summam potestatem terrenam.*
3 *Monarchia Christi in temporalibus incepit ab eius natiuitate.*
4 *Christus ante resurrectionem noluit exercere potestatem terrenam.*
5 *Christus manifestauit suam potestatem post resurrectionem.*
6 *Petrus in quos exercuit temporalem potestatem.*
7 *Papa nouæ legis non est minor Pontifice legis veteris.*
8 *Sacerdotes qui fuerint iudices in temporalibus.*
9 *Papa ex ordinatione diuina est constitutus super gentibus, & regnis.*
10 *Vasalli per iuramentum fidelitatis sunt obligati temporaliter.*
11 *Papa absoluit vasallos à iuramento fidelitatis.*
12 *Sixtus V. absoluit vasallos Regis Nauarri, & Principis Condensis.*
13 *Iulius II. concessit regna Granatæ, & Nauarræ, priuatis Regibus.*

NVnc superaddamus alias rationes ad probandum conclusionem intentam: Prima igitur ratio superaddita sit, Romanus Pontifex † similem potestatem quantum ad hoc habet, quam habuit Christus Dominus noster, vt perfectus homo, & Petrus primus eius Vicarius exercuit, sed Christus, vt perfectus homo plenitudinem habuit potestatis etiam temporalis, & Petrus etiam iurisdictionem temporalem temporaliter exercuit; ergo Papa Christi Vicarius & Petri successor habet eandem iurisdictionem temporalem temporaliter in sua propria natura exercere. 1

Partes huius argumenti probantur: Primo de Christo † Domino nostro, de quo, vt perfecto homine dicitur: *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, Psalm.2.* Et amissis multis. Ioan. *cap.vltim.* *Mihi data est potestas omnis in cœlo, & in terra:* quod ad humanitatem referendum esse, probant Diui Hieronym.& Augustin. quia quoad diuinitatem, indubitatum erat. Item probat D. Thom. *in opusculo de regimine Princip. lib.3. cap.12.* in fine & in duobus capitibus sequentibus vbi ostendit à natiuitate Christi † eius Monarchiam, etiam in temporalibus cœpisse. Hostiens. *in capit. superbis columm.4.de voto.* D. Antonin. *in 3.part.summæ titu.3.capit.2.columm.5.* Iacobus Almaynus *in tractatu de potestate Papæ, capit.8.* Et licet legatur quòd potestatem † terrenam exercere noluerit. Nam Lucæ *capit.12.* dixit: *Quis me constituit diuisorem inter nos.* Nihilominus duo tempora considerantur in Christo: Alterum ante passionem, & tunc propter humilitatem, iudicare recusauit, vt est dictum D. Ambros. *in libro 7.* super textu Lucæ *capit. 12.* & Ioann. *capit.18.* *Regnum meum non est de hoc mundo.* Alterum verò post † resurrectionem, & tunc dixit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra,* Matth. *cap.vltimo.* & Ioann. *capit.vltimo.* Sed post resurrectionem dedit potestatem Petro, eumque constituit Vicarium, vt probaui supra; Ergo ex potestate Domini metimur potestatem sui Vicarij. 2 3 4 5

Secundo

6 Secundo probatur. Nam Petrus † hanc temporalem potestatem exercuit in sua propria natura temporaliter; nam in Actibus c.5. dicitur, quod ipse condemnauit Ananiam, & Saphyram pro crimine facti ad pœnam ciuiliter.

7 Secunda ratio. Nam summus Pontifex † nouæ legis non est minor Pontifice veteris legis; sed iste habuit auctoritatem tam in spiritualibus, quàm temporalib. temporaliter, & per se; ergo & Pontifex nouæ legis eandem habuit à Christo Domino nostro, & exerce-
8 re potest: Minor probatur, † Moyses enim fuit iudex populi in temporalibus, & fuit etiam Sacerdos, vnde Propheta Dauid: *Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius.* De principatu verò ipsius habetur in veteri lege, qualiter iudicabat, & quomodo. Item Melchisedech Rex Salem, Sacerdos Dei altissimi, *Genes.c.*14. habuit gladium spiritualem, quia sacerdos, & temporalem, quia iudicabat populum. Item Heli, vt patet *in lib.*1. *Reg.c.* 4. Iudicauit quadraginta annis populum Israel, & hæc erat figura Sacerdotis nouæ legis. Vnde D. Paul. *ad Corinth.c.*10. *Hæc omnia in figura contingebant illis.* Et *ad Hebræos c.*10. dicit: *Vmbram habet lex futurorum bonorum.* Item Hieremias fuit de Sacerdotibus, qui fuerunt in Anatoth Beniamin, sicut habetur Hierem.*c.*1.
9 Et tamen constitutus † est super gentibus & regnis vt ibidem; ergo est de ordinatione diuina, vt aliquis sit constitutus super gentes & regna, & habeat vtramque potestatem de per se, & possit iurisdictionem temporalem temporaliter, non autem directiuè tantùm exercere; sed hic est Papa, qui est summus Sacerdos, & habetur hæc ratio *in c.solitæ, de maior.& obed.*

10 Tertia ratio superaddita. Nam obligatio † vasallorum in dominum, quę prouenit ob iuramentum fidelitatis, est spiritualis respectu iurantis; est autem temporalis de per se, & temporaliter respectu domini, cui iuratur, *l.fi.C.de const.pec.cum simil.* Et quod iuramentum fidelitatis importet temporalia de per se, probat
11 textus *in c.*1.*de noua forma fidelit.* Sed Papa † absoluit vasallos ab hoc iuramēto fidelitatis, vt est tex. *in c.nos sanctorum* 15.*q.*6.& probat Stephan. Aufrer. *in clem.vt clericorum.num.*43.*de offic.ordin.* Vbi agit de potestate Papæ; ergo Papa potest iurisdictionem temporalem, etiam tēporaliter exercere. Huius negotij plura sunt exempla, in scripturis, sed vltimum fuit nostris tem-
12 porib. Sixtus † Papa V. Priuatis Rege Nauarro, & Principe Condensi relapsis in hæresim, vt habetur in eius bulla anni 1585. de mense Septembris absoluit vasallos, & eorum subditos à iuramento fidelitatis præstito, vt habetur in verbis bullæ ibi. *Quin etiam proceres, feudatarios, vasallos, subditos, & populos regnorum, ducatuum, principatuum, & aliorum dominiorum prædictorū, etiam alium superiorem non recognoscentes, & cæteros omnes, qui illis quomodocunque iurauerunt à iuramento huiusmodi, ab omni prorsus dominij, fidelitatis, & obsequij debiti perpetuo absolutos esse, pro vt nos illos omnes tam vniuersi, quàm singulatim, auctoritate præsentium absoluimus, ac liberamus, præcipimusque & interdicimus eis vniuersis, & singulis, ne illis, eorumve monitis, legibus, & mandatis audeant obedire, &c.* Et quòd hæc absolutio intelligatur respectu temporalium, probat Cardinal. de Turrecrem. *in d.c.nos sanctorum, nu.*3. Sic etiam fe-
13 cit Iulius Papa II. † Nam concessit Ferdinando Regi Hispaniæ, regna Granatæ & Nauarræ, dummodò expelleret Moros & Petrum de Alboet de regno Nauarræ, cuius subditos & vasallos absoluerat à iuramēto fidelitatis, & cum pacto, quod idem Ferdinandus recognosceret sanctam Romanam Ecclesiam, & pro eisdem præstitisset fidem & homagium; quæ omnia posse facere summum Pontificem, est casus *in c. ad abolendam §.statuimus, de hæretic. & in c. vergentis eod.tit.& ibi gloss.& Doct.*

APPENDIX AD PRAECEDENS CAPUT.

Alter hic locus ab æmulis nostris in Romana Curia detractus est: Non concludi per necesse à dominio temporali Christi Domini nostri ad Petri potestatem datam. Nam & illud fuit directum ad spiritualia, propterea ejecit ementes, & vendentes de templo. Item quia Christus dixit Pilato, regnum suū non esse de hoc mundo; & alibi quod non erat iudex constitutus. Item quia in sacra pagina semper sermo habetur de regno spirituali Christi, appellatúrque regnum æternum cuius non erit finis; nec dissipabitur; ergo Christus noluit in hac vita temporaliter regnare; ergo nec Petrus debet alia abuti, qua Christus Dominus vsus non fuit.

Sed quia sæpè sæpius vtilitatem ex inimicis capimus, factum est, vt hoc Caput vberius extendatur, & argumentum fortius muniatur; In primis potestatis plenitudo in Christo desumitur etiam ex Ioan.*cap.*13. *Sciens quia omnia dedit ei pater in manus.* Et Luc *c.*10. *omnia mihi tradita sunt à patre meo.* Et D Paul. *ad Hebræos c.*1.*quem constituit hæredem vniuersorum.* Et quia textus sacræ paginæ semper vniuersaliter, & de omnibus loquuntur: Ideo D.Paul. *ad Hebræos c.*2. exponens illum *Psalm.*8.*omnia subiecisti sub pedibus eius:* de Christo loquens, dixit, in eo quod omnia subiecit, nihil omisit non subiectum ei. Et *ad Corinthios cap.*15. Exponens eundem locum, ne quis putaret, per dictionem illam, *omnia*, etiam ipsum Deum comprehēdi, à Christi dominio, & potestate Deum expresse excepit, dicens, cum dicat omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui subiecit ei omnia. Item *Psalm.*71.*Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine, vsque ad terminos orbis terræ.* Item *Psal.*2.*Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Item *ibid. Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis, Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei.* Item Zachariæ *cap.* 11. *Ecce Rex tuus veniet tibi, dominium eius à mari vsque ad mare.* Item *Apocalyps. cap.*1. *Princeps Regum terræ* asseritur. Et *cap.*19. dicitur: *quòd habet scriptum in vestimento, & fœmore, Rex Regum, & dominus dominantium.* Item sancti hanc opinionem confessi sunt esse veram D.Thom. *in lib.*3.*de regimine Princip.c.*12.*&* 13.*&*14. Probat Christum secundum humanitatem fuisse Monarcham, & habuisse omnem in cœlo, & in terra potestatem. Et D. Bernard. *in lib.* 3.*de consideratione ad Eugenium* dicit: *Dispositio tibi credita super orbem, non data possessio, non tu ille, de quo Propheta ait, & erit omnis terra possessio eius. Christus hic est, qui possessionem sibi vendicat & iure creationis & merito redemptionis, & dono Patris, cui dictum est, postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Possessionem, & dominium cede huic, tu curam illius habe.* Item D.Paul.2. *ad Corinth.c.* 8. dicit. *Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia diuites essetis.* Si Christus hanc potestatem non habuisset, voluntati non dominandi nihil poterat ascribi, sed quia habuit, & noluit, in hoc fuit admirabilis, *c.dominus. distinct.*93.

Quod autem Christus Dominus noster verè exercuerit hanc temporalis gladij potestatem, ex eo probatur, quod æmuli in contrarium allegant, siquidem eiecit ementes, & vendentes de templo, cum flagello de funiculo. Hæc non fecit vt Sacerdos in Laicos, nec erat de necessitate præcisa ad spiritualem potestatem, fecit ex sua suprema potestate zelo iustitiæ, vendicando cum temporali gladio penes ipsum existente irreuerentiam templi.

Item quatenus verè Christus id fecerit ob finem spiritualem: Hoc tamen non facit quin potestas fuerit concessa. Item quia diuersa causa concessionis, id non facit diuersum, quod conceditur, qualitates enim non diuersificant potestatem, seu iurisdictionem, & dominium, vel possessionem, gloss. *in §. fin. Instit. de iure person. lib. 3. §. econtrario Digest. de acquir. possessio. & ibi Iason, numero. 20.* Item hæc non esset limitatio potestatis, sed limitatio vsus, quæ non cadit in Christum, cui omnis potestas, & omne dominium datum est.

Item in mulierem de adulterio accusatam, quam Scribæ, & Pharisæi ante ipsam conduxerant, Christus iudicando dixit, qui vestrum sine peccato est, primus in illum lapidem mittat, cumque vnus post alium recessisset, dixit mulieri, vbi sunt, qui te accusant, nemo te condemnauit? nemo domine; neque ego te condemno, vade, noli amplius peccare. Delictum est temporale, pœna temporalis. Persona laica, iudices Scribæ, & Pharisæi, Christus audito facto, iudicat dum dicit, qui primus vestrum, &c. Item iudicat dimittendam, dicens, neque ego te condemno; ergo potestatem habebat condemnandi. His enim verbis talis potestas ostenditur, quam ipse verè non iudicasset, vt aliqui insistunt; Imò verè iudicauit, quia hoc est iudicum munus, cum de delicto non constat, relaxare, *c. graue* 11. *quæstion.* 3. Couar. *in libro* 1. *var. resolut. capit.* 1. *numero.* 8. *vers. forma autem.*

Non obstat igitur, quod dixerit, quis me constituit diuisorem inter vos, & ita noluerit iudicare, Lucæ *cap.* 12. Quia ex eo non negatur iudicandi caruisse potestate, omnia erant voluntaria, in arduis exercuit, vt in adultera, de hæreditate non conueniebat Christo iudicare. Sic Pontifex, & Principes non iudicant ex defectu potestatis, sed quia non decet, præter quam in arduis. Si aliquando scripturæ loquantur de regno spirituali, vt plurimum etiam de temporali, demonstratum est. Et quod dixerit regnum suum de hoc mundo non esse, argumento non aduersatur, quia pauperem, & humilissimam vitam ducendo, regnare noluit, nec expedire iudicauit humanæ redemptioni. Vnde in actu passionis habens omnem vsum potestatis pro derelicto, dixit: *Regnum meum non est de hoc mundo:* Id probatur, nam in eadem oratione sequitur, si ex hoc mundo esset regnum meum, vtique ministri mei decertarent, vt non traderer Iudæis, nunc autem meum regnum non est hinc. Vnde cum simpliciter dixerit Pilato, regnum meum non est de hoc mundo, statim se declarauit, regnum meum non est hinc, id est in præsenti tempore, quod significatur per dictionem *Nunc, c. iam nunc.* 28. *quæstion.* 1. & interpretatur; Nunc regnum meum non est hinc, id est ex nunc in antea, id est vsque ad resurrectionem: quæ verba, nisi starent interpretatiuè, fuissent superflua. Pilatus interrogauit, si esset Rex Iudæorum, de regno temporali agebatur, de quo tota inquisitio erat contra Christum, Ipse respondit, tu dicis, itaque se Regem fatetur, ergo si illa verba, regnum meum non est de hoc mundo, non intelligerentur, vt dictum est, verba hæc essent contraria, quare voluit ostendere Pilato, se esse Deum, & habere regnum in alio mundo, atque Iudæorum Regem esse, fatendo, tu dicis, illúdque habuisse pro derelicto, atque quoad vsum renuntiasse. Sed post resurrectionem, omnem potestatis vsum assumpsit. Ideo dixit ore suo, Ioann. *cap. vltimo: data est mihi omnis potestas quæ in cœlo, & quæ in terra.* Ita decebat post redemptionem factam, cum iam gloriosus, impassibilis, & immortalis ex omni parte, verus Deus, & homo degeret.

Non esset omnis potestas, si de spirituali tantum intellexisset. Hæc verba plenissimam important auctoritatem, & potestatem assumptam, etiam quoad vsum, perfectum, & absolutum post resurrectionem, cessantibus rationibus humilitatis, paupertatis, atque necessitatis. Quare opere redemptionis iam perfecto, omnium dominum se voluit declarare, vt ascensurus ad patrem, eandem potestatem Petro relinqueret. Et ex his clarè patet, satis probari, & argumentum concludere per necesse.

SVMMARIA.

1 *Papa priuat Reges, & Principes ex causa temporali*
2 *Prophetæ, & Sacerdotes antiqui quos Reges priuarunt ex causa temporali.*
3 *Sacerdos nouæ legis est excellentioris dignitatis.*
4 *Papa habet omnes dignitates & potestates, quas habuerunt antiqui Patriarchæ.*
5 *Papa deponit Principes instar antiquorum Sacerdotum.*
6 *Pontifices Romani pro tempore quos Reges, & Imperatores priuarunt, & ex quibus causis, omnes recensentur, & num. 8.*
7 *Papa posset iterum transferre Imperium de Germanis in Græcos.*
9 *Rex ex qua causa regno priuari potest.*
10 *Causa priuationis feudi est peccatum.*
11 *Causa proxima, & immediata attenditur, quæ est efficacior.*
12 *Negotium quodlibet attribuitur causæ proximæ, non autem remotæ.*
13 *Actus denominatur à causa proxima, non autem remota.*
14 *Causa secunda tantum operatur, quantum ille à prima influitur.*
15 *Reges qui priuati sint regnis ob causam temporalem.*
16 *Papa debet prius monere peccatorum, non autem statim priuare temporalibus.*
17 *Imperator inutilis vel mente captus priuatur per solum Papam, & fit ex causa temporali.*
18 *Populus non potest priuare Imperatorem, nec Regem.*
19 *Populus qui petit mutari Regem, non habet potestatem illum mutandi.*

20 Sub-

20 Subditi, & vasalli quare possunt de facto resistere nouo Regi sibi dato.
21 Subditi, & vasalli inuiti dati nouo domino non possunt cogi ad iurandum fidelitatem.

CAP. XXIII.

Papæ iurisdictio temporalis probatur ex ipsa possessione Papæ priuandi Reges, & Principes ex causa temporali.

MAxima omnium rationum est, ad probandum temporalem Papę iurisdictionem temporaliter
1 administratæ. Nam potentiam † habet priuandi Reges & Principes ex causa temporali, aliósque pro vt videbitur, instituendi, in cuius rationis comprobatione, deducamus ab initio quæ facta sunt.

2 Samuel Summus Propheta † non modò Saulem redarguit, sed regno priuauit, eo quod mandatum Domini non adimpleuerit, vt occideret Agag Regem Amalech, & omnes ibi habitantes, & in eius locum assumptus est Dauid, atque in Regem vnctus. Item Ioiadas summus Sacerdos Ataliam mulierem, quæ illis temporibus in Iuda regnabat, regno priuauit, & occidi ab exercitu iussit, & Ioam, qui erat de Regio semine in Regem vnxit, 1. *lib. Reg. c.* 11. Item Daniel Nabuchodonosorem Regem Babylonis, & Assyriorum de regno deposuit, propter eius superbiam, atque religionis contemptum, Daniel. *cap.* 4. & Sedechia Rex Iuda, eo quòd Hieremiam Prophetam carcerauit, regno priuatus, pessima morte occubuit, Hieremiæ *c.* 39.

Etsi Sacerdos legis veteris hæc poterat facere ex causa, multò magis, ac fortiori ratione id facere po-
3 test summus Sacerdos † nouæ legis, cùm sit excellentioris dignitatis, quàm veteris: Appellatur enim supremus Sacerdos, quod nomen accepit à Moyse, *c. sacrosancta. distinct.* 22. & quascunque dignitates, † ac po-
4 testates, quas habuerunt omnes Patriarchæ, solus Papa habet, vt dicit D. Bernard. *in lib.* 1. *de consideratione ad Eugenium*, & refert Bal. *in l. rescripta C. de precib. Imperat. offerend.* Et quod seruabatur in veteri testamento, idem seruandum est in nouo, *c. per venerabilem* §. *in rationibus. qui fil. sint legit.* Vbi litera dicit, sanè cum Deuteronomij lex secunda interpretatur, vt quod ibi decernitur in nouo testamento obseruari; ergo non
5 est mirum si Papa † deponat Principes seculares ex iusta causa, sicut obseruabatur in veteri testamento, quia gerit in Ecclesia Dei vicem, illiúsque Prophetæ, de quo dicitur *Deuteron. c.* 18. *Prophetam suscitabo vobis de fratribus vestris, & cap.* quicunque non audierit illum Prophetam, ego vltor ero, pœnam videlicet temporalem, ac æternam infligendo. Ex quo verbo, ibi dicit gloss. quod impingentes in summum Pontificem, & ei resistentes, grandi pœna sunt puniendi.

Secundo probatur, ex ipsis actibus priuationum
6 Regum ex iusta temporali causa, quas Pótifices † Romani pro tempore fecerunt: Nam Gregorius III. anno 731. Leonem III. Imperio priuauit, & vocauit Carolum Martellum in eius locum, contra Longobardos infestantes Ecclesiam. Item Zacharias Papa priuauit Regem Francorum Chilpericum, eo quia erat stupidus in regni administratione, & iustitiam non administrabat populis, & Pipinum Caroli Martelli filium, & Caroli Magni patrem in illius locum substituit, vt illius temporis annalia referunt, & est textus *in c. alius* 15. *q.* 6. Item Innocentius Papa IV. cognoscens quod Sancius II. Rex Portugalliæ erat negligens, atque remissus circa regnum, & subditos eius dedit illi Regi Coadiutorem, comitem Boloonum ipsius Regis fratrem, mandauitque Baronibus, atque Comitibus, vt honorificè illum reciperent, atque in omnibus obedirent, vt dicit textus *in c. grādi. de suppl. neglig. prælat. lib.* 6. Et plenius continetur in Chronicis, & Annalibus illius temporis. Idem Zacharias Desiderium, vltimum Regem Longobardorum, Ecclesiam persequentem, atque promissa non adimplentem regno priuauit, & ab eo deiecit, *c. Hadrianus, distinction.* 63. *& c. hortatu* 23. *q.* 8. Et habetur in vita Papæ Zachariæ per Platinam, & per Ioan. Boccatium *in lib. de principum casu lib.* 9. *c.* 10. Et per fratrem Iacobū in supplemento Chronicorū. Item cùm Ecclesia Romana opprimeretur ab Astulpho Rege Lōgobardorum, Stephanus Papa II. petiit auxilium à Constantino, & eius filio Leone Imperatoribus Constantinopolitanis, & quia Ecclesiæ Romanæ patrocinium iniustè denegarunt, imperio priuauit, atque in Germanos siue Theutonicos transtulit, vt dixi supra *in cap.* 5. Addo † quod ex causa merè temporali potest trans- 7
ferri de Germanis in Græcos. Nam extat apud Ioan. Auentinum *lib.* 6. *pag.* 636. Epistola Papæ Hadriani ad Archiepiscopos Treuirensem, Moguntinum, & Coloniensem, his scripta verbis: *Romanum Imperium à Græcis translatum est ad Alemannos, vt Rex Theutonicorum, non antequam ab Apostolico coronaretur, Imperator vocaretur, ante consecrationem Rex, post Imperator. Vnde igitur habet Imperium, nisi à nobis, ex electione Principum suorum habet nomen Regis, ex consecratione autem nostra habet nomen Imperatoris, Augusti, & Cæsaris, ergo per nos imperat. Quod habet Imperator, totum à nobis habet, sicut Zacharias transtulit Imperium à Græcis ad Theutonicos, ita & nos possumus ab Alemannis transferre ad Græcos. Ecce in potestate nostra est, vt demus illud, cui volumus, propterea constituti à Deo super gentes, & regna, vt destruamus, euellamus, ædificemus, & plantemus.*

Item Alexander † Papa III. viriliter resistit Fede- 8
rico Barbærubeæ Romanam Ecclesiam infestanti, quem tandem supplicem, ad veniæ petitionem coëgit. Item Innocentius III. Othonem IV. Imperatorem ab Imperio deposuit, atque Imperij titulis priuauit, quia monitus ab eo, vt desisteret ab iniuria, & persecutione, qua Federicum II. Siciliæ Regem adhuc impuberem, persequebatur, & Apuliæ Regnum, quod ab eodem Federico, contra voluntatem Papæ abstulerat, eidem restitueret, cùm facere noluerit, vt habetur in vita Innocentij III. ex qua persecutione Principes Christiani commouebantur & pacis amœnitas inter eos turbabatur. Ideo iustè fuit Imperio priuatus. Idem Honorius Papa III. qui dicto Innocentio successit, Federicum II. in Basilica sancti Petri coronauit Imperatorem, quia erat fidelis Ecclesię, ratione regni Siciliæ: sed quia tractu temporis ab Ecclesia, & ipsius Honorij obedientia resiliuit: Idem Honorius illum anathematizauit, atque omnes suos fideles, etiam Barones à sua fidelitate absoluit, quam sententiam Gregorius IX. qui illi successit, confirmauit, Innocentius autem IV. qui eidem Gregorio fuerat subrogatus in Lugdunēsi concilio, eundem Federicum tanquam Ecclesiæ rebellem, Apuliæ Regno atq; Imperio priuauit, vt habetur *in c. ad Apostolicæ. de re iudic. lib.* 6. Et in Chronicis illius temporis, præsertim in vitis Honorij, Innocentij, & Gregorij: Et per

Archie-

Archiepiscop. Florentin. *in 3. part. historial. titul. 19. c. 5. in princip.* Item Gregorius VII. Henricum III. Imperatorem admonet, ne deinceps largitione corruptus, episcopatus, & beneficia alicui per simoniacam cupiditatem committat, sub pœnis, quod cum non fecisset, eundem Henricum Regni administratione, & Imperio priuauit, vt per Platinam *in vita Gregorij VII.* de quo etiam per Archiepiscop. Florentin. *in 2. part. historial. titulo 16. c. 1. §. 21.* Vbi inter alia dicitur, quod Henricus ab insania ad sanitatem rediens, erroris veniam postulauit. Item Vrbanus IV. Carolum Andegauensem contra Manfredum Siciliæ Regem euocauit, sedem apostolicam tunc turbantem, qui postea, Clemente quarto opitulante Manfredum regno pariter, ac vita spoliauit. Item Martinus IV. Petrum Aragoniæ Regem Siciliam occupantem anathematizauit, & Vrbanus VI. Carolum Vngariæ, & Siciliæ Regem, regno Siciliæ priuatum declarauit, & Innocentius VII. Ladislaum Regem prælio victum Roma fugauit, quem adhuc in sua perfidia perdurantem Alexander V. regno etiam priuauit. Item Ioannes XXII. Ludouicum Bauariæ ducem Imperatorem rebellem, & schismaticum declarauit, eo quod ipse Galeatium, & Matthæum Vicecomites contra Ecclesiam fouerent. Pius II. Sigismundo Austriæ Archiduci sacris interdixit, eo quod is Cardinalem in vincula coniecisset. Item Ludouicum Francorum Regem ad tollendam à regno suo Pragmaticam graui admonitione impulit. Item Sigismundum Malatestam inobedientem sedi Apostolicæ, omni ferè dominio spoliauit, Borsum Ferrariæ Ducem, eo quod is Malatestæ fauere visus esset, acerrimè increpatum, ad petendum veniam perpulit. Item Innocentius VIII. Ferdinandum Apuliæ Regem deposuit; Sixtus IV. Venetos Ferrariam bello prementes, graui anathemate notauit, eorum bona cuilibet diripienda permittens. Paulus Papa III. Henricum Angliæ Regem Regno priuauit. Paulus IV. pluries requisitus Imperij translationem ex persona Caroli V. ad personam Ferdinandi per electionem factam, approbare semper recusauit. Item Pius IV. Imperium in persona dicti Ferdinandi confirmauit; Inter oratores Galliæ, & Hispaniarum Regum de præcedentia contendentium iudicauit. Quare dubitandum non est de temporali potestate Papæ in Imperatores, & Principes temporaliter in casu occurrenti exercita.

Nec desunt, qui ardenter ista impugnent. Primo quod summus Pontifex præfatas regnorum priuationes indixit ex causa peccati, quod admittunt posse facere, non autem ex causa temporali: Secundo dicunt id munus non esse Pontificis proprium, sed Vasallorum, qui Regem priuatum voluerunt, atque successorem à Papa electum admiserunt.

Sed rogo attendamus veritatem, & omittamus adulari Principibus, quia sic magis obedient Pontifici.
9 Primo, peccatorum causa † non sufficit ad priuandum quem Regno, cuius non est maior ratio quàm priuationis feudi. Nisi causæ sint numeratæ *in titulis feudorum: In quibus causis feud. amitt.* &, *quæ fuit prima caus. benefic. amitt. & in similibus.* At vbi in feudorum iure causa est expressa, qui in eam incidit, vtique peccat.
10 † Imò tex. *in §. denique. Quæ fuit prima caus. benef. amitt.* his verbis vtitur: *si in dominum peccauerit, vt si dominum assalierit, si illius consanguineas carnaliter cognouerit:* Item alias causas ibi enumeratas commiserit, vtique peccat mortaliter; sed causa peccati non pri-
11 ma, sed secundaria est, & semper causa proxima, † & immediata attenditur, quæ est efficacior, & plus operatur quàm causa secundaria, id est secundaria causæ consideratio, *l. socium qui in eo. §. 1. ff. pro soc. l. qui domum habebat, in fin ff. de locat. & conduct. l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil.* Tiraquell. *in tract. cessante causa part. 1. limitation. 20. num. 4.* Natta *in consil. 98. num. 30.* quia in omnibus negotiis & actibus potius attenditur causa immediata, & proxima, quàm remota. Oldrad. *in consil. 25. col. 1.* Compostellan. *in cap. cum in cunctis col. 4. de election.* Bald. *in l. ex placito col. 1. & 2. C. de rerum permut. & in l. sub prætextu numer. 10. C. de transaction.* Sed si causa priuationis regni iure expressa est, illáque causa peccatum inducit, quod vt causam remotam, lex non considerauit, & Papa priuat ex illa causa, vtique Regem priuare dicitur ex illa causa quæ proxima, & immediata est, quia negotium † quodlibet attribui- 12
tur causæ proximæ, non autem remotæ. Ancharan. *in proœmio libri sexti decretal. colum. 3. vers. & alibi dubitatur, argumen. l. si cum mulier. & ibi gloss. ff. de action. rerum amot.* Et ab ea causa † denominandus est actus, 13
Ancharan. *in 329.* in quo quis tenetur considerare propinqua, & non remota. Baldus *in l. æde, Cod. de locat. & conduct.* Quia causa † secunda, siue secunda considera- 14
tio eiusdem causæ tantum operatur, quantum illi à prima influitur, Angel. *in consil. 110. sanctissima.* Cagnol. *in rubric. Digest. de origin. iur. numero 24.* Tiraquell. *in tractat. de vtroque retract. parte 1. §. 19. gloss. 2. numer. 4. & in tractatu, cessante causa, parte 2. limitat. 20. nu. 6.*

Age discurramus de aliquibus, Rex † Chilpericus 15
priuatus est regno Franciæ ob stupiditatem & ineptitudinem in administrando, quæ non est causa peccati. Item negligentia Regis Portugalliæ non fuit considerata vt peccatum, quia sic Pontifex † debuisset illum 16
monere, vt diligentior fuisset, sicut fecit Gelasius Papa in Anastasium Imperatorem Constantinopolitanum, quem prius admonuit, deinde excommunicauit, & priuauit, vt dicit Bonifacius Simoneta *in lib. 41. cap. 16.* Et dare coadiutorem regni, non est effectus causæ spiritualis, sed temporalis.

Deinde, qui dicunt id munus non esse solius Pontificis, sed etiam vasallorum, qui alterum Regem petierunt, non respondent adductis pro hac temporali summi Pontificis potestate; imò illam confirmant. Nam Baldus *in l. non ambigitur, numero 5. Digest. de legib.* quærit, quando Imperator † est inutilis vel mente 17
captus, vel ebriosus, nunquid populus possit illum priuare, aut illi dare coadiutorem. Hoc quæsitum est super causa temporali non spirituali, & respondet, populum † hoc facere non posse, sed Papam, quia in Papa 18
residet cerebrum, & vertex totius populi, & Baldum sequitur Paris. de Put. *in tractatu de Syndicatu, §. an liceat occidere Regem tyrannum, in fine.* Et nos fundauimus supra in primis capitibus, Iurisdictionem non fuisse datam populo, sed Moysi, & successoribus, vt ibi dixi; ergo vasalli, siue subditi, vt repræsentant populum, nihil habent in hac potestate commune cum Papa.

Et quod dicunt populos † Francorum petiisse 19
alterum Regem, deleto Chilperico, id etiam confirmat potestatem dantis. Nam per it qui non habet, qui non potest ex seipso facere: Neque obstat consensus, siue populi tolerantia; Illa enim subsequitur exercitium temporalis potestatis. Nam subditi, † & 20
vasalli poterant de facto resistere. Bald. *in consil. vltim. volum. 1.* Imol. *in clem. in fine de foro compet.* Ioann. Syluan. *in tractatu de iureiurando, parte 4. quæstion. 10. numer. 10.* Ripa *in lib. 2. responsorum in titul. de rescript.*

21 *cap.25 num.23.* Et subditi ✝ quando inuiti dantur nouo domino, non possunt cogi ad iurandum fidelitatem, Cyn. *in l.1.C.de nouationib.* Bald.& alij *in l.2.§.fi. ff.solut.matrimon.* Soccin. *in consi.39.vol.3.* Iason *in l. debitorum.nu.7.C.de pact.* & *in l si non sortem.§.libellus num.22.ff.de condict.indebit.* Crauett. *in consil.241.num. 15.in fin.* Quare si verum fateri volumus pro Ecclesia sancta Dei, cuius caput est Papa, negari non potest hæc illius temporalis potestas directò, & temporaliter in Imperatores, Reges, Principes, & omnes alios. Et cum hoc statuat ipsa communis, vt probaui sup. *cap. 19.* temerarium videtur omnia trahere ad rationem peccati, ac frequentiori, doctiorique opinioni non acquiescere. Et hoc clarius apparebit inferius *cap.26.* vbi etiam agemus de Principum institutionibus per Pontifices factis.

CAP. XXIV.

Papam posse concedere Regna infidelium alicui Christiano.

SVMMARIA.

1 *Papa an possit concedere regna infidelium alicui catholico, & nu.9.*
2 *Ordo principandi an sit beneficium naturæ, & numero 34.*
3 *Dominium gentilium in quo fundetur.*
4 *Charitas in quos proximos sit exercenda, & quomodo num.43.*
5 *Infideles an possideant regna sine peccato.*
6 *Infideles an habeant iurisdictionem.*
7 *Christiani captiui serui an possint aufugere sine peccato.*
8 *Ecclesia an iudicet de his qui sunt foris.*
10 *Iurisdictiones & regna non esse penes Iudæos, nec Saracenos.*
11 *Iurisdictio, dominium & principatus omnis translati sunt ab infidelibus ad fideles.*
12 *Principatus tam fidelium, quàm infidelium fuit Christi.*
13 *Domini veri non sunt, qui non recognoscunt dominiũ, & iurisdictionem à Papa.*
14 *Furtum non committitur rapiendo bona infidelium.*
15 *Dominio qui iustè debeant priuari.*
16 *Saraceni quid procurent contra Christianos.*
17 *Ciuitates rebellium debent damnari aratro.*
18 *Infidelium secta quot sint.*
19 *Iudæi nullam habent iurisdictionem, neque dominium regnorum.*
20 *Iudæi facti sunt serui à morte Christi.*
21 *Iudæi quare sint tolerandi cum Christianis.*
22 *Saraceni vnde dicti, & quomodo ampliarunt suam ditionem.*
23 *Regna per vim occupata licitum est ex interuallo recuperare.*
24 *Contra Saracenos quare bellandum sit.*
25 *Leges transgredi permittitur propter periculum.*
26 *Hæreticorum secta quot sint.*
27 *Geneuæ ciuitatis quis status fuerit, & sit.*
28 *Papa potest auferre regna tam ab hæreticis, quàm ab infidelibus.*
29 *Infideles quomodo peccant contra legem naturæ.*
30 *Prouinciæ datæ sunt à Deo punientibus infideles idolatras.*
31 *Deus quomodo prohibuit Israelitis ne pugnarent contra gentiles.*
32 *Pontifices qui concesserunt regna infidelium.*
33 *Argumentum ab vsu pontificio est validißimum.*
35 *Papa non aufert regna infidelium, sed transfert.*
36 *Dominium esse de iure diuino.*
37 *Regna gentilium non sunt generaliter approbata in testamento veteri.*
38 *Principibus ethnicis an sit obediendum ex præcepto D. Pauli.*
39 *Dictum D.Pauli restringitur per rationem à se allegatam.*
40 *Papa est maior administratione D.Pauli.*
41 *Papa dispensat contra Apostolum.*
42 *Regna infidelium non poterant transferri tempore primitiuæ Ecclesiæ sicut possunt hodie.*
44 *Christiani serui an debeant esse subditi dominis ex præcepto D.Petri.*
45 *Ecclesia quomodo oret contra infideles & Saracenos.*
46 *Saraceni dicuntur potius latrones, quàm hostes.*
47 *Carceratus iniustè relaxatus cum iuramento de redeundo, non tenetur redire.*
48 *Gabellam iniustam licitum est fraudare.*
49 *Captiuus in bello iniusto relaxatus cum iuramento de redeundo, non tenetur redire.*
50 *Damnatus iniustè ad mortem, fugiendo, non peccat.*
51 *Capti ab hostibus in bello iniusto an efficiantur serui.*
52 *Serui Christiani fugiendo recuperant libertatem.*
53 *Episcopus captus ab infidelibus an fiat seruus.*
54 *Christianos detentos à Saracenis potest quis furari, nisi tempore treugæ.*
55 *Ecclesia quod tolerat, non dicitur approbare.*
56 *Infideles quomodo ligentur dispositionibus Apostolicis.*
57 *Infideles quomodo sunt inducendi ad fidem.*
58 *Papa cogit infideles ex præcepto naturæ.*
59 *Excommunicatio non est ferenda in infideles.*
60 *Excommunicatio ordinatur ad salutem.*

Expedit examinare quæstionem ad partes, vt melius intelligatur, & respondeatur contrariis. Quæro igitur an summus ✝ Pontifex possit concedere 1
infidelium regna alicui catholico. Innocent. *in capitul.quod super his, de voto:* tenet quod non, cùm & ipsi infideles iustum habeant dominium, & iurisdictionem, & hanc eandem opinionem tenet Ioann. Andr. ibi, & in additionibus ad Speculat. *in titul. de Iudæis.* Corsett. *in tractatu de potestate regia, quæstion. 85.* Ancharan. *in regula, peccatum, versi. sed hic quæro vtrum Principes, &c.* Augustin. de Ancon. *in tractatu de potestate Papæ, quæstion. 23. articul. 3.* & nouissimè Cardinal. Bellarmin. *in libro 5. de Romano Pontifice, capit.2.*

Prima ratio, quia ordo ✝ principandi vnius super 2
alterum est beneficium naturæ, vt docet Aristot. *in 1. lib.politic.* quod non debet subtrahi propter infidelitatem;

tatem; sed subtraheretur hoc beneficium, si pellerentur à suis regnis, & dominiis terrarum; ergo expelli non debent, & hæc est ratio August. de Ancon. *in d. articulo 3.*

Confirmatur per Cardinal. Bellarmin. *in d. c. 2.* Nam
3 dominium † non fundatur in gratia, aut fide, sed in libero arbitrio, & ratione: Nec descendit ex iure diuino, sed ex iure gentium, & patet ex eo, quod Deus approbat regna gentilium in vtroque testamento, Daniel. *c. 2. Tu es Rex Regum, & Deus cœli dedit tibi regnũ.* Et Matthæi *c. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Et D. Paul. *ad Roman. c. 13. Reddite omnib. debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal.* Et iubet ibidem etiam propter conscientiam obedire principalibus Ethnicis.

Secunda ratio. *Nam c. charitas. de pœnitent. distinct. 2.*
4 habetur quod proximos † diligimus sicut nos, & ibi dicitur, proximi sunt, qui sunt naturæ nostræ participes, & glossa ibi infert; ergo Iudæi & Saraceni proximi sunt, & diligendi à nobis, vt nos.

5 Tertia ratio. Nam infideles † sine peccato possident bona, & regna, quia *Genes. c. 1.* Omnia subiiciuntur rationali creaturæ, nec tantum pro bono, sed etiam pro malo, quia ipse facit oriri solem super omnibus, & volatilia pascit, Matthæi *c. 5. & c. 6.* ex quo concludit Innocent. *in d. c. quod super his,* quod iustè possident.

6 Quarta ratio. Nam infideles † habent iurisdictionem; nam 1. *ad Timoth. c. 6.* dicitur, quicunque sub iugo serui sunt, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur, & ibi dicit Cardinal. hoc ideo dicere Paulum; quia quidam conuersi ad fidem blasphemabant Dominos suos infideles tanquam canes, contra quos dicitur *in 1. Petri c. 2. Serui subditi estote omni tempore Dominis, non solum bonis & modestis, sed etiam discolis:* ne nomen domini & doctrina blasphemetur, scilicet ab infidelibus, atque dicerent: *Quis est iste Christus, qui aufert seruos à nobis?*

Quinta ratio, bona hostium tunc fiunt nostra, & capti serui, cùm ab eis bellum indictum est, *l. hostes ff. de captiu.* Ergo prius dominiũ erat apud eos, quia quod de vno permittitur, de alio prohibetur, *c. nónne de præsumpt. l. statu liberum. §. Stichum. de legat. 2.* præsertim quia capti Christiani per illos serui efficiuntur, *vt ff. de captiu.* & dicit Ancharan. *in d. regula, peccatum.* quod
7 Christiani † captiui non possunt sine peccato fugere, vel furari Saracenis, allegat Hostiens. *in titulo de pœnis & remiss. §. quibus, & qualiter, vers. quid de furibus, ibi; quid de Christianis.*

Sexta ratio. Papa tolerat Saracenos in eorum matrimoniis, *c. gaudemus. de diuor.* Ergo magis dicitur tolerare in suis dominiis, regnis & bonis, quæ possident; quia bona sequuntur conditionem personæ, *c. 1. de iur. patronat. li. 6. auth. ingressi. C. de sacros. Eccles.*

8 Septima ratio. De his qui foris † sunt iudicare non debemus, de quibus iudicabit Deus, 1. *ad Corinth. c. 5. & c. multi 24. quæstion. 1.* vbi Cardinal. Turrecremat. exponit, quod de infidelibus intelligitur, qui nũquam fidem agnouerunt, & ideo diuino iudicio sunt relinquendi.

9 Octaua ratio. Dicit Innocent. *in d. c. quod super his.* † *de voto.* quod Papa sine causa non potest eis bona auferre, imò debet Iudæos in quantum potest. tolerare, vt per eorum consortium, valeamus eos lucrifacere, *c. infideles 24. q. 4. & c. ad mensam 11. q. 3.*

Sed istis non obstantibus, contraria opinio est verior, videlicet penes infideles, Iudæos, & Saracenos nõ esse iura regnorum, † neque iurisdictiones, quam opi- 10
nionem firmamus primo ab auctoritate plurimorum. Hostiens. *in d. c. quod super his. de voto.* & ibi Anton. de Butr. Oldrad. *in consi. 82. incip. contra Saracenos.* qui dicit, salua reuerentia Innocentij, opinio Hostiensis est verior, Cardinalis Turrecrem. *in c. dispar. 23. q. 8.* Ioan. de Lignan. *in d. c. quod super his.* Martin. Laudens. *in c. de rebus 23. q. 7.* Et ibi Ioan. de Fantucc. Ioan. Maiorin. *in 2. sent. distinct. 44. q. 3.* Afflict. *in titulo quæ sint regalia num. 26.* Arnoldus Albertinus in repetitione *rubric. de hæretic. q. 8. vers. prima conclusio.* Gregor. Lopez *in l. 12. titul. 23. partita 2. legum Hispaniæ.* vbi latè tractat hanc materiam, & latius tractat Ioannes de Anania *in c. & si Iudæos de Iudæis.*

Prima ratio, post aduentum Christi omnis principatus, † dominium & iurisdictio translata sunt ab infi- 11
delibus ex iusta causa ad fideles, *Ecclesiast. cap. 10. Regnum à gente in gentem transferetur propter iniurias, iniustitias & contumelias.* & habetur *in c. si de rebus 23. q. 7.* vbi quod illa verba *transferetur* & infra, *& dabitur genti facienti fructum,* de quo per Matthæum *in cap. 21.* ad omnes iniquos, & impios referuntur, & nullo maior impietas, quàm infidelitas, *c. quid in omnibus 32. quæst. 7. & c. primo 22. quæst. 2.* Sed hic † principatus tam 12
fidelium, quàm infidelium fuit Christi; nam scribitur: *Omnes Reges terræ adorabunt eum, & omnes gentes seruient ei, c. displicet 23. qu. 4. & Psalm. 8. Omnia subiecta sunt Christo, oues, & boues, & vniuersa pecora campi.* Sed oues interpretantur Christiani, Ioan. *cap. 10. Ego sum Pastor bonus, & cognosco oues meas.* Item boues, & pecora campi interpretantur Saraceni, tanquam bestiæ nomine carentes, qui relicto vero Deo, colunt idola, de quibus scribitur *in Historia scholastica cap. de fuga agni.* quem locum ad hoc citat Afflict. *in rubric. quæ sint regalia numer. 24.* & est textus *in c. translato. de constitutionibus.*

Ex his fiat argumentum: Infideles non recognoscũt dominium, † nec iurisdictionem à Papa; ergo nõ sunt 13
veri domini, neque habent iurisdictionem. Antecedens probatur, quia omnis principatus, dominium, & iurisdictio translata sunt in Christum, præsertim si fuerint infidelium; ergo nisi ab eo recognoscant, non sunt veri domini. Vnde Bald. *in prima constitutione Codicis; Præterea,* ait, Constantinus Imperator, post eius baptismum in resignatione regalium, quam fecit Beato Syluestro, resignauit sibi ensem, ostendens se illucusque non legitimè vsum fuisse gladij potestate, nec legitimè eò vsque habuisse Imperium. Consequentia probatur: Quia Christus commisit Petro, & eius successoribus omnem iurisdictionem, *c. in scripturis 8. q. 1. & c. pro humani. de homicid. li. 6. & c. per venerabilem. qui fil. sint legit.* & latè scripsi supra: ergo apud infideles nulla est iurisdictio, nullum dominium.

Secunda ratio. Furtũ est contrectatio rei alienæ inuito domino: sed permittitur rapere † bona infide- 14
lium: ergo ipsi non sunt domini. Minor probatur: Nam *Exodi c. 3. & c. 12.* Iudæi exeuntes de Ægypto, exportauerunt secum bona Ægyptiorum, ex præcepto Domini: Et hoc fecerunt sine peccato, vt ibi notat Nicolaus de Lyra, & habetur *in c. dicit Dominus 14. q. 5. & in c. legimus distinct. 36.* & probat D. Thom. *in prima 2. quæst. 100. artic. 8. ad 3.* Filij quidem Israël tulerunt spolia impiorum de mandato domini, nam scriptum est *Sapientiæ cap. 10. Tulerunt spolia impiorum.* Item D. Thom. *in 2. 2. quæst. 66. artic. 5. ad primum.* Et hoc fit hodie passim contra Saracenos sciente summo Pontifice, & permittente: Nec furans Saracenos, propter dictam permissionem, tenetur ad restitutionem:

ergo non committit furtum;ergo illi non habent dominium;Et hæc ratio est Arnaldi,vbi supra allegati.

15 Tertia ratio: Qui procurat † discessum à suo superiore, à quo totam habet auctoritatem dominandi, iustè meretur suo priuari dominio, *argum.l.1.ff.ad l. Iul.Maiestat.* & *l.quisquis.C.eod.titul.* Et idem est de docentibus hæresim, vt hæreticorum pœna puniantur,gloss.*in c.penult.de hæretic.l.culpa.C.de malefic.* Et qui aliquem coegerit, aut persuaserit apostatare, rerum suarum dominium amittet, & plectetur capite,

16 *c.eum qui,C.de apostat.* Sed hi Saraceni, † in quantum possunt,cogunt Christianos fidem abnegare, eos docendo,& sic persuadendo,& sic separare eos à Dei veri cultura; ergo dominia amittunt, si qua habent, hæc est ratio Ioan.Maiorin. *in 2.lib. sententiar. distinction.*

17 *44.artic.3.* & confirmatur, quia ciuitates rebellium † debent damnari aratro, Bartol. *in l.aut facta.§.nonnunquam.col.3.ff.de pœnis.* Bald. *in l.ex testamento.C.de testam.milit.* Bartol.& Alex.*in l.hæreditatum.ff.ad l. Falcid.*Bald.*in titul.de pace Constant.vers.nos Romanorum.*

18 Quarta ratio fit à sufficienti partium enumeratione. Infidelium † tres sunt sectæ; Altera Iudæorum, non à Iuda Macchabæo, vt quidam dicebant; nam & ante illum Iudæorum nomen inuentum est, *Esther. cap.8.* Iudæis noua lux oriri visa est; ergo denominantur à Iuda Patriarcha, *Genes.cap.49. Iuda te laudabunt fratres tui.* D.Thom. *ad Roman.cap.2.in lectione 4.* Qui dicuntur etiam Hebræi ad Heber, non autem ab Abraham,de quo habetur *Genes.cap.2.* vixit Sale 30.annis, & genuit, & eius tempore diuisæ sunt linguæ, & lingua Hebræorum remansit in familia sua, sic ait D. Thom.*in 2.ad Corinth.c.11.in lectione 5.* & sequuntur Abb.Ioan.de Anania,& Felyn.*in rubric.de Iudæis,*Hostiens.*eod.tit.§.2.* vbi quod dicuntur à tribu Iuda,quæ inter alios bellicosior extitit:ideo meruit ex ea creari Rex.

19 Et isti Iudæi † non habent iurisdictionem,quorum regnum defecit sub Vespasiano & Tito, quadraginta annis post passionem Domini, cùm fuerint cæsa per omne tempus obsidionis, decies centena millia Iudæorum,vt ait Vgo Floriacen.& Romani quærebant quibus captiua mancipia venderent, sed quia plurimi venales,& pauci emptores reperiebantur, non defuere,qui triginta mancipia vno numismate mercarentur, D.Antonin. *in sua Chronic.parte 1.titul.17.§.1.& trib. seq.* quæ euersio Hierusalem fuerat pronuntiata per Danielem *in cap.9.*quingentis,& triginta quinque annis ante.

20 Item de istis dispositum est *in c.& si Iudæos.* † *de Iudæis.* quod mors Christi fecit illos seruos; sed serui sunt incapaces iurisdictionis,& dominij; ergo. Item *in c.Iudæi.de Iudæis.*probatur,quod si conuertantur ad fidem,non sunt eis auferenda bona; ergo à contrario sensu, si non conuertantur, sunt eis bona auferenda, quod argumentum est validum in iure, *l.1.§.huius,ff. de officio eius.* & not. *in l.conuenticulam. C.de episc. & cleric.* Item *in d.c.& si Iudæos.* & *c.multorum.eod.tit.* ipsi tolerantur ex pietate & gratia: ergo nō debet redigi in necessitatem,*l.non quicquid.ff.de iudic.l.solet.ff. de offic. procur.* Propterea communiter concludunt,

21 quod si Iudæi † viuunt pacificè, & quietè nobiscum, nec Christianos dogmatizant, aut aliquid faciunt in opprobrium legis nostræ,licèt obseruent ceremonias in suis Synagogis,seu mesquitis secretè, & non publicè,tolerandi sunt, & nullatenus deiiciendi, nec molestandi.Oldrad.*in consil.264.*& procedit *cap.charitas.de pœnitent.dist.2.* Ita eos sine causa expellere, esset cōtrà præceptum charitatis,tanto magis, si indultum est, vt gaudeant priuilegiis, sicut cæteri ciues,quia tolerātur, *c.qui sincera.dist.45.* propter bonum quod inde oritur, quia nostræ fidei veritas in libris ipsorum velata,& in ritibus figurata,nostris oculis lucidè demonstratur,& sic fidei nostræ testimonium roboratur.

Altera secta est Saracenorum † vulgò dicta,sed verius Agarenorum,cum non à Sara libera, sed ab Agar ancilla originem trahant per Ismaelem filium eius, & vsurparunt falsum nomen à Sara tanquam à libera, & digniori,qui adeo sunt hodie multiplicati,vt à Deo dictum sit, *Genes.c.16.* & ibi latè scribunt Vgo Cardinal. & Nicol.de Lyra *in ver.multiplicabo.* & D.Antonin. *in 1.parte suæ Chronicæ titul.2.c.1.§.3.* per boues, & pecora campi,intelligimus Saracenos,qui tanquam bestiæ, ratione carentes, relicto vero Deo, colunt idola, & isti vocantur bestiæ, quia & Ismael pater eorum vocatus est à Domino Onager,*cap.Ismael.distinction.56.* & ibi notant Archidiac. & Cardinal. & fuit ratio, vt dicit Merodius, quia futurum erat, vt qui de genere suo descenderent, omnem bestiarum rabiem supergrederentur,& mansuetarum numerus contereretur. 22

Oldrad.*in consil.72.incip.an contra Saracenos.* probat quod oriens & occidens omnes seruiuerunt Christo per sexcentos annos,& vltra vsque ad tempus Mahometi,qui cum Turcis,gentibus Scythicis inter Hyperboreos montes, ferreis clausis repagulis Caucaseas portas egressi,occuparunt diabolico,& violento titulo Pontum,Cappadociam, & vsque ad finitimas gentes paulatim se infuderunt,vbi,latronum more, furtiuis quibusdam excursionibus vires sibi vendicantes, occupatis montibus, & oportunis claustris, vnde per occasiones irruptiones facile fieri possent,vsque adeo emersere,vt animis sublati sint,& procedente tempore,Galiciam,Bithyniam, Lycaoniam,Pisidyam, vtranque Phrygiam,Pamphyliam,Ciliciam, Cariam, & omnem Asiam,quę minor vocatur,vltra,citraque Taurum ad ora vsque Ioniæ,& littora Græci maris, atque Græciam omnem occuparunt, prout testificantur Vincent. *in suo Specul.historial.li.24.& seq.* & D.Antonin. *in 2.parte suæ Chronicæ, titulo 14.ca.p.5.* Gloss. Cardinal.& alij *in clem.1.de Iudæis.* Iacob.de Voragine *in legendario sanctorum in historia sancti Pelagij Papæ, Archiepiscop.Florent.in 4.parte summæ, titulo 11.c.6. §.1.Supplementum Chronicorum in lib.10.*Et isti dicuntur potius latrones, quàm hostes, vt concludunt omnes prætitati Doctores, & probat Aluarus *de planctu Ecclesiæ in li.2.artic.2.col.3.*atque scribit latissimè Paulus Burgeus *super Apocalyps.in c.13.*

Sed licitum est regna † Christianorum mala fide occupata, in quibus nullum habuerunt iustum initium, neque approbationem ex interuallo recuperare:Nec dicerentur ex interuallo recuperari, *l.3.§.eum igitur,& ibi gloss.ff.de vi & vi arm.cap.olim. vbi omnes Canonistæ de restit. spoliat.* gl. *in l.si coloni.C.de agni.& censit.li.11.*Bald.*in l.1.col.2.C.vnde vi.& in l.2.C.de seruit.& aqua.*Et dicta regna propter violentam occupationem sunt effecta vitiosa,quod vitium transit ad posteros, *c.quia Gu.de Iudæis.l.vitia. C.de acquir.possess.l. an vitium.ff.de diuers.& temporal.præscript.* Et verisimile est, quod quandocunque † ipsi oportunitatem habebunt, oppugnabunt Christianos, & persequentur Ecclesiam Dei, vt probat Turrecrem. *in c.dispar. 23.quæstion.8.* Propterea melius est aduersus iniurias se præparare, quàm in discrimine coarctari, vt dicit Bald. 23 24

Bald. *in l.1.num.42.C.unde vi.* Et Socin.inter consilia Francisci Curt.j *consil.20.quæstion.4.colum.4.versi. ista confirmantur.* Nam si propter periculum permit-
25 titur magistratibus aliquando leges † transgredi, *l.si quis filio.§.siqui.ff.de iniust.testam.* Immol.*in cap.1.de constitut.*Bal. *in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff. ex quib. caus.infam.irrog.*& *in l.& si seuerior.C.eod.* & notat Io. Andr.*in cap.pastoralis,super gloss. in ver.præterquam.de offic.ordin.* Ergo melius ante prospiciendum est,quàm vlcisci accepta iniuria. Ideo concludit Bald. *in l. ex hoc iure in 10.quæstion.ff.de iust.&iur.*quod iustam reconcussionem patiuntur iniusti, Innocent. & Cardinal. *in d.cap.quod super his.de voto.* Alberic. *in rubri.C. de Iudæis.*Cardinal.Turrecrem.*in d.cap.dispar.23.quæstion.7.*

26 Altera secta est Hæreticorum, pro quorum notitiâ sciendum est,gentes Christianas diuidi per decem nationes, videlicet, Latinos, Græcos, Indos, Iacobitas, Nestorianos, Morouitas,Armenos,Georgianos, Surianos, & Mozorabes. Natio Latinorum habet Italiam, Alemaniam, Galliam, Hispaniam, & in hac na-
27 tione multi sunt hæretici: Geneua † ciuitas, quæ vt antiquitus erat status Monarchiæ Pontificalis sub episcopo, qui erat Comes Geneuæ, sic de anno 1528. se reduxit in libertatem, etiam pessimorum morum, & religionis. Item in Alemania & Gallia quot sunt hæreticorum ciuitates,& sectæ Lutheranorum? & legi apud Probum *in additionibus ad Ioann. Monachum super capitul.grandi. de supplenda neglig. prælat. lib.6.* quod Roberto Regi Francorum, filio Hugonis Capeti, oranti pro pace in Ciuitate Aurelianen. crucifixus respondit, se non habiturum pacem in regno suo, donec blasphemias & crimina notoria extirpasset.

Natio Græcorum, qui habent Patriarcham Constantinopolitanum, Archiepiscopos & Episcopos, atque alios Prælatos,sed hodie pauci numero sunt,quia vt dictum est, Agareni vel Turcæ occuparunt maximam partem Græciæ.

Natio Indorum, quorum Princeps est Presbyter Ioannes, cuius potestas excedit omnes Christianos: habet enim sub se triginta Reges, & quando equitat, sequitur crucem ligneam, quam ante se duci iubet, cùm verò ad bellandum progreditur, duodecim cruces auro, atque lapillis pretiosis gemmatas ante se portari facit. In illa ciuitate est Sanctus Bartholomæus Apostolus in maxima veneratione.

Natio Iacobitarum à Iacobo hæretico, discipulo Patriarchæ Alexandrini, vnde Iacobitæ dicti sunt, in partibus orientis, occupant magnam partem Asiæ, terram Mambræ, quæ est vicina Ægypto, & terram Æthiopiæ, vsque ad Indias plusquam quadraginta regna, qui circumciduntur, atque baptizantur cum ferro ignito characterem crucis imprimunt in frontibus, & in aliis partibus corporis, vt in pectore, & brachiis, confitentur soli Deo, & non sacerdotibus, & tenent quod in Christo sit tantum natura diuina, & isti fuerunt damnati in concilio Ceden.

Natio Nestorianorum à Nestorio hæretico, qui fuit Constantinopolitanus Episcopus. Hi ponunt in Christo duas personas, alteram diuinam, alteram humanam, & negant Beatam Virginem esse matrem Dei, sed bene Domini nostri Iesu Christi, qui habitant Tartaream, & maiorem Indiam: Hæc natio habet tantum terrarum, quantum Alemania, & Italia, & isti hæretici fuerunt condemnati in Synodo Ephesina, atque fuerunt diuisi ab Ecclesia Romana, & permanserunt in pertinacia.

Natio Morouitarum à Moroue, qui vnum intellectum,& vnam duntaxat voluntatem in Christo ponunt, habitant iuxta Libyam in prouincia Phœniciæ, plurimi sunt numero, & aliquando fuerunt sub obedientia sanctæ Romanæ Ecclesiæ; nam eorum Patriarcha interfuit in Concilio generali Lateranen. celebrato Romæ sub Innocentio Papa III. sed postea recesserunt, & fuerunt condemnati in Synodo Constantinopolitana: Mox redierunt ad obedientiam Romanæ Ecclesiæ, sed iterum reuersi ad vomitum, perseuerant in eorum peruersa opinione.

Natio Armeniorum, qui habitant in regno Armeniæ prope Antiochiam, & isti in die Veneris comedunt carnes.

Natio Georgianorum à Beato Georgio, quem habent in præliis patronum, habitant in partibus orientalibus Medis & Syris, in quarum confinibus commorantur, ipsi vtuntur lingua Græca, & sacramentis more Græcorum.

Natio Surrianorum à ciuitate Suria,quæ est eminentior in Assyria,& hi consuetudines Græcorum obseruant in omnibus. Quos sequuntur aliqui Christiani, qui sunt in terra sancta,& vocantur Samaritani,primo conuersi tempore Apostolorum, sed ipsi non bene sapiunt in catholica fide.

Natio Mozarabum, qui fuerunt multi numero in partibus Africæ, & Hispaniæ, qui, cùm dies naturalis diuidatur in 24. horas, tot officia habent, siue horas, & psalmos, atque hymnos, certasque orationes nimis prolixas orant, sacramentum Eucharistiæ diuidunt aliquando in septem, aliquando in decem partes.

Et causa tantæ diuisionis inter Christianos fuit, quia Summi Pontifices omiserunt celebrare concilia generalia, ideo insurgentibus hæreticis in diuersis mundi partibus, non fuit, qui apponeret remedium.

His enumeratis sic argumentor: Papa potest auferre † regna ab hæreticis,& dare Principibus catholicis; 28
ergo eadem potest auferre ab infidelibus,& dare fidelibus catholicis. Antecedens probatur per *c.abolendā. § statuimus.de hæretic.c.vergentis eod.tit.& ibi glo.& omnes Doct.Director.Inquisitor.in 3.parte.quæst.97.col.9.* de quo nullus ex doctoribus habet difficultatem; Cōsequentia probatur, quia non est maior ratio de vno, quàm de altero. Infideles † sunt idololatræ,peccant 29
contra legem naturæ; Innoc. *in d.c.quod super his. de voto.* Et à iure prohibentur sacrificia & templa Paganorum,*lib.1.C.de pagan.& templis eorum.*Propter quæ peccata licitè possunt auferri regna, dominia, & iurisdictiones ab eis, vt dixi supra in tertia ratione huius veritatis.

Præterea illi, qui talia crimina † puniunt, Deo 30
seruire dicuntur, vt habetur *in §.final.23. quæstion.5.* vt tradit, quòd cùm Dominus diceret ad Prophetam de Nabuchodonosore, quid dabo ei pro labore suo, quo seruiuit mihi apud Tyrum? statim subiicit, da domine (hoc est datam sibi pronuntia) Ægyptum, & Æthiopiam; ergo fortius dicetur Papam Christi Vicarium in hoc deseruire Deo, & hæc omnia posse facere. Neque obstat, quod Deus prohibuerit populo Israëlitico, ne debellarent gentiles habitantes in monte Seir, *Deuteronom.capit.2.* Nam ille Populus

non habebat potestatem, quam habet Christi Vicarius quoad vtrumque ouile fidelium, & infidelium. Item propter peccatum idololatriæ, & aliorum scelerum contra naturam, tradidit Deus populo Israëlitico terram Chananæorum, vt patet *Leuitic. c. 18.* & in aliis
31 locis sacræ scripturæ. Item si aliquando Deus † prohibuit Israëlitis, ne pugnarent contra Gentiles extra terminos Chananæorum, & aliorum à Deo assignatos sibi in possessionem, fuit à Deo assignata aliqua causa, qua cessante, non videtur prohibuisse eos, vt bellum inirent contra infideles, idololatras, & corruptores legis naturæ. Nam *Deuteronom. in d. cap. 2.* cum prohibuit, ne debellarent habitatores Montis Seir, dicit, transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos; videte ergo diligenter ne moueamini contra eos; neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest vnius pedis calcare vestigium, quia in possessionem Esau dedi montem Seir, & cùm dicit inferius in eodem cap. non pugnes contra Moabitas, neque ineas aduersus eos prælium; non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filiis Loth tradidi eam in possessionem, & sic prohibitum eis propter istas causas, videtur sibi concessum in aliis, *l. cum prætor. in princip. Digest. de iudiciis, c. nonne. de præsumpt.* Item *Deuteronom. capit. 10.* permissum est eis fecisse bellum contra alios gentiles extra terminos suos, vbi postquam dixit de modo debellandi, subdit, sic facies cunctis ciuitatibus quæ à te procul valde sunt, neque sunt de his vrbibus quas in possessionem accepturus es; ergo si id poterant facere fideles tempore antiquæ legis contra infideles, atque idololatras, multò magis permissum est humano Pontifici nouæ legis Christi Vicario hæc regna gentilium aliis posse concedere catholicis, vt Christi nomen propagetur.

32 Et sic fecisse pluries summos Pontifices † concedentes regna tam infidelium, quàm hæreticorum, experientia docuit, Alexander Papa VI. diuisit insulas occidentales, quas vocant mundum nouum inter Reges Castellæ, & Lusitaniæ, Iulius II. excommunicauit Petrum de Albret, & concessit eius regnum Nauarræ primo Regi catholico, qui illud occuparet, & alia
33 multa sunt huiusmodi exempla. Atque optima † est probatio, quæ sumitur ab vsu Pontificio, vniuersalis Ecclesiæ consensu comprobato, quo solo argumento nulla alia probatione egemus, & eodem Theologi veluti firmissimo, & validissimo vtuntur, & sufficere probat Francisc. Vergas *in tract. de auctoritate Pontificia confirmatione 12.*

Superest respondere ad rationes in contrarium allegatas. Ad primam respondetur falsò ascribi Aristoteli
34 ordinem † principandi esse beneficium naturæ, quia & Aristoteles cognouit legis naturalis libertatem, & Isidor. *in libro Etymologias.* translatiuè *in c. ius naturale. distinct. 1.* dicit quod omnium est vna libertas, & D. Augustin. *in lib. 19. de ciuitate Dei c. 14.* dicit, Deus voluit hominem irrationalibus dominari, non altero homine, & D. Thom. *in 1. parte, quæst. 96. artic. 4.* hominem de iure naturæ ius dominandi non habuisse probat. I-
35 tem negatur † Papam subtrahere Principatus propter infidelitatem: hoc enim non fit, nec de eo disputamus. Sed Papa transfert regna infidelium ad fideles ex dispositione *c. translato. de constitutionibus.* vt probaui supra, quia iusti tulerunt spolia impiorum, *Ecclesi. c. 10.* & fideles possunt principari ipsis.

Ad confirmationem respondetur, satis probatum
36 esse supra *in c. 1.* dominium † esse de iure diuino, & loca sacrorum Theologorum asserentium esse de iure gentium, intelligi respectu iuris agendi in iudicio, & consequendi, vt ibi diffusius scripsi; ergo fundatur in gratia, & infidelitas est iusta causa, vt quoties Ecclesiæ videtur, transferat dominium penes fideles, vt scripsi in prima responsione.

Item negatur Deum generaliter approbare regna † gentilium in testamento veteri; nam Esaiæ *c. 45.* ap- 37
prehēdit dexteram Cyri, vt ex malo eliceret bonum, nimirum Regis Balthasaris necem, de quo scripsi supra *in cap. 4. num. 21.* Ergo Reges illi fuerunt tolerati ad aliquem bonum finem, & illa solum dicemus iusta dominia quæ sunt à Deo data, vel ab Ecclesia confirmata, alia verò in vsurpatoribus permissa, vt scripsi supra *in cap. 8. num. 10.* Et in testamento nouo Romanorum Imperium fuit approbatum, vt scripsi supra *in cap. 5.* ergo ab approbatione iustum fuit eorum dominium.

Item locus D. Pauli *ad Roman. cap. 13.* esse obediendum ait, † Principibus, de ethnicis non loquitur, sicut 38
corruptè allegatur, sed quatenus de illis intellexerit; Primò, loquitur Imperio Romano approbato, vt dixi: Item textus seipsum declarat. Nam scribit ad Christianos, quibus consulit, obediendum esse Principibus ne peccent; nam Principes non sunt timor boni operis, sed mali: vis ergo non timere potestatem, bonum fac, &c. ergo non simpliciter mandat obediendum esse Principibus Ethnicis, sed vt secundùm conscientiam bonum faciant, & ita ratio † restringit dictum 39
gloss. *in c. consuetudo. distinct. 1.* Et in his terminis dicit expressè textus *in cap. solitæ. de maior. & obed.* Eodem modo scribendi vsus est D. Paul. *in 1. ad Timoth. cap. 6.* hortando seruos, vt honorent Dominos suos etiam infideles, propter rationes, de quibus per eum, ergo rationes attendendæ, quæ dictum generale restringunt. Sed ex illis monitionibus non fundatur iustum dominium in personis Ethnicorum: nam Paulus, qui hoc dicit, non erat summus Pontifex: Nos autem loquimur de Papa Christi Vicario, cui omnes oues commissæ sunt, & Papa † maior est administratione Paulo, 40
cap. 1. distinct. 20. cap. sacrosancta. distinct. 22. & Papa dispensat † contra Apostolum in his, quæ non concer- 41
nunt articulos fidei, gloss. *in c. sunt quidam 25. quæstion. 1.* Hostiens. *in summa de bigamis, vers. & an cum bigamo.* Præposit. *in cap. lector. distinct. 33.* gloss. & cæteri Canonistæ *in c. proposuit. de concess. præbend.* Præterea tempore illo primitiuæ Ecclesiæ, non poterat Ecclesia de facto punire infideles, & transferre † eorum re- 42
gna, cum tunc nouo germine pullulabat, & nondum erat completa Prophetia: *Et adorabunt eum omnes Reges terræ. Psalm. 71.* Sed nunc Ecclesia dilatata, cur negabitur Papæ Christi Vicario talis potestas? Hoc argumento vtitur D. Augustin. *in Epistola 204. ad Donatum.* & habetur *in cap. displicet. 23. quæst. 4. ibi, & non attendis:* quia tunc prima Ecclesia nouo germine pullulabat, nondumque in ea completa fuerat illa Prophetia *(& adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei)* quod vtique quanto magis impletur, tanto maiore vtitur Ecclesia potestate, vt non solum inuitet, sed etiam cogat.

Ad 2. respondetur, quod *c. charitas* † procedit, reducendo illos ad bonos mores, & vitam æternā, vt textus 43
ipse declarat, *in vers. proinde.* Sed quia charitas vnicuique est impendenda secundùm eius conditionē, gloss. ibi *in ver. particip.* & eorū regna & iurisdictiones trāslata sunt in Christum, eiusque Vicarium, summa charitas est dando infidelibus rectorem, qui defendat prædicatores verbi Dei, illosque reducat ad fidem.

Ad 3. respondetur, prout dictum est ad primā in fine.

Ad 4.respondetur, prout dictum est ad confirmationem primæ rationis, & ad locum D.Petri *in 1.epi-*
44 *stola c.2.ibi.subditi* † *estote,&c.* Respondetur quòd Petrus considerauit illud tempus pullulantis ecclesiæ, ne magnum generaretur scandalum, quia subdit ratione: Ne Christiani dicant, quis est iste Christus qui seruos nostros aufert, quæ ratio restringit dictum, & ea cessante hodie ecclesia dilatata, cessat & dictum, & hæc responsio confirmatur ex his quæ nunc dicam ad sequentem.

Ad 5.respondetur, quòd ratio sanctæ matris eccle-
45 siæ,† quam facit contra infideles, & Saracenos, ostendit penes ipsos non esse iustum rerum dominium, erat enim hoc modo: *Deus in cuius manu sunt omnium potestates, & omnium iura regnorum, respice in auxiliũ Christianorum, vt gentes paganorum, quæ in sua feritate confidunt, dextera tuæ potentiæ conteramus.* Et hæc sola oratio sufficeret, quia ecclesia non potest errare.

Cùm igitur bellum ex parte infidelium paganorũ
46 sit iniustum, ipsi dicuntur potius latrones,† quàm hostes; ergo Christianus illorum captiuus potest cum bona conscientia aufugere ab illorum manibus. Hoc fundamentum multis similibus comprobatur. Primò,
47 si quis fuerit à carcere † relaxatus cum iuramento de redeundo, non tenetur redire, si carcer fuerit iniustus, gloss.*in clem.pastoralis in ver.violẽtiam.de re iud.* Abb. *in c.si verò.col.4.de iureiur.* gloss.*in c.ius gentium. dist.1.*
48 *& ibi Alex.col.pen.* Item iniustam † gabellam licitum est fraudare sine peccato. Felyn.*in c.1.de constitut.* Item
49 si quis fuerit relaxatus à bello † iniusto cum iuramento de redeundo, non tenetur redire, Abb. *in c.sicut, in 3.de iureiur.* Anchar.*in c.possessor.in 3.quæst.de regul.iur.*
50 *li.6.* Item si quis fuerit iniustè damnatus† ad mortem, fugiendo, non peccat, D.Thom.*in 2.2.quæst.69.art.4.* quia huiusmodi iniustitiæ sunt similes videntiæ latronum, de quibus per Ezech. *c.22. Principes in medio eorum, quasi lupi rapientes prædam ad fundendum sanguinem.* Vnde gloss.*in c.ius gentium.dist.1.* dicit, si bellum est iustum, qui capitur, efficitur seruus capientis, *c.dicat.23.q.5.* & tunc captus peccat, si recedat à suo domino, *c.si quis seruum.17.quæst.4.* Sed si bellum non est iustum, licitum est aufugere, *l.nihil interest.ff.de captiu.* & hoc sentit Innoc.*in c.olim.in 1.de restitution. spoliat.* & illam glossam sequuntur communiter omnes Canonistæ.

51 Et licet de iure capti † ab hostibus, etiam in bello iniusto efficiantur serui illorum, *l.postliminium, in princip.in ver.per iniuriam.ff.de captiu.* per quod Fulgos.& Ias.*in l.ex hoc iure.* reprobant illam gloss.tamen aliqui dicunt, legem ciuilem id statuisse: Primò quia si Imperator decreuisset, esse liberos, illi non seruassent, & sic esset ludibrio dictum, contra *l.si prætor.ff.de iudi.* Item quia Imperator hoc constituit ex quadam tacita concordia, vt ipsi capti non occiderentur, vt dicit Archidiacon.*in d.c.ius gentium.* Item quia si ipsi essent liberi, quoad bona eorum acquirerentur hostib. ex regula *l.placet.ff.de acqui.hæred.* & ideo tam quoad nos, quàm quoad hostes reputantur serui: Item quia hostes possent illos cogere ad contrahendum in nostri præiudicium, vt dicit Io.Fab. *in §.si ab hostibus. Inst.quib.mod. ius patriæ potest.solut.*

52 Et stant simul, vt fiant serui † de iure, & si fugiendo recuperent libertatem, non peccent, *l.in laqueum.ff.de acquir.rerum dom. l.& seruorum. §. iure gentium.ff. de stat.hom.l.adeo.in princip.ff.de acquir.rerum dom.* Propter quas igitur rationes diximus Imperatores statuisse etiam nostrates captos ab hostibus effici seruos: Propter easdem D.Paul.*in 1.ad Timoth.cap.6.* hortatur seruos, vt honorent Dominos suos, addendo rationes vt ibi per eum. Imò etiam de iure canonico episcopus captus† ab infidelibus, & schismaticis, efficitur illorum seruus, *c.si episcopus.de suppl.end. neg.prælat. lib.* 53
6. & Papa decreuit propter easdem rationes, cùm re vera hostes non sint, & domino careant, atque latrones dici merentur.

Ad locum Hostiensis dicitur, non bene fuisse allegatum, ipse enim concludit, si quis furatur Christianos† detentos à Saracenis; non tenetur, & est argumẽtum *c.dominus.distinct.23.* Nisi hoc esset factum tempore treugæ, quia tunc hominis æstimationem soluere tenetur, *c.nulli 22.q.1.* D. Antonin. *in summa part.2. titul.2.c.15.§.1.* quia capitula pacis, & treugæ sunt seruanda propter bonum commune, vt not.*in c.1.de pac. & treuga,* & per Modernos *in l.conuentionũ ff. de pact. & in titulo de pace tenenda, in vsibus feudorum.* 54

Ad 6.dicitur, quòd quamuis ecclesia † ritus infidelium toleret, in matrimoniis tamen non approbat; 55
nam dicit textus, quod enim permittimus, nolentes permittimus, quia malam voluntatem ad plenum prohibere non possumus, *c.hac ratione 31.q.1.* Sed in dominio, & iurisdictione non tolerat semper, quia sunt eorum incapaces, & esset longa tolerantia in præiudicium fidelium, ad quos translata sunt iura regnorum ex præcepto Dei, iubente tamen ecclesia, vt dixi.

Ad 7.dicitur, quòd infideles † non ligantur constitutionibus apostolicis, quo ad spiritualia, & ideo de 56
his, qui foris sunt, nihil ad nos, *c.gaudemus, de diuort.* & cum ipsi non sint de ecclesia, non potest ecclesia illos excommunicare, sed alias pœnas inferre potest, *c. post miserabilem.de vsuris.c.postulasti.de Iudæis.cap.sæpe. cum ibi notatis.28.q.1.* Item nihil ad nos de his, qui foris sunt, quia non possunt præcisè compelli ad fidem, sed voluntate† sunt inducendi, *vt in d.c.qui sincera. &* 57
c.de Iudæis.dist.28. & ita declarant Innoc. & Host. *in d.c.quod super his.de voto.* Host. *in summa.in titu.de Iudæis §.in quibus grauentur vers.& sic.* Oldrad: *in consil. 35.infra scripti.* Ancharan.*in c.ea quæ in 6. q.de reg.iure lib.6.& in consil.15.spiritualis.* Sed quia dicti infideles non viuunt in omnibus secundùm legem naturæ, vt patet ex cursu vitæ eorum; & signanter, quia detinent terras, quæ fuerunt Christianorum, atque impediunt, ne possimus terram sanctam Hierusalem, Christi redemptoris nostri sanguine consecratam recuperare, atque nos quotidie infestant, & infestare parati sunt, ergo contra illos agi potest solum ex eo præcepto naturæ: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris:* cuius executionis Papa† est auctor, Cardinal.de Turrecrem.*in d.c.dispar.23.q.6.* 58

Deniq; aduertendum est ad sensum verborum D. Pauli, si quidem non est negare sibi adesse potestatem super infideles, si ea vti vellet, sed quòd nõ oportebat idq; nullius vtilitatis esset. Nã † cùm præmiserit, si is qui nominatur frater inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiẽs, &c. cum huiusmodi neq; cibum sumere, & paulò ante, nõ commisceamini fornicariis, non vtiq; fornicariis huius mũdi, aut auaris, aut rapacib. aut idolis seruientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exisse, quasi dicat, hoc esse impossibile vobis, quia totus ferè mũdus plenus est huiusmodi hominibus paganis, ideo nisi cũ illis non potestis conuersari: Interdixit itaque Apostolus communicationem cum fratribus publicè peccatoribus, non cum paganis, qui extra ecclesiæ gremium sunt. Subdit rationem: Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? vt eorũ vobis interdicam consortium, & in eos feram sententiã 59

excommunicationis, id est, quænam vtilitas mihi est, illos excommunicare, & sententia ecclesiastica punire; nam neque illi obedient, neque excommunicationis sententia in alios ferenda est, quàm fideles: Et huic expositioni videtur assentiri Abulensis super Matth. *q.*19.*in q.*63. In his verbis: Quid enim mihi de his qui foris sunt, iudicare, id est quæ vtilitas ex hoc prouenit,
60 quia correctio ecclesiastica † ordinatur ad salutem, & animæ correctionem modo si in eos feram excommunicationem, & ipsi pareant, nulla inde prouenit vtilitas ad salutem illorum, quia sine hoc sunt in statu damnationis propter infidelitatem, sed nulla ferenda est in aliquos sententia, à qua nulla speratur vtilitas. Paulus ergo non tulit sententiam in paganos, qui non erant subditi ecclesiæ, neque negauit se posse talem ferre sententiam in illos, & ita non dixit, non possum eos, qui foris sunt iudicare, sed quid mihi de his qui foris sunt iudicare? id est nullam habeo vtilitatem, eos sic punire. Et demonstraui nuper Ecclesiam posse huiusmodi paganos & infideles iudicare.

Ad 8. dicitur, ex prædictis patere opinionem Inno. esse reiectam, & propterea Oldrad. *in d. consil.*72. dicit, salua reuerentia Innoc. opinionem Hostiensis esse veriorem, & cùm hanc opinionem amplectatur sancta mater ecclesia, & quando videtur expediens, illam exercet, non deberent Christiani scriptores illam veneno afficere.

CAP. XXV.

Resoluuntur rationes relatæ supra *in cap.* 17. contra quos ostenditur Papam habere iurisdictionem temporalem directò, non autem ratione peccati.

SVMMARIA.

1 *Papa concurrit cum omni iudice ordinario.*
2 *Papa non concurrit cum iudice feudorum.*
3 *Iurisdictio feudalium pertinet ad dominum feudi, priuatiuè ad alios.*
4 *Prorogari non potest iurisdictio domini feudi.*
5 c. nouit. de iudic. *intelligentia.*
6 *Rex Angliæ pro quibus præstitit homagium Regi Franciæ.*
7 *Papa habet potestatem iudicandi vltra petita.*
8 *Papa quando non turbat iurisdictionem Regis, & nu.* 13. *& nu.*15.
9 *Papa quando est iudex ordinarius in causis feudalibus.*
10 *Actio personalis ad feudum exercetur coram Paribus Curiæ.*
11 *Feudum ligium quale sit.*
12 *Causa feudi ligij agitur coram solo Rege.*
14 *Princeps quando cognoscit de causa propria.*
16 *Imperator consequitur iurisdictionem à Papa.*
17 *Imperator diuersis respectibus dependet à Deo, & à Papa.*
18 c. cum ad verum. distinct. 96. *declaratur.*
19 c. duo sunt. distinct. 96. *declaratur.*
20 *Papa non fundat suam iurisdictionem per donationem Constantini.*
21 *Directus dominus feudi potest illud emere à vasallo.*
22 c. nos si incompetenter. 2. q. 7. *declaratur.*
23 c. tuam. de ordine cognit. *declaratur.*
24 *Articulus Ecclesiasticus incidens, remittitur ad forum Ecclesiæ.*
25 c. causam quæ, qui fil. sint legit. *declaratur.*
26 *Causa proprietatis an & quando debeat agi coram iudice possessionis.*
27 *Papa quare non impedit inferiores iudices.*
28 *Causæ spirituales in primis instantiis expediendæ coram locorum ordinariis.*
29 *Appellatio quare non permittatur ab Imperatore ad Papam.*
30 Extrauag. meruit. de priuileg. *declaratur.*
31 *Ratio legis correctæ potest allegari.*
32 *Ratio, quæ nunquam fuit scripta in lege, potest allegari.*
33 *Dominium directum potest esse penes duos in solidum.*
34 *Reges qui non recognoscunt Imperatorem, debent recognoscere Papam.*
35 *Exempla testamenti veteris non esse alleganda.*
36 *Tributi solutio, de qua in Matthæi* 17. *non importat subiectionem.*
37 *Tributi solutio de qua in Matthæi* 22. *non probatur ex debito.*
38 *Tributum fuit solutum pro Christo, & Petro ad euitandum scandalum.*
39 *Tributum non fuit solutum pro discipulis.*
40 *Tributum quod fuit solutum, non fuit de numis propriis.*
41 *Christus, & sui quare erant immunes à solutione tributi.*
42 *Scandalum in solutione tributi, quale fuit.*
43 *Scandala abhorruit Christus.*
44 *Scandali vitandi causa omittitur veritas iuris positiui, non iustitiæ naturalis.*
45 c. si tributum. 11. q. 1. *declaratur.*
46 *Clerici non sunt subditi sublimioribus potestatibus laicis ex præcepto Pauli.*
47 *Laici sunt subditi sublimioribus potestatibus clericorum ex præcepto Pauli.*
48 *Textus* D. Pauli ad Rom. cap. 13. *declaratur de sublimioribus potestatibus clericorum.*
49 *Papa quare committat Imperatori exercitium temporalis potestatis.*
50 *Romulus distinxit officia sacerdotum à secularibus.*
51 *Pontifices antiqui præerant religioni, & reipublicæ.*
52 *Druydæ in Gallia præerant spiritualibus, & temporalibus.*
53 *Sacerdotes ab initio fuerunt iudices negotiorum secularium.*
54 *Moyses habuit vtramque potestatem.*
55 *Auctoritas pauciorum non obstat contra communem.*
56 *Definitio iurisdictionis ecclesiasticæ quæ reprobetur.*

VLtimo resoluendæ sunt rationes cumulatæ per Nauarrum, & alios relatæ supra *in capit.* 17. Ex quarum responsionibus clarior euadet nostra conclusio, nimirùm Papam temporalem iurisdictionem habere directò, ac temporaliter, non autem ratione peccati.

Ad primam, distinguendum est, quia respectu iurisdictionis ordinariæ, Papa † concurrit cum omni iu- 1
dice illam habente, est enim Papa iudex ordinarius ordinariorum omnium hominum, ad Bald. *in titulo de pace Const. in prin.* allegat gloss. 1. *in princip. in auth. de hæredib. & Falcid.* Aut loquimur de iurisdictione respectu causarum feudalium tantum, & in hac Papa non

non vult concurrere, quia relaxauit iurisdictionem, vt solus dominus feudi cognoscat etiam clericos feudatarios, *c.ex trāsmissa,& c.verum.de foro compet.* quia
3 illa iurisdictio † competit domino feudi priuatiuè ad alios, *c.1.§.praeterea. de prohib.feud. alie.per Feder.* & in caeteris is iudex feudi habetur, vt priuatus, quia eius iurisdictio non potest ad causas dissimiles extendi:
4 vel prorogari, † vt per Doct. *in l. testamenta C.de testam.* per illam legem ibi Cyn. Bal. Salyc. Alex. & Ias. Cyn. *in l.1.C.de iurisd.om.iudic.* Bald. *in c.de causis.col. 13.de offic.deleg.* Socin. *in c.significasti n.30. de foro compet.* Felyn. *in c.caeterum nu.2.de iudic.*

5 Tunc dicitur, quòd *d.c.nouit.* non † loquitur de iurisdictione ordinaria, sed de iurisdictione respectu causae feudalis, in qua Papa non vult cum Rege, quia generaliter hanc iurisdictionem relaxauerat, *d.cap.verum, & d.c. ex transmissa.* propterea dicit, non est intentionis nostrae turbare iurisdictionem Regis, ad quem solum pertinet.

6 Etenim Rex Angliae † praestiterat fidem & homagium Regi Francorum propter regionem, quam habebat circa mare praeter Comitatus Osae, & Guines, vt refert historia. Igneus in repetitione *l.5.§.non alias n.415.ff.ad Syllanian.& in disputatione: An Rex Fräciae recognoscat Imperium, nu. 42.* Inter hos Reges ortae sunt lites, & bella mota, tandem transactione inita, atque iurata, Rex Franciae iterum Regem Angliae infestabat contra pacis capitula, Angli Regis consilium non erat iterum transactionem reuocare in dubium, sed illi insistendo egit coram Papa per denuntiationem euangelicam super obseruantia pacis, qui huius negotij iudex est ordinarius, vt idem Pontifex de seipso probat *in d.c.nouit.vers.postremo.* & nos hoc idem latissimè probabimus inferius.

7 Et licet † Papa supremus iudex habeat potestatem iudicandi vltra petita, presertim si cognoscat sola facti veritate inspecta, Ias. *in l.vinum & in l.certi condict. §. si numos.ff.si cer.pet.* Atque reiecta regula *l. vt fundus cum vulgaribus ff.communi diu.& l.final ff.de fideicommiss.libert. c.licet Heli.de Simonia.* Potest determinare negotium secundùm ius gentium, Bar. *in extrauag. ad reprimendum in ver. videbitur.* Bald. *in l. nomen C. de senten.* Grammatic. *decis.13.nu.3. & decis.19.* Imò potest cognoscere etiam de incidentibus, ex *l.quoties de iudic.* & de annexis, *l.nulli prorsus.C.eo.tit.* Tamen sicut non expediebat Anglo reuocare in dubium transactionem, ita noluit Pontifex vltra petita manus apponere, presertim circa ea, quorum iurisdictio specta-
8 bat ad solum Regem. Propterea dixit, † non est intentionis nostrae turbare iurisdictionem Regis, nimirum cognoscendo de tota causa feudi. Quare ex eo textu inferri non potest, Iurisdictionem ordinariam Regis, differre à iurisdictione ordinaria Papae.

9 Nec obstat quòd Papa sit iudex ordinarius † in causis feudalibus inter subditum, & dominum quando pares curiae vel eligi non possunt, vel dubitatur de paribus, vt firmauit Praeposit. *in c.1.in prin.n.5.col.5.titulo, Apud quem, vel quos.* Curt. *in pract.de feud.part.7.n. 35.limitation.1.* Menoch *de retinend.possess.rem.3.num.*
10 *446.* Praesertim quia Rex Fräciae agebat actione † personali ad feudū, quo casu causae cognitio non pertinet ad pares Curiae, sed ad iudicem ordinarium. Inno. *in c.caeterum nu.4.de iud.* Bellam. *nu.15.vers.quinto quaero.* Alex. *in consil.79.n.1.vol.1.* Raynaud. *in c.1.§. praeterea si inter nu.11.de probib.feud.alien.per Federic.*

11 Quia hoc non proceditur, vbi agitur de feudo ligio, in quo iuratum est homagium, & dicitur feudum ligium, quando recipitur ab eo, qui non recognoscit superiorem ratione feudi, Bal. *in praelud.feud.num. 52.* Aluarott. *in praelud.diuis.13.* Sonsbecc. *in tract. de feud. parte 3.n.20.* Quo casu coram solo Rege † directo do- 12
mino agendum est, seclusa qualibet alia persona, Cur. *in tract.de feud.part.1.quaest.3.in 2.eff. & .* Ias. *in praelud. feud.numer.112.* Sonsbecc. *de feud.part.4.num.26.* Petr. Gregor. *de concess.feud.part.5.quaest.8.col.fin.* Capyc. *in inuestitur. Rubric. feudorum generalia vers. ligium conclus.11.* Et procedit, etiamsi is qui recipit feudum esset Imperator, vel Rex. Nam directus dominus feudi ligij, iudex est competens contra eos, Bald. *in consil.275. col.fin.vol.2.* Soc. *in c.ex transmissa num.36.de foro compet.* Nam respectu feudi semper inferiores censentur, Bald. *in l.sed si haec §.si liberta.ff.de in ius vocand.* Zasius *in tract.de feud.part.7.n.19.* & statim quòd feudum ligium recipit, se illius iurisdictioni submisit, Bald. *in c. quae in ecclesiarum nu.21.de constit.*

Propterea dixit Papa † se nolle turbare iurisdictio- 13
nem Regis, & cùm Regi Franciae sit promissa fidelitas, nullius altera fidelitate seruata sitque supremus Princeps, † iure optimo potest cognoscere de causa 14
propria, Bart. *in l. proximè nu.1.ff. de his quae in testam. delent.* vbi idem dicit esse de ciuitatibus, quae superiorem non recognoscunt, & *in l.1.nu.3.C.ne quis in causa propria & in l. & si Tiberius circa medium. ff. de haer.instit.* Addentes ad Felyn. *in c.cum venissent.de iudic.* Quare Papa † cùm non sit iudex competens, nec aga- 15
tur de ordinaria sua iurisdictione, iure dixit, se nolle turbare iurisdictionem Regis directò, cognoscendo de tota causa feudali.

Ad 2. negatur iura humana Imperatores † esse con- 16
sequutos à Deo; Satis enim superque probatum est supra *in c.18.* hanc temporalem iurisdictionem consequi à Papa, qui Imperatorem cōfirmat sibi iurantem fidelitatem, & homagium, quem ex causa priuare potest, & ad sui libitum imperium transferre.

Ad iura allegata per Nauar. in confirmatione suae rationis, respōdetur primo generaliter, quòd aliquid dependere † à Deo stat dupliciter, vel ordinatiuè, vel 17
executiuè; sicut dicimus quòd diuina prouidentia non excludit causas secundas, sed executrices ipsas facit; quoniam ad prouidentiam duo requiruntur, nimirum ordinatio, atque ordinis executio; vnde dicimus Deum, quò ad ordinationem regere, & gubernare ista inferiora, cùm sit primum mouens non motum, ipsum autem non minus mouet, quàm secundo mouentia, sed magis, quia sine eo non mouent alia: Imperator ergo quo ad Dei ordinationem dependet à Deo, sicut & Papa, quia Deus ipse omnia regit, ac prouidet; sed quò ad executionem ordinis Christus vnum constituit caput Ecclesiae suum Vicarium, vt probatum est supra *in d.capit.18.* qui instituit, confirmat, & iudicat Imperatorem; ergo à Papa dependet. Et ideo secundo specialiter respondetur, non obstare *capit.* † *cum ad verum. distinction.96.* Nam cùm Papa 18
Imperatori commiserit gladij temporalis executionem, nō debet ea sibi vsurpare, quae Imperatoris sunt, id est gladij temporalis executionem, quod intelligitur, nisi ex causa, nam, vt dictum, ex causa priuare, & transferre potest.

Ad 3. nimirum *ad c.duo sunt.* † *distinct.96.* responde- 19
tur eodem modo, pro vt nunc dixi *ad c. cum ad verum.* Sic breuiter, remittendo, respondemus, quando omnia fuere prius copiosè explanata. Et aemuli conscribentes hanc quaestionem postquam octo mensibus studuerint huic operi, omni prorsus ratione carent, dicentes, à difficillimis textibus me sicco pede pertransire.

20 Ad 4. negatur Papam † fundare iurisdictionem suam per donationem Constantini: quia probatū est supra habuisse, & habere totam potestatem, quam habuit Christus dominus noster, tam in spiritualibus, quàm temporalibus, & acceptando donationem Cōstantini, atque aliorum Imperatorum, sibi non præ-
21 iudicauit, quia etiam directus † dominus emens feudum à vasallo, contrahit vt priuatus, non vt dominus, de quo per Caccheran. *in decision. Pedemont.* 156. *col. final.* & de hoc latius dixi supra *in cap.* 5. Item ad comparationem factam in illa palea *capituli nostri incom-*
22 *petenter.* † 2. *quæst.* 7. *in §. item cum Balaam.* ex aduerso allegato per Nauar. quòd sicut Ozias à Domino percussus est, quia sacerdotum officia vsurpare non licuit, sic sacer dotibus, & prophetis Regū officia vsurpare non licuit: Aduertendum est, textum *in secundo libro Paralipomen. capit.* 25. de Ozia tantùm loqui, qui lepra percussus est, cùm sacerdotum officia vsurpare volebat: At de sacerdotibus, Regum officia vsurpare volentibus, verbum nullum. Ideo pars ista comparationis in illa palea posita, intelligenda est, pro vt respondimus *ad d. c. cum ad verum. distinct.* 96. nimirum, cùm Papa iurisdictionis temporalis exercitium Imperatori commiserit, illam de facto auferre non debet, quod potest cum causa, quia Imperatorem sibi iurantem confirmat, & ex causa priuare potest, & ad libitum Imperium transferre, vt sæpius superius exarauimus.

23 Ad 5. respondetur, quòd comparatio, atque similitudo Solis & Lunæ ad Papam, & Imperatorem est data respectu excellentiæ, à qua non infertur ad dependentiam: Et clarum est ex dictis supra *in c.* 18. Imperatorem dependere à Papa.

Ad 6. respondetur, non bene allegari textum *in c. tuam. de ordin. cognit.* cùm dicant aduersarij, ibi Papam negare se posse de successione cognoscere; ergo Papa non habeat iurisdictionem temporalem: Quia causa agebatur coram laico de successione, pro vt habetur expressius *in c. lator. qui fil. sint legit.* & fuit oppositum
24 de illegitimitate, atque † articulus hic incidens ad forum ecclesiasticum, cuius est proprium, transmissus, pro vt sæpius accidere solet tribunalibus, Franc. *in decis.* 512. & scripsi de hoc *in parte* 4. *casu* 101. *num.* 12. & *sequen.* Sed ex his inferri non potest, ergo Papa non habet iurisdictionē in temporalibus, quia Papa qui omnia potest, non potest omnia expedire, ideo non impedit inferiores iudices subalternatos iuxtà ordinem negotij.

25 Ad textum *in c. causam* † *quæ in* 2. *qui fil. sint legit.* respondetur Papam reuocare commissionem quo ad causam spolij parte opponente: nam quæstio possessionis nullam habet connexitatem cum causa proprietatis respectu iurisdictionis: Ideo habens cogni-
26 tionem † proprietatis incidenter, vel consequutiuè, non habet necessariò cognitionem possessionis, sic limitatur *cap. final. de iudiciis.* Neque obstat quòd iudex proprietatis est etiam iudex possessionis, *cap.* 1. *de caus. possess. & propriet. cum similib.* Quia hoc est verum quando tractatur de proprietate principaliter, secus si incidenter, vt *in dict. cap. causam.* Item potest esse parte non opponente; Sed hic Rex fuerat conquestus.

Et ex his omnibus inferri non potest, ergo Papa non habet iurisdictionem temporalem, quia, vt di-
27 xit, cùm omnia possit, non potest † omnia expedire, ideo non impedit inferiores iudices subalternatos, sic in simili, in causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus decisum est *in concil. Tridentin. sess.* 24. *in cap.* 20. quòd causæ omnes † etiam spirituales in primis in- 28
stantiis coram locorum ordinariis expediantur: Nisi in casibus *c. licet. de foro compet. c. tanta, qui fil. sint. legit.* sed hæc excepta confirmant iurisdictionem in aliis, Andr. *in c. imperialem num.* 81. *de prohib. feudi alienat. per Federic.*

Ad 7. respondetur, quòd Imperium dependet à Papà, vt latius probaui *in capit.* 18. Sed ideo non appellatur † ad Papam, quia Imperatori fuere omnia con- 29
cessa, ita respondet Andreas de Isernia *in d. c. imperialem. num.* 81. fallit in casibus expresè reseruatis, vt *in cap. pro humani. de homicid. libr.* 6. Item in crimine læsæ maiestatis, Andreas *in proœmio Constitutionum regni*, quem citat Afflict. *in præludiis Constitutionum regni, quæst.* 21. *num.* 7. cum aliis limitationibus, vt ibi per eum. Sed hæc excepta formant regulam in aliis, *l. nam quod liquidè §. final. ff. de penu leg. cum vulgaribus.*

Ad 8. respondetur, quod Martinus Papa V. *in d. extrauagante*; † *meruit.* declarauit duntaxat per hanc no- 30
stram *extrauagantem vnam sanctam.* nullum fieri præiudicium iurisdictioni Regis Francorum, & sic reposuit ipsum in statum, quem habebat ante hanc præsentem constitutionem. An autem id debuisset fieri, modestis relinquo cogitandum, quia ab amicis honesta petenda sunt. Sed Martinus non derogauit iuribus ecclesiæ, quæ obtinet super illo regno, de quibus inferius sum tractaturus *in cap.* 28. Imò quantumuis correxisset nostram extrauagantem quò ad dispositionem Pontificiam, adhuc potest ista extrauagans allegari in suis rationibus, si quidem † correcta lege, non 31
sunt correctæ eius rationes, quæ sunt æternæ, & immutabiles, vt not. Abb. *in c. non debet. de consanguinit. & affinit.* Anton. de Butr. & Immol. *in capit.* 1. *de constitutionib.* Ioan. Andr. & Geminian. *in cap. §. illum autem. de restituit. spoliat.* per textum *in l. has obligationes ff. de cap. diminut.* Vnde sicut ratio, † quæ nunquam 32
fuit scripta, potest in lege allegari, *cap. ratio nulla, & ibi Doctor. de præbend. l. scire oportet §. sufficit ff. de excusat. tutor.* Ita poterit allegari ea quæ remanet, & semel à iure probata est.

Ad 9. respondetur, quod duo possunt insolidum habere directum dominium, † alter in vniuerso, alter 33
in singularibus locis. *leg.* 3. *in princip. ff. de re iudic.* Bartol. *in libr.* 1. *§. per hanc ff. eodem. titul.* Et diffusè scripsi totam istam materiam *in capit.* 20. Vbi tractaui de dominio vniuersali Papæ, & dominio vniuersali Imperatoris.

Ad 10. respondetur, pro vt dictum est supra ad secundam.

Ad 11. respondetur, sicut diximus nuper ad secundam, & quòd imperium, & Imperator dependeant à Papa, satis superque probauimus superius *in capite* 18. & dictam constitutionem Ludouici Imperatoris reiecimus etiam supra *in capit.* 19. *num.* 13. *& sequent.* ex quibus apparet etiam quod litteræ Philippi Pulchri Regis Francorum non erant allegandæ, præsertim in confirmatione *d. extrauagātis, meruit.* de qua dixi nuper in responsione ad 8. quòd autem † Reges qui non 34
recognoscunt Imperatorem in temporalibus, debeant recognoscere Papam in temporalibus, scripsi supra *in cap.* 21. *num.* 22. & scribam latissimè infra *in toto cap.* 26.

Ad 12. 13. & 14. rationes, respondetur, facta testamenti † veteris non esse trahenda ad exemplū actio- 35
num nostrarum, pro vt dicit text. *in c. si quis per vetus* 22. *quæst.* 2. Tunc enim Samuel Regem Agag, in frusta concidit, quòd hodie non permittitur, *c. sententiam* san-

*sanguinis.Ne clerici,vel monachi.*Ita formaliter respondet Gratianus *in d.§.sed notandum.in vers.his ita respōdetur.* Sed clarius loquendo, distinguendum est, facta veteris testamenti, aut esse ceremonialia, aut iudicialia: prima quidem principaliter instituta ad figurandum Christi mysteria, quæ cū completa sint, non obseruantur: Item iudicialia, neque amplius obseruantur,nisi fuerint renouata ab habente facultatem legis condendæ, D. Thom. *in prima 2.quæst.99. & 100.& 101.& q.104.artic.3.* tunc sic,exempla,quæ non verificantur in persona Christi, & quæ disponebant ad bonum charitatis, post euangelium diuulgatum extincta sunt, quæ autem verificantur, fuerunt renouata in lege euangelica, cuius caput constituit eius Vicarium Petrum.

36 Ad 15. respondetur, quòd solutio tributi, † de qua in textu Matthæi *cap.17.* non importat subiectionem, quia Cæsaris imaginem reddendam esse iussit, vt litera textus declarat, & nihil aliud potest importare, quàm Imperij approbationem,vt dixi *in cap.5.num.4.* Item solutio tributi, de qua in textu Matthæi *cap.22.* non probat subiectionem: Primò, quia illa solutio

37 non fuit ex debito: † nam iussit Christus soluere tributum, ne publicani scandalizarentur, ergo præsupposuit esse immunes, probatur consequentia, quia aliter si debuissent tributum soluere, certè Christus fraudem facere voluisset, quod nulli hominum po-

38 test in mentem cadere. Item Christus † causam suam coniunxit cum Petro, atque dixit, ne scandalizemus eos, & re vera verbum pluralis numeri, refertur ad ambos,pro quibus tributum fuit exsolutum:Nec fuit

39 † solutum pro discipulis:ergo verbum scandalizemus ad ipsos applicari non potuit: Imò cùm tributum soluendum erat per singula capita, vt ibi D.Hieronymus declarat, dum non iussit solui pro discipulis, voluit significare, eos esse immunes, in quo genere Petrus etiam erat. Item Ioannes Maldonatus aduertit,

40 hoc tributum † scandali vitandi causa solutum non fuisse de nummis propriis, quos in loculis Christus habebat ad se,suósque alendum,sed ex primo pisce, quē hamo caperet, ita voluit ostendere tributum non deberi:Item quia soluisset pro omnibus: Item Christus

41 †non tenebatur,quia erat filius Regis.*Psalm.33.& 44. & 91.*& Lucæ *cap.19.*& Ioan.*cap.12.*& filij Regis erant immunes à tributis,sed coniungens causam suam cum Petro, qui locum eius specialiter tenebat, dixit: *primum piscem tolle, & aperto ore inuenies staterem,illum sumens da pro me,& te,* itaque causa vitandi scandali ad ambos pertinet,ergo sicut Christus non tenebatur,sic & Petrus.

42 Scandalum † quidem proueniebat ex ignorantia, vt aduertit Cardinal.de Turrecrem.*in c.si tributum 11. quæst.1.num.1.* quia colligentes tributa erant gentiles, legem, & prophetas ignorantes, propterea nesciebant Christum esse à tributi solutione immunem:

43 quantum autem Christus abhorruerit scandala,† satis patet ex eius gestis: nam licet non ignorauerit Iudas Iscarioth eum proditurum: tamen illum propalare noluit, nisi in genere: Vnus,inquit, *vestrum me traditurus est*, Matthæi *capitul.26.* Marci *capit.14.* Lucæ *capit.22.& cap.si sacerdos.de offic.ordinar.* qua ratione ecclesia etiam non colligit decimas à locis, vbi non est consuetum, causa vitandi scandali, vt aduertit Turrecrem. *in d.c.tributum. numer.1. in fine*, propter quod

44 scandalum vitandum,† licet non possit omitti veritas iustitiæ naturalis, quæ in lege diuina continetur, tamen potest omitti veritas iuris positiui,*l.filio.§.hi autem.ff.de iniust.testam.*& ita dicit Immol.*in c.1.num.5. de immunit.eccle.lib.6.*atque Doct.*in cap.2.de præscription.*

Ex his intelligitur textus D. Ambrosij *in d.c.tributum 11.quæst.1.*nam in sequenti capite,quod est eius- 45
dem,dicit,id debere fieri exemplo Christi, qui tributum non negauit,& licet soluerit,tamen non tenebatur, imò in primis se teneri declarauit. Ita etiam intelligitur textus *in c.tributum 23. quæst.8.* vt ibi tributum de facto soluatur,ad euitandum scandalum,quod comprobatur ex verbis eiusdem textus vbi allegato exemplo Pharaonis,traditum est, Domino ita dicente, sacerdotes in omni genere liberos esse oportere: ergo nullo subiectionis iure cogendi. Et quòd hæc iura ita sint intelligenda, inducitur determinatio sanctæ matris ecclesię,quæ sic declarauit *in c. 1. de immunit.eccles.li.6.*De qua re latissimè scribam infra in rebus practicis in parte quarta.

Ad 16.respondetur,pro vt dicitur *in c.solita.de maior.& obedien.*vbi expresse habetur, per illa verba D. Paul.noluisse sacerdotibus imponere subiectionis iugum,& ad textum Pauli *ad Roman capit.13.* vbi iubet omnem animam sublimioribus † potestatibus subdi- 46
tam esse, respondetur pro vt dixi in capite proximè præcedenti, in responsione ad confirmationem primæ rationis, vbi omnia ista loca Diuorum Petri, & Pauli ex aduerso adducta,explanata sunt: Addo,quòd ex verbis D. Pauli non probatur subiectio clericorum laicali potestati, quia nullam de hoc mentionem facit: Imò colligitur contrarium, dicit enim: *Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit:* At clerici sublimiores † sunt laicis, vt nullus negat; ergo ex 47
illis verbis colligi non potest, clericos laicorum esse subditos: Quinimò D. Bernardus *in epistola 183.* ad Conradum Imperatorem electum, ex illis verbis D. Pauli,colligit contrarium,per hæc verba: *Regis Conradi Imperatoris electi dedecus regni diminutionem nunquam volui,volentes odit anima mea. Legi quippe; omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, quam tamen sententiam cupio vos,& omnimodis modis custodire in exhibenda reuerentia summa & Apostolicæ sedi, & Beati Petri Vicario.* Et rursus *in epistola 243.* ait, *Nonne vt Apostolica sedes, ita & Roma Caput est Imperij?*

Nec obstat si dicatur, † interpretationem D. Bernardi non conuenire literæ D. Pauli, qui de tributo 48
loquitur,atque de gladio,& sacerdotibus tributa non debentur,atque gladio carent. Quia Primasius discipulus D.Augustini,sic exponit illud verbum *potestatibus.* Sed & de ecclesiasticis potestatibus potest intelligi, vt sacerdotibus humiles seculares existant sublimioribus ecclesiasticis,vel seculi:gladium spiritus, quem portabat Petrus, & ipse Paulus, in se habet officium,si peccaueris,ei qui peccauerit,sicut Ananiæ,& Saphiræ, & Mago; Ideo & tributa potestatis reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Quicumque enim habet, vnde tributum prestet,quomodo potest non esse subiectus in iis,quæ illi à Deo sunt constituta; Hoc & de sacerdotibus, ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes, dignus est enim operarius mercede sua. Ex quibus verbis declarantibus textum Pauli, clarè apparet, sublimiores potestates ecclesiasticas habere gladium, atque sacerdotibus deberi tributa, quia ministri Dei sunt; ergo verba Diui Pauli satis congruūt huic interpretationi,& constat D. Paulum intellexisse etiam de ecclesiasticis potestatibus,quibus,vt sublimioribus, laicis est obediendum, & ita textus retorquetur.

Ad

Ad 17. respondetur, monarchiam ecclesiæ, atq; monarchiam imperij duobus esse committendas, sed eo modo, quem diximus supra in responsione ad 2. dummodo Imperium dependeat à Papa, vt ibi latè probaui.

Ad 18. respondetur, ex ea nihil concludi, quod impugnet Papæ potestatem in temporalibus: nam quæ dicta sunt à D. Petro ad Clementem à se destinatum
49 successorem, causa sunt, quare ipse Papa † debeat exercitium temporalis iurisdictionis committere Imperatori, idque facit, vt sæpissimè & plenissimè probatum est.

Ad 19. respondetur, exemplum Romuli non concludere Papam carere temporali potestate, quia & si
50 Romulus † distinxit officia sacerdotum à secularibus negotiis: Tamen etiam illis antiquissimis temporibus à sacerdotibus omnia fuisse expedita legimus, Cicero, *in oratione pro domo sua*, testatur, instituto maio-
51 rum Pontifices, † & religionibus Deorum immortalium, & summæ reipublicæ præfuisse. Quod & Curtius, olim Theytonicos obseruasse, dixit. Item meminit Anglorum historia Mulmutiarum quarundam veterum legum, quæ nihil sacris suis, & templis non tribuebant. Item in Gallia iudices alios non habe-
52 bant, quàm suos Druydas: † qui simul & rebus diuinis præerant, sacrificia publica, atque priuata procurantes, & ferè de omnibus controuersiis publicis, atq; priuatis construebant, de finibus, de hereditate decernentes, & etiam si cædes facta esset, vel aliud facinus, vt Cæsar est auctor *in lib. 6. comment. belli Gallici*. Vnde D. Hieronymus in epistola ad quendam Narbo-
53 nensem, ait, presbyteri ab initio † iudices negotiorum mandati sunt, *c. ecce, distinction.* 95. à quibus nos excusare non possumus, etiam si velimus, & D. Augustin. de huiusmodi secularibus iudiciis loquens, satis queritur ad D. Hieronymum, se negotiorum alienorum, eorúmque secularium curis circumstari ingentibus.

Neque bene inducitur ex aduerso, Moysen Aaroni commisisse sacrorum omnium curam: Nam latè probauimus supra *in c.* 3. Aaronem non fuisse Moysis collegam, sed fuisse sibi à Deo datum adiunctum, tanquã ministrum, executorem, atque sui muneris & iurisdictionis interpretem. Et quod Deus dederit Moysi
54 † omnem potestatem, ibi diffusè probaui; Et ita respondet gloss. *in c. causam, quæ in 2. in ver. ad Regem, qui fil. sint legit.* In cuius Moysis locum, ex testamento nouo succedit summus Pontifex, omissis cæteris exemplis iudicialibus antiquæ legis, Petrus Albin. *in tractat. de potestate Pontificum nu.* 103.

55 Ad 20. respondetur, esse auctoritatem † paucioorum, cùm nos probauerimus supra *in cap.* 19. communem opinionem esse quòd Papa habeat vtramque potestatem, atque temporalem directò; non autem ratione peccati tantùm, & satis contra leges faciunt, qui non sequuntur communem opinionem pro ecclesia.

56 Ad 21. negamus definitionem † ecclesiasticæ potestatis esse allegatam ex aduerso, quia probauimus supra *in c.* 8. Iurisdictionem ecclesiasticam in sui definitione comprehendere temporalia directò, & temporaliter, & ex toto hoc cursu super hac extrauagante, apertè id colligitur.

Ad 22. respondetur satis esse probatum à nobis in proximè præcedenti capite Papam habere liberam facultatem concedendi regna infidelium, omnésque oues, & pecora campi, id est infideles, etiam fuisse sibi commissas, de quibus posse Papam iudicare probauimus, & inibi in solutione ad 7. rationem sub *num.* 56. *& sequent.* declarauimus locum D. Pauli: *Quid ad me, de his qui foris sunt iudicare.* Item inibi in solutione ad confirmationem primæ rationis resoluimus omnia allegata à doctissimo Cardinale Bellarmino. Quare ex dictis satis liquet Papam habere iurisdictionem temporalem directò, & temporaliter, in omnes, Imperatorem, Reges, Principes, atque etiam infideles, & eorum regna: Sed age, vt res clarior fiat, id inducamus de singulis Regibus in sequenti capite.

CAP. XXVI.

Reges & Principes totius orbis non esse ita exemptos, ac liberos, vt non sint subditi Imperio Romano, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

SVMMARIA.

1 *Terrarum orbis in quot partes diuiditur.*
2 *Terræ partes habitabiles quæ sint, & quomodo terminentur.*
3 *Regna quot sint numero, in quæ diuiditur tota terra habitabilis.*
4 *Reges Principes Imperatori non subditi, sunt subditi ecclesiæ.*
5 *Imperium Romanum, & Imperator dependent ab ecclesia.*
6 *Regnum Siciliæ est de patrimonio ecclesiæ:*
7 *Regnum Siciliæ comprehenditur in donatione Constantini.*
8 *Epistola Papæ Nicolai primi probari dominium regni Siciliæ esse ecclesiæ.*
9 *Regnum Siciliæ fuit sub dominio Caroli Magni vsque ad gentem Normannorum.*
10 *Beneuentum ciuitas à Normanno occupata, ecclesiæ restituta.*
11 *Robertus Guiscardus Dux Apuliæ & Calabriæ à Papa creatus, cui iurat homagium.*
12 *Successio ad Regnum Neapolis semper facta de consensu Pontificis.*
13 *Rex Neapolis primus à Papa creatus Rogerius III.*
14 *Regnum Neapolis concessum est Henrico Sueuo.*
15 *Federicus Barbarubea Rex Neapol. primus Imperator factus.*
16 *Reges Siciliæ decorati sunt titulo Regis Hierusalem.*
17 *Regnum Siciliæ, quando declaratum est deuolutum ad Ecclesiam.*
18 *Regnum Siciliæ quando concessum est Francis.*
19 *Regnum Siciliæ, & Apuliæ quousque fuerit vnitum.*
20 *Vespere Siculum quando fuit, & quomodo.*
21 *Rex Neapolis quando incepit vocari.*
22 *Ciuitas Auenionen. data Papæ ob annatas decursas census non soluti Regni Neapolis.*
23 *Regina Ioanna priuatur Regno à Papa.*
24 *Inuestitura prima regni Neapolis fuit data pro se, & hæredibus quibuscunque.*
25 *Regnum Neapolis quando declaratur deuolutum.*
26 *Regnum Neapolis vnitur cum titulo regni Hierusalem.*
27 *Inuestitura regni fuit data pro se, & hæredibus & successoribus masculis & fœminis.*
28 *Ciuitas Beneuentana semper fuit reseruata in concessionibus regni Neapol.*

29 *Cen-*

29 Census pro regno Neapolis soluendus qualis fuerat.
30 Iuramentum quale præstetur pro regno Siciliæ.
31 Carolus Austriacus quando inuestitur de regno, & habilitatur ad imperium.
32 Regnum Neapolis refutatur à Carolo in Philippum eius primogenitum.
33 Regnum Neapolis dependet à corona Regum Aragoniæ, quibus fuit concessum.
34 Rex Philippus III. quando inuestitur de regno à Clemente VIII.
35 Insulæ Siciliæ, Sardiniæ, & Corsicæ sunt partes Italiæ.
36 Rex Aragonum inuestitur ab ecclesia de regno Sardiniæ, & Corsicæ, & sub quo censu.
37 Iuramentum præstitum à Rege Aragonum pro regno Sardiniæ, & Corsicæ.
38 Regnum Hierusalem, & Soriæ recognoscitur ab Ecclesia.
39 Reges Angliæ, & Hiberniæ submiserunt se summo Pontifici.
40 Regnum Angliæ quem censum soluere debeat ecclesiæ Romanæ.
41 Reges Angliæ & Hiberniæ iurant fidelitatem, & homagium Papæ.
42 Epistola Alexandri Papæ ad Regem Anglorum.
43 Regnum Aragonum recognoscitur à Papa.
44 Regnum Aragonum quem censum soluere debeat ecclesiæ.
45 Regna Maioricæ & Minoricæ sunt vnita Regno Aragonum.
46 Poloniæ Dux recusat recipere coronam ab Imperatore.
47 Dux Poloniæ fit Rex à Papa.
48 Rex Poloniæ quando priuatur titulo à Papa, & quãdo restituitur.
49 Regnum Hungariæ est subditum Papæ in temporalibus.
50 Regnum Hungariæ quem censum soluat Ecclesiæ Romanæ.
51 Rex Hungariæ habuit coronam à Papa.
52 Epistola Gregorij Papæ ad Regem Hungariæ.
53 Regnum Nauarræ dependet ab ecclesia.
54 Insulæ Canariæ, Nigrariæ, & Gorgonæ sunt datæ in feudum Imperatori à Papa.
55 Indiæ, siue mundus nouus quomodo concessus à Papa.
56 Magnus magister Hierosolymitanus habet inuestituram à Papa.
57 Regnum Danicum est peculium Romanæ Ecclesiæ.
58 Regnum Croatiæ & Dalmatiæ recognoscitur ab ecclesia Romana.
59 Regnum Rusciæ est de iurisdictione ecclesiæ Romanæ.
60 Regnum Scoticum recognoscitur ab ecclesia.
61 Reges qui & quot iurent homagium Imperatori.
62 Heluetij recognoscunt Imperium.
63 Heluetiorum Cantones quando promiserint non facere præiudicium Imperio.
64 Dux Lotharingiæ est Princeps Imperij.
65 Ciuitates Imperiales Alemanniæ recognoscunt Imperium.
66 Rex Bohemiæ recognoscit Imperatorem.
67 Transyluania est pars Vallachiæ, & recognoscit Imperium.
68 Hispania quando fuit facta libera ab Imperio.
69 Hispania, Gallia fuerunt concessa Regi Gothorum.
70 Reges Hispaniarum per præscriptionem sunt liberi ab Imperio.
71 Ius Romanum fuit prohibitum allegari in Hispania.
72 Bartoli doctrina in Hispania habetur pro lege.
73 Reges Hispaniæ quando fuerint subditi Imperio.
74 Hidalgo, vox Hispana, quid significet.
75 Ius Italicum quomodo concedebatur.
76 Ius Italicum quando fuerit concessum Hispaniæ.
77 Regnum Arles quomodo pertineat ad Imperium, & quando fuit venditum Regi Franciæ.
78 Regnum Franciæ fuisse partem Imperij Romani.
79 Possessio partis quomodo inducat possessionem totius.
80 Gallia fuit colonia Romanorum.
81 Galli fuerunt facti Burghesii à Cæsare.
82 Priuilegium Burghesiæ quãdo fuerit datum omnibus subditis Imperio.
83 Regem Franciæ qui dicant fuisse subditum Imperio.
84 Hispaniam quibus iuribus probetur fuisse subditam Imperio.
85 Francorum natura qualis sit.
86 Franci quando se exemerint ab Imperio Romano.
87 Imperator creat Comitem Saonensem in ciuitate Lugdunensi Franciæ.
88 Imperator Sigismundus recipitur Parisiis in Parlamento generali.
89 Imperator in Parlamento Parisiensi vtitur iurisdictione.
90 Galli vsque ad quæ tempora vsi fuerunt lingua Latina in publicis negotiis.
91 Regnum Franciæ hodie non recognoscit Imperium.
92 Rex Franciæ de iure non est subditus Imperio.
93 Rex Franciæ est subiectus Iurisdictioni Papæ.
94 Rex Castellæ cui iurat in principio suæ coronationis.
95 Regnum Portugalliæ recognoscitur à Papa.
96 Regnum Portugalliæ est membrum Regni Castellæ.
97 Portugalliæ primus titulus fuit Comitatus.
98 Reges Portugalliæ à quo originem habuerunt.
99 Rex Portugalliæ habet titulum Regis à Papa.
100 Papa dedit curatorem Regi Portugalliæ.
101 Regum Portugalliæ ordo successiuus.
102 Cardinalis Portugalliæ succedit ad regnum, & coronatur Rex.
103 Fœminæ quomodo possunt succedere ad Regna in Hispania.
104 Fœminæ ad quæ Regna successerunt in toto orbe.
105 Fœminæ admittuntur ad successionem Regni Castellæ, & Legionis.
106 Prouincia Castellæ prius habebat titulum Comitatus.
107 Portugallia est prouincia Regni Hispaniæ.
108 Fœminæ possunt succedere ad Regnum Portugalliæ.
109 Subingressio non datur in persona ascendentium, sed transuersalium.
110 Nepos ex filia excludit neptem ex filio.
111 Rex Portugalliæ quot Reges habeat pensionarios.
112 Tributum quomodo differat à pensione.

F 113 Por-

113 *Portuenses occuparunt bonam partem regni Marrocchi Guineæ.*
114 *Regni additamenta quæ sint.*
115 *Comitatus Tholosanus est additamentum Regni Franciæ.*

NUnc ostendamus nullum esse Regem, qui non sit subditus sanctæ Romanæ ecclesiæ in temporalibus: Siquidem orbis terrarum † vniuersus in quinque
1 distinguitur partes, quas Zonas vocant, Media Solis flammis vstulat; vltima autem continuo gelu flagellatur. Duæ sunt autem partes habitabiles, quæ inter ardentem & rigentem existunt: Altera à quibus habitetur, adhuc non bene cognitum, sed interiecta torrida, vtrique hominum generi negat commercium ad se commeandi: Sola igitur superior habitatur, nimirum inter septentrionem, & æquinoctialem circulum, vel vt alij notant inter tropicum æstiuum, & circulum arcticum, ab omni hominum genere separatum, quale scire possumus.

2 Hanc orbis partem † habitabilem maiores nostri in tres partes diuiserunt, Asiam, Africam, & Europam: Asia à meridie per Orientem vsque ad septetrionem portenditur, Europa à septentrione in Occidentem, & Africa ab Occidente, vsque ad Meridiem mediterraneo mari ab Europa distincta. Asiæ termini à Meridie Nilus, à septentrione Tanais, de quibus latius scripsimus in philosophicis in propugnaculo Aristotelis aduersus calumnias Bernardini Telesij, quod in nostra adolescentia edidimus.

Pars orbis habitabilis vltra statum summi Pontifi-
3 cis, & Imperatoris, quinquaginta quatuor † regnis diuiditur quorum viginti septem sunt descripta in registro Curiæ Romanæ. Sunt autem Rex Hierosolymitanus, Rex Francorum, Rex Siciliæ, & Rex Angliæ qui coronantur, & vnguntur à sancta Romana Ecclesia. Item Rex Castellæ, siue Hispaniæ, Rex Legionis, Rex Portugalliæ, Rex Aragonum, Rex Nauarræ, Rex Daniæ, Rex Bohemiæ, Rex Vngariæ, Rex Armeniæ, Rex Cordubæ, Rex Cypri, Rex Serdiæ, Rex Conachiæ, Rex Mauritaniæ, Rex Vlconiæ, Rex Catholicus, Rex Nauarchiæ, Rex Coloniæ, Rex Mautiæ, Rex Voroegauiæ, Rex Maioricarum, Rex Minoricarum, Rex Scotiæ, Rex Poloniæ, & nostris temporibus Rex Iaponi fuit cum supradictis registratus in registro Curiæ Romanæ à fœlicissimo Gregorio XIII. cui propter suam benignitatem, etiam ab Antipodibus gentes venerunt ad præstandum obedientiam, & deosculandum pedes.

In partibus Asiæ hæc regna sunt, à scribentibus recollecta, Regnum Cattai, Regnum Tharsæ, Regnum Turqueste, Regnum Coralinæ, Regnum Mediæ, Regnum Parthiæ, Regnum Georgię, Regnum Chaldęorum, Regnum Mesopotamiæ, Regnum Torquiæ, Regnum Syriæ, Regnum Cappadociæ, Regnum Bithyniæ.

In partibus Africæ Æthiopia, Lybia, Ægyptus, Arabia, Iudæa, Cilicia.

In partibus Europæ, Thessalia, Macedonia, Thracia, Scythia, Mauritania, Numidia: de quibus omnibus latè per Solinum *in libro de mirabilibus mundi, & in libro descriptionis Imperij Tartarorum.*

Sunt etiam Respublicæ, & Principes, qui pro Regibus in eorum statibus æstimantur, atque Imperij iura exercent, & custodiunt, & omnes constituunt Romanum Imperium, quod ex toto orbe constat, quem omnes scriptores, etiam antiqui Romanum orbem dicunt; Item omnia regna mundi, & partes habitabiles, partes quotitatiuas esse eiusdem Imperij, scripsimus diffusè supra *in c.20. & c.21.*

Sed quia non desunt antiqui & moderni temporis scriptores comprobantes Reges † ac Principes multos 4
Imperatori non esse subditos, aut ex priuilegio, aut ex antiquissima præscriptione, nec aliquid vllo tempore cum Imperio habuisse commune, & Bart. *in l. neque. C. de decurion. li.* 10. affirmat, Reges, qui Imperio subditi non sunt, ecclesiæ Romanæ esse subiectos, ideo aggrediamur referre singulos, ad comprobandū hanc ecclesiæ potestatem.

Imperium † Romanum, & ipsum Imperatorem de- 5
pendere à sancta Romana ecclesia, à qua recipit confirmationem, & coronationem, & propterea Imperio quomodolibet vacante Romanam Ecclesiam succedere, ostendi superius in omnibus capitibus relectionis *extrauagantis; Vnam sanctam*, nec opus est iterum repetere, quæ proximè sunt dicta.

Regnum † Siciliæ esse de patrimonio Ecclesiæ Ro- 6
manæ dicunt iura expressè, *clem.* 1. §. 1. *de iureiur. clem. pastoralis, de re iudic. c. ad apostolicæ. de re iudic. li.* 6. Cardin. *in d. clem.* 1. Abb. *in c. si diligenti. de præscrip.* Bald. *in l.* 1. *C. vnde legit.* Ioan. Lecirier. *in tract. de primogen. qu.* 28. *n.* 9. *& seq.* Frecc. *in li.* 1. *de subfeud. c. de antiquo statu regni.* qui alios citant.

Pertinet autem ad ecclesiam † ex donatione Con- 7
stantini, de qua testantur scripturæ, & monumenta nostræ Ciuitatis Neapolis, nimirum Historiale sanctę Marię de Principio, quod est antiquissimum. Item Historiæ Cassinensis, & ecclesiasticæ testantur monumēta sanctæ Mariæ de Principio, sanctæ Mariæ maioris, sancti Ioannis maioris, è quibus nunquam potuit deleri memoria dictæ donationis.

Huius rei certum testimonium perhibet Nicolaus 8
Papa primus in epistola, quam scribit † ad Michaelem Imperatorem sub his verbis: Nicolaus seruus seruorum Dei, Dilecto Filio Michaeli glorioso Imperatori Græcorum: Oportet vestrū Imperiale decus, quod omnibus ecclesiasticis vtilitatibus vigere audiuimus, vt antiquum morem, quem vestra ecclesia habuit, vestris temporibus restaurare dignemini, quatenus vices, quas nostra sedes per Episcopos vestris in partib. constitutos habuit, videlicet Thessalonicensem, qui Romanæ sedis vicem per Epirum veterem, Epirúmque nouam, atque Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam Ripensem, Daciam Mediterraneam, Misiam, Dardaniam, & Trebalim, Beato Petro Apostolorum Principi contradicere nullus præsumat, quæ antecessorum nostrorum temporibus, scilicet Damasi, Siricij, Innocentij, Bonifacij, Celestini, Sixti, Leonis, Hilarij, Simplicij, Felicis, atque Hormisdę sanctorum Pontificum dispositionibus agebatur. Quorum denique institutionibus, ab eis, illis in partibus destinatas, per vestros missos, vt rei veritatem cognoscere queatis, vestræ Augustali potentiæ dirigere curamus. Præterea Calabritanum Patrimonium, Siculumque quæ nostræ ecclesiæ concessa fuerunt, & ea quæ ad possidendum obtinuit, & disponendum per suos familiares regere studuit, nostris concessionibus reddantur, quoniam irrationabile est, vt ecclesiastica possessio, vnde luminaria, & concinnationes ecclesiæ Dei fieri debent, terrena quauis potestate subtrahantur, sed domus Dei restituta, meritum redditoris multiplicet, & suscipientes votum spiritualis desiderij, lucus exerceatur, & infra. Is igitur talis, ac tantus dominatus, qui vsque à tempore Damasi viguit in ecclesia

sia Petri declarat veram esse Constantini constitutionem, de maiestate Petri, vt toto orbe terrarum religionis Princeps, ac pater, & caput haberetur, verumque esse Patrimonium Calabritanum, & Siculum Diui Petri: Quo quidem clarissimo testimonio cùm hæc à prisco Pontifice scribantur, huius rei veritas comprobatur.

Anno igitur 745. Incarnationis dominicæ, cùm Longobardi Beneuentum occuparent, & Cumas, Stephanus secundus Pontifex cum auxilio Gubernatoris Neapolis recuperauit, & anno 776. per eundem Stephanum, translato imperio de Græcis in Germanos in personam Caroli Magni, Carolus in Italiam se contulit, vbi expulsis omnino Longobardis, Beneuentum liberum remansit ecclesiæ. Mox coronato Carolo à Leone Papa tertio, Nicephoro Greco Constantinopoli imperante, post multa bella Italiæ, pax inter eos firmata est, vt quicquid Antapoli, vsque ad Sipontum, nunc Manfredoniam, infero, supero-
9 que mari abluitur, cum Siciliæ Insula, † Caroli dominio teneretur, quo hactenus tentum fuerat, & vsque ad Normannorum gentem durauit: Apulia autem Græcis, & Beneuentum Duci obtigit Beneuentano.

Cùm autem Robertus Guiscardus Normannus, qui ad ampliandam ditionẽ Neapolim se contulerat, Normannorum suorum viribus, vicisset Græcos in
10 Apulia existentes, vrbem Beneuentanam, † elatus victoria occupauit: Idem Robertus quærendæ beneuolentię causa in Italia intentus, Romanæ ecclesiæ Beneuentum restituit, & à Nicolao Papa secundo, vt Calabriam multis & grauibus erroribus collapsam,
11 ac ipsam etiam Apuliam † emendaret, & corrigeret, magnis precibus, se Ducem à summo Pontifice in his regionibus creari postulauit, séque vasallum, & ligium sanctæ Romanæ Ecclesiæ de cætero futurum esse affirmauit, ea etiam lege, vt quandocumque summus Pontifex iuberet, Robertus præsto esset cum omnibus copiis: Pontifex autem, vt victricem sibi nationem conciliaret, ipsum Robertum ab excommunicatione absoluit, ex quo Troiani Apuliæ nouam vrbem, ecclesiæ obnoxiam vsurpauerat, & ideo in læsæ maiestatis crimen inciderat. Gigas *in tractat. de crim. læsæ maiestat. quæst. 22. numer. 4. & 7. &* 10. Et anno 1060. Ducem Calabriæ & Apuliæ ipsum constituit. Robertus ligius promissi non immemor, adimpleuit suas bellicas gentes, Pontificis imperio assignauit, quibus agitati Romani territorij primates, qui Capitanei vocabantur, ad obedientiam Pontificis sunt compulsi, quam Historiam, & Volaterranus *in lib. 6. capit. de Sicilia*, tetigit, & ex nostratibus Frecc. *in libr. 1. de subfeudis, in cap. de antiquo statu regni num.* 14. explicauit.

12 Modò probemus successionem † huius regni semper fuisse factam de consensu Pontificis. Roberto successit Rogerius secundogenitus: Nam Boemundus ad acquirendam Hierusalem terram sanctam progressus est, anno 1094. & Rogerio Gulielmus, qui Dux Apuliæ & Calabriæ vocabatur, atque Comes Siciliæ,
13 cui successit Rogerius III. † Qui ab Innocentio Papa II. in statibus & prædictis titulis confirmatus est, & postea ab eodem summo Pontifice anno 1125. Regis titulo decoratus est: Primus Neapolim in suam ditionem cepit, quæ eo vsque sub Imperatore Constantinopoli regebatur, & Neapoli perstitit cum Pontifice maximo ad biennium, Gulielmus agnomine malus, tandem purgata vita fuit inuestitus ab Innocentio IV. anno 1149. cui successit Gulielmus filius, & vocatus est bonus, & hic ab Alexandro Papa III. inuestituram habuit, anno 1164. Hoc igitur sine filiis decedente, Siculi elegerunt in Regem Tancredum ex genere Guiscardi natum, & illegitimum.

Sed quia regnum est Ecclesiæ, ideo Cœlestinus Pa-
pa III. anno 1191. inuestiuit Henricum † Sueuum fi- 14
lium Federici primi, vocatum Barbarossam, cui tradidit nuptui Constantiam monialem Abbatissam monasterij donnarum Panormi, cum dispensatione, quæ iam erat sexagenaria, & duntaxat supererat ex vera stirpe Normannorum, cum pacto, vt recuperaret regnum à manibus Tancredi, & sedi apostolicæ censum annualem solueret: Henricus Tancredum bello persequens, Neapoli demum bello obsessum interfecit, vxorem, & filios barbaricè occidi iussit. Sic extincta est Normannorum linea masculina: sed ex illa Constantia iam sexagenaria, Federicus II. natus est, sique vt aliqui tradiderunt, filius suppositus, teste Sebastiano Munster. *in lib. 2. suæ historiæ fol.* 235. Hic Fede-
ricus † successit ad regnum & fuit inuestitus, & Impe- 15
riali corona donatus ab Honorio Papa III. anno 1220. Princeps magni valoris, qui recuperauit terram sanctam Ciuitatem Hierusalem, de qua anno 1229. co-
ronatus est, & ex eo Reges Regni cœperunt † vocari, 16
& vsque ad præsens tempus vocantur Reges Hierusalem, & vtrumque Regis titulum summus Pontifex simul Regi Neapolis concedit. Hic Federicus propter eius demerita succedentia, bis ab Ecclesia excommunicatus est, & tandem ab Innocentio Papa IV. regno & Imperio destitutus est, & Dei permissione à Manfredo eius spurio, veneno in clisterico apposito, necatus est.

Post cuius mortem, possidente regnum ecclesia, maximisque ciuitatibus illi obedientibus, Corradus filius Federici, audita patris morte, cum exercitu in Italiam congreditur, Neapolim obsidet, atque pactis deuincit, sed pactis noluit parere, Ciuitatem muris deuastauit, alias vicinas depopulatus est, Henricum fratrem gladio necari iussit, sed & ipse à Manfredo postea venenatus est anno 1253. Tunc Innocentius Papa IIII. cum sequela multorum Baronum, qui
Regno exulabant, vti deuolutum † ad ecclesiam re- 17
cuperare tentauit, sed morte præuentus non perfecit. Pontifex Neapoli periit, in Domo sepelitur, interim Manfredus intrusus regnum occupat, sed à Clemente Papa IIII. excommunicatur, atque regno priuatur.

Regnum ipsum † Carolo Andegauensi Comiti Pro- 18
uinciæ fratri Caroli Regis Francorum conceditur, ab eodem Clemente, quod Vrbanus IV. exequitur, anno 1265. inuestiendo illum solitis pactis; Et bello inito iuxta pontem Beneuenti; Manfredus ab Ecclesia excommunicatus, à Caroli exercitu, lapidibus proiectis interiit, iuxtaque flumen sepultus. Mox Carolus à Papa Imperij Vicarius in Italia deputatur, & cum sibi moueretur bellum à Manfredo Sueuo filio Corradi super successione Regni, Corrado capto, furcis suspendi iussit.

Omnes isti Reges regno † vtroque potiti sunt, ni- 19
mirum Sicilia & Apulia, & vtriusque semper à summis Pontificibus habuerunt inuestituram.

Vespere autem † Siculo succedente de anno 1282. 20
in quo, opera Ioannis de Procida, omnes Galli, regnum Siciliæ incolentes, vnica die interempti sunt,

regnorum diuisio facta est, atque Siciliæ regnum Pe-
tro Aragoneo Manfredi genero à regni proceribus
21 tribuitur. Regnum † autem Apuliæ penes Carolum
Andegauensem remanet, & quia regni primaria Ci-
uitas est Neapolis cœptum est vocari regnum Nea-
politanum.

Et post multa bella, Carolo Rege mortuo, succe-
dente Carolo II. eius filio, de vtroque regno inuesti-
turam accipit à Nicolao Papa IV. de anno 1289. eóque
moriente, succedit Robertus tertiogenitus Caroli II.
qui de regno litem habens in Auenione coram Sede
Apostolica cum filio primogeniti dicti Caroli, & sub
Bonifacio VIII. Robertus sententiam obtinuit à
Clemente Papa V. Auenione inuestituram accipit an-
no 1309.

Roberto sine masculis decedente, succedit Ioanna
eius filia prima huius nominis, Regina Regni, quæ
homagij iuramentum præstat in manibus Cardina-
lis Carmerici legati Apostolici 29. Augusti 1334. qua
nubente Andreæ fratri Regis Vngariæ, & Andrea
violenter mortuo, nupsit Alphonso Principi Tarenti-
no: Sed Ludouico Rege Vngariæ fratris mortem vin-
dicante, Ioanna propter viricidium aufugit cum se-
cundo viro Prouinciam, & Vngari Regno potiti sunt:
sed facta pace inter Ioannam & Vngherum, opera
Clementis Papæ V. Ioanna, quæ multas decursas an-
natas non soluerat regni censuum Apostolicæ sedi
22 debitas, vendidit Ciuitatem † Auenionis, eiusque pre-
tium in censibus decursis computatum est, & ne Mo-
narchia regni in Gynęcocratiam euaderet, Ludouicus
eius maritus regnum ingreditur, atque in Regem re-
cipitur, anno 1348. atque expulsis Vngheris, coronatio
celebratur anno 1352. Sed mortuo Ludouico secundo
viro, ac duobus aliis maritis, quibus successiuè nupse-
23 rat propter sua demerita † ab Vrbano Papa VI. regno
priuata est. Carolus de pace, vocatus Duratius secun-
dogenitus Caroli II. ab eodem Vrbano inuestitur, &
coronatur anno 1380. Marguer itam vxorem duxit,
quæ & ipsa successura fuisset ad regnum, mortuo Ioan-
na sine liberis, tanquam filia Mariæ sororis dictæ Io-
annæ, inspectis verbis inuestituræ, quoad successio-
nem.

Sed Aloysius Dux Andegauensis, qui à Ioanna ado-
ptatus fuerat, cum consensu Clementis VI. antipapæ,
contra Carolum III. bellum mouit, pro acquirendo
regno: Et post aliquot dies, raptis exercitibus, Aloy-
sius moritur, Carolo etiam mortuo, succedit Ladis-
laus, qui inuestituram recipit à Bonifacio IX. anno
1390. patiturque bellum ab Aloysio secundo Duce
Andegauense propter eandem adoptionis causam.

Sed vt causa, & bellum erat iniustum, ita citò extin-
ctum est, & decedente sine liberis, succedit Ioanna II.
soror Ladislai, & filia Caroli III. quæ inuestituram
accipit à Martino Papa V. anno 1417. quæque ado-
ptauit in filium eiusdem regni successorem Alphon-
sum Aragoneum Siciliæ Regem, & cùm bellum pa-
teretur à Ludouico filio Aloysij II. Ducis Andega-
uensis, eo mortuo, adoptauit Rhenatum fratrem dicti
Ludouici, in regni successorem, sed post multa, Ioanna
mortua.

Alphonsus, expulso Rhenato, qui inuestituram ha-
buerat ab Eugenio Papa IV. propter eius virtutes ei-
dem Eugenio, ac sanctæ matri ecclesiæ charus euasit,
& tandem à Legato Apostolico, Terracinæ inuestitu-
24 ram † recipit, anno 1442. pro se, & successoribus qui-
buscumque: quam inuestituram Nicolaus Papa V.
ratam habuit. Alphonso mortuo, Ferdinandus eius
filius naturalis, legitimatus ab Eugenio IV. etiam ad
regni successionem, & qui ante Alphonsi mortem, re-
gnare cœpit, à Pio Papa II. fuit confirmatus, & inue-
stitura donatus, 1458. & licet multa bella procerum
regni passus fuerit, atque perturbationes; quia Calix-
tus, † Alphonso mortuo, regnum Ecclesiæ deuolutum 25
declarat, tamen Sixtus Papa IV. & Innocentius Papa
VIII. inuestituram Pij II. Regi Ferdinando tradi-
tam, confirmarunt: præsertim quia Ferdinandus, cen-
sus regni, quos Ecclesiæ denegauerat, iam persol-
uit.

Succedit Alphonsus II. qui à legato Alexandri Pa-
pę VI. inuestituram obtinet, & ob timorem Caroli
VIII. Galliæ Regis ad regnum procedentis, regnum
ipsum refutat Ferdinando II. filio, & hic, expulsis Gal-
lis à regno (qui satis citò in contemptum deuenerant
Neapolitanorum) inuestitur de regno, eique succedit
Federicus eius patruus, inspectis verbis inuestituræ,
& ab Alexandro Papa VI. anno 1497. inuestitur, & co-
ronatur.

Et post bellum Neapolitanum à Ludouico XII.
Rege Francorum, & Rege Catholico contra Regem
Federicum motum, fugamque Federici, diuisumque
regnum inter illos Reges ab Alexandro Papa VI.
Tandem Iulius Papa II. anno 1510. iterum vnito re-
gno Neapolis † etiam cum titulo Regni Hierusalem, 26
cui, vt dictum, erat annexum, inuestiuit Ferdinandum
Aragoniæ & Siciliæ Regem † Catholicum, pro se, 27
suisque hæredibus & successoribus, tam masculis,
quàm fœminis, ex eo recta linea descendentibus, na-
tis, & nascituris, cum iuribus omnibus &c. In feudum
perpetuum, sine tamen præiudicio iuris ipsi Ferdi-
nando alias in regno Siciliæ, & Hierusalem, ac Duca-
tibus, & prouinciis prædictis forsan competentibus,
&c. Ita tamen, vt ipse Ferdinandus Rex, iuxta formam
inferius annotatam, fidelitatis iuramentum, & homa-
gium, ac seruitium, vasallagium, & ligium in nostris
manibus per se, vel procuratorem suum, ad hoc ab eo
specialiter constitutum, & iterato, cùm eum de re-
gno Siciliæ huiusmodi contigerit inuestiri, tempore
traditionis dicti vexilli, & actualis inuestituræ prædi-
ctæ in ipsius commissarij nostro, & præfatæ Ecclesiæ
nomine recipientis manibus, præstet pro huiusmodi
feudo præstari debita, & consueta. Ciuitatem au-
tem nostram Beneuentanam † prædictam, cum eius 28
territorio, districtibus & pertinentiis per Nos, seu
Romanum Pontificem distinctis seu distinguendis
cum eorum incolis, prout illam sibi dudum prędicta
Ecclesia specialiter retinuit, horum serie, nobis, & ei-
dem Ecclesię specialiter reseruamus. Promittent
autem, & iurabunt, &c. Et post multa: Descenden-
tes autem ex ipso Ferdinando Rege, aut suis hęredi-
bus, & successoribus pręfatis mares & fœminæ in eo-
dem regno Siciliæ, & Hierusalem eis succedant: Ita
tamen quòd masculi fœminis; & natu maiores mi-
noribus in eodem gradu præferantur: Et sic exinde
in omnibus successionibus obseruetur. Volumus
tamen filium, vel filiam filij, vel filiæ maioris, etiam
in vita patris & matris præmortui, seu præmortuæ
in successione prædicta semper patruo, vel amitæ,
aut materteræ, aliisque transuersalibus præferri. In
regno verò Siciliæ, & Hierusalem nullus succe-
dat qui non fuerit de legitimo matrimonio pro-
creatus, &c. Et post multa, pro toto vero ge-
nerali censu † dicti regni Siciliæ, & Hierusalem
octo

octo millia ducatorum auri ad pondus ipsius regni, in die festo Beatorum Petri, & Pauli, vbicunque Romanus fuerit Pontifex, ipsi Romano Pontifici, & Romanæ ecclesiæ per dictum Ferdinandum Regem, ac suos in regno hæredes, & successores, annis singulis persoluantur. Et post multa: Atque dabunt vnum palafrenum album, pulchrum, & bonum in recognitionē veri dominij ipsius Regni Siciliæ, & Hierusalem. Et
30 post multa: Forma autem iuramenti † talis est: Ego Ferdinandus Dei Gratia Rex Siciliæ citra Farum, & Hierusalem plenum homagium, ligium, & vasallagiū faciens vobis Domino nostro Iulio Papæ II. & Romanæ Ecclesiæ pro regno Hierusalem, & Siciliæ, ac tota terra, quæ est citra Farum, vsque ad confinia terrarum ipsius ecclesiæ, excepta ciuitate Beneuentana, ac toto territorio, ac omnibus districtibus & pertinentiis secundùm antiquos fines territorij pertinentiarum, & districtus ciuitatis eiusdem per Romanum Pontificem distinctos, & in posterum distinguendos, ab hac hora in antea fidelis ero, obediens, &c.

Mortuo Ferdinando successit Ioanna eius filia, quæ ex Philippo Archiduce Austriæ marito, suscepit filiū Archiducem Carolum, & simul regnarunt, & Carolus
31 † Austriacus inuestitus est à Leone Papa X. Et hic propter eius merita, habilitatus ad electionem Imperij ab eodem Leone X. sub die 31. Maij 1521. Deinde Romanorum Imperator electus, à Clemente Papa VII. sub die prima Martij 1529. confirmatur Bononiæ: Et quia senio confectus, optabat regnum refutare in
32 Philippum II. † Austriæ, eius primogenitum, Hispaniæ Principem ad id habilitatus est à Iulio Papa III. atque cessio prædicta confirmatur die prima Nouembris. 1554. & ab eodem Papa inuestitura donatur pro
33 se, suisque hæredibus, & successoribus † Aragoniæ Regibus tam masculis quàm fœminis ex recta linea descendentibus natis, & nascituris, atque aliis personis in concessionibus Iulij & Leonis prædecessorum suorum comprehensis, & per eos vocatis, in feudum perpetuum, pro solito annuo censu septem millium ducatorum similium, & vnius palafreni albi, vt præfertur soluendo sub conditionibus, & pactis, prout in literis præfati Iulij Papæ II.

Sed mortuo Philippo secundo post quadraginta quatuor annos sui felicissimi regni de anno 1598. Phi-
34 lippus III. † illius vnicus filius, regni prædicti inuestituram obtinet à S. D. N. Clemente Papa VIII. cui Don Antonius de Corduba Dux Suessæ, orator præfatæ Maiestatis, vir prudentissimus solito more, Romæ pro ipso Rege nostro Catholico, & inuictissimo præstat fidelitatis & homagij sacramentum, mense Iulio anni 1599.

35 Insulas † Siciliæ, Sardiniæ, & Corsicæ esse partem Italiæ dicit Aristoteles in libello de mundo, textus *in l. insulæ. ff de iudic.* Bart. *in tract. de insula. §. nullius n. 2.* Cæpol. *in tract. de seruit. rustic. præd. c. 26. de mari nu. 16.* Iulius Ferrettus *in tract. de re nauali li. 17. num. 12.* Cumias *in Ritibus regni Siciliæ c. 6. nu. 38.* Frater Thomas Fazzellus *in lib. 1. de rebus Siculis decade 1. c. de situ Siciliæ, & insularum adiacentium:* Quare comprehenduntur in donatione Constantini.

Et in registris Cancellariæ Vrbis continetur, Regna Neapolis, Siciliæ, Aragoniæ, Sardiniæ, Hierusalem, Angliæ, Hiberniæ, & Vngariæ, debere fidem & homagium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et ideo Pe-
36 trus III. Rex † Aragonum fuit inuestitus de regno Sardiniæ, & Corsicæ, his verbis; Pontifex Maximus, de fratrum suorum consensu, dat in feudum Regnum Sardiniæ & Corsicæ proprietatem ecclesiæ Romanæ; & post multa, per Capam auream, te præsentialiter inuestimus, & infra: Ita tamen quòd tu & successores tui præstabitis homagium ligium, vasallagium plenum, & fidelitatis iuramentum, & infra: Atque centum equites armatos cum vno equo ad arma, & duabus equitaturis ad minus pro quolibet, & quingentis peditibus terræ vestræ de Aragonia cum gagiis per trimestre, à die, qua intrabunt terram ecclesiæ, & infra. Et insuper censum duarum millium marcarum argenti, bonorum, & legalium sterlinorum, vbicunque fuerit Romanus Pontifex in festo Beatorum Petri, & Pauli, annis singulis, sub pœna excommunicationis; post quatuor menses, & post tertium terminum si nō solueris, neque tu, neque hæredes tui, à dicto regno cadatis ex toto, & regnum ad Romanam ecclesiam reuertatur.

Iacobus Rex Aragonum pro dictis regnis iurauit homagium † ligium Valentiæ in manibus Legati A-
postolici anno 1353. cum reseruatione appellationum 37
ad Papam interponendarum ab Ecclesiasticis personis, & annullatione introductionis morum à Regibus illius regionis. Ferdinandus, & postea Alphonsus iurarunt idem anno 1345.

Regnum † Hierusalem & Soriæ cùm primùm ade- 38
ptum fuerit per Godofredum Bullionem de anno 1099. contentus fuit recognoscere à manibus Papæ, cui fidem & homagium iurauit: Ideo Federicus II. Imperator de anno 1229. etiam ab ecclesia recognoscere voluit: Quare iure descriptum est in Catalogo regnorum ecclesiæ, cuius omnia regna enumerantur in processu, qui fit singulis annis Romæ in Cœna Domini in constitutione Martini Papæ V. *in c. ip. excommunicamus.* & ponuntur per Archiepiscop. Florent. *in tractatu de excommunicatione, c. 72.*

Item Reges † Angliæ & Hiberniæ anno Domini
1212. summo Pontifici se vasallos constituerunt, atque 39
etiam tributarios, vt latè scribunt D. Antonin. *in sua histor. part. 3. tit. 16. §. 5.* Blondus *in li. 6. decade 2.* & Polydorus Virgilius *in lib. 15.* quas Rex anno 1340. Angliæ regnum supposuit summo Pontifici in vno sterlino
pro quolibet † foculario, & Helpes successor confir- 40
mauit, & hæc pecunia Diui Petri nuncupata est: Item Rex Ioannes, vt impetraret suorum peccatorum remissionem: accusabatur enim de homicidio in personam Artus minoris sui nepotis Ducis Britanniæ, cum consensu omnium Comitum, Baronum, & aliorum Dominorum Angliæ & Hiberniæ, constituēs se summi Pontificis & sanctæ Romanæ ecclesiæ vasallum, protestatus est, se retinere in feudum & homagium regnum Angliæ & regnum Hiberniæ: Addito eidem ecclesiæ annuo censu mille marcarum sterlinorum in die sancti Michaëlis vltra dictam pecuniam D. Petri:
fidelitatem † ipsam, & homagium iurauit in manibus 41
legati sedis Apostolicæ, & Innocentij Papæ III. sub anno Domini 1213. coram suo Cancellario, atque Archiepiscopo Cantuberinen. quatuor episcopis, & sex Comitibus, atque multis aliis Dominis, cuius bulla Authentica est in Vaticano: Qui census, & annale tributum semper solutum est, quousque Henricus VIII. Rex Angliæ euasit rebellis Ecclesiæ Romanæ sub anno Domini 1534.

Extat in Bibliotheca Vaticana registrum Papæ Alexandri III. in quo hæc ad Anglorū Regē epistola innenitur: Nouit prudentia tua, Anglorum regnum, ē
quo nomen Christi ibi glorificatum est sub Aposto- 42
lorum Principis manu, & tutela extitisse; nam, vt be-

ne nosti, Angli fideles erant, & piæ deuotionis respe-
ctu, ac cognitione religionis annalem pensionem A-
postolicæ sedi exhibebant, ex qua pars Romano Pon-
tifici, pars ecclesiæ sanctæ Mariæ, quæ vocatur Scho-
la Anglorum in vsum fratrum deferebatur, quam e-
pistolam etiam recenset Augustin. Steuchus biblio-
thecarius Papæ *in lib.2.de donatione Constantini, pagin.*
138.

43 Regnum † Aragonum recognoscitur à Papa. In
Registro Vaticani extat recognitio Petri Regis Ara-
gonum, sub his verbis: Ego Petrus Dei Gratia Rex
Aragonum, Comes Barcinonæ, Dominus Montis
pessulani, cupiens præter Deum, principali Beati Pe-
tri, & Apostolicæ sedis protectione muniri, tibi san-
ctissime Pater, & Domine summe Pontifex Innocen-
ti, & pro te sanctæ Romanæ ecclesiæ, & Apostolicæ
Sedi offero regnum meum, illudque tibi, ac successori-
bus tuis in perpetuum, pro remedio animæ meæ, &
44 progenitorum meorum constituo censuale, † vt an-
nuatim de camera Regis ducentum quinquaginta ma-
ximæ Apostolicæ sedi reddantur, & Ego, ac successo-
res mei specialiter, & fideles, & obnoxij teneantur:
Hac autem lege seruandum totum decerno, quia spe-
ro & confido, quòd tu & successores tui, quasi Beati
Petri manibus in Regem duxeris solemniter coronā-
dum. Actum Romæ Anno Christi 1304. de qua testifi-
catur etiam Steuchus *in lir.2.de donatione Constantini,*
*pag.*193.

45 Regna autem † Maioricæ, & Minoricæ fuerunt vni-
ta Regno Aragonum, quando ablata sunt ab hæredi-
bus Iacobi, vulgariter vocati, il felice.

46 Rex Poloniæ antea Dux, recusauit coronam recipe-
re ab Imperatore, Poloni viri strenui acquisiuerunt
partem Silesiæ, atque supremam potentiam Prussiæ:
Inde Imperiales exercitus rupti semper, quoties con-
tra Polonos supremam satagerent potentiam: Coro-
47 nam † regalem, Regisque titulum à summo Pontifice
obtinuit, vt testatur Albertus Krantz *in Vuandal.lib.*
8.c.2. & cum Regis mandato Stanislaus Archiepisco-
pus Gesnensis occisus fuerit, Papa Regem excommu-
48 nicauit, atque Regis † titulo, & corona priuauit: Inde
Lacoldes Dux Poloniæ iterum vocatus, sed sublatis
censuris à Ioanne XXII. Regis titulus à Pontifice re-
stitutus est, cum pacto soluendi tributi, quod hucus-
que percipitur pro oleo Lampadis sancti Petri. Sed
Dubrauius *lib.*10. & Cromerus *lib.*4. scribunt impo-
situm fuisse Poloniæ ob Casimirum voto solutum de-
narij sancto Petro soluendi annuam pensionem de
Polonorum consensu.

49 Regnum † Hungariæ est subditum Papæ, quod in
Catalogo Regnorum Cancellariæ vrbis scriptum est;
Ego legi Actum factum, in registro Vaticani, de anno
1229. vbi Lancellottus Rex Hungariæ promittit obe-
dientiam Papæ, declarans se teneri, & accipere coro-
nam à manibus Papæ. Item legi Ludouicum II. Re-
gem Hungariæ, vt obtineret absolutionem ab excō-
municatione, propter inobedientiam in Legatum Pa-
pæ, se teneri declarauit soluere Cameræ Apostolicæ
50 centum † marcas argenti singulis annis, & hæc obli-
gatio fuit de anno 1280. Alij dicunt quòd Stephanus
Hungariæ Rex à Pontifice Romano impetrauit no-
men, coronámque Regiam, & hoc tradunt Cartaisius
in eius vita, & Bonfinius. Item in eodem registro Va-
ticani, adest alia scriptura de anno 1308. per quam Ba-
rones regni Hungariæ se opponunt Legato Papæ, di-
51 centes sanctum Stephanum † primum Regem Hun-
gariæ accepisse regni illius coronam à manibus Papę;
Addentes non posse ferre Papam super eos hanc ha-
bere prærogatiuam, ipsosque impedimento non fu-
turos, si eorum Regi placuerit à Papæ manibus coro-
nam recepturum esse. Sed ille Legatus multa Regi
prohibuit, præsertim iurium regalium alienationem;
propter cuius contrauentionem Andreas Rex Hun-
gariæ fuit citatus Romæ sub Honorio Papa III. anno
Domini 1221. & Innocentius Papa III. *in c.licet.de vo-
to.* Hungariæ Regi expressè mandat patris votum e-
xecuturum esse sub pœna priuationis coronæ, atque
sub comminatione transferendi regnum in eius fra-
trem minorem.

Extat apud Augustinum Steucum Bibliothecarium
Papæ *in dict.lib.2.de donatione Constantini, pagina* 186.
hoc scriptum testimonium, Gregorius † Episcopus 52
seruus seruorum Dei dilecto filio Salomoni Regi
Hungariæ salutem. Sicut à maioribus patriæ tuæ co-
gnoscere potes, Regnum Hungariæ sacrosanctæ Ro-
manæ ecclesiæ proprium est, à Rege Stephano olim
Beato Petro cum omni iure, ac potestate sua oblatum,
& deuotè traditum. Et mox idem Gregorius ad Geu-
sum Hungariæ Regem: Notum tibi esse credimus re-
gnum Hungariæ, sicut & alia nobilissima regna in
proprio libertatis statu debere esse, & nulli Regi al-
terius regni subiici, nisi sanctæ & Vniuersali Ecclesiæ
Romanæ, &c.

Regnum † Nauarræ dependet etiam ab Ecclesia. 53
Nam cùm Iulius Papa II. excommunicasset Petrum
de Albret vti confœderatum Ludouici duodecimi Re-
gis Francorum, qui erat etiam excommunicatus, illud
concessit primo Regi Christiano, qui adipisceretur,
cum pacto recognoscendi regnum illud in fidem, &
homagium ab Ecclesia Romana: Quod regnum, re-
spectu vnius partis, nostris temporibus idem passum
est, sub Sixto Papa V. in principio eius Pontificatus.
Item Iulius Papa II. concessit Ferdinando Regi Hispa-
niæ Regna Granatæ, & Nauarræ, si ab altero expelle-
ret Mauros, ab altero Petrum de Albret, cum pacto,
vt recognoscerent Romanam Ecclesiam in fidem, &
homagium, de quorum Regnorum legitima conces-
sione, & possessione per Regem Hispaniæ, latè scribit
Ioan. Lupus in particulari tractatu de hoc.

Insulæ † Canariæ, Nigrariæ, & Gorgonæ fuerunt da- 54
tæ in feudum à Papa ipsi Imperatori, & legitur in re-
gistris Vaticani: Pro quibus legimus Ludouicum Re-
gem Hispanię pręstitisse fidem & homagium Papę
anno Domini 1343. cum obligatione soluendi Came-
rę Apostolicę singulis annis quatuor centum florenos
aureos ponderis marcę Florentinæ.

Item Papa Alexander † sextus, diuidendo insulas oc- 55
cidentales, quas vocat Mundum nouum inter Reges
Castellę & Portugallię, reseruauit sibi recognitionem
feudalem de cōsensu amborum. Infidelium regna sub
Papę potestate sunt, & ad eius liberam collationem,
vt probaui superius *in c.*24. ergo inter eos diuidendo,
dominium transtulisse dicitur: Nec id fecisse ad sedā-
das discordias, vt cęteri parum accurati de iuribus Ec-
clesię fassi sunt: Item reseruando ecclesię recognitio-
nem, directum dominium reseruasse dicitur, vt diffusè
supra probatum est.

Item Magnus † Magister ordinis sancti Ioannis 56
Hierosolymitani, qui ordo componitur ex octo po-
pulis diuersarum nationum, habent inuestituram à
Papa, cui pręstant fidem & homagium respectu supre-
mę auctoritatis quam habet super equitibus illius re-
ligionis.

Regnum Danicum † est peculium & vectigal san- 57
ctę Romanæ ecclesię, de quo attestantur Pontifi-
cium vera monumenta. Alexander episcopus seruus
ser

seruorum Dei Dilecto filio Sueui Regi Danorum salutem, & Apostolicam benedictionem: Prudentiam tuam monemus, vt censum regni tui, quem antecessores tui sanctæ Apostolicæ sedi soluere soliti sunt, nobis, & successoribus nostris transmittere studeas; Ita tamen, vt non sicut oblatio in altari ponatur, sed tam nobis, quàm successoribus nostris, vt certius approbetur, præsentialiter offeratur, quam epistolam esse in registro Vaticani, testatur Steucus ibidem.

58 De Regno † Croatiæ, & Dalmatiæ idem Steucus desumpsit ex Vaticano, ex registro Gregorij Papæ VII. vbi legitur; In nomine Domini sanctæ, & indiuiduæ trinitatis, Anno Dominicæ incarnationis millesimo septuagesimo sexto, indictione quarta, & decima mensis Octobris, ego Demetrius, qui & Suinumir nuncupor, Dei gratia Croatiæ, Dalmatiæque Dux à te Domino Gebizo ex Apostolicę sedis Legatione Domini Papæ Gregorij potestatem obtinente in Salontana Basilica sancti Petri, Synodali, & concordi totius cleri, & populi electione, & Croatiorum, Dalmaticorumque regni regimine per vexillum, ensem, sceptrum, & coronam inuestitus, atque constitutus Rex, tibi deuoueo, & polliceor me incommutabiliter completurum omnia, quæ mihi tua Reuerenda iniunget sanctitas, vt in omnibus, & per omnia Apostolicæ sedi fidem seruem, & quicquid in hoc regno tam Apostolica sedes, quàm Legati sui sanxerunt, vel sanxerint irreuocabiliter custodiam, iustitiam excolam, Ecclesiam defendam, ducentorum quoque bizantiorum tributum meorum omnium consultuum primatuum sancto Petro per singulos annos in resurrectione Domini, de mihi concesso regno persoluendo statuo. Præterea cum Deo seruire regnare sit, vice Beati Petri, ac domini nostri Papæ Gregorij, atque post successorum in Apostolica sede me tuis manibus committo, & committendo hanc fidelitatem iuramento stabilio: Ego inquam Demetrius, qui & Suinumir Dei Gratia & Apostolicę sedis dono. Rex ab hac die in antea sancto Petro, & Domino meo Papæ Gregorio, & suis successoribus canonicè intrantibus ero fidelis, Regnum autem quod mihi per manum tuam Domine Gebiza traditur, fideliter retinebo, & illud, suumque ius Apostolicę sedi aliquo ingenio aliquando non subtraham, Dominum meum Papam Gregorium, & suos successores, atque Legatos, si in meam potestatem venerint, honorificè suscipiam, & honestè tractabo, & remittam, & vndequaque me inuitauerint, prout potero simpliciter eis seruiam.

59 Regnum Rusciæ † eiusdem est Ecclesiasticæ ditionis, quod eadem prisca monumenta præ se ferunt, ex Vaticano, Gregorius Papa VII. Regi, & Reginæ Rusciæ scribens, dixit; Dilectis filiis Demetrio Regi Ruscorum, & Reginæ vxori eius salutem, & Apostolicam benedictionem. Filius vester limina Apostolorum visitans ad nos venit, & quod regnum illud dono sancti Petri per manus nostras vellet obtinere, eidem Beato Petro Apostolo debita fidelitate exhibita, deuotis precibus postulauit, indubitanter asserens illam suam petitionem nostro consensu ratam fore, ac stabilem, si Apostolicæ auctoritatis gratia, atque munimine donaretur, cuius petitionibus assensum præbuimus, & regni nostri gubernacula ex parte Beati Petri illi tradidimus, ea videlicet intentione charitatis, vt Beatus Petrus vos, & regnum vestrum sua apud Deum intercessione defendat.

De Regno † Scotico Polydorus Vergilius *in lib.* 60 *17.* ita scribit; Bonifacius interea Pontifex à Scotis precibus fatigatus interdixit Eduardo Regi ne amplius posthac Scotos bello vexaret, quod id regnum antea in Romani Pontificis fidem, & potestatem à Scotis ipsis permissum fuisset, & ideo asseuerabat, sibi soli integrum esse cuicunque liberè dare, & auferre.

Altera pars huius capituli est in videndo de Regibus, qui homagium præstant Imperatori, vnde arguamus, sunt subditi Imperio; ergo Ecclesię, cuius est Imperium, vt probauimus supra.

Imperatori † igitur iurant fidelitatem, & homagium Rex Danismarcæ, qui & supremæ potentiæ 62 existit in regno Nouegiæ, retinet ab Imperio vnam partem Ducatus Holstein: similiter, & totam Danismarcæ regionem ab Imperio recognoscebat, solo Ducatus titulo Danismarcæ decoratus. Canut Dux præstitit fidelitatem & homagium Imperatori Lothario: Mox Federicus primus Danismarcam in Regnum extulit, Regisque titulo Ducem decorauit fidelitatis, & homagij onere pro Imperio adiecto, de quo testantur Heluod. *in Historia Sclauorum cap.* 5. & Tritemius *cap.* 17.

Heluetij † miserunt oratores ad Ferdinandum pro 63 confirmatione suorum priuilegiorum, quę est species homagij, & recognitionis dominij, dicentes eorum libertatem ab Imperio dependere, pro quo habuerunt diætam in ciuitate Ansborg. In fœdere inito infra octo Cantones † antiquos, adest speciale capitulum, per quod Cantones Zuric, Bernæ, Schuuits, Vndenvvalden, qui se dependentes ab Imperio declararunt, noluerunt præiudicium facere Imperio. In fœdere inito inter Imperium, & dominos Ligarum, expresse conuentum est, ipsos non esse auxilium præstituros Principi aduenæ, qui bellum moueret contra regiones Imperij: Et ideo Carolus V. Imperator, anno 1553. scripsit literas ad Dominos Ligarum quibus valdè ægrè ferebat eius subditos ingressos esse cum exercitu Regis Franciæ contra Imperium, & contra tenorem conuentionis.

Dux † Lotharingiæ Princeps sacri Imperij nuncu- 64 patur, sed hoc est Imperium recognoscere. Habetur in historiis, Stephanum Bononiæ Comitem fuisse de Lotharingia inuestitum anno domini 1019. ab Imperatore Henrico I. & in commentariis Archidiaconi Verdensis habetur, Ferrum Comitem Vademontis sustinuisse in Concilio Constantiensi Ducatum Lotharingiæ esse feudum Imperiale quod solum masculis debebatur, & ita fuisse iudicatum contra Rhenatum Andegauensem.

Item ciuitates † Imperiales Alemanniæ recogno- 65 scunt Imperatorem, à quo pretio habuerunt libertatem, Nuremburga à Federico, Isue ab Othone III. Egra à Ludouico Bauariæ, Brunsuick, & aliæ.

Rex Boemiæ † recognoscit Imperatorem, vt pro- 66 bat Loffredus *in Paraphrasi feudali, in titulo de noua forma fidelitatis. vers. hic titulus.*

Transyluania, † quæ est pars Vallachiæ inter Da- 67 nubium, & Carpatum montem semper recognouit Imperium, licet sub Solimano à Turcis occupata

 fuerit

fuerit atque tributaria effecta: Sed Sigismundus magni animi Princeps, qui apud religiosos viros educatus fuerat de anno 1544. consultus (præ maxima in summum Pontificem deuotione) ab ipso Pontifice, quod iure potuerit non obseruare fidem, & homagium vi, metuque Turcis promissum, colligatus cum Imperatore Rodulpho, tum viribus, tum matrimonio, atque auxilio Christianorum Principum, à Turcarum imperio se liberat, multasque strages in illos exercens, eorum terras occupat, & vt Princeps sacri Imperij felicissimus dictus est.

Modo videamus de Regibus qui ab Imperio sunt
68 exempti, & quod attinet ad supremos, Hispania † ab Honorio Imperatore fuit liberata & immunis Cæsarum imperio, donata Gothis, Couar. *in reg. peccat. in 2. parte relection. §. 9. num. 9. de reg. iur. lib. 6.* & in specie tradit Ioan. Lup. *de Regno Nauarræ parte 6. §. 4. & de beneficiis vacantibus in curia, §. 8.* Idem annotatur à Paulo Orosio, qui scribit Honorium Alarico Gothorum
69 Regi Gallias, † & Hispanias, quas iam penè perdiderat, pro pace optime oranti concessisse, & Procopius *in libro 3. de bello Vandalico* commemorat conuenisse Imperatorem cum Vandalorum Rege Gogidisco, vt sedem in Hispania haberet, modo cæteris habitatoribus Vandali non nocerent, neque aliquo proscriptionis iure vti aliquando possent, & de hoc contingit anno Domini 412.

70 Præterea Reges † Hispaniarum se tutantur præscriptione centenaria, Felyn. *in c. cum non liceat. de præscriptionib.* & est communis opinio Doctorũ, de qua per Corsett. *in tractatu de potestate Regia q. 104.* Baldus *in tract. de præscript. in 1. parte secundæ partis, q. 2.* Crauett. *in tract. de antiquitate parte 4. in §. materia ista. nu. 73.*
71 Ideo Reges † Hispaniæ prohibuerunt allegari leges ciuiles in Hispania sub pœna capitis. Oldrad. *in consil. 69.* Stephanus Rex Hispaniæ voluit legi corpus ciuile in Hispania, teste Policrate *in libro 8. cap. 22.* Ideo Alphonsus X. Rex Hispaniæ præcepit, vt pro eo, in quo deficerent ordines, vel consuetudo, haberetur recursus ad eum: sed non potuerunt leges sacri Imperij adeo prohiberi, quin etiam amplecterentur. Tandem
72 generali lege sancitum est, vt doctrina † Bartoli in Hispania haberetur pro lege, teste Grammatico *in decis. 62.* ne barbari viderentur, vt de Alarico Rege Gothorum prohibente leges Romanorum, dicit Molina *in principio consuetudinum feudorum.*

73 At quod Reges † Hispaniæ aliquando fuerint subditi Imperio Romano, probatur ex Etymologia
74 verbi *Hidalgo*, † quasi Italicus dicatur, litera Latini nominis, t. in d. & c. in g. linguę perpetuę ferè obseruantia, in iis, quę ex latino sermone verbis, & nominibus, vsurpat commutata, vt de prima mutatione videmus, senatus, armatus, legatus, & similibus; de secunda verò in dico, in ficus, canonicus, clericus, & similibus: Italicus autem ideo dicitur, quia cum tributa antiquitus prouinciæ Romanis penderent illis vrbibus, quas senatus, vel Imperatores ob gratiã volebant esse immunes ius Italicum concedebant, quod Vlpianus *in libro 1. Digest. de censib.* significat, dum enumerat omnes vrbes, & Colonias, quę à tributis erant immunes, Celsus *in l. Colonia Digest. eo.* Caius *in l. iuris Italici. Digest. eod.* & Paulus *in l. final. Digest. eod. tit.* ex quorum verbis constat aliquando simpliciter ius Italicum,
75 † aliquando cum limitatione concedi solere, aliquando simul cum iure Italico ius etiam Vrbis Romæ, vt *l. honoris. C. de priuileg. Vrb. Constantinopolit.* Et quod ista Etymologia *Hidalgo* à nomine Italico propter largitatem iuris Italici in Hispanos sit vera, latè probat Franciscus de Sarmiento Doctor Hispanus *in libro 1. selectarum interpretat. c. 15. vers. vera.* Hoc autem ius † Italicum vniuersæ ferè Hispaniæ concessum fuit 76
à Vespasiano Cęsare, vt ex Gaio Plinio docet Episcopus Ilerdensis *in lib. 3. emẽdationum c. 9.* & probat Sarmiento, vbi supra.

Regnum † Arles quod extendebatur à monte Sancti Claudij Sona, & Rhodano vsque ad Alpes, & ad 77
mare, pertinet ad Imperium, in quo comprehenditur Comitatus Prouentiæ. Philippus Valesius Rex Franciæ emit ab Henrico V. Imperatore supremam auctoritatem totius regni Arles, exceptis Comitatu Saonẽsi & Principatu Oranges in anno 1362. (quod Regnũ deuolutum erat Imperio ob defectum masculorum) pretio trecentum millium marcarum argenti cum promissione ratificationis faciendæ à Principibus Imperij, cuius ratificationis expromissor fuit Ioannes Rex Boemiæ teste Bodino *in libro 1. suæ reipublicæ, cap. 9.*

Regnum † Franciæ fuisse partem Imperij Romani 78
testatur Suetonius in vita Cæsaris, dicens Cæsarem subegisse Galliam, Alciat. *in libro 2. dispunction. ca. 22.* probat Gallos omnes Romanis Principibus paruisse, & ius ciuitatis adeptos: vbi etiam ostendit Romani prius ab Imperio Romano desciuisse, nimirũ à Gothis captam, quam Gallias ipsas: Et licet Ioan. Igneus in sua disputatione, an Rex Franciæ recognoscat superiorem Imperatorem, satis incalescat aduersus Imperium, & subiectum negare non valens, negat tamẽ *num. 31.* Auerniam, Brittaniam, & plures alias ciuitates supra Tiberim Imperio paruisse, nisi aliquando & semper coactas, sed nec probat, nec iure subsistit, cum sufficit partis † tantum habuisse pacificam possessio- 79
nem, vt dicatur habuisse de toto, ex regula *l. 3. Digest. de acquir. possess.* Et quod Gallia tota paruerit Imperio, patet ex inscriptione *legis criminali. C. de iurisdiction. om. iudic. in vers. Præfecto Prætorio Galliarum.* Item 80
Gallias † fuisse factas Colonias Romanorum, probat Alciat. *in lib. 2. dispunctionum, cap. 21.* & donatas nomine Italico. Item Gallorum erat vna legio integra, Burghesiorum † priuilegiis, & fautoribus decorata à 81
Iulio Cæsare, quæ vulgariter dicebatur Lodola, quod priuilegium postea fuit concessum Nouocomi, Tranquill. in Iulio Cæsare. Sed hoc valdè displicuit Augusto eius nepoti, qui noluit idem priuilegiũ ne Gallo quidem concedere, etiã ad preces vxoris, teste Tranquillo in Augusto. Licet Antoninus Pius generali lege donauerit omnibus † subditis Imperio priuile- 82
gium Burghesiæ Romanæ, *l. in orbe toto ff. de stat. hom. l. Roma ff. ad municipal.* & probatur *in l. 1. C. de offic. præfect. prætor. Africæ. vers. Itẽ & omnia quæ in partibus Hispaniæ, & Galliæ, &c.* Et per illum textum notat Glossa, Regem † Franciæ esse sub Imperio, Gloss. 1. *in titul. de* 83
pac. tenend. & iuram. firmand. in vsib. feud. & cap. volumus 11. q. 1. loquens Imperator dicit: *vt omnes nostræ ditioni subiecti tam Romanij, quam Franchi, Alemanni, & Hispani.* Et notat Archidiacon. *in c. ego, in fine distinction. 63.* & Cardinal. ibidem, & textus ibidem, olim Imperium Romanum tenuisse Franciam. Item de Hispania, † vltra prædicta iura est textus *in l. relegato-* 84
rum ff. de interdict. & relegat. & textus clarus *in l. 2. §. capta deinde Sardinia, &c. item Hispania.* Item in inscriptione *l. si à sponso. C. de donat. ante nupt.* ibi ad vicarium Hispaniæ, & ad Comitem Hispaniarũ scribit Imperator, & *in l. cum seruum Codic. de ser. fugit.* condendo l. & ad Vicarium Hispaniæ, *in l. vitia C. de acquirend.*

quirend. possess.& in l.2.C.si per vim,vel alio modo. & l. pretia rerum,§.fin.ff.ad l.Falcid. & meminit textus *in l. seruus.§.1. ff.de statuliber.*

85 Non negamus Francos † meridionales, natura velociores,magis actiuos,promptiores,& diligentiores, quantò citius potuerint se eximere à iurisdictione Im-
86 perij, prout sub Valentiniano † defecisse ab Imperio Romano, clarum est, & testantur Chronicæ, quare Franci appellati sunt: sed ista violenta subtractio fuit post confirmationem Imperij, de qua diximus *in cap.* 5. Fuerunt igitur Imperij pars; ergo non possunt nisi præscriptionem, vel libertatis priuilegium allegare.

87 Item Sigismundus Imperator † anno 1411. In ciuitate Lugdunensi, de plenitudine potestatis creauit Comitem Saonensis status, & ita auctoritate Imperiali vsus est in Regno Franciæ, fuitque satis post dictam subtractionem violentam; ergo & postea Impe-
88 rio paruerunt. Idem Sigismundus † circa eadem tempora recipitur Parisiis cum multa magnificentia in maiori frequentia Parlamenti Parisiensis, vbi sedet in Throno Imperiali,atque ibidem in Parlamento præ-
89 fato creauit equitem † Senescalcum de Beaucairo, prout testatur Bodinus,qui de illis est, *in sua republica lib.1.cap.9.fol.*114. At in his actibus præcipuè consistit Imperialis iurisdictio, quæ extra territorium exerceri non potest, *l.final. ff.de iurisdict.omnium iudicum cum*
90 *similibus.* Denique ex Latina lingua, † qua vtuntur Galli, qua vsque ad tempora Francisci Primi Regis Francorum in publicis negotiis vsi sunt, & Latinè scribebant, etiam sententias in tribunalibus, quod & per acta facta vsque ad illa tempora, & per prohibitionem postea ab eodem Rege subsequutam, ostendi poterit. Quare negari non potest Gallias fuisse partem Imperij.

91 Tamen verissimum est quod regnum † Franciæ non recognoscit hodie Imperium,vt probat textus *in c.per venerabilem.qui fil.sint legit.vers.Insuper cùm Rex in temporalibus superiorem minimè recognoscat.* qui textus non est intelligendus de facto,prout Glossa ibi,& communis Doctorum turba intelligunt: Sed de iure,
92 †prout Innocent. ibi declarat, & satis doctè probat Ioan.Igneus *in d.sua disputatione,num.34.& plur.sequ.* Nunquam enim summi Pontifices, neque Iurisconsulti loquuntur de facto, sed tãtum de iure, glossa fin. *in c.consultationi. de tempor. ord.* quã glossam singularem dicit Felyn. *in c.cum non liceat.de præscript.*& quod *d.cap.per venerabilem.* intelligatur de iure,tenet Abb. & Felyn. *in c.nouit.de iudic.* Et pro hac interpretatione ponderatur idem textus in vers.*sine iuris alterius læsione in eo se iurisdictioni nostræ subiicere potuit.* quem sic inducit Igneus ibi *num.36.*

Ex istis concludit ibidem Igneus, quod cùm Rex
93 † Franciæ non recognoscat Imperatorem in temporalibus,rectè potuit se subiicere iurisdictioni Papæ in temporalibus: nec posset aliter euadere, quin fuerit mendax,cùm ibi tractetur de legitimatione filiorum, & successione Regni, atque aliis in feudis in quibus Imperatoris auctoritas debet interuenire, *cap.naturales,& ibi gloss. & omnes Feudistæ. Si de feud. defuncti controuers.fuerit inter Dom.& Agnat.*& tenent omnes *in l.Gallus. §.& quid si tantum. Digest. de liber. & posthum.* & est textus *in l.2. ff. de nat.restitutionib.* Bal. & Castrens. *in lib.1. per illum tex. Cod.de iur.aureorum anul.* Canonistæ *in cap.cæterum.de Iudic.*Bart.*in §.1.in princip.auth.quomodo oport. episcop.* Item de hac subiectione Regis Franciæ Ecclesiæ Romanæ, inferius diffuse dicam.

Item Rex Castellæ † antequam Rex fiat iuramento speciali subiicit se, & totum suum dominium sanctissimo seuerissimæ Inquisitionis tribunali. Item 94
Regnum † Portugalliæ recognoscet Papam in temporalibus probauimus supra *in cap.* 23. & est textus *in c.grandi.de supplend.neglig.prælat.* 95

Regnum † Portugalliæ esse membrum Regni Castellæ ab antiquissimo tempore sic ostẽditur:Nam cum tota Hispania de voluntate Imperij Romani à Gothis occuparetur,vt dixi,& Rodericus XXXIV. Rex Gothorum de anno domini 718.à Mauris expelleretur,Hispania in plures partes diuisa est, quæ Reges Mauros habuerunt, & successiuis temporibus partes illæ, regna sunt appellata, cumque Pelagius à Gothis contra Mauros Rex electus esset, post multa Alphonsus VI. Rex Hispaniæ, ex iis,qui successerunt Pelagio ad illud regnum de anno 1064. propter benemerita Henrici Comitis Lotharingiæ, & fratris Gottifredi Buglionis, pro auxilio præstito aduersus Mauros, ipsi nuptui tradidit filiam suam naturalem Tiresiam, eique pro dote assignauit Comitatum † Portugalliæ cum recognitione homagij, & tributi, 97 atque concessione pro & descendentibus, ac successoribus quibuscumque,vt ex his, qui nouissimè scripserunt de successione huius regni, probat Caccheran.*in consil.*138. *numero* 22. *vol.2.* Et hoc matrimonium,atque regni concessio facta fuere de anno 1107. Itaque diuiso status fit in persona Tiresiæ filiæ naturalis,à qua originem habuerunt Reges† Portugalliæ, 98 ab hinc quatuor centum annis.Item Comiti Henrico successit Alphonsus I. qui sibi assumpsit titulum Ducis,& postea ab Eugenio Papa III. titulum Regis † 99 impetrauit.Successerunt & alij, Sancius I. Alphonsus II.qui cum esset inhabilis,ab Innocentio † Papa III. 100 sibi ad regimen regni fuit curator datus, de quo habetur *in c.grandi. de supplend. neglig. prælat. lib. 6.* & per Nauarr. in relectione *capit.nouit. de iudic. in 3.notab.num.99.* Alphonsus III. Dionysius, Alphonsus IV.Petrus Fernandez, Ferdinandus,qui de anno 1383. mortuus est,absque legitimis hæredibus,sed superstite tantum Beatrice eius filia naturali, teste Stephano Garimbaio in compendio Historiæ Hispaniæ, quæ fuit vxor Ioannis I.Regis Castellæ. Qua decedente sine filiis, Ioannes, qui erat filius naturalis dicti Petri Fernandez vltimi Regis, teste Emanuele Costa *in libro de Regno Lusitaniæ, numero* 142. qui fuit Rex electus à populo, contra voluntatem Regis Castellæ,& ita ad Regnum primus Rex illegitimus admittitur. At huic decedenti succedit Edoardus I. anno Domini 1433. Mox Alphonsus V.anno 1438. Item Ioannes II.anno 1481. Et cum hic decessisset sine filiis, ad Regnum admittitur Emanuel nepos dicti Edoardi I. ex filio Ferdinando prædefuncto anno 1495. Et hic ex Eleonora sorore Caroli V. Imperatoris suscepit Ioannem III. filium, & de anno 1521. mortuus est. Hic autem vxorem duxit Catharinam, eiusdem Caroli V. Imperatoris alteram sororem, ex quibus natus est Ioannes IV. qui duxit vxorem filiam eiusdem Caroli Imperatoris, sororem Philippi II. Regis Hispaniæ.

Et cum Ioannes IV. decessisset ante patrem superstite Sebastiano infante,hic post mortem Ioannis III. ad re-

ad regnum admittitur,eoque decedente,successit He-
101 ricus, tunc Cardinalis † filius Emanuelis, fraterque dicti Ioannis III. Ita de hac Regum Portugalliæ continuata successione scripserunt VVolfgangus Lazius *in lib.3. de migrationibus gentium, in rubrica Reges Portugalliæ.* & Sebastianus Munst. *in Cosmographia vniuersali li.2. in rubrica de regno Lusitaniæ.*

102 Rege, & Cardinali Henrico in vltimis vitæ constituto, deputantur gubernatores ac defensores Regni Portugalliæ pro declarando successore in concursu multorum, qui Reges declarari satagebant: Qui o-
103 mnes cognito quod ad Regna † Hispaniæ possunt succedere fœminæ, tum ex lege Gothorum, qui cum Hispaniam sub vno Rege possiderent, sic legem sanciuerunt, vt in defectum filij masculi filiæ fœminæ succedant ad regnum in Hispania: itaque Lusitania quoque Hispaniæ pars fuit hac lege affecta, quam legem semper Gothi obseruarunt, de qua testatur Ioan. Lupus in repetitione *rubricæ de donationibus inter virum & vxorem.§.69.numer.26.* sic respondendo ad Ioannem Royas *in epitomat. de successione cap.3. numero* 34. Tum etiam ex antiquissima, & obseruata consuetudine, vt fœminæ etiam succedant ad regnum Hispaniæ.

104 Nam cùm in Italia introduceretur fœminas † succedere ad regna, vt de Ioanna prima, & Ioanna secunda in Regno Neapolis dixi paulò ante: Idémque factum sit in Regnis Vngariæ & Poloniæ, in quibus successerunt Maria, & Heduuiga filia Ludouici Regis Vngariæ, & filia Regis Poloniæ, quod nunquam antea acciderat. Item eodem tempore Maria Volmar successit ad regna Noruegiæ, Suediæ, & Danismarcæ, etiam contra antiquas ordinationes regnorum. Item in Regno Angliæ, teste Cornelio Tacito, regnabant etiam mulieres aliquando, sed post decursos mille & quingentos annos: iterum euenit casus circa eadem ferè tempora, & Edoardo Regi Angliæ successit Maria eius soror, atque huic Mariæ successit Elisabeth: Neque iste casus amplius successerat in Regno Scotiæ; nam inter centum quatuor Reges, quos habent in Catalogo, non inuenitur regnasse mulierem. Item circa eadem ferè tempora regnare cœpit Maria Seuart: Quatuor igitur mulieres eiusdem nominis, quasi eodem tempore feudarunt viam successionis ad Regna Vngariæ, Noruegiæ, Suediæ, & Danismarcæ, Scotiæ, & Angliæ.

105 Et in Regno Hispaniæ pluries legimus fœminas † in Regno Castellæ, & Legionis successisse, vt fuit infans domina Vela, filia Comitis Didaci Burgensis,
106 quo tempore prouincia Castellæ † Comitatus erat: Item filia Sanerij Comitis, nomine Eluira, quę matrimonium postea contraxit cum Rege Nauarræ. Item Regina nomine Huraca, & Regina Berenguera, & Regina Isabella. Item eius Regina Ioanna: Item in Regno Aragoniæ successit Regina Petronilla coniux Raimundi Berengarij Comitis Barcinonę, & Regina Blanca.

Propterea licet in Regno Portugalliæ adhuc casus non euenerit, vt fœmina legitima in defectum masculorum successisset: Tamen debet ipsum Regnum tan-
107 quam vna prouincia † totius Regni Hispaniæ, vt dicit Couar. *in l.practic.quæst.c.1.col.1.& 2.* vel gubernari per legem Gothorum, vel legibus prouinciarum conuicinium; *c.cum olim.de consuetud.* Innocent. *in c. dilecto, nu.6.de offic.ordinar.*

108 Et quod fœmina † possit succedere ad Regnum Portugalliæ, scribit Costa de Regno Portugalliæ *fol.* 170. Gregor. Lopez *in libro 2.partitarum, titu.15. lib.2. glossa la fiia mayor.* Molina *de primogen. libro 3. cap. 6.* Auilez *in proœmio ll.prætor. Hispan.ver. Reyna.* Couar. *in d.cap.1.numero.8.* Ripa *in lib.1. responsor. cap.1. num.* 57. Lupus *in rubric.de donat.inter virum, & vxor. §.69. nu.26.& seq.*

Quare Isabella soror Regis Cardinalis Henrici potuit illi in Regno succedere, & eius filius Philippus. Ita consuluit Ancaran. *in consil.339.numero 7.* Berous *in consil.120.numero.4.vol.2.* Abbas *in consil.3. dubio 2. numero.3.vol.2.* Et ita fuisse iudicatum probat Ancaran. ibi; quia Ferdinandus Rex Castellæ erat nepos ex sorore Regis Martini defuncti, & ita refert Ille. *Pontificat.Histor.libro.6. cap.9. Rubrica Reges de Aragon. ver. Don. Ernando.* qui est nepos ex sorore dicti Regis Cardinalis Henrici, & ita est proximior quocunque alio.

Et licet Edoardus fuerit etiam filius Regis Emanuelis, & frater Regis Henrici Cardinalis, ex quo Edoardo nata est Maria, & ex hac Raynautius Farnesius, qui inspecta persona eius aui, credebat posse ad hoc Regnum succedere: Tamen ista subingressio † 109
non datur in successione ascendentium, & ita intelligitur textus *in §.cum filiis in authentic. de hæred. ab intest. venientib.* & in titulo *Instit. de hæredit. quæ ab intestato deferuntur.* Et probat Areti. *in consil.62. col.2.sed datur in successione transuersalium.* vt per Aretin. Ibidem Purpurat. *in consi.390. num.10. vol.1.* Chassan. *in consuetud. Burgund. col.1027.* Gabriel *in consi.135. vol.1.*
Item quia nepos † ex filia excludit neptem ex filio, vt 110
probat Curtius *in tractatu de feud.part.3. quæstion.1. numero* 18. Et ita consuluerunt Bald. & Alex. quod allegat. Propter quas rationes Alexand. Raud. *in consil. 3.vol.1.* testatur per illust. Gubernatores fuisse iudicatum contra Raynutium, & Regem Philippum admissum, & ita hodie hoc Regnum Portugalliæ iure legitimo possidet Rex Philippus III. Inuictissimus Rex
Portugalliæ † habet multos Reges pensionarios (dif- 111
fert † autem tributum à pensione, quia illud soluitur 112
pro habenda pace, hæc autem pro consequendo auxilio, succursu, aut protectione) nimirum Regem Calecur. Regem Malachiæ, Regem Cambani, & Regem
Cauor. Item ipsi Lusitani occuparunt † bonam par- 113
tem regni Marrocchi, Guineæ: ædificarunt etiam Propugnaculum in Insula Armus contra Regem Persarum, vbi exigunt dirictus mercatorum, qui negotiantur in mari Persico: & hæc omnia dicuntur addi-
tamenta † Regni, *c.recolen.§.cæterum.de statu monach.* 114
Alciat. *in l.si ex toto de legat.1.* Ioan. Gars. *in tract. de meliorationib.cap.22.num.22.* Item textus *in l. si conuenerit.§.si nuda Digest.de pignor.act.* quam allegat Bart.
ad comitatum † Tolosan. Regno Franciæ vnitum, qui 115
non potest diuerso iure censeri; quia cum integro statu transit, *l.si quando 1.C.de bon. vacant. libro 10.* Ioan. Igneus in repetitione *l. donationes in 12. & 13. fundamentis C.de donat. inter virum, & vxor.*

CAP. XXVII.

De effectibus iuramenti Homagij Ligij.

SVMMARIA.

1 *Homagium quid sit.*
2 *Homagij iuramentum sub qua forma fiat.*
3 *Homagium non fit per nuntium, vel procuratorem.*
4 *Reuerentiæ exhibitio debet fieri vera.*

5 *Pupil-*

5 *Pupillus non iurat homagium, neque per procuratorem.*
6 *Reges confœderati quæ signa subiectionis faciebant Romanis.*
7 *Reges seruiebant Romanis pro cubiculariis.*
8 *Rex Bithyniæ ingrediendo senatum, osculatus est senatorum solia.*
9 *Magnus Præcopus Tartariæ respondet suis feudatariis genibus flexis.*
10 *Moscouiæ Dux se exemit à subiectione Præcopi, & de facto voluit vocari Rex.*
11 *Homagium est idem quod fidelitas, & solet præstari sub diuersa forma.*
12 *Homagij præstandi forma consueta est attendenda.*
13 *Homagium factum contra formam consuetam non valet.*
14 *Fidelitas quomodo differat ab homagio.*
15 *Homagium præstatur pro feudo ligio.*
16 *Feudum ligium quando sit.*
17 *Feudum ligium impropriè quid sit.*
18 *Feudatarius plurium cui debeat prius seruire.*
19 *Feudatarius ligius duorum debet prius seruire primo.*
20 *Dominus directus feudi ligij non tenetur acceptare seruitium à substituto per feudatarium.*
21 *Vasallus qui præstitit homagiũ quid dicatur obligasse.*
22 *Ingratitudo quid sit, & quotuplex.*
23 *Ingratitudo an & quando pariat actionem.*
24 *Ingratitudo Regis Ezechiæ qualis, & quomodo punita.*
25 *Ingratitudo quot modis committitur.*

PLuries in præcedentibus tractatum est de Homagio Romanæ Ecclesiæ præstito per Reges in præcedenti capite enumeratos, superest nunc videre quid importet huiusmodi Homagiũ ligium: Est autẽ Homagium † maximum subiectionis, & humilitatis signum: Nam præstabatur in manibus Regis, vel Imperatoris genibus flexis, positis manibus iunctis ad manus domini, dicendo: *Ego* † *N. iuro homagium tibi Domino, vt amodo sim homo ligius vester contra omnem hominem, qui potest viuere.* Ita dicit Andreas *in c.1. vers. omnem col.1. de noua forma fidel.* & sequitur Loffred. *in paraphrasi feud. eiusdem tituli. vers. hic titulus.* Iacobin. *in tit. de homag. col.* 3. Iacobus de Franch. *in præludiis feud. num.*137. Nec potest præstari † per nuntium, vel procuratorem, quia homagium habet annexam reuerentiæ exhibitionem. Bald. *in l.2. num.*54. *ff. de rerum diuis.* Immola *in l. qui bona §. quod alienat. ff. de damn. infect.* Bald. *in c.1. col. vltim. Quo temp. mil. & in cap.1. final. per quos fiat inuestit.* Exhibitio † reuerentiæ debet fieri in præsentia personarum, sicut si teneretur Dominum associare, non poterit mittere procuratorem, Bald. *in d. l.2. ff. de rerum diuis.* Nec procurator pupilli † vasalli admittitur ad iurandum homagium nisi Dominus voluerit, sed expectatur ætas, nisi de consensu, & voluntate supremi Domini, & ita obseruatur in Asia, & Europa, atque in tota Italia, vbi feuda sumpserunt originem, Bal. *in l. sed si hac §. si libertus ff. de in ius voc.* fallit quando iurat vniuersitas ciuitatis, vel castri, Specul. *de feud. §.2. in fine.* Bald. *in d. l.2.*

6 Hæc humilitatis & subiectionis signa faciebant Reges confœderati Romanis, teste Quinto Curtio, qui sub eorum protectione existebant: Vnde Tiridates Rex Armeniæ, veniens Romam, genibus flexis ante Neronem Imperatorem alloquebatur, Nero autẽ suis manibus eleuans Tiridatem deosculabatur, atque fasciis cinctis capiti, regale diadema imposuit, & ad manum dexteram sedere permisit, vt dicit Suetonius in vita Neronis.

Et licet Imperatores dedissent Regna absque reseruatione fidelitatis, & homagij: Nihilominus iidẽ Reges, † depositis sceptris & fasciis regalibus, seruiebant Romanis Imperatoribus pro cubiculariis; Aliqui etiã ex eisdem Regibus Imperatorum procuratores vocabantur. Adherbales Rex Numidiæ dicebatur procurator populi Romani: Item Eumenes Rex Pergami post debellatum Mitridatem Regem Amasiæ, veniẽs Romam capite cooperto bireto simplici, dixit se æstimari libertinum Populi Romani. Item Prasias Rex † Bithyniæ, ingrediendo senatum, deosculatus est Senatorum solia, licet ipse subditus nõ fuisset, neque tributarius, neque sub protectione Populi Romani: sed isti honores voluntariè oblati, Principis non minuũt potestatem, sicut Homagij forma diminuit, & vilipendit, quæ seruilis est, & coacta, quam Tartari, Persæ, & Turcæ postponunt cuilibet seruituti. 7 8

Magnus Præcopus † Tartariæ, qui supremus erat Dominus omniũ regnorũ quę sunt à flumine Volha vsque ad Borysthenẽ, tenebat omnes Principes & illarum regionũ dominos vti suos tributarios & feudatarios, quiq; genibus flexis coram eo supremo Domino loquebantur, & corã oratoribus eiusdem semper sedentibus, ipsi recti, & capite discooperto astabant A qua subiectione Dux Moscouiæ, † qui & magnum, & absolutum dominium habet, se subtraxit, & Basilius primus sub anno Domini 1524. magnus Ciambellanus Dei, & Rex Moscouiæ appellari iussit. 9 10

Homagium est idem quod fidelitas, † quæ præstatur pro aliquo feudo, *c. fin. de reg. iur. c. grauem. cum ibi not. de excess. præla. c. ex diligẽti. de Simonia.* Sed est differentia, quia homagium est ille actus pręstationis iuramenti cum sua solemnitate, & fit in initio, & solet præstari sub diuersa solemnitate: In quo semper forma † consueta attendenda est, nec vlla nouitas induci debet, quia nemo tenetur vltra, vel præter consuetam formam præstare homagium, Specul. *in tit. de feud. §. quoniam num.*70. Bald. *in c.1. §. pactiones num.* 1. *de pace Constant.* Aluarott. *in c.1. no.2. arg. illius text. qualiter vasall. iur. deb. fidelit.* Præposit. *in præl ud. feud. n.*77. *circa finem.* Albert. Brunus *in consi.*117. *n.*65. Iacobin. *in inuestitura in ver. & cum mero & mixto Imperio n.*16. *circa fin. & in ver. qui quidem inuestiti. nu.*70. Et si contra formam consuetam † Domino præstiterit Homagium, potest agere contra Dominum feudi, & prætendere illud Homagium per metum, impressionem, siue errorem præstitisse: Nam iuramentum fidelitatis Domino præstitum à vasallo cõtra formam solitam, & consuetam, præsumitur extortum per vim, & metum, atque impressionem, propterea caret viribus, Bald. *in c.1. n.1. & ibi* Aluarott. *nu.*2. Pręposit. *col.*2. *Afflict. n.*16. *qualiter vasallus iurare deb. fidelit.* Ias. *in l. testam. nu.*5. *C. de testam.* Socin. *consi.*257. *col.*3. *vers. secundo infero vol.*2. Albert. Brun. *in consil.*12. *nu.*16. Aretin. *in consi.*14. *nu.*16. *& consi.*24. *nu.*9. Iacobin. *in d. verbo, & cum mero, & mixto Imperio nu.*16. 11 12 13

Sed fidelitas † est obligatio permanens, & habens perseuerantiam, ac tractum temporis sicut contractus quo ad volatum verborũ transit in instanti, vt emere, sed emptio & venditio perpetuo manent, Guglielmus de Cuneo *in l. ex hoc iure ff. de iust. & iur.* 14

Fidelitas autem est duplex, quædam in feudo ligio, & dicitur superior, de quo feudo ligio duo tantum iura loquuntur, *clement. pastoralis §. denique de re iudicata, versicu. Rex ipse nobis, & Ecclesiæ Romanæ occasione*

occasione Regni,prædicti notoriè subditus, homóque ligius, & vasallus. Item tex.*in c.* I. *in principio de capitulis extraordinariis,in vsibus feudorũ.* Et pro feudo ligio pręstatur Homagium, † vt dixi,quod debetur Papæ,Imperatori,vel Regi , aut alteri, qui superiorem non recognoscat : Vnde colligitur talis regula ; omne feu-
16 dum,etiam † si non dicatur ligium, debet tamen æstimari ligium, quando iuratur Principi , quia ex natura prædominantis Principis est , quod non excipiatur nullus homo,*l.fi.C.de leg.c.*1.*de natur.feud.c. imperialem §.fin. de prohib. feud. alien. per Federic.* præsertim quando Princeps concedit regalia , sicut sunt omnia, quæ pertinent ad statum Imperij,vt tributa,& similia: sin autem quis acciperet feudum ab aliquo vasallo, pro quo iuraret fidelitatem cõtra omnem hominem: tale feudum non est ligium,quia tex.*in d.c.*1.*de extraord. capitul.* dicit, contra omnes homines fidelitatem debet,sed ipse non debet fidelitatem contra omnem hominem , & quia impossibile iurat , ideo non est ligium : nam impossibile iuramentum non habet vigorem,*l.si quis inquilinos §.fin.de legat.*1. Item semper Princeps videtur exceptus,ne iuramentum sit iniquum, *d.c.imperialem §.final.* Nisi dicamus quod sic
17 † non est propriè,& primariè ligium,sed secundario, quia iurat fidelitatem contra omnem hominem , excepto Principe. Ita etiam Homagium est duplex: Quoddam ligium, in cuius præstatione nullus excipitur,nec intelligitur exceptus:Alterum non ligium,nimirum quando constituitur excepta fidelitate,quę alteri debetur.

Ex his resultat declaratio effectuum. Nam siquis
18 habens plura feuda † simpliciter , quæ recognoscit à pluribus Dominis,omniáque sub iuramento fidelitatis, Antiquiorem Dominum iuuare debet , est enim cunctis pręferendus,*c.contra omnes.in titulo,hic finitur lex Corradi.* De persona sua debet iuuare solum antiquiorem,videlicet de personali interessentia:Propria persona est honorabilior,gratiosior,& magis accepta dominis;nam in principalibus solet esse industria maior, & experientia potior , quàm in substitutis. Nisi necessitas,quæ caret lege, permitteret hunc vasallum ad priorem Dominum debere mittere substitutum, sed secundo domino seruiet de castro,id est iuxta morem consuetum : De pecunia , mittet ad omnes iuxta opes illius castri,& in his omnibus consuetudo inspicitur.

19 Non est sic in feudo † ligio , quia ita debet seruire primo,quod nullo modo seruiat aduersario,nimirum Domino secundo , & cum non potest seruire , debet dimittere feudum,quia cõtra naturam est, vt ille gaudeat beneficio,qui non potest seruitium exhibere,*c.*1.*de eo qui arma bellic.deposuit. l. qui sub prætextu Cod.de surof.Eccles.* Et imputet sibi,qui se astringit ad istam perplexitatem per iuramentum ligium, *arg.l.qui duo-*
20 *bus ff.de falsis.* Neque tenetur † hoc casu Dominus acceptare substitutum, quia non debet esse auctor periurij,licet possit permitti solum quando vasallus pręter culpam suam in hanc incidit necessitatem,vt *in d. c.*1.*de extraord.capit.*

21 Item vasallus† qui præstitit homagium principaliter obligauit personam , & in consequentiam sunt obligata eius bona ex accessione ad personam , *arg.l.si pater.ff.de adoptionib.* Etsi non obtemperauerit Do-
22 mino,dicetur ingratus:Est enim ingratitudo† vitium non retribuens benefactori quod debet , & cum duplex sit debitum , nimirum legale, ad quod reddendũ cogit iustitia,& morale, ad quod reddendũ cogit honestas;primo modo felonia committitur à vasallo , si illa sex non obseruantur Domino , quæ in titulo de noua forma fidelitatis disponuntur:sed pro ingratitudine secundo modo commissa certa norma, aut definitio dari non potest,vt scribit Obertus *in tit.in quib. caus.feud.amitt.* Propter ingratitudinem † non datur 23
actio,neque est nomen actionis , sed datur actio in factum propter ingratitudinem,vt dicit glo. *in vers.ingrati actione.in c.liberti.*12. *q.*2. Qui non obedit iustè pręcipienti Domino super feudo,aut feudi vasallis,satis dicitur ingratus,putat enim habere ex seipso,quod ab alio habet,quæ maior est ingratitudo, quam possit inueniri,vt dicit Alexander Anglus *in suo destructorio vitiorum,parte* 6.*cap.*4.*col.*2.& quasi negare videtur se esse vasallum,quo casu priuari potest , *c.vasallus , si de feudo fuerit controuers.inter dom.& agnat.* Innocent.*in c.cæterum.de iudic.* Guido Pap. *in decis.*436.*num.*77. Cacheran.*in decis.*29. Chassan. *in consuetud. Burgund. rubric.*3.*§.*3.*num.*1.& hoc quomodo sit intelligendum, remitto ad Boërium *in consuetudin.Bituricens.in titul. de consuetudin.feud.§.*13.*& §.*14. In cuius rei figura legitur,*in* 3.*lib.Reg.c.*3.*& c.*28.& Isaiæ *c.*37.de Ezechia † 24
Rege,cui Dominus Deus contulit mirabilem victoriã de Sennachetib Rege Assyriorum,occisis per Angelum Dei vna nocte centum octogintaquinque millibus viris de exercitu Sennacherib , sed quia gratias omnipotenti Deo non reddit, imò cum ad eum nuntij venissent Chaldæorum,quasi de proprietate,& victoria,quæ sibi acciderit gloriãtes, ipse verò Rex eosdem introduxit in domum Thesauri sui , eisque ostendit aurum , & argentum , atque omnia iocalia arma & spolia,quæ ab hostibus reportauit,& quasi propria virtute vicisset,vehementer gloria extollebatur, vnde Deus contra ipsum iratus , misit Prophetam Esaiam minantem sibi vindictam , & quod captiuus à suis subditis duceretur in alienam terram , propterea compunctus,& pœnitens Ezechias de suo delicto,vix obtinuit , quod vltro à Deo minata , in suo tempore non acciderint,quæ postea tempore Sedechię acciderunt, qui expulsis oculis,ductus est captiuus ad Babylonem,vt patet Hieremiæ *c.*39. Sic & secundæ causæ mutantur , si nosmetipsos erga Deum Benedictum mutauerimus, cum sint ad bonum hominis duntaxat conditæ,omnia sciente ipsa diuina sapientia.

Multis autem modis ipsa ingratitudo † committi- 25
tur,de quibus per Mandos. *in suo tractatu de ingratitudine,*& per Iosephum Orologium *in libro de ingratitudine, & eius speciebus.* Multis etiam modis Feloniam commissam esse pronuntiatur , quorum 56.ponit Afflict. *in §. item si fidelis , in tit. quib. mod.feud.amitt.* Alios ponit Iacobin. *de feud.in ver. Dictique vasalli promiserunt.* Curt. *de feud.parte* 4. *titul. ex quibus caus.feud.amitt.* vbi ponit 41.casus, & ibi etiam de libertis ingratis,qui æquiparantur feudatariis.

SVMMARIA.

1 *Regnum Franciæ quomodo probatur ab initio recognitum ab Ecclesia Romana.*

2 *Rex Franciæ vngitur de auctoritate Papæ Hormisdæ.*

3 c.per venerabilem,Qui fil.sint legit. *declaratur,& num.*6.*&* 20.

4 *Rex Franciæ se submittit dominio temporali papæ.*

5 *Consensus Imperatoris requiritur in declarando successionem feudorum maiorum.*

7 *Papa habet supremam potentiam in Regno Franciæ.*
8 *Papa condit legem in temporalibus in Regno Franciæ.*
9 *Papa, & dominus directus feudi potest condere leges, quæ ligent subditos feudatarij.*
10 *Papa potest condere leges & constitutiones in Regno Neapolis.*
11 *Papa deposuit Regem Franciæ ex causa temporali.*
12 *Epistola Bonifacij Papæ VIII. ad Regem Franciæ, dicens eum esse subditum Ecclesiæ.*
13 Extrauag. meruit. de priuileg. *declaratur.*
14 *Henricus III. Rex Franciæ, quomodo, & à quo interfectus.*
15 *Papa potest Regem instituere.*
16 *Papa succedit Imperio, & Regno quomodolibet vacate.*
17 *Papa Sixtus V. deputauit congregationem ad tractandum de successione Franciæ.*
18 *Rex quare de propria gente sit eligendus non aliena, & nu. 20.*
19 *Gallorum natura qualis.*
21 *Successio ad Regnum debet fieri iure Regni.*
22 *Successio Regni Franciæ est iure sanguinis.*
23 *Regnum Franciæ debetur ex sola lege, vel consuetudine Regni.*
24 *Primogenituræ ius in Regno Franciæ habetur à lege.*
25 *Rex Franciæ non potest primogenitum instituere hæredem.*
26 *Tractatus matrimonij, & pactũ de succedendo ad regnum Franciæ factum inter Reges non valuit.*
27 *Rex vltimus quando possit sibi deligere successorem.*
28 *Regna Aragonum, & Maioricarum sunt hæreditaria.*
29 *Rex eligendus quis præferatur inter pares in gradu.*
30 *Rex quando sit eligendus magis idoneus.*
31 *Regnũ Franciæ non admittit descendentes ex fœminis.*
32 *Lex Salica à quo, & quando lata est, & quæ sint eius verba.*
33 *Regnum Franciæ non admittit fœminas, neque descendentes ex eis.*
34 *Filia Regis Francorum non succedit ad regnum.*
35 *Iustum quale dicitur in actibus humanis.*
36 *Regnum diuidi non debere ex instructione Dei.*
37 *Ecclesia tenetur obseruare laudabilem consuetudinem patris.*
38 *Regnum non esse diuidendum quomodo probatur.*
39 *Dignitas, & ipsius res sunt indiuiduæ.*
40 *Indiuidua sunt multa ratione adiuncti.*
41 C. licet. de voto, *non loquitur de regali dignitate.*
42 *Regnum non potest diuidi per naturam.*
43 *Præbenda quare diuidi non possit.*
44 *Regnum diuisum efficitur tyrannis.*
45 *Regni diuisio inducenda est propter peccatum populi.*
46 *Pœna non est imponenda quando mala salua pace puniri non possunt.*
47 *Mundus vniuersalis gubernatur ad similitudinem hominis.*
48 *Regnum quare non sit diuidendum humana ratione.*
49 *Papæ electio quare posset conturbari ex dominio potentissimi.*
50 *Principes laici non debent se intromittere de electione Papæ.*
51 *Partialitates procerum oriuntur ex diuisione Regni.*
52 *Regnũ Frãciæ quoties fuerit diuisum inter filios Reges.*
53 *Regnum videtur posse diuidi ad sedandas discordias.*
54 *Primum potest diuidi in plures administrationes.*
55 *Primogenitus Regis dat alimenta cæteris fratribus.*
56 *Consuetudo mutata non attenditur.*
57 *Consuetudo contra ius non valet sine derogatione.*
58 *Henricus III. Rex Franciæ à Papa rebenedicitur & instituitur.*
59 *Delphinatus est pars Regni Franciæ.*
60 *Primogenitus Regis Franciæ dicitur Delphinus.*

CAP. XXVIII.

Papa an aliquam recognitionem super Regna Franciæ habere debeat.

REgnum † Franciæ felicissimum, recognoscitur à Romana Ecclesia. Nam cùm Franci Gallias occupassent, Imperioque Romano abstulissent, Clodoueus illorum Rex factus est Christianus, atq; illi collatum est regnum de auctoritate Summi Pontificis: Quocirca quoties Rex † vngebatur à Remensi Archiepiscopo, hic asserebat se illi regnum conferre de auctoritate data Rhemigio ab Hormisda Papa, quam veritatem multis relatis probat Botius *in li. 6. de signis Ecclesiæ.* Atq; in hãc sententiam descendunt viri alioqui excellentissimi Doctores Galli: nam Ioann. Ign. post alios *in quæst. an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem, nu. 36. & seq.* dicit hæc verba: Ego puto diligenter aduertendum esse ad illa verba (loquitur de *c. per venerabilem* † *in vers. sine iuris alterius læsione in eo se iurisdictioni nostræ subiicere potuit. Qui fil. sint legitim.*) quia si verum esset quod Rex Franciæ fuisset subiectus in temporalibus Imperatori, & hoc de iure, non potuisset Rex Franciæ sine magna læsione iuris alterius, scilicet Imperatoris se subiicere † alienæ iurisdictioni, nimirum Pontificis maximi, prælertim cùm tractetur de legitimatione filiorum, & ex consequenti de successione Regni, & aliis feudis, in quibus debet interuenire auctoritas & etiam consensus specialis † ipsius Imperatoris, & præcipuè in istis feudis maioribus, per textum *in cap. naturales. vbi idem notat glossa, & omnes Feudistæ si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat.* & ita tenent omnes *in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum.* Bald. & Castrens. *in l. 1. C. de iure aur. anul.* Doct. *in c. cæterum. de iud. & in d. cap. per venerabilem.* hucusque Igneus.

Neque obstat responsio pertinacium *in d. c. per venerabilem.* † magis principaliter tractari de efficacia matrimonij, quàm de legitimatione filiorum; & ideo cognitio spectauit ad Papam ex regula *c. tuam. de ordine cognition.* Quia si fuisset tantum discussum de substantia matrimonij; non fuisset opus dicere Regem Franciæ potuisse se subiicere Iurisdictioni Pontificis, quia ipso iure fuisset subiectus, si tractabatur solùm de causa spirituali, scilicet matrimonij, & cùm lex non sit de indubitabili, frustra hæc dixisset Pontifex. Item in *d. c. per venerabilem.* certum erat, non fuisse verum matrimonium, & ideo principaliter agebatur de legitimatione filiorum: Imò solùm de hoc, quia Rex ipse petiit legitimationem filiorum natorum ex illo matrimonio, vt *in d. c. per venerabilem. §. videbatur, ver. sicut cùm filiis Regis eiusdem, sic cum tuis credebatur de benignitate sedis Apostolicæ dispensandum;* & ita cum filiis Regis tantùm fuit dispensatum. Item probatur, quia textus ibi in fine dicit: *Licet igitur cum filiis sæpe dicti Regis, de quibus an fuerunt legitimi ab initio dubitabatur duxerimus dispensandum, &c.* ab initio igitur non contendebatur de validitate matrimonij, quia hoc clarum fuit per sententiam latam in causa matrimonij, sed solum agebatur de legitimatione filiorum ex illo matrimonio illegitimo natorum: Quare concludo per illũ textũ Regem Frãciæ se submittere Iurisdictioni summi Pontificis in negotio tam arduo successionis regni sui, de quo principaliter ad Papam pertinet disponere ex dictis in præcedentibus capitulis.

17 Item probatur suprema † potentia Papæ in regno Franciæ. Nam cōdere Leges est effectus supremæ potentiæ, *l.fin.C.de legib.* & si lex condita recipitur in populo magis arguitur suprema iurisdictio, quia extra territorium non paretur, *l.fin.ff.de iurisd.om.iudic.* Sed
8 Papa † condit legem in temporalibus in Regno Franciæ, quæ recipitur & obseruatur hucusque; Nam *in c. super specula.de priuileg.* disponit Papa, Henricus III. præcipit & sub pœna excōmunicationis, ne leges imperiales legantur in ciuitate Parisiensi, nec in aliis locis circumuicinis, nec audiantur, & vlterius cum excōmunicatione excludit à patrocinio docentem, & audientem, & ratio prohibitionis declarata fuit per Clementem Papam V. & Ioannem Papam XXII. in Bulla concessa Ciuitati Aurelianensi, quæ sumpta est etiam ex originali ipsius Honorij III. *in d.c.super specula.* Quia cùm Ciuitas Parisiensis sit caput Regale Regni Franciæ, & Rex non recognoscat Imperatorem in superiorem, propterea non tenentur Francigenæ vti legibus Imperialibus. Confirmatur, quia præsupponit ibi Pontifex, causas Ecclesiasticas, quæ sacris canonib. expediri nō possunt, debere legibus Imperialibus terminari ex *c.1.de noui oper.nuntiatione.* & tamen decernit cum derogatione *d.c.primi.* dicens, cùm in Francia rarò sint causæ Ecclesiasticæ, quæ sacris canonibus expediri non possunt, propterea mandat obseruari ius canonicum.
9 Probatur etiam, quia Papa † & Dominus directus Regni potest condere leges, quę ligent subditos & vasallos feudatariorum; vt firmarunt Martinus Lauden. *in tract.de Principe,q.72.* Bossius *in tit.de pœnis,num.15.* sequitur Rolandus *in tractat. de lucro dotis qu. 85.* vbi quòd statutum conditum per Principem super lucro dotis, habet locum etiam in terris infeudatis, & probat Surdus *in consi.53.nu.5.vol.1.* Afflict. *in constitutione Regni incip.post mortem,col.2.* dicit, nemo dubitat, quin
10 Papa ratione † directi dominij, quod habet in Regno Neapolis possit condere leges & constitutiones, etiam contra constitutiones ipsius Regis in his quę sunt iuris positiui, quia habet liberam potestatem disponendi, *c.proposuit.de concess.præbend.clem. ad Apostolicæ. clem.pastoralis.de re iudic.* & dicit Paul.de Cast. *in consi. 368. in princ. vol.2.* quòd decretum vigens in ciuitate seruandum est in locis sibi subiectis ratione directi dominij, Natt. *in cons.559.col.fin.* Boss. *in d.titul.de pœnis, nu.25.*

Ex aliis etiam probatur suprema potentia Papæ in
11 Regno Francię. Nam aliquando † deposuit Regem ex causa temporali, quia Chilperichus filius Dagoberti erat satis effœminatus, vt probat Ioan.de Selua *in tractat.de beneficiis, parte 3.q.31.* propterea illum priuauit, *c.alius 15.qu.6.* & Pipinum Caroli Imperatoris patrem in eius locum substituit, atque omnes Francigenas à iuramento fidelitatis absoluit, qua nulla ratio maior potest assignari, atq; idem fuisse factum ex causa temporali, probaui supra in *c.23.*

Extat apud Nicolaum Gilium Gallię annalium scri-
12 ptorem insignis Papæ † Bonifacij VIII. epistola, videlicet: Bonifacius seruus seruorum Dei Philippo Francorum Regi. Deum time, & mandata eius obserua: scire te volumus, quòd in spiritualibus & temporalibus nobis subes, beneficiorum, atque præbendarum ad te collatio nulla spectat, & si aliquarum vacantium custodiam habeas, vsumfructum eorum successoribus conserua, & si quas contulisti, collationem haberi irritam decernimus. Dat.Lateran.4.Nonas Decembr. Pontificatus nostri anno VI. Augustin.Steuc. *in lib. 2.de donatione Constantini, fol.198.* ita scribit, quem Lugduni edidit: Bonifacius Papa VIII. contra Philippum Gallorum Regem, quòd contra Ecclesiam se extolleret, cùm ei Pontifex vetera monimenta explicasset, quibus doceret, quòd Romanæ Ecclesiæ, & in sacris, & in prophanis Gallia subesset, quo necesse esset Pontificem vti Dominum Regni sui, eum venerari, & colere, cùm autem ille despiceret, excommunicauit.

Neque obstat *extrauag.meruit.* † *de priuileg.* sæpius à 13 Gallis allegata, quia Clemens V. ibi declarauit, Francigenas non esse magis astrictos per *extrauagantem, Vnam sanctam,* quàm essent antequam Bonifacius illam conderet; sed hæc omnia pręnarrata, facta sunt ante *d.extrauag.Vnam sanctam.* & declaratio nihil de nouo inducit, *l.hæredes palam.§.si quid post.ff.qui test.fac. poss.* Nec *d.extrauag.meruit.* derogat rationibus, quas induxi in *d.c.23.* supra, vbi hanc materiam latius scriptam vide.

Denique Iurisdictionem supremam summi Pontificis in Regno Franciæ exempla nostri temporis plurimùm manifestant. Nam vt Henricus III. † Gallorum Rex Christianissimus, qui erat in audiendo facilis, atque benignus, & religiosorum obsequentissimus, à quodam Fratre religioso diabolico spiritu vexato interfectus esset anno Domini 1590. nullo ex eius descendentibus superstite, atque Regno ad Amplissimum S.R.E. Cardinalem Borbonium, tunc ætate decrepitum deuoluto, Continuata sunt de Regni successione iurgia ad Sanctissimum Pontificem deducta sunt omnia. 14

Qui poterat Regem † instituere, vt probat Augustin.de Anton. *in tractatu de potestate Papæ q.46.artic. 3.* quem sequitur Castald. *in tractatu de Imperatore, qu. 53.num.3.* Non solùm per rationes generales, vt per Castald. *in d.tractat.in q.90.* Quia Imperio † quomodolibet vacante succedit Papa, vbi citat omnes, quotquot de hac materia scripserunt, & probatur per Extrauagant. Ioann.Papæ XXII. quæ incipit; *Si fratrum.* Sed potestas Principum non recognoscentium superiorem similis est Imperiali, vt notat Bartol. *in l.hostes ff.de captiu.in l.infamem.ff.de publ.iudi. in l.acta.§.ampliandа.ff.de re iudic.in l.1.ff.de postuland.* Abb. *in c.cum te, de re iudic.* Doct.omnes *in c.cum te: Qui fil.sint legitim.* ergo ad huiusmodi regna vacantia sine legitimo successore, Papa succedit, & hac ratione in specie vtitur Abb. *in c.nouit.num.16.de iudic.* Felyn. *in c.licet ex suscepto col.1.de foro compet.* Stephan. Aufrer. *in tractat. de potestate Ecclesiastic. super secular. numer. 57. & 58.* Sed magis particulari ratione probatur, quia Papa est in quasi possessione instituendi Regem Francorum ex causa temporali, cùm casus euenerit, vt dixi, ex *c.alius 15.q.6.* 15 16

Ideo Sixtus Papa V. † deputauit S.R.E. Amplissimos Cardinales, & quidam Viros doctissimos, atque selectos, qui coram Sanctitate sua ad tractandum de legitimo successore Rege conuenirent, quem instituisset Sanctæ Matris Ecclesiæ, vt par erat, defensorem. 17

Neque deerant sapientissimorum virorum considerationes, qui (in illa temporum necessitate, ad gloriam Omnipotentis Dei, ad quietem totius Christiani orbis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad consolationem Philippi II. Hispaniarum Regis Catholici, Christianissimum Regem institui instantis, ac propterea Thesauros impendentis) tunc temporis multa elucubrabant.

Alij dicebant, Regem † de propria gente esse eligendum, semper enim extranei Domini sunt subditis odiosi 18

odiosi, tãto magis si de contraria natione orti fuerint, præsertim ex illis, aut suorum coniunctis, qui aliquam in Regno rationem prætendere possunt aduersus naturales illius Regni: Nouus enim Rex, noua lex, & qui antiquis Regni legibus contraueniunt, pœnam condignam à populis pati solent: Sicut legitur de duobus Proregibus Nauarræ, qui Regni moribus nolentes esse conformes, iugulati sunt.

Regem igitur Galliæ non posse eligi, nisi Gallum,
19 deducitur primo ex Gallorum † natura, quam describit Petrus Crinitus *in lib. 4. de honesta disciplina, c. 14.* & Iulius Maternus in Astronomicis & ex nostris refert Menoch. *de arbitrar. casu 57. num. 15.* impersuasibilis igitur erit, vt Regem alienigenam tolerare posset. Item exempla diuinæ scripturæ monstrant Regem
20 † de propria gente eligendum esse. Nam filij Israel constituerunt Ieroboam Regem, 3. *lib. Reg. c. 23. & 4. libro. Reg. cap. 9.* Populus Israel constituit Zachariam Regem pro patre eius, & D. Hieronym. *in c. legimus. distinct. 93.* dicit quod exercitus sibi fecit, & elegit Imperatorem, quem eligendum esse de corpore exercitus, probat Bartolom. Cæpoll. *in tractatu de Imperatore militum delig. in primis capitibus.* Solum propter peccatum legitur Dominum nostrum transtulisse Regnum de gente in gentem, vt de Saule, 1. *lib. Reg. cap. 15.* vbi Samuel dicit stultè egisti, non custodisti mandata Dei, quæ præcepit tibi, & si non fecisses contra, tunc præparasset tibi Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nunquam regnum tuum vltra consurget.

21 Item successionem † ad regnum debere fieri iure regni, dicit textus *in c. grandi. de supplenda negl. prælat. libro 6. & ibi gloss. in ver. iure regni. c. vnic. in princip. de feudi cognit. c. vnic. in fin. de alienat. feud.* Et notat Bald. ibi, quod etiam consuetudo irrationabilis valet, licet sit contra iuris communis regulas, sed ius successionis Regni Francorum, & consuetudo est, vt regnum non
22 iure hæreditario, sed duntaxat † iure sanguinis, & legis, siue consuetudinis deferatur, Bald. *in cap. 1. in fine de feudo Marchiæ*, vbi quod in Regno Franciæ succedit cognatus, etiam si esset in millesimo gradu, si non sit gradu proximior, quem sequitur Iacobin. *in tractatu de feud. §. quid si Rex, numer. 6.* Et hoc iure sanguinis, & perpetuæ consuetudinis Regni, vt ipsi asserunt, & probat Ioann. de terra rubra *in libro Consuetud. Trubell. Reg. tractat. 1. articul. 1. conclus. 11. & 12.* vbi probat quod in Regno Franciæ non habetur successio patrimonialis, siue hæreditaria, sed simplex successio, siue subrogatio primogeniti, vel proximioris agnati,
23 cui Regnum † debetur ex sola lege, vel consuetudine Regni, à qua sola ius accipit, & non à patre, vel alio
24 prædecessore. Itaque ius primogenituræ † quantum ad tale regnum non habetur à patre, sed à lege Regni. Vnde nec est hæreditarium, neque patrimoniale, sed mero iure filiationis, vel sanguinis competit, ita
25 quod Rex † non posset de Regno testari, etiam primogenitum, vel alterum, cui deberetur, instituendo, quia nullo modo posset capere institutus ex vi institutionis, vel alterius paternæ dispositionis, quæ non valuit, sed solum virtute legis immutabilis Regni, à qua vocatur ad successionem, & hoc sequitur Guilielmus à Monteferrato *in tractatu de successión. Reg. Franc. dub. 1. numer. 39.* Benedict. *in cap. Raynutius. ver. eodem testamento reliquit, in 1. numer. 148.* Martin. Lauden. *in cap. 1. de feudo Marchiæ.* Glossator *consuetud. Pariens. in lib. 1. §. 8. gloss. 3. numer. 8.* cui consuetudini stari debet, etiam si aliter non probaretur propter auctoritatem tantorum virorum, qui de ipsa testantur, Bart. *in l. de quibus. Digest. de legib.* Guido Papa *in decis. 565. num. 4.*

Et dicit Glossa Parisiens. vbi supra quod icirco non valuit, neque effectum sortiri potuit tractatus † matri- 26
monij habitus apud Trecas Vrbem Campaniæ Celticæ, inter Carolum VI. Francorum Regem, & Henricum V. Angliæ Regem de anno 1420. per quem Catharina dicti Caroli filia nuptui dabatur dicto Henrico, cum pacto quod Henricus, vel eo mortuo eius filius succederet in Regno Franciæ, & illud obtineret post mortem dicti Caroli, nulla mentione facta de Carolo VII. primogenito Regis Francorum, cui iure sanguinis, & legis Regni, ipsum Regnum debitum, & affectum erat, prout illo mortuo Carolo VI. patre suo, mirabiliter Deo auctore, & puella Duce, eripuit de manibus Anglorum, & gloriosissimè rexit, atque Carolo VIII. filio pacificè reliquit, reprobato dicto
tractatu. Quare non posset Rex † vltimus, etiam de 27
sanguine suo aliquem deligere successorem, neque aliter de regno disponere. Secus est dicendum de regnis, quæ iure hæreditario deferuntur, vt sunt Regna
† Aragonum, Maioricarum, &c. de quib. per Oldrad. 28
in consi. 94. & eleganter consil. sequ. & consil. 130. quem sequitur Alberi. *in proœmio. ff. in §. discipuli. col. 1. & seq.* atque in *l. fi. C. de donat. inter vir. & vxor.* Petr. de Ancharan. *in c. licet. de voto.* Martin. Lauden. *in tractat. de primogenit. in fi.* Abb. *in consi. 3. vol. 2.*

Sed quando duo essent in eodem gradu, † ille po- 29
tior esset, qui in successione existeret, *argum. §. commodum. Instit. de interdict.* At si neuter possideret, attenderetur gratificatio illius, qui debet instituere, & hanc opinionem probat Ioan. Lecirier. *in tractatu de primogenit. libro 1. quæstion. 11. §. quarta principalis, numer. 5. & seq.* alegat gloss. final. communiter approbatam, *in l. qui filium. §. Sabinus. Digest. ad Trebell.* & melior textus, qui possit allegari, est *l. 3. §. si cum omnes. Digest. ad Syllanian.* Sed quia hanc quæstionem tractat Petrus Iacobus in sua practica, sub titulo de arbore successionis Regni Franciæ; & inter alia dicit, quod
hoc casu eligendus esset † magis idoneus, *argum. l. si* 30
cuius. §. si inter. Digest. de vsufruct. Et ex dictis apparet Regis institutionem ad summum Pontificem pertinere: Ideo etiam in casu æqualitatis, summum Pontificem magis idoneum instituere debere, considerabant.

Nec posse tractari de successione eorum, qui de-
scendunt † ex fœminis: quia priuilegium, & consuetu- 31
do istius Coronæ est, vt non succedant fœminæ, super quo fuit condita lex Salica, quæ est vera lex Francorũ, condita tempore Pharamundi primi Regis huius nominis, sub anno Domini 420. sub Bonifacio Papa I. Nam cùm Franci ad Rhenum vsque peruenissent, vt dicit Eusebius *in sua Chronica*, & Io. Ferrald. *in d. tract. de iurib. & priuileg. regni Franc. n. 44. & seq.* ferisq; moribus viuerent, Pharamundus legem promulgauit, quæ Salica † à loco Saletan. dicta est, & ponitur in ti-
tul. *de allodiis in lib. 1. legum Francorum c. 62.* in fine, sub 32
hac verborum serie.

Nulla portio hæreditatis de terra Salica ad mulierẽ veniat: sed ad virilem sexũ perueniat, &c. terra autẽ Salica dicitur, quæ adhæret coronæ, sicut sapientes Franciæ interpretati sunt, & clarè demonstrat Ioan. Ferrald. vbi supra *num. 46. & plur. seq.*

Item consuetudo huius regni † est, vt non succe- 33
dant fœminæ, nec ex eis descendentes, vt probat ibidem Ferraldus enumeratis omnibus descendentib. à

Ludouico XII. inter quos erant multæ fœminæ, & descendentes ex eis proximiores, & vt ipse recenset, admissi fuerunt ad regnum remotiores ex consuetudine regni, quæ prius admittit remotiores ex masculis, quã proximiores ex fœminis; quia fœmina semel exclusa, semper est exclusa, §. *quin etiam titul. episcopum. vel Abbat. & ibi Andr. & Bald. & Aluarott. numer.3.* latè Gulielm. de Monferrat. *in tractat. de success. Reg. Franc. cap.1. numer.33.* & nostro tempore omnes fuerunt exclusæ per dictum Regem Henricum III. Ergo neque descendentes ex fœminis exclusis poterant prætendere successionem; Iacobin. *in d. tract. de feud. §. & fœminis. num.1.* per text. clarum *in cap.1. §. hoc autem notandum. De his qui feud. dar. poss.* Curt. *in tract. de feud. part.3. §. circa primam, num.32.* qui alios citat, & probat esse communiter receptam opinionem. Vnde dicit Anton. Corsett. *in tractatu de potest. regia, parte 4. q.*
34 65. quod filia † Regis Francorum non succedit ad Regnum ex rationabili Francorum consuetudine, neque filius eius, scilicet Rex Angliæ aliquid in Regno Francorum prætendere potuit, quia in causa totius virtutis esse non potest, quam procedat ab influenti potentia, & causa, vt dicit Bald. *in l.11. num.3. ff. de senator.*

Italia nostra inuida vnionis, murmurabat de regni diuisione: Sed de hac re vera tractari non poterat, quia in actibus humanis in tãtum aliquid est iustum,
35 † in quantum est rectum secundum regulas iuris, & rationis: Sed iuris & rationis prima regula est lex æterna; ergo omne ius humanitus positum in tantum habet de ratione iuris, in quantum deriuatur ab ipsa, & si in aliquo discordat, iustum dici non meretur, dicente D. August. *in lib. de libero arbitr.* in temporali lege nihil potest esse iustum ac rectum, quod homines à lege æterna sibi non deriuauerint; si igitur regnum
36 † quodlibet diuidi tractaretur, esset contra legem æternam; ergo iustum dici non meretur. Nam vt in sacra pagina Deus nos instruxerit, dicens: Seruus meus Dauid Rex super eos erit, & pastor vnus erit omnium illorum, & pro munere promittit populo suo quod ponet sibi caput vnum, & quod Princeps vnus erit in medio eorum. Iccirco indignatus est contra decem tribus, quæ scissæ de domo Dauid, constituerunt sibi Regem Ieroboam. Item Esau, & Iacob cognoscentes non posse simul esse Reges vsque in vtero matris pugnauerunt, & Dominus noster Iesus Christus diuisionem detestans, dixit omne regnum in seipso diuisum, desolabitur, & domus super domum ca-
37 det, Matthæi *c.12.* & Ecclesia, † quæ est tutrix iustitiæ tenetur stare illis quæ sunt secundùm naturam, & consuetudinem patriæ, per rationes, quas allegat Bald. *in consil.174. in fine, vol.5.* & Baldi dicta fundan-
38 tur *in c. quo iure. distinct.8.* Item ius naturale † regni est, vt diuisionem non patiatur, *c. intellecto. de iureiurand. l. imperialem. §. præterea ducatus. de prohibita alienat. feud. per Federic.* dicit Imperator, Ducatus, Marchia, Comitatus non diuidantur, & ibi Camer. *fol.101. col.2. litera I.* in magnis, dicit, regnum non solum ra-
39 tione dignitatis, † quæ tota & indiuidualiter transfertur, indiuisibile est, sed ipsæ quoque res à propria natura ratione adiũcti indiuiduæ fiunt, quia dum dignitas non potest stare, nisi penes vnum, gloss. *in l.1. C. de metropol. Berito libro 11.* ratione istius adiuncti res etiam efficiuntur indiuiduæ, Andr. *in cap.1. col.2. vers. hæredes autem, de feudo Marchiæ.* Et multa diuidua ra-
40 tione adiuncti possunt effici indiuidua, † vt diximus in repetitione *leg.4. §. Cato. & in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obligat.* Item quia *c. licet. de voto.* † lo- 41
quitur de feudo, & non de regali dignitate, vt voluit Alberic. *in suo dictionario in ver. feudum.* Sed communiter reprobatur, quia quando Reges, & iura canonica loqui volunt de Rege, & Regali dignitate, bene sciunt explicare, *c. si gratiosè, de rescript. li.6.* Imò *in d. §. præterea ducatus.* dicendo Marchia, Comitatus, &c. intellexit de corpore ipsius feudi, & non de regali dignitate, quod ea sola demonstratione certificatur, quia subnectit; aliud autem feudum diuidi potest; ergo de ipso feudo in præcedenti intellexerat, vt non diuideretur, cùm de natura istius dictionis autem sit, vt aduersetur in iure, & in facto, & eadem qualitas per pronomen aliud censetur repetita.

Regnum † ex sui natura non posse diuidi multa iu- 42
ra testantur, *c. in apibus, 7. quæst.1. c. quoniam plerique. de offic. ordinar.* Cassiodor. quem citat Oldrad. *in consi.94. num.8. & seq.* Abb. *in d. cap. licet. de voto.* Doct. *in d. §. præterea ducatus.* Nam sicut si diuideretur præbenda, † 43
induceretur dualitas secundum Canonistas; & impossibile est, quod in vno corpore, quod nec intensiuè, nec extensiuè, diuisionem patitur, sint duo homines: ita omnis in regno diuisio impossibilis est, quòd naturaliter vnicum caput habet, & per diuisionem plura emergerent; Regni igitur partitio contra naturam ipsius, nullo modo diuturna, & in ipsis populis conseruari non posset, exemplo Romæ, quæ vt condita est, duos fratres habere non potuit, & parricidio dedicatur, omnes populi tranquillitatem & diuturnitatem desiderant: qua gaudere non posse sine vnione, experientia, & Aristoteles, qui entia, cum principum multitudine malè disponi demonstrarunt: diuisio regni similis est, ac si arbor abscinderetur per medium, vel eius rami præscinderentur, qui citò desiccantur, & in tali morbo abscinduntur nerui ciuitatum, id est magni ciues, vnde citò aduenit spasmus, & plerumque inducitur ad necessitatem † tyrannidis, vt dicit Bald. 44
in l.1. in princip. C. de caduc. tollend. Experientia, de qua ipse testatur, docuit, quia cùm regni diuisio sit, sitiet vermis ingressus in caseum, vt dicit Iulius Celsus *in lib.7. de gestis Alexandri*, Imperium, & ignobile vulgus non diu sustinent pressuras, & sicut in pœnam peccati Regis inducitur, vt summus Pontifex priuet ipsum regno, *c. licet, & ibi Abb. num.4. de voto.* Ita quando omnes populi † Franciæ peccassent, non posset al- 45
tera maior pœna ipsis infligi, quam ipsorum regimina sub diuersis principibus constituere, & prædicti populi desolarentur, ex sententia Domini Matthæi *c.12.* Et per diuisionem primo induceretur eorum deterioratio, mox corrumperetur substantia, vt dicit Sallustius *de bello Iugurthino.*

Sed hæc pœna † imponenda non videtur, quia quan- 46
do salua pace mala puniri non possunt, toleranda sunt potius quàm violata pace punienda, neque ferenda est sententia, quando multitudo est in culpa, vel quando ille qui peccat sociam habet multitudinem, vt dicit D. Augustin. in Epistola ad Episcopum Parmæ: Re enim vera, cùm contagio peccandi multitudinem inuaserit, diuinæ disciplinæ seuera misericordia necessaria est; nam consilia separationis inania sunt, & periculosa, & plus perturbant infirmos bonos, quàm corrigant animosos malos.

Aliæ etiam rationes persuadent Regni Franco- 47
rum non esse diuisionem faciendam: sicut homo paruus † mundus gubernatur: Ita & totus vniuersalis, per

per similitudinem, sed in homine, vbi est humorum excessus, & natura est per se impotens: tunc opus est medicamine extrinseco, nimirum contrario: quod si non est sufficiens contrarios humores expellere, erit sicut pabulum excedentium. Ita est in magno mundo, in cuius climatibus si est aliquis excessus, & non possit ab ipsa mundi natura tantis viribus carente reduci ad proprios terminos, opus est adiutorio extrinseco, nimirum altero contrario, quod sit sufficiens expellere excessum, aliter totus mundus ab humore prædo-
48 minante corrumperetur. Item per diuisionem † omnes res magnæ paruæ fiunt, sed diminutis aliorum viribus, potentioris dominium efficitur respectiuè potentissimum, quod absurdum esse probat, non solum Egidius *in libro 3. de regimine Princip.* quia magna dominia ex nimia fortuna bona, mentes hominum corrumpunt, & dicit Salomon, quia eorum prosperitas perdit eos; Sed experientia, quia tam maximè crescente potentia vnius, necesse est, vt cæteri status in periculo sint, quod ad securitatem atque tranquillitatem aliorum Principum, & Christianæ reipublicæ permittendum non videtur. Item ex tam magno domi-
49 nio, electio † Papæ conturbari posset: Nam cùm hodie non consideretur quod in octaua Synodo Constantinopolitana statutum est, & habetur *in cap. nullus.*
50 *& c. Hadrianus. distinct. 63.* Vt omnes Principes † sileant, & attendant, vsquequo à collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis: Imò Principes soliti sint optare Papam, non quem cognoscant Ecclesiæ prodesse posse, sed quem vel ipsi amant, vel cuius sint obsequiis obliniti, vt dicit D. Hieronymus, & habetur *in c. Moyses 8. quæst. 1.* Valdè dubitandum esset, an talem optando propter interesse potentioris, is eligeretur, qui nullo modo sanctæ matri Ecclesię prodesse posset. Denique experientia diuisionis Italiæ, prohibet Franciæ Regnum diuidi: Nam cùm ex ipsa
51 diuisione † oriantur procerum partialitates: istę autem sint, sicut vermis in caseo, erunt igitur portæ patentes ad introducẽdum inimicos; Iccirco, Gallici, Heluetij, atque Theutonici venerunt eorum pugnas committere in Italiam, propter quas partialitates Calcan. *in consi. 23. col. 4.* dicit, quod Beato Bedæ oranti pro pace Italiæ responsum est, Be la Be la tace; quia Italia nunquam erit in pace; propterea igitur vitandum est à regno Franciæ.

52 Nec valet allegare, Regnum † Franciæ pluries fuisse diuisum, cùm Pharamundus Priami nepos, primus Regni Rex, à quo omnes successores, vsque ad vltimum de illius genere descenderunt, & Chilpericus postea depositus sit per Papam Zacchariam, Pipinus Caroli Magni Imperatoris pater substitutus est, *dict. cap. alius, 15. quæstion. 6.* Carolus autem, qui ante vnctionem & coronationem imperialem fuerat Francorum Rex, & patritius Romanorum, *cap. Hadrianus in 2. & cap. in Synodo, distinction. 63.* cum morbo & senectute grauaretur; congregatis solemniter Aquisgrani proceribus de toto Regno Francorum, Ludouicum filium suum Aquitaniæ consortem sibi totius Regni Imperialis nominis hæredem constituit, impositóque capiti eius diademate, Imperatorem & Augustum appellari iussit: Ludouicus autem mortuo Carolo patre in generali concilio Aquisgrani celebrato Lotharium primogenitum totius Imperij constituit hæredem, & cæteros filios Reges appellans, Pipinum Aquitaniæ, Ludouicum Bauariæ, quarto verò filio Carolo Rhetiam & Burgundiam post hæc concessit.

Lotharius post mortem Ludouici, assumpto sibi Pipino filio fratris sui Pipini cum Ludouico, & Carolo fratribus; occasione discordiæ inter ipsos de regni diuisione subortæ, apud Pagum Altissiodorensem grauissimum bellum commisit, & tandem ipsi fratres inter se pacifici, Regnum, Francorum Imperium diuiserunt, hoc modo; Carolus habuit Regnum occidentale Francorum à Britannico mare vsque ad Mosam fluuium, & vocatus fuit Rex Angliæ: Ludouicus habuit occidentale Regnum Francorum, videlicet totam Germaniam vsque ad Rheni fluenta, & nonnullas ciuitates cum adiacentibus pagis trans Rhenum, & vocatus fuit Rex Germaniæ, Lotharius verò primogenitus, Imperator vocabatur, & à Mosa vsque ad Rhenum fluuium, quasi medium inter duos incedens sortitus est, quæ vsque ad hodiernum diem Lotharingia appellatur, ex quibus patet Regnum Francorum in illa prima origine amplissimum fuisse diuisum.

Item legitur in Gallica Historia, Regnum Galliæ in quatuor filios Clodouei Regis fuisse diuisum: Theodoricus enim Mediomatricos, siue Metenses habuit, Clodomirus Genebum, siue Aurelianenses, Clotarius Suetonienses, Childebertus Parisios. Ibidem legitur filios Clotarij, apud quem reliquorum fratrum portiones hæreditario iure obuenerant, iterato Regnum Galliæ quadrifariam diuisisse, Albertus enim, quia primogenitus, Parisiensibus, Gontranus Aurelianensibus, Sigibertus Metensibus, Chilpericus Suetoniensibus, dominatus est: Quare Regnum Galliæ ex consuetudine videtur diuisibile, atque diuidi posse, vt probant Andr. & cæteri Feudistæ *in capit. Imperialem. §. præterea ducatus.* Hostiens. & Cardinal. *in dict. cap. licet. de voto.* Oldrad. *in consil. 237.* Alexand. *in consi. 6. volum. 5.* Ioann. Lecirier *in tractatu de primogenit. lib. 1. conclusio. 3. quæstion. 11. numer. 7.* Restaur. Castald. *in tractatu de Imperatore, quæstione 106. numero 5.*

Ex quibus multi consulebant Regnum diuidendum esse; quia † ad sedandas discordias, etiam indiuisibilia
per naturam, diuisionem patiantur, *c. vacante, & c. maioribus, de præbend.* gl. fin. *in c. si hæredes. de testam.* 53
æquiparat casum, de quo *in dict. §. præterea ducatus,* casui de quo *in d. c. maioribus:* nimirum cũ timor scandali subest, & rixæ, ob quæ euitanda, consuluit Alex. feuda esse diuidenda *in cons. 7. nu. 11. vol. 5.* & recenset Socin. *in consi. 68. in 2. dub. vol. 1.* Imò ex Andrea posset dari remedium ex *c. 1. n. 2. ver. possent. de feudo Marchiæ.* vt regnum † siue dignitas non diuideretur, sed administra-
tio officij, & ita fecisse summum Põtificem, Marchio- 54
nem in Ancona, Ducem in Spoleto, & Comitem in Romandiola, &c.

Sed istæ diuisiones non obstant: Prima enim temporibus Caroli, Ludouici, & Lotharij de diuersis, & separatis Regnis loquitur, accedentibus sub vna successione. At secunda, quæ temporibus Clodouei, & Clotharij, Regni, vel dignitatis sectio dici nõ poterat, cum primogenito † duntaxat facto Rege, cęteris filiis fuerunt ciuitates aliquæ Regni assignatæ pro victu, vt
testatur Ioann. Lecirier *in d. quæstion. 11. num. 19.* Abb. 55
in d. c. licet. num. 10. de voto, & latissimè Gulielmus à Monteferrat. *in tract. de succession. Reg. Franc. dub. 1. per totum,* & videmus etiam hodie obseruari. Nam cæteris filiis Regum dantur à primogenito certi ducatus, vel Marchionatus in appannagium: durum esset enim primogenitum in dignitate Regis regnare: cæteros verò mendicare. Item dicta consuetudo, † si ita
dici posset, non est attendenda, quia antiquissima, & 56

mutata per obseruantiam longissimi temporis subse-
quentis, Frecc. *in tractat. de subfeud. lib. 1. §. fuit dubita-
tum. n. 35.* sed esse attendendum quod vltimo loco ob-
seruatum est, dicit textus *in l. Mela. §. sed si alimenta. ff.
de aliment. & cibar. legat. & l. Seio. §. 1. & §. fi. ff. eod. tit.*
vbi recens possessio inspicitur, *l. si mihi, & tibi. §. in le-
gatis. de legat. 1.* Bart. *in l. de quibus in 2. quæst. prin. ff. de*
57 *legib.* Item quia hæc consuetudo † esset contra ius cō-
mune, vnde sine speciali derogatione non procede-
ret, vt in his terminis dicit Abb. *in d. consi. 3. n. 11. vol. 2.*
per *c. fin. de consuetud.*

Ferunt eundem Pontificem, qui præuiderat omnia,
postquam Henricum Vandomum tunc Regem Na-
uarrum, declarauerit relapsum, atque anathematiza-
uerit, regnóque & legitima successione priuauerit;
mutato statu ac illius cognita religione, maluisse rebe-
nedicere, & Regem Franciæ proximiorem in succes-
sione instituere: sed Pontificis mors præuenit factum:
& dum coram singulis Pontificibus successoribus, su-
per rebus Franciæ prouidendis, ac de Rege coronan-
do, & permittenda à subditis obedientia cum fideli-
tatis iuramento, eædem fierent congregationes; præ-
58 sertim coram sanctissimo Domino nostro † Clemen-
te Papa VIII. Pontifice Max. atque vigilantissimo
pastore: tandem constito de Regis Christiana vita, &
quod propterea à Regni proceribus, & potentatibus
Christianis, vt Rex recipiebatur & venerabatur: fuit
ab eodem summo Pontifice institutus, qui felicissimè
regnat sub obedientia sanctæ matris Ecclesiæ, & in
conseruando eius iura, atque sub eodem fortunatissi-
mo Pontifice.

59 Huius Regni pars est Delphinatus, † qui, vt scribit
Rebuff. *in concordatis Galliæ, in tit. de Reg. ad prælat. no-
minatione faciend. §. 1. ver. Delphinatus.* dicitur ab Im-
berto Delphino, qui cùm sine liberis esset, Philippum
Valesium, tunc Franciæ Regem successorem, & hære-
dem illius Principatus fecit: Nec multò post, pecunia
de qua conuenerat, accepta à Philippo, mundo renun-
tians prædicatorum ordinem Lugduni, idem Imber-
tus professus est, & ibidem sepultus, à quo tempore
Franci Viennam, Delphinatúmque possederunt, si
Guagnino credatur, *in lib. 8. de Philippi Valesii gestis:*
60 vnde primogenitus Regis † Franciæ, Delphinus vo-
catur omnibus.

CAP. XXIX.

Reges, & Principes posse submittere eorum Regna & status directo dominio Papæ.

SVMMARIA.

1 *Reges an possint submittere eorum regna seruituti.*
2 *Subditorum interest non deberi seruitutem.*
3 *Reges an possint donare lædendo coronam.*
4 *Vasalli mutando dominium an efficiantur deterioris conditionis.*
5 *Feudum an possit relinqui & submitti pro anima.*
6 *Feudum an possit transire ad Ecclesiam.*
7 *Dominus quilibet potest recognoscere rem suam ab Ecclesia.*
8 *Feudum constituitur de re allodiali per recognitionem feudi, ex certa scientia.*
9 *Reges Principes possunt recognoscere status & regna à Papa.*
10 *Recognitio cum iuramento fidelitatis, & præstatione census facit feudum.*
11 *Regnum Neapolis est feudum cum præstatione census.*
12 *Reges Principes sunt subditi Papæ ex causa temporali.*
13 *Papa est capax cuiuslibet donationis, & recognitionis, & supremæ iurisdictionis.*
14 *Præscriptio Regum Principum interrumpitur per recognitionem factam Ecclesiæ.*
15 *Dominium vtile quare statim redeat ad directum.*
16 *Appellatio à Regibus exemptis ab Imperio quare fiat ad Papam, & nu. 18.*
17 *Declaratio non disponit, sed trahitur ad actum declaratum.*
19 *Papa est iudex ordinarius omnium non recognoscentium superiorem.*
20 *Regna & status aut sunt hæreditarij, aut electiui.*
21 *Successores regni hæreditarij tenentur obseruare conuentiones prædecessorum.*
22 *Regna & feuda hæreditaria acquiruntur transmissione.*
23 *Populus Romanus adimpleuit onera Regum instituentium ipsum hæredem.*
24 *Regnum non hæreditarium an possit submitti alicuius protectioni.*
25 *Successor in Regno per electionem non tenetur ad debita prædecessoris.*
26 *Papa succedit Imperio vacante: Item Regno vacante, quod non recognoscat alium superiorem.*
27 *Potestas Principum non recognoscentium superiorem est similis Imperiali.*
28 *Papa est origo dominij, & iurisdictionis.*
29 *Donatio & recognitio quælibet in personam Papæ valet.*
30 *Donatio facta Papæ nulla potest dici immensa.*
31 *Subditi efficiuntur deteriores quando submittuntur inferiori domino.*
32 *Vasalli non alienantur inuiti immediato domino, secus mediato.*
33 *Vasalli quando non possunt cogi ad iurandum fidelitatem.*
34 *Vasalli etiam inuiti possunt alienari in Ecclesiam.*
35 *Feudum posse legari pro anima, qui teneant.*
36 *Rex potest feudum submittere.*

HVcusque enumerauimus Reges qui submiserunt
Regna sua S. R. Ecclesiæ, sub aliqua census reco-
gnitione: Modò disputemus istam quæstionē ad par-
tes. Et primò pro negatiua videtur Reges † non posse 1
submittere eorum Regna seruituti, prout videtur ca-
sus *in c. dilecti. de maior. & obed.* per quem ita consuluit
Oldrad. *in consi. 231. in fin.* Corsett. *de potest. Regia part.
5. q. 96.* quia interest subditorum † non debere seruitu- 2
tem in regno: sicut econtra Regis interest non debere
seruitutem in vasallis: Dominus & vasallus pariter
inuicem obligātur: vasallus enim tenetur tueri domi-
num in vniuersali sua iurisdictione: Dominus verò
tueri vasallum in loco, *c. 1. de forma fidelit.* quod de pa-
ri ambulat non claudicat, *l. si pater. C. de inoff. testam.* &
faciunt scripta per Caccheran. *in decis. 165.*

Item Reges † non possunt donare Regni bona 3
grauiter lædendo coronam, *c. intellecto. de iureiur. & c.
c. dilecti.* Oldrad. *in consi. 94. & consi. 95.* Abb. *in d. c. in-
tellecto. n. 7. & ibi* Bald. *& in §. in generali. in nu. 2. si de
feud. defunct. controuer. fuer.* Ias. *in l. debitorum pactio-
nib. num. 7. C. de pact.* Corsett. *de potest. reg. part. 1. num.
14. & part. 5. nu. 44.* Tiraquell. *in tract. de iudic. in reb. ex-
gend. num. 83.* Felyn. *in c. ad audientiam. num. 4. & 5. de
præscript.* Capyc. *decis. 121.* Sic enim faciendo, dicit
Bald. *in dict. cap. intellecto. numero 4.* quod esset vnum
pecus.

4 Item si Regnum liberum submitteretur † recognitioni superioris, subditi efficerentur deterioris conditionis in Regno, Curt. Iun. *in cons. 174. col. 4. li. 1.* Rest. *in tract. de Imper. q. 104. n. 8.* Propterea rex sine subditorum consensu id facere non potest, glo. est notab. *in l. inuitus. in princip. ff. de fideicommiss. libert.* ex quibus videtur concludi posse submissionem & recognitionem non valere, *d. cap. intellecto.* tantò minus successor obseruare tenetur, Capyc. *d. dec. 121.* & probat Restaur. *in d. tract. de Imperat. q. 114.*

5 Item feudum † non potest relinqui, neque submitti pro anima, vt probat tex. *in c. Imperialem. in ver. pro anima iudicare. de prohibita feud. alien. per Feder. & in c. 1. §. donare. qualiter ol. feud. alien. pot. & ibi Bald. & Aluarott. & in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. vers. nulla dispositione defuncti in feudo valente.* Afflict. *in tit. an Agnat. nu. 24.* post Andr. ibi, vbi quòd filius retentis illis terminis, non potest grauari à patre super fructibus feudi, neque de vna candela pro anima, Afflict. *in decis. 261. in fine.* Magnum enim præiudicium fieret Domino,
6 quia postquam feudum † esset semel incorporatum ecclesiæ quæ nunquam moritur, non esset amplius spes, feudum ad dominum reuerti posse, & ideo ecclesia, quæ est cultrix iustitiæ, nihil sinistri debet pati fieri, neque in se, neque in alium, ita probat tex. *in c. 1. §. Mediolanenses. vers. inde potest præsum. de alienat. feudi.* Felyn. *in c. dilectos. nu. 10. de fid. instrum.* Abb. *in c. quæ in ecclesiarum num. 18. de constit.* Curt. *in tract. de feud. art. 4. n. 125.* & infra.

Sed istis non obstantibus contrarium est verius,
7 Primo, nam quilibet Dominus † rei suæ liberæ potest illam recognoscere ab aliquo sub præstatione census, & dicetur recognoscere à proprietate illius, Bald. *in l. censualis. C. de donation.* dicit, si rem propriam recognosco ab ecclesia censualem, statim efficitur de proprietate ecclesiæ, per tex. ibi, & *l. si functiones, eod. titul.* quem sequitur Felyn. *in c. cum Bertoldus nu. 28. vers. dixit etiam de sentent. & re iudic.* Imò quia quilibet po-
8 test recognoscere † rem suam liberam in feudum ab altero, & dicetur feudum constitui, vt probat Iacobin. *in sua inuestitura, in verbo dictique vasalli, in 2.* Bald. *in cap. 1. numer. 13. vers. sed contra. de Cap. qui cur. vendid.* Christophor. de Castellion. *in consil. 4. num. 7.* Præsertim si recognitio facta fuerit ex certa scientia, & non per errorem, & de re sua propria libera, dicens: Ego recognosco hanc rem meam propriam à tali in feudum. Nam tunc feudum propriè constitui dixerunt. Alexand. *in l. si aliquam rem possideam. numer. 28. ff. de acquir. possess.* Felyn. *in d. c. cum Bertoldus. numer. 28.* Item si facta fuerit in Ecclesiam, aut Ecclesiasticam personam, in quam dominium transfertur sine traditione, vt latè probat Ludouic. Schrader. *in tractat. de feud. part. 5. cap. 5. num. 11. & plur. seq.* ergo tantò magis
9 possunt facere Principes † & Reges, qui totum dominium recognoscunt à Papa, vt probaui suprà sæpissimè; imò etiam si immediatè recognoscerent regna, & status ab Imperatore: nam cùm imperium pendeat à Papa, vt latè probaui supra *c. 5.* recognitio non diceretur fieri in præiudicium Imperatoris. Item cùm di-
10 ctæ recognitiones † factæ sint cum præstatione iuramenti fidelitatis, & census, propriè in feudū dicuntur recepisse, prout est casus *c. ad apostolicæ. de re iud. lib. 6.*
11 Vbi regnum † Neapolis recipitur in feudum cum præstatione census, & recognitione proprietatis, & ita non obstant quæ dicuntur per Ruyn. *in consil. 42. in 1. dub. vol. 1.* nam cum ecclesia non curet de seruitiis personalibus, sed de redditibus bursalibus, & hoc modo sit solita omnia feuda concedere, Bald. *in titulo de pace Constantiæ in ver. libellario, in fine;* recognoscendo rem liberam ab ecclesia, vt ab illius proprietate cum iuramento, & seruitio reali; id est præstatione census, dicuntur propriè recognoscere eorum dominia in feudum ab ecclesia.

Præterea omnes Reges, † & Principes sunt subdi-
ti Papæ ex causa temporali temporaliter, ergo possunt 12
submittere eorum regna, & status ditioni ecclesiæ Romanæ. Probatur antecedens, primo quia Papa priuat Reges, & Principes ex causa temporali, vt satis probatum est supra in toto *capit. 23.* Item Regna & status sunt quotæ Imperij Romani, vt probauimus supra in *cap. 20.* & inibi, quòd Reges, & Principes non possunt denegare obedientiam Imperio, nisi vel titulo priuilegij, vel præscriptione ab Imperio, cum recognitione facienda ecclesiæ. Sed Papa est dominus Imperij, quia illud transfert ad libitum, vt probaui supra in *c. 5.* Item priuat Imperatorem, sicut illum confirmat, vt probaui *in d. cap. 23.* ergo necessario oportet concludere Reges, & Principes esse subditos Papæ, vt
capiti ecclesiæ. Consequentia est clara, quia si Papa † 13
est superior in vniuersali, ergo est capax cuiuslibet dominationis, siue recognitionis, & supremæ iurisdictionis, & hoc argumento vtitur Bald. *in proœm. ff. numer.*
51. Imò per illam recognitionem † Principum, & Re- 14
gum interrumpitur præscriptio illius absoluti dominij, quod Reges & Principes prætendebant, vt probat Ludouic. Schrader. *in tractat. de feud. part. 6. capit. 3. num. 36.* licet propria præscriptio dici non possit, quia nemo potest præscribere obedientiam sui superioris, aliàs esset corpus sine capite, vt dixi in *d. cap. 20.* Item quia Principes, & Reges recognoscendo dominium ab Ecclesia cum præstatione census, quod est seruitium reale, vniunt dominium vtile quod possident cum dominio ecclesiæ directo, quod facillimè fit, tum
quia dominium vtile † statim conuolat ad directum, 15
Andr. *in titulo de feud. sine culpa non amitt. numer. 5.* & quasi iure postliminij retro transfertur, ac si nunquam fuisset separatum, *l. hæreditariæ §. pater l. proponebatur ff. de castrensi pecul.* vbi est casus de hoc; Tum quia res de facili redit ad sua principia attractiua, vt diximus in Scholiis, *in l. si is qui pro emptore, & declarat ibi Bolognet. nu. 305. ff. de vsucap.* Quare Principes, Reges, rectè possunt recognoscere eorum regna, & dominia, & status à sancta Romana Ecclesia, & à summo Pontifice eius capite, & origine totius iurisdictionis, & dominij.

Item probatur, quia ab omnibus Regibus exem-
ptis ab Imperio, potest appellari † ad Papam, ergo i- 16
pse habet supremam potentiam, quæ consistit in vltimis appellationibus, vt inferius scribam de effectibus supremæ potentiæ, ergo Principes illam ipsam supremam potentiam recognoscendo, nulli præiudicant,
quia declaratio † non disponit, sed actus qui declara- 17
tur & agitur ex declarato, non autem ex declarante, vt diffusè probat Cephal. *in consil. 540. numer. 82. & plur. sequent.* Et trahitur declaratio ad principium actus declarati, Milus *in suo Repertor. in verb. declaratio.* Ruyn. *in consil. 225. num. 6. volumin. 1.* Paris. *in consil. 65. numer. 5. volumin. 1.* Socin. Iun. *in consil. 95. numer. 76. volum. 3.* Cephal. *in consil. 6. 8. numer. 4. volumin. 5.* Capra *in suo tractat. regularum, conclus. 6.* Gabriel. *in titul. de regul. iur. conclus. 3. numer. 10.* Quia declaratio inest actui declarato, *l. asse toto ff. de hæred. institut.* & nihil de nouo inducit, sed id quod inest ab origine, explicat, *l. hæredes palam. §. si quid post f.*

qui testam.fac.poss. & ibi Castrens.tradit. Dec.in l.edita.num.14.C.de edend. Sed dicti Principes,Reges,recognoscendo ab ecclesia, declarant, probatur ex omnibus dictis in præcedentibus, vbi fundauimus dominium temporale esse penes Papam, & ecclesiam.
18 Antecedens probatur, quòd à Regibus † exemptis appelletur ad Papam,cap.ad Romanum 2.q.6.cap.cuncta per mundum 9.quæst.vltim.cap.omnis 6.qu.1. & firmat Innocent.in c.licet ex suscepto.de foro compet. vbi quando non reperitur superior de iure, vel de facto, sem-
19 per potest adiri Papa,etiam inter laicos; quia Papa† & iudex ordinarius omnium non recognoscentium superiorem,& est ad hoc gloss.in cap.ex transmissa.de foro compet. quam dicunt esse singularem, & probatur in cap.final.de iudic.secundum vnum intellectum,& ibi firmant hoc Doct.Abb.in c.nouit.de iudic.& in cap.1.de probationib. Afflict.in titulo quæ sint regalia,in rubric.num.53.& 54.& in prælud.constitutionis regni,q.21.nu.8.

Item quòd dictæ recognitiones subsistant,probatur.
20 Nam omnia Regna † & status totius orbis, aut sunt hæreditaria, aut electiua. Primo modo,vt regna Aragonum,& Maioricarum,Oldrad.in consi.94.& consil.95.& consil.230. Alberi.in proœmio ff.in §.discipuli.col.5.& seq.& in l.si.C.de donat.inter vir.& vxor. Petr.de Ancharan.in c.li.et.de voto. Martin.Lauden. in tract.de primogenit.in fin.Gregor.Lopez.in l.4.tit.15.partit.
21 2. Et tunc successores † tenentur obseruare omnes conuentiones prædecessorum; Andr.in c.1.an Agnat. quia non potest habere regnum hæreditarium, nisi sit hæres,& cum qualitate hæreditaria, Andr.in cap.1.nu.9.vers.sed quid si non acquisiuit.de aliena.feud.patern.&
22 in c.1.num.7.de success.feud. Ideo † feuda hæreditaria acquiruntur transmissione à defuncto in hæredem, Andr. in c.1.§.huius autem generis,numer.11.vers.si ergo non probatum,ex quib.caus.feud.amitt. Camerar.in c.1.num.94. An agnatus.& in c.imperialem.§.præterea ducatus col.8.vers.secundum caput.de prohib.feud.alien.per
23 Feder. Propterea Tolomæus † Rex Cyrenens.Nicomedes Rex Bithyniæ, Atalaus Rex Asiæ, Eumenes Rex Pergami reliquerunt hæredem populum Romanum de regnis & statibus, eorúmque principatibus; at ipse populus Romanus hæres obseruauit omnes obligationes testatorum. Item regnum Angliæ fuit relictum ab Henrico octauo Edoardo V. cum substitutione in persona Mariæ suæ sororis, & vt Elisabeth succederet Mariæ,quæ ex illius testamento po-
24 titæ sunt regno.Idem est etsi Regnum † non hæreditarium submitteretur alicuius protectioni sub præstatione annui census,consentientibus omnibus Magnatibus & Baronibus regni: Nisi enim successor sub hac forma obligaretur,regnum ruere posset. Nam quilibet euitaret præstare succursum, & ita fuit iudicatum in Parlamento Parisiensi die 16.Aprilis 1468.& scribit Curt.de feud.part.4.n.128.
25 Alia sunt regna per electionem, † in quibus videtur successorem non teneri, vnde Ludouicus XII. Rex Francorum, cùm postularetur Bombarda commodata Regi Carolo VIII. respondit se non esse hæredem Caroli, & in quodam libro Franciæ vocato Olim,li.3.fol.105. adest sententia lata sub anno 1256. in qua absoluitur Rex à debitis prædecessoris Regis.

Sed ista procedunt in obligatione facta inferiori, siue æquali Regi, secus si facta sit Papæ capaci supremæ iurisdictionis: Et probatur: Nam sicut Impe-
26 rio vacante succedit Papa, † vt probatum est supra in cap.20.Ita vacantibus regnis,& statibus propter mortem Principum non recognoscentium superiorem, succedit Papa; quia potestas † Principum non reco- 27
gnoscentium superiorem est similis imperiali, vt notat Barto.in l.hostes.ff.de captiu.in l.infamen.ff.de publ.iudic.l.acta §.amplianda ff.de re iudic.in l.1.ff.de postuland. Abb.& cæteri in c.cum te.de re iudic.& propterea ad huiusmodi Principatus vacantes sine legitimo successore succedit Papa,& ita firmarunt Abb.in c.nouit.num.16.de iudic. Felyn.in c.licet ex suscepto.col.1.de foro compet.Stephan. Aufrer.in tractat.de potestate ecclesiastic.super laicis numer.57.& 58. Rochus in c.si necesse.de donat.inter virum, & vxor. Sed ex hac ratione nos concludemus in sequenti capite Donationem Constantini valere,nec per eam minui imperium, licet minueretur exercitium iurisdictionis in parte, cùm Imperium sit penes ecclesiam,à qua recognoscitur: ergo eadem ratione concludendum est, has Regum, Principum recognitiones dominij, & iurisdictionis ab ecclesia valere,nec per eas minui recognoscentium dominia, quæ ab ipsa ecclesia Romana dependent, & à summo Pontifice confirmationem habent,atque ex causa priuationem potest facere.

Non obstant contraria. Ad primum respondetur procedere in recognitione quę fit inferiori,vel ęquali,secus si fiat summo Pōtifici qui est origo† dominij 28
& iurisdictionis ad quem quodlibet aliorum dominium facile reuertitur, vt dictū est in resolutione veritatis,propterea Abb.in c.intellecto.† nu.6.de iureiu- 29
rand. dicit donationem & recognitionem quamlibet in personam Papæ valere, allegat Ioan.de Lignan. in cle.1.in fi.eo.tit. Imò etiam si donatio fieret inferiori, vel æquali, valeret, dummodo non fuerit immensa, Abb.in d.c.intellecto.& ibi Addentes: Barbatia, & Corsett. latissimè scribunt quando donatio dicitur modica,& quando immensa, & notat Ioan. Monach. & glo.in c.grandi.de supp.neglig.prælat.lib.6. & ibi etiam Geminian. Sed in donatione facta Papæ † nulla 30
potest considerari immensitas, quia datur Deo,vel eius Vicario, quorum est idem consistorium, vt dicit Hostien. in c.quanto.de translatione prælati per quam rationem ita tenet Afflict. in titul. de his qui feu. dare possunt;In qu.in titulo an Rex possit infeudare demanialia.vers.sed vltra cum.

Ad alterum respondetur subditos † effici deterio- 31
ris conditionis quando submitterentur inferiori domino,& ita loquitur Restaur.in d.quæst.104. numer.4. & Curt.in d.consil.174. ex aduerso allegati: Item loquuntur quando alienantur immediato Domino, quia sic inuiti † non alienantur, & procedunt allega- 32
ta per Ias.in §.item Seruiana numer.104.& plur.sequen. Instit.de actionib. Et quòd hæc regula procedit in immediato domino, probatur: Nam ratio quare non alienantur inuiti est, quia subditi hoc casu non possent cogi † ad iurandum fidelitatem,Cyn.in l.1.Codic. 33
de nouation. Bal. & alij in l.2.§.final.ff.solut.matrim. Socin.in consi.39.col.3.vol.3. Iason in l.debitorum num.7.C.de pact. Crauett. consil.241.num.15.in fin. Sed iuramentum fidelitatis fit immediato domino, non autem mediato,Bald.Aluarott.& Prępōsit.in c.1.§.illud.de prohib.feud.alienat.per Federic. Quare dictum contrarium non procedit in donatione, siue recognitione, quæ fit ecclesiæ, tanquam domino supremo, & mediato,in quem possunt alienari subditi, & vasalli, etiam † inuiti,etiam in præiudicium coronæ,vt dicit 34
Andr.in d.c.imperialem §.præterea ducatus nu.10. vers. Nisi donet ecclesia. & Oldrad. in consil. 251. columm. 2.

Tantò

Tantò magis, quia præfatæ recognitiones factæ sunt cum consensu Magnatum, & procerum illorum regnorum, vt in illarum recognitione probauimus; ergo omninò cessant in contrarium allegata.

35 Ad alterum negatur feudum † non posse submitti, aut legari pro anima: Nam contrarium probat Tiraquell. *in tract. de priuil. piæ causæ cap.* 104. & Roman. *in singul.* 533. *incip. Tuscis.* Item dicimus contrarium procedere in vasallo, qui non potest feudum submittere pro anima, ex eo quia extingueretur spes reuertendi ad Regem, cùm ecclesia nunquam moriatur; secus est

36 in Rege, † qui superiorem non recognoscit, potest enim ipse Regnum submittere, & probat Afflict. *in d. titul. de his qui feud. dar. poss. in quæstione; An Rex possit infeudare demanialia, vers. firmat Ludouicus Bologninus.* Item dicimus dictas allegationes esse contra libertatem ecclesiæ, in quam scribunt, vt notant omnes *in c. ecclesia S. Mariæ. de constitut.* & nos scripsimus infra inter quæstiones practicabiles *part.* 4. *casu.* 6. *& casu.* 16.

CAP. XXX.

Donatio Constantini quomodo probetur verissima.

SVMMARIA.

1 *Donationis Constantini verba quæ sint, & quomodo probentur ea esse, & nu.* 20

2 *Donationem Constantini qui impugnent.*

3 *Donationem Constantini an probent antiqui historici.*

4 *De donatione Constantini qui auctores grauissimi scripserunt.*

5 *Donationem Constantini impugnantibus, non sufficit dicere, tales non scripserunt.*

6 *Argumentum ab auctoritate negatiuæ nullum est.*

7 *Donationis Constantini cur rara extent antiqua monumenta, & nu.* 22.

8 *Donatio Constantini probatur ex registris Vaticani.*

9 *Donationem Constantini qui doctores approbauerint. nu.* 14. 24. *&* 26.

10 *Donatio Constantini probatur ex gestis per Papam Adrianum.*

11 *Testimonium Adriani Papæ de donatione Constantini translatum de Græco in Latinum.*

12 *Constantinus Imperator quod somnium somniatus est, vt sanaretur à lepra.*

13 *Donatio probatur ex historia Constantini.*

15 *Donatio Constantini probatur ex Eusebio.*

16 *Eusebius composuit libros, qui dicebantur Eneadæ.*

17 *Constantini historia, & donatio probatur ex bibliotheca Lateranensi.*

18 *Donatio Constantini fuit scripta inter decreta Imperatorum Græcorum.*

19 *Donatio Constantini probatur ex libro iurium ecclesiasticorum.*

21 *Donatio Constantini, an probetur ex actis concilij Niceni.*

23 *Constantinus Imperator prætulit sibi sacerdotes.*

25 *Constantinus quid donauerit Ecclesiæ Romanæ.*

27 *Donationem Constantini probari de iure ciuili.*

28 *Donationem Constantini probari ex doctoribus Ciuilistis.*

29 *Item ex Canonistis.*

30 *Imperatores nunquam declararunt donationem Constantini fuisse figmentum.*

31 *Imperatores qui confirmarint donationē Constantini.*

32 *Donatio Constantini probatur ex tolerantia Pontificum.*

33 *Imperatores cùm coronantur, iurant de non infringenda donatione Constantini.*

34 c. Constantinus distinct. 96. *an sit Gratiani, nu.* 38.

35 *Decretorum liber quare habeat aliqua capitula, quæ dicuntur paleæ.*

36 *Decretorum liber habuit controuersiam, à quo fuerit compositus.*

37 *Decretorum liber fuit approbatus ab Eugenio Papa III.*

39 *Decretorum liber ex quibus compositus.*

40 *Gratianus vbi fecerit mentionem de donatione Constantini.*

41 c. futurum 12. q. 1. *quomodo debeat rubricari.*

42 *Æneas Syluius factus Papa quomodo se correxerit.*

43 *Confeßio reuocatur confito de errore.*

44 *Constantinus Imperator quomodo suum diuiserit imperium post mortem.*

45 *Constantinus in donatione facta ecclesiæ reseruauit sibi oras maritimas.*

46 *Felyn.* in c. si diligenti. de præscript. *reprobatur.*

47 *Dominium transfertur ex priuilegio Principis.*

48 *Dominium transfertur in Papam sine traditione.*

49 *Imperij mutatio, & succeßio qualis.*

50 *Imperium quando fuit Christo consecratum.*

51 *Ecclesia potest restitui ad omnia donata, quæ non possidet.*

52 *Ecclesiæ Romanæ quare expediat habere damnandi potestatem.*

53 *Ecclesia Romana an poßideat donationem à Carolo Magno.*

1 Verba donationis † Constantini sunt ista, quam intendimus comprobare in hoc capite.

[In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij, & Spiritus sancti. Imperator Cæsar Flauius Cōstantinus Fidelis, Mansuetus, Maximus, Beneficus, Gotticus, Sicrusmaticus, Germanicus, Britannicus, Vninomus, Pius, Felix, Victor, ac Triumphator semper Augustus, in Christo Iesu, imò ex eodem sanctæ Trinitatis Saluatore Domino Deo nostro Sanctissimo, ac Beatissimo Patri Patrum Syluestro vrbis Romæ episcopo, & Papæ, atque omnibus eius successoribus in sede Beati Petri, vsque ad finem seculi Pontificibus: Nec non Reuerēdissimis, & Deo amabilibus Catholicis episcopis, eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, per hanc nostram Imperialem Cōstitutionem subiectis, in vniuerso Orbe terrarum, nunc, & in posteris temporibus constitutis, gratia, pax, charitas, gaudium, longanimitas, misericordia à Deo Patre omnipotente, & à Iesu Christo filio eius, & Spiritu sancto cum omnibus nobis. Postquam docente Beato Syluestro trina mei mersione verbis salutis purificatum, & ab omni lepræ squalore mundatum, beneficiis Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, cognoui:

Vtile iudicauimus, vnà cum omnibus Satrapis, & vniuerso senatu, optimatibus etiam, & cuncto populo Romanæ ecclesiæ Imperij subiacente, & sicut in terris Vicarius filius Dei esse videtur constitutus, ita etiam & Pontifices, qui ipsius Principis Apostolorum vices gerunt principatus, & potestatem amplius, quàm terrena Imperialis nostra serenitas, & mansuetudo habere videtur concessa à nobis, nostróque Imperio obtineant, eligētes nobis ipsum Principem Apostolorum, vel eius Vicariū firmos apud Deum esse patronos, & sicut nostra est Imperialis terrena potestas,

testas, eius sanctam Romanam ecclesiam veneranter honorare decreuimus,& amplius,quàm nostrum imperium, & terrenum thronum sedem sacratissimam Beati Petri gloriosè exaltare, tribuentes ei potestatem,& gloriæ dignitatem,atque vigorem, & honorificentiam Imperialem, atque decernentes sancimus, vt principatum teneat, tam super quatuor præcipuas sedes, scilicet, Antiochenam, Alexandrinam, Constantinopolitanam, & Hierosolymitanam, quam etiam super omnes in orbe terrarum Dei ecclesias, & Pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ extiterit, Celsior, & Princeps cunctis sacerdotibus mundi existat, & eius iudicio quæcumque ad cultum Dei, vel Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. Iustúmque quippe est,vt ibi lex sancta caput teneat principatus, vbi sanctarum legum institutor saluator noster Beatum Petrum Apostolatus obtinere præcepit cathedram, vbi & crucis patibulum sustinens, Beatæ mortis poculum sumpsit, suique magistri, & deinde imitator apparuit, & vbi gentes pro Christi nomine confessione colla flectebat, vbi etiam Beatus Paulus Apostolus, pro Christo, extenso collo, martyrio collocatus est, illic vsque in finem quærant Doctorem, vbi sancti Doctoris corpus quiescit, & ibi prout humilitatis, cœlestis Dei Saluatoris nostri Iesu Christi famulentur officio, vbi superbi terreni Regis seruiebant imperio, interea noscere volumus, omnem populum diuersarum gentium, ac nationum, per totum orbem terrarum nos construxisse, intra palatium nostrum Lateranense, eidem Saluatori nostro, Domino Deo Iesu Christo, ecclesiam à fundamentis cum baptisterio, & duodecim nos scitatis de eius fundamentis, secundùm numerum duodecim Apostolorum cophinos terræ, onustos propriis asportasse humeris, quamque sacrosanctam ecclesiam caput, & verticem montium omnium ecclesiarum in vniuerso orbe terrarum coli, dici, venerari, & prædicari sancimus, sicut per alma imperialia decreta nostra statuimus. Construximus itaque ecclesias Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, quos argento, & auro locupletauimus, vbi sanctissima eorum corpora cum magno honore recondentes, & technas ipsorum ex electro cui nullum præualeat elementorum construximus, & crucem ex auro purissimo, & gemmis pretiosis per singulas eorum rochas posuimus, & clauis aureis texuimus, quibus pro continuatione luminariorum possesiones contulimus, & rebus diuersis eas decorauimus, & per nostras Imperialium iussionum sacras literas, tam in oriente, quàm occidente, & septentrionali plaga, & meridiana, videlicet in Iudæa, Asia, Aphrica, Italia, & diuersis insulis nostram largitatem concessimus, ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi Patris nostri Syluestri Pontificis successorumque eius omnia disponantur, gaudeat vnà vobiscum omnis populus, & gentium nationes in vniuerso orbe terrarum exhortantes omnes, vt Deo nostro, & Saluatori Christo immensas vnà nobiscum gratias referatis, quoniam ipse est Deus in cœlis desuper, & in terra deorsum, qui nos per suos sanctos visitans Apostolos, sanctum baptismatis sacramentum percipere, & corporis sanitate dignos effecerit, pro quo concedimus ipsis sanctis Apostolis Dominis meis, Beatissimo Petro, & Paulo, & per eos etiam Beato Syluestro, Patri nostro summo Pontifici, & Vniuersali Vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius successoribus Pontificibus, qui vsque in finem mundi in sede Beati Petri essent sessuri, atque de præsenti concedimus palatium Imperij nostri Lateranense, quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur, atque præcellit palatiis,deinde Diadema, videlicet Coronam capitis nostri, simúlque Phrygium, nec non & superhumerale, videlicet Lorum, quod imperiale circumdare assolet collum, verum etiam & chlamydem purpuream, & omnia Imperialia indumenta, seu etiam dignitatem Imperialium præsidentium equitum conferentes etiam Imperialia sceptra,& compta, atque signa baltheum, & diuersa ornamenta Imperialia, & omnem possessionem Imperialis culminis, & gloriosæ potestatis nostræ. Viris etiam Reuerendissimis clericis & diuersis ordinibus eidem Romanæ Ecclesiæ seruientibus illud culmen,singularitatem,potentiam,& præcellentiam habere sancimus, cuius amplissimus noster senatus, vt videtur gloria adornari, id est patritios, atque consules effici, nec non cæteris dignitatibus Imperialibus eos permulgentes decorari, & sicut Imperialibus extat decorata militia: ita clerum sanctæ Romanæ ecclesiæ adornari decreuimus, & quemadmodum Imperialis potentia, diuersis officiis, cubiculariorum nempe, & hostiariorum, atque omnium excubiarum, alias concubitorum ornatur pulcritudinibus,ita & sanctam Romanam ecclesiam decorari volumus, & vt amplissimè, aliàs amplissimum decus pontificale præfulgeat, decernimus, & hoc,vt clerici eiusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ manipulis, & linteaminibus, id est candidissimo colore decoratos equos, equitent, & sicut noster senatus calciamentis vtitur, cum vdonibus, id est candido linteamine illustrari, alias illustretur, ita cœlestia, sicut terrestria ad laudem Dei decorentur. Præterea omnibus autem licentiam tribuentes ipsi sanctissimo Præsuli Patri Syluestro Vrbis Romæ Episcopo, & Papæ, & omnibus, qui post eum in successum perpetuis temporibus aduenerint, Beatissimis Pontificibus pro gloria, & honore Domini Dei nostri, & in eandem magnam & Catholicam ecclesiam, & Apostolicam ex nostro in clero,& aliàs indicto, vt quem placatus alias,prælatus, proprio clero clericare voluerit, & in religiosorum clericorum numerum connumerare,nullus ex omnibus præsumat superbè agere: Decernimus itaque & hoc vt idem venerabilis pater noster Syluester summus Pontifex, & successores eius Pontifices diademate videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus ex auro purissimo, & gemmis pretiosis vti debent, & eorum capiti ad laudem Dei, pro honore Beati Petri gestare: ipse verò Beatissimus Papa super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam Beati Petri ipsa ex auro non est ausus vti corona, Phrygium verò candido nitore splendidam resurrectionem dominicam designans, eius sanctissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes, frenum equi ipsius pro reuerentia Beati Petri Stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem Phrygio omnes eius successores singulariter vti in processionibus ad imitationem Imperij nostri.

Vnde,vt Pontificalis apex nō vilescat,sed magis amplius,quàm terreni Imperij dignitas,gloria, & potētia decoretur, ecce tam palatium nostrum, vt prædictum est Romæ Vrbis, alias quāq; Romanā Vrbē & omnis Italiæ seu occidentalium Regionum loca, & ciuitates præ-

præfato Beatissimo Pontifici Patri nostro Syluestro, vniuersali Papæ concedentes, & relinquentes, aliàs concedimus,& relinquimus,ipsius successorum Pontificum potestati, & ditione firma imperiali censura per hanc nostram sanctam, & pragmaticam Constitutionem decreuimus disponenda, atque in iure Sanctæ Romanæ Ecclesiæ concedimus permanenda. Vnde congruum perspeximus nostrum Imperium, & regni potestatem orientalibus transferri, ac transmutari regionibus, & in Binzantiæ prouincia in optimo loco nomini nostro ciuitatem ędificari, & nostrum illic imperium constitui, quoniam vbi principatus Sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cœlesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hęc verò omnia per hanc nostram Imperialem, & Imperialia diualia decreta statuimus, atque confirmauimus vsque in finem mundi,illibata, & inconcussa permanere decreuimus. Vnde coram Deo viuo,qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obtestamur omnes nostros Imperatores successores, vel cunctos optimates, satrapas, etiam amplissimum senatum,&vniuersum populum in toto orbe terrarum, nunc & in posterum Imperio nostro subiacentē nulli eorum quoquo modo licere hæc, quæ à nobis Imperiali sanctione sacrosanctę Romanæ Ecclesiæ,vel eius omnibus Pontificibus concessa sunt, refragari, atque confringere,vel in quoquam conuelli. Si quis autem, quod non credimus,temerator,aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus subiaceat innodatus, & sanctos Dei Principes Apostolorum Petrum, & Paulum sibi in præsenti, & in futura vita sentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematos, aliàs condemnatus cum diabolo, & omnibus deficiat imperiis,huius verò Imperialis nostri decreti paginā propriis manibus roborantes super venerandum corpus Beati Principis Apostolorum posuimus, ibique eidem Dei Apostolo spondentes nos cuncta inuiolabiliter obseruare,& cunctis nostris successoribus Imperatoribus conseruanda mandantes, relinquimus, Beatissimo Patri nostro Syluestro summo,& vniuersali Papæ, eiusdem per eum cunctis successoribus Pontificibus Domino Deo nostro, & Saluatore Iesu Christo annuente tradimus perenniter, atque feliciter possidēda, & subscriptio Imperialis diuinitas nos cōseruet per multos annos Sanctissimi,& Beatissimi, Patres.Datum Romæ sub die 3.Kal. Aprilis,Domino nostro Flauio Constantino Augusto IV. & Galiano Clarissimis Viris Consulibus.]

De hac donatione scripsit etiam Sapientissimus nostri temporis Cardinalis Baronius *in suis Annalibus Ecclesiasticis,in tomo 3. Anno Christi 323. fol.224 & fol.244.& seq.*

Sed quia non desunt inuidi magnitudinis sanctæ
2 matris Ecclesiæ, qui donationem hanc † esse quoddam figmentum vanum,& ementitum asserant,iccirco,istorum liuore plenas rationes diluamus. Dicunt igitur imprimis,quòd cùm tot extēt historici, qui res Constantini literis mandarunt, nullus tamen auctor locuples reperitur, qui tam immensæ, tam effusæ,ac tam inofficiosæ prodiligitatis mentionem faciat, al-
3 legant † Eusebium qui libros quinque de Constantini vita scripsit;Item Socratem, Theodoritum, Euagrium,Rufinum, Eutropium,Paulum Diaconum,Orosium, Bedam,Zonaram,Nicephorum,quos non est verisimile, si vera illa donatio fuisset, tantam rem, tanto silentio prætermissuros esse.

Hoc argumentum est Laurentij Vallen. Dantis Florentini, Vlrici Hutteni, & aliorum malignorum detrahentium iuribus sanctæ matris Ecclesiæ, & ab eadem reprobatorum, & excommunicatorum: Cui argumento in specie responderunt grauissimi viri, qui de hac † materia hucusquē scripserunt, Cardinal. Iacobat. *in tract.de concilio,cap.fin.nu.18.* Cardinal.Al- 4
banus *in libello de donatione Constantini*, Cardinalis Baronius vbi supra, Augustin. Steuc. *in lib.1.de donatione Constantini.* Restaur.Castald. *in tract.de Imperatore.quæst.51.num.11.24.& 25.* Sed quia hodie ita tulit casus infestus, vt sancta mater Ecclesia, circa eadem toties disputata, & conclusa iterum calumnietur ab execrabili Bruto Fulmine, quod nobis concessum fuit diluere à Reuerendo Patre Inquisitore Pisarum, dum eramus in illo Collegio, cumulatius credo posse responderi.

Imprimis igitur, argumentum potius est deridendum, quàm refellendum; non enim sufficit † ei qui 5
iura alterius conatur impugnare, si ostendat, aliquas ex probationibus, quæ pro ipso faciunt abesse, nisi ipse prius suam intentionem fundet ita clarē,vt res aliter haberi non possit, ex regula *l. neque natales, C.de probat.& c.peruenit.eod.titul.* ergo isti qui dicunt, scriptores illorum temporum hoc non dixisse, non releuantur ab onere probandi intētionem suam, ista probat Lanfranc.de Oriano *in c. quoniam contra falsam. nu.5.de probat.* allegat Bartol. *in l.hoc iure.ff.de accusat.* Innocentius *in c.super his.de accusat.*

Præterea locus ab auctoritate †negatiuæ nullius est 6
roboris, & momenti; nam legitur Ioann. *cap.vltimo: Multa alia fecit Iesus quæ non sunt scripta in libro hoc.* Sed cur potius Inuentores huius rationis optant ex iis quæ non extant argumenta colligere, & probationes concludere, quàm fidem adhibere iis, quæ à Patribus fide dignis tradita sunt, & diuturna fama, atque possessione confirmata? Et certè nemini † mirum videri 7
debet, cur in antiquis historiis tam rara monumenta extent de hac donatione,quoniam hæc donatio in vltimis temporibus Constantini celebrata fuit, vt scribit Volaterranus *in sua Antropologia. fol.702.* vbi de Constantino agit, & declarauit Cardinalis Alexander, *in cap.Constantinus.distinct.96.* Et vt idem Cardinalis a t Constantini successores summa ope nitebantur,ne vlla huius concessionis mentio in rerum gestarum monumentis haberetur, verum deleta eius prorsus memoria,nullo vnquam tempore posteris innotescēret; ideo scriptores,ne Principibus odio essent,omiserunt.

Sed agite quæso,quomodo huius donationis †veri- 8
tas occultari potest, si in registris & actis Sancti Syluestri, quæ sunt in Vaticano, fuit annotata sub hoc titulo, Priuilegium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod constituit Diuus Constantinus Sancto Syluestro Episcopo Vrbis Romæ, & successoribus eius vsque in perpetuum, & obtulit super corpus Beati Petri Apostoli, prout testantur Apostillæ ad Paleam *in d.c.Constantinus,dist.96.*

Et quia veritas occultari non potest,ideo nutu Dei factum fuit, vt multi scriptores donationem † ipsam 9
meminerint.

Isidorus,cuius scripta magni testimonij pondus habent,*in lib.de Synodis.in 1.parte.* cùm tractat de Concilio Nicæno, diffusè recitat decretum, siue Constitutū Constantini Imperatoris directum Sancto Syluestro Vrbis Romæ Episcopo, & omnibus eius successoribus,qui in sede Beati Petri vsq; ad finem seculi sessurā sunt Pontificibus, omnibusque vbique terrarum Catholicis Episcopis, quæ est sub data tertio Kal. Aprilis D.Flauio

D. Flauio Constantino Augusto IV. & Gallicano IV. viris clarissimis consulibus, & ibi describuntur omnia verba dicti *cap. Constantinus distinct. 96. & cap. futuram* 12. q. 1. per quæ apparet, quòd falsus est titulus de Melchiade Papa *in d. cap. futuram*, vt inferius probabo.

Eandem formam donationis scripsit Vincentius Ecclesiasticarum historiarum fidelis relator, & integer *in lib. 33. à capite 43. vsque ad caput 57.* & ab istis grauissimis doctoribus, donationis formam transcripsit Alberic. de Rosate *in l. 1. §. initio num. 6. vsque ad finem. de offic. præf. vrbis.* quam nos de verbo ad verbũ collationatum in principio huius capitis posuimus.

10 Item donatio † probatur ex gestis per Adrianum Papam in septimo Concilio, quod est contra imaginum oppugnatores, Constantino, & Irene Imperatoribus celebratum, vbi Adrianus protulit coram vniuerso concilio testimonium super imaginibus ex historia Syluestri, qui imagines Petri, & Pauli Constantino ostenderit, cuius testimonium inter gesta Concilij insertum est, & hoc testimonium fuit prius à Latino in Græcum translatum, & nunc de Græco in Latinum per August. Steuc. *in lib. 2. de donatione Constantini*, sub his verbis.

11 [Hoc autem † ad satisfactionem, & omnem corroborationem, nouerit diuinum Imperium vestrum, vos opus ingens aggressos esse, si vobis auctoribus fuerit absolutum, restitutaq; fuerit religio Catholica, atque antiqua in partibus vestris, restitutæque fuerint sacræ imagines in pristinum statum, consortes eritis felicitatis Constantini, & Helenæ, qui fidem Orthodoxam stabilierunt, multò autem magis sanctam matrem nostram Catholicam Romanam Ecclesiam prouexerunt. Ac post eos vobis piè succedentibus, atque impetrantibus vestrum piissimum nomen vocandum est noui Constantini, & nouæ Helenæ nomen in vniuerso orbe terrarum laudabiliter celebratum; per quos sancta Catholica Ecclesia reuiuiscat, præsertim in Orthodoxa fide, & Ecclesia Petri, & Pauli summorum Apostolorum gaudeat, & glorificetur; quemadmodum priores Imperatores ante vos honore affecerunt Vicarium eius, eumque toto corde amplexi sunt, vestra diminuitur vobis concessa potestas, atque honore affecerit sanctissimam Romanam Ecclesiam supremorum Apostolorum, quibus data est potestas ab ipso Deo verbo soluendi, & ligandi peccata in cœlo, & in terra, ipsi defensores erunt Imperij vestri, & omnes barbaras nationes pedibus vestris subiicient, & quocunque perrexeritis, victores vos facient: Ipsi enim proceres Apostolorum, qui Catholicam, & Orthodoxam fidem constituerunt, scriptis fidem suam promulgauerunt, quã omnes successores retinerent, qui in throno eorum sessuri essent, atque in his permanerent vsque ad finem. Atque ita retinet, & obseruat nostra Ecclesia, & honorat, veneraturque eorum imagines: quo circa etiam vsque in hodiernum diem adorantur, & illustrantur Ecclesiæ eorum imaginibus, quemadmodum Beatissimus Papa Syluester testatur, in principio Orthodoxæ nostræ fidei, cùm Constantinus diuino instinctu electus Imperator ad fidem conuersus est. Nam cùm die abacta nox adumbrasset, silentiumque

12 toto palatio esset, ipseque somno † premeretur, Ecce astiterunt sancti Apostoli Petrus, & Paulus dicentes: Quoniam execratus es ô Imperator sanguinem puerorum effundere ob ingratitudinem tuam, Ecce missi sumus à Christo, vt tibi restituamus sanitatem: Audi igitur præceptum nostrum, & fac quæ tibi iusserimus, mittensque accerse Syluestrum Episcopum, qui fugiẽs persequutionem tuam, latitat in monte Soracte in speluncis cum clero suo, ipseque tibi parabit piscinam pietatis, in qua baptizabit te, erisque sanus à lepra, omnibusque morbis, quod beneficium consequutus, statim præcipe in omni loco Romani Imperij, vt Ecclesiæ restaurentur: Tu verò purus, ac mundus omnem Idolorum cultum abiiciens Deum solum, ac verum adora, & secundùm voluntatem eius incede. Experrectus autem Imperator Concilium totius palatij indixit, eiusque somnium indicauit, statimque misit ad montem Soractem, in quo Sanctus Syluester latitabat cum clero, vacans lectioni librorum, cumque vidisset circum se exercitum, suspicatus se ad martyrium quæri, dixit Clero. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, cui progresso, dictum est à militibus quamobrem inquireretur: Cum ad Imperatorem venisset cum tribus presbyteris, & duobus diaconis, vidissetque Imperatorem, dixit: Pax tibi, & Victoria de cœlo Imperator: Imperator alacri vultu, & sincero corde amplexatus ea quæ ab illo dicebantur, quæcunque ei essent reuelata, exposuit Sancto Syluestro, quibus expositis, interrogauit eum Imperator Constantinus, quos vidisset Petrum, & Paulum quinam Dij essent, Sanctus Syluester respondit: Hi quidem Dij non sunt, sed serui, & discipuli Domini nostri Iesu Christi, quos elegit ad conuertendas omnes nationes, vt credant in eum: Hoc audito Imperator, rursus interrogauit eum num haberentur vsquam de eis historiæ, aut notiones? tunc Syluester misso diacono, iussit afferri imagines sanctorum Apostolorum, quos Imperator conspicatus, exclamauit hos esse, quos oculis, aut visione conspexisset, nec amplius dubius sum, ait, fiat piscina salutis meæ, eaque facta, baptizatus est, subitóque sanatus, memorque quòd beneficium esset assecutus, cœpit instituere Ecclesias, erigens in eis sacras imagines, ad honorem, & recordationem Domini nostri Iesu Christi, qui humanitatem nostram assumpsisset, omniumque Sanctorum, vt omnes conuertantur ad religionem Christianam, ad lumen & veritatem, ac desiderium diuinæ pietatis, omnesque discedant ab Idololatria gentium, ac dæmonum erroribus, quemadmodum dixit Gregorius successor Apostolorum, omnes homines illiteratos, & qui non possunt legere contemplentur Euangelicas historias in pictura, & per eas agantur ad gloriam, & recordationem incarnationis Domini nostri Iesu Christi. Hæc à multis in eo Concilio.]

Neque obstat calumnia malignorum, veram esse historiam, sed donationem † non esse cum historia 13
sociatam: Quia in superiori descripta donatione probatum est, edictum damnationis coniunctum fuisse cum confessione Constantini, si historia vera est, ergo & vera donatio: siquidem describit lepram, visos Apostolos, vocatum Syluestrum, baptismum, mundationem à lepra, pietatem à Constantino conceptam, ædificia Ecclesiarum, hanc confitetur fuisse causam donati Imperij: ergo veritas historiæ corroborat veritatem donationis.

Item de hac donatione † Constantini reperiuntur 14
multa congesta in quodam libro antiquissimo qui fasciculus rerum appellatur, *fol. 62. & seq. & fol. 80. & seq.* de quo meminit Restaur. Castald. *in d. tractatu de Imperatore, cap. 51. num. 1. & num. 23. vers. prædictis etiam.* vbi ad Iulium II. Pont. Max. Bartolo Pincerno de monte arduo interprete, ponitur translata de Græco in Latinum, ac edictum Constantini in Syluestrum

ſtrum Papam, dicente in ipſius Iulij I I. Celeberrima bibliotheca, occurriſſe ſibi libellum quendam, qui donationem hanc continebat, quam dicit vertiſſe in Latinum, cuius ſumma erat Profeſſio & confeſſio Chriſti Saluatoris Chriſtianæ religionis, & Euangelij: Item grauis ſua infirmitas lepræ, atque apparitio in ſomno Beatorum Petri & Pauli, conſulentium pro ſalute & ſanitate baptiſmatis: Item lauacrum, & eius hiſtoria: Item donatio per ſupradicta verba, ac Priuilegia Pontificis ſub data tertio Kal. April. Flauio Conſtantino, & Gallicano conſulibus.

15 Euſebius † Cæſarienſis in ſuis voluminibus, quas Enneades appellabat, ſcribendo vitam Beati Syluestri omnia complexus eſt, quæ Romæ apud Latinos de Sylueſtro & Conſtantino circumferuntur, de lepra, de lauacro, & de donatione. Noſtri æmuli muſſitarunt,
16 non legi Euſebium ſcriptitaſſe Enneades. † Quibus reſpondeo, talem librum ad hoc idem propoſitum allegaſſe antiquitatum curioſiſſimum Auguſt. Steuc. *in d. li. 2. de donation. Conſtant. pagina* 4. per hæc verba: Eſt apud Priſcos conſtantiſſima fama Euſebium Cæſarienſem voluminibus, quas Enneades appellabant, &c. quem ſequuti ſunt in allegando multi ex ſupradictis grauiſſimis viris pro hac parte allegati.

17 Item in vetuſta † Lateranenſi bibliotheca latiſſimè habentur, quæ de Sylueſtro & Conſtantino circumferantur eſſe veriſſima. Hanc etiam confeſſionem cum edicto Conſtantini, ex peruetuſtis ac plurimis Græcorum exemplarib. ponit idem Auguſt. Steuc. *in d. lib.* 2. tam literis Græcis, quàm Latinis confeſſionem & donationem, probat reperiri ſcriptam in Italia literis vetuſtiſſimis Longobardorum. Item fuiſſe tranſcri-
18 ptam † inter leges, & decreta Græcorum Imperatorum in libro Iurium eccleſiaſticorum, atque Imperialium, qui inſcribitur Nomocanon, cuius initium eſt: Obedite præfectis, & liber diuiditur in quatuordecim titulos; vigeſimo autem capite eſt hoc. Idem Steucus tranſcripſit in ſuo libro decretum Conſtantini Græcis literis ex libro, qui erat in Bibliotheca Palatina Conſtantinopoli, in quo omnia iura eccleſiæ continebantur, & ordines, & gradus eccleſiarum erant digeſti; & inde deſumptum eſt, tempore Innocentij III. Cùm Benedictus Cardinalis ad Imperatorem & Græcos miſſus fuit, vt de fide Catholica diſſereret, & Conſtantinopoli iuſſit decretum deſcribi, quod Auguſt. Steuc. poſtea vertit in Latinum his verbis.

19 Ex libro † iurium eccleſiaſticorum conflato iuſſu Beatiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani Domini Michaelis, & Pij Imperatoris Domini Manuelis à Theodoro Balſamenſi, qui tunc erat primus diaconus magnæ Eccleſiæ, & ſcriniorum cuſtos, cùm ſcilicet hunc librum coaceruauit, poſtea verò fuit Patriarcha Antiochiæ. Hoc libro oſtenditur omnem Eccleſiam à Pontifice dependere Romano, & ab eo rectitudinem accipere, vt ex edicto magni Conſtantini videre licet. Mox alteram addit decreti Conſtantini partem: Præſertim Papæ Sylueſtro conceſſiſſe potentiam, gloriam, & auctoritatem; & quod ſit caput quatuor Cathedralium Alexandrinæ, Antiochenſis, Hieroſolymitanæ & Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, atque exaltari ſupra terrenum ſolium, & imperium ſuum, vſque ad finem mundi, idque feciſſe cum Principibus ſuis, ſenatu, magiſtratibus, & omni populo, qui Romanæ parebat potentię. Denique ponit reliquam edicti partem, videlicet de donatione palatij Lateranenſis, vrbis Romæ, & totius Italiæ, atque accidentalium locorum, prouinciarum, in perpetuum Sylueſtro, & ſucceſſorib. ſuis, transferendo in regionem Byzantij orientis ſuum Imperium, inibi vrbem de eius nomine conditurus, & in fine dicti decreti ſunt hæc verba. Finis teſtamenti, ac edicti magni Conſtantini, quod exſcriptum eſt à Nicolao Hidruntino in magno Palatio Conſtantinopoli; qui tenebat locum Innocentij Papæ III. Romæ, & quod ipſe Nicolaus erat tunc interpres dicti Cardinalis, & per eum dogmata apud Græcos explicabat, anno à mundo condito, ſexies milleſies ſeptingenteſimo decimo quinto, indictione decima, menſe Decembri, ſecundum computum Latinorum ab incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo plus minus, & quod ab eo tempore, quo decretum ſcriptum eſt, fluxerunt anni ter centum viginti quatuor paulo plures, tunc quando agebatur 1528.

Item decretum Conſtantini habetur Venetiis in Bibliotheca D. Dominici Grimani, quæ erecta eſt in cœnobio Canonicorum regularium apud ædes S. Antonini. Habetur etiam de verbo ad verbum, vt ſupra ſcripta eſt in Chronica Caſſinenſi, cuius liber antiquiſſimus Neapoli conſeruatur in eccleſia ſanctæ Mariæ de principio, de quo meminit F. ecc. *in lib. 1. de ſubfeud. in c. de antiquo regni. num.* 16. Et hodie Latinè tranſlatum imprimitur in Voluminum Conciliorum *tomo primo fol.* 133. ſecundum impreſſionem Colonienſem.

Eadem † donationis forma ſcripta eſt in libro Pon- 20
tificali Damaſi Papæ, vt atteſtatur Reſtaur. *in d. cap.* 51. *num. final.*

Præterea in Concilio Conſtantiæ celebrato fuit damnata memoria Ioannis VVicleff, qui inter cætera ponebat Sylueſtrum, ac Conſtantinum erraſſe dotando eccleſiam, vt patet in 8. ſeſſ. eiuſdem concil. Quare ex aſſertione huius hæretici, & ſententia damnationis à Concilio promulgata colligitur, non eſſe vlterius dubitandum de veritate, & validitate huius donationis.

Item quia ex actis † Concilij Nicæni præcipuè ap- 21
paret dicta donatio, propterea toto conatu inſidiati ſunt iſti mali homines decretis dicti Concilij, vt illius memoriam penitus abolerent, vt teſtatur ſanctus Anaſtaſius, & alij complures Epiſcopi in Synodo Alexandrina collecti, qui propterea rogarunt Felicem Romanum Pontificem, vt Nicæni Concilij ſanctiones diligenter cuſtodiret, multaſque ex eis ab hæreticis deletas eſſe teſtatur idem Felix, qui poſtea martyrio periit, vt in eius decretis videre licet c. 2. in epiſtola Concilij Sardicenſis, & de hoc ſcripſi latius ſupra in c. 15.

Quid igitur mirum ſi qua † ſcriptorum omiſſio in- 22
uenitur, cùm potentiſſimi & nequiſſimi Imperatores iampridem totis viribus incumbebant, ne huius donationis teſtimonia in lucem prodirent; opinionum autem varietate illius fides adultera fieret, ſed non potuit adeo occultari, quin variarum ætatum Scriptores aliquid huiuſce donationis memoriæ nō mandaſſent: prout habemus plurimos Sanctos Patres, Hiſtoricos, Imperatores, Iuriſperitos, atque ſacros canones de ipſa donatione atteſtantes.

Euſebius *in li. 9. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ*, dicit, Conſtantinum † crediſſe non ſatis ſibi facere videri, ſi ſe Sa-
cerdotibus æqualem præberet, niſi eos longè præfer- 23
ret, & ad imaginem quandam veneraretur. D. Bernardus *in li. 4 de conſideratione ad Papam Eugenium*, apertè probat, † Papam Conſtantino ſucceſſiſſe. Item
D. Hieron. *in epiſtola ad Euſtochium*, quæ incipit, *ſæpiſ-* 24
ſime rogatus. Et ſuper *pſalm.* 138. fatetur Apoſtolos Cō-

stantino apparuisse, illúmque à Sylvestro baptizatum, fidei defensorem evasisse. Item Leo Papa IX. *in epistola I. seu libello adversus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Atridani episcoporum, cap.13.* Sic loquitur: Pauca ex privilegio eiusdem Constantini manu cum cruce aurea super cœlestis clavigeri venerabile corpus posito ad medium proferemus. Item Adrianus Papa *in epistola ad Constantinum, & Helenam.* testatur Apostolos Petrum & Paulum fuisse Constantinum allocutos, cui sanitatem sponderunt; quæ subinde, vt novimus, huic donationi causam dedit. Item Ioann. Hugo in libro, quem *quadrivium ecclesiæ* inscribit ad Maximilianum Regem *in §. hoc autem, & in §. sed sunt.* dicit, hanc donationem & concessionem valuisse, & quia Imperium non minuebatur, sed in pristinum statum redibat, cùm ab vna & eadem origine initium traxerit sacerdotium, & Imperium. Item Iacobus de Valentia super *Cantic. cap.10. in prin.* dum dicitur: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, &c. prosperitas, ait, ecclesiæ con-
25 cessa, & data post conversionem Constantini, † qui donavit ipsi vrbem Romam cum toto patrimonio adiacenti, & septuaginta duas civitates, & duo millia oppidorum in Italia, & insulis adiacentibus, & quod relicta Vrbe Sylvestro Vicario Christi, elegit sibi sedem apud Byzantium Thraciæ, quæ postea Constantinopolis civitas dicta est; & quod exinde omnes Reges terræ, Imperatores, ac Principes subiecerunt colla iugo Christi, & Ecclesiæ sponsæ eius. Item D. An-
26 toni. † *in 1. part. historial. titul.8. cap.2. §.8. & in 2. parte 3. partis, titulo 33.* de donatione facta ecclesiæ, tenet apertè eam donationem fuisse verissimam, cuius etiam meminit Masseus Cameracenatos *in lib. Chronic. mundi 10. sub anno 314.* & Cardinalis Iacobatius *in tractat. de concil. capit. final. numer. 30.* non esse dubitandum, ait, hanc donationem fuisse effectam, cùm de ea testimonium perhibeant, Gelasius Papa, Isidorus Hispalen. præsul, Adrianus, Nicolaus tertius, D. Bernardus, Damasus Papa, & moderni historici, Martinus Cysentinus, Sigebertus, Ptolomæus, & D. Antoninus.

Sed percurramus iura civilia, quæ ad nos pertinent,
27 † *In l. divi Constantini. C. de naturali. lib.* Imperator Zeno ait, Divi Constantini, qui veneranda Christianorum fide, Romanum minuit Imperium, & licet multi contendant, verbum *minuit* esse legendum *munivit*: tamen in antiquissimis codicibus, etiam manuscriptis legitur, minuit, quod probat Cardinal. Alban *in d. lib. de donatione Constant. numer.9.* & Cardinal. Iacobat. *in d. cap. final. numer.32.* dicit se vidisse multos codices de hac donatione loquentes hominum malignitate corruptos, vbi etiam erat scriptum, palatium nostrum concedimus, deletum erat concedimus, & adiectum contradicimus. Sed quod *in d. leg. divi.* debeat legi *minuit*, ecce textum Iustiniani *in auth. de non alienand. reb. Eccle. in prin.* ait, Leonem Augustum post Constantinum fidei principatum auxisse, ex quibus verbis colligitur, Iustinianum etiam dictæ donationis noti-
28 tiam habuisse. Item † Accurs. *in auth. quando oport. episcop. in prin. in ver. conferens.* Constantinum, ait, donasse tam immensam donationem ecclesiæ, *& in l.1. in verb. pertinere. ff. de offic. præfect. vrb.* est autem Accurs. de antiquissimis scriptoribus qui scripsit circa annum 1240. Hunc Glossatorem Bartol. & cæteri insequuntur *in l. legatus. ff. de offic. præsid.* Doct. *in d. l.1. ff. de offic. præfect. vrb.* Bart. *in l. hostes. ff. de captivis.* Bartol. Bald. & Angel. *in leg. filio quem pater. ff. de liber. & posthum.* Andr. de Isern. *in proœmio feudorum.* Afflict. *in proœm. Constitutionum Regni, q.2.* Bald. *in cap.1. §. in generali. Si de feud. fuer. controvers. inter dom. & agnat. & in cap. primo. §. si quis. columna prima, quo tempor. miles. & in proœmio Codicis, columna tertia, & in l. cum multa. C. de bon. quæ lib.* vbi notat illum textum facere ad donationem Constantini, & *proœm. feud. columna quarta, & in leg. testamento, C. ad leg. Falcid.* Aretin. *in rubric. ff. de verb. obligat.* & Lucius Paulus Rosellus *in repertorio Francisci Aretini in verbo Donatio.* Angel. *in rubric. Authenticorum.* Alex. *in l. filius quem pater. ff. de liber. & posthum. & in l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. & in l. omnib. ff. ad Trebell. & in cons.2. & cons.68. vol.1. & consi. 24. vol.5.* Paulus de Castr. *in l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact. & in consi.74. vol.1.* Socin. *in consi.34. vol.3.* Ias. *in l. cum qui ita. ff. de verb. obligat.* Lucas de Penn. *in leg. quicumque. Cod. de omni agro deserto, lib.11.* Dec. *in consilio 564. columna tertia.* Oldrad. *in consilio 158.* Doct. *in l. bene à Zenone. Cod. de quadr. præscription.* Anton. Corsett. *in tract. de potest. Reg. quæst.4.* Bellug. *in Specu. princip. Rubric.9. numer.7.* Bertachin. *in suo repertorio, in ver. Donatio à Principe, & in tractat. de gabell. part.1. quæst.2.* Brixiens. *in suo repertorio, in verb. Donatio. versi. An donatio facta per Constantinum.* Alberic. *in dictionario, in ver. Constantinus Imperat.* qui cæteros allegant, ex quibus clarum est, donationem Constantini inter Iurisconsultos antiquos & modernos haberi pro verissima.

Hanc eandem opinionem † firmarunt Canonistæ, 29
Abb. *in cap. intellecto, de iureiur. & in consil.82. & consi. 84. volum.1.* Cardinal. *in clem. Romani. de iureiur. & in consilio 137. colum.3. & consi. vltim. colum. final.* Felyn. *in cap. solitæ, de maior. & obedient. & in cap. si diligenti, columna 1. de præscript.* Turrecrem. *in d. c. Constantinus distinct.96. & in d. cap. futuram 12. q.2.* Præposit. *in d. c. cum ad verum, distinct.86.* Cardinal. *in clem. pastoralis, §. illud. in 2. opposit. de re iudic.* Abb. *in cap. inter dilectos, de fid. instrum. & in ca. per venerabilem, qui fil. sint legit.* Anton. de Butr. *in c. auditis. in 3. not. de restit. in integr.* Ancharan. *in proœmio libri sexti Decretalium.* Io. Andr. *in additionib. ad Specul. in titul. de rescripti præsentatione, §. ratione, & §. item quod est obtentum.* Anania *in consilio 81.* Ex quorum allegationibus & scriptis Auctorum diversarum ætatum, retorqueri potest argumentum: Non legitur aliquem ex Imperatoribus † aliquando declarasse hanc ipsam donationem 30
esse figmentum, aut nullam, & invalidam: ergo ex tot Auctorum testimoniis valida, certa, & firma iudicanda est.

Imò præclarissimi illi Imperatores Carolus I. Henricus II. Ottho IIII. Federicus II. & Carolus IIII. 31
Constantini donationem confirmarunt, vt colligitur *ex clem. Romani. de iureiur. & ex c. fundamento. de elect. lib.6. & c. per venerabilem, qui fil. sint legit. & c. ego Ludovicus, distinct.63.* Et hoc est argumentum Alexandri *in d. c. Constantinus, distin.96.* vbi istorum testimonia apportat. Nec est verisimile Sanctissimos Pontifices, qui † post Sylvestrum bona hæc, tanquam ad se spe- 32
ctantia vigore donationis Constantini possederunt, voluissent occupare, ita arguit textus *in c. Lugdunensis. 9. quæstio.2. & in cap. omnis qui. 7. quæst.1.* Nec est verisimile Deum omnipotentem perferre potuisse, vt hoc figmentum, in hanc vsque diem fidelium mentes, sanctam Romanam ecclesiam obtenebrasset, vbi enim Christus qui est ipsa veritas, non est fundamentum, omne superædificatum citò corruit, *c. principatus.*

tus.c.cum Paulus 1.q.1. Denique huius veritatis firmis-
33 si mum est argumentum,quòd Imperatores †ipsi,cùm
à summo Pontifice coronantur, de Donatione Con-
stantini non infringenda suscipiunt iuramentum, de
quo scribit latè Barbat. *in d.clem.1.de iureiur.* Cardi-
nal.Iacobat.*in d.c.fin.num.*33.Cardinal. Alban.*in d.lib.*
*de donation.Constantini.num.*9.

Secunda ratio Bruti Fulminis aduersus donatio-
nem, sequitur per hæc verba, quod complures Papa-
lis dominatus patroni, & defensores testificantur,to-
34 tum *d.c.Constantinus*, †ab antiquis Gratiani codici-
bus abesse: In his Antonin.Florentin.Episcop.*primæ*
*partis historialis.titul.*8.c.1. & Volaterran.vbi de Con-
stantino commemorat, caput illud inquit, *Constanti-*
nus non habetur in antiquis decretis: quid ergo, &
quantum Constantinus donauit,non est bene certum:
Nicolaus autem Cusa. *in lib.3. de concordant. catholic.*
absque dubio, inquit, si non fuisset illud dictamen a-
pocryphum Gratianus in veteribus codicibus, & ca-
nonum collectionibus inuenisset,&quia non inuenit,
non posuit. Quin etiam Æneas Syluius (is qui postea
Papatum adeptus,dictus est Papa Pius II.) in dialogo
quodam, quem adhuc Cardinalis scripsit, apertè in-
strumentum illud falsitatis arguit,& stolidos Legistas
appellat,qui tantoperè sudarunt,an ea donatio valeat,
quæ nunquam facta fuit.

Nunc educamus Brutum Fulmen in puluerem,
quod attinet ad *d.c.Constantinus.* verum ait, non esse
Gratiani textum, sed Paleæ, sed ex ignorantia histo-
35 riæ, incidit in errorem, Gratianus †cùm librum Ro-
mam detulisset, vt à summo Pontifice probaretur,
Cardinali cuidam doctissimo primum tradidit,vt Pō-
tifici probandum præsentaret: At ille laudis & alienæ
gloriæ cupidus, operis nobilitatem intelligens,insti-
tuit animo se eius autorem operis ostendere; vnde
multa sanctorum Patrum & Pontificum dicta, Gra-
tiani ordinem sequutus addidit:orta deinde apud Pō-
36 tificem quæstione,vter †eorum auctor extiterit ope-
ris illius,offert se Gratianus,vt ipse scriptor operis ab
omnibus intelligeretur,ordinem libri,& partes, ac il-
larum capita ad sensum, non autem ad verba memo-
riter relaturum,dumque omnia,vt statutum erat,per-
fectè referret,prætermittebat interdum capitula, quæ
Cardinalis ille addiderat: Cardinalis itaque opponit
propterea quod librum non composuerat: at Gratia-
nus,capitula superaddita cognoscens non esse sui ope-
ris fretusque partes, respondebat, hoc capitulum non
est de tritico meo,palea est,palea est: Propterea dicta
37 capitula Paleæ appellatæ sunt;mox totus liber†ab Eu-
genio Papa III. approbatus est,etiam cum omnibus
paleis, vt testificatur Cornelius Bennicasa *in tract. de*
*paupertate,q.3.nu.*24.quicquid dixerit Rip. *in l.1.num.*
66.*ff.si cert.pet.*& cum omnibus Paleis vsu receptus &
approbatus est,& eousque vsu deuentum est,vt nullus
decretorum liber de cætero perfectus esse existime-
tur, nisi qui omnes Paleas in se contineat, & qui ca-
reant,imperfecti esse iudicentur,vt probat Bartolom.
Cæpoll.*in tractat.de cognitione librorum iuris canonici,*
*n.4.& nu.*6. in specie probat,decretorum librum esse
imperfectum,si careat hoc capite *Constantinus*, quod
Palea est, Cardin.Iacobat.*in tractatu de concilio in d.c.*
38 *fin.d.num* 35. Esto igitur, † quod capitulum ipsum nō
sit Gratiani; fuit tamen eodem tempore adiunctum,
& ab homine maioris auctoritatis Cardinale sapien-
tissimo viro,qui ex Bibliotheca Vaticana,ex actis san-
cti Syluestri,quæ supra citauimus, commodius potuit
exscribere,& addere,quod vetitum fuit Gratiano Bo-
noniæ,vbi librum scripserat in suo monasterio. Qua-
re liber Decretorum ab Eugenio III. cum omnibus
Paleis approbatus,& ita vsu receptus est.

Et quatenus ipse idem Gratianus huius donationis
nil meminerit, aduertendum est, quod aliunde Gra-
tianus † opus suum deflorauit,ipsos igitur auctores a-
dire oportebat, quos Gratianus est sequutus, apud 39
quos multa de dicta donatione reperiuntur, erant in
vetusta Lateranen. Bibliotheca omnia instrumenta,
in quibus Ecclesiæ Romanæ regna & patrimonia cō-
tinebantur,ex his Ivo Carnotensis,& Anselmus,com-
pluresque alij veterum Theologorum, decerpentes
quædam,ipsi etiam volumina composuerunt de iuri-
bus Ecclesiæ Romanæ.Hæc pro maiori parte recolle-
cta à Gratiano in volumen Decreti translata, qui ex
his, & ex registris summorum Pontificum, totum o-
pus conflauit, hæc perscrutanda erant homini mali-
gno,& ex his fontibus vidisset donationem Constan-
tini esse verissimam,vt Steucus ait.

Sed quod Gratianus † huiusce donationis,quantum 40
possibile fuit monachus in cella, notitiam habuit, i-
psiusque mentionem fecerit,expressis quidem verbis,
allegatur textus *in c.futuram* 12.q.1.tacitis verò *in cap.*
*sancta Romana Eccl.fin.dist.*15. vbi vita Beati Syluestri
ponitur inter authenticas, & inibi affirmatur libera-
tio,baptismus,& donatio.

Neque obstat,quod titulus *d.c.futuram* † ascribatur 41
Melchiadi Papæ, qui præcessit Syluestrum, & tamen
liberatio, baptismus, & donatio ponuntur in Sylue-
stro:Omissis enim multis responsionibus,quæ dantur
à Cardinali Iacobatio *in d.cap.final.* Item quæ ab a-
liis non minoris auctoritatis viris, ex dictis per Spe-
culatorem melius videtur posse responderi, qui in ti-
tulo de disputationibus & allegationibus in *§.finali.*
in fine dixit, quod rubricæ decretorum non sunt ve-
ræ,quia alius fuit conditor decretorum, alius rubrica-
rum,& titulorum. Idem dicunt Doctores *in proœmio*
decretalium in §. sanè excepta. & licet multi sentiant
contrarium, tamen Bartolo:Cæpoll. *in d.tractatu de*
*cognitione libror.iuris canonici,numer.*17.*in fine*, probat
hanc esse veriorem opinionem:Propterea gloss. *in d.*
cap.in futuram,in ver.Melchiades. dicit illam rubricam
esse falsam, ergo debet esse Syluester Papa, sub cuius
tempore, ea quæ *in d.c.futuram*, enarrantur, confecta
sunt, vt ostendi.

Quod attinet ad Æneam † Syluium, verum di-
cit;ille enim scripserat *in libro dialogorum*,quem com- 42
posuit iuuenis in minoribus, dum seruiebat Domini-
co Capranico pro Secretario in itinere, versus conci-
lium Basileæ,circa annum 1454. vt colligitur ex sup-
plemento Chronicorum sub hoc tempore, & scribit
Platina in vita Pij Papæ II. in princip. Et quia Poëta-
rum vanitas illum vetuit fieri Iurisconsultum, ideo
quos inuidebat,non bene iudicabat,quos postea Pon-
tifex factus amplexus est. At postea ætate prouectior,
& ex maiori librorum lectura prudentior factus,con-
trarium probauit:Concessio †per errorem facta con-
stito de errore,potest reuocari,textus cum glos.*in l.de* 43
ætate.§.final.ff.de interrogator. action. & habetur *in l.*
error.Cod.de iur.& fact.ignorant. Item confessio pro-
curatoris,vel tutoris,domino non præiudicat, consti-
to de contrario *l.certum. §.sed an & ipsos procuratores.*
*ff.de confess.*saltē pro neutra parte allegandus est,*l.vbi*

repugnantia.ff.de reg.iur. Imò Æneas Episcopus postea Cardinalis, & summus Pontifex creatus, prohibuit legi dicta eius scripta, & hodie prohibitio legitur in indice: Dicunt multi, data opera simulasse opitulari Imperio, vt Imperatorem patronum deuinciret, ex quo postea Papatum auspicatus, scriptitasse veritatem cuius exemplum fuit perniciosissimum: nam eius instar multi pullularunt, quibus nil contingit, etiam si laicis Principibus adulati fuerint, vt audio conscribere nostros æmulos, impedientes hanc operã nostram liberè scriptam.

Tertia Bruti Fulminis ratio sub his verbis inducitur contra donationem, quòd Eusebius *in lib.4.de vi*
44 *ta Constantini*, † memoriæ prodidit, eum perexiguo ante obitum tempore, hanc imperij sui diuisionem inter suos filios fecisse, vt natu maximo occidentem, secundo orientem, tertio interiectam regionem assignaret: sed & Socrates *in lib.3.Ecclesiastic.historiæ, cap. vltim.* cùm tres inquit filios haberet; singulos eorum, imperij sui participes esse constituit, primum quidem filium sui nominis Constantinum occidentaliũ partium; secundum, cui nomine Constantium in oriente constituit: Iuniorem verò Constantem in media regione ordinauit: Idem probat Sextus Aurelius Victor, & Zozimus *in lib.historiar.part.2.* Et apud posteriores scribentes constat non tantùm Italiæ, verumetiam Romæ Vrbis Imperium, penes Constantini successores per annos centum, & quadraginta permansisse, vsque ad annum Christi 401. Quo tempore Imperium illud occidentis vexari cœptum à Gothis, Francis, Alanis, Burgundis, Vandalis; semper tamen in iure Imperatorum Romanorum permãsit, vsque ad Imperatorem Augustulum, quem Odoacer Herulorum Rex Italia expulit, Vrbe Romà potitus anno 476. quo tempore Romanum Imperium in occidente defecit, Barbaris, & Roma, & in Italia regnantibus. Nam Regium Romanorum nomen penes Odoacri posteros, & successores per annos 325. permansit. Itaque videre licet quàm plurimas apud Cassiodorum Theodorici Regis literas partim ad Senatum Vrbis Romę, partim ad Populum Romanum Regio nomine, atq; auctoritate scriptas, vt nemini dubium esse possit, quin & Italia, & Vrbs ipsa Roma sub Gothorum Regum ditione, non sub Papæ dominatu permanserit, vsque dum Gothis ab Imperatore Cõstantinopolitano Italia exactis, præsides non in illã prouinciam mitti cœperunt Exarchorum nomine, qui etsi Rauennæ domicilium habebant, tamen in Italia per annos complures dominati sunt. Rursus Longobardi, quorum regnum exortum est anno 568. vniuersam Italiam, præter Vrbem Romam per annos 206. hoc est vsque ad annum 749. tenuerunt, quæ omnia ex Procopij, Iordanis, Marcellini, Pauli diaconi, & aliorum scriptis intelliguntur, vt perspicuum cuiuis esse possit, falsum esse quod Papæ cõtendunt, maiores suos vel in Italia, vel in Vrbe Roma dominatum ex Constantini donatione obtinuisse, cùm is dominatus anno demum salutis Christianæ octingentesimo initium habuerit ex Pipini, & Caroli Magni liberalitate, qui Exarchatum Longobardis ereptum, vnà cum Vrbe Roma Papæ Stephano II. donarunt, vt Platina, Volaterranus, & alij omnes testantur, præsertim Sabellicus *Enneadum 8.lib.8.* præter cæteros ascribit Constantinum quartum orientis Imperatorem, Legatos ad Pipinum in Italiam misisse, qui ab eo peterent, vt Rauennam, & cætera Exarchatus loca suo Imperatori restituenda curaret, quippe quæ Imperij essent (sic loquitur Sabellicus) non autẽ Pontificis: Neque se Pipinus Constantino, aut cuiquam hominum, præterquam Ecclesiæ Romanæ militare, eoque consilio se arma induisse, vt Apostolicam sedẽ ab omnium mortalium iniuria vindicaret, vtque Rauennam, & quicquid Longobardi vi, & armis subegissent, Romanæ subiiceret Ecclesiæ. Ita Græci oratores, re infecta domum redierunt. Hæc Sabellicus. Platina verò, Exarchatum Astulpho Longobardo ereptum, & Papæ Stephano traditum subiungit, anno 756. simulque Imperatoris nomen Carolo Magno Pipini filio tribuisse, quod Imperatores orientis ægrè per illa tempora ferebant, hoc est, anno 801. qua de re Albertus Krantzius *in Saxon.lib.2.c.1.* sic scribit: Tribuunt nonnulli Constantino Magno donationem illam Italiæ & Germaniæ, & nescio quarum prouinciarum Ecclesiæ Romanæ factam, de qua ipsi viderint, Carolus erat, qui ex victoria Lõgobardorum, Romanam Ecclesiam ditauit, cùm pridem aliquanta, & Gothi per sua tempora, & Longobardi Reges nonnulla contulissent.

Sed ad ista omnia paulatim respondendo: Primo dicitur verum esse, post Constantinum Magnum remansisse tres filios, quibus Imperium tunc temporis per successionem deferendum, vt in contrario dictum est, diuisit: sed quantæ erant illæ occidentis partes Cõstantino relictæ, solus liber historialis Sanctæ Mariæ de Principio, qui Neapoli conseruatur, antiquissimus, & manuscriptus, chronicas continens ab incarnatione domini, atque scriptus circa annum quingentesimum, dicit, Constantinum Magnum in donatione † 45
facta Ecclesiæ, oras maritimas sibi reseruasse, quo facilius eundum & redeundum esset, atque intrepidè exercitus nauales ducere potuisset, quem librum ad hoc propositum citatum videram à Marino Freccia nostro conciue *in li.1.de subfeudis, cap.de antiquo statu regni, num.14.vers. Ferunt Constantinum Imperatorem, &c.* multa diligentia, plurimisque precibus videre permissum est.

Ex his infertur errare Felyn. † *in cap.si diligenti.* 46
num.1.de præscript. qui ob præfatam contradictionem respondit, fortè Syluester non acceptauit donationem tam amplam. Nec poterat, neque debuerat spernere Syluester, quæ non sibi, sed Petro, & Christo donabantur.

Neque obstat replicatio Impij Vallensis, non haberi scriptionem acceptationis, nullis tabulis incisam esse, nec Syluestrum ascendisse Capitolium, nec fuisse per Imperium à Constantino circumuectum, nec promouisse magistratus, aut prætores, quod faciunt, quibus regna traduntur. Quia longè maiora gesta sunt, spectante toto populo, cunctis proceribus, totoque senatu, Imperium consecratum est Christo, & Petro, tanquam dominis, & quod possidebatur à Constantino, donatum in manibus Syluestri. In priuilegiis, † eo ipso quod Princeps concedit, transfert 47
dominium, Bald. *in præludiis feud. num.29. & in c.si facto.si de feud.fuer.controuers.& in c.1.de noua form. fidelit.* Ioann. Andr. ad Specul. *in titul.de iurisdictio.omn. iudic.§.1.vers.quæ autem sunt:* Alex. *in consi.187.numer. 17.vol.2.& in consi.3.numer.7.volum.5.* Castrens. *in consil.94.volum.2.* Quia regula *l.traditionibus.* non habet locum in Principe. Zas. *in epitom. feud. part.5.* Bertrand. *in consi.3.volum.3.* Gozadin. *in consil.14.* Nisi appareret de contraria voluntate. Luc.de Penn. *in l.prædia. Cod.de locat.præd.ciuil. lib.11.* Iacobin. *de feud. in ver.Princeps.* Ias. *in prælud.feud.* Dec. *in l.certi conditio.§.final.num.7.ff.si cert.pet. & in consil.689.* At in

hac

hac donatione sumus certi, quod voluerit omnia trãsferre, quod significatur per donationem bireti, *l. clausibus. ff. de contrah. emption.* Afflict. *in decis. 299. in fine.* Quæ dicebat Vallen. procedunt in vulgaribus, secus
48 est in donatione facta † Sacrosancto Sacerdoti, in quo dominium transfertur sine traditione, ex regul. *l. fin. C. de Sacrosf. Eccles.* & satis fuit Imperatorem Constantinum procubuisse ante altare, coramque tot testibus Imperium consecrasse, vt nouum erat, & insitatum hoc Constantini factum, diuinum potius, quàm humanum, sic nouo celebrationis genere trãsactum est; sumus igitur in casu *l. ruptores. §. in bona. C. de Episcop. & cleric.* vbi professio transfertur ipso iure sine traditione, & sine alicuius facto, sicut fit in Ecclesiam, *d. l. fi. C. de Sacrosf. Eccles.*

Nec obstat altera pars argumenti, per annos 140. Constantini successores imperatores, non solum Italiæ, sed etiam Romæ Vrbis Imperium tenuisse, mox à Gothis, aliisque barbaris nationibus fuisse occupatum, nunquam Syluestrum, aut successores, aut Eccle-
49 siam possedisse: quia alia est mutatio Imperij, † alia successio, cùm Petro donatum est Imperium occidentale, facta est mutatio religionis, subditi non tam citò crediderunt, nec potuit subita fieri mutatio de prophanis ad sacra, sicut non itur repentè à morbo ad sanitatem: bonus medicus naturam sequitur, & tempus, optimus præsul non statim cuncta turbat, satis fuit
50 Imperiũ † fuisse Christo consecratum, tempus ipsum, opitulante Deo, paulatim animos mutabat, sensim ab idololatria fiebat trãsitus ad religionem, paulatim incipiebat imperare religio finesque imperij habere, atque ius suum acquirere, Christus Imperator mundi à Deo declaratus est, remanserant tamen iidem Reges, ac magistratus, neque subitò cœpit regnare, religio moderatè, & patienter agit, & cum temporis interuallo multa contemnit, patienter tempora expectat, si quis iura illius capiat, non confugit ad arma, regnare patitur. Quocirca nil mirũ si post donationem multi Imperatores post Constantinum in occidente præfuerunt, & si post Constantinum eius filij etiam inibi imperauerunt, & successores: Sed non negatur, nec minus negari potest, quin Imperium fuisset Christo & Petro consecratum, quia & illa regna simul poterãt esse religionis, & à Regibus, Principibus, & Impera-
51 toribus possideri. Ecclesia † potuit, & poterit restitui ad omnia donata, quæ non possidet, Grammatic. *in decis. 59.* Afflict. *in decis. 299.* licet dicat fuisse conclusum in prætorio Neapolis priuatis non competere hoc casu interdictum recuperandæ, sed solum adipiscendæ, non dicit in Ecclesia, cui etiam recuperandæ interdictum hoc casu competere potest; nam cùm dominium translatum fuerit, vt dixi, poterit ipsa spoliata quandocunque restitui. Sed nunc hactenus, de hac re, diffusius tracto in quarta parte in quæstionibus practicis.

Altera ratio Laurentij Vallensis est, non prodesse
52 Reipublicæ Christianæ, sedẽ apostolicã † habere potestatem dominandi, subiectasque vrbes, & imperium obtinere.

Sed hæc exemplis præteritarum, ac præsentium rerum, ex quibus prudentia futurarum colligitur, clarè dissoluitur, miserrimum statum Ecclesiæ, religionisque futurum esse, si vires & fræna detraxeris, quibus maligni homines coërcentur, & improborum nouæ sectæ, atque hæresum sceleratus conatus compescitur, imò impetus, qui sedi apostolicæ fieri posset, retardatur, si Imperium Ecclesiæ demptum fuerit, redibunt hæreticorum tragœdiæ, sceleratæ iniuriæ malorum hominum contra summum Pontificem, atque tota religio fœdè prostituenda, & conculcanda esset: sed ista omnia, vt satis vnicuique bonæ mentis notoriã pertranseo.

Præterea negat Brutum Fulmen donationem Constantini, cùm quæ possideat Ecclesia † à Carolo Magno possideri dicatur, qui Ecclesiam ipsam restituit, 53
ex quibus concludunt totum Ecclesiæ patrimonium fuisse donatum à Francis. Sed ex ista ipsa ratione Brutum redarguitur: Nam si Carolus restituit; ergo Ecclesia prius habuit, de quo clarius conuinci potest per Imperatores Caroli successores, qui donationem meminerint, & confirmárunt, de quo in sequenti capite.

CAP. XXXI.

Donationem Ludouici Imperatoris factam Romanæ Ecclesiæ probari, ex qua confirmatur donatio Constantini.

SVMMARIA.

1 *Donatio Ludouici Imperatoris facta Ecclesiæ qualis fuerit.*
2 *Forma donationis Ludouici qualis sit.*
3 *Instrumentum donationis Ludouici ex Volaterrano.*
4 *Donatio Ludouici, de qua per Volaterran. non contradicit* c. ego Ludouicus. dist. 63.
5 *Dictio, &* infra, *quid significet.*
6 *Donationis Ludouici forma de qua in Vaticano.*
7 *Baldus* in proœmio ff. *reprobatur.*
8 *Ecclesia Romana in tota Italia exercuit actum iurisdictionis.*
9 *Imperator donando Ecclesiæ, quid ei concesserit.*
10 *Ecclesiæ an expediat habere dominium rerum.*
11 *Ecclesia nascens ab initio semper habuit bona.*
12 *Vrbanus Papa omnia sacrata mysteria fecit argentea.*
13 *Apostoli habuerunt bona in speciali, & in communi.*
14 *Ecclesia ab initio quomodo probetur ditissima.*
15 *Christus habuit loculos pro humanis necessitatibus.*
16 *Ecclesiæ expedit possidere facultates.*
17 *Papa cur deberet maximum ærarium constituere.*

PLaceat donationem † Ludouici Imperatoris hic subnectere, de qua *c. ego Ludouicus. dist. 63.* cùm per 1
eam donatio Constantini clarius comprobetur, & respondeamus obiectis.

[Ego Ludouicus Imperator Augustus statuo, & concedo per hoc pactum confirmationis nostræ Beato Petro Principi Apostolorum, & per te Vicario tuo Domino Paschali summo Pontifici, & successoribus eius in perpetuum, sicut à prædecessoribus nostris, vsque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis, & disposuistis Romanam Ciuitatem, cum Ducatu suo, & suburbanis, atque villiculis omnibus, & territoriis eius montanis, & maritimis, litoribus & portubus, seu cunctis ciuitatibus, castellis, & oppidis, ac villis in Tusciæ partibus. Item infra, quando diuina vocatione, &c.]

Ex hoc canone clarè patet, hanc Ludouici Imperatoris donationem confirmatæ alias prædecesso-

rum donationes; ergo & illam Constantini, quam supra probauimus, ex pluribus diuersorum Auctorum scriptis.

2 Nec obstat alia huius donationis † Ludouici Imperatoris forma, quam Volaterranus *in lib.3.suæ Geographiæ* describit, vbi de Gallorum rebus agit, quarum donationum diuersitatem ponderans Brutum Fulmen, fidem Decreti improbare satagit, vt autem respondeamus, quam Volaterranus formam donationis describit, inducamus.

Instrumenti donationis Volaterrana editio.

3 [Ego Ludouicus Imperator concedo tibi Beato Petro Principi Apostolorum, & per te Vicario tuo Domino Paschali summo Pontifici, Successoribusque eius in perpetuum Ciuitatem Romanam cum sua iurisdictione, omnibusque circa, terris, ciuitatibus, portubus, ac maritimis locis Hetruriæ. In ea denique Mediterraneam Vrbem veterem, Balneorogium, Viterbium, Saonam, Populoniam, Rosellas, Perusium, Mathuranum, Sutrium, nempe versus Campaniam, Ananiam, Signiam, Ferretinum, Alanum, Patricum, Frusinonum, cum omnibus circa oppidis, & vicis, necnon Exarchatum Rauennę integrum, sicut pię recordationis Carolus pater, & item Pipinus auus noster Beato Petro dudum concessere, videlicet Rauennam, Bonicum, Æmiliam, Forum populi, Forum Iulij, Fauętiam, Immolam, Romaniam, Ferrariam, Comadum, Adriam, Seruiam, in Marchia, Pisaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Oximum, Numanum, Esium, Forum Sempronij, Ferretrum, Vrbinum, Territorium, Valuense, Gallium, Luceolos, Eugubium, in Campania, Sorum, Aquinum, Arpinum, Thrarium, Capuam, Patrimonium quoque ad nostram pertinentia iurisdictionem, Beneuentanum, Salernitanum, Calabriæ inferioris & superioris, ac Neapolitanum, Ducatum insuper Spoletinum, Tuderotreculum, Haruiam, reliquasque eius ditionis, Insulas quoque inferi maris, Corsicam, Sardiniam, Siciliam, quæ omnia Piæ memoriæ Pipinus auus, deinde Carolus Imperator genitor noster per Athenium & Mainardum, Abbates ad hoc sponte missos, Beato Petro, eiusque successoribus scripto concesserunt: Nos item probamus, atque concedimus. Præterea summi Pontificis deligendi Romano consilio potestatem esse volumus, modò sine discordia fiat, ac post consecrationem legati ad nos, successoresque nostros Reges Francorum, conciliandæ charitatis, & amicitiæ causa mittantur, sicuti temporibus Domini Caroli octaui & Pipini aui, & postremo Caroli genitoris nostri mos fuit. Hanc igitur voluntatem nostrã scripto, & iureiurando firmamus, & per Legatum S.R.E. Theodorum Domino Paschali misimus, manuque propria me subscripsi EGO LVDOVICVS. Scripsere quoque tres filij eius, Episcopi decem, Abbates octo, Comites quindecim, Bibliothecarius, Mansionarius, Ostiariusque vnus. Numerabatur annus ab Incarnatione Domini 835.]

4 Neque contradicit † ista Volaterrani illi, de qua per Gratianum: Quia Brutum Fulmen in exscribendo donationem Ludouici à Decreto, non apposuit illud verbum: *Item infra*, sed scripsit. Item quando diuina vocatione, &c. fortè ignorauit vim & virtutem dictionis, *& infra*, † quæ est significare prætermissa in ori-
5 ginali, Bart. *in l. Gallus. §. idem credendum, ver. si quid dixit & infra. ff. de lib. & posthum. l. 2. ff. ad l. Aquil.* Abb. *in cap. cùm virum, de regular. & in cap. 1. de cleric. coniugat.* Et ita est mos omnium compilatorum iuris canonici à constitutionibus Pontificalibus, & Conciliis.

Et de anno 1585. dum eram in Vrbe, familiaris Illustriss. Cardinalis Carrafæ S. D. N. Bibliothecarij incumbens huiusmodi scripturis pro sedis apostolicæ veritate, legi in Vaticano hanc Ludouici † donationem quam transcripsi, sub ista forma. Primò sunt verba Gratiani, *in dict. cap. Ludouicus*, vsque ad *vers. Item infra.* Secundo sequuntur verba donationis, per Volaterran. à *vers. In ea denique Mediterraneam Vrbem, &c.* vsque ad *vers. Hanc igitur.* & statim sequuntur alia verba Gratiani, *in vers. quando diuina vocatione.* vsque ad finem. Denique illa verba Volaterran. à *vers. Hanc igitur.* vsque ad finem: Itaque sibi non repugnant, vtraque iuncta sunt in Vaticano, & ex *vers. sicut à prædecessoribus nostris*, constat voluisse confirmare etiam donationem Constantini, vt dictum est. 6

Ex his apparet, quantum decipiatur Bald. † *in proœm. ff. num. 52.* dum volens respondere argumento, stante donatione Constantini, quomodò Imperator in nonnullis terris ponat Vicarios: respondet quatenus Ecclesia non est vsa illa donatione, sed alij, videtur ab ea forsitan recessisse. Nam, vt constat ex infra dicendis in cap. de Iurisdictione statuum Italiæ, Ecclesia Romana in omnibus † aliquem Iurisdictionis actum exercuit, quantum ego colligere potui, & fortè alter me diligentior, vberius colliget, & cùm Carolus Magnus & successores, facto, & instrumentis largitionem fecerint, non video cur non possit dici, ista iura, in quibus Principes Italiæ recognoscunt Imperatorem, non esse penes Ecclesiam Romanam. Habet summus Pontifex omnium, etiam temporalium iurisdictionem, vt satis superius firmatum est supra, exercitium duntaxat temporalis Iurisdictionis recognoscit Imperator à Papa, sed Imperator † hoc ipsum concedit exercitium respectu Italiæ, & locorum in donatione contentorum, res de facili voluitur ad suam naturam, *l. si quis ante. Digest. de acquir. poss. ff. l. cum in plures. §. 1. ff. locat. l. stipulatus est opus. ff. de fideicommiss.* quo casu habet locum *l. si procurator. §. fin. ff. mandati.* vbi etiam exercitium directarum cessum est, qui factus est procurator in rem suam, Salyc. *in lib. 1. numer. 11. Cod. de act. & obligat.* Propterea exercitium huius temporalis iurisdictionis debet declarari per Imperatorem, esse penes summum Pontificem, iuxta consilium Gulielmi de Cuneo Doctoris antiquissimi in *proœm. Digest.* respondentis, donationem Constantini valuisse, & valere, & hodie si plus donaretur, plus valeret. 7 8 9

Est & aliud contradictorum genus asseuerantium, sequenti nocte post Donationem, à Constantino factam auditam fuisse vocem de cœlo clamantem, hodie effusum est venenum † in Ecclesia Dei, quos pudet allegare. Hæc enim fama à maleuolis traxit originem, quos Atheistas aliqui, ego verò Iudæos de bireto nigro soleo nominare. Quibus respondeo cum Esaia in *cap. 49. & cap. 60.* & erunt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ, suges lac gentium, & mammilla Regum lactaberis. Nihil hoc loci vel minimum dabitur exteris infidelium exemplis; non enim lubens nostra conferre soleo cum Iudæorum factis. Nam quid paleis ad triticum? dicit Dominus Hierem. *c. 23.* 10

A primis igitur nascentis Ecclesiæ † temporib. dum fre- 11

fremerent adhuc gentes, & Reges terræ conuenirent aduersus dominum,& aduersus Christum eius; Hanc & habuisse,& multa possedisse bona, loquuntur apertè Diui Lucæ verba, dicentis: Ad pedes Apostolorum, certatim à fidelibus delata prædiorum diuenditorum ingentia prędia,tanta quidem copia,vt tametsi magnus esset credentium numerus (supra ter mille) tamen non fuerit egens quisquam inter illos,vt habetur *in Actis Apostol. cap.* 4. postquam continuo sacrorum cœlestium actibus dicata sunt à piis Christi fidelibus & assidue donata, vsque adeò multa, vt Vrba-
12 nus † qui tantum decimus sextus à Petro sedit,omnia sacrata ministeria fecerit argentea, quod Damasus in Pontificali refert,& in Concilio Tiburiensi, *in Canone,Vasa,de consecratione,dist.*1. Hic fuit Vrbanus, qui præfuit Ecclesiæ, Alexandro Mammeæ regnante, sub quo & passus est, cum multos nobilium ad fidem Christi conuertisset,anno salutis 230.ex chronico Cesariensi, Euseb. Sixtum Pontificem cum Leuita Laurentio,& aliis,constat in Deciana,& Valeriana persecutione, Romæ fuisse interemptos anno 254.& anno 259. quod ecclesiæ Thesauros Tyranno prodere noluissent:Iam tunc igitur habuit Ecclesia,quod Principes magni rapere cuperent.

In Granensi Concilio, quod Niceno fuisse proximum legitur, in Paphlagonia circiter annos Domini 324.damnatus est quidam Eustachius,qui fidelibus omnem ad Deum spem præcidebat, si non omnibus renuntiarent,quæcunque possiderent, *canone* 1.*distinction.*16. Quosdam fuisse, qui se arrogantissimè vocarent Apostolicos, eo quod in suam communionem non reciperent aliquem res proprias possidentem, memorat,& damnat D. Augustinus *in libro de hæresibus ad Quoddultdeum.* Quare merito damnati sunt ab
13 Ecclesia, qui mentientes sunt impudenter ausi, † Apostolos nihil habuisse in speciali, vel in Communi, *cap.4.de verb.significat.in extrauag.Ioan. XXII.* Non est is profecto cogendus in ordinem mendicantium, cui Galatæ, potens, & diues natio, non sua tantum largiri cupiebant, sed etiam si fieri potuisset, oculos suos eruissent,& ei dedissent. Nec fuit alius animus Corinthiis, cæterisque prouinciis superatis ab Euangelico exercitu.Item D. Chrysostomus *in homilia* 51.
14 *super Matth.cap.*14. tantas † opes fuisse, tamque vberes,& abundantes redditus,ac fructus collegisse, dicit Ecclesiam Antiochenam,vt in singulos dies aleret ad tria millia viduarum,& virginum, & præterea multis vinctis in carceribus auxiliaretur, multis in hospitali laborantibus,multis aduenis, multis leprosis, & omnibus,qui in altari assistunt,cibaria,alimentaque præberentur,multis etiam,qui quotidie ad petendum accederent,& *in homilia* 37. & 60. *ad Populum Antiochenum:*semper igitur ecclesia abundauit, non igitur audiri potuit illa ementita vox.

15 Item Christus † Dominus noster habuit loculos, cuius humanis necessitatibus Angeli ministrabant, qui dat escam solus omni carni, Ioann.*cap.*12.& *capit.* 13.& Marc.*capit.primo & Psalm.*135. ostendit ipse Ecclesiam suam, quæ destituta gemit inter hos turbines mundi,loculos etiam habituros esse licitè, non vt occultet,sed vt eroget,& necessitatibus subueniat, expe-
16 dit facultates † ecclesiæ possideri,*capit.expedit* 12.*quæstion.*2. Præsertim hodie, ne sancta mater ecclesia in congregatione,& postera fidelium, temporalibus careat auxiliis,sed cum ipsis adiuta, spiritualibus proficiat incrementis:Et vt in omnibus mundi ciuitatibus Christi nomen multiplicet, decet Beatissimum Pa-
17 pam,qui omnium curam habet,*capit. cuncta per mundum quæst.* 3. maximum ærarium constituere, atque thesaurum congregat, pro quo est textus *in c. reuertimini* 16.*quæst.*1.*in vers.iam expletus est annus,& nihil in meos thesauros,sed in vestra horrea reportastis.* Et in Iustinianeo Codice *titulus de sacrosanctis ecclesiis, & de rebus,& priuilegiis earum.*Hic leges auro,prædiis,nauibus, & omnibus rebus abundantem Ecclesiam, in quibus à semi-Christianis Cæsaribus defenditur, & nos hanc plusquam Christiani oppugnabimus? Meminerimus quod quicunque templum Dei violauerit,violabit illum Deus.

CAP. XXXII.

Regum,& Principum Iurisdictio,vel titulo,vel præscriptione fundari.

SVMMARIA.

1 *Reges plus iuris habent in regnis, quàm Imperator in Imperio.*
2 *Regnum assimilatur dominio, non autem regimini.*
3 *Filius Regis dicitur Rex viuo patre.*
4 *Imperator est Imperij administrator.*
5 *Electio facit Papam.*
6 *Rex est Imperator in suo regno.*
7 *Dominia omnia habent originem ab Imperio Romano.*
8 *Imperator quid possit concedere de Imperio.*
9 *Imperator potest alicui concedere, vt non recognoscat superiorem.*
10 *Imperator certis populis Italiæ concessit libertatem mediante pecunia.*
11 *Papa quæ iura possit aliis concedere.*
12 *Ciuitates, & dominia ecclesiæ prohibentur alienari.*
13 *Ciuitates & dominia ecclesiæ non possunt alienari sine consilio Cardinalium.*
14 *Papa non potest imponere legem suo successori.*
15 *Papa non potest sibi imponere legem, etiam cum iuramento.*
16 *Papa potest alienare res ecclesiæ, etiam si iurasset non alienare.*
17 *Papa potest ardua explicare sine consensu Cardinalium.*
18 *Ecclesiæ an expediat infeudare bona sua.*
19 *Pontifices alienantes bona ecclesiæ, quam cito mortui sint.*
20 *Alienantes bona ecclesiæ,non longo tempore sunt superstites.*
21 *Alienationi bonorum ecclesiæ, vnusquisque contradicere debet.*
22 *Præscribi possunt,quæ possunt alienari.*
23 *Rex qui præscripsit habetur loco Imperatoris in Regno suo.*
24 *Præscriptio tantum operatur,quantum concessio.*
25 *Priuilegium in vna specie iurisdictionis præbet causam præscribendi in altera.*
26 *Præscriptio contraria quam virtutem habeat.*
27 *Præscriptio centenaria non requirit probationem tituli,bonæ fidei,vel scientiæ.*
28 *Præscriptio centenaria habet vim publici instrumenti.*
29 *Præscriptio Regum, Principum,non potest dici interrupta.*
30 *Notoria omnibus præsumuntur sciri ab omnibus.*

1 REges † plus iuris habent in Regnis, quàm Imperator in Imperio, Andr. *in c.1. verſ. & bona committentium col.4. quæ ſint regalia, & in c.1. col.2. de vaſallo decrepit. ætat. & in c.1. in fin. de noua form. fidelitat. & in c.1. valuaſores col.1. de his qui feud. dar. poſſunt & in c. imperialem §. ſi inter duos. colum.6. in fin. de prohib. feud. alienat. per Federic.* quia Rex habetur loco domi-
2 ni, & regnum † magis aſsimilatur dominio, quàm ſimplici regimini. Bald. *in conſil.271. numer.3. volum.1.* Ideo Reges tranſmittunt regna ad filios, & ſucceſſores, Andr. *in c.1. de his qui feud. dar. poſſ. & ibi* Afflict. *in 4. notab. & in cap. 1. de noua forma fidelitat.* Vnde fi-
3 lius † Regis dicitur Rex, etiam viuo patre, Andr. *in cap.1. quis dicatur Dux*, quod eſt verum quo ad nomen, ſecus quo ad regimen, Bald. *in prælud. feud.* Archidiacon. *in cap. obiicitur 2. quæſt.1.* Et intelligitur de primogenito nato, poſtquam pater fuit Rex, licet habeat alios anteriores, *l. imperiales Cod. de nupt. & ibi Bald.* Ideo ponitur in priuilegiis, filiis naſcituris, Andr. *in c.1. quib. mod. feud. conſtit. poteſt & in c.1. quo temp. miles.*

4 Sed Imperator † eſt Imperij adminiſtrator, qui eligitur per Principes ad hoc habentes auctoritatem; ergo per ſolam electionẽ habet adminiſtrationem, & acquiritur ius electo, Innocen. *in cap. venerabilem. de election. & in cap. ex publico. eod. titul.* & eſt gloſſ. *in §. nulli in authen. de collat.* & not. per Bald. *in lege. abſenti ff. de donation.* Cyn. & Bald. *in l. bene à Zenone. Codic. de quadr. præſcript.* Idem eſt in Papa; *capit. in nomi-*
5 *ne domini, diſtinction.23.* Nam electio † facit Papam, Archidiacon. *in cap. ſi cui. de electione, libr.6.* Propterea Imperium non tranſmittitur ad ſucceſſores Andr. *in cap.1. de vaſall. decrepit. ætat. & ibi Afflict. in qu.2.*

Vltra differentiam ſucceſſionis, putarunt multi nullam aliam eſſe inter Imperatorem, & Reges, quia
6 quilibet Rex † eſt Imperator in ſuo regno, Bald. *in cap. cum veniſſent. colum.2. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. & in vſibus feud. in dict. cap. Imperialem. in princip. de prohibit. feud. alienat. per Federic.* Pariſienſ. *de Syndicatu in verſic. ſententia, in verſi. u. An dictum capitulum.* Albert. Brun. *in conſil.45. numer.14.* Ego vero magnam
7 credo eſſe differentiam. Nam omnia † dominia ab Imperio Romano habuerunt originem, vt ſupra probauimus, ergo differunt tanquam totum, & partes titulo, & præſcriptione ſeparatas. Et quod potuerint præſcriptione acquirere, probatur.

8 Quia Imperator † poteſt iſta ſupremi dominij iura, & libertatem aliis concedere. Item iura regalia & merum, ac mixtum Imperium, vt habetur *in titulo, quæ ſint regal.* Ita Federicus Imperator conceſsit Longobardis, vt *in titulo de pace Conſtantiæ.* Bald. *in l.1. numer.5. Codic. ne rei dominic. vel templor.* & hæc eſt verior Doct. ſententia, vt poſt Oldrad. & alios probat Roland. *in conſil.2. num.95. volum.1.* Reſtaur. Caſtald. *in tractat. de Imperator. quæſt.104.* dummodo non diſtrahat partem Imperij per nomen quotæ, vt ibi Reſtaur. Menoch. *in conſil.2. numer.69. & numer.275.* Corradus *in templo iudicum, lib.1. cap. de Impera. §.4.*
9 *ver. Iuriſdictiones.* Item poteſt † alicui concedere, vt non recognoſcat ſuperiorem, vt probat Anton. Corſett. *in tractat. de poteſtate Regia. part.5. quæſt.85.* per
10 textum *in cap. quicunque 11. quæſt.1.* Sicut † legitur Rodulphum Imperatorem pretio conceſsiſſe libertatem & ſupremam potentiam multis populis Italiæ, quod non diſplicuit Papæ Honorio IIII. vt per Platinam in vita ipſius, quia poteſtas eccleſiaſtica, ex numero Principum Chriſtianorum, efficitur ſecurior, ſed melius fuiſſet diſplicuiſſe; quia reſpectu Italiæ donatæ, Imperator non poterat hoc facere in præiudicium eccleſiæ, quæ omni tempore poſſet reſtitui, vt dixi ſupra in c.30. ad omnia loca Italiæ, quæ per eccleſiam non poſsidentur.

Eadem poſſet concedere † Papa, Bald. *in capit.2. in princip. qui feud. dar. poſſ.* Felyn. *in cap. ad audientiam num.12. de præſcript.* Barto. *in l. liber homo. in 1. ff. de verb. oblig.* 11

Et licet ciuitates, † & Dominia eccleſiæ prohibeantur alienari, vt habetur *in concilio Conſtantienſi, in additione ibi in fine poſita, fol.923. in princip. & fol.925. verſ. item eadem. & fol.929. verſ. cæterum, & fol.930. ver. diſtinctius,* vbi etiam prohibetur † prorogatio, ſeu noua conceſsio, vel quæcunque declaratio ſine conſilio Cardinalium, & conſenſu ipſorum, & ſine cauſa euidentis vtilitatis, quam opinionem firmauit Bald. *in l. cum multa C. de bon. quæ lib. & in l. fin. C. de diuerſ. reſcrip.* & probat Andr. Sic. *de præſtant. Cardinal. quæſt.2. num.24.* Item per Bullas Summorum Pontific. alienatio iſtorum iurium regalium eccleſiæ fuiſſet interdicta, vt per Bullas Pij V. & Gregor. XIV. de non infeudandis ciuitatibus, & bonis eccleſiæ, etiam cum clauſulis derogatoriis. 12 13

Nihilominus Papa † non poteſt imponere legem ſuo ſucceſſori, vt not. Ioan. Monadr. *in c. licet Romanus. de conſtitut. lib.6.* Innoc. & Ioan. Andr. *in c. cum ad monaſterium in fin. de ſtatu monach.* Iacob. Butr. *in l. ſi præſcriptione C. ſi contra ius, vel vtilit. publ.* per *c. innotuit. de election. & c. final. de reſcript. lib.6.* tanto minus poteſt imponere † legem ſibi ipſi, à qua non liceat recedere, *l. digna vox. C. de legib. l. pen. ff. de recept. arbitr. & c. fin. & ibi gloſſ. in ver. temporibus. de reſcript. lib.6. c. innotuit. de elect. & c. propoſuit, de conceſſ. præbend.* gloſſ. *in c. nulli in ver. inter. de ſent. excomm.* Pariſienſ. *in conſil.11. numer.5. & ſeq. volumin.1.* huiuſmodi enim conſtitutiones ſunt iuris poſitiui, & Papa eſt ſuper omnia iura poſitiua, & ideo illa poteſt tollere, etiam ſine cauſa indiſtinctè, Pariſ. *in conſil.5. numer.83. volum.4.* poſt Innocent. & Felyn. quos ipſe refert. Imo etiam † ſi iuraſſet non alienare terras eccleſiæ, non ita obligatur iuramento, quin ex cauſſa poſsit ab eo recedere, vt dicit Alexand. *in conſil.224. volum.6.* Cardinal. Iacobatius *in tractat. de conſil. lib.7.* Et quod poſsit omnia † ardua explicare ſine conſenſu Cardinalium, probat Præpoſit. *in capit. cum redemptor 12. quæſtion.2.* vbi etiam Cardinal. de Turrecrem. Andr. Barbat. *in conſil. 1. volumin.1.* vbi conſuluit pro Paulo Papa II. ad inſtantiam Borſi Ducis Ferrariæ, reuocans dictam opinionem quam tenebat *in dict. tract. de præſtant. Cardinal. in dict. quæſtion.2.* Mouetur enim Papa à Spiritu ſancto, & habet Angelos maximi ordinis cuſtodes ad rectificandas eius actiones, expedit † aliquando infeudare, vt ſint qui tueantur iura eccleſiæ ſatis vicini; Item ſi res aliqua eccleſiæ ſit in manu forti, ita vt facile per eccleſiam non poſsit auocari, nam poterit Papa infeudare, quia hæc eſt iuſta cauſa, etiam ceſſante infeudandi conſuetudine, de quo *in capit. ſecund. de feud.* & hoc operatur potentia, quæ plus operatur quàm nuda ſcientia, vt probat Bonus de Cortili *in tractat. de nobilitat. part. tertia numer. 53.* 14 15 16 17 18

Sed meminerint ſummi Pontifices † exempla, quæ acciderint, nam Papa Paulus II. facta inueſtitura Ferrarien. vitam non diu prorogauit,

& Alexander VI. qui hanc firmauit opinionem, quo genere mortis extremum diem obierit, nemini dubium est. Item Paulus III. suis familiaribus dicere solebat, se ob interemptam Parmensem ciuitatem, & alia quæ inde sequuta sunt incommoda, grauissimis premi molestiis, quas deuorare non posset, & exitus probauit. Item Iulius III. cùm fratrem Camacanum, Ducem creare vellet, quatriduo ante bullam publicatam mortuus est, & sic negotium infectum, & quod alienantes bona & iura Ecclesiæ, non longo tempore
20 † fuerint superstites, est vetustum prouerbium; Idque expressè dicit Iustinian. *in auth. de non alienand. aut permut. reb. eccles. §. quia verò, versi. & forsitan deducunt homines ad mortem, qui hoc agunt.* Item subscribentes alienationi iurium ecclesiæ feriuntur anathemate, quo inquit Symmachus; iratus Deus animas percutit, *cap. si quis presbyterorum. de reb. eccles. non alie-*
21 *nand.* Item qui tacent, & non contradicunt dum † possunt alienationi bonorum ecclesiæ, vocantur à Iustiniano degeneres, & seruiles. ibi, degenerem & seruilem taciturnitatem, & meticulosam, & *in auth. de ecclesiastic. rerum alienat.* dicit semper esse reuocandam bonorum ecclesiæ alienationis prohibitionem, licet decies millies facta fuerit.

Sed argumentum stat, qua potentia, vt dixi, non
22 negatur, vnde procedit ratio, possunt † alienari; ergo præscribi, Bartol. *in l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudi. & in l. 2. ff. de iure fisc. & in l. proximè. ff. de his quæ in testament. delen. & in l. quo minus ff. de flum. & in l. relegati. ff. de pœn.* Innocen. *in c. per venerabilem. qui fil. sint legit.* Abb. *in c. cùm venissent. de iudic. & in cap. 2. col. fin. de immunit. eccles. & in c. fin. in 1. not. de constit. in c. cum contingat. col. final. de foro compet. & in consil. 92. col. 6. vol. 1.* Felyn. latè *in cap. cùm non liceat à numer. 10. ad finem. de præscript.* Cardinal. *in d. c. per venerabilem.* dicit
23 Rex † qui præscripsit habetur loco Imperatoris in Regno suo, & potest contingere quod sint plures Imperatores, cùm etiam sit de consuetudine, vt duobus in discordia electis, vterque administret imperium, allegat gloss. quam dicit singularem *in clem. 1. §. porrò. ver. Reges Romanos. de iureiur.* & respondet, quod Imperator tolerando talem præscriptionem, censetur approbare.

24 Item probatur, quia non minus operatur † animi patientia firmata longissimo tempore, quàm vera concessio, *l. venditor. §. si constat. ff. com. præd. l. si pupillus alterum. ff. de administrat. tut.* Bald. *in l. 1. nu. 5. C. ne rei dominic. vel templ.* Item qui permittit, quasi concedere videtur, *l. 1. C. de patria potest. l. cùm plures. §. locator. ff. locati.* & est ratio Ioan. Fabr. *in l. 1. C. de emancipat. liber.* gloss. *in §. nulla. in auth. de defens. ciuit.* Ioan. de Plat. *in l. 2. C. de fund. limitrop. li. 11.*

25 Habent multi Principes priuilegium † iurisdictionis meri, & mixti Imperij, ac de vltimis casibus appellationum cognoscere, non explicat priuilegium, & vbi ius resistit, non videntur posse conseruari, Capyc. *decis. 13. & decis. 55. & decis. 189. & decis. 209.* Couarr. *in lib. practic. quæst. cap. 17.* Sed eorum priuilegium præbet causam præscriptioni alteri speciei iurisdictionis, *cap. cum personæ. §. final. de priuileg. lib. 6.* In iurisdictionalibus enim potest fieri extensio de vna specie ad alteram cum præscriptione præsertim centenaria, *d. §. final.*
26 Hæc enim præscriptio † centenaria habet vim tituli, *l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiu. cap. super quibusdam §. præterea. de verbor. significatio. capit. innouamus in gloss. de censib. leg. 1. in fin. ff. de aqua pluu. arc.* notat latè Alexand. *in sua disputatione incip. Sigismundus.* Iason *in l. imperium ff. de iurisdiction. omn. iudic.* in illo articulo an Imperium possit præscribi, Andreas *in constitut. regni incip. quadragenalem. & in constitut. regni incip. Si dubitatio.* In qua præscriptione † non requiritur probatio tituli, bonæ fidei, neque scientiæ illius contra quem præscribitur, latè Alexand. *in consil. 6. volum. 1.* Tantum enim potest ista præscriptio, quantum Imperator cum causa, And. *in cap. 1. vers. flumina publica colum. 3. quæ sint regal.* & habet effectum † publici instrumenti, Afflict. *in decis. 239.* Dec. *in consil. 85.* Addentes ad Alexand. *in d. consil. 6.* & in infinitis locis, istam præscriptionem haberi pro veritate, tempus longissimum omnia consumit, omnia supplet, & dicta præscriptio iurium Imperij per Principes acquisita, non videtur dici posse interrupta, cum † adhuc non constet Papam, & Imperatorem protestatos fuisse, aut suos feudatarios citasse super declaratione occupationis, vel occupatione iurium supremæ potentiæ, omnes Italiæ Principes huiusmodi iuribus supremæ potentiæ vsi fuerunt. Extat Romæ Orator apud summum Pontificem, in Hispania, & Gallia, aliisque regnis & statibus Legati sedis Apostolicæ, Nuncij, aliique pro principibus, oratoribus, etiam adinuicem, omnes vident, omnes sciunt iurisdictionis exercitium, quod possidetur, ideo præsumuntur † scire, & sciuisse rem adeo notam, vt habetur *in cap. quod dicitis. distinction. 16. cap. 1. de postulation. prælat. l. sed si pupillus §. præscribere ff. de institutionib.* notatur *in l. si tutor petitus ff. de peric. tutor & in l. 1. ff. de recept. arb.* licet scientia casu prædicto opus non sit, pro vt de magis communi opinione testatur Alex. *in dict. consil. 6. vol. 1.*

[Right margin numbers beside lines: 27, 28, 29, 30]

CAP. XXXIII.

De Iurisdictione, & Dominio Statuum Italiæ.

SVMMARIA.

1 *Italiæ situs, & confinia quæ sint.*
2 *Italia quomodo fuerit gubernata à Romanis.*
3 *Italia quot gentes exteræ potitæ sunt.*
4 *Italiæ nomen, etymologia, & diuisio in prouincias.*
5 *Italiæ diuisio in prouincias secundum Cameram Apostolicam.*
6 *Venetiarum origo qualis.*
7 *Venetiæ sunt liberæ ab Imperio.*
8 *Venetiæ præscripserunt libertatem contra Imperatorem.*
9 *Possessio immemorabilis habet vim tituli, priuilegij, & constituti.*
10 *Mare, & flumina possunt acquiri, & præscribi per consuetudinem.*
11 *Possessio quæ habeat vim consuetudinis.*
12 *Præscriptio Principum non potest esse sine priuilegio, vel fama ipsius.*
13 *Præscriptio sine titulo est potius corruptela.*
14 *Priuilegium quando sufficiat probari per famam.*

15 Præ-

& alias ciuitates pertinere ad Imperium.
100 *Princeps potest reuocare priuilegia à prædecessore concessa.*
101 *Princeps potest reuocare omnia iurisdictionalia ad suum libitum.*
102 *Princeps potest supprimere omnem iurisdictionem.*
103 *Iurisdictio fluit, & refluit à Principe.*
104 *Priuilegium pretio emptum non potest reuocari.*
105 *Concessa per principem contractus non possunt reuocari.*
106 *Florentini non recognoscunt Imperatorem.*
107 *Pisæ fuit populosa ciuitas, & pretio libertatem emit.*
108 *Pisani quando liberantur à iugo Florentinorum à Carolo VIII.*
109 *Pisani faciebant diuersam prouinciam à Florentinis.*
110 *Pisani citantur statutis propriis, & iure communi.*
111 *Ciuis Pisanus factus Florentinus non amittit originem.*
112 *Pisani, & Florentini habuerunt priuilegium cudendi pecuniam ab Imperatore.*
113 *Hetruriæ ciuitates quæ pareant ditioni magni Ducis.*
114 *Senæ parent ditioni magni ducis ex inuestitura facta Cosmo.*
115 *Lucana ciuitas pretio emit libertatem.*
116 *Lucenses non habent potestatem vibrandi ensem.*
117 *Ferraria vnde dicta.*
118 *Ferraria quomodo pertineat ad dominium Ecclesiæ.*
119 *Possessione capitis acquiritur possessio totius Baroniæ.*
120 *Ferrariæ vtile dominium non potuerunt prætendere Estenses, nisi ab Ecclesia.*
121 *Dux primus Ferrariæ quis fuerit creatus ab Ecclesia.*
122 *Ferrariæ inuestitura concessa à Paulo III. qualis fuerit.*
123 *Ferrariæ inuestituræ reuocatio denegata à Gregorio XIIII.*
124 *Ferraria restituitur Ecclesiæ à Don Cæsare Estense.*
125 *Finita linea feudum reuertitur ad directum dominum.*
126 *Meliorationes feudi restituendi debent solui heredi restituendi*
127 *Heres extraneus retinet feudum quo vsque soluantur meliorationes.*
128 *Heres extraneus negans feudum, non amittit.*
129 *Meliorationes in feudis factæ an sint feudales.*
130 *Hæres extraneus succedit in meliorationibus feudo factis.*
131 *Negatio rei afficit in casibus à iure prouisis.*
132 *Pœna priuationis beneficij non habet locum nisi expresse lex dicat.*
133 *Feudi partem negans non amittit totum.*
134 *Andreæ de Isernia auctoritas in feudalibus præualet cæteris.*
135 *Feudum negans, in quibus casibus illud non amittat.*
136 *Feudum negantem quælibet causa excusat ab amissione.*

ITalia † inter meridiem, & hibernum Solis exortum portenditur, & tribus, quasi peninsula, circumfunditur maribus, supero, infero, & Ionio: Iccirco adeo temperati aëris existit, vt homines omni virtute præstantiores, quam cæterum mundi generet, ita Plinius *in libro vltimo de Italiæ laudibus* scribit, Virgilius *in Georgicis*, Aristides *in Encomio Vrbis*, Plutarchus *de fortuna Romanorum*, & Ælianus *de varia historia* conscripserunt: & qui vltra montes inhabitant, cum volare somniauerint, in Italiam venturos esse significat, fabulatur Artemidorus Daldianus *in lib. 2. de interpretat. somniorum. c. 37.*

Eius confinia sunt à Salsasis, siue Salutiis, qui est Monsferratus, vbi Alpes initium capiunt, vsque ad Rhegium longitudine passuum millium mille viginti, latitudine verò maxima, à Varo ad Arsiam amnem in Foroliuiensi regione, passuum quatuor centum quinquaginta, à capite minori latitudine, à cauda verò minima, vt ideo Anguillæ sit comparata, & propterea Federicus I. Imperator, appellatus communiter Barbarubea, dicebat, Italiam nunquam potuisse longo tempore subiici exteræ nationi, quia à quacunque parte constringatur, prolabitur & aufugit.

Consulum † tempore Propretoribus, & Præfectis 2
committebatur, sed Imperatorum tempore committebatur Procuratoribus, postea Comitibus, vsque ad Theodosij tempora. Deinde variæ gentes † vsurpauerunt, 3 Barbari, Enoli, Hunni, Gothi, Auari, Longobardi, Saraceni, Pannoni: Sed expulsis Gothis, exarchus regebat Italiam, postremo Longobardi, quorum tempore in quatuor ducatus diuisa est, nimirum Fori Iulij, Hetruriæ, Beneuenti, & Spoleti: atque vnum Regem, Ticini constituta Regia sede, vsque ad Carolum Magnum, sub quo à Longobardis liberatur, & varia regiminis forma introducitur.

Nomen † accepit ab Italo Siculorum Rege, qui
venit ad eam partem, in qua regnare cœpit Turnus, 4 secundum Vergilium *in lib. 1. Æneid.* postea magna Græcia dicta est; Hanc Cisalpinam aliqui diuisere in sex prouincias. Prima Cenomanensis dicta est, in qua posuerunt Pergamum, Brixiam, Cremonam, Mantuam: Secunda Cenonensis, in qua posuerunt Veronam, Vicentiam, Patauium, Taruisium, Rauennam, Forliuium, Ariminum, vsque ad Senogalliam, & Senas, & alias ciuitates, & ibi Senogallenses fuere, de quibus scribit Liuius, quod multa cum Romanis cõmisere certamina. Tertia dicta est Boiorum Gallia, à Gallis Bois, de Orientali Gallia egressis, qui ex suo nomine ciuitatem condidere, eam Boilam nuncupantes. Quarta Ligurum Gallia dicta fuit, in qua posuerunt Taurinum, Secutiam, Sallutiorum montes, Augustam, Eporediam, & Montem Regalem. Quinta Insubrium Gallia dicta est, quæ continet Mediolanum, Comum, Papiam, Laudam, Nouariam, & Vercellas. Sexta denique fuit dicta Gallia Genuensis, ab ipsa Genua Vrbe, in qua posuerunt Derthonam, Alexandriam Vrbem, Aquensem, Astensem, Saonensem, Nolensem, & Albigalensem. Sed Italia nunc liberata est ab isto nomine Galliarum, quæ suo proprio, & naturali nomine hodie appellatur, & omissis similibus diuisionibus, de quibus in Chronica Longobardica, & per Blondum *in sua Italia illustrata*, & per Strabonem *de situ Orbis*, & per Antoninum *in suo Itinere.*

Camera † Apostolica Italiã sic diuisã in prouincias in
registro describit, videlicet Marchiã Taruisinam, siue 5
Venetias, Istriã, in qua Foroiulienses, Lombardiam,

siue

siue Transpadanam, Liguriam, Romandiolam, siue Galliam Cisalpinam, Ducatum Spoletanũ, siue Vmbriam, Aprutium, siue Samnium, Hetruriam, Campaniam, siue Latium, Terram laboris, siue Campaniam, aut Lebonas, Calabriam, siue Lucaniam, Apuliam, Terram Hidrunti, siue Salentinos: & quia de Regni iurisdictione scribentes supra *in cap.* 26. tractauimus, de Salentinis, Apulia, Lucania, Aprutio, & Terra laboris: Ideo de cæteris scripturi supradictum ordinem Fisci Apostolici insequemur.

VENETIÆ.

6 Originem † ducunt, teste Strabone, vel à Venetis Galliæ Belgicæ, vel ab Enethis Paphlagoniæ populis, qui post bellum Troianum, vnà cũ Antenore hęc loca petierunt, quod sequitur Polybius, sed Plinius, auctoritate Catonis fultus, Troiana stirpe ortos esse dicit: Communis opinio est, examinata Hunnorum terribilissimo hoste Italiæ, & confugientibus vndique conuicinarum gentium nobilibus, nimirum Aquileiæ, Altini, Concordiæ, Crapularum, & Laureti, nec nõ & Patauij, Vicẽtiæ, Veronæ, Mantuæ, Brixiæ, Bergomi, Mediolani, & Papiæ, & per maximam Paludem latere corantibus, penè Adriatici sinus ora, vbi intra Paludem campus assurgebat plurimus, nobilissimi ciues ibidem conuenere, ibique exiccato quotidie de industria solo, mansiones munire, quas à communi prouinciæ nomine, vnde conuenerant, Venetias appellarunt: Aquilegiẽses autem primi gradum, deinde Concordienses Erapulas condidere, Altinates verò sex oppidula, videlicet Torcellum cum quinque aliis condiderunt, Patauini deinde partem Riualti extruxerunt, postea monte Silicense, Metemancum, Albiolam Philistinam, & quædam alia posuerunt, atque ita hæc maxima ciuitas statim summoperè creuit Anno incarnationis 421. & hanc opinionem optimè probant Richobaldus Ferraciensis *in sua historia li.* 10. Sabellic. *Ennead.* 4. *lib.* 1. Iacob Philipp in suo supplemento Chronicorum, & cæteri moderniores.

7 Venetias † liberas dicunt ab Imperiali Iurisdictione, ipsasque propriam iurisdictionem in suo dominio habere, quia in mari ædificatæ sunt, ex regula *l. in tantum in princip. ff. de rer. diuis. & l. ergo §. final. ff. de acquir. rerum domin.* & ille tuendus est, qui in littore ædificat, vel in mari, *l.* 2 *§. aduersus. ff. ne quid in loco publ.* Bald. *in rubric. ff. de rer. diuision. numer.* 8. Specul. *in titul. de religiosis domib. ver. quid si ciuitas.* Rip. *in l.* 1. *num.* 8. *ff. de acquir. possess. & in l. insulam num.* 22. *ff. de verb. oblig.* Ias. *in l. ex hoc iure num.* 26. *&* 27. *ff. de iust. & iur. & in consi.* 70. *numer.* 2. *vol.* 3. Cæpoll. *in tract. de seruit. rustic. præd. cap. de mari. num.* 4. Gigas *in tract. de crimine læsæ maiest. in ver. maiestas duplex. num.* 14. Angel. *in consil.* 290. Socin. Iun. *in consil.* 73. *nu.* 5. *volum.* 1.

8 Alij dicunt ex eo liberos esse, quia libertatem † contra Imperatorem præscripserunt, Bartol. *in l.* 1. *ff. de rerum diuis. & ibi Bald.* Igneus *in repetition. l. necessarias §. non alias. numer.* 203. *ff. ad Syllanian.* Ias. *in l. ex hoc iure. nu.* 6. *ff. de iust. & iur.* nam in mari ita est iurisdictio, sicut in terra, vt not. *in c. vbi periculum. de election. lib.* 6. *in ver. territorium.* ergo præscribi potest, *l. viros. C.*

9 *de diuers. offic. lib.* 12. & possessio, † vel quasi, cuius non existat memoria habet vim tituli, seu priuilegij, vel constituti, *l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiua. super quibusdam. §. præterea. de verb. significat. cap.* 1. *de præscription. lib.* 6. & hoc vult textus ad gloss. *in l. vsum aquæ. c. de aquæ ductu lib.* 10. & gloss. finalis secundum primum intellectum *in l. diligenter. eod. tit.*

10 Mare, † & alia flumina per consuetudinem possunt acquiri, & præscribi, vt notat glo. *in d. l. vsum.* ergo possunt præscribi per possessionem † tanti temporis, quæ 11 habet vim consuetudinis, *d. c.* 1. *de præscription. lib.* 6. *& c. fin. & ibi not. de consuetud.* & ita tenet Bart. & Angel. *in l. sanè si maris. ff. de iniur.* Angel. *in l. final. ff. de vsucapionib. & in d. consil.* 290.

Ego credo omnes † potentatus qui in præscriptio 12 ne se tueri volunt, bene facere si allegarent titulum, seu priuilegium Imperatoris, vel quod credant maiores suos habuisse priuilegium, per ea quæ notat Bartol. *in l. Celsus ff. de vsucap.* Bal. *in l. iudicis C. de rei vendic.* secus enim esset, si confiterẽtur neque ipsos, neque maiores suos habuisse aliquem titulum: Quia omnia dominia habuerunt originem ab Imperio Romano, vt supra demonstraui, & qui confitetur neque ipsum, neque suos maiores habuisse titulũ, non possunt præscriptione iuuari, quia † est potius corruptela, quàm 13 præscriptio, *authen. vt nulli iudicum. §.* 1. *& ibi gloss.* & quantò longiori tempore possedissent, tantò maiori culpa tenerentur, *c. final. de consuetudine.* & licet ista tanti temporis præscriptio sit præsumptio iuris, & de iure, tamen admittit probationem in contrarium per confessionem partis, *auth. & si necesse, & ibi not. C. de donationib. ante nuptias.* glo. *in l. in contractibus in princip. C. de non numerat. pec.* & cum aliquid non potest obtineri sine priuilegio, sufficit † illud probari per fa- 14 mam in antiquissimis, Bald. *in auth. quas actiones. ver. quarto. & vltimo. C. de sacros. eccles.* & ita sæpius fuit decisum, Mohedan. *in decis* 340. *circa fi.* Put. *in decis.* 365. *lib.* 2. & fuit dictum in vna Alben. Iurispatronatus coram R. P. D. Orano. 12. Septembr. 1588 vbi ex depositionibus testium examinatorum concludenter, & sufficienter, probatum fuisse huiusmodi priuilegium, præsertim cum adminiculis aliquibus, quia fama in antiquissimis plenè probat, Cassador. *decis.* 2. *de probationib.* Innoc. *in c. conueniens. de verb. signif. cat.* & Doct. *in l. cum aliquis. C. de iure d. liber.* Crauett. *de antiquit. part.* 1. Proprietas † præscribi non potest, vel 15 consuetudine acquiri, *l. diligenter. in fin. Cod. de aquæ duct. lib.* 10. est enim de iure gentium, & publico, & in vsu publico, vt mare, & flumina nauigabilia, quæ nullo tempore acquiruntur, nisi per priuilegium Imperatoris, & hoc tenet gloss. *in l. fin. ff de vsuc.* quam sequitur Angel. *in d. l. sanè si maris ff. de iniur.* quære *d. §. præterea. & d. §. ductus aquæ.* procedunt cum allegatione priuilegij.

Præterea Alberic. *in l.* 1. *C. de summa trinit.* dicit, Ciuitas Venetiarum † allegat priuilegium libertatis tan- 16 ti temporis, cuius initij memoria existit, licet postea subdat se vidisse priuilegium exemptionis concessum dominis Venetis, Bulla aurea nimirum, Bart. *in l. hostes. num.* 4. *ff. de captiu. & postlimin.* fatetur quòd ciuitas Venetiarum nulli obedit Principi, sed libertatem ex priuilegio Romano ab Imperio obtinuit, illamque precario nomine Veneti tenẽt, quæ reuocare posset, nisi obstaret præscriptio. Item de hoc priuilegio testatur etiam Martin. Lauden *in tract. de priuileg. num.* 9. Restaur. Castald. *in tractatu de Imperatore. quæst.* 54. *num.* 9. post alios, quos allegat Bald. *in c. sicut de iureiur.* dicit Venetos habuisse priuilegium à Papa, & probat Francisc. Niconitius *in repetitione rubricæ extra de testamentis n.* 213. & in Monarchia Venetorũ, vbi per 80. quæstiones hoc disputat Nicolaus de Vbaldis *in tract. de success. ab intestat. §. successionem. n.* 83. Ioann. Lecirier. *in tractat. de primogenit. lib.* 2. *quæst.* 12. *num.* 5. Nicolaus Festasius *in tractatu de æstimo, & collectis, cap.* 7. *num.* 28. Item de anno 1281. Venetos † ha- 17 buisse priuilegium ab Imperatore cudendi ducatos, ad requi-

requisitionem Nicolai Papæ III. testificatur *Supplementum chronicorum l.13.* sub dicto anno incarnationis.

18 Item quod Ciuitas Venetiarum † hodie Imperatorē non recognoscat, & tantum possit in suo statu, quantum Imperator, firmarunt Paul. de Castr. *in consil.317. n.2. vol.1. cons.187. nu.5. eod. vol.1.* Afflict. *in c.1. versi. in gl.1. in prin. de pace tenend. & eius violatoribus.* Bart. *in l. infamem. in fi. C. de publ. iud.* latè Menoch. *in cons.2. n. 63.* Peregrin. *de iure fis. li.1. tit.1. n.69.*

19 Horum Respublica † propter religionem & iustitiam, ac summam prudentiam, annis mille centum, & octoginta tres, computato hoc præsenti anno 1604. qui currit, regnauit. Ab initio per annos vltra trecentos, Romanorum more, se rexerunt per consules & tribunos, teste Sabellico in historia Venetorum, & licet regulariter, nullus populus eligat sibi Ducem: tamen Senatus Venetus ab anno 710. hucusque, successiuis temporibus, octoginta quatuor elegit sibi, quos omnes honorificè recenset Iulius Ferret. *in tractat. de re nauali li.12. à nu.27. vsque ad n.110.* Sed ipsi non sunt

20 propriè † Duces: habent autem duntaxat quandā præeminentiam, quia habent consilia populi, vel maiorū, ita loquitur de ipsis Bald. *in l. decernimus, nu.3. C. de sacrosanct. eccles.* & de Duce Venetorum est textus *in ca. exposita. de arbitr.* Gubernantur Veneti cum maximo consilio, quorum nobilium numerus nunquam excessit mille & quingentos, vt testificatur Sabellicus, & etiam Cardinalis Bembus in eorum historiis: Nec pepercerunt duodecim eorum Ducibus, qui à populo propter detectā tyrannidem occisi & obcœcati sunt, vt dicit Sabellic. & Ferrett. vbi supra allegati. Si eorū

21 vires non ignorarent, vt ab initio † debellarunt Græcos, Vandalos, Gothos, & multas alias nationes, etiam Italas, atque auxerunt summoperè eorum Imperium, ita conseruassent, neque regnum Cypri amisissent, neque Naupactum, quod Neapolim vocant de Romandia, neque Epidaurum Turcæ ex conuentione pacis tradidissent: Respublicæ, quando incipiunt confidere solum in tempore, & occasionibus, prę longa vita, quā sibi persuadēt, propter spem viridem de bono in melius, nunquam resoluuntur capere arma, aut nimis sero, vnde procrastinatæ ex semetipsis consumuntur paulatim, quousq; euadunt præda bellicosæ nationis, absque multa resistentia.

Senatus Venetus amplissimam hodie habet Iurisdictionem: Nā sub Tribunis in primo bello, quod gessit contra Histros, qui Adriaticum mare turbabant pyratica infestatione, victoriam obtinuit, & sub ipsorum ditionem redacti sunt, Ferrett. *in d. li.12. num.25.*

22 quæ prouincia Histriæ † ab anno 1146. sub Dominico Moresino trigesimo nono Duce, facta est tributaria dominio Veneto, & de anno 1210. superatis Ianuensibus, sub Henrico Dandulo Venetorum Duce quadra-

23 gesimo tertio, subiugarunt Cretenses † in quib. viget adhuc Venetorum iurisdictio, quod hodie vocāt Regnum Candiæ à Candia maxima ciuitate illius Insulę, & licet Cretenses Ianuensium auxilio postea se rebelles fecerint, mox subsequuta fuit treuga; tamē sub anno 1365. punitis rebellibus extinctaque rebellione, totum Regnum Candiæ sub eorum pacifico dominio gubernatur, pro quo conseruando, semper aduertunt,

24 ne Turca claudat Lepantum. Item Veneti † habent dominium in Brixia maxima, & illustri Italiæ ciuitate, in Vicentia inter Vennam & Pataūium sita, quæ post mortem Galentij Viscontis Ducis Mediolani, ope & suggestione, Catharinæ Ducis vxoris anno. . . . Venetorum dominio se submiserunt, atque rebellarunt ab Imperio Ducatus Mediolani, cuius sunt partes, teste Philipp. Bergomate *in suo chronico lib.6.* cuius auxilio & exemplo, Senatus Venetus Pataūiū, & multas alias Italiæ Vrbes sub anno 1409. possedit, Veronam etiam, quæ nulli maximarum Vrbium Italiæ cedit, emit à Pippo Duce Regis Vngariæ, qui erat Ferdinandus de Austria pro centum millibus aureis, cum certis pactis & conditionibus, vt testificatur Iulius Ferrett. *in d. tract. de re nauali li.2. n.94.* propter quod Pippus damnatus, à Rege occisus est.

Veneti † sunt etiam Domini maris Adriatici, quod 25 mensuratur octoginta passuum millia, & incipit ab aquis olim graduatis vsque ad Lauretum oppidum, nunc Pado proximum, latitudo varia est, nullos habens terminos, teste d. Bergomate *in suis chronicis libr. 10.* Et pro hoc dominio, latè consuluit Angel. *in consil. 250. incip. Thema tale est.* Et sequuntur communiter scribentes, Iason *in l. ex hoc iure, nu.27. ff. de iust. & iur.* Ferrett. *in d. li.12. nu.23.* Et in tractatu de non pugnando, nisi premente necessitate, vbi dicit Venetos hoc mare præscripsisse non solùm per centum, sed etiam per mille annos sciente, & patiente vtroque orbis luminare, Papa videlicet, & Imperatore, Bart. Bald. & Angel. *in l.2. ff. de aqua pluu. arc.* Innoc. *in c. veniens. & in c. quid per nouale. de verb. signif.* Balbus *in tractatu de præscript. in 4. parte 5. partis princ. nu.6.* Nicolaus Festasius *in tract. de æstimo. & collect. c.7. nu.28.* & dicit Angel. *in d. l. sanè si maris. nu.3. ff. de iniur.* Venetos simul habere concessionem & præscriptionem de mari Adriatico. Propterea Bald. Salyc. & omnes *in d. l.3. C. de nauti. fœn.* dicunt Venetos in hoc mari Adriatico legitimè posse imponere, & exigere gabellas & pedagia, & habetur per Bald. *in rubric. ff. de rer. diuis.* Cæpol. *in tract. de seruit. in titulo de mari, numer.10.* Et valent statuta Venetorum facta circa gabellas maris Adriatici, ex consuetudine & priuilegio eorum, Ferret. *de re nauali in d. lib.11. num.23.* Bertachin. *in tract. de gabell. part.1. n.19.* Beneuenut. Stracch. *in tract. de nauigatione, nu.8.*

Sed hoc eorum dominium maris † Adriatici est v- 26 niuersale: in particulari autem est ciuitatum vicinarū, vt tenet Bald. *in l. penult. C. de condition. insertis.* Bart. *in l. quo minus. ff. de fluminib. & in l. sanè. ff. de iurisd. om. iudic.* Bertachin. *de gabell. part.1. num.20.* Ferrett. *de re naual. lib.16. num.10.* Ergo quantum ad exercitium iurisdictionis, † dominus particularis loci præfertur, in 27 quo negotium gestum est, *l.1. C. de classic. lib.11.* Ioan. Andr. *in c. vbi periculum. de elect. lib.6.* & notat Bart. *in l. Cæsar. C. de publican.* Angel. *in d. l. sanè si maris, num.5. ff. de iniur. & in l. insulæ. in fin. ff. de iudi.* Cæpoll. *in tractat. de seruit. Vrban. præd. cap.26. num.21. & seq.* Sed in delictis concurrit cum hoc dominio vniuersali, Cæpoll. vbi supra, nam triremes Venetorum semper ipsum mare percurrunt, atque custodiunt à pyratis, eorúmque iustitia tanta est, vt modico interuallo ipsos puniant; nec sit locus tractandi de remissione, vel præuentione, cuius exemplum omnes deberent amplecti.

Et licèt Ancona † Marchiæ Anconitanæ insignis 28 ciuitas sit fundata in littore maris Adriatici, & ideo videatur includi in Venetorum Iurisdictione, ex regul. *l. fines agri. Cod. de euiction. & l. fermè. ff. de censib. & l. in modicis. ff. de contrah. empt.* quia natura nominum collectiuorum, & vniuersalium est omnia includere, quæ non inueniuntur exclusa, Bald. *in cap.1. de capitan. qui cur. vendid.* per tex. *in l. non tantum. ff. de petit. hæredit. & l. Marcellus, ff. de rei vendic.* per quem textum, dicit Bald. ibi, quod qui petit Castrum, videtur etiam petere pertinentiam, & districtum, Innoc. *in capitul.*

cum ad sedem.de restit.spoliat. notatur *in l.rei appellatione.ff.de verb.signif.* Hæc tamen non procedunt, quando vna pars nominis collectiui, puta Bononiæ, alteri reperitur concessa, Andr.& Afflict.*in d.c.1.de capit.qui cur.vend.* separatorum enim separata est natura, sicut & vnitorum vnita, *l.si fundi.§.huic.ff.de vsufruct. l.id quod.ff.de peric.& commod.rei vendit.* Capyc.*in sua inuesti. in ver.Castro vendito.*

29 Et Ancona † Ciuitas fuit donata Ecclesiæ Romanæ, extat in Vaticano quædam Imperialis donatio, sine data, facta Romanæ Ecclesiæ de Pisauro, Ancona, Foro Sempronij, & Ostuno, extat alia donatio Othonis IV. Imperatoris, facta Papæ Innocentio III.& Ecclesiæ Romanæ, vbi sunt ista verba: Ego Otho IV. Rex Romanorum semper Augustus, tibi Domino meo Papæ Innocentio III. tuisque successoribus Ecclesiæ Romanæ, spōdeo, polliceor, & iuro, quod omnes possessiones ecclesiæ, &c.& post multa, etiam Comitatus Perusiæ, Reatæ, Saluiæ Interamnæ, Campaniæ, necnon Ferrariam, Marchiam Anconitanam, terras Comitissæ Matildæ, & quæcunque sunt citra Rhodilofanum, vsque ad Ceparanum, exarchatum Rauennæ, Pentapolim cum aliis terris, &c. Eadem donatio fuit confirmata à Rodulpho, & Carolo IV. Imperatoribus sub annis Domini 1289. & 1368. Imperator Federicus II. quando fuit absolutus ab Innocentio Papa IV. renunciauit spōte per actum publicum, aureo sigillo signatum sub anno 1219. & eius Imperij anno VII. & Regni Siciliæ anno 22. omnes rationes, quas ipse prætendebat, & prætendere posset super prædictis ad beneficium Imperij, de quarum donationum validitate scripsi supra: Et sunt in vetusta Laterani Bibliotheca omnia monumenta, ex quibus Ecclesiæ Romanæ regna & patrimonia continentur, ex quibus Anselmus & Iuo Carnotensis, composuerunt volumina de Iuribus ecclesiæ.

LOMBARDIA.

30 A Longobardis, † natione Germanis occupata annos 204. nomen sumpsit. Hi populi sunt, qui regnantibus Gratiano & Valentiniano Imperatoribus ab extremis Germaniæ finibus, Oceanique protinus littore, Scandiaque insula, gentes septentrionales, & ferissimæ, magna multitudine ingressi, & nouarum seditionum auidi, Iborea, & Aione Ducibus, Vandalos Europæ populos immanes, & ferocissimos primum vicerunt, anno salutis 282. & demum Iustiniani Legumlatoris temporibus, Pannoniam ingressi, eam prouinciam habitarunt circa quinquaginta annos, ac deniq; Iustino regnante, ingenti multitudine, cum filiis & vxoribus, & aliis barbaris nationibus sub Alboino eorum Rege, Italiam ingressi, eam ab anno 570. possederunt vsque ad annum salutis 774. vt Eusebius de temporibus testificatur, infra quod tempus, diuiso Italiæ regimine, vt dixi in principio capitis in sede eorū Regia Ticini, quod hodie Papiam appellamus, viginti
31 duo Longobardi Reges † perstitere, & quia, vt ferè immanes sine lege viuebant, tandem in Italia aliquid mansuetudinis adepti, Rotharius Longobardorum Rex XVII. legem scriptam ausus fuit condere, quæ passim ab aliquibus populis illorum adhuc amicis, & intrinsecè Germanis, etiam obseruantur: sed magni
32 Doctores, neque legem, † neque rationem esse asserunt, Bald.& Odofred.*in authen.dos data. C.de donat. ante nupt.* Archidiacon.*in c.quicunque, 11.q.1.* Aluarott. *in prælud.feud.qu.4.* Andr.de Isern.*in cap.fin.de not.his feud.nu.2.* appellat ius asininum hoc ius Longobardorum, rationeque carens, licet in certis casibus obseruari dicat Curt.*de feud.part.1.q.5.* sed hoc est sicut consilium mulierum, mores, & ritus Romanorum, & vocabula, atque latinitatem mutarunt, introducentes vulgarem loquutionem, quam nunc Italicam † appellamus, & hoc multis rationibus probat Mutius Iustinopolitanus, in suis epistolis, nisi fortè aliqua Italiæ regio vulgarem istam, vti propriam ascribere satagat, vel Scandia Germaniæ oriunda, vel linguæ ex testamento hæres: sed quia omnes Reges Longobardi Ticini, seu Papiæ residentes per circumuicinas ciuitates diuersa ædificia, plurimique illorum mansiones faciebant, ac feracissimarum gentium repleta tota illa regio Lombardia est appellata: sed Carolus Magnus Francorum Rex ab Adriano Pontifice hortatus in Italiā magno exercitu ingressus Longobardos † vicit, & Desiderium XXII. eorum Regem apud Ticinum obsessum tandem capit, & cum vxore, & liberis in Galliam ducit, ob cuius celebritatem & gloriam Carolus est mirificè ab Adriano laudatus, & amplissimis titulis & priuilegiis insignitus, vt legitur *in c.hortatu.23.qu.8.& c.Hadrianus. distinct.65.* regioque ista Longobardorum sanguine abundans Lombardia adhuc nuncupatur. 33 34

In hac prouincia † plurimæ sunt Ciuitetes, Mediolanum metropolim faciunt, Cremam, Papiam, siue Ticinum, Bobium, Berthonam, Alexandriam, Casale, Aquensem, Albam, Astensem, atque innumerabilia ferè Pedemontium, & Montisferrati insignia oppida, Mōtem regalem, Secutiam, Taurinum, Epodemiam, Vercellas, Nouariam, Comum, Bergamum, Brixiam, Cremonam, Parmam, Placentiam, Mantuam, Rhegium, Mutinam, Ferrariam; alias etiam numerant, quas omitto, & earum Iurisdictio inter multos dominos diuisa est, sed omnes † recognoscunt Papam, vel Imperatorem immediatè. Nam præsupposita donatione Constantini, de qua supra tractauimus, ortis grauissimis bellis in occidente, variisque Barbaris nationibus Italiam deprædantibus & occupantibus, Imperatores successores ad liberandos summos Pontifices oppressos, ad expellendas barbaras, & tyrannicas gentes euocati, vicerunt tandem, occupatores deiecerunt, alias igitur ciuitates Ecclesiæ Romanæ restituerunt. Pro quo pondero textum *in cap.ego Ludouicus &c.distinct.63. vers. sicut à prædecessoribus nostris vsque nunc in vestra potestate, & ditione tenuistis & disposuistis, Romanam ciuitatem cum ducatu suo, atque vicinis omnibus, & territoriis eius, montanis, & maritimis littoribus, & portubus, seu cunctis ciuitatibus, castellis, oppidis, & villa in Tusciæ partibus, &c.* Item faciunt aliæ donationes Caroli Magni, Othonis IV. Rodulphi, Caroli IV. & Federici II. de quibus dixi, multas retinuerunt, quas successiuis temporibus diuersis Principibus, vti Vicariis Imperij concesserunt, quo securius Italicas res à barbaris nationibus tutarentur: Quare ciuitates omnes Italiæ vel summum Pontificem, vel Imperatorem immediatè recognoscunt. 35 36

Propterea in Concilio Constantiensi † Ciuitates Italiæ renunciarunt insigniis supremæ potentiæ, Alex. *in consi.1.vol.5.* Vnde si in ipsis lis occurreret de confinibus, & iurisdictione, coram Imperatore, in Camera Imperiali iudicatur, vt probant Doctor. omnes *in l.cunctos. C. de summa trinitat.* & in eodem Concilio celebrato de anno 1181. fuit facta confirmatio priuilegiorum concessorum ciuitatibus Lombardiæ cum reser- 37

seruatione fidei, & homagij, vltimarum causarum, &
38 supremæ potentiæ: pro ipso Imperio Dux † Mediolani est vasallus Imperij, à quo accipit inuestituram, & soluit acta, Ludou. XII. semel soluit quadraginta millia scutorum pro inuestitura. Sfortiæ viliori pretio inuestituras obtinuerunt. Imperator Maximilianus I. infra quindecim annos pro istis inuestituris, centum millia scutorum accepit. Ante centum quinquaginta annos,
39 erat Mediolanum † simpliciter Vicariatus, & ordinaria Camera Imperij, ita Ioannes Galeatius II. & Barnabas eius frater inuestiti fuerunt à Carolo IV. Imperatore. Item Galeatius I. coram Imperatore à subditis accusatus, propter grauamina in vasallos imposita, Mutinæ, decreto Imperatoris in carceribus mancipatus est, vbi moritur, & Actius eius filius, pretio soluto inuestitur à Ludouico Bauaro Imperatore, qui percepit centum millia librarum propter concessionem tituli Principis anno salutis 1328. Mox Galeatius III. tocer Ludouici Regis Franciæ anno 1397. soluit censum millia florenorum Federico III. Imperatori, vt
40 haberet titulũ Ducis, † & Actio sine liberis defuncto Ioannes Mediolanensis præsul, & Luchinus eius frater Vicarij Mediolani facti sunt à Benedicto Papa XI. Nam vacante Imperio per Bauari tyrannidẽ, eius iura ad summum Pontificem peruenerunt, vt testificatur Corius in *Chronographia Mediolanensi in 3. parte suæ historiæ, fol.* 530. & Volaterran. *in li.* 4. *suæ historiæ*, vbi de Mediolanensibus agit, Menoch. *in consil.* 163. *n.* 5. *vers. Ducatu Mediolani*: Et licet Galli in Mediolano præ-
41 tensiones habuerint, & Franciscus † Gallorum Rex anno Salutis 1524. mense Octobri Mediolanum inuaserit, post menses circiter quatuor ab Imperiali exercitu, horribili cæde apud Papiam mactati sunt, pars magna nobilium in prœlio periit, pars altera cum Rege Francisco capta est: Tamen anno 1526. Madriti pax cõfirmata fuit inter Carolum V. Imperatorem, & Franciscum Regem Francorum, vbi Rex cessit, quicquid
42 † iuris habebat in dominiis Apuliæ, Siciliæ, Lombardiæ, Burgundiæ, Flandriæ, Artesiæ, & Tornacis, promisitque cuique sua reddere, & datis obsidibus Francisco & Henrico filiis in Franciam redire permissus est & obseruatis omnibus, tandem Carolus Cæsar, statum Mediolani Philippo II. Hispaniarum Regi concessit, quem ducatum felicissimè rexit, & nunc regit Philippus III. inuictissimus Rex illius filius.
43 Mantuam, † expulsis Longobardis post multũ tempus, comitissa Mathildis ab Imperio cum multis aliis ciuitatibus recognouit, & cum succedentibus discordiis vna electionem summi Pontificis Henricus III. Imperator, aptissimum locum iudicasset, vt generale
44 † concilium indiceretur, in præsentia Imperatoris, Nicolaus Papa II. generale concilium celebrari permisit, prout omnes Historici concorditer scribant, Volaterran. *in li.* 4. *c. de rebus Mantuanorum*. Bergomates *in suo Supplemẽto li.* 6. Sabellic. *Ennead. q. li.* 3 In quo de summo Pontifice eligendo actum est, *c. in nomine domini. dist.* 23.
45 Mox Passerino † Bonacosso magnati ciuitatis, iusto titulo concessa est, sed factionibus dissensionum exortis anno salutis 1330. Ludouicus Gonzaga Illustris vir, animo & viribus præstans, Vrbis principatum Passerino ademit, & in se, suosque successores vsque in hodiernum diem transtulit, adeo tunc mos inoleuerat, vt cuique factioso liceret, ciuitatum, aliorumque locorũ occupare principatum. Passerinum Vrbe, cum suis omnibus expulit, quo exemplo ipsam Vrbem, cum arce, & cæteris fortalitiis in suam potestatem conuertit, & sex annis regnauit, & ab illo deinceps Mantuanæ Vrbis dominium apud Gonzagas serenissimos † 46
Principes sine alicuius impedimento vsque in hanc diem permansit: Nam Pontifices Romani, & Imperatores propter summas huius familiæ virtutes, Vrbis hunc principatum confirmarunt, Bergomat. *in d. supplemento li.* 13. Fungitur † igitur vice Imperatoris in 47
suo statu, de quo scribunt Curt. iun. *in consi.* 1. *& consil.* 61. *& consi.* 100. *& consi.* 188. *numer.* 22. *& consil.* 219. *num.* 7. Menoch. *in consi.* 92. *numer.* 32. Castrens. *in consil.* 34. *volum.* 2. Alexand. *in consil.* 1. *volum.* 5. Socin. *in consil.* 3. *& consi.* 66. *vol.* 3. Dec. *in consi.* 191. *& consi.* 403. Calcan. *in consi.* 2. *&* 7. *&* 16. *&* 67. Crauett. *in consil.* 55. Andr. Sicul. *in consil.* 34. *volum.* 2. Curt. sen. *in consil.* 48. Bertrand. *in consi.* 156. *num.* 4. *volum.* 3. Ripa *in lib.* 2. *responsorum cap.* 3. Iason *in consi.* 101. *num.* 2. *vol.* 4. Paris. *in consil.* 1. *numer.* 25. *volum.* 1. Albert. Brunus *in consi.* 3. Socin. iun. *in consi.* 76. *volum.* 3. Alexand. *in consi.* 2. *num.* 25. *vol.* 1. Ruyn. *in consi.* 200. *num.* 2. *vol.* 2. *& consil.* 130. *num.* 20. *vol.* 5. Roland. *in consi.* 86. *num.* 13. *vol.* 1. Natt. *in consil.* 66. *num.* 18. Caccheran. *in decis.* 155. Hypolit. Riminald. *in consi.* 156. *num.* 3. *vol.* 3. Peregrin. *de iure fisc. lib.* 1. *titul.* 2. *num.* 76. qui omnes loquuntur de serenissimis Ducibus Italiæ habentibus iura Imperatoris in eorum statibus.

Marchia † Montisferrati est feudum Imperij, vt ap- 48
paret ex inuestitura Othonis II. Imperatoris facta Aledramo Saxoni, cuius instrumentum sæpius visum est per tribunalia, sub data X. Kalen. April. 967. & fuit penes dicti Aledrami prosapiam annis 338. & anno 1305. moriente Ioanne vltimo de dicta prosapia, masculina linea est extincta. Ad quam regendam † Inco- 49
læ Andronicum Palæologum sororium Ioannis vocauerunt, sed Andronicus Theodorum proposuit nepotem Ioannis ex Iolantha sorore; Theodorus igitur Palæologus de anno 1310. mense Octobr. ab Henrico VII. Imperatore, Montisferrati inuestituram accepit, Ioannes Theodori filius anno 1338. post patris mortem à Carolo IV. inuestitur, etiam de Burgo Casalis, Ponte Cumelli, Tridino, & illis omnibus, quæ à centum annis citra fuerunt dicti Marchionis, vel alterius in toto poderio, & de anno 1418. sub die 17. Iunij Ioannes Iacobus illius filius inuestituram recepit de marchia tota à Sigismundo Imperatore, & hic Ioann. Iacobus de anno 1432. conuenit cum Amedæo Duce Sabaudiæ, vt Duci Marchiam prædictam donaret, quam deinde Amedæus Dux in subfeudum concederet Ioanni primogenito ipsius Ioann. Iacobi: Vltimo loco Imperator Carolus V. inuestiuit Sereniss. Mantuæ † Ducem ex persona Marguerita Palæologæ eius 50
vxoris, quę illi Ioan. Iacobo succedebat, qui hodie possident.

Et hæc inuestitura dedit occasionem consulendi excellentissimis viris: Nam Ioannes Gallicus scripsit pro Marchione Salutiarum Francisco vltimo ex linea Aledrami, & latè scripsit etiam de hac vltima inuestitura Caroli V. Pro possessorib. scripserunt, Socin. iun. *in consi.* 77. *vol.* 1. Paris. *in consi.* 22. *&* 23. *vol.* 1. Gozadin. *in consil.* 8. Grat. *in consi.* 9. *lib.* 1. Alciat. *respons.* 199. Roland. à Valle *in consi.* 3. *vol.* 1. Pro Sereniss. Duce Sabaudiæ scripsit Menoch. *in consi.* 1. *vol.* 1.

Nec potest dubitari, an sit feudum Imperij, quia concessio Othonis est facta ob fidelitatem Aledrami. & ideo præsumitur † reseruatum seruitium fidelitatis, 51
vt probat Aretin. *in consil.* 14. *col.* 2. *&* 3. Corn. *in consi.* 16. *in princip. vol.* 1. & si expresè nõ fuisset reseruatum, tamen vasallus diceretur obligatus ad ea, quæ conti-

nentur in sacramento fidelitatis, Aretin.*in d.consi.*14. Alexand.*in cons.9.vol.5 & consi.36.vol.1.* Dec.*in consil. 193.vers.non obstat secundo.* Item quia omnes descendentes ex Aledramo præstiterunt fidelitatem continuatis temporibus & successionibus, ex quibus decla-
52 ratur †concessionem fuisse feudalem, arg. eorum quæ notantur *in l.cùm de in rem verso.ff.de vsur.* Item quia fuit possessum antiquissimo tempore, vt feudum antiquum, cuius successio pertinuit semper ad primogeni-
53 tum, exclusis † fœminis: nam tempore possessionis istius Marchionatus per Palæologos, fuit allegata consuetudo interpretatiua dictæ inuestituræ factæ in familia Aledrami, quod nunquam fœminæ, quãuis gradu proximiores fuerint admissæ, & ita postea fuit obseruatum in Palæologis: nam defuncto Gulielmo filio Ioannis Iacobi Palæologi, Ioanna, & Blanca filiæ dicti Gulielmi non fuerunt admissæ in successione dicti dominij, sed fuerunt exclusæ per Bonifacium eorum patruum, & fratrem dicti Gulielmi: Item Maria, & Marguerita filiæ Gulielmi filij dicti Bonifacij fuerunt exclusæ per Ioannem Georgium eorũ patruum,
54 & longa possessio rei †tanquã feudalis inducit plenam probationem feudi, Bald.*in c.1.per illum tex.Si de feud. defunct.fuer.controuers.inter dom.& agnat.* Dec.*in cons. 395.in princip.* & per actus subsequentes declarantur præcedentes, *l.sed Iulianus.§.sed si ab initio.ff.ad Macedon.l.si qui adulterij. C.ad l.Iul.de adulter. §.pauonum. Instit. de rerum diuis.* & talis obseruantia, & consuetu-
55 do in †feudis omnia potest, omnia valet, & operatur, *c. 1.de feud.cognit.*& ibi not. Aluarott. Item quia omnes aliæ inuestituræ subsequentes expressè dicũt Marchionatum prædictum fuisse feudum, & relationem habent ad illã primam inuestituram factam Aledramo, nominando ipsum primum Marchionem, per quas
56 subsequentes inuestituras declaratur †prima, non mutatur nec alteratur, nec per eas aliquid de nouo datur, *l.hæredes palam.§.si quid.ff.de testam.*& ibi Bald. Castr. & Aretin. & latè Dec.*in cons.193.col fin.* Item quia cũ
57 appellatus sit Marchionatus †dicitur feudum dignitatis, *cap.1.de feudo Marchiæ, & ibi* Bald.*cap.1.quis dicatur Dux.* Alex.*in cons.2.vers.ad septimum argumentum,vol. 5.* per textum *in cap.imperialem. §. præterea ducatus. de prohib.feud.alien.per Federic.* & notat *in c.licet.de voto, & in c.si hæredes.de testam. & in l. communi diuidundo. in princ.ff.com.diuid.*Specul.*de feud.§.2.vers.*44. intelligendo tamen de ipsa dignitate, & eius proprietate: non autem de administratione, vt declarat Alexan.*in cons.25.attentis narratis.vol.5.*& Iacobin.*in sua inuestir. in ver.Dux.vers.quæro si Rex.* Andr.*in cap.1.in princ.de feud.Marchiæ.*quia ex tali concessione ipse Aledramus fuit effectus verus Marchio, & dominus dictæ Marchiæ, vt apparet ex verbis inuestituræ. Per huius nostri præcepti confirmationem, habeat, teneat, & firmiter possideat, tam ipse, quàm sui hæredes, & parum infra, habeatque potestatem tenẽdi, vendendi, commutandi, & alienandi, pro anima iudicandi, & quicquid eorum decreuerit animus faciendi. Andr.*in c.1.in prin. & col.2.quid sit inuestit. vers. alij dicunt. & vers. item differentia est.*

58 Et propterea consuluerunt, quod Marchia †Montisferrati habeat iura Imperij, & omnimodæ potestatis Ias.*in cons.235.col.1.vol.2.* post Castrens. & Roland. *in tract.de lucro dotis,q.3.in fin.& cons.76.n.3.vol.2.* Natt. *in consi.487.n.9.vol.3.*

Denique ad probandum hanc Marchiam Montis-
59 ferrati † esse feudum Imperiale, adduci possent multæ aliæ inuestituræ, & reuocationes ipsarum & aliarum concessionum factæ per diuersos, & successores Imperatores, quos recenset Menoch.*in d.cons.1.n.378.*& Socin.*in d.cons.77.nu.106.*quæ ideo omittantur. Neque obstat quod illa concessio Othonis facta Aledramo, dicat: Donamus, † & elargimur, quæ verba important 60
simplicem, & meram donationem, & non concessionem in feudum, prout latè insistebat Menoc.*in d.cons. 1.n.9.ad 12.*allegando etiam Paris. inter alios *in d.cons. 23.vol.1.* Quia ibi Paris.*n.26.*respondet, quod licet ista verba in aliquibus videantur alterare naturam feudi, tamen in aliis semper iudicabitur feudalis, Dec.*in cons. 193.* Andr.*in c.1.ex quib.caus.feud.amitt.* quem sequitur Aretin. *in d.cons.14.* & est tex.*in cap.1.de feud.non hab. propr.nat.feud.* & ibi notat Præposit. Rom.*in cons.70. col.fi.* & ibidem Paris. per totum consilium respondet omnibus contrariis, quæ hanc Marchiam non esse feudum impugnarent.

Marchia Salutiarum † esse feudum Imperiale, pro- 61
bat Alberic. *in dictionario in ver.Feudum, col.5.vers.alia etiam pulchra quæstio.& vers.contra verò allegabantur multa.* Et probatur ex dicta Inuestitura †Othonis 62
II. facta Aledramo: concedit enim ibi Imperator loca quædam Romani Imperij, quæ, vt in desertis, syluestribusque regionibus posita Cortes appellat, quorũ in numero sunt loca Degij, Bagnaschi, Balanginij, Salestadij, Leresij, Salialij, Miolæ, Ponzonij, Grapagliæ, Pruneti, Altrisini, Curtis milliæ, Montenensij, Noseti, Maxiamonti, & Archæ: Deinde subdit, & quicquid iuris Italici pertinuit: Quod autem Aledramus tunc temporis Salutias possidebat, scribunt Historici, Marcus Anton. Sabellic.*in secundo Ennead.nonæ* scribit, Aledramo mortuo, septem eius filios superstites, suum sibi diuisisse Imperium, Gulielmus natu maior, Marchio appellatus est, & in paterno principatu locatur: Cæteri Aledrami filij suum principatum adepti, vrbes cum titulo datas, Sauona, Cesa, Incisa, Ponzonium, Boschum & Salutiæ, & ita etiam scripserunt Philipp. Bergomates *in supplemento chronic.lib.12.* sub Othone II. Imperatore, & Leander Albertus in Montisferrati descriptione, & Marcus Guacius in eius chronicis in vita Aledrami Saxonis: Et licet Sebastianus *in 3.libro Geographiæ generalis,* vbi de Saxonia agit, & Genealogiam Ducum Saxoniæ scribit, & Beneuenutus de sancto Gregorio in chronicis Montisferratensium citentur à Menoch. in contrarium *in consil.1.numer.4.vol.1.* Ad denegandam fidem Historicis, stante eorum contrarietate: Tamen quantum ad intentum propositum pertinet, aduertendum est, quod etiam Sebastianus & Beneuenutus conueniunt, Salutias † vni ex filiis Aledrami, post eius mortem 63
contigisse in partem, & hanc opinionem sequitur Volaterran.*in cap.de regione Subalpina col.2.* Quare licet Historici in aliquibus differant, nihilominus possunt allegari in quo communiter conueniunt, sicut dicimus de lege habente † varios intellectus, quæ potest 64
allegari in ea parte, in qua omnes conueniunt, vt probat Ruyn.*in l.1.numer.9.ff.solut.matrimon.* Et retenta hac communi opinione Historicorum, rectè possumus dicere, probari Marchionatum Salutiarum comprehensum fuisse sub inuestitura Othonis II. facta Aledramo: Quoniam probatio † legitima fit 65
per Chronistas, & Historicos, per text. & ibi not. Bald. *in leg.1.ff.de offic.quæstor.* gloss. *in capitul.in nomine domini.in verbo trapezitas.distinction.23.& in,cap. inter dilectos. in ver. magis. de fide instrument. in capitu.venerabilem.in ver.transtulit.de electione.* Bartol. *in l.1.ff.si cert.petat.*& ibi Iason, Archidiacon. *in proœmio libri*

libri sexti decretalium. Roman. *in consil.* 524. latè Fely. *in c.* 2. *n.* 49. *de rescript.* Et ex prædictis reiicitur Paris. *in cons.* 23. *num.* 243. *vol.* 1. dicens non probari Salutias fuisse concessas per d. inuestituram Othonis.

66 Cùm Io. Iacobus Marchio † Montisferrati sub anno 1432. conuenisset cum Amedæo Duce Sabaudiæ, vt Duci Marchiam prædictam donaret, vt dixi in præcedenti, & per Oratores Ducis Mediolani, in quos fuerat compromissum, fuisset laudum pronuntiatum die 27. Ianuar. 1535. quod Marchio Montisferrati donare debeat Duci Sabaudiæ Castra, Ciuitates, Terras, & omnia alia, & singula bona, quæ ipse habebat quomodocunque citra flumen Padi & vltra Flumen Tanagri, & quod immediatè ipse Dux Sabaudiæ, omnia eidem restituat, siue in feudum concedat Ioanni primogenito Marchionis, prout conuentum erat in capitulis prędictis, quo casu licet laudum fuisset nullum, tamen
67 homologatum † fuerat, & approbatum, vt valeat in vim pacti, & conuentionis, siue transactionis, *l.* 2. *vbi gl. C. com. vtriusque iud.* Rom. *in cons.* 173. Paris. *in consi.* 24. *col. pen. & fin. vol.* 2. Abb. *in cons.* 62. *num.* 2. *volum.* 2. Corn. *in cons.* 25. *& cons.* 245. *vol.* 2. Soc. *in cons.* 220. *col.* 3. *vol.* 1. Aug. *in cons.* 198. post quos Thesaur. *in dec. Pedemontana* 235. *n.* 5. dicit hanc esse claram & expeditam omnium Doctorum sententiam, & ita etiam fuit decisum in Pretorio Neapol. Afflict. *in dec.* 117. tāto magis, quia omnia fuerunt approbata & ratificata, non solū per Io. Iacobum Marchionem, & Ioannem eius filiū primogenitum, sed etiam per Gulielmū, Bonifacium, Theodorum, & alios eiusdem Marchionis filios.

Sed Federicus Imperator inuestiendo prædictum Gulielmum de anno 1464. declarauit omnes prædictas conuentiones factas cum præfato Duce Sabaudię meticulosas, & ex aliis causis inualidas, & de anno 1487. propter mortem Gulielmi sine filiis masculis, idem Federicus Imperator inuestiuit Bonifacium fratrem Gulielmi cum eadem reuocatione.

Bianca verò primogenita Gulielmi nupsit Carolo Duci Sabaudiæ, ipsáq; moriens, Carolum modernum Sabaudiæ Ducem hęredem in Marchionatu reliquit.

68 Eodem anno 1487. cùm Marchiones † Salutiarum recusarent Duci Sabaudiæ præstare homagiū, coacti sunt: Aloysius Salutiarum Marchio hoc anno à Carolo Sabaudiæ Duce superatur, & statu penitus spoliatur, cuius oppida Carolus vniuersitati iurisdictionis adiecit, eáque per tres annos possedit: sed quia Carolo mortuo, Aloysius auxilio Ludouici Sfortiæ ad statuta restituitur (siue auxilio Caroli VIII. Francorū Regis, vt dicit supplementum chronicorum sub anno 1473. in fine) Ioannes Carolus Amedæus Sabaudiæ Dux, vt ducatus sui, & status dignitatem defenderet, dicto Aloysio Marchioni, qui homagium præstare recusabat, bellum intulit, & penitus priuauit, iurisdictionémque suam plurimum auxit, vt ibidem supplementum testatur sub anno 1487. cuius generis recognitiones multæ aliæ per Moderniores, post hæc scripta editæ cumulantur, quas consulto iussi prætermittere, Et
69 Maximilianus † Imperator de anno 1504. Philiberto tunc Duci Sabaudiæ eius genero, omnes alienationes, donationes, concessiones, & infeudationes, promissiones, & ratificationes, de quibus supra, approbauit, cōfirmauit, roborauit, & penitus seruari præcepit ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis, mandans Ducem Sabaudiæ modo prædicto recognosci debere per ipsos Salutiarum Marchiones.

Multo tempore post hæc scripta, hoc anno 1600. occasione belli iam cœpti de mense Septembr. contra Sereniss. Ducem Sabaudiæ, ostensa mihi fuere aliqua scripta ex Archiuis Ducalibus desumpta, de quib. meminit etiam Philibertus Pignonius in Annalibus Augustæ Taurinorum, quæ placuit hic subnectere. Anno Domini 1252. Gulielmus † Imperator Thomæ secūdo 70
Comiti Sabaudiæ donationem ciuitatis Taurini à Federico factam cōfirmat, additis omnibus oppidis, quæ erant diœcesis Tauriensis: Tunc autem illi subiacere Salutias, Montem regalem, Charium, Sauillianam, Cuneum, Fossanum, etiam probari, ac proinde iam tum etiam Sabaudici iuris effecta ea oppida, Innocentio Papa omnia approbante. Item ex Historia Salutiarum habetur, quod anno 1395. Thomas Federici filius Marchio Salutiarum bello captus apud Monasteriolum oppidum, inde Sauillianum, mox Taurinum traductus vinculis ibi biennio integro mancipatur ab Amedæo Principe Iacobi filio, quod sacramentum fidelitatis Sabaudo denegaret, denique sacramento Principi solemniter dicto, liberatus est, quod anno 1396. Azo Salutianus Thomæ patruus, aliique Salutianæ gentis factum Thomæ approbarunt.

Propterea hoc anno 1601. sub die 17. Ianuar. inita pace inter Regem Christianissimum, & Serenissimum Sabaudiæ Ducem, † Salutiarū Iurisdictio penes ipsum 71
Ducem remansit, de cuius rei successibus latius scribo inferius.

Dux Sabaudiæ † est Vicarius Imperij, & pro eius re- 72
gione prestitit fidem, & homagiū Imperatori, vltimū signum satis demonstrat, quod fuit de anno 1566. quo tempore recuperauit suum statum, & obtinuit inuestituram à Carolo V. Imperatore, intercedente Cōmite Arques Imperatoris cubiculario, & Ducis procuratore, habetur † ipse Dux, tanquam Rex in hac pro- 73
uincia, & habet multa subfeuda, & Comites, ac Barones subditos: Item Comites Valpergij, & sancti Martini fuerunt inuestiti ab ipso Duce Sabaudiæ, vt probat Caccheran. *in dec.* 101. qui non possunt se prætēdere Vicarios Imperij sicut habet ipse Dux, vt testatur Soc. *in cons.* 4. *vol.* 3. Par. *in cons.* 23. *vol.* 1. Iacobi. de sancto Georgio *in sua inuestitura col.* 1. Cuma. *in cons.* 158. *col.* 2. Crauett. *in cons.* 958. *n.* 4. *vol.* 2. Et ita † Cæsarea au- 74
ctoritate potest ius dicere, Castrens. *in cons.* 34. *vol.* 2. Dec. *in cons.* 23. *n.* 67. *& seq. vol.* 1. Et hanc esse consuetudinem Vicariorum Imperij dicit Bal. *in cons.* 267. *n.* 8. *vol.* 1. & latè per Men. *in cons.* 1. *vol.* 1. Qui se Dei gratia 75
Ducem affirmat, vt ad hoc allegatur Purpur. *in rubr. ff. de iurisd. om. iud. n.* 20. Eguinenius Baro *in tract. de benefic. feud. li.* 2. *c.* 1. & Men. *in cons.* 2. *n.* 104. *vol.* 1. & à Philippo II. Hispaniarum Rege Catholico meruit Serenissimus appellari (quod hucusque non solitus est alij Ducibus Italiæ tribuere) eique nubere Hispaniæ infantē Catherinam, ex quibus ortus est Serenissimus, & maximæ expectationis Princeps Pedemontium.

Placentia † ciuitas fuit permutata tempore Pauli Pa 76
pæ III. cum Ciuitate Camerini, & inuestitus Petrus Aloysius Farnesius de sanguine dicti summi Pontificis. Inuestitura fuit amplissima pro se, & heredib. quibuscunque, & post necem Petri Aloysij, atque bellū Parmense, Iulius Papa III. anno 1551. inuestiuit † Octauium 77
Farnesium illius filium de ciuitate Parmæ reseruando ecclesię Romanę fidem, & homagium, vltimas appellationes, & supremam potentiam: Et hodie hoc imperium feliciter regitur ab serenissimo Raynutio Farnesio Principe prudentissimo illius legitimo successore.

Dux † Mutinæ, & Rhegij recognoscit Imperium, sed 78
Papa Iulius II. volebat esse feuda Romanæ ecclesiæ, ideo contra Ducem Ferrariæ tunc possessorem, bellum mouit, etiam contra auxilium inferentes Reges: Alij dicunt bellum mouisse, vt integraliter censum sol-

soluerat, qui à Papa Alexandro fuerat diminutus, sed hodie S.D.N. Clemens Papa VIII. contentus remansit, quod Serenissimus Don Cæsar Estensis, relicto Ducatu Ferrariæ, ad ecclesiam Romanam deuoluto (quod ab ipso detinebatur,) & congregato ac dimisso exercitu, ecclesiæ intererat viuere in pace, remaneret Dux Mutinæ, & Rhegij cum omnibus præeminentiis, & titulis, quos habent alij Duces Italiæ, quæ fuit propriè iuris relaxatio, & cũ simus in beneficio Principis, latam debet habere interpretationem, vt probarunt Roman. *in cons.* 271. Ias. *in cons.* 75. *col.* 2. *vers. tertio moueor. vol.* 1. Crauett. *in cons.* 209. *n.* 7.

LIGVRIA.

79 Cuius † confines, vt testantur Geographi omnes, & Plinius *in li.* 3. *natural. histor. c.* 5. incipiunt à Nicæa Masiliensium vsque ad Albam Pompeiam, Astam, & Aquas Statyellorum ad Albam, ac Polentam oppidum, & quicquid intra fines est, pars Liguriæ est, vnde Lea-
80 der Albertus ostendit Finarium intra † huiusmodi fines comprehendi, & quæ sunt intra fines, eadem iurisdictione iudicantur, vt notarunt omnes *in l. Celsus. ff. de vsucap.* Socin. sen. *in cons.* 86. *col.* 2. *vers. tertia conclusio, & cons.* 127. *col.* 3. *vol.* 2. Dec. *in consil.* 528. *n.* 2. Pariens. *in cons.* 15. *nu.* 9. *& cons.* 27. *nu.* 13. *vol.* 1. Crauett. *in cons.* 54. *nu.* 9. quos recenset Menoch. *in cons.* 2. *n.* 81. *vol.* 1. vbi scribit, an Finarium subsit Iurisdictioni Genuensium.

81 Huius prouinciæ caput est Genua, † quæ semper obediuit Romanis, vt testatur Liuius *in lib.* 2. *quintæ decadis, & in lib.* 8. *tertiæ decadis, & in lib.* 10. *tertiæ decad.* Plutarchus in Paulo Æmilio, Blondus *de illustrata Italia* dicit paruisse Romanis, & deinde Longobardis, quod placuit etiam Leandro Alberto in descriptione Italiæ, & Volaterrano *in Commentariis Vrbanis lib.* 4. *c.* 1. & scribit Georgius Merula *in li.* 6. *Historiarum Vicecomitum*, Federicum Barbam rubeam dum illi imperaret de anno 1190. nouos eligi iussisse magistratus, nouosque ordines administrationis instituisse, vt etiã scribit Leander Albertus, nec dissentit Nebiensis Episcopus in Genuensium annalibus.

82 Genuenses † de anno 1528. quorum caput erat Andreas de Oria, quem Patrem Patriæ inscripserunt, illius consilio ordinarunt Aristocratiam viginti octo familiarum electorum à nobilibus & popularibus habentium sex domos apertas intus ciuitatem qui omnes vocati fuerunt nobiles, & remansit penes hanc denominationem deliberatio creandi singulis annis alium numerum nobilium, vel virtute, vel diuitiis, vel sanguine abundantem: ex viginti octo familiis creatũ est singulis annis consilium quatuorcentum virorum, qui Ducem eligunt, & Gubernatores per binos annos, & simul faciunt Rempublicam Aristocraticam, atque deliberant negotia, sed aliquando difficillima terminantur in consilio paruo centum nobilium satis electorum, sicut fit Venetiis, singuli ex octo gubernatoribus, post primos duos annos, remanent per duos alios procuratores Reipublicæ, quo tempore remanent in consilio priuato simul cum aliis, qui fuerunt Duces qui remanent procuratores perpetui, donec viuant.

83 Hunc nouum † in administrandis publicis negotiis institutum ordinem Carolus V. Imperator de anno 1528. per particulare priuilegium cõfirmauit, vt testatur etiam Leander Albertus, quem citat Menoch. *in d. cons.* 2. *n.* 16. qui super d. priuilegio, & aliis consuluit:
84 Sed priuilegiorum † concessio iurisdictionem arguit, & Imperium, Riminal. sen. *in cons.* 268. *n.* 41. *vol.* 1. post alios, quos allegat: Præterea idem Carolus Imperator in multis gratiis, quas Genuæ fecit, ipsam ciuitatẽ propriam appellauit. Datum in Ciuitate nostra Genuæ, de quo testatur idem Menoch. *in d. cons.* 2. *n.* 18.

Sed quia ipsi Genuenses † habent etiam priuilegium 85
libertatis, quod obtinuerunt à Federico I. Imperatore, anno salutis 1162. & confirmauit Henricus Federici successor anno 1191. vt Nebiensis Episcopus in Annalibus Genuæ descripsit, de quo priuilegio testatur Bald. *in cons.* 182. *casus est, Rex Cypri vol.* 5. & Andr. Barbatia *in cons.* 38. *col. penult. vers. præterea dicitur vol.* 1. Dec. *in cons.* 534. *n.* 1. *& cons.* 649. *n.* 2. dicit Genuenses † 86
superiorem non recognoscere, Restaur. Castald. *in tract. de Imperatore in quæst.* 54. *nu.* 20. Propterea idem Carolus V. Imperator de anno 1529. cum inibi per certos dies moraretur, declarauit ipsam Rempublicã ab immemorabili tempore citra esse in possessione libertatis, & ideo à subiectione imperij liberam & exemptam, & de hoc latissimè scribit Menoch. *in d. consi.* 2. *à n.* 48. *ad* 64.

Et cùm de anno 1575. ipsa Respublica † diuideretur 87
in duas factiones principales, nobilium videlicet antiquorum, & nouorum, atque eorum bella ciuilia plurimum turbarent omnes Europæ Principes, Imperator, & Rex Catholicus Reipublicæ protector, maximos & prudentissimos viros deputarunt pro ipsius concordia, qui auditis factionum passionibus, & prætensionibus apud Casale Montisferrati, quo se contulerant multas & vtilissimas ordinationes pro ipsa Republica decreuerunt, cum quibus viuunt.

Eorum Iurisdictioni hodie paret Insula † Corsicæ; 88
& propter eorum discordias, credo ipsos non cognouisse victorias, quas legi habuisse contra Venetos.

Sed ne omittam scribere Iura sanctæ matris Ecclesiæ, Legi Alpes † Cottias cum tota ora Ligustica fuisse 89
donata sanctæ Ecclesiæ Romanæ per Luitprandum Regem Longobardorum, vt testatur Blondus: sunt autem Alpes Cottiæ à Cottio Rege ita dictæ in finibus Italiæ, intra se continentes Genuam † Vrbem, Sa- 90
onam, Bobum, Derthonam, vt est auctor Paulus Diaconus *in lib.* 11. *Histor. Longobardic. c.* 16. & scribit Petr. And. Gambar. *in repetitione extrauagant. Iulij Papæ II. de Simoniaca Papæ electione, n.* 197. & probat hoc latius August. Steucus, *in lib.* 2. *de donatione Constantini, fol.* 286. *prope finem.*

ROMANDIOLA.

Est de Ditione † sanctæ matris Ecclesiæ, cui fuit do- 91
nata per Rodulphum Romanorum Regem, nondum coronatum in Imperatorem, Specul. *in tit. de rescripti præsentatione, §. fi. nu.* 18. vbi tenet, valere donationem Rauennæ, Polentani, Cesenæ, & Arimini, Maletestæ, Foroliuij, Ordelassi, Biarij, Immolæ, Alidosij. Post Riarij, Fauentiæ, Manfredi pro sancta Romana Ecclesia Vicarij fuere perpetui, quorum aliquos Cæsar Borgia Dux Valentinus nuncupatus ferro partim, & partim veneno sustulit, scelesta dominãdi cupiditate ductus, ob quã, tot Italiæ principes, suis deiecit sedibus, quæ omnia mortuo Alexandro VI. de eius sanguine Borgiæ, amisit, & ad Romanã ditionem sunt redacta, vt scribit Gigas *de crimine læsæ maiestatis, c.* 15.

Bononiam † etiam esse partem huius prouinciæ, & 92
sub ditione Ecclesiæ, scribit *supplement. chronic. libr.* 6. *sub verbo, Rauennam.* & propterea includi in dicta donatione Othonis IV. opus est fateri, & post multa bella & seditiones tandem sub Ditione Sanctæ Romanæ ecclesiæ restitutam esse, sub anno 1365. scribit Platina in

in vita Eugenij Papæ IV. supplementum chroni. in d. li. 6. verbo, Bononiam. Volaterran. *in sua Geographia, lib. 4.*

VMBRIA.

93 Est de † Iurisdictione sedis Apostolicæ, cuius prouinciæ alias ciuitates immediatè retinet, alias verò a-
94 liquibus Dominis concessit: Vrbinum, & Eugubium† ciuitates præcipuas, in quibus Sixtus Papa IV. Federicum ex excellentissimorum Principum familia Feltrensium primum Vrbini Ducem creauit, & cæteri successores ab Ecclesia recognoscunt cum præstatione fidei, & homagij, & recognitione census.

HETRVRIA.

95 Habuit † suos Reges, vt testificatur Bodinus *in sua Republica lib. 1. c. final. fol.* 150. dicens vltimum Regem Hetruriæ à Romanis victū in omnibus paruisse, præterquā in receptione Latinæ linguæ, dicente Catone, Latinam linguam vt reciperet persuaderi non potuit, teste etiam Lucio Floro, citato à Bodino *in lib. 2. c. 1. in fine.* sed hodie Hetruria potiuntur multi Principes.
96 Florentiam † fuisse coloniam Romanorum communiter dicunt cuius coloniæ oratores à Populo Romano auditos, Tacitus refert *in lib. 1.* Mox fuisse subditam Longobardis vniuersam Italiam occupantibus fatetur etiam Paulus Minius medicus Florentinus, in illo suo discursu; Sed expulsis Longobardis à Carolo Magno, qui Florentinos liberos à iurisdictione Imperij euasisse dicunt, neque pretio emisse libertatem, ij, mea quidem sententia iure non respondent: siquidem præsupposita priore subiectione, illa sine priuilegio haberi non potest, vel absque fama priuileg j, alias esset iniusta occupatio, vt probaui supra: Sed nul-
97 lus discrepat Florentinos † emisse libertatem, solum Borgninus, & Minius, qui iura ignorarunt, sed ille Venetiis comparat, sed comparatio non cadit inter ciuitatem in mari ædificatam nouiter, quam habuisse etiam priuilegium libertatis, probauimus supra, vbi de Venetiis egimus, & antiquissimam, quasi intra confinia Vrbis positam, propter quod Colonia Augusti Cæsaris eligi meruit.

Opinio igitur communis est, Anno salutis 1285. pretio florenorum sex mille à Rodulpho Imperatore libertatem consequutos esse, Felyn. *in c. cum non liceat num. 12. vers. quarto considera. de præscriptionib.* Dec. *in consil. 357. nu. 2. in causa magnifici. & in consilio 557. num. 12. in fine.* Socin. sen. *in consil. 275. nu. 7. vol. 2.* Menoch. *in consil. 2. num. 66.* Anton. Corsett. *de potest. regia part. 5. num. 68.* Restaur. Castal. *in tract. de Imperatore qu. 54. num. 12.* Blondus *in lib. 8. secundæ decadis.* Platina *in vita Honorij Papæ IV. supplementum chronicorum in lib. 13.* Dantes Florentinus *in suis Satyris.*

98 Item quadraginta † millia florenorum soluerunt Carolo Regi Vngariæ Imperatori electo, qui octo millibus militibus Vngaris, veniens in Italiam, terruit Florentinos, vt dicit Bergomates *in d. supplemento li. 14.* sub anno 1379. & ideo habuerunt confirmationem priuilegiorum aureo sigillo bullatam. Tantidem soluerunt Maximiliano Imperatori Italiam ingredienti in Comitatu Ludouici XII. Regis Franciæ, ad quem oratores miserunt ad præstandum fidem, & homagium, atque alteram confirmationem obtinuerunt, vt testatur Bodinus *in sua Republica in lib. 1. c. penult.* Item de anno 1520. ab oratore Imperiali in Vrbe residente, iterum confirmationem prædictam obtinuerunt, tantidem soluendo, quam Carolus V. Imperator anno 1523. ratum habuit in scriptis.

Si negarentur ista, quomodo responderi posset declarationi factæ per Lotharium † de anno salutis 820. 99
qui declarauit Aretium, Volaterram, Clusios, Florentiam à Carolo Magno refectam pertinere ad Imperium, vt testatur Platina *in vita Paschalis Papæ primi.* Item reuocationi libertatis ipsis concessæ factæ per Federicum III. de anno 1484. Dicere quod non poterant Federicus, & Lotharius reuocare, quæ gratis Carolus Magnus concesserat, non esset dictum prudentis Iurisconsulti, quia Princeps potest † indistinctè 100
gratias, & priuilegia ab antecessore facta, reuocare, Martin. Lauden. *in tractatu de Princip. q. 4.* Alberic. de Rosate, *in Codice de Iustinianeo C. confirmand. n. 17. & in l. digna vox. C. de legib.* vbi Cyn. Bart. Bald. Salyc. & alij, & communem dicit Collector *comm. opin. in syntagmate, in lib. 1. loco 2. c. 2.* vbi latissimè, textus est *in c. is cuius, de præbend. lib. 6.* & est casus decisus, Caccheran. *in decis. Pedemont. 139. nu. 22.*

Et in Iurisdictionalibus † Princeps potest pro suo 101
libitu reuocare, Bald. *in l. rescripta. Codic. de precib. Imperat. offeren.* Andr. de Isernia *in constitutione regni. incip. Ea quæ sub rubrica, quod nullus Prælatus, Comes, vel Baro. & in constitutione regni. incip. Priuilegia in fine.* Bald. *in l. 1. C. vnde liber.* dicit, potest Princeps † sup- 102
primere Iurisdictionem ne dum singularium personarum, sed etiam ciuitatum, idem tenet Innocen. *in c. quæ in Ecclesiarum de Constit.* & Cardinal. *in c. perpendimus de sent. excom.* Abb. *in c. nouit. de iudic.* quia iurisdictiones † fluunt à Principe, & refluunt in ipsum, 103
Bald. & Doct. *in c. 1. §. adhuc. de pac. iuram. firm.* & semper potest priuilegium reuocari, quando incipit esse damnosum, *c. suggestum. de decimis.* Aretin. & Felyn. *in d. c. nouit. de iudic.* Dec. *nu. 14.* & ita fuit decisum, vt per Surdum *in decis. 236. in fine.* & est credendum Principi de ista causa, gl. *in clem. 1. de probationib. & in c. nulli. de rescript.* Afflict. *in c. 1. in 9. notabili, qui successores teneantur.*

Secus est dicendum si priuilegium † fuerit pretio 104
emptum, quia tunc transit in vim contractus, & non potest reuocari per successionem, Andr. *in d. Constitut. regni: Ea quæ.* Loffred. *in consi. 38. nu. 31.* & est textus *in l. fundus C. de fund. patrimonialib. lib. 10. & in cap. 1. de feudo sine culpa non amitt.* & dicit Bald. *in l. 1. ff. de constit. Princip.* quod concessa † per Principem iure 105
contractus, non possunt per eundem, vel successorem reuocari, Ancaran. *in c. quoniam. de concess. præbend. lib. 6.* Alexan. *in consil. 192. volum. 2.* quia Deus non subiecit contractus sub potestate Principis, Bald. *in cap. 1. de natura feudi.* & ita fuit sæpius decisum, Afflict. *decis. 128.* Cacheran. *in decis. 139.* Capyc. *decis. 21. nu. 15.* Grammatic. *in decis.* ingredienti *in 46. numer. 5. & voto 28. nu. 13.*

Ex quibus concludendum est Florentinos † supe- 106
riorem Imperatorem non recognoscere, quia pretio emerunt libertatem, qui titulus & priuilegium iustam præbuit causam præscribendi, & ad hoc fuit textus *in c. finali. de iudiciis.* vbi Papa Honorius appellat Florentinam Potestatem, Socin. *in consil. 81. volum. 1.* Abb. *in consil. 81. vol. 1.* cum aliis, Felyn. *in d. c. cum non liceat.*

PISÆ † (quas Clemens Papa V. appellat ciuitatem 107
populosam, & multùm potentem *in clem. pastoralis §. notarium de re iudi.*) etiam à Carolo IV. Imperatore duodecim millib. Florenis solutis à Petro Cambacurte libertatē consequuta sunt, teste Volater. *in lib. 5. suæ*

Geographiæ in cap. de rebus Pisanorum. Sed postquam
108 † 88. annis Florentinorum dominium pertulissent, à Carolo VIII. Francorum Rege libertate donatę sunt, anno 1494. pro qua tuenda, magni motus in Italia excitati sunt, tandem à Florentinis anno 1509. subiugati eorum parent iurisdictioni. Antequam subderentur,
109 diuersam ab ipsis prouinciam † faciebant, vt not. per gloss. in l. final. C. de longi temp. præscript. & tandem subiecta, propriis statutis vsa est, Socin. in consil. 79. nu. 24. volum. 4. Nisi dicatur, quod in iis, quæ sunt omissa per statuta propria, debeat statutis superioris ciuitatis dominantis gubernari, vt in propriis terminis consuluit Socin. in consil. 81. numer. 3. vol. 1. Sed contrarium ego credo verius, stante statuto Pisano, quod in casi-
110 bus non statutis, † recurratur ad ius commune, vt cōsuluit idem Soccin. sen. in consil. 271. vol. 2. Dec. in consil. 429. Lancellott. Galiaud. ad consuetud. Alexand. in præfat. 8. num. 80. vers. rursus. & communem esse opinionem testatur Ioseph. Ludouicus in conclusione 55.
111 Et facit pro hoc altera conclusio, quod si ciuis † Pisanus factus sit Florentinus, non amittit originem, sed debet iudicari tanquam ciuis & secundum statutum Pisarum, vt consuluit Cephal. in consil. 451. numer. 125. Anchar. in consil. 137. num. 3. Alexand. in consil. 32. num. 2. in fin. vol. 1. & consi. 32. num. 9. vol. 5. Socin. in consi. 79. numer. 12. & seq. vol. 4. licet alias visus sit more suo firmasse contrarium in consil. 228. num. 5. vol. 2. quem sequutus est Socin. iunior in consil. 12. per totum vol. 3. sed est contra casum in l. eius qui. ff. ad municipal. & l. si quis à pluribus. ff. eod. & latè de hoc per Cephal. vbi supra.

112 Et de priuilegio † cudendi monetam concesso Pisanis, & aliis ciuitatibus, ponit gloss. in ver. nostris. in l. 2. C. de falsa moneta. & per has alias ciuitates, Igneus intellexit Florentiam, in repetitione l. 5. §. non alios, n. 581. ff. ad Syllanian. vbi latissimè scribit de hoc.

Sunt & aliæ nobilissimæ ciuitates, & terræ Hetru-
113 riæ, † huic ditioni subiectæ, diuersis titulis acquisitæ, quæ in singulis annis, in festo Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ à præcone vocantur ad recognoscendum nostris temporibus in Dominum Sereniss. magnum Ducem Hetruriæ in partibus sibi subiectis, quod fit per illarum procuratores coram equitantes cum vexillis aureis, vel sericis, & illius præsentiam reuerenter honorantes, qui in toto suo statu, propter absolutam potestatem, ratione liberi & directi dominij Florentini, nemini est subiectus, ita vt iuxta distinctionem Pelagij Papæ, Pius Papa V. vti Regem, & magnū Ducem in partibus Hetruriæ creauerit, ac omnes honores, & Regum præeminentias concesserit, vt in eius Bulla sub data VI. Kalend. Septembr. 1569. & hodie regnat Ferdinādus Cosmi filius tertius magnus Dux, qui statum suum summa diligentia regit.

114 Cosmus magnus Dux † Senarum, & eius Ducatus inuestituram habuit sub Carolo V. Imperatore à Philippo II. Hispaniarum Rege catholico, cui præstitit fidem, & homagium, cum certis pactis, & conditionibus, de quibus in inuestitura.

115 Lucaria † ciuitas de anno 1291. cum duodecim millia scutorum auri Rodulpho Cæsari persoluisset, obtinuerunt ab Imperio libertatem seipsos gubernandi cum recognitione Imperij, supplementum chroni. in lib. 13. Platina & Blondus in præfatis locis, Felyn. in d. c. cùm non liceat. Socin. in l. imperium. ff. de iurisdict. om. iudic. & in consil. 275. col. 1. vol. 2. & in consil. 83. num. 1. vol. 4. Dec. in consi. 403. num. 2. & in consi. 528. Castald. in tract. de Imperatore, quæst. 54. numer. 13. sed licet eme-
116 rint libertatem, non tamen † habuerunt potestatem vibrandi ensem Cæsaris, sicut alij Duces Italię, qui dicuntur Principes Imperij, vt scribit Alexan. Raudens. noster collega in Collegio Pisano in consil. 50. qu. 355. vol. 1. Et licet subtilitas istius populi Aristocratici sit maxima, præcipuam tamen causam libertatis esse arbitror ciuium deuotionem erga antiquissimam illam Sanctæ crucis reliquiam, toto orbe celeberrimam, quam non potui, etiam pręsenti calamo non adorare, propter quam forte merentur in libertate populi conseruari.

FERRARIA.

A ferro † nomen sortita est, quod singulis annis Ra- 117
uennati Ecclesię, cuius ditionis erat, soluere tenebatur, Volaterran. in lib. 4. c. de rebus Ferrariæ. supplemen. chronic. in li. 6. & sequuntur communiter omnes. Ferunt etiam tria loca iuris Ecclesiæ Rauennatis fuisse, quæ tria metalla ipsi Ecclesiæ offerre solebant, à quib. & nomina sortita sunt, Aureolum oppidum in Forliuiensi agro positum ab auro nuncupatum, Argentum castellum Pado oppositum ab argento, & Ferrariam à ferro; hanc primum muris circumdatam à quodam Rauennatis Exarcho circa annos Domini, 700. qui dicebatur Smaragdus.

Habet sancta † Romana Ecclesia in hac ciuitate 118
fundatam intentionem, non solum vt summus Pontifex vniuersalis, dominus omnium; Item ex donatione Constantini, de quibus est dictum, sed magis particulari iure, quia expulsis Longobardis Carolus Magnus Exarchatum Rauennæ donauit Ecclesiæ Romanæ & in Pontificis Romani ditione semper perseuerasse testificatur supplementum chroni. in d. lib. 6. Sed quia Imperatores Romani natione Germani summi Pontificis magnitudini inuidebant, ideo Henricus III. Imperator Pontificis hostis Ferrariam occupauit: Sed Mathildis Comitissa Venetorum, & Rauennatum auxilio vindicauit anno Domini 1100. vt dicit Volaterran. vbi supra, Platina in vita Paschalis II. Bursatt. in consil. 330. col. 3. vol. 3. & latius per Cardinal. Bellarm. in tractatu de Romano Pontifice lib. 5. c. 9. circa finem. Ideo Ferrariensem ciuitatem esse de patrimonio Beati Petri testatur glossa, in auth. vt Ecclesia Rom. cent. ann. gaudeat priuil. & alij relati per Ripam in c. cum M. Ferrariensis num. 6. de constit. Ipsa enim gloriosa Comitissa, optima, & illustris fœmina bene sentiit cum Romana Ecclesia, de quo per supplement. chronic. in lib. 12. Erat potentissima, habebat enim obedientiam multarum Vrbium, videlicet Lucæ, Parmiæ, Regij, Ferrarię, Mātuæ, & Hetruriæ partis, quam nunc patrimonium Diui Petri vocamus; & postea Henrici Cæsaris potentiam & aliorum contra summos Pontifices exercentem, magnanimiter repressit, & quæ de Ecclesiæ iure occupauerant, restituere coëgit.

Item fundatur dominium Ecclesiæ ex donatione Othonis IV. Imperatoris, facta Innocentio Papæ III. vt dixi, in qua donauit Comitatus Perusij, Rheatę, Saluiæ, Interamnę, Campaniæ, nec non Ferrariam, Marchiam Anconitanam, & omnes terras Comitissę Mathildis, & quæcunque sunt circa Rhodicosanum vsq; ad Ceparanum, vsque ad Exarchatum Rauennę, Centapolim cum aliis terris, &c. quæ donatio fuit confirmata à Rodulpho, & Carolo IV. Imperatorib. & Frederico II. vt dixi. Quare ex his donationib. dupliciter Ecclesiæ fundatur intentio, tum quia præsupponitur Ferrariam esse partem Exarchatus Rauennæ, & qui habet titulum, & possessionem † capitis, dicitur possi- 119
dere totam Baroniam, l. cum diuersis ff. de religios. & sumpt.

sumptib. funer. ideo dicit Glossator Parisien. *in §.1. glo.* 1. quod subfeudum dicitur esse pars feudi dominantis, & non dicitur ex toto separatum, allegat tex. *in l. talem. in fine ff. de hæred. instit.* Frecc. *in tract. de subfeud. li.1.§. fuit dubitatum nu 31.* Tum quia donatio exprimit in specie Ciuitatem Ferrariæ.

120 Nec possunt prætendere Domini Estenses † huius ciuitatis denegare recognitionem summo Pontifici, ex quo eadem Comitissa Mathildis mortuo Gottifredo eius primo viro nupsit Azoni Estensi; à quo omnes cæteri Marchiones Estenses descendunt in ipso statu Ferrariæ.

Primo, quia, vt ex ipsis historiis patet, Mathildis ignorabat Azonem esse cõsanguineum in quarto gradu ipsi Gottifredo eius primo viro, quo detecto consuluit Gregorium Papam VII. & Pontifex iussit statim ab eius consortio abstinere, & sic diuortio facto, Deo, & Romanæ Ecclesiæ militare studuit, & in anno salutis 1113. Mathildis decesit, agens annum 69. cæteri autem Estenses, ab anno 1297. Ferrarię dominari cœperunt, vt ab omnibus scriptoribus potui recolligere.

Et quia ab hoc anno 1297. inducendo omnes Estenses Ferrariæ, constat ex historiis, & scripturis antiquis, nunquam pacificè illam possedisse, nisi sedes Apostolica suam interponeret auctoritatem, & propterea multoties bellum mouit. Leo Estensis hoc anno fuit factus Vicarius Ferrariæ, & hic titulus tunc temporis ab Ecclesia concedebatur, Friscus Estensis anno 1311. coniectum Azonem patrem in carceres ob superinductam Beatricem nouercam, Roberti Regis Siciliæ sororem, paulò post interire fecit, & impetrato Venetorum auxilio, Vrbem, nolentibus ciuibus in suam potestatem redegit, propter quod indignitati ciues, patricidam, & facinorosorum proditorem ad Palaguram legatum apostolicum accusarunt, rogaruntque vt Vrbem, ditionis Ecclesiæ à tyranno laceratam liberare dignaretur: quibus auditis, Legatus præcepit Venetis, sub anathematis pœna à Ferraria abstinere, ipsi autem legati præcepta paruipendentes Thealdi castellum Ferrariæ, tandiu oppugnauerunt, donec obtinuerunt. Ac Friscus vindictæ auidus, introductis Venetis, quibus neque multum confidebat, ira succensus, dimidium ciuitatis, igne apposito, succendit, præsertim eorum domos, qui resistere voluerunt, vnde ciues concitati, tantam iniuriam ferre non valentes, sequenti anno, pestiferum hominem, apud portam Leonis interfecerunt, quod factum est, suadente Dalmatio Guasione Vicario Clementis Papæ V. in ciuitate Ferrariæ, sed mortuo Frisco, Veneti dimidiam Vrbis partem per multum tempus detinuerunt.

Mortuo Azone in carceribus, atque Frisco necato, successit Aldomandrinus Azonis frater anno 1332. qui moriens Raynaldum, & Nicolaum filios reliquit successores, & isti simul Vrbis principatum resumpserunt, & vt ipsam firmo præsidio stabilirent, Argentam, Rauennatis Ecclesiæ oppidum vi occuparunt, inde cum Scaligero iunctis copiis Castrum Sancti Felicis Mutinensis diœcesis obsidere cœperunt, quod quidem oppidum Manfredus cum aliis viginti Castellis Carolo Boemiæ Regis filio commendauerat. Propterea Carolus ipse, & Manfredus, atque Beltrandus Ecclesiæ Dux illos protinus fundunt, & in turpissimam fugam vertunt, ipseque Nicolaus captiuus factus est: ea autem opportunitate Legatus Apostolicus maiorem exercitum in Ferrariam duxit, eamque obsidere cœpit, cumque Vrbem acriter oppugnaret, & iam suburbium sancti Antonij cœpisset, Raynaldus susceptis auxiliaribus copiis, Ecclesiæ exercitum dissipauit, vt nullus euadere potuerit, & captiuos permutarunt: sed cum essent excommunicati, ac interdicti, Argentam oppidum reddiderunt.

Itaque Raynaldo mortuo, successit Obizo eius nepos ex Nicolao fratre, anno salutis 1337. vir magnanimus, & munificentissimus, propterea Benedictus Papa XI. per legatum suum Ferrariæ, ac Mutinæ, & Argentæ suum constituit Vicarium, inuestiendo pro se, & filiis, ac successoribus, reseruando Ecclesiæ Romanæ fidem, & homagium, vltimas appellationes, atque supremam potentiam, cum onere soluendi singulis annis decem millia Florenorum Cameræ Apostolicæ, centumque homines militaris seruitij propriis sumptibus pro tribus mensibus, quotiescunque fuerit requisitus, vt vidi in registro Vaticani. Obizone mortuo, successit Nicolaus II. Obizonis filius anno 1359. vnà cum Alberto fratre, qui multa beneficia ciuitati suæ Ferrariæ contulit, & nullos habens filios, habuit successorem Nicolaum III. Alberti fratris filium spurium, qui puerulus, Bonifacio Papa IX. approbante, sub tutoribus regnare cœpit, & hic habuit Leonellum ex Stella concubina filium, & Herculem, ac Sigismundum ex Puzanda vxore ex Machionibus Saluciarum, post cuius Nicolai III. mortem Leonellus sub anno 1449. regnare cœpit. Hic ex Ioannis Francisci Gonzaghæ Principis Mantuæ filia, vxore sua, Nicolaum vnicum suscepit, & cum moreretur, filio minori cum auctoritate Borsij fratris statum relinquit.

Borsius † primus Ferrariæ Dux Leonelli Frater, & 121
Nicolai III. ex cõcubina filius anno salutis 1450. Leonello in statu succedit, qui post multos annos Romã accedens à Paulo Papa II. secundum vero alios à Nicolao Papa V. ducatus titulo decoratus est, post cuius mortem, concurrentibus Hercule filio legitimo Nicolai III. ac Nicolao IV. filio Leonelli, Hercules animo, & calliditate præstantior, Venetorum auxilio, ac Nicolao excluso, statum obtinuit.

Hercules primus nomine, sed secundus Ferrariæ Dux, anno 1471. regnare incepit, cui de anno 1504. succesit in statu Alphonsus I. Dux III. & ab Adriano VI. Pontifice status Ferrarię confirmationem habuit, vt testatur Ioannes Baptista Giraldus Ferrariensis *in libello de rebus Ferrariæ in vita Alphonsi 1. fol. 136.* Sed Clemente VII. Pontifice etiam armis vẽdicante Ferrariam, res eo deuecta est, vt Carolus V. Imperator, arbiter electus laudauerit ciuitates Mutinæ, & Rhegij, vti Imperiales spectare ad Alphonsum, Ferrariam autem esse feudum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ipsumque Alphonsum debere inuestiri pro se, & descendẽtibus in perpetuum cum solutione tributi, quod laudũ valde displicuit Pontifici: Succedẽte autem Paulo III. Pontifice, ac † mortuo Alphonso I. Hercules huius 122
nominis secũdus à Paulo inuestitur ad tertiam generationem, sed post Herculem Alphonsus II. succesit, Qui legitimum ex corpore successorem non habens de anno 1591. sub Põtificatu Gregorij † Papæ XIV. Ro- 123
mam profectus rogauit inuestituram pro Don Cesare Nepote, sed quia obstabat Bulla felicis recordationis Pij V. de rebus Ecclesiæ non infeudandis, post lõgam consistorij discussionem, atque disputationem, tam in Rota, quam in amplissimorum Cardinalium congregatione, inuestitura denegata, rediit Alphõsus, obie-

obiecta occasio reuocandæ Bullæ de eisdem non infeudandis, non est prætermissa, sed Alphonso II. mortuo de anno 1598. eiusque hęrede Don Cæsare Ferra-
124 riam † etiam possidente sępius admonito super relaxatione, belloque maximo iam præparato, excõmunicationis sententia fulminata est à S. D. N. Clemente VIII. Sed ipse Don Cæsar religiosus Princeps, ac S. R. E. obsequentissimus, vt decet, Ferrariam, retentis meliorationibus, de consensu Papæ, ipsi Felicissimo Clementi VIII. (in cuius persona votum Clementis immediatè præcedentis est adimpletum) restituit. Ferrariam igitur se transfert sedes Apostolica, vbi per octo menses commoratur, & hodie apud ipsam permanet integrum Ferrariæ dominium.

Interim Don Cæsar habita inuestitura ab Imperatore pro Mutina, & Rhegio inter serenissimos Duces Italiæ à summo Pontifice ascribitur, ipsoque titulo, & aliis præeminentiis Italiæ Ducum decoratur.

125 Finita † enim linea feudum reuertitur ad directum dominum, *§. si vasallus. & §. his consequenter. Hic finitur lex Corradi c. 1. §. si quis de manso. de controuers. inuestit. c. 1. §. si clientulus de alienat. feud.* Sed si feudatarius meliorationes fecerit, relicto hęrede extraneo, certę me-
126 liorationes † ipsi hęredi solui debent, casus est *in d. §. si vasallus.* vbi Andr. Afflict. & Bald. *n. 4.* etiam in feudo Ecclesię concesso in emphyteusim, Aluarott. *nu. 3.* Paris. *de reintegratione feud. in c. de meliorationibus factis in bonis feudorum. quod incipit. Et circa ipsas culturas, & cap. seq.* Ioann. Garsias *in tract. de expens. & meliorationib. c. 12. nu. 84.* Clarus *in quæst. 88.* dicit Com-
127 munem esse opinionem: quó casu hæres extraneus † licitè retinebit, quousque sibi soluantur meliorationes prædictæ, Andr. *in d. §. si vasallus.* Afflict. *n. 9.* & sequuntur ibi omnes Feudistæ, & est textus *in §. certe & ibi gloss. & Io. Fab. Instit. de rerum diuis.* quem allegat in feudali materia Hostiens. *in summa de feud. §. apud quem, vers. preterea.* Dec. *in consi. 518.* glo. Parisiens. *in §. 1. gloss. 1. n. 73.* Gomesius *ad leges. Tauri super lege 46.* vbi latissimè de meliorationibus factis in maioratu, & ad hoc est *Decisio Guidonis Papæ 169.*

128 Sed quid si hæres extraneus † negauerit feudum, quia per negationem ipsum amittit, *c. 1. §. vasallus in 1. & 2. si de feud. defunct. controuers. fuer.* & vtrobique Andr. & Afflict. Iacobin. *in tract. de feud. ver. dictique vasalli promiserunt non committere feloniam numer. 34.* Gloss. Parisiens. *in §. 32. num. 167.* qui alios allegat: An hoc casu dicatur amisisse etiã meliorationes, & difficultate satis bene cõsiderata, iustè responderi poterit, meliorationes prædictas non amisisse, quia melioratio-
129 tiones † in feudis factæ, vasalli opera, & industria, aut impensa, puta domus, arbores plantatæ, aggeres erecti, fossæ, rusticum prædium, vel vrbanum emptum iuxta rem feudalem, vt illi accederet, & inseruiret causa melioris commodi, non dicuntur feudales, sed allodiales, casus est *in c. 1. §. ecõtraria in 1. responso de inuestit. de re alien. fact.* Berous *qu. 96. num. 2. & 3.* vbi ait, secus esse in incremento naturali, puta quod alluuione accesserit, vel industriali, quod per se stare non potest, puta seruitus realis, liberatio, immunitas, & similes, quia solo feudali adhærent vt partes, gl. *in c. 1. §. si quis de manso. in ver. reseruauerit.* quæ glossa est cõmuniter approbata, vt dicit Ruyn. *in consil. 7. nu. 12. in*
130 *fine, vol. 1.* Et ideo in istis meliorationibus † succedit hæres extraneus, Ruyn. *in consi. 24. nu. 10. vol. 1.* Berous *in q. 10. n. 3.* etiam fœmina, licet esset incapax feudi, Menoch. *de recuperand. possess. remed. 2. nu. 106.* vbi ad nauseam declarat istarum meliorationum naturam, Paris. *in consil. 28. vol. 3.*

Sed hic hæres non est feudatarius, per negationem nihil sibi pręiudicij intulit in feudo pro quo non seruiebat, ipsa negatio † afficit in casibus, in quibus est 131
specialiter de iure prouisum, vt est communis opinio omnium Doctorum, de qua per Socin. *in l. nemo circa finem ff. de exceptionib.* quem sequitur Cagnol. *in l. nemo ex iis num. 7. in fine, & ibi* Dec. *nu. 6. de reg. iur.* Ideo dicebat Ias. in his terminis, quod pœna † priuationis 132
alicuius beneficij non habet locum, nisi expressè lex dicat, *§. cum igitur. in auth. de non eligendo secundo nub.* per quem textum ita notat Bald. *in auth. ex testamento C. de sec. nupt.* Quare valet argumentum, non est de re expressum, vt hæres extraneus negans feudum, amittat meliorationes allodiales, ergo ipsas nullo modo amittit per negationem.

Item quia meliorationes de quibus agitur, cum ipso feudo facerent vnum totum feudum respectu dicti totius faceret † vnam partem, sed negans partem, 133
non debet amittere totum, sed tantum illam partem, quam negat, gloss. *in §. vasallus. si de feud. defunct. content. fit, & ibi* Andr. Glossator Pariens. *in §. 30. num. 6.* qui dicit opinionem contrariam reiici ab omnibus Feudistis, & latius *in §. 52. num. 167.* Clarus *in §. feudum qu. 59.* dicit communem, licet Caccheran. *in decis. 29. in princip.* præsupponat pro maxima, quod feudum perdatur totum, tamen Doctores, quos allegat, non id dicunt, neque decisio illa fundatur super dicta maxima & Andreę auctoritas † sola in materia iuris feudorum 134
omnibus Doctoribus præponderat. Item quia hæres non potest per negationem prædictam inferre præiudicium creditoribus qui possent super dictis meliorationibus satisfieri, Ruyn. *in consi. 176. n. 17. vers. quintam. vol. 1.* Albert Brun. *in consi. 106. nu. 2.* quicquid sentiat Pinell. *in l. 1. parte 2. num. 71. ver. ego autem C. de bonis maternis.*

Et regula negantis feudum † super qua negatione 135
sit specialiter prouisum, limitatur, quando ante litem contestatam se pœniteret, *l. electio §. neque. & ibi* Bald. *hoc notat ff. de noxalib.* Angel. *in l. sed hoc ita ff. de re iu.* Castren. *in l. sed si dubitetur in prin. & in §. 1. ff. de fideiussor.* Bald. *in l. de ætate §. final. ff. de interrog. actionib.* Alex. *in l. hæreditatum §. final. ff. ad l. Falcid.* Roman. *in consil. 70.* Item fallit regula, si dixisset, nego narrata, prout narrantur, & petita, prout petuntur: quia hoc casu non refertur ad ea, quæ ipsi neganti sunt fauorabilia, Bartol. *in d. l. sed si dubitetur §. ita demum, cum quo transit* Immola, *ff. de fideiussor.* Paul. de Castr. & Immo. *in l. sed hoc ita ff. de re iudic.* Salyc. *in l. cum precium C. de liberal. caus.* Alex. *in l. etiam §. final. col. pen. ff. solut. matrim.* Iacobin. *in sua inuest. in d. §. dictique vasalli nu. 35. vers. addit.* Item fallit ipsa regula si non dolose negaret, & ita limitantur omnes leges punientes ipsos negantes, Bal. *in c. 1. §. vasallus in 1. per illum tex. Si de feud. fuer. controuers. inter dom. & agnat.* gl. & Angel. *in l. final. ff. de rei vendic.* Alex. *in d. l. etiam §. final. ff. sol. mat.* Iacobin. vbi supra cum concordantibus, Alex. *in consi. 35. vol. 5.* vbi dicit, quælibet † causa excusaret negan- 136
tem: & de limitationibus dictę regulæ negationis, applicando ad casus, qui contingere possunt in feudalibus, est Ioann. Antonius Niger *super capitulis regni Neapolis super capitulo 201. fol. 173.* & Alex. *in d. consi. 35.* & Romanus *in d. consi. 70.*

CAP. XXXIV.

Pactum de retrouendẽdo Iurisdictiones, & dominia, inter Principes esse perpetuum,

tuum,& æternum,& in casu retrouenditionis; quæ meliorationes sint soluendæ.

SVMMARIA.

1 *Pactum de retrouendendo post centum annos est obseruandum inter principes.& nu.6.& n.10.*
2 *Principes semper censentur contrahere de iure gẽtium.*
3 *Concessio Castri per vim occupati non valet.*
4 *Emptio & venditio facta à negotiorum gestore qui nõ est, non valet.*
5 *Factum falsi nuntij non potest ratificari.*
7 *Pactum de retrouendendo quando introductum in populo Romano.*
8 *Pactum de retrouendendo temporaliter factum, extinguitur finito tempore.*
9 *Pactum redimendi habet locum in feudis.*
11 *Pactum de redimendo in perpetuum, durat triginta annos.*
12 *Etiam si interuenisset iuramentum.*
13 *Pactum factum in æternum nullo vnquam tempore finem habet.*
14 *Contractus transitorius ad quoscunque hæredes, durat perpetuo tempore.*
15 *Pactum redimendi cũ modicitate pretij fit perpetuum.*
16 *Meliorationes necessariæ & vtiles in feudo facta, ad quem pertineant.*
17 *Feudum potest retineri, donec soluatur meliorationes.*
18 *Meliorationes, vtiles possessori, vel domino ad quem pertineant.*
19 *Feudatarius quando non possit ædificare nouum fortalitium, vel turrim.*
20 *Castri possessor, an & quando possit illud reficere.*
21 *Pactum quod non liceat reficere fortalitia quomodo intelligitur.*
22 *Meliorationes, in fortalitio & castro, quando non sint soluendæ.*

SVperius exaratũ est multa Dominia,& Iurisdictiones reperiri subiectas pacto de retrouendendo ad fauorem alicuius Principis: modo super hoc primo
1 videndum est, an ista pacta † post centum annos sint obseruanda. Ego dico affirmatiuam opinionem esse veram, quia præscriptio inuecta est de iure ciuili, *l.1.&*
2 *3.ff.de vsucap.*& Principes semper censentur † contrahere de iure gentium, vt in terminis de pactis inter Regem Francorum & Regem Angliæ, dicit Bald. *in l.digna vox.in fi.C.de legib.& ibi* Bart.*n.2.* Andr.Sicul. *in cons.2.vol.1.* tanto magis Principes, qui à Romanorum Imperatorum legibus liberi esse prætendunt. Et si esset factum pactum de retrouendendo, multis modis potest in perpetuum exerceri: Primo si quis Castrũ
3 † per vim occupauerit,& postea concessionem ab Imperatore obtinuerit cum aliis pactis; talis concessio & pacta non valebunt, vt de Florentinis dicit Bald. *in l. decernimus, nu.6.C.de sacrosanct.Eccl.* & ibi Barbatia in additionibus dicit, hoc dubium fuisse pridie in Curia Romana decisum contra Florentinos, nimirum concessionem & pacta non valere, allegat Bald.*in l.2.C.de legib.& ibi* Fulgos. & est tex. *in l 2.& ibi gl.C.de fund. & salt.lib.11.* Salyc. *in l.1.C.ne rei dominic.vel templorum.*Bart.*in l.non abs re.C.vnde vi.* Bald.*in c.1.per quos*
4 *fiat inuestitur.* Item si emptio † & venditio esset facta ab eo, qui dicebat se negotiorum gestorem, qui non erat, textus est *in l.multum interest.vers.si verò, Cod.si*
5 *quis alteri, vel sibi,* quia factum falsi † nuncij non potest ratificari: non enim reperitur subiectum, in quo possit fundari ratificatio, si negotiorum gestor concipit verba in personam, quam non repræsentat, & sub hoc fundatur ibi gloss. *in ver. comparasti.* & latius declarat ibi Bald. *col.3.* & in terminis Castri declarat Gregor. Lopez *in l.48.gl.2.tit.5.partita 5.* Sic dicunt fuisse Pippum Ducem Regis Vngariæ, qui tãquam negotiorũ gestor multa alienauit,& postea decreto Regis, aurũ liquefactum in os eius sitientis diluere fecit, dicentis, aurum sitiit, aurum bibat, & sic occisus est, vt refert Ferrerett.*in tractatu de re nauali lib.12.num.94.*

Si esset factum pactum † redimendi inter Principes, 6
dico quod æterno tempore obseruandum est: quo pacto † Marcus Antonius cognomẽto Philosophus pri- 7
mus in populo Romano vsus est. nã cũ Marcomanico bello graui premeretur, æráriumq; exhaustũ esset, Imperatoriæ aulæ supellectilẽ distraxit, quo reliquia suscepti belli persequeretur, & tandem feliciter cõfecto, Romã reuersus, ornamenta imperialia ab his, qui pridem emerant, redemit, sic postea hoc redimendi pactum in orbe Romano vsitatum fuisse, testificatur Proculus, qui vixit Vespasiani tẽporibus, *in l.si vir vxori ff.de præscript.verb.& postea* Alexander prudens imperator decreuit *in l.2. C.de pa. inter em.& vendit.* Nã si ius redimendi † per certum tempus promissum 8
finito tempore extinguitur, *l.si creditor §.illud ff. de distr.pign.* Tiraq.*de retract.conuent.§.1.gl.2.nu.53.*Bald.*in consi.108. iste qui promittit vol.5.* & est tex. *in l.2. C.de pact.inter empt.& vendi.* vbi latè Gozad. *in co.14.vers. secundo principaliter.* Angel. *in consi.199.* de communi attestatur Menoch.*de arbitrar.casu 217.num.2.* Quod procedere † etiam in feudis venditis cum pacto redi- 9
mendi temporaliter facto, vt finito tempore taxato, extinguatur pactum, probat Camerar. *in c.imperialem pag.77.col.1.in fine vers.Nec refert.* Ergo pactum † hoc 10
factum in perpetuum, debet durare æterno tempore, casus est *in l.quod si nolit. §.si quis ita ff. de ædilit.edict.* & sic in perpetuum debet obseruari, & hanc opinionem tenet Fabian.*in tract. de emptione, & venditione in 7.qu.principali. num.4. vers.sed si in perpetuum.* Et Fransc. Zoannett. *in tract. de emptione, & vendit. sub pacto retrouenditionis,* per totum vigentissimis id probat rationibus contra communem.

Et licet hoc pactum factum † per verbum *quandocunque,* vel *in perpetuum, & infinitum,* censeatur de iure 11
triginta annorum spatio terminatum, quibus elapsis præscriptio tanti temporis obstaret agenti, vt probat Couar.*in lib.1.variarum resolution.cap.9.num.1.* qui alios refert,& est communis opinio, Balbus *in tract. de præscriptionib.in 4.parte 5. partis principalis qu.3.* Boer. *decis.182.& decis.351.num.6.* etiam si in eo pacto † in- 12
teruenisset iuramentum, Dec.*in consil.164.*Boer.*in d. decis.82.num.* Syntagma comm. opinion. *in lib.7.c.5. vers.& opinio.* Caccheran.*in decis.69.num.12.* tamen fallit hæc opinio, quotiescunque verba contractus nõ recipiunt interpretationem de iure ciuili, sed de iure gentium, vt sunt contractus Principum inter se, vt dixi. Item fallit si fuerit apposita dictio, *in æternum,* † 13
quę nullo vnquam tempore, nulloque æuo finem habet, *l.nulla societatis,& ibi gl.ff.pro socio.* Zoannett. vbi supra *num.33.* Item si fuerit apposita dicta dictio *quandocunque* vel *in perpetuum* in contractu transitorio † 14
ad hęredes, Florian.de sancto Petro *in l.in hoc iudiciũ, §.si conueniat.vers.sed si in contractu de sui natura transitorio ad quoscumque hæredes ff.communi diuid.* per textum *in l.eum debere columnam ff. de seruit.vrb.præd.* Et hoc modo esse pactum de retrouendendo ad omnes hæredes transitorium, probat latissimè Zoannet. *in d. tractatu n.34.& 35.* Item fallit si pactum, de retrouendendo † esset cũ modicitate pretij, nã stante lęsione fit 15
perpetuũ, Iaco.*in l.mutuũ n.2.ff.si cert.per.* Io. Vincẽt.

de

de Anna *in allegation.83.nu.4.vol.2.* vbi allegat Tiraquell.qui alios refert cum opinione Iacobini, *de rem. conuentional.§.1.gloss.2.num.55.* latius omnibus probat hanc opinionem Fabius de Roma, *in consil.68.c.1. & 2.*

16 Quid autem si emptor fecerit meliorationes? Distinguendum est,† aut necessarias,aut vtiles; de voluptariis non est difficultas contra negatiuā, & quæ sint ambæ dixit textus *in l.impensæ ff.de verb.signif.* Necessariæ quidem soluendæ sunt, *l.Paulus in fi.ff.de doli except. l.si in area. ff.de condict.indeb. l.adeo. §.certè. ff. de acq.rerum do.* casus est *in §.si vasallus. & §.his consequenter. Hic finitur lex Corradi,c.1.§.si quis de manso.de controuers.in vestit. cap.1. §. etsi clientulus. de alien. feudi.* Andr.& Afflict. *in d.§.si vasallus,* Bald.*nu.4.* etiam in feudo Ecclesiæ concesso in emphyteusim, Aluarott. *ibi.n.3.* Paris.*in tract. de reintegrat.in c.de meliorationibus factis in bonis feudalibus, quod incipit, & circa ipsas culturas.& c.seq.* Ioan.Garzias *in tractat.de expensis & meliorationib.c.12.n.84.* Clarus *de feudis.q.88.* dicit communem.

17 Quo casu licitè potest feudum † retineri, donec soluantur dictę meliorationes, *d.l.si in aream.vers.nullo alio modo, quàm per retentionem impensas seruari posse,& d.l.Paulus, & d.§.certè.& l.domum. C.de rei vendic. in vers. nullam habent repetitionem, nisi necessarios sumptus fecerint.* Andr.*in d.§.si vasallus,* Afflict.*nu.9.*& sequuntur communiter Feudistæ ibidem, & est textus *in §.certè.& ibi gloss.&* Ioan.Fab.*Institut.de rerum diuis.*quos allegat Hostiens.*in summa Feud.§.apud quem, vers.præterea.* Dec.*in consil.518.* Glos.Parisiens. *in §.1. glos.1.n.73.* Gomez.*ad l. Tauri super l.46.* Guido Pap. *in decis.169.*

De vtilibus autem est distinguendum; aut sunt vti-
18 les † possessori,aut Domino, & in hoc semper est inspicienda vtilitas ex persona Domini, nunquā possessoris, casus est *in l.Titius.ff.de act.empt.& vendit.vers. iniquum videtur in magnam quantitatem obligari venditorem,l.si seruos.ff.de pignorat.act.vers. sicut enim negligere creditorem, dolus, & culpa quam præstat, non patitur,ita neque talem efficere rem pignoratam, vt grauis sit debitori ad recipiendum,l.sed an vltro.§.1.ff.de negot. gest.ver.quid enim si eam insulam fulsit,quàm Dominus, quasi impar sumptus,dereliquit, vel quàm sibi necessariā non putauit,onerauit,inquit,Dominum secundū Labeonis sententiam.* Quare meliorationes vtiles ita demū soluendæ sunt,si vtilitas ipsumDominū respiciat,ne moretur excogitatis impensis, & multiplicatis sumptib. quibus Dominus rem suam derelinquere cogatur. Ideo cautela possessoris erit, has vtiles inchoantis, vel iudicis auctoritate facere,vel domino significare.

Quos terminos applicando ad materiam intentam, duos casus constituo: Alter, si licet ædificare nouum fortalitium,castrum vel turrim:Alter si liceat reficere. Ad primum respondeo,solere Principes qui ciuitates vendunt cum pacto redimēdi, pacisci ne liceat posses-
19 sori ista de nouo facere, & tunc non videtur † licere facere,casus est *in l.opus.ff.de oper.publ.* quia in futurū possent æmulationem & seditionem contra Dominū inducere, tēpore redemptionis, vt dicit Salyc. *in l.per prouincias.n.2.C.de ædific.priu.* Bart.*in d.l.opus.*& Alex. ibi in additionib.qui allegat textus *in l.2.C.de fund.limit. lib.11.* Sed ille textus loquitur de publico opere, nos autem de priuatis, & per ista iura,ita tenet Innoc. *in c.Pisanis.de restit.spoliat.& ibi* Abb.*num.15.* Ancharan.*coi.final.* Bart.*in l.ex hoc iure.numer.7.ff.de iust.& iur.* Angel.*num.6.* Ias.*num.6.* Boër.*in tractat.de custodia clauium num.65.* Andr.*in Constitutione Regni incip. Castra, & munitiones,* & ibi Afflict.qui alios citat, & distinguit.

In altero casu,si liceat reficere,distinguo, † aut abs- 20
que dicto pacto,& potest casus *in l.intra vrbem in fine ff.de oper.public.vers.ea tamen instaurando:* quæ etiam deformibus minis intercidisse dicantur,vniuersalis licentiam damus,& ibi notant omnes Doct. & facit *l.1.§.si ædificium ff. de noui oper. nuntiatio.* vbi licet quis teneatur nūtiare nouum opus,pro opere nouo, quod fit,non tamen tenetur pro opere veteri, quod reficitur,*l.final.vers.illud C.de Iudæis,c.consuluit de Iudæis l.hactenus & l.vsusfructuarius nouum tectorium ff.de vsufru.* Aut est factum pactum † quod non liceat reficere 21
fortalitia, & Castra, & hoc intelligitur in illo statu temporis pacti, sicut dicimus de iuramento, quod non extenditur vltra præsentem statum iurantis, vel ad excogitata,*l.final.ff.qui satis dare cog.l.final. Cod.de non num.pec.c.veniens & c.quemadmodum.de iureiur.* Imo etiam contra pactum,& ad ęmulationem alterius, potest ædificari,si possessor sentiret maximum,& graue damnum,quando non reficeret, Angel.*in l.cum eo. C.de seruit.vrb.præd.* Cepoll.*in tractat.de seruit.Vrban. præd.cap.de solo.& area col.2.* Sed istæ meliorationes † 22
non sunt soluendæ tempore reemptionis, quia regulariter vniuersitates de propria pecunia reficere tenentur,ad quod compelli possunt, & collectari particulares homines,vt consuluit Corn. *in consil. 72. vol. 4.*& Ioann.Anton. Niger *in Capitulis regni, in titulo de grauaminibus vasallorum,num.73.* Ego credo Dominum volentem reemere, teneri soluere expensas pro castro,& Fortalitio siue Turri nouiter factis,quādo propter aliquod necessarium emergens, necessarium fuisset ædificasse,non obstante pacto, quod necessarium expediens fuisset ita Domino, sicut possessori:nisi possessor diuersum ædificandi fortalitia modum à nouo solito obseruasset:& in omni casu,cautela est,vt dixi,Domino significari: At quando necessarium sit noua facere fortalitia,scribit D.Thom.*in lib. 2.de regimine Princip.cap.11.*

CAP. XXXV.

In quibus consistat suprema Iurisdictio.

SVMMARIA.

1 *Samuel composuit librum de concernentibus maiestatem Principis.*
2 *Regum iura in quibus putarunt consistere aliqui.*
3 *Regibus an sit data potestas* in I.lib.Regum,cap.8.
4 *Lex nulla an possit confirmari consensu recipientium.*
5 *Regnandi potestas legitima vbi probetur in sacra scriptura.*
6 *Verbum* Misepatim *positum circa potestatem Regum quid significet.*
7 *Potestas suprema Principum consistit in mero Imperio, & in quibus aliis.*
8 *Principes inferiores non posse statuere contra ius commune.*
9 *Principes Italiæ vtuntur plenitudine potestatis.*

SAmuel † cum cōsecrasset Saulem Regem electum 1
iussu Dei,O.M.composuit librū circa concernentia maiestatem Principis: Sed Hebræi scribunt Reges successores concremasse,vt sine lege tyrānidem exercerent in subditos,&ideo decipitur Philippus Melanchton hæreticus ab Ecclesia reprobatus, putans iura
† Re-

Regum consistere in iis, quæ scripta sunt in sacra scriptura *in 1.lib.Reg.c.8.* Vbi Samuel referens verba Domini ad populum, qui Regem petierat, ait.

3 *Hoc erit ius Regis,† qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites & præcursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum, & curruum suorum. Filias quoque vestras faciet vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui, Et clamabitis in die illa à facie Dei vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis Regem. Noluit autem populus audire vocem Samuelis, & dixerunt, nequaquam: Rex erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.*

Addunt alij hanc esse legitimam Regum potestatem, ex consensu recipientium hanc legem † confirmante, qui prout verba sonant, se obligarunt; indignus enim libertate est, qui se subiecit sponte seruituti, *l.3.ff.quib.ad libert.proclam.non lic.* Sicut Iudæi crucifigentes Christum, institerunt se nolle alium Regē, quàm Cæsarem, implorantes pœnam super se, & super filios, ac posteros suos.

4

Alij interpretantur hanc legem de regno proposito in casu necessitatis, vt possit Princeps eo casu & personis, & bonis vti subditorum, non tamen abuti, sed ad communem vtilitatem.

Rectius intelligunt cæteri de his quæ facturi sunt Reges abutentes potestate, non lege regnandi legiti-

5 ma: Nam illa lex legitima † data erat, *Deut.c.17.* alioqui loca essent de directo contraria, & secundum hæc verba Samuelis non esset regere populū, non ordinare Rempublicam, sed destruere Regni formam, si om-

6 nia ex arbitrio licerent: Ideo verbum *Misipatim* † positum *in d.c.8 lib.1.Regum,* non significat rationes, vel priuilegia, sed mores, & consuetudines Regum, quas obseruant, aliter idem Samuel mentiretur, cū reddiderit rationem de omni opere sibi imposito; *Quis, ait, erit inter vos, qui possit me accusare: accepisse aurum, vel munus?* Ideo cum decem tribus ex Dei permissione separatæ essent à Regno Ieroboam, ille Rex non aliter fuisset à Deo punitus, quod tributis noluisset opprimere populum, *3.lib.Reg.c.12.* Item cùm fuisset Dauid punitus ob numeratum populum Israël, & Iuda, cuius ratione & multitudo septuaginta milliū hominum in tribus diebus peste sublata est ab Angelo, *2.li.Reg.c.5.*

Quare melius Doctores nostri videntur interpretari hanc supremam Principum Iurisdictionem cōsi-

7 stere in mero † Imperio, quia possunt leges condere, & magistratus creare, pœnas & cōfiscationes bonorū delinquentib. indicere, noua vectigalia instituere, collectas imponere, monetas cudere, tabelliones creare, illegitimè natos in suo statu restituere, vltimas appellationes cognoscere, & omnia facere de plenitudine potestatis, quæ volunt Bal. *in c.1.in vlt.nor.quæ sint regal.* Afflict. *in Rubric.n.68.& seq.* Felyn. *in c.cum nobis, n.5.de præscript.* Iacobin. *in sua inuestiture, in princip.vers.dubitatur.* Bart. *in l.omnes populi in 4.q. primæ quæst.principalis, ff.de iust.& iur.* Alex. Ang. & Ias. *in l.5.in princip. ff.de verb.oblig.* Roland. *in cons.4.in 1.dub.vol.3.* Crauett. *in cons.135.* Alex. *in cons.124.vol.4.*

8 Et licet multi Doctores teneant inferiores † Principes non posse statuere contra ius commune, quos refert Natt. *in cons.179.* quia plenitudinem potestatis nō habent, ideo non possunt ea abuti, neque ius tertij auferre, Alberic. *in l.quoties.C.de precib.Imperat.offerend.* & ibi Castrens. dicit se ita consuluisse tempore Pandulphi de Malatestis, qui fuit Dominus Bergomi, & Ias. *in l.2.C.de precib.Imperat.offerend.* idem dixit, de Duce Mediolani, quia dependet ab Imperio, ideo nō est absolutus, & supremus dominus, & in quondam Duce Ferrariæ, qui dependebat ab Ecclesia, idem consuluit Dec. *in cons.373.n.15.* Restaur. Castald. *in tract.de Imperatore, q.110.col.2.* Et idem dixit de Duce Vrbini, Socin. iun. *in cons.69.n.63.vol.1.* Ruyn. *in consi.23.n.13.vol.2.* Natt. *in d.consi.179.n.15.*

Tamen ista opinio displicet Ducibus, Marchionibus & Comitibus erectis à supremis Dominis Imperatore, & Papa, qui de consuetudine vtuntur in eorum statibus † plenitudine potestatis, vt de omnibus Dominis Lombardiæ scribit Bald. *in consi 267.ad euidentiam.vol.1.* vbi dicit, omnes Dominos Lombardiæ de consuetudine vsuali ponere hanc clausulam, & de plenitudine potestatis, atq; esse in quasi possessione verbi, & facti, ideò credunt multi eos sic posse facere; nam vt dicit Natta *in d.cons.179.nu.15.* non esse verisimile quod falsa voce vterentur, & ita dicit Castrens. *in d.l. quoties.C.de precib.Imperator.offerend.* 9

Et quod cæteri Domini Principes Italiæ eadem vtantur potestate, scripserunt Bald. *in consi.456.n.5.vol.5.* Ias. *in cons.101.vol.3.* Alex. *in cons.1.num.31.vol.5.& in consi.11.n.9.vol.7.* Roland. qui multos refert, *in cons.fin. n.45.& 95.vol.4.* Socin. iun. *in cons.60.n.7.vol.4.* Natta *in cons.402.n.19.* Et hanc opinionem videtur amplecti Rota Vrbis, vt per Mohedan. *in decis.45.* sub titulo de maioritate & obedientia; omnes, inquit, Principes Italiæ esse in quasi possessione vtendi hac clausula de plenitudine potestatis.

Videamus igitur de singulis partibus huius supremę Iurisdictionis.

CAP. XXXVI.

An merum Imperium sit effectus supremæ Iurisdictionis.

SVMMARIA.

1 *Merum imperium quid sit, secundum Bartolum.*
2 *Legis condendæ potestas est meri imperij.*
3 *Accusationes, & inquisitiones non fiunt mero iudicis officio.*
4 *Iudex non prosequitur accusationem post mortem accusatoris.*
5 *Lex aliquando fit ad publicam, aliquando ad priuatam vtilitatem.*
6 *Merum imperium quid sit secundum Alciatum.*
7 *Principis nomine quid contineatur.*
8 *Gladij potestas accipitur pro pœna.*
9 *Merum imperium, quare dicatur merum.*
10 *L.imperium, ff.de iurisd.om.iudic. explicatur.*
11 *Merum imperium consistit in ciuilibus, & criminalib.*
12 *Iudex non habet liberum arbitriū in pœnis statuendis.*
13 *Legatus proconsulis non habet merum imperium.*
14 *Merum imperium nullus magistratus habuit Romæ ante Imperatores.*
15 *Iudicibus sorte electis per populum Romanum, quæ tabulæ obsignabantur.*
16 *Sententia quomodo præferebatur à iudicibus tempore populi Romani.*
17 *Pœna exprimebatur in sententia populi Romani.*
18 *Animaduertere, significat executione absq; cognitione.*

 19 Con-

19 *Consules non habuerunt executionem potestatis.*
20 Potestatis *verbum significat executionem.*
21 *Merum imperium quid sit.*
22 *Merum dicitur quod purum & simplex.*
23 *Magistratus quando inceperunt imponere pœnas secundum eorum conscientiam & æquitatem.*
24 *Merum imperium an pertineat ad solum Principem, vel ad alios magistratus.*
25 *Magistratus quoties vtitur mero Imperio.*
26 *Executio sententiæ criminalis, & sententiæ ciuilis est meri Imperij.*
27 *Meri imperij definitio non datur*, in d.l. imperium. ff.de iurisdict.om.iud.

TRactaturi de singulis effectibus supremæ potentiæ, in primis videamus an cõsistat in mero imperio, & certè si Bartolo credimus, in sequenti Petrum
1 non videtur, siquidem dum merum † hoc imperium diffiniunt, *in l.imperium, n.6.ff.de iurisdict.om.iudic.* Est inquit Iurisdictio, quæ iudicis officio nobilis expeditur, vel per accusationem, publicam vtilitatem respiciens principaliter. Sed hæc Bartoli definitio stare nõ
2 potest, quia ibidem ipse fatetur sub *nu.*8. legis † condendæ potestatem esse meri imperij, imò maximi, & hoc solis Principibus, Senatui, & Præfecto Prætorio concessum esse, *l.humanum.C.de legib.l.non ambigitur. ff.de iurisdict.om.iudic. l.1.ff.de constit.Princip. l.forma. ff.de offic.præfect.prætor.* Sed Princeps iudicis officio nõ fungitur, neque principis auctoritas in sanciendis legibus, iudicis iurisdictio nominatur: præterea non licet iudici ex officio suo coercere delinquentes, nec
3 per inquisitionem † vt exemplificat Bart. *in d.l.Imperium, n.*10. per textum *in l.rescriptum.§.siquis.ff.de muner.& honorib.* nisi in certis casib. Bart. *in l.2.§.in publico.ff.ad l.Iul.de adulter.* ergo falsò dicitur accusationes fieri mero iudicis officio. Item si post accusationem
4 † decederet accusator, non licebit iudici propositam accusationem prosequi, & nomen rei aboletur, *l.libellorum.§.si accusator.ff.de accusationib.* quia accusatio est ius residens in persona partis, illi competens ad similitudinem actionis, *l.1. ff.de crimine stellionat. l.1. C. quando ciuil.actio criminal.præiud.*

Neque hoc officium potest publicam vtilitatem respicere, cuius rei exemplum ponit Bart. ibidem *n.*8.
5 vt legem condere, quia non semper fit lex † ad publicam vtilitatem, sed multoties ad priuatam: Non enim *l.1.ff.de ædilit.edict.* neque *l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verb.oblig.* publicam vtilitatem respicere possunt, cùm contra *d.l.*1. pacisci liceat, & contra ea quæ sunt iuris publici non licet, *l.iurisgentium.§.si paciscar.ff.de pact.* & omnis stipulatio inuenta est, vt quod sua interest consequi possit. Item absolutio est de mero imperio, *l.solent.ff.de offic.proconsul.* & tamen respicit priuatam vtilitatem, & vtilitas publica venit in consequentiam, *c.cùm inter. de exceptionib.* Ideo non consideratur, vt notatur per Bart. & alios *in l.1.ff.solut.matrimon.* Et licet diuersis modis Doctores conentur saluare Bartolum *in d.l.imperium.* tamen negari non potest in veritate, quin hæc eius definitio de mero Imperio data, illi conuenire possit, & ideo fatendum sit in hoc articulo negatiuam partem esse falsam.

6 Sed ex definitione Alciati, quam de mero Imperio scribit, videtur affirmatiua vera, vt solius Principis sit merum imperium: Sic enim dicit est habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, vt ait Vlpian. *in d.l.imperium*, ergo priuati nõ est, sed publica est potestas, vel ex cõsilio Reipublicæ, vel alias legitimè imperantium. Vnde D.August. *in li.22. contra Faustum Manichæum c.*70. relatus Gratiano *in c. ille gladium 23.q.4.* Principis † nomine ait contineri 7
nõ solum monarchiã, sed etiam democratiam, vel aristocratiam, vel mixtam administrationem. Sed hanc Imperij definitionem, aliter Alciat. explicat, quam Vlpianus intellexerit: ait enim *in lib.2. paradox.c.*8. hunc gladium † non simpliciter pro telo accipi, sed pro quacunque pœna, qua reus puniendus est, & *in l.potestatis.ff.de verb.signific.* imperium merum, inquit, in acquisitionibus consistit, & ibidem dicit, Imperium merum nihil aliud est, quàm potestas animaduertendi in facinorosos homines: dicit autem merum, † quasi liberum, quia cùm delicta ex variis causis vel aggrauetur, vel eleuetur, in arbitrio iudicis residet, quam pœnam velit irrogare, hanc opinionem sequitur etiã Zasius & Salamonius *in l.1. ff.de offic. eius cui mandata est iurisdict.* sic intelligendo *d.l.imperium.* 8 9

Sed alia est intelligentia *d.l.imperium.* † Primò quia 10
merum imperium non magis potest significare exercitium causarum ciuilium, quàm criminalium, siquidẽ imperium † etiam in adoptionibus versatur, *l.1.ff.de adopt.* Item in omnium causarum etiam ciuilium executionibus, *l.& si prætor.ff.de iurisdict.om.iudic.* Item in honorum possessione, *l.iubere cauere.ff.eo.tit.* in quib. nullus locus est gladij potestatis. Item consules habẽt imperium, *l.2.ff.de in ius vocand.* & tamen non habent hanc animaduersionem, *l.1.ff.de offic.consul.* Et licet Vlpian. dicat, merum imperium est habere gladij potestatem ad animaduertendum: non tamen sequitur; ergo hoc est merum imperium, probatur consequentia multis similibus. Nam virtus est vitium fugere, & tamen vox virtutis id non significat. Idem aliquid dicunt felicissimam vitam esse nihil sapere, & tamen vita non significat rerum ignorantiam. Item fortitudo est, mori pro patria, & tamen vox fortitudinis non denotat patriam. 11

Neque merum significat liberum, vt Alciato videtur, quia in pœnis statuendis iudex † non solum habet liberum arbitrium: pœnæ enim persecutio non committitur iudicis arbitrio, sed legis auctoritati reseruatur, *l.1.ff.ad Turpil.* durat igitur legum pœna *l.ordo.ff. de public.iudic.* licet cum aliquo temperamento seruãda sit, *l.respiciendum.ff.de pœnis*, & illa pœna iudicis arbitrio reseruatur, quæ legibus statuta non est, *l.pen.ff. de crimin.stelliona.* Secus si pœna legibus sit determinata, quam iudicem sequi opus est, *l.1.C.vbi de criminagi oport.* & dicit *l.1.ff.de offic.eius.* qui mandatam iurisdictionem suscepit, propriam nihil habet, sed eius, qui mandauit, iurisdictione vtitur, verius est enim more maiorum iurisdictionem transferri, sed merum imperium, quod lege datur, transire non posse. Ergo Papinianus concludit, delegatum proprium nihil habere, ex quo non habet merum imperium, sic igitur argumentor: Legatus † proconsulis mandatam iurisdictionem suscepit, *l.legati.ff.de offic.proconsul.* & tamen non habet merum imperium, antecedens probatur, quia antequam illi mandata sit, nulla est apud eum iurisdictio: probatur, quia rei non possunt apud eum accusari, *l.solet.ff.de offic.proconsul.* neque proconsul potest in eum ius gladij transferre, *d.l.legati.* neque legatus potest de causis criminalibus se intromittere, sed ad proconsulem remittere debet. *l.vnic. C.de offic.proconsul. & legat.& d.l.solut.eo.tit.* ergo non habet imperium non esse potestatem cognoscendi de causis criminalibus. 12 13

Sed quia resolutio præsentis articuli à definitione meri imperij depẽdet; ideo pro ipsius vera definitione habenda. Præsupponendum est, quod Romæ ante Imperatores non erat magistratus, † qui haberet 14 merum

merum imperium in ciues Romanos, Liuius *in lib.* 10. Cicer. *pro R. bir. perduell.* Salustius *in Catilin.* Neque habebant potestatem condemnandi eos qui virgis cederentur, post legem Portiam publicatam ad instantiam Catonis Maioris tribuni plebis, anno ab vrbe condita 454. per quam populus abstulit magistratibus talem auctoritatẽ, neque erat magistratus, qui habuisset facultatem iudicandi ciuem Romanum, si tractabatur de honore, aut delicto publico, Cicer. *pro domo sua, & pro R. bir. perduell.* quia Populus reseruauerat sibi cognitionem, eratque sic ordinatum à legibus, sacris appellatis. Ideo Cicero contrauenicns fuit exilio damnatus. & bona confiscata.

Sylla dictator publicauit leges publicorum iudiciorum, certusq; numerus magistratuum fuit institutus, nimirum prætorum, *l. 2. ff. de origin. iur.* Ipse autem deputabat commissarios pro homicidiis, & quibusdam aliis delictis magnis, Prætoribus autem instructiones datas transgredi non licebat, vt testatur Asconius *in commento ad Ciceronem*, & ipse idem Cic. *pro Cluentio, in Verrem.* Ex magno eorum numero, qui iudices creari merebantur, forte certus numerus extrahebatur, sic præcipiente lege iudiciali: Deinde coram toto populo proponebantur accusationes & defensiones, iudicibus
15 † autem sic forte electis, tres consignabantur diuersorum colorum tabulæ, in quarum vna descripta erat, A. litera, in altera autẽ C. in tertia denique duæ, nimirum N. L. & significabant, *Absoluo, Condemno, non liquet.* Mox in vase, altera ex tabellis reponebatur, & si numerus tabellarum C. signatarum maior apparuisset, Prætor purpurea veste ornatus aurea sella ascendebat, & coram toto populo pronunciabat, Reus parũ cauisse videtur, teste Festo, *in verbo Parum cauisse*, denotabant hæc verba, reum ignorasse cauere à fallen-
16 do. Aut sententiam † sub his verbis dicebat, Reus non iure fecisse videtur, aut reus videtur prouinciam spoliasse; sic modestè iudices condemnabãt, & statim pœnam legis exequebantur, condemnatus exulabat, quæstores fisco quærebant bona, & si reus non obedisset, Triumuir capitalis carceribus mancipabat: ex hac igitur forma condemnationis iudicũ, apparet ipsos fuisse legum simplices executores.

Verum si totus populus iudicasset, quod sæpissimè
17 agebat, pœna † exprimebatur in sententia, V. g. Si M. Posthumus ante Kalendas Maias non prodisset, neque excusatus esset, videri eum exilio esse, ipsi aqua, & igni placere interdici. Hæc autem non erat pœna legis, sed pœna populi: Hæc forma condemnandi durauit apud Romanam Rempublicam, vsque quo Monarchia facta fuerit, ideo Papinianus *in l. 1. ff. de officio eius cui.* dicit, quæcunque specialiter, &c. & paulo post dicit, & ideo videntur errare magistratus, qui cùm publici iudicij habebant exercitionem lege, vel senatusconsulto delegatam, &c. quasi diceret, quod habentes supremam potestatem, reseruauerunt sibi merũ imperium, cuius executionem ex speciali lege dederunt magistratibus.

Id etiam probatur *in l. imperium ff. de iurisdict. omn. iudic.* ibi imperium merum est habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur, &c. animaduertere
18 † autem executionem significat, *l. aut damnum § 1. ff. de pœnis*, vita adimitur, nimirum si damnatur aliquis, vt gladio in eum animaduertatur: & paulo infra, sed animaduerti oportet gladio, non securi, &c. causæ cognitio nõ fit gladio, vel securi, ergo de executione intelligendum est. Item *l. non dubito, in fin. ff. de captiu. vers. at si fiunt apud nos rei ex fœderatis ciuitatibus, & in eos damnatos animaduertimus, &c.* sed in damnatos nõ amplius causæ cognitio, sed executio tantùm adhibetur. Item *l. respiciendum. § fin. ff. de pœnis*, capitis pœna est vel bestiis obiici, vel similes pœnas pati, vel animaduerti. Item *l. si quid erit. ff. de offic. procons.* de legato loquens, ait: Neque enim animaduertendi, coërcendi, vel atrociter verberandi ius habet.

Præterea *in l. 2. § exactis. ff. de origin. iur.* Pomponius testatur, summum ius penes consules † fuisse, quia et- 19
iam de capite ciuis Romani sententiam ferre poterant. Nec legitur eos habuisse summam potestatem quæ propriè executionem denotat, quia iniussu populi animaduertere, id est, sententiam exequi non poterant. Deinde ait, maioris potestatis magistratus (nimirum dictator) creatus est, qui capitis sententiã exequi poterat iniussu populi, & ideo Dictatorem maiorem potestatem habuisse, quam consules traditur. Itẽ *l. si quis missus. ff. ne vis fiat ei, qui in possess. miss.* ait, si quis missus fuerit in possessionem fideicommissi seruandi causa, & non admittatur, potestate eius inducendus est in possessionem, qui eum misit; ergo *potestatis*
† verbum executionem denotat, & paulo infra; Præ- 20
tores, inquit, ipso iure suæ potestatis exequi oportere decretum suum, nonnunquam etiam per manum militarem. Item *l. lege Iulia. ff. ad l. Iul. de vi public.* Lege Iulia de vi publica tenetur, qui cùm imperium potestatémve haberet, ciuem Romanum aduersus prouocationem necauerit, verberauerit, &c. ergo *potestatis* verbum executionem denotat. Denique potestas ideo Populo data esse dicitur, quia eorum omnium, quę publicè agenda essent, quæque senatus decreuisset, executio illi data est, teste Liuio *in lib. 1.* Cùm, inquit, vita functo Romulo, certamen regni, ac cupido animos vexaret patrum, regnumq; iam occupassent ipsi: plebs autem fremeret multiplicatam seruitutem, centumq; pro vno dominos factos esse, visque tum patribus à plebe, tum ciuitati ab exteris timeretur, &c. & paulo infra, cùm sensisset ea moueri patres, offerendũ vltro rati, quod amissuri erant, ita gratiam ineunt, summa potestate populo permissa, &c.

Ex his igitur patet, quid sit meri imperij definitio: Est nimirum † imperiũ nulli iurisdictioni coniunctũ, 21
id est, nullam admittens causæ cognitionem, vel exercitium, quæ propriè ad iurisdictionem pertinent.

Dicitur enim merum, † id est, solum, & purum, Ias. 22
in d. l. imperium, quod purum & simplex est, ac cũ nullo alio mixtum, sic stipulatio dicitur continere merũ factum, in quo nulla datio versatur, *l. qui res. § mihi; Romæ. ff. de solutionib.* vt Insulam ædificari: Item merũ ius gentium, *l. bona fides. ff. depositi.* quod cum præceptis ciuilibus non est coniunctum: Item actionem meram pœnam continere dicimus, *§ ex maleficiis, Instit. de actionib.* quæ nullam rei persecutionem, sed solùm maleficij pœnam continet, qualis est actio furti. Itẽ quædam stipulatio ex mero iudicis officio proficiscitur, *l. 5. ff. de verb. oblig. & Instit. de diuis. stipulat. in prin.* Zasius *in l. 1. ff. de iurisd. om. iud.* merum imperium, id est, absolutum putat, ergo in solo Principe residere, concludendum videtur.

Sed quia varia sequebantur incommoda, cùm omnes delinquentes æqualiter punirentur pro vno, eodémque delicto; ideo visum est, certos creare magistratus, † qui iuxta eorum conscientiam & æquitatem, 23
pœnas augere ac diminuere, æqualiter potuissent. Augustus ordinauit licere iudici parcere fraudi aliorum oberrantibus, teste Suetonio in vita Augusti. Mox Imperatores delegabant vel senatui, vel maioribus magistratibus extraordinarium iudicium principalium

ciuium in delictis atrocissimis, & quod potuissent delinquentes punire ad eorum arbitrium, *l. 1. ff. ad SC. Turpillian.* Tacitus, & Tranquill. in Tiberio & Vespasiano. Item tempore Papiniani Imperator Seuerus dedit auctoritatem Capitaneo Iustitiæ vrbis Romæ cognoscendi extraordinariè de omnibus delictis, quæ committebantur in Vrbe, & circumcirca centum viginti milliaria, *l. 1. ff. de offic. præfect. vrb.* Item Gubernatores prouinciarum habebant merum & mixtũ imperium, *toto titulo. ff. de extraordin. criminib.* Et hodie magistratus possunt condemnare in quam pœnam volunt, *l. hodie. ff. de pœnis.*

24 Propterea opiniones † Lotharij, & Azonis, qui hanc disputarunt quæstionẽ coram Henrico Imperatore, & Lothario Principi applaudenti, qui iccirco lucratus est equum, sic possunt reduci ad concordiam, intelligendo Lotharij opinionem per totum tempus Reipublicæ Romanæ, Azonis autem in Monarchia.

Et considerando hæc nostra tempora, etiam potest sustineri meri Imperij definitio à nobis tradita. Nam
25 magistratus † vtitur mero imperio, quoties alicui aliquid iubet, quod omnino ab illo faciendum est, vt cũ alicui executionem facere iubet, ita vt nullam iurisdictionem, id est, causæ cognitionem admittat, sed mero iure, ac propria auctoritate, atque potestatis quodã iure vtens, quod accidit in executionib. sententiarum tam ciuilium, quàm criminalium, de criminalib. quidem probatur, *in l. si quis fortè. ff. de pœnis.* Si quis fortè, ne supplicio afficiatur, dicat habere, quod Principi referat, salutis ipsius causa, an ad ipsum remittendus sit, videndum est, & sunt plerique præsides tam timidi, vt etiam post sententiã de eo dictam, pœnam sustineant, id est, deferant; alij omnino non patiuntur quicquam tale allegantes: Nonnulli neque semper, neque vnquã remittunt, sed inquirunt quid sit, quod allegare Principi velint, quidque pro salute ipsius habeant dicere, propter quæ aut pœnam sustineant, aut non sustineãt, quod videtur habere meram rationem: Cæterum, inquit, mea fert opinio, prorsus eos non debuisse, posteaquam semel damnati sunt, audiri quicquid allegent, &c. Ergo cùm de executione criminalis sententiæ agitur, nulla causæ cognitio habenda est, etiam si de Principis salute proponatur. Idem habetur *in l. cũ reis. C. de pœnis. & in l. si operis. C. eod. titul. & in l. pœnam. C. eod. & l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudic.*

26 Quare dicimus executionem † sententiæ criminalis esse meri imperij, Imperij quidem, quia post sententiã condemnationis latam; quæ nullum imperium continet, sequitur magistratus imperium, id est, iussus executionem continens, I lictor, liga manus, & pedes, ad supplicium damnatum ducito, in eum animaduertito, lege agito: Meri verò est, secundum dictam definitionem, quia iudex nullam admittit causæ cognitionem, nullam allegationem, etiam si de vita Principis allegetur, non solum vt executio in totum fiat, sed vt ne differatur quidem. *d. l. si quis fortè. ff. de pœnis.* Licet in iure sint certi casus speciales, in quibus executio sententiæ criminalis, aut vitari, aut differri possit.

Ita in ciuilibus executionẽ sententiæ meri imperij esse dicimus, Imperij quidem eadem ratione, qua iubetur, cui omnino parendum est: Meri verò, quia in ea nulla causæ cognitio, nulla iurisdictio admittitur, de quo in *l. si se non obtulit. §. ait prætor. ff. de re iudic.*

27 Neque *in d. l. imperium.* † *ff. de iurisdict. om. iudic.* Vlpianus dat definitionem meri imperij; prout satis doctè aduertit Ioan. Gilottus *in tractatu de iurisdictione, & imperio, parte 2. c. 8.* Sed cùm dicat, merum imperiũ est habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, similis, ait, est locutio, cùm dicitur fortitudo est pro patria mori, sed non in eo solo versari fortitudinem, dicendum est, & ideo non est fortitudinis definitio, *l. 1. §. dolum. ff. de dolo.* Ita etiam *in d. l. imperium*, declaratur quid sit mixtum imperiũ, cùm ait, mixtum imperium est, cui inest iurisdictio, sic & iurisdictio: nam in Pandectis Florentinis legitur, Iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia, & dictio *etiam* apertè declarat, non tantùm mixtum imperium esse, cui iurisdictio inest, sed aliud quippiam: nam dictio *etiam* auget significationem, *l. ea tamen, de legat. 3.* Ruyn. *in consi. 89. num. 4. vol. 1.* Quare si neque mixtum imperium, neque iurisdictio ibi definitur, neque etiam merum imperium definiri concludendum est.

CAP. XXXVII.

An condere leges sit effectus supremæ Iurisdictionis.

SVMMARIA.

1 *Meri Imperij in sex gradus diuisio communis reprobatur.*
2 *Leges condere an sit effectus supremæ potentiæ.*
3 *Leges Solonis & Lycurgi cur appellentur à Populis, qui dederunt facultatem.*
4 *Lex quomodo est condenda.*
5 *Iustinianus fuit literarum ignarus.*

MEri † Imperij gradus varij à Doctoribus numerantur: Alij tres: Alij quatuor: Alij sex, vt Bartol. 1
quem omnes ferè sequuntur, præsertim Gulielmus Lauracenus, qui integro tractatu, quem de gradibus iurisdictionis conscripsit, eos exposuit: Isti gradus sic ab eis nominantur, nimirum Maximus, vt leges condere: Maior, vt punire capite; Magnus, vt damnare ad effodiendum metallum: Paruus, vt deportationis, & relegationis pœna; Minor, vt modica coërcitio, quæ est propria cuiuslibet magistratus, quia nulla iurisdictio sine ea consistere potest; & Minimus, id est, leuis multa, id est, pœna pecuniaria. Totidem gradus excogitauit Bartolus de mixto imperio: sed ista distinctio iure non probatur; licet enim certi magistratus maius imperium habere dicantur, *l. iudicium. ff. de iudic. l. 4. ff. de offic. præsid.* tamen impossibile est, hãc diuisionem in sex partes concludere, & erubescimus sine lege loqui, *l. illam. C. de collation.* sic illam impugnat Gilottus *in tract. de iurisdiction. & imperio li. 1. c. 4.* & Ludouicus Carbonius *in tract. de legib. li. 11. disput. 10.*

Sed videamus de primo, vtrũ condere leges † sit effectus supremę potentię: veritas est pro parte affirmatiua: sic respondet textus *in l. fi. C. de legib.* Quam legem intelligo: Primò, vt det legem omnibus, in vniuersali, & singulis in particulari: Item sine consensu maiorum, vel parium, vel minorum: nam si maiorum consensu opus esset, subditus diceretur: si paris, non esset supremus, sed imperij consors: si minoris, esset senatus, neq; supremus appellandus esset. Item intelligo adeo condendarum legum potentiam esse propriam supremi Principis, vt neq; subditis sit communicabilis, & licet supremus Princeps aliquãdo cõmunicauerit, eodẽ modo, ac si ipse condidisset, vt populus Atheniensiũ concessit Soloni, † Lacedæmones cõcesserũt Lycurgo: Isti tamen erãt Cõmissarij, siue procuratores illorum populorũ, legésq; ipsæ intelliguntur eorũ, qui facultatem 2 3

con-

concesserunt, nimirum leges Athenienſium, legesque Lacedæmoniorum: Nisi dicamus in rebus duntaxat publicis Aristocraticis, & Popularibus hoc euenire, quarum proprium est præstare auctoritatem, teste Liuio: Totus, ait, populus fuit congregatus ad præstandum auctoritatem legibus duodecim tabularum collectis ab illis decem viris, ad id deputatis.

4 Item intelligo concedere † legē proponere, & promulgare quod ab omnibus in generali, & singulis in particulari obseruari debet, quod sine iurisdictione & dominio fieri nequit, & ideo præcipiendo, & si opus est cogendo vi & potestate, efficaciter inquam ordinando, vt quæ pro communi bono sancita sunt, ab omnibus seruentur. Neque obstat, supremos Principes vt plurimum esse literarum ignaros, neque eam habere scientiam quæ ad optimas leges promulgandas est necessaria: quod licet multis exemplis possit de-
5 monstrari: specialiter tamen de Iustiniano † totius legalis nostræ scientiæ promulgatore legitur, quod fuerit sine literis, & sine musis: quia possunt cōsulere doctos, quod attinet ad legem sanciendam per modum doctrinæ, quod verò pertinet ad ordinationem, doctrina non eget, & hoc est proprium supremæ potentiæ.

CAP. XXXVIII.

De ratione condendarum Constitutionum, etiam sub pœna excommunicationis.

S V M M A R I A.

1 *Leges debent esse iustæ.*
2 *Legis æternæ descriptio, & nu. 8. & nu. 11.*
3 *Legi æternæ quomodo conueniat promulgatio.*
4 *Lex Euangelica obligat etiam ignorantes.*
5 *Lex æterna quot modis dicatur venisse in notitiam creaturarum.*
6 *Legem æternam dari, quomodo probetur.*
7 *Lex æterna à quibus philosophis fuerit cognita.*
9 *Legem æternam non esse diuinæ mentis idæam, nec prouidentiam.*
10 *Lex æterna quomodo attribuatur tribus personis diuinis.*
12 *Lex diuina quomodo manat à lege æterna.*
13 *Lex naturalis immediatè prouenit à lege æterna.*
14 *Princeps condendo legem non potest derogare iuri naturali.*
15 *Præcepta iuris naturalis prouenientia à lege æterna quot sint.*
16 *Præcepta omnia decalogi, reduci ad dilectionem Dei, & proximi.*
17 *Præceptis decalogi quæ præcepta moralia superaddita fuerint per sapientes.*
18 *Lex humana quomodo dependentiam habeat à lege æterna.*
19 *Leges & tituli ciuilis iurisprudentiæ quomodo dependeant à præceptis diuinis, singulariter demōstratur.*
20 *Leges iniquæ an condi possint.*
21 *Legis condendæ tria præcepta præcipuè obseruanda.*
22 *Leges quare sunt diuersæ in diuersis locis.*
23 *Lex debet esse secundum mores patriæ.*
24 c. omnes, distinct. 1. *intelligentia.*
25 *Princeps extraneus semper debet esse moribus patriæ conformis.*
26 *Lex quare debet respicere vtilitatem communem.*
27 *Leges conditas errare peius est, quàm hominem interficere.*
28 *Lex debet promulgari cum maxima consideratione.*
29 *Pœna per legem quando sit exasperanda.*
30 *Sponsiones, quas excommissas vocant, iustè sunt prohibitæ sub pœna excommunicationis.*
31 *Excommunicationis pœna quando non sit inferenda.*
32 *Episcopus potest delinquentes in sua diœcesi punire pœna pecuniaria.*
33 *Culpa quando sit punienda in paucis.*
34 *Excommunicationem an incurrat ignorans constitutionem sub hac pœna.*

VEh qui cōdunt leges † iniquas, Isaiæ *c.* 10. Est au- 1
tem iniqua lex, quæ non immediatè emanat à lege æterna, vt ait D. August. *in li. 1. de liber. arbitrio, c. 6.* In temporali lege nihil potest dici iustum, ac rectum, quod homines à lege æterna non sibi deriuauerint: operæpretium est igitur in ratione legis cōdendę, quid
æterna † lex sit, definire. Cùm Deus ab omni æternita- 2
te mundum creare studuerit, ab eadem æternitate, tanquam artifex per intellectū ordinauit omnia, quæ esset facturus; neque enim potentia illa infinita, quæ vocat ea quæ non sunt, sicut ea quæ sunt, rerum temporalium expetat existentiam: Hæc igitur rerum ratio in mente æterna existens, dicitur lex æterna, quæ ab eadem æternitate, & verbo, & scripto promulgata fuit; Verbo quidē diuino, quo Deus omnia dicendo enunciauit: scripto autem, quia fuit scripta in libro vitæ.
Sed quomodo huic legi † conueniat promulgatio, 3
notandum est quod in legis promulgatione duo considerantur, nimirum loquela, quæ manifestat legislatoris ordinationem, & auditum eorum, quibus lex manifestatur: Hoc secundum non requiritur per se ad legis naturam, quoniam lex habet suum effectum, etiam respectu eorum, qui eā non audierunt, vt patet de lege
† Euangelica, quæ eos etiam obligat, ad quos notitia 4
ipsius non peruenit, sed primum omnino necessarium est: Ergo lex æterna fuit manifestata & promulgata ab æterno per diuinam loquutionem, sed fuit exaudita in tempore, quoniam cùm Deus pater genuit Verbū, tunc dixit omnia, quæ in sua mente conceperat, & ordinauerat.

Hic est aduertendum, duo esse inter se diuersa, *intelligere, & loqui,* siquidem intelligere est aliquid mente concipere, loqui verò est exprimere, & rem conceptam proferre, & enunciare: Deus simul, & semel vtrumque præstat, & ita intelligendo exprimit; ergo Dei mens concipiendo, verbum bonum eructauit, & ad hunc modum Angeli dicuntur loqui, quia intelligendo exprimunt, concludamus igitur Deum ab æterno loquutum fuisse, licet eius vox à creaturis, quæ non adhuc existerent, exaudita non fuerit.

Sed hæc æterni numinis † ordinatio, duobus modis
in creaturarū notitiam venisse dicitur: Primò, quātum 5
ad effectum, prout Deus dat rebus creatis vim & facultatem, per quam exequantur quæ à Deo sunt ordinata, quæ vis est loco verborum, siue auditus, vt sicut se habet auditus in famulo respectu domini, ita vires, siue facultates in rebus à Deo creatis: quia ergo Deus, æterna lege, ordinauit, vt ignis sursum versus tēderet, ei leuitatem tribuit, per quam ascenderet, & Dei voluntatem atque præceptum exequitur.

Altero etiam modo fuit manifestata æterna illa Dei ratio per auditum & cognitionem illius, & hoc modo soli creaturæ rationis participi innotuit: Hæc autem creatura duplici modo Dei legem cognoscit, vel ipsum & Legislatorem audiendo, & hoc modo beati spiritus in cœlo diuinā naturam intuentes Dei ordinationem audire dicuntur, vnde D. August. *in lib. 9. de*

*ciuit.Dei,c.22.*dicit, Angeli in æternis,& immutabilibus legibus præuident rerum mutationes, & Dei volũtatem in ipsis legibus immutabilibus Dei, vel quasi per intermedium nuntium, & præconem, & hoc pacto peruenit ad hominem, idque tribus modis, primò per lumen naturale humanis mentibus inditum, iuxta illud *Psalm.* 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Deinde per lumen fidei. Postremò per humanam ratiocinationem.

6 Ex his igitur clarè apparet, quod detur ista lex † æterna, siue ordinatio rerum in mente diuina, idq; probatur etiam locis sacræ scripturæ, *Prou.c.*8.*Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. Meum est consilium, & æquitas, mea est prudentia: Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Quando præparabat cœlos aderam, quando certa lege, & gyro vallabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum, quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transiret fines suos.* Et *Psal.*118. *Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt, statuit ea in æternum, & in seculum seculi, præceptum posuit, & non præteribit.* & per totum *Psal.*103.

Et confirmari potest (quantum valeat) humana auctoritate. Nam & Plato docuit dari quandam legem

7 † diuinam, quã prouidentiam vocat, vt adnotauit Marsilius Ficinus in argumento in Minoem, & Cicero *in l.de legib.* de hac etiam lege auctoritate sapientissimorum hominum loquutus est: Neque enim, inquit, esse mens diuina sine ratione potest, nec ratio diuina, non hanc vim in rectis prauisq; sanciendis habet. Item D. Aug. in variis locis de hac lege meminit, eamque descripsit, Clementis Alexandrini *in 5.libro stromatum*, Theodoreti *li. 6.de curandis Græcanicis affect.* & Eusebij Cæsariensis *in li.6.de præparatione Euangelica.*

Ista igitur Dei ordinatio iure merito dicitur æterna, quia est actus diuinæ mentis, & est idem re cum essentia diuina, quę est omnino inde pendens, & æterna: ergo & ipsa lex. Item quia est immutabilis, & infallibilis, quia est idem cum ipso Deo, Deus enim nullam suscipit mutationem, & vicissitudinem, vt Iacobus ait *c.*1. ideo dicere potuit, ego Deus, & non mutor.

8 Describitur autem lex † æterna à D. August. contra Faustum. Est summa ratio, vel voluntas Dei, ordinem naturæ conseruari præcipiens, & dissipari vetans. Idem Aug. *in lib.de libero arbitr.c.6.* aliter defin. Lex æterna est summa ratio in Deo existens, cui semper est obtẽperandum. Et hoc est quod Cicero de legis naturæ ortu loquendo ita scripsit. Legem neque hominũ ingeniis excogitatam, neque scitum aliquod esse populorum, sed æternum quiddam, quod vniuersum mundum regeret imperandi, prohibendique sapientiã: Ita principem legem illam & vltimam mentem esse dicebant, omnia ratione aut vetantis, aut cogentis Dei, ex qua illa lex, quam Dij humano generi dederunt, rectè data est, &c. & paulo infra, concludendo ait, quamobrem lex verò, atque princeps, apta ad iubendum, & vetandum ratio recta est summi Iouis. Cùm itaque Deus sit rerum omnium opifex, & gubernator, hinc est, vt ad modum artificis & gubernatoris se habeat; sed artifex antequam quicquam agat, rei agendæ sibi format idæam, & gubernator omnia prius rectè disponit, & ordinat, vt facta ordinatione, omnia aptè, & cum sapientia administret: Ita in Deo erit quædam rerum agendarum & gubernandarum ratio, quæ vt respicit res procreandas dicitur idæa, vt verò easdem res gubernandas spectat dicitur lex æterna.

Hæc lex æterna duobus modis considerari potest, vel ex parte principij, & finis, & sub hac ratione est vna, cùm eius finis & principium sit Deus: diuina enim mens & voluntas ordinat omnia, quæ facienda sunt, & quidem propter se, vt ait sapiens *Prouerb.c.*16. Vel ratione eorum, quæ sub lege continentur, & sub hac ratione non est vna, sed multiplex, cùm multa sint, quæ ab eo ordinantur, ideò dicitur *Prouerb.c.*8. cum eo erã cuncta componens, &c. Et quoniam finis habet rationem formæ, & ea quæ sunt ad finem habent rationem materiæ, ideo lex æterna magis dicenda erit vna, quàm multiplex.

Ex his inferuntur multa. Primum quod mens æterna † non est ea mentis diuinæ ratio, quæ dicitur Idæa, 9
cùm aliud sit rem efficere, & eã gubernare, alia sit ratio rerum efficiendarum, quæ dicitur idæa, alia gubernandarum, quæ vocatur lex æterna. Item lex æterna non est idem quod prouidentia, quin prouidentia est veluti effectus æternæ legis, & ita dicere possumus Deum lege æterna nobis prouidere. Idem quod lex æterna satis differt ab aliis legibus, primò quia alię leges sunt in legislatore non solùm vt in ordinante, sed etiam vt in ordinato, quia legislatores etiam suas debent seruare leges, sed lex æterna est in Deo, vt in ordinante, quia non dirigitur ab ea. Item lex æterna non est lex lata, sed ferens: non impressa, sed imprimens: nõ participatio alterius, sed omnium aliarum origo. Item omnes leges ab æterna emanant, sed lex æterna est independens. Item legi æternæ omnia subduntur, sed ipsa nulli. Item lex æterna est attributum diuinę naturæ, à qua sola ratione distinguitur, nõ autem personę, quia hæc lex est ordinatio quædam diuinæ mentis, sed ordinare & disponere est actus totius diuinitatis, ergo: Item huius legis effectus est imperare, & habere prouidentiam est à tota trinitate, cùm sit effectus ad extra, ergo & illa ratio, vnde effectus dimanat.

Item infertur quod lex æterna † ob diuersas rationes potest attribui tribus personis diuinis; nam ad legem constituendam tria conueniunt, auctoritas siue potestas, veritas, & rectitudo, ratione primi attribuitur patri, ratione secundi filio, ratione tertij spiritui S. quia debet esse vtilis, & sancta. Verum quadam priuata ratione magis attribuitur filio ratione sapientiæ, & promulgationis, cùm lex proximè à sapientia dimanet, & per verbum promulgetur. 10

Ex his concludo quod lex æterna est summa ratio in Deo existens, sed talis ratio quæ necessitatem includit, vt excludatur diuinorum consiliorum æterna ordinatio, quæ libera est, & hæc definitio patet ex dictis.

Aliter etiam describi potest. Lex æterna † est ordinatio, rationis in mente diuina, quæ omnes creaturas dirigit, & ordinat ad suos fines. 11

Modo videamus quomodo omnes leges participãt hanc legem æternam, à qua dimanant, & primò lex diuina † quã vocant positiuam manat à lege æterna, tanquam effectus quidam illius. Cùm enim Deus per lumẽ supernaturale, in nobis aliquid per se, aut per suos ministros loquitur, vt nos ad finem supernaturalem ducat, æternam legem nobis communicat, & notam facit, & hæc notitia pertinet ad legem diuinam: Vnde qui eam tanquam ministri nobis tradebant, sæpe repetebant: Hęc dicit dominus: quod si loquamur de lege diuina prout est in ipso Deo, non manat à lege æterna, à qua sola ratione differt, quia æterna secundùm suam rationem latius patet, ergo lex diuina participata ponenda est etiam in mente diuina. 12

Item

13 Item lex naturalis † immediatè prouenit à lege æterna, quod patet ex eiusdem D. Aug. verbis *in d. libr. 1. de liber. arbitr. cap. 6.* videlicet nihil est iustum, ac rectum, quod homines à lege ęterna non sibi deriuauerint, sed nullam aliam legem à Deo habuimus ab initio, nisi naturalem, ergo hoc ius naturale est, à quo homines in humanam legem sibi ius deriuauerunt. Item quia ab initio creationis hominis fuit ius naturale, *c. fi. §. 1. dist. 6. & §. singulorum. Inst. de rerum diu.* ergo ius naturale primum in homine dicitur lex æterna. Vnde Apostolus *ad Rom. c. 2.* dicit, cum gentes, quæ legem non habent, quæ legis sunt faciunt, ipsi sibimet sunt leges, dicit gl. quod non habent legem scriptam, habent tamen legem naturalem, quia quilibet intelligit, & sibi conscius est, quid sit bonum & malum. Et *Psal. 5.* dum Dauid loquebatur cum suis, dicit: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine:* quasi voluerit clarum naturæ lumen demonstrare, ac si dixisset, honestè viuite, quandoquidem particulam quandam sui ęterni luminis nobis communicauit, igniculosque quosdam indidit Deus, per quos quid agendum sit, nobis à natura videre licet, ac proinde nemo ignorantiam excuset. Hanc enim legem omnes à natura aliquantulum participant, in quantum ex impressione eius habent indignationes ad proprios actus & fines, sed homo excellentiori modo subiacet humanæ prouidentiæ, & ipsi participatur ratio æterna, per quam habet inclinationem ad proprium finem, quæ dicitur lex naturalis, & nihil aliud est, quàm impressio diuini luminis in homine; ergo lex naturalis nihil differt à lege æterna in ipso homine.

Iccirco iuri naturali non potest contradici per legem humanam, si enim contradici posset, non deriuaretur à lege naturali, & sic non esset iusta, ergo Prin-
14 ceps † condendo legem non potest derogare iuri naturali, & diuino. *c. quo iure dist. 8.* vbi tex. in fine dicit: Quæcunque enim vel moribus recepta sunt, vel scriptis comprehensa, si naturali iuri fuerint diuersa, vana, & irrita habenda sunt. Item inferior non potest tollere ius superioris, neque ei aliquo modo derogare, *cle. ne Romani. de elect.* sed princeps est inferior Deo; ergo cum lex naturalis sit lex Dei, princeps non potest illi derogare. Item si verum esset, quod cum causa posset derogare iuri diuino, & naturali, nullo respectu potestatis principis esset differentia inter ius diuinum, & humanum, quia neque potest derogare iuri humano, nisi cum causa, cum eius voluntas debeat esse ratione regulata, & propterea D. Thom. *in prima secundæ, q. 97. art. 3.* dicit, quod lex naturalis, vel diuina procedit à rationabili Dei voluntate, & consuetudo procedit à voluntate hominis: ergo non valet cõsuetudo contra legem naturalem, & diuinam. Idem dicendum est de lege, quæ à Principis voluntate procedit ratione regulata, vt contra legem naturalem non valeat, neque ei derogare possit. Et licet Innoc. *in cap. quia plerique. de immunit. eccles.* & Bart. *in l. 1. ff. de const. Prin.* aliter sentiant, quos Communis schola insequitur, error est tanto magis, quia dictamen rationis practicæ non potest comprehendere dictamen rationis diuinæ, nisi fallibiliter, & incertè, iuxta illud *Sapientiæ c. 9.* quis poterit scire consilium Dei, aut quis poterit cogitare quid velit Deus, cogitationes enim hominum timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ; ergo nullo modo bonum est legem condere contra rationem naturalem.

15 Præcepta † iuris naturalis, seu inclinationes, quas natura, lex æterna, siue participatio diuina dat rebus creatis sunt plura, & quasi infinita, sed pręcepta communissima à quibus alia procedunt, quæ legum conditores attendere debent, duo sunt, scilicet dilectio Dei, & proximi, D. Thom. *in prima secundæ quæst. 100. art. 3.* quæ sunt per se nota rationi humanę, vel per rationem vel per fidem.

Ergo omnia præcepta † decalogi ad illa duo referuntur, sicut conclusiones ad principia communia; ipsius igitur decalogi duo sunt præceptorum genera, quæ sunt adeo nota, quorum nullam opus est editionem esse, nisi quod sint naturali ratione scripta, ceu per se nota; & quę per diligentem sapientum inquisitionem naturali rationi inueniuntur, conuenire, quæ à Deo prouenire dicuntur, mediante sapientum doctrina. 16

Prima duo Decalogi præcepta sunt sicut prima principia in conclusionibus proximis, quæ verò per sapientes cognoscuntur econuerso, sicut conclusiones in principiis. Vnde D. Tho. *in d. quæstione 100. art. 11.* dicit quod in cognitione huius iuris naturalis ex dictamine rationis, triplex est gradus, quædam sunt cõmunia, & adeo manifesta, quæ editione non indigent sicut mandata de dilectione Dei, & proximi, & ea, quę propriæ inclinationes sunt, & ista sunt quasi fines pręceptorum, in quibus nullus secundum iudicium rationis errare potest, alia verò magis sunt determinata, quorum ratione quilibet popularis statim potest de facili etiam videre, & quia in paucioribus circa huiusmodi humanum iudicium contingit peruerti, ideo indigent editione, & ista sunt decem præcepta decalogi, quę fuerunt data per Deum Moysi, tamen, vt dixi, in lege naturali continentur, in illis duobus præceptis iuri naturæ commissis: Alia verò sunt, quorum ratio non est adeo manifesta, sed solum sapientibus, & ista sunt præcepta moralia superaddita decalogo, & reducuntur ad præfata decem præcepta per modum additionis, quas super additiones describendas censuimus, vt melius intelligi possint.

Primo præcepto † decalogi prohibetur cultus Deorum alienorum: Cui superadduntur præcepta prohibitiua eorum quæ ordinantur ad cultum idolorum, sicut habetur *Deuter. cap. 18. Non inueniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiã suam, producens per ignem, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui Pythones consulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem.* 17

Secundo prohibetur periurium, superadditur prohibitio blasphemiæ *Leuit. c. 9.* & prohibitio falsæ doctrinæ, *Deut. c. 13.*

Tertio præcepto de sanctificatione sabbathi, superadduntur ceremonialia, pro quibus videndus D. Th. *in prima 2. q. 99. art. 3. & 4.*

Quarto de præcepto de honore parentum, superadditur præceptum de veneratione senum, *Leuit. c. 19. Coram cano capite consurge, & honora personam senis.* Et vniuersaliter omnia præcepta inductiua ad reuerentiam exhibendam maioribus, vel ad beneficia exhibenda æqualibus, aut minoribus.

Quinto præcepto, quod est de prohibitione homicidij, additur prohibitio odij & cuiuslibet violationis contra proximum, sicut illud *Leuit. c. 19. Non stabis contra sanguinem proximi tui.* Et iuxta illud, *Ne oderis fratrem tuum in corde tuo.*

Sexto præcepto de prohibitione adulterij, superadditur prohibitio meretricis, *Deut. c. 2. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec fornicator de filiis Israel.*

Septimo de prohibitione furti superadduntur omnia, quæ ad prohibitionem calumnię, & rapinę pertinent.

Octauo pręcepto de ꝓhibitiõe falsi testimonij, sup

 addi-

additur prohibitio falsi iudicis, iuxta illud *Exodi c.23. Nec in iudicium plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies.* Et prohibitio mendacij, vt ibi, & prohibitio detractionis, *Leuitic.c.19.Non eris ominator,& susurro in populis.*

Nono, & Decimo præceptis vniuersaliter omnis mala concupiscentia tollitur,& prohibetur.

18 Modo videamus quomodo lex † humana dependentiam habeat à lege ęterna. Primo probatur ex sententia æternæ legis, per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, quo fit, vt D. Paulus *ad Roman.c.13.* verissimè dixerit, Dei ordinationi eum resistere, qui potestati resistit. Et Christus Dominus noster dixit, vt est apud Ioan.*cap.19. Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esse desuper.* Item D. August.*in lib.1. de liber. arbitr. cap. 6.* dicente nihil esse iustum, quod non ex lege æterna homines deriuauerint: Vnde Cicero dixit, hanc fuisse sapientissimorum hominum sententiam, legem, neque hominum ingeniis excogitatam, neque scitum aliquod esse populorum, sed ęternum quoddam, quod vniuersum mundum regeret imperandi, prohibendique sapientiam. Ita in principem legem illam & vltimam mentem esse dicebant, omnia ratione aut vetantis, aut cogentis Dei, ex qua illa lex, quam Dij humano generi dederunt rectè est laudata. Hæc ille. Item probatur ratione, quia omnis inferior bonitas deriuatur à prima bonitate, & omnis veritas à prima veritate. Et in summa quicquid est tale per participationem dependet ab eo quod est tale per naturam, ergo etiam omnes leges humanę à prima deriuabunt lege, quę est lex æterna.

Hoc tamen declaratur, vt lex humana habeat dependentiam à lege ęterna per legem naturalem, & diuinam. De naturali, his verbis exposuit Cicero *in l. de legib.* Quibus enim ratio natura data est, iisdem etiam recta ratio data est, ergo & lex, quæ est recta ratio in iubendo, & vetando, & si lex, Ius quoque.

Item lex humana non solùm deriuatur ab æterna, quia pendet à ratione humana, ab æterna lege donata, sed etiam quia hoc ipsum, quod humana lex ordinat, est præordinatum à lege diuina, & æterna. V. G. Lex humana deriuatur ab æterna, primo, quia per æternã vt dicebam, datur homini ratio, qua leges concedere queat. Item quia idipsum quod humana ratio, quæ est veluti radius quidam rationis æternæ ordinat, est præordinatum à Deo per legem æternam: & hoc probatur primo, quia diuina prouidentia est causa omnium, quæ sub ipsa continentur, sed sub ea omnes humanæ leges continentur, quia est illarum prima causa, ergo, &c. Secundo, quia aliter se habet lex æterna ad leges malas, & aliter ad leges bonas, nam ad leges malas concurrit solum dando arbitrium, & potestatem, ergo respectu bonarum aliquid plus præstabit, id autem nihil aliud esse potest, quàm quod eas ordinat, & efficit, ergo, &c.

Quod autem lex humana dependeat à lege æterna mediante etiam lege diuina, probatur, quia quasi omnes leges, & tituli iuris ciuilis habent originem, & dependentiam à lege diuina.

19 Nam ex primo præcepto propagatæ sunt omnes leges de religione, de ceremoniis, de cultu pseudodeorum apud gentes, apud nos verò sunt leges de vera pietate erga Deum, de cultu ecclesiastico. Hinc sequitur, quod quicquid cum religione nostra, & pietate pugnat, id quoque censendum est iure naturali pugnare, & iniustum esse, etiam si prima fronte videatur aliquam vtilitatem afferre.

Item istæ regulæ iuris sunt ex primo præcepto recollectæ, Iustinianus *in l.1.C.de veter.iur.enucleand.& in auth.de priuileg.dot.* loquens de fiducia in Deũ, ait, vnde conuenit, vt & legis Lationes nostræ inde pendeant, & hoc earum principium simul, & medium, atque finis sit. Porro disciplina ciuilis Pædagogia est ad Christum. D. Paul.*ad Gal.c.3.* Item principium omnis traditionis à timore Dei sumendum est, *auth.quomodo oport.epis.in prin.* Huc pertinent omnia statuta, quæ aut olim, aut hoc seculo introducta sunt, certè omnium maximè nunc necessaria, de falso cultu Deorum, *vt in primo libro Codicis.* Item inuocationes diuini nominis, quibus vtuntur profitentes bonas artes, iudices ac notarij, &c.

Ex secundo præcepto emanarunt omnes leges de iureiurando. Item de puniendo periurio, sunt enim actiones, & pœnæ ad hoc constitutæ, vt coerceantur periuria, Vlpian.*in l.non erit ff.de iureiur.* Omne enim licitum iusiurandum per quod voluit quis sibi iurari idoneum est, & si ex eo fuerit iuratum, præter id tuebitur: Ideo iuramentum validat contractum alias inualidum, *auth.sacramenta puberum. C.si aduers.vend.* Canonistæ *in c.cum contingat.& per totum tit. de iureiurand.*

Ex tertio præcepto ortæ sunt leges de feriis, vt est *in 12.tabulis tit.1.c.4.de feriis.& ff.C.eo.tit.* Huc etiam pertinent quę de Ceremoniis, & templis scripta sunt, vel à gentibus cum veritatem adhuc ignorauerint, vel à christianis Principibus, & Põtificibus, nam verbum (*sanctifices*) complectitur omnes iustas ceremonias conseruandas, & defendendas vnà cum sacerdotibus, & ministris verbi diuini. Et ex isto præcepto multę regulæ iuris colliguntur, Vlpi.*in l.1.ff.de in ius vocand.* Neque pontificem dũ sacra facit, nec eos, qui propter loci religionem, inde se mouere non possunt, licet in ius trahere. Item Leo, & Anthemius Imp.*in l.fin.C.de fer.* dies festos, dies maiestatis altissimę dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari.

Ex quarto præcepto promanarũt omnes magistratuum gradus, & publica imperia. Item parentum, & dominorum, aliorumque administratorum potestas, dominia, & iura de quibus *in 12.tabulis tit.2.per omnia capita.& tit.1.c.3.* Hinc *l.2.ff.de iust.& iur.* vt parentibus, & patriæ pareamus, coniungit parentes, & patriam, coniungit autem in se patria quicquid ad eam gubernandum est necessarium, id est, totam politię rationem, id est, magistratus, potestates, dominia, & cętera huiusmodi. Item ex hoc pręcepto hęc in iure colliguntur. Iabolenus. *Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperat.* Paulus. *qui nõ facit quod facere debet, videtur facere aduersus ea, quæ non facit, at qui facit quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere iussus est.* Vlpianus. *Non est singulis concedendum quod per magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi.* Idem. *in l.iussu. Qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia parere necesse habet.* Idem. *Nihil consensui tam contrarium est, qui & bonæ fidei iudicia sustinet, quamuis & metus, quem comprobare contra bonos mores est.* Callistratus *in l.fin.ff.de iure immu. Semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit, namque maiores nostri penè eundem honorem senibus, quem magistratibus tribuebant.* Vlpian. *in l.1.ff.de obseq.à liber.& libert.præstand. Si filius patrem, & matrem, quos venerari oportet, contumeliis afficiat, vel impias manus eis infert, præfectus vrbis delictum ad publicam vtilitatẽ pertinens, pro modo eius vindicat.* Item. *Indignus malitia iudicandus est, qui patrem, & matrem, à quibus se educatũ dixerit, maleficos appellauerit.*

Item

Item sub eodem titulo. *Liberto, & filio, semper honesta persona patris, ac patroni videri debet.* Omnes istæ, atque his similes mille leges pertinent ad hoc.

Ex quinto præcepto conceditur defensio magistratui, & puniendi potestas aduersus malos, vt Florentinus quoque sentit naturali ratione, *l. vt vim. ff. de iust. & iur.* Vnde promanarunt omnes leges de variis pœnarum speciebus sancientes, ne sint maiores aut minores, quàm delicti qualitas exigat, inter quas, quasi nulla ad naturam propius accedit pœna talionis, vt Aristoteles quoque probat, de qua *in 12. tabulis. in titulo* 11. extat valde elegans locus, & *ff. quod quisque iuris in alium statuit. De homicidiis, & C. ad l. Corneliam, de sicariis.* De iniuriis verò, aliisque delictis, noti sunt loci. Paulus. *Ferè omnibus pœnalibus iudiciis & ætati, & prudentiæ succurrit.* Claudius Saturninus elegantissimè disputans, multas regulas tradit de cæde, & furto, *l. aut facta. ff. de pœnis.* Florentinus *in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Et cùm inter nos cognationem quandam natura constituerit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse.* Omnem enim læsionem comprehendit, quæ hominum societatem quomodolibet corrumpere, aut turbare possit.

Ex sexto præcepto, promanarunt aliquot *leges 12. tabularum.* quæ sunt *in libris Pandectarum, & Codicis, de ritu nuptiarum, de secundis nuptiis, de iure dotium, ad legem Iuliam, de adulteriis.* & aliæ multæ. Hinc Paulus. *Non omne quod licet honestum est.* Et Modestinus. *Semper in coniunctionibus non solum quod licet spectandum est, sed quod honestum est.* Et Vlpianus. *Nuptias non concubitus, sed consensus facit.* Porrò hoc præceptum omnem nuptiarum conseruandarum materiam, & quicquid matrimoniis accedit à maximo ad minimum continet. Insuper omnem statuit viuendi modestiam & publicam honestatem, super qua tot etiam leges decretæ sunt.

Ex septimo præcepto promanarunt *leges 12. tabularum titulo 4. & tit. 9.* Item *in Pandectis, & Codice de rerum diuisione, de acquirendo rerum dominio, de contractibus, de furtis, de vi bonorum raptorum*, & cæteræ huiusmodi leges. Hinc Vlpianus *in l. non fraudanti. Nemo ex delicto meliorem conditionem suam facere potest.* Et Pomponius. *Id quod nostrum est sine facto nostro ad alium transferri non potest.* Et Vlpian. *ff. de furtis. Qui ea mente alienum quid contrectauit, vt lucri faceret, licet mutato consilio, id postea domino reddidit, fur est.* Furtum quoque impium est occupare bona naufragorum, quod quidam faciunt imprudenter, sicut apparet *ex constitutione Federici: Nauigia. C. de furtis.* Hinc etiam omnis iniqua occupatio prohibetur, & habet hæc naturæ lex radices latissimè patentes aduersus hominum auaritiam nihil non machinantem.

Ex octauo præcepto promanarunt omnes *leges 12. tabularum sub titulo 7. & tit. 8.* Item quæcunq; extant in reliquo iure, *de iudiciis, de actionibus, de probationib. de testibus, de calumniatoribus.* & illa, *lex; diffamari. Cod. de ingenuis & manumissis.* Ex hoc promanat tertius locus communis, scilicet de actionibus, vt constet ius naturale etiam ad ea pertinere, ad quæ ciuile scilicet, aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones. Hinc Vlpian. *Res iudicata pro veritate accipitur.* Et Marcellus. *In re dubia benigniorem interpretationem sequi: non minus iustius est, quàm tutius:* Et Vlpianus. *In l. in contractibus. Dolo facit qui petit, quod restituturus est.* Idem. *Capienda possessio est, quæ præbet benignius responsum.* Et Caius. *Semper in dubio benigniora præferẽda sunt.* Et Iulianus. *Ea est natura cauillationis, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt perducatur.* Et Papinianus. *Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.* Nemo enim existimauerit hanc naturæ legem, sic loqui de falso testimonio, vt vulgus solet, quod in iudicio solum feratur: Omnis enim vox lædens proximum, & summi iuris interpretatio, refragante æquitate, falsum testimonium est in natura, quæ sic præcipit: *Estote misericordes*, vt pulcrè declarat *c. 11. de verb. significat.*

Ex nono præcepto promanarunt omnes leges: Ne per concupiscentiam carnis corruptæ simus perduri iuris interpretes ad expilandas, vel in totum transferendas hereditates alienas. Item ne callidi causarum patroni ad hoc operam locent, & ad hoc pertinet: *Summum ius, summa iniuria.* Hinc sunt omnes *leges 12. tab. tit. 4.* & omnia Romani iuris statuta *de successionibus, testatis, intestatis, de gradibus hæredum*, & cæteræ huiusmodi. Diligenter perpendendo has voces: *Non concupisces. Non desiderabis*, intelliges per corruptam concupiscentiam, facilè inueniri viam ad iniquitatem, cum nõ desint regulæ summi iuris, quarum prætextu res alienæ possint occupari, præsertim apud iudicem, qui libenter obsequitur. Hinc Vlpianus. *Iure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.* Et Paulus *in l. factum. Non videtur vim facere, qui iure suo vtitur.* Idem. *Nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere ius non habet.* Et Celsus. *Omnia ferè iura hæredum perinde habetur, ac si continuo sub tempore mortis hæredes extitissent.* Et Pomponius. *Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.* Et Caius. *Bona fides non patitur, vt idem bis exigatur.* Quę regulæ iuris ex ista lege naturæ, & sequente promanant.

Ex decimo pręcepto promanarunt etiam multę regulæ iuris. Papinianus, *Nemo potest mutare consilium suum in alterius iniuriam.* Idem. *Omnia quæ in animi destinatione agenda sunt, non nisi vera, & certa sciẽtia perfici possunt.* Idem. *Fraudis interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur.* Papinianus igitur eo respexit, quo lex naturę, dum dixit: *Non concupisces, nec desiderabis aliena.*

Ex his concludo: Omnes iuris ciuilis humanas leges ab ipsa lege naturæ promanare; ergo & Principes in condendis legibus à naturæ præceptis excerpere debent. Nam Deus O. M. grauiter interminatur pœnam transgressoribus, & contra gratiam promittit obseruatoribus mandatorum eius. *Gen. cap. 20. Ego sum Dominus Deus tuus fortis, Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.*

Nec obstat quod etiam leges ☩ iniquæ condi possunt, 20 ex loco Isaiæ, *cap. 10.* vel qui condunt leges iniquas, quia lex iniusta non deriuat à lege æterna, hæc tamen iniustam legem ordinat ad aliquem finem, vt dicit Alexand. *part. 3. qu. 26. in 7. art. 1.* V. g. Deus non disponit, vt homo peccet, sed peccatum ab homine factum ordinat ad bonum commune, & in suam gloriam, ita non disponit leges iniquas ab hominibus factas, sed eas in bonos fines dirigit, probatur, quia lex iniusta est peccatum, sed peccatũ est præter ordinationem, & prouidentiam diuinam. Item quia Deus ordinat malum in bonũ, vt probat D. Aug. *in lib. 1. de liber. arb. c. 5.* & Boetius *in li. 4. de consol.* Et ideo omnis lex tũ naturalis, tũ positiua, tum diuina, tũ humana, ideo est lex quia cõgruit cum lege æterna, quæ est ipsa summa ratio Dei, ac perfectissima regula. Neq; est aliud quicquam vera lex, nisi participatio, & radius legis æternę. Lex igitur iniqua, & mala nõ est verè lex, quod etiam

Cic.

Cic. *in 1. lib. de legib.* docuit, dicens: *Ex quo intelligi par est, eos qui perniciosa & iniusta populis iussa descripserint, cùm contra fecerint, quàm polliciti professique sint, quiduis potius tulisse, quàm leges.*

21 Ideo in ratione legis † condendæ tria sunt potissimum obseruanda, *c. consuetudo. dist.* 1. scilicet, vt religioni conueniat, disciplinæ cóngruat, ac saluti proficiat. Et alibi etiam habetur, quod lex sit honesta, iusta, possibilis, secundùm naturam, iuxta patriæ consuetudinem, loco, temporique conueniens, necessaria, vtilis, manifesta, nequid per obscuritatem in captionem contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta, *c. erit autem lex. dist.* 4. Vn-

22 de licet † in diuersis locis, diuersæ sint & contrariæ leges, quia alicubi prohibetur id quod alio in loco cōcessum est. Hoc tamen prouenit secundùm easdē temporum, locorum & negotiorum circumstantias, quæ inter se pugnant. Leges itaque humanæ mutari possunt, non tamen lex æterna, quia ipse Deus immutabiliter pro temporum & locorum, & aliarum circumstantiarum ratione varias disposuit leges, quæ in seipsis mutantur, non autem in dispositione diuina, vt patet in homine, qui manè varias res ordinat, quas in cursu diei exequitur, & in medico, qui pro varijs morbis varias ordinat potiones.

Vnde D. Augustin. *in c. quæ contra mores. dist.* 8. dicit:

23 *Quæ contra † mores hominum sunt flagitia pro morum diuersitate vitand*. Et licet ratio practica discernat qui sint boni mores, tamen regula rationis practicæ ad condendam legem, sunt mores patriæ, pro morum diuersitate, omnia quæ contra mores hominum sunt,

24 dicuntur flagitia. Isid. *in c. omnes. † dist.* 1. dicit, quod humanæ leges moribus constant, idcóque discrepant, quoniam aliæ alijs gentibus placent, ideo secundùm diuersitatem morū, leges humanæ diuersæ sunt secūdùm diuersitatem patriæ. Nec est intelligendum illud verbum, *discrepat*, prout glossa corrumpit, quod referatur ad leges diuinas, & humanas: est enim error, refertur quidem ad leges humanas tantùm, alias sequeretur absurdum, dum subdit textus; quoniam aliæ alijs placent; Lex diuina vniformis, & semper in omnibus, & vniformiter placere debet, nec leges humanæ possunt à diuina discrepare, vt ibi putat glossa, imò lex humana tenere debet pro certo quicquid per legem diuinam statuitur.

Sed debet intelligi quod leges humanæ secundùm diuersitatem prouinciarum discrepant, & in hoc non curat lex diuina; dum tamen non discrepet ab ea, sufficit quod humana iuxta morum diuersitatem prouinciarum statuta sit ad pacificum statum hominum, & hoc modo intelligitur text. *in c. erit autem lex. dist.* 4. dum inter alia dicit, quod erit lex secundùm consuetudinem patriæ, loco, temporique conueniens, & *cap. certificari. de sepulturis.* vnaquæque patria suo sensu abundat. Vnde prouerbium Græcorum *Lex, & Regio.*

Vnde Aristoteles *in 3. lib. Politicorum*, ait: *Lex est determinata ratio iuxta ciuitatis consensum, quæ singula quomodo facienda sunt, declarat*, & reprehendit Seneca *in li. 2. de benefic. c. 20.* Marcum Brutum, quo interitu Iulij Cæsaris, quod eo modo putauerit mutandam esse speciem reipublicæ Romanæ tollendo tyrannidem, & acquirendo libertatem, cùm tamen mores non essent tunc populi, qui possent illa libertate vti, vnde & deterius potius erat futurum, cum vno sublato, alius regnaturus erat. Ideo Caius *in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Omnes populi*, inquit, *qui legibus & moribus vtuntur, partim suo proprio, partim communi omnium iure vtuntur.* Irridetur Plato ab Athenæo *lib. 12. Dipnosophiston. c. 22.* quod videatur non existentibus viris leges scripsisse, sed hominibus à se fictis, ita vt inquirere oporteat viros, qui his vtantur.

Si Princeps † extraneus non fuerit patriæ moribus 25
conformis, semper erit subditis odiosus: Ad bonum enim vtilitatem maximè conducit non habere nouos, aut habere sui generis principes. Vnde *Deuteron. c. 17. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus.* Præuidit enim Deus per extranei imperium non solum leges, & mores ciuitatis mutari, sed etiam, & religionem in subditis, quo nullum peius malum accidit, nam cum mutatione religionis Deus fit arbitrarius, & incerta lex eius.

Item lex non debet priuatam respicere † vtilitatem, 26
sed communis esse: legislator communis est, quia multitudinis curam habet, & communi vtitur potestate. Item propter effectum legis, nam cum omnis pars ordinetur ad totum, sicut imperfectum ad perfectum, vnus autem homo est pars communitatis prædictæ, necesse est quod lex propriè respiciat ordinem ad felicitatem communem. Aristot. *lib. 9. Ethicorum*; legalia iusta dicimus factiua, & conseruatiua communitatis, & particularium ipsius politica communicatione: perfecta communitas ciuitas est. *1. libr. Politic. Aristot.* & in qualibet re quod maximè dicitur, principium est aliorum vnde alia dicuntur secundùm ipsum ordinem, sicut ignis qui est causa caliditatis in corporibus mixtis, quæ in tantum sunt calida, in quantum participant de igne, sic etiam cum lex ordinetur ad bonum commune, præceptum de particulari non habet rationem legis, nisi ad bonum commune ordinetur. Vnde etiam licèt dispensatio videatur respicere commodum particulare, tamen propriè importat commensurationem alicuius communis ad singula, quia potest esse, quod commune est bonum, non esse conueniens huic personæ in tali casu, vel quia impediretur aliquid melius, vel induceretur aliquod malum, & tunc est bona dispensatio, alias secus, cum cogitatio principis semper sit ad bonum commune respiciens, *authen. de hæredib. & Falcid. in princip.*

Si legislatoris intentio fertur non ad bonum commune, sed delectabile sibi, vel vtile, vel repugnans iustitiæ diuinæ, tunc lex non bonos facit homines simpliciter, nisi in ordine ad tale regimen malum, & sic bonū inuenitur per se in malis; ergo iustitia legis debet respicere bonum commune ex quo homines boni fiunt, sin secus, quia intentio animate legis ferretur ad illud quod commune bonum non esset, sed vtile, vel delectabile sibi, vel repugnans iustitiæ, tunc efficiuntur homines non boni, iuxta dictum Platonis: *Quales in republica Principes, tales, & subditos esse ciues*, Atque magnam vim habebit lex, si Princeps in lege nihil sanciat, cuius non ipse primus in se documenta dederit, ad exemplum enim Regis totum vulgus cōponitur, in his videlicet, quæ ad bonos mores, pietatem, & religionem pertinent.

Censet socratica disciplina peius esse in † legibus 27
constituendis errare, quam hominem interficere, vt testatur Plato *in dialogo 5. de iusto.* quia hic error multos, per multa secula interficit, animos simul & corpora. Atque ideo ne erraret in legibus constituendis, initio petit auxilium ab Adrastia, quę ab Ethnicorum priscis Theologis putabatur potentissima ineuitabilium, seu necessitatis legum regina, seu diuina prouidentia, quatenus nihil vel oculos potest subterfugere, vel manus effugere, & quia optabat firmissimas leges condere, quas neque obliuio deleret, neque frauda-

ret astutia, neque violentia frangeret, & omnino nullus deuitaret, Adrastian inuocabat, ineuitabilia sancientem quæ nullus valeat effugere.

Ex hoc exemplo commune fit omnibus sancioni-
28 bus legum, † vt diligens prior adhibeatur consultatio antequam promulgentur, *l. humanam C. de legib.* Alexander Seuerus nullam constitutionem sanciuit sine viginti iuris peritis, & doctissimis, & sapientissimis viris, dato illis spatio ad inquirendum, & cogitãdum, priusquam diceret, vt ait Lampridius in vita Alexandri Seueri. Creabantur ex lege Solonis sex viri legum examinandarum causa, qui examinabant, ne temere promulgarentur, & vt de singulis singulæ tantum ferrentur, ne contrarietate, aut multitudine imperiti turbarẽtur. Ante legum duodecim tabularum receptionem, accurata fuit decem virorum indagatio, vt est apud Dionysium Halicarnassæum. Antequam nobis corpus iuris ciuilis traderetur, curauit Iustinianus, vt per eximios, ac doctissimos viros opus expenderetur, & post prudentem, & longam explorationem, leges curandas statuit.

29 Exasperanda est pœna per legem in locis, vbi delicta fiunt frequentiora & sic exemplo opus est, *l. aut facta §. penult. & fin. ff. de pœnis l. saccularij ff. de extraordin. crimin.* atque legislator ex Socratis opinione ad duo respicere debet inferenda lege pœnali, sc. ad regionem, & homines, atque ad loca, vicina, ex Aristotele *in lib. 2. politicorum c. 4.*

Satis prudenter, & accuratè post mortem Sixti Papæ Quinti, Gregorius decimus quartus Pontifex ele-
30 ctus, sponsiones, † quas vulgus excommissas vocat, super promotionibus, & dignitatibus ecclesiasticis conferendis, sub pœna excommunicationis prohibuit. Lex ista prohibitiua emanat à lege æterna, sub primo præcepto dilectionis proximi, ab immediato diuinæ legis octauo præcepto, quo falsum testimoniũ dici prohibetur, & sub hoc diffamationis & calumniæ grauissimum peccatum continetur. Si excommunicatio per viam statuti relaxari potest pro leui causa, Socin. *in c. nullo. numer. 14. de sent. excommunicat.* Abbas *in cap. 1. num. 10. de iudic.* tanto magis pro hoc peccato notorio.

Vt vindemiatores, & alij in vindemiis turpia verba sub excommunicationis pœna non acclamant Neapoli legem condere, est quidem secundùm bonos mores, sed contra consuetudinem prouinciæ (ignotæ Parthis virtutes noua vitia, vt ait Tacitus *libr. 5.*) in quam ne septenarius quidem culpę inscius non incur-
31 reret: sed hæc sententia † ferenda non est, quando multitudo est in culpa vel ille peccat, qui sociam habet multitudinem, vt ait D. Aug. *in epistola ad episcopum Parmæ.* Et quando salua pace mala puniri non possunt, toleranda sunt potius, quàm violata pace punienda. Reuera cum contagio peccandi multitudinem inuaserit, diuinæ disciplinæ seuera misericordia opus est, nam consilia separationis inania, ac periculosa sunt, & plus perturbant, infirmos bonos, quàm corrigant animosos malos. Vnde excommunicatio relaxanda non est, quando vident prælati eam fore inutilem, & contemptibilem vt dixi supra, & probat Tiraq. *de legib. connub. parte 9. num. 226.* Felyn. *in c. scribam, in princip. de præsumpt.* turba autem iniquorum cum facultas est promendi sermonem in populis generali obiurgatione ferienda est, & maximè si occasionem, & opportunitatem præbuerit aliquod flagellum desuper domini, quo eos appareat pro suis meritis vapulare.

Per excommunicationem abscinditur homo qui est membrũ ecclesiæ, à toto eius corpore, *c. Engeltrudam 2. qu. 4.* à corpore infirmo non abscinditur membrum, nisi tentatis aliis remediis, quæ si corpus curare non possunt, membrum ipsum resecatur, ne pars corporis sincera corrumpatur.

Item Episcopus potest delinquentes peccatores in 32
sua diœcesi punire pœna pecuniaria, & illam in proprios vsus conuertere, si est pauper, vt dixi supra, & quoties plus timetur ista pœna, debet illam in legibus irrogare, Couarr. *in libr. 2. variar. resolut. c. 9.* Nisi esset locus, vbi pœna pecuniaria incitaret homines, ad delinquendum, siue peccandum, posset tamen hoc casu pœna pecuniaria addi alteri pœnæ à lege impositæ, Felyn. *in cap. irrefragabili. de offic. ordinar.*

Non igitur excommunicandum, & à corpore ecclesiæ separandum est aliquem, præsertim multitudinem, nisi tentatis aliis remediis, si prodesse posit, & cum magna deliberatione, si commodè id fieri non potest, non omittatur occasio, quia aliquando † in 33
paucis est punienda culpa, vt eorum exemplo cæteri terreantur, & ad pœnitentiam prouocentur. Vnde D. Paulus dum à suo contemptu pia admonitione, atque multimoda sua commendatione Corinthios reuocaret, magnum illum Elimam, qui credituros à fide reuocabat, cæcitate percussit, vt cæteri prædicationem eius non impedirent, sed in Christum credentes, animæ cæcitatem effugerent, quod & Moyses exemplo docuit, qui peccatum idololatriæ in paucos cultores vituli vindicauit, morte multorum expians multorum peccata, in præsens terrens, in posterum disciplinam sanciens, sic & ipse Christus dominus noster peccata totius populi morte paucorum puniuit, dum pro fornicatione totius populi, vna die triginta sex millia hominum perierunt. Hunc cum discipuli cœlesti igne Sammaritanos vellent consumere, prohibiti sunt, & Sammaritani ad pœnitentiam expectati, vt Christo prædicante, conuerterentur ad fidem, vbi Diuus Ambrosius ait; Christum discipulos suos increpasse, quia ignem de cœlo descendere gestiebant, per quod ostendit nobis, non semper in eos qui peccant, vindicandum esse, quia non nunquam plus prodest clementia ad pœnitentiam, quàm lapso ad correctionem.

Sed vtrum qui ignorat pœnales † istas constitutio-
nes inuisibiliter incurrat excommunicationem, vt incendiarij. De hoc sunt variæ opiniones. Adrianus *in quæst. 3. de clauibus,* tenet affirmatiuam, idem tenet Scotus *in 4. libr. sent. distinct. 16. quæst. 98.* & Maiorin. *dist. 18. quæst. 2.* & gloss. *in c. à nobis. de sentent. excomm.* & *in cap. vt animarum, vbi Ioan. Andr. de constitut.* Bartol. *in l. cunctos populos C. de summa trinitat.* vbi ignorantia iuris non excusat à pœna, siue ab excommunicatione. Contrarium tenet Syluester, *in ver. excommunicatio in 2. §. 3. & ver. ignorantia in primo §. 8.* Prior tamen opinio tutior est, postquam sancta mater ecclesia irretitos his laqueis remittit ad superiores per confessarios absoluendos, licet pœnitentes laborent inuincibili ignorantia. 34

CAP.

CAP. XXXIX.

Mouere bellum esse effectum supremæ Iurisdictionis.

SVMMARIA.

1 *Bellum mouere est proprium Principis.*
2 *Bellum priuatum possunt indicere omnes habentes iurisdictionem.*
3 *Bellum qui indicebat in populo Romano.*
4 *Bellum mouens sine licentia Principis est reus maiestatis.*
5 *Dux exercitus non potest bellari contra ordinem, aliter est Reus maiestatis, etiam si vicisset.*
6 *Populus Atheniensis deliberabat bellum, & pacem.*
7 *Imperatores quomodo cœperint eripere populo Romano ius belli, & pacis.*
8 *Augustus non tulit leges sine consensu populi.*
9 *Belli iusti requisita quæ sint secundum D. Thomam.*
10 *Belli iusti requisita quinque secundùm Baldum.*
11 *Bellum iustum pro quibus rebus suscipitur.*
12 *Bellandum non est absque vltima necessitate.*
13 *Belli iusti requisita secundùm Lucam de Penna.*
14 *Belli iusti requisita ostenduntur ex exemplis supra paginæ.*
15 *Bellorum exempla ex iusta causa per historicos relata.*
16 *Dux exercitus non potest tractare pacem absque ordine Principis.*

1 HVic proximus effectus est mouere bellum, quod est proprium Principis duntaxat supremi, vt dicit text. *in l. 1. C. vt armorum vsus. lib. 11.* & ibi probant Luc. de Penn. & Ioan. de Plat. & habetur *in authentic. de armis c. quid culpatur* 23. q. 1. Stephan. Autrer. *in titulo de guerris.* Ioan. de Lignano *in tractatu de belli c.* 23. 24. & 25. Sed hoc intelligimus de bello publico. Nam
2 pro exercitio † iurisdictionis, quilibet ipsam habens, potest bellum indicere, Bartol. *in l. hostes. ff. de captiu.* Ioan. de Plat. *in d. l. 1. C. vt armorum vsus.* Bal. *in l. 1. col. 13. C. de seruit. & aqua.*

3 Plebs Romana poterat facere pacem, sed in mouendo bello, † conuocare consilium opus erat, sed hoc tandiu durabit, quandiu legis condendæ potestatem ipsa plebs habuerit. Iccirco per legem Manliam bellum fuit determinatum contra Mitridatem, per legem Gabiniam contra Piratas, per legem Sulpitiam cōtra Philippum II. Macedoniæ Regem. Et quia Cæsar debellatur in Gallia absque ordine Populi, iccirco Cato Vticensis fuit voti de conuocando Cæsare, & tradendo illum manibus inimicorum, teste Plutarcho, in
4 Vticensi, & in Cæsare: quia mouens bellum † sine Principis licentia, occupare dicitur quæ sunt Principis, & ideo læsæ maiestatis reus est, *l. 3. ff. ad Iul. maiest.* Mouere bellum ad solum Principem spectat, vt dictum, & habetur per Doct. *in l. ex hoc iure ff. de iustit. & iur.* Inno. *in c. olim in l. de restit. spoliat. & in ca. sicut. de iureiur.* Bartol. *in l. hostes ff. de captiu.* Oldrad. *in consil. 70.* Andreas *in constitutione regni, quæ incipit, Comes, & Baro. in titulo de cultu pacis, & ibi Affli. nu. 76.* Quire illicitum est quod sine Principis licentia mouetur, *l. furem ff. ad l. Cor. de sicar. l. si alius. §. est, & alia ff. quod vi, aut clam.* Et quod per bellum iniustum committatur crimen læsæ maiestatis est textus *in l. Papinianus. §. rei perduellionis ff. de acquirend. heredit.*

Epaminondas contra legem Lacedæmonios bellū ageret, & instaret tempus creandorum magistratuum, quod sine ipso in Vrbe fieri non poterat, cum prætor esset: Stesimbrotho filio exercitus † cura commissa, mandauit illi, ne cum hoste manum consereret: 5
At filius contumeliis hostium lacessitus in aciem cōtra eos descendit, hostesque profligauit, sed reuersus ad patrem, cum se victor lætum obtulisset, ab eo primum ceu victor coronatus, sed quia patris iussa neglexerat, capite mulctatus est, teste Baptista Fulgos. in suis factis & dictis memorabilibus cumulatis, & apud Valerium Maximum idem legitur de Posthumo Tiburtio, qui Aulum Posthumum filium, quod sine eius iussu sponte in hostes progressus, eos fuderat, victorem securi feriri iussit.

Apud Athenieñses † etiam Populus totus deliberabat bellum, & pacem. Ita fecerunt contra Megarenses, contra Syracusanos, & contra Reges Macedonum. Et licet aliquando Senatus deliberasset bellum, ne illius secreta cum Populo pertractata omnibus nota fierent, & sic impediretur optatus effectus: Nihilominus tribunus postea impediebat executionem, sic est apud Liuium *lib. 1. decad. 7.* Controuersia fuit, vtrum populi iussū indiceretur bellum an satis esset senatus consultum, peruicere tribuni, vt Q. Consul de bello ad populum ferret, omnes centuriæ iussere: & idem Liuius loquendo de secundo bello Punico, *in lib. 1. decad. 7.* dicit, latum inde ad Populum vellent, iuberent Populo Carthaginensi bellum indici, & *lib. 9. decad. 1. & li. 8. decad. 1. lib. 5. decad. 1.* 6

At Iulius Cæsar † cœpit hoc ius Populo Romano eripere, aut saltem Comitia cum Populo partitus est, vt scribit Suetonius in eius vita *capit. 41.* Successit Augustus, quam Mœcenas apud Dionem Cassium hortatur, vt quicquid illud est, totum Populo plane adimat, quod paulo post fecit Tiberius, quo imperante, primum Comitia ad Patres è Campo translata fuisse scribit Tacitus *in lib. 1. Annalium,* tandem reuocata est potestas magistratus creandi ad Principē, ita paulatim legū cōdendarū potestas Populo adempta est, sed nō tam cito, quia & Augustus † non tulit leges sine consensu Populi, vt dicit Dio Cassius: Tamen eodem imperante Augusto belli decernendi, pacisque ineundæ potestas in ipsum translata. Nam Strabo *in libr. 19.* testatur, Populi consensu omne ius belli, & pacis ad Principem translatum fuisse, quod & Martianus Iurisconsultus dixit etiam *in dict. l. 3. ff. ad l. Iuliam Maiestat.* 7 8

Vnde D. Thom. *in 2. 2. quæst. 40. artic. 1.* in corpore, dum recenset belli iusti requisita, † primum, dicit, est auctoritas Principis, cuius mandato bellum gerēdum est, non enim pertinet ad personam priuatam bellum mouere, quia potest ius suum iudicio superioris prosequi, similiter conuocare multitudinem, quod in bello fit, non ad priuatam personam pertinet, quæ sic incideret in seditionis crimen, vt probat Boerius *in tractatu de seditiosis, col. 1.* sed ad Principem. Secūdo requiritur ipsi D. Thom. causa iusta, tertio vt intentio bellantium recta sit, vt intendatur promoueri quod est bonum, & malum vitari. 9

Sed Baldo † quinque requiruntur vt bellum iustum sit *in consil. 439. vol. 5.* Nimirum persona, vt sit Princeps, qui bellū decernat: Item res, vt fiat pro rebus repetendis, & ea sit res, pro qua bellum suscipitur, vt publicam magis respiciat vtilitatem, quam priuatam: Vel solius Principis vtilitatem respiciat. Itaque bellum † iustum suscipietur pro tuenda Republica, 10 11
pro

pro pauperibus defendendis ab hostium iniuriis, *cap. fortitudo*,23.*q*.1. Pro fide,pro qua & ecclesia implorat manum Principis secularis, *c.Maximinianus episcopus*, 23.*q*.3.*c.hortatu* 23.*q*.8.Et qui in bello pro fide occumbunt, habent opus meritorium, & præmium cœleste,
12 *c.omni timore deposito* 23.*q*.8.Item requiritur causa,† vt propter necessitatem pugnetur, vnde dicit Aristoteles, fac vt bellum sit vltimum opus tuum. Item animus,vt non fiat propter odium vel insatiabilem cupiditatem: Item auctoritas,quia sine auctoritate Principis non potest bellum indici, & hæc omnia quinque requisita probantur etiam Andreæ de Isernia *in cap. domino guerram,in titulo, Hic finitur Lex Corradi*. Sed hæc quinque possunt reduci ad illa tria D. Thomæ, vt probat Gregor.Lopez,*in gloss*.1.*in l*.1.*titulo* 23.*partita* 2.

13 Alio modo Lucas † de Penna *in d.l*.1. explicat iusti belli requisita. Primò intentio bona,puta Rempublicam tuendi pro fide ampliãda,non in desiderium fundẽdi sanguinem,*c.si non ex fide.& c.displicet*,23.*qu*.4.*& c.noli* 23 *q*.1. Secundo ex persona indicentis,qui ordinariam habeat indicendi belli potestatem, *d.c.quod culpatur*,23 *q*.1.*& c.Iulianus*,11.*q*.1.Tertio persona obedientis,puta quia is,cui præcipitur bellum agere,talis sit, qui obtemperare teneatur, *d.c.quid culpatur*, *& c.conuenior*, 23.*q*.8. Quarto persona eius contra quem indicitur,puta quia meruit.23.*q*.2.*c.final*. *& cap.de occidendis*,23.*q*.5. Quinto causa propter quam indicitur,vt propter iniuriam propulsandam, vel vindictam ad iustitiam inferendum, *c.cùm homo*,23.*qu*.5.*& c*.1.*&* 2.23. *q*.1.

14 Sed requisita † iusti belli rectius colliguntur ex exemplis sacræ paginæ. Nam *Deuteron.c*.12.propter idololatriam indicitur bellum à Deo:*Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis,Deos suos*. Item si à Dei cultu recedatur,*Deuteronom.c*.13.*Si audieris in vna Vrbium tuarum aliquos dicentes, eamus, & seruiamus Diis alienis, &c*. Item si fidelitas temporali Domini deferatur, 4.*lib.Reg.c*.3. habetur de Ioram & Iosaphat,qui mouerunt bellum contra Regem Moab.Item si rebellio moueatur,2.*Reg.c*.20.*omnes robusti exierunt de Hierusalem ad persequendum Siba filium Bochri*.& tunc etiam contra receptantes bellum indicitur,vt ibi: Item si malefactor defendatur,*Iudic. c*.20. de bello inito contra Gabaonitas:Item si iniuria Principi,vel eius legato irrogetur, 2.*Reg.c*.10.*&* 11.*&* 12. de bello moto per Dauid contra Amon Regem, qui fecerat radi barbas Legatorum eius. Item si res propria repetatur.3.*Reg.c*.3.de bello Dauid cõtra Misboseph repetendo regnum quod sibi datum erat à Deo.Item vt hostis repellatur.2 *Reg.c*.8. de bello Dauid contra Philistæos: Item vt hostis insurgens in suis populis opprimatur. *Numer.c*.21.de bello filiorum Israel contra Reges Amorrhæorum.Item contra illum, per quem hostis roboratur. 2.*Reg.c*.8. de bello Dauid contra Syriam Damasci, eo quod ferebat auxiliũ Adeser.Item vt amicus ab hostibus eripiatur, *Genes.cap*. 14.de bello Abraham contraReges,qui captiuauerunt Loth suum nepotem. Item si transitus innoxius ab aliquo per suum territorium denegetur *c.notandum*,23.*q*.2.*& Deuteronom.c*.2.*prope fin.&* 1.*Machab.c*.5.de bello Iudæ contra Efron. Item si tyrannis à Præsidente exerceatur,vt habetur *in* 1.*Machabæorum*. de bello eorum contra Antiochum.

15 Extra sacram paginam, alia etiam possunt induci exempla † bellorum ex iusta causa per Historicos cumulata,quæ aliquando poterunt applicari. Iusta belli causa fuit æstimata raptarum mulierum,Helena rapta à Priamo Troiano, Græci ingentem compararunt classem, & pugnarunt cum Troianis annis decem, mensibus sex, diebus 12. ad Troiam, & corruere ex Argiuis 886. millia, ex Troianis vsque ad oppidum proditum sexcenta septuaginta sex millia, vt scribit Dares Phrygius *in lib.de excidio Troiano*. Item bellum Lacedæmonium propter stupratas virgines contra Messanos, initium intestinorũ bellorum totius Græciæ, Orosius *in lib*.1.*c*.21. Item bellum Iantino Regi Scytharum Darius Rex Persarum intulit, cum eius filiæ nuptias non obtinuisset, armatisque septingentis millibus hominum Scythiam ingressus,tandem amissis nonaginta millibus hominum aufugit, Iustinus *in li*.2.*historia ex Trogo*. Item fuit motum bellum inter Moschum Regem, & Regem Suediæ Ioannem III. sopitum vix anno 1582.ex eo ortum,quòd cũ Moschus graui bello pressisset Polonos, bonamque Lituaniæ partem sub suum imperium adiunxisset, venit ad pacis conditiones si sibi Catharina Sigismundi Polonorum Regis filia daretur in matrimonium, quæ cùm ipsum refutasset, & collocata fuisset Ioanni Duci Fillandiæ,Moschus acerrimum fecit bellum,quod finitũ fuit Moscho cedere coacto, quia bellum iniustũ erat, & pollicente summo Pontifici se contra Turcam & Tartarum Christianis Principibus coniunctorum, ita scribit Ericus Faletz *in panegyrico* de victoria Regis Gothorum impressa Viennæ Austriæ anno 1582.

Duces exercituum † non possunt tractare pacem 16 absque ordine supremorum dominorum: possent enim illos obligare,& populos ad res iniustas,atque indignas,sed procurator non potest pacisci de aliena re, absque mandato, *l.itaque.ff.de procurator*. Et quod in sex casibus homines non teneantur seruare pacem, ponit Abb.*in c.Pisanis,in* 1.*notab.de restit.spoliat*.

CAP. XL.

Papæ suprema potentia est statuere pacem vniuersalem in omnibus.

SVMMARIA.

1 *Mundus gubernatur sicut corpus naturale.*
2 *Papæ munus est conseruare pacem vniuersalem.*
3 *Episcopi possunt excommunicare discordes pro pace habenda.*
4 *Pacis capitula inter principes Christianos, sub anno* 1598.
5 *Bellum ortum inter Regem Christianißimum, & Ducem Sabaudiæ, de anno* 1600. *& cuius auctoritate sedatum.*
6 *Pacis capitula inter Regem Christianißimum & Ducem Sabaudiæ, sub anno* 1601.

Sicut homo paruus mundus † gubernatur, sic totus vniuersalis similitudinariè,vt dicit Aristoteles, sed in regimine vnius indiuidui corporis naturalis, constat quod vbi nullus humorum excessus, nulla est rebellio repugnans, nullaque distributio conseruationum; vbi autem est humorum excessus propter inordinatum forte regimen, tunc pugna est naturæ tendentis in conseruationem cum excessibus tendentib. ad destructionem, vt aliquando sufficiat naturalis potentia ad correctionem, expellendo ipsos humores malorum de corpore, & aliquando propter excessum morbi natura est per se impotens, & opus est adiutorio extrinseco,vt medicamine sapientis. qui exhortator 1

tor naturæ ministrando cōgrua ad expulsionem morbi, ipsius naturæ auxiliator existat : Ita in magno est mundo, nam aliquando in climatibus eius, nullus est rebellium excessus, & tunc non est pugna, sed tendit solùm natura ad mundi conseruationem, quod est in pace, & tranquillitate viuere, aliquando & rebellis excessus, & discordia tendentium ad destructionem, & tunc opus est medicamine sapientis, & hoc fieri potest vel ab ipsa natura reducente rem ad proprios terminos, sedando rebelles, vt videmus interdum quod orta seditione, ipsi inuicem eorum prudentia reconciliantur, aliquando est tantus excessus rebellium, quod non potest natura, & tunc opus est medicamine rebellico, vt expulsis rebellibus reuertatur ad pristinam sanitatem, vnde meritò Deus qui est omnium creator & medicus vniuersi, adhibuit ministros, & medicos ad domanda multa, & grauia mala multorū gentium, vt hominem & mundum magnum in pace & societate seruarent.

2 Summus Pontifex † Christi Vicarius est ad quem de Regum statu, & omnium fidelium disponere pertinet, qui super gentes & regna à domino constitutus est, vt euellat, dissipet, ædificet, & plantet, & tanquam Christi summi Regum Regis vice fungens in terris, ac omnium viuorum iudex, vniuersalis rector, & pastor indistinctè, & vniuersaliter debet omnes oues tenere in fœdere, pace, & vnione vniuersali, & noxia, & scandala submouere, vt animæ subditorum sibi commissæ ex sua diligentia & vigilantia viuentes quietè, & tranquillè dirigantur in patriam, quia Iudith *cap.* 8. ait, & nunc fratres, quoniam vos, qui estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendent animæ illorum ad eloquium vestrum corda eorum dirigite: Et Iulianus Papa *in c. officij nostri* 24. *qu.* 1. dicit officij nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctæ religionis zelus incumbit, & Innocentius Papa *in c.* 1. *de officio. legat. li.* 6. dicit officij nostri debitum remediis inuigilat subditorum, quia dum eorum excutimus onera, dum scandala remouemus, nos in eorum quiete quiescimus, & fouemur in pace, & *in c. ad apostolicæ. de re iud. lib.* 6. dicit idem Innoc. ad Federic. Imperatorem quod nos fratres nostri, quantum in nobis erat pacem per omnia secum habere, nec non cum omnibus hominibus optamus, parati sibi pacem, ac tranquillitatem dare, ac mundo etiam vniuerso. Itaque Pontifex vniuersaliter inter omnes Catholicos debet tenere, solicitare & procurare quietem & pacem, ita dicit Clemens V. *in Clem. pastoralis. de re iudic. in princi.* & Bonifacius VIII. *in proœmio* 6. *libr. Decretalium.* & Gregorius IX. *in proœmio Decretalium.* Et ipse Deus per Isaiam *cap.* 49. de summo Pontifice eius futuro Vicario, ait, dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ, & dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, scilicet curam & pacem eius tenendo indistinctè, cùm sibi omnes agnos & oues sine aliqua diuisione commisit, qui vt bonus pastor tenetur vigilare circa curam & onus sibi iniunctum, vt per se & suos prælatos prouinciales, seu commissarios teneat omnes catholicos tranquillos, & quietos in pace, vt *in c. studendum. dist.* 90. dicit consilium Carthaginense, & Alex. III. in concil. Lateranensi, vt habetur *in cap.* 1. *de treuga, & pace.* & dicit D. August. ad Bonifacium *in c. ipsa pietas,* 23. *q.* 4. & in D. conuiuium domini est vnitas corporis Christi non solùm in sacramento altaris, sed etiam in vinculo pacis, in qua vnione, & vinculo pacis ex vigilantia, & pietate pastoris cultus diuinus augebitur, ac ecclesia Dei muneribus & oblationibus fidelium illustrabitur, & habetur 2. *Machab. c.* 3. *in princip.*

3 Et si Episcopi † possunt discordes excommunicatione damnare pro pace habenda, tanto magis supremus Christi Vicarius hoc poterit exercere 90. *dist. c. præcipimus. & c. studendum.* Poterit etiam conuocare & vrgere Imperatorem, aliosque Principes Christianos, qui promiserunt præceptis & mandatis ecclesiæ parere, & obedire, vt conentur per maximè turbātem pacem, & quietem ecclesiæ (quæ tam in laicis, quàm in clericis consistit, nos vnum sumus vniuersi *ad Gal. c.* 3. *ad Rom. c.* 12. & 1. *ad Corinth. c.* 12.) impugnare atque punire, vt in quinto Concilio Carthaginensi diffinitū est, & habetur *in c. ab Imperatorib.* 23. *q.* 3. & *c. boni principes, & c. si imperator, in fine distinct.* 96. & *c. quia sancta. & c. tibi domine. & c. Valentinianus in fine. & cap. Adrianus, dist.* 63. & optimè per D. Ambrosium in tractatu de Patriarchis, translatiuè *in c. dicat,* 23. *q.* 5. & per D. Augustinum *in c. non inuenitur. & c. si ecclesia,* 23. *q.* 4. & *c. Christianis, in fine* 11. *q.* 1.

Sed quanta dexteritate, & prudentia sanctissimi Domini nostri sit nostris temporibus conclusa pax inter potentissimos, & Inuictissimos Philippum II. Hispaniæ Regem Catholicum, & Henricum IV. Galliæ Regem Christianissimum, omnesq; alios Christianos Principes sub felicissimi ipsius Clementis VIII. Pontificatu, vt totus mundus iubilat, & pro eodē summo Pontifice Pacis vniuersalis ministro Deum ipsum implorat, ita placuit eadem pacis capitula ad æternam memoriam hic subscribere.

Capitula & conditiones perpetuæ Pacis inter Reges & Principes Christianos.

Cùm Galliæ & Hispaniarum regna, Germania inferior, Anglia, & Sabaudiæ Ducis ditio ex præteritis bellis maxima damna contraxerint : nemo ignorat sanctissimum Pontificem Dominum, Patrémque nostrum Clementem VIII. cognito ex ipsorum regnorum excidio communis Christianæ reipublicæ hostis incremento, patrio amore ductum, nil intentatum reliquisse, quo per Nuntium apud Catholicum Regem permanentem, amplissimumque Florentiæ Cardinalem suum, ac sanctæ sedis apostolicæ legatum apud Christianissimum Regem, eos ad pacem hortaretur, quousque ad eam ritè, atque ex animo faciendam induceret. Hinc piis summi Pontificis admonitionibus ducti, quo debitum honorem Deo tribuerent, ac populum amore teneri se ostenderent, præpositis ad eam rem agendam pro Christianissimo Rege illustrissimis viris Pomponio de Belieure, equite, Grigoni Domino, Regioque in imperij rebus consiliario, & Nicolao de Brulart, equite, Silery Domino, & eiusdem consiliarij dignitatis: Ac pro Catholico Rege serenissimo Principe Alberto Cardinali Austriæ Archiduce, Ioanne Ricardot, equite, primo priuati consilij præsidente, ac Regio publicarum rerum consiliario, Ioanne Baptista de Salsis sancti Iacobi Commendatore, atque in rebus ad bellum, resque publicas pertinentibus consiliario, & Ludouico Vercichen equite, à secretis primo, Regiique consilij Archiuij custode, iisque summa de rebus iam dictis auctoritate ab iisdem Regibus tradita, quod Deo sit gloriæ, totique Christianæ reipublicæ saluti, ad firmandam pacem, vt infra conuenerunt.

1. Ser-

1. Seruanda esse pacta ab iisdem Regibus, infra describenda, prout in pace nunc iterum confirmata in oppido Cambresil anno 1559. inter Henricum II. gloriosæ memoriæ, & Philippum Catholicum Regem inita, cuius nihil immutetur, præter illud, cui pax præsens refragatur.

2. Post huius conuentionis diem, mox esto bona, tuta, stabilis, ac perpetua pax, fœdus, & amicitia inter hos Reges, eorum natos, & nascituros hæredes, & successores, eorumque regiones, ac subditi, fraterno se amore colunto, mutuum rerum omnium incrementum pro viribus perquirendo, omnem sibimet ipsius causam damni inferendi, vicissim fugiunto, nemini, quauis aperta vel ficta ratione, in cuiuslis eorum iacturam fauento, finem cuiuis dissidiorum generi imponunto, omnia fœdera, quouis modo cum aliis habita, quæ vtrique eorum detrimentum essent allatura, huius pactionis vi, ac robore pro irritis habento. Graui eos pœna puniunto, qui terra, mariue, seu quauis alia ratione iis adfuerint, qui damnum cuius eorum Regum moliantur.

3. Amborum Regum subditi (legibus, moribusq; regionum seruatis) vbique viuere, versari, manere, ire, discedere possint, siue mercium, siue aliarum rerum causa, terra, marique, vbi ipsi Reges dominnentur, habita tamen vectigalium ratione.

4. Literæ ad intercipiendum missæ non valeant, neque aliæ concedantur, nisi in eos, qui hanc pacem non seruauerint, vel vbi ius locum non habeat.

5. Totius Flandriæ ditionis subditi, atque incolæ, aliæque prouinciæ, ac regna sub Hispaniarum Rege priuilegiis, ab aliis Galliæ Regibus concessis, fruantur, quique Francorum Regi pareant, itidem ab Hispaniarum Regibus priuilegia concessa retineant.

6. Si Catholicus Rex, testamento, munere, assignatione, vel aliter, quouis nomine donet, cedat, aut transferat Serenissimæ Isabellæ primogenitæ suæ, vel aliis omnes inferioris Germaniæ prouincias, & Burgundiæ, & Carolois Comitum ditiones, omnes in hoc fœdere esse debeant, prout erant anno 1559. Ipsáque serenissima eius filia, vel alius in quem Catholicus Rex, vt supra has ditiones contulerit, hac pace fruantur, nullo alio negotio accedente.

7. Tam ecclesiastici, quàm seculares, sub vtriusque Regis imperio ad sua munera ac beneficia reuertantur, licet inimicis inseruierint, dummodo ante mensis Decembris finem anni 1588. eadem fuerint consequuti (iis exceptis, qui ritè Ecclesiis fuerint præpositi) neque immobilium bonorum fructus repetantur, quæ vsque ad diem, qua fœdus hoc prodierit, fuerint occupata, neque vt ære alieno leuentur, in quod his de causis ad dictam diem inciderint.

8. Redeat quiuis horum Regum subditus in suorum immobilium bonorum possessionem, solitisque fruatur fructibus, nulla impediente donatione, concessione, declaratione, aut publicatione iam facta, neque ciuilibus, criminalibúsve causis, quod apud aduersarios fuerit, requiratur, si aliam non accusetur ob causam.

9. Qui ab vtriusque Regibus fuerit beneficia consequutus, quorum collatio ad ipsos pertineat, iisdem fruatur.

10. Alter eorum Regum vicissim alteri, quod post annum 1559. occupauit, restituat, imprimisque Rex Christianissimus reddat Catholico Regi Comitatum Carolois, quodq; ad ipsum pertineat, intrà duos menses post hoc initum fœdus.

11. Catholicus Rex reddat Christianissimo præsidia, post tractatum Cambrensis occupata, & præsertim Calais, Ardres, Dorlans, Chastellet, Capelle, Monthuli, & Blauet, & quicquid in Belgio, Armoricisque ciuitatibus captum ab eo fuerit.

12. Duobus mensibus post diem compositæ pacis restituãtur Calais, Ardres, Monthulin, Dorlens, Chapella, & Castellett, nullius horum oppidorum mœnibus deiectis, neque repetitis sumptibus ad muniendum aliamque ob causam factis, primumque Calais, & Ardres restituantur: reliqua verò, tempore iam præscripto.

13. Tribus post initum fœdus mensibus Blauet restituatur, deiicianturque si Catholico Regi videbitur, mœnia.

14. Datur Catholico Regi, vt per suos tormenta, puluis, pilæ, arma, commeatus, aliæque munitiones exportentur, quæ in iis præsidiis ab eo collatæ inueniuntur, iis relictis, quæ in ipsorum expugnatione fuerint inuentæ, secumque milites impedimenta sua efferant, quæ tamen ciuibus, oppidanisque non abstulerint.

15. Christianissimus Rex, naues militibus Hispanis præsidij Blauet, curabit, quibus, suis cum impedimentis in Hispaniam transferantur, datis tamen ab eo vadibus, tutum se iter habituros.

16. Catholicus Rex Galliæ Regi quatuor dabit obsides, quorum duo mox post Belgij præsidiorum restitutionem dimittantur, reliqui verò apud Christianissimum retineantur, quousque Blauet fuerit restitutum.

17. Vtque anno 1559. desti Pauli Comitis ditione acta, sed ad non finem perducta fuerunt de finitimis ipsorum Regum regionibus, de immunitatibus, & vectigalibus, quorum ius sibi asscribunt Burgundię Comitatus subditi, Terouannæ Episcopatus, Bullionis Ducatus, de aliquot oppidorum, quæ ab vtroque Rege fuerunt vicissim occupata restitutione, ab arbitris ab ipsis Regibus electis decidantur ac iudicentur.

18. Summi Pontificis auctoritate, ab vtroque Rege viri deligantur, quibus controuersias quotidie inter Vrbium Ammiens, & Arras Episcopos orientes, componendi cura demandetur, causa quorundam oppidorum ad suos Episcopatus pertinentium, idque anni vnius tempore.

19. Ab vtraque parte omnes captiui milites dimittantur, expensas verò, quodque aliis debent, soluere teneantur, si ante hoc fœdus initum de se redimendo non conuenerint, nullo impendio pro redemptis habeantur.

20. Triremibus vtrinque addicti, mox ab omni sumptu immunes dimittantur.

21. Vtrique Regi hæredibus, & posteris eorum, ac serenissimæ Isabellæ integra seruentur regnorum, regionumque suarum iura, iudiciis verò, at non armis exequenda.

22. Cùm monuerit Catholicus Rex præstare, huius pacis securitate, Sabaudiæ Ducem, eidem interesse affinitatis causa, qua est cum vtroque Rege coniunctus, concedente id Christianissimo Rege, idem Dux Christianissimæ Maiestati satisfacturus, oppidum, atque Arcem Berræ, duobus, post præsens fœdus, mensibus restituet, nulla eius parte demolita, siue deiecta, neque pro factis munienda expensis, aliisque rebus aliqua repetita.

23. Idem Dux præsidium ab oppido Seurra Burgun-

gundiæ deducet, neque opem alicui feret, qui illius contra Regem Christianissimum potiri conabitur.

24. Dissensiones inter ipsos Christianissimum Regem, ac Sabaudiæ Ducem, deputatorum consensu, paci consulentium, summo Pontifici iudicandæ relinquantur, vnius anni, post perfectam hanc pacem, tempore, iuxta Christianissimi Regis responsum, quod sub die 4. Iunij huius anni 1598. scriptum apparet, omniaque rata se habituros promittunt, quæ fuerint à sua beatitudine iudicata, neque noui quicquam se esse interim nouaturos.

25. Ipsi Reges, filiique, ac eorum posteri incorruptam colent amicitiam, neque vllam ob causam alter alteri bellum inferre studeat.

26. Vtriusque partis subditi tam ecclesiæ, quàm seculo seruientes, possint quod eorum fuerit recuperare, iis exceptis, qui prouinciis præfuerint.

27. Dux Sabaudiæ ab vtroque solutus, atque vtrique Regi sit æquè amicus, commeatumque liberum per eorum regiones tum habeat, tum ipsorum subditis tribuat.

28. Hac in pace si velint, pro inclusis habeantur, ipsorum Regum consensu, cum Christianissimo Rege, summus Pontifex, Apostolica sedes, Imperator, Principes ecclesiastici, Seculares, Oppida, Communitates, & Imperij ditiones, & imprimis Comes Palatinus Elector, Marchio Brandeburgi, Dux VVirtembergi, Landgrauius de Hessen, Marchio de Hamsbacch, Comites orientalis Frisiæ, Oræ maritimæ oppida, prout olim pepigerunt, Rex & Scotiæ Regnum, secundum fœdus iam inter Galliæ & Scotiæ Reges ictum, Poloniæ, Danimarcæ & Suediæ Reges, Dux & Respublica Venetiarum, tredecim Hæduorum pagi, Trium fœderum Grisorum Domini, Episcopus & Dominus Regionis Valais, Abbas & oppidum sancti Galli, Clutembergi, Mulhauseni, Comes Neufchastelli, aliique dictis fœdorum Dominis coniuncti, Lotharingiæ Dux, Magnus Etruriæ dux, Mantuæ Dux, Episcopi & Concilia Meti, Tuli, & Verduni, Gozæ Abbas, Domini Sedani, Mirandulæ Comes: cùm tamen Rex Christianissimus intelligat comprehensionem à se factam orientalis Frisiæ Comitum, nihil Catholici Regis nationibus esse nocituram, qui aliquid à supradictis Principibus repetiturus, legibus, non armis vtatur.

29. Sint cum Catholico Rege, si velint, Summus Pontifex, sanctaque sedes apostolica, Imperator, Archiduces fratres eius, ac Patrueles, eorum regna, ac ditiones, Electores Principes, oppida, & ditiones Imperij ipsimet obedientes, Boiorum Dux, Dux Cleues, Episcopus, ac Ditio Liegis, oræ maritimæ Comitatus Ostfrisiæ, qui vnà cum supradictis Principibus, quicquid iam egerint cum aliis infectum esse volunt, nil aliud imposterum se acturos esse promittunt, vel apud Christianos Principes, vel alios, quod Imperatori, suisque partibus, & sacri Imperij ditionibus possit officere, sed ipsius bonum, & quietem pro virib. esse curaturos. Accedant etiam Pagorum Domini alterũ fœderum Germaniæ, fœdera Grisæ, quique cũ iis conuenerint, Poloniæ, Suediæ, Scotiæ, & Danimarcæ Reges, Dux & Respublica Venetiarũ, Lotharingiæ Dux, Magnus Dux Etruriæ, Genuensium Respublica, Lucę Respublica, Parmæ ac Placentiæ Dux, Cardinalis Farnesius eius frater, Dux Mantuæ, Dux Vrbini, Columnæ, Vrsinæque domus capita, Sermonetæ Dux, Monachi Dominus, Finalis Marchio, Massæ Marchio, Plũbini Dominus, Salæ Comes, Colorni Comes, vt omnes vna hac pace fruantur. Hoc pro expresso habito, vt nemo duorum Regum ritè vel contra per seipsum, vel per alios cuius eorum molestiam possit afferre, sique ipsorum aliquis ab eis quicquam sit repetiturus, iudiciis non armis vsuros esse intelligant.

30. In hac etiam pace sint omnes illi, qui vtriusque Regis consensu nominari possunt, dummodo, sex mẽsibus post huius pacis Editionem extent eorum literæ, quibus, vt par est, declaratio, ac eorum obligatio appareat.

31. Et quo hæc omnia, de quibus actum est, omnesque eorum partes, & capita tutiora existant, in Parisiorũ, aliisq; Gallici regni conciliis firmabuntur, notabũtur, atque edentur, idque ipsum fiet in magno, aliisque Catholici Regis conciliis, in suis inferioris Germanię regionibus iuxta formam, quæ in eo, quod actum est anno 1559. continetur, hisque de rebus tribus post huius pacis editionem mensibus diplomata expedientur.

32. Suprascripta conuentionis capita, quodque in ipsis continetur acta confirmata, ac stipulata fuerunt inter supradictos electos supradictorum Regum nomine, & eorum mandatis promiserunt, ac promittunt cuiuscunque eorum Regis, ac domini præsentium, futurorumque bonorum obligatione ab ipsis nulla re impediente seruanda, perficiendáque esse. Promittunt etiam ea comprobari debere, & ab vtroque comprobationis literas firmatas, atque obsignatas habere, in quibus ad verbum, quod in hoc fœdere continetur sit narrandum, videlicet à Christianissimo Rege Cardinale Archiduce, & Sabaudiæ Duce vnico mense post hanc initam pacem, & à Rege Catholico, dictus iam Cardinalis Archidux trium mensium interuallo easdẽ literas dari debere. Insuper ipsi electi suorum Dominorum nomine promiserunt, ac promittunt, habitis ipsis confirmationis literis, ipsos Regem Christianissimum, Cardinalem Archiducem, & Sabaudiæ Ducem, solemni more supra crucem, sancta Dei Euangelia, missæ canonum, & honorem suum esse iuraturos, coram quocunque ipsis videbitur, cumulatè, regiè, ac fideliter illud seruare, ac perficere, quod in his continetur, idémque facturum Catholicum Regem, tribus post harum rerum nuncium mensibus, in quorum fidem ipsi electi propria manu hæc omnia firmarunt: Veruini sexto Nonas Maij 1598. Amen.

Sed quia Summus Pontifex cunctando sententiam ferre, satagebat dissensiones illas inter Regem Christianissimum & serenissimum Sabaudiæ Ducem boni, æquique consulendo, restituere, tandem Christianissimus anno 1600. mense Septembri contra Ducem iniuit bellum, & illico occupata quasi tota regione Sabaudiæ, ex natura situs Gallis obsistere non valente, mox breui tempore ipse Rex fortallitia Carboneræ, & Chamberi debellauit, atque munitissima & fortissima Momigliani Castra, denique post quadraginta quinque dies, artibus, & proditione Castellani obsedit, atque sanctæ Catharinæ arcem destruxit: Quo tẽpore serenissimam Principem Mariam Medices vxorem ducit, atque Italiæ Ducibus maxima affinitate coniungitur: Vnde potentissimus Rex Catholicus vt opitularetur Sabaudiæ Duci, & rebus Italiæ, maximum & fortissimum Mediolani comparat exercitum, quadraginta millium peditum, decemque millium equitum diuersarum nationum, valde instructum, cui Dux præfectus erat excellentissimus D. Petrus Enriquez, Comes fontium, Mediolani Gubernator, Generalis in tota Italia pro ipsa Catholica maiestate olim post Principem Parmæ pro eadem Locum tenens generalis Flandriæ. Rebus sic stantibus vicini Principes propter longam pacem, pecuniis, opi-

opinione refertissimi, & ipsi fortalitia muniunt, atque exercitus parant, sed idem clementissimus Pontifex pacis vniuersalis nouus auctor, ei jam consulens, qui miserat illustrissimum Cardinalem Petrum Aldobrandinum eiusdem nepotem suum, & sanctæ sedis Apostolicæ legatum ad ipsos Principes dissentientes, non solùm legati maxima prudentia, & incerto rerum exitu, quem potentioribus etiam considerandum est, sed eiusdem Pontificis continuis apud Deum Optimum Maximum precibus, pax ipsa firmata fuit his pactionibus, quas placuit ad æternam memoriam hic subnectere.

Capitula Pacis,

Inter Regem Christianissimum, & Serenissimum Ducem Sabaudiæ firmatæ sub die 17 Ianuarij 1601.

Quod præfatus serenissimus Dux cedit, transfert, ac relinquit Christianissimo Galliæ Regi singulas regiones, ditionesque Bressæ, Burgei, Verominis, & generaliter quicquid ad eum pertinere potest vsque ad flumen Rhodani, complectendo ipsum flumen, ita vt ab exitu Geneuæ totum dictum Rhodani flumen sit Regni Galliæ, specterque ad ipsum Regem, eiusque posteros.

Suntque ex oris, quarum vt supra facta est cessio cum singulis earum pertinentiis, tam in dominio, iustitia, ac ditione, vasallis, & subditis omnique recto nomine, ratione, & actione, quæ pertinere possent ad ipsum D. Ducem in prędictis regionibus; aut ratione, vel causa ipsorum. Nihil igitur sibi reseruat, ac retinet, præter quam quod, oportunitate transitus, ipsi Sereniss. Duci remanebit Pons Gresin super dictum fluuium Rhodani inter Clusam & Pontem Arli, quæ res ob præsentem tractatum erunt ipsius Christianissimi. Sed vltra Rhodanum remanebunt penes ipsum D. Ducem parrochiæ Leæ, Aueran, & Chezery cum omni eorum agro inter flumen Gaucermes, & Logum montanæ appellatæ Graneredus, vsque ad locum dictum Riuiera: Et post dictum fluuium Gaucermes, locus nuncupatus Negrocomes ad ingressum vicinorem eundi, ac transeundi ad Burgundiam: Hoc addito pacto, ne penes ipsum D. Ducem facultas sit, vllam ibi arcem ædificandi: transitus autem liberè remanebit per d. Pontem Gresin, & quicquid etiam est reseruatum tam per subditos ipsius Regis, quàm per omnes alios ituros & reuersuros in Galliam sine aliqua illorum itineris molestia, perturbatione, ac impedimento: transeuntes tamen exercitus, & militum copiæ pro ipso sereniss. Duce, siue altero Principe, attingere nunquam valeant regionem, seu oppida Regis Christianissimi, nisi prius licentia impetrata ab eius Maiestate, siue Gubernatoribus vel generalibus præsidentibus, nec subditis dictæ maiestatis aliquod inferent incommodum.

2. Et vt ad effectum reduci possint omnia supradicta, sereniss. Dux rediget in potestatem Regis Christianissimi siue à sua Maiestate deputati Arcem Burgi in eum quo reperitur statum, nihil demoliendo, vastando, nec destruendo, cum omnibus tormentis bellicis, puluere, & aliis præparatoribus bellicis, quæ inerunt in dicta arce cùm tradita fuerit.

3. Et insuper inita est conuentio, quod ipse sereniss. Dux cedat, transferat, & relinquat dictæ Maiestati Ripas trans Rhodanum, loca, oppida, & pagos, Haire, Causi, Amessi, Pontis Arli, Seme?, Chanæ, & Pierrechiastel cum omni superioritate, iu tota dominatione, omnibusque emolumentis, quæ ex præhabitis locorum cessionibus, & ipsimet colonis deduci possunt, non aliter comprehendendo in his, plurimos præfatorum locorum, eorumque agri defectus.

4. Item ipse D. Dux dictæ Maiestati transfert, relinquit, accedit Baroniam siue potestatem Gez cum omnibus accessionibus, pertinentiis, & iuribus, eodémque modo, quo ipse D. Dux, eiusque prædecessores potiti sunt, & sine vlla reseruatione atque retentione, præter illud quod est ab altera parte Rhodani, exceptis tamen Locis, atque Padis Aire, Causi, & Amesi, superius exactè nominatis, & cum conditione, quod omnia supradicta cessa, & concessa sint vnita, & incorporata Coronæ Galliæ Regis, & deinceps æstimentur de dominio & patrimonio eiusdem Coronę, à qua nulla vnquam occasione, nullo vnquam tempore separari, neque alienari valeant, sed semper sint in loco & natura locorum permutatorum, de quibus infra.

5. Sancitum est etiam, vt ipse Dux reddat & restituat in effectum dictæ Maiestati, vel à dicta Maiestate ad hoc specialiter deputatis Locum, Vallem, & cætera oppida Castri Delphini, simul cum turri Pontis, & omnia quæ ex Delphinatu occupata fuerunt ab ipso sereniss. Duce, vel eius dependentibus in eo statu, quo nunc reperiuntur, vllamque rem quouis pacto minimè demoliendo, vastando, aut vllo detrimento afficiendo. Imò puluerem, pileas, tormenta, aliasque bellicas copias in dictis locis hoc tempore manentes deferet: Sed milites, turmaque militaris, & alij ex dictis præsidiis exeuntes, poterunt curare, vt extrahantur eorum supellectilia: eis tamen non liceat exigere rem aliquam ab incolis dictorum castrorum, vel prouinciæ, neque aliquod ad ipsos incolas pertinens extrahere.

6. Item quod ipse Christianissimus Rex iubeat ruendam, demoliendam, & funditus euertendam esse arcem Boccedelphini, quæ instante præsenti bello cōdita fuit, & serenissimus Dux pro transitu ei concesso, supraque nominato & reseruato, soluet summam centum millium scutorum, pretio in singulis trium Francorum, monetæ Gallicæ, vel tantidem in hac Lugduni Ciuitate, quibus onus exigendi ab ipsa Maiestate impositum fuerit, videlicet quinquaginta millia hoc præsenti tempore, cùm primùm Arx Carboneræ restituetur sibi, & reliqua quinquaginta millia ab hinc sex mensibus.

7. Et ob causam dictarum cessionum, omnia tormenta bellica, puluis, & commeatus acquisiti à sua Maiestate, sibi omnino restabunt. Et virtute præfatorum omnium ipse Rex pro quiete pacis contentus est relaxare, cedere & transferre ipsi Duci, eiusque hæredibus & successoribus, prout nunc relaxat, cedit, & transfert omnia sua iura, nomina, & actiones, & omnia, & quæcunque prætendi possunt à Regibus, & Galliæ Delphino super Marchionatu Salucij, cum suis pertinentibus & dependentibus: Item super locis Centales, Mont, & Arcis Sparueriæ, nihil sibi reseruando & retinendo: Itemque ipse Rex Christianissimus quietauit, remisit, & renunciauit d. serenissim. Duci omnia tormenta bellica, & copias repertas in dictis castellis dicti Marchionatus, & Centalis de anno 1588.

8. Pollicetur etiam ipse Rex operam dare & in effe-

effectu restituere ipsi Duci reuera, & perfecta fide, vel cui ab ipso Duce dabitur ad id facultas, totam regionem, præsidia, & loca, quę nunc reperiuntur occupata, & à sua Maiestate, vel suis famulis detinentur, & acquisita fuerunt ab ipso Duce post annum 1588. & omnia prædicta restituere eo modo, & forma, prout ad præsens reperiuntur, nihil vllo pacto, demoliendo, vastando, aut detrimento afficiendo.

9. In restituendis dictis præsidiis, possit ipse Rex Christianissimus extrahere omnia instrumenta bellica, puluerem, pileas, vectigalia, arma, cæterosque commeatus, qui tempore restitutionis prædictæ reperientur intus dicta præsidia: Imò etiam milites, & omnis gens militaris, cæterique ex dictis Castris exituri, poterunt operam nauare, vt eorum supellectilia, ad eos spectantia, tollantur, omni eisdem erepta potestate exigendi rem aliquam à dictorum locorum incolis, vel vicinæ regionis, vel istorum aliquid distrahendi.

10. Vtriusque partis restitutio fiet statim quod præsentes compositiones ratæ, firmæ, & completæ fuerint, videlicet, ipse Dux curabit, vt reponatur in manibus suæ Maiestatis, aut illorum, quibus à sua maiestate impositum fuerit, Arx Burgi, cum tormentis bellicis, puluere, pileis, omnibusque commeatibus, qui intra dictum Castellum reperiũtur: post quam restitutionem, Rex Christianissimus curabit etiam, vt restituantur loca, & Castra Chamberi & Momigliani ipsi sereniss. Duci, qui illico imponat & mandet, vt reddatur Castrum Delphini, cum omnibus suis membris, vt supra dictum est, & demoliri præcipi & arcem Buccæ Delphini: quæ omnia cum reipsa, verè perfectéque ab ipso Duce peracta fuerint: Restituentur eidem infra mensem Vallis, & Vicariatus Barcellonectæ, omniaque alia præsidia, & loca præsenti tractatu promissa, eidemque rationabilis securitas prout volet tribuetur.

11. Omnes scripturæ, tituli & documenta, quæ adhiberi possunt in iustificandis iuribus, rerum inuicem inter se permutatarum, restituentur, & re vera reddentur, tam ex vna, quàm ex altera parte.

12. Dicta maiestas non teneatur pro retributionibus, donis, & assignationibus factis ab ipso sereniss. Duce, vel eius prædecessoribus super terris & dominationibus per illum suæ Maiestati cessis: Nec teneatur ratas habere hypothecas super eisdem factas: sed ratione venditionum & alienationum ad titulum onerosum peractarum sub forma consueta, & requisita veritate, ante hanc vltimam dissensionem S.M. in hoc deuicta sit, sicuti etiam Ser. Dux, & non prius: Idem obseruetur circa dona, remunerationes, & alienationes in d. rebus à S.M. cessis.

13. Quas ob res, ac etiam ob tractatum Veruin, pax erit à die & data præsentis tractatus, stabilis amicitia, & proba vicinia inter prædictos Regem Christianissimum, & sereniss. Ducem, eorumque filios natos, nascituros, eorumque hæredes & successores, eorum regna, regiones, & subditos, erepta qualibet potestate aliquod facinus ineundi cum detrimento aliquorum, siue eorum regionum, ac subditorum, quacunque ex causa, siue prætextu, sitque commercium liberum inter subditos, & regiones vtriusque Principis, soluendo tamen iura & impositiones à propriis subditis regionis soluendas.

14. Subditi & vtriusque partis serui, tam ecclesiastici, quàm seculares, quamuis aduersæ parti fuerint famulati, summa cum pace reuertentur, cumulatéque fruentur, omnibus eorum bonis, officiis & beneficiis prout continetur in septimo articulo dicti tractatus Veruin, erepta omni Gubernatoribus facultate quicquam agendi, siue perturbandi.

15. Omnes captiui, atque cæteri, qui belli occasione ab vtraque parte detinentur in libertatem restituãtur, si soluerint impẽsas, atque omne æs alienum, quod iure debent, nec teneantur ad debitum talionis, nisi iam prius conuenerint de soluendo eo: At si in conditionibus erit excessus, vel ipsæ conditiones essent exorbitantes, ordo ab eo Principe ponatur, in cuius regionibus erunt.

16. Quilibet in carceribus detenti subditi præfatorum Regis & Ducis, præsertim ex Marchionatu Salucij, aliorumque locorum, quorum cessio facta est, qui ob belli calamitatem possent detineri in triremibus dictorum Principum, promptè in libertatem reponantur, amota facultate aliquid ab eis requirendi, nec ex causa redemptionis, nec propter expensas sibi factas.

17. Omnes processus, iudicia, arresta, sententiæque prolatæ ab anno 1588. in subditos Marchionatus Salucij, reliquorumque locorum, de quibus cessio à dicta Maiestate facta fuit, & post hæc nouissima bella à iudicibus & consiliariis ordinariis in Sabaudia, Bressa, cæterisque locis recuperatis à S. M. consequentur eorum plenum, integrumque effectum: in quibus sint salua iura ipsis quomodolibet competentibus: Verum si sententiæ in contumaciam latæ fuerint, aut lite spõte non contestata, sint nullæ, nulliusque effectus, tanquam prolatæ non essent, & quoad instantias indecisas, non iudicatas, nec peractas, cognitio sit officialis illius principis ad quem pertinebit.

18. Incolæ & subditi orarum, & regionum adinuicem datarum, ob præsentem tractatum nulla molestia afficiantur, nec quouis modo vexentur, si famulatum præstiterint parti contrariæ, vel qualibet alia præliorum præteritorum ratione: Imò reintegrentur in plena possessione, & dominio omnium, & quorumcunq; bonorum, rationum, graduum, priuilegiorum, immunitatum, & omnium eorum mobilium, quæ tunc reperientur, eisque liceat, prout libuerit, ire, recedere, solumque vertere. Poterunt tamen omnibus bonis frui, vendere, commutare, & ad liberam voluntatem quomodolibet disponere.

19. Et quia Incolæ Marchionatus Salucij, & aliorum locorum, de quibus dicta cessio à S.M. facta fuit, eorum facultatibus potiti non fuerunt post pacis tractatum Veruin factum, illis restituentur, & dabuntur immobilium bonorum fructus, olim non habiti, atque census & prouentus, ex illo tempore, quo potiti non sunt, post dicti tractatus Veruin proscriptionem vsque ad initium nouissimi belli: Et circa Officiales Salucij, & alios, qui seruiuerunt Regibus Galliæ, in Pedemontium regionibus, potientur immunitatibus, & exemptionibus eis datis, & concessis temporibus prçteritis in aliis tractatibus à Regibus Carolo IX. & Henrico III. cum eodem D. Duce Sabaudiæ initis, & postea confirmatis à Duce regnante.

20. Pollicetur etiam sereniss. Dux, omnes officiales, & alios Salucij incolas, atque aliorum locorum à S. M. cessorum nequaquam molestia afficiendos esse, vel

vel vexandos, aut iure, vel iniuria quouis modo agitandos ob aliquam occasionem præteritorum bellorum inter d.M.& D.D. Imò in libertate, eorumque securitate conseruabuntur, vt tranquillè, pacificè, & liberè fruantur eorum bonis, & quoad regionum onera, ac grauamina pertinet, illi nimium non grauabuntur, sed potius leniter, atque benignè, vt condemnati ab ipsa Maiestate accipientur, de quibus ipse sereniss. Dux literas dabit, ac priuilegia in forma valida.

21. Antistites ordinarij, S.M. subditi, habentes beneficia ad suas collationes in oris d. D. Ducis poterunt conferre dicta beneficia cùm opus fuerit: & qui ritè & canonicè electi fuerint, fructibus eorum beneficiorum fruentur, sine vlla eorum molestia, atque incommodo. Idem seruabitur quantum spectat ad beneficia sita in Francia, quorum collatio spectet ad Antistitem alicuius ex regionibus D. Ducis.

22. Rationes, quas contra D. Ducem prætendit, reseruatæ sunt dictæ Maiestati, si sequatur, quod continetur in tractatu facto sub anno 1599. In Castro Cambresis & Taurini sub anno 1574.

23. Quod D. Dux Nemurs, & Geneuois, qui solebat habere & possidere omnia oppida, tributa, collationes, & census à suo appannagio emanantes, sub ditione sereniss. Sabaudiæ D. eosdem virtute præsentis concordiæ deinceps habebit ab vtroque Principe, scilicet sua Maiestate & Duce Sabaudiæ, qui illum benignè, vt bonum consanguineum promiserunt habere, illiusque habere rationem, vt nec iuribus, nec auctoritatibus, quæ ex Appannagio d. Ducis Nemurs extant, controueniatur, vel aliquo modo derogetur, vt illis pacificè potiri possit, iuxta sententias, conuentiones, & conditiones dicti sui Appannagij. Et insuper promiserunt, quod si deinceps aliqua differentia respectu dicti Appannagij orietur, summariè, familiariter, & amicè, sine processu diffiniri mandabunt.

24. Item ad instantiam illustrissimi & amplissimi Legati nomine suæ sanctitatis factam, sancitum fuit, vt omnes copiæ militares, vel paratæ, vel stipendiis vnitæ, causa huius nouissimi belli, dimittantur, tam in Gallia, quàm in Italia infra mensem post huius præsentis tractatus publicationem, vt quisque valeat, vniuersali pace gaudere, & quiete promissa in dicto tractatu Veruin, qui confirmatus est in omnibus punctis & articulis, præterquam quod per præsentem tractatum commutatum esset, vel expresse derogatum.

25. Ob maiorem securitatem huius tractatus omniumque eius rationum, pactorum articulorumque in ipso contentorum, ipse idem tractatus publicabitur & acceptabitur in Parlamento Parisiensi, & inibi registrabitur, sicuti etiam comprobabitur in senatu Chamberi, atque in senatu Taurini, & in quibuslibet aliis locis solitis, cuius publicationis & ratificationis atque registrationis ab vtraque parte literæ patentes præstabuntur, infra tres menses post publicationem huius præsentis tractatus.

26. Qui articuli & capita supranominata, & comprehensa, & quantum in singulis ipsorum, tractatum, transactum, & stipulatum est per ipsos reputatos à præfatis Principibus, qui vigore facultatis & auctoritatis eisdem demandatæ, & sub illorum nominibus promiserunt, & promittunt sub obligatione omniũ, & singulorum, bona præsentia, & futura dictorũ Maiestatis, & sereniss. Ducis, & quod ab ipsis inuiolabiliter obseruabuntur, & ad effectum deducentur. Et amplius pollicentur, quod sibi alter alteri literas authenticas ratificationis dabunt, approbatas, subscriptas, & obsignatas, quibus totus præsens tractatus insertus erit, idque efficietur infra mensem à die & data præsentis tractatus. Pręterea dicta Maiestas, & d. Dux, in corona eorum, quos suo arbitratu eligent, omni solemni modo iurabunt exactè, bona fide, & realiter obseruare, quantum in dictis articulis continetur, &c. In quarum rerum fide dictus illustriss. & amplissimus Legatus, & præfati Domini deputati subscripserunt eorum proprio nomine præsentem tractatum, Lugduni die 17. Februarij 1602.

Petrus Cardinalis Aldobrandinus.
Nicolaus Brulart de Sylleri.
Franciscus Arconatus.

Petrus Feharinus.
Renatus de Lusigne de azimes.

CAP. XLI.

De SVMMI PONTIFICIS potestate circa concernentia pacem vniuersalem.

SVMMARIA.

1 *Papa potest excommunicare omnes Principes recusantes stare capitulationi pacis. & nu. 17.*
2 *Rex successor reuocans facta per prædecessorem dicitur illi iniuriam facere.*
3 *Successor Princeps ligatur pactis, & concordatis initis per prædecessorem.*
4 *Actum validè gestum per prædecessorem, non potest successor reuocare.*
5 *Imperator tenetur seruare facta per suum prædecessorem.*
6 *Actus dicitur validè geri, quando fit nomine dignitatis.*
7 *Princeps successor tenetur obseruare promissionem prædecessoris de non ædificando fortalitia.*
8 *Pacis capitulatio facta ab Imperatore cum subditis, non potest infringi per successorem.*
9 *Pacis capitula sunt seruanda quando non interuenit dolus.*
10 *Rex electus subrogatus in honore, debet subrogari in onere.*
11 *Pax inita inter Regem Franciæ, & Angliæ de anno 1300. fuit seruata per successores.*
12 *Pax prædicta quomodo fuerit facta cum præiudicio regni Franciæ.*
13 *Regalium concessio in præiudicium status potest reuocari per successorem.*
14 *Rex ineundo pacem, videtur facere nomine sedis regiæ.*
15 *Obligationis translatio quando fiat ad successores.*
16 *Princeps quilibet potest auferre bona subditorum pro bono pacis.*
18 *Pacis conturbatione quæ sequentur incommoda in republica.*
19 *Papa absoluit subditos regis recusantis stare capitulationi pacis.*
20 *Interdicto subiiciuntur loca non obedientia mandatis Papæ.*

21 Papa potest priuare Reges & principes sua dignitate, recusantes stare capitulationi pacis.
22 Exempla Principum priuatorum à summo Pontifice.
23 Papa potest ciuitatem vel castrum auferre vni, & dare alteri, pro bono pacis.
24 Papa exercet iurisdictionem temporalem in Principes ex causa temporali temporaliter considerata.
25 Pacis contemplatione quando possint auferri bona alterius.
26 Principi quando nō credendum, nec pro eo præsumēdū.
27 Pacis remedia ex quibus possint elici, remissiue. & 29.
28 Pacis, quoties facta fuerit inter Principes Christianos, exempla describuntur.
30 Pacis contemplatione, bonis ablatis, debet dari excubium, vel solui pretium.
31 Papa auferens bona vigore pacis, non dat excubium.
32 Papa propter pacem publicam potest remittere omnia damna, & iniurias subditorum.
33 Papa remisit damna & iniurias populi Romani passas ab exercitu imperiali.
34 Papa quando possit remittere pœnam concernentem interesse priuatum.
35 Episcopus debet renuntiare suo episcopatui pro habenda pace.
36 Pacis causa potest dispensari super matrimonio prohibito.
37 Papa pro bono pacis debet fœdere vnire Principes Christianos.
38 Principes ex quibus sacræ scripturæ exemplis monentur ad fœdus iniendum.
39 Papa imprimis debet curare pacem Italiæ.
40 Italiæ bellorum causæ quot ascribantur.
41 Partialitatum in prouincia qui sint effectus.
42 Italiæ partialitates, & factiones quibus remediis extirpandæ essent.

NVnc videamus de summi Pontificis iurisdictione, & potestate circa concernentia conturbatores
1 pacis vniuersalis. Potest igitur summus Pontifex † cēsuris afficere omnes Principes & Reges, recusantes stare capitulationi pacis firmatæ per prædecessores. Nam vt ait D. Gregor. super *lib. 6. Reg. c. 16.* rescindere bene ordinata est docere cæteros exemplo sui ipsius quandoque instituta post se reuocare, & dissoluere, quod quidem nimis asperum est, & bonis moribus inimicum, vt eum refert Luc. de Penn. *in l. fi. n. 68. C. de*
2 *locat. præd. ciuil. li. 1.* & ipse ait, *ibid. nu. 72.* si Rex † bene ordinata per suum prędecessorem infringat, dicitur illi iniuriam inferre, *C. quod verò, 25. q. 2.* & firmant Roman. *in consi. 327. n. 3. & seq. & 345. n. 8.* Crauett. *in consi. 241. vol. 2.* quoniam contra bene statuta aliquid concedere, vel mutare, nec Principis quidem potest auctoritas, *c. confidimus, & c. quæ statuta, 25. q. 1.*
3 Et quod successor † ligetur pactis, & concordatis initis cum prædecessore, *cap. 1. de probat.* & ibi notant Anton. de Butr. Immol. Felyn. Dec. & Abb. qui dicit illud non reperiri alibi, quod caput. ad idem allegat Cyn. *in l. digna vox. C. de legib. & l. Cæsar. ff. de publican.* Abb. *in c. col. 2. de constit.* Et dicit Bald. *in consi. 326.* Rex Romanorum, *num. 6. vol. 1.* dicat quod super isto passu generali, an successor teneatur approbare facta prędecessoris, nunquam fuit facta pax inter sapientes: Ta-
4 men vbi actus † validè gestus est per prædecessorem, non potest successor reuocare, vel aliquo modo impugnare, Dec. *in d. c. 1. de probat. & in d. l. digna vox. C. de legib.* ita concludit Bart. & *in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi, aut clam.* per *c. abbate sanè. de re iudic. lib. 6.* Bald. *in l. cùm multa. num. 3. C. de bon. quæ lib.* & latius probat Ias. *in consi. 1. & consi. 56. col. 2. vol. 1.* & latissimè *in consi. 10. per totum vo lum. 3.* loquens in Papa, Imperatore, & Rege, & quocūq; principe, etiam si non sit hæres prædecessoris. Et in Imperatore, † quod teneatur seruare 5
facta per suum prædecessorem, Bero. *in consi. 65. num. 126.* & Menoch. *in consi. 307. num. 16. & plur. seq. vol. 3.* & ibi etiam loquitur de inuestitura castri Melignani facta per Ducem Maximilianum Sfortiam, & in contractu Ducis Ferrariæ, Bero. *in consi. 38. vol. 1.* Menoch. *in consi. 378. num. 11. vol. 4.* Rininald. iun. *in consi. 18. nu. 7.* Natta *in consi. 122.* Purpurat. *in consi. 433.* Marcombrunus *consi. 55.* latè Caccheran. *in decis. 139. per totum,* qui alios citat.

Et dicitur actus † validè geri quando fit nomine 6
dignitatis ad obligandum successorem in eadem dignitate, Dec. *in d. c. num. 37. de probat.* vbi Abb. in principio testatur de comm. opin. & si faceret ea quæ sunt de natura officij, Curt. sen. *in consi. 41. num. 1.* & probat Curt. iun. *in consi. 1. numer. 29.* Ideo Romanus *in consi. 52.* in quæstione dicit, quod princeps † successor tene- 7
tur ob seruare promissionem sui prędecessoris de non ædificando fortalitia, Iacobin. *in inu. stit. in princip. col. 2. vers. sed an princeps.* Martin. de Laud. *in tractatu de princip. vers. 127. contractus.* Bertachin. *in tract. de episc. parte 4. q. 54. vers. qui de rege successore.* Bal. *in consi. 341. col. 3.*

Ergo pax, † & capitula facta ab Imperatore cum 8
subditis non debent infringi per successorem, prout concludit Bald. *in d. l. digna vox. in fine.* nisi ex parte subditorum interuenisset dolus, & ad hoc est glossa ordinaria *in auth. de defensor. ciuit. §. nulla.* & Bald. *in d. cap. 1. de probat.* dicit quod pacta inita inter ciuitates Lombardiæ, & Imperatorem Federicum, quæ continentur in titulo de pace Constantiæ seruāda sunt per Imperatores, qui succedunt in Imperio, Felyn. *ibid. nu. 1.* vbi etiam, quod dicta capitula sunt seruanda per Papam, nisi interueniat dolus, & ad hoc facit, quod 9
pro vna ratione dicit Bald. *in c. venerabilem col. 2. in fine. de elect.* quod licet Rex † electus à populo non di- 10
catur hæres prædecessoris, tamen quia subrogatur ei in honore, debet subrogari in onere, & quia videtur habere bona vacantia, & quia regnum est vniuersitas, teneri debet ad onera imposita per prædecessores, & licet in fine illius quæstionis alleget duas rationes in contrarium, non tamen refellit rationes pro hac parte adductas.

Et in specie de pace † inita inter Regem Franciæ, 11
& Angliæ Regem de anno 1360. quæ fuit celebrata cum multo & maximo præiudicio regni Franciæ, & quia Ioannes Rex Franciæ captiuus factus erat ab Odoardo Rege Angliæ. quod obseruari debeat per successores Reges, scripsit Baldus amicissimus, & patronus Francorum *in d. l. digna vox. in fine.* quem sequitur Felyn. *in d. c. 1. num. 1. de probationib.* Rebuffus super concordatis Franciæ *in tit. de collationibus, in præfatione, vers. Item dicit Bald.* Igneus *in repetitione l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxor.*

Nec obstat quod dicta pax † fuerit facta cum ma- 12
ximo detrimento, & diminutione regni Franciæ postquam Rex Ioannes concessit ipsi Regi Odoardo.

Sed concessio † eorum, quę sunt de regaliis, siue sit 13
in magnā, siue in modicam diminutionē status reuocari potest per successorem, Boss. *in tract. de princip. in fin. & in tit. de regal. num. 34.* Felyn. *in d. c. 1. num. 5. de probat. & in c. ad audientiam nu. 5. de præscript.* post Bal. & alios per eum relatos, cum aliis per Portium *in li. 5. Comm. opi. conclus. 18. ampliat. 2. vers. sed secus.* & per Bar. *in d.*

in d.l.prohibere §.planè ff.quod vi,aut clam.per c.intellecto.de iureiur.

14 Quia Rex † Christianissimus ineundo pacem cum Anglorum Rege, videtur nomine sedis regiæ, & in perpetuum per omnem mundi ætatem conuenire, *cap.1.vers. in perpetuum.de pace Constantiæ. & ibi not.* Bald.*cap.1.de pace iuram. firm. cap.1. de pace tenend. & eius violator.* vbi Bald. probauit Imperatorem iniuisse pacem, non nomine proprio, sed nomine sedis; ergo cum regni sedes non moriatur, *§.fin.in auth. quomodo oport.Episcop.l.quod principi de legat.2.cap.si gratiosè.de rescript.lib.6.* ideo ad successorem transit obligatio. Et

15 quod fiat translatio obligationis † ad successores in dignitate, est textus *in c.quoniam Abbas.de offi. delegat.* Et not. Bald. *in cap.1.ver.Marchio.qui feud.dare possunt.* & ad hoc textus, *in l.annua §. fin. ff. de annuis leg.* per quem tex. ita notauit Cyn. *in l.si quis imperatorem, Cod.qui test.am. fac. possunt.* Nec ea quæ allegantur de diminutione regni, & Imperij procedunt pro bono

16 pacis, cum possit quilibet princeps † supremus auferre bona subditorum pro bono pacis, vt infra dicam; Imò cum in latere principis sit tanta Iurisconsultorum, & procerum copia, *l.quisquis in prin.Cod ad l.Iul. maiest.l.vni. Cod. de præposit. laborum lib. 12. l. omnia Cod.de testament.* non est verisimile ipsum Regem inconsultè pacis negotium expedire, & ideo ordinatum quicquid est, & dispositum auctoritate consilij, præsumitur factum, vt redundet ad vtilitatem, & gloriam Regis, & Regni: Nec præsumendum est aliter proceres censuisse, *l.humanum in fine Cod. de leg. l. non dubium in prin.Cod.de repud.cap.apostolicæ 35.quæst.9.* Et ideò Iustinianus *in §.& nos non latuit in authen. quib. mod.natur.effi.legit.* dicit, incompetens est ea quæ bene exclusa sunt, rursus ad rempublicam reuocare, & *in l.3.Cod.de summa trinit. in vers. Nam & iniuriam facit iudicio reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata, ac rectè disposita reuoluere, & publicè disputare contenderit.*

17 Ergo summus Pontifex † Reges, & Principes non obseruantes pacem vniuersalem, Euangelica denuntiatione præcedente, potest communione priuare, *cap. nouit.de iudic. c.discordantes & c.placuit distin.90.c.de presbyterorum.17.quæst.4.* Bartol. *in extrauag.ad reprimendam in ver.denuntiationem*, Bald. *in l. æquissimum per illum tex ff.de vsufruct.* & per tex. *in dict. c. placuit.* Prout contigit factum in Imperatorem Federicum, vt *in c. Abbate sanè,de re iudic. lib.6.* & refert Bartol. *in tractatu de Guelfis,& Gibellinis*, & ista sunt tantò magis vera si principes discordantes essent tales, per quos

18 tota respublica † turbari posset, *l.si quis ingenuam §.in ciuilibus dissensionibus.ff.de captiu.& postlimin.reuers.& l.2.§.1.Cod.de offi.præ, fect.prætor. Afri.* quia inde nascerentur quotidiani hostium incursus, vt dicit textus *in §.illud.in authen.vt iudi.sine quoquo suffrag.* Item templorum depopulationes, *§. sed neque vers. publicorum in auth. de mandat. prin.* Item oppressiones mulierum, *§.13.si quis planè vxorem ff.ad l.Iul.de adulter.* ergo mirum Principibus fieri non debet, nec asperum, si ob tantum scandalum vitandum per ipsum summū Pontificem patrem vniuersalem, possunt excommunicationis remedio ad pacem vniuersalem obseruandam compelli.

19 Secundum remedium in ordine est, quia Papa † absoluit subditos Regis recusantis stare capitulationi pacis, à iuramento fidelitatis, vt dixi supra *in 1. parte cap.6.num.146.cap.grauem.de excessib.prælat.* & ad hoc est tex. *15.quæst.6.* sub his verbis: *Nos sanctorum prædecessorum nostrorum statuta tenentes eos, qui excommunicatis fidelitate, aut sacramento astricti sunt, Apostolica auctoritate, à sacramento absoluimus, & ne eis fidelitatem obseruent, omnibus modis prohibemus, quousque ipsi ad satisfactionem veniant.*

Si verò subditi † post huiusmodi absolutionem, 20 excommunicato Regi obedirent, vniuersi moneri possent, ne obediant, & tandem in contumaces interdicto submittere loca eorum in subsidium, & quacunque Ecclesiastica dignitate priuare, vt latius dixi super *eadem parte, cap.3.à numer.54.infra.* Posset denique summus Pontifex † priuare Reges, & Principes 21 sua dignitate, gloss. *in cap.nullus 21.quæst.1.* textus *in cap. si quis deinceps 17.quæst. 4. & cap. Adrianus.distinct. 63.* Aufrer. *de potestate seculari in Ecclesiasticos casu 113.* sic pluries † summum Pontificem egisse legitur. Inno- 22 centius III. Otthonem quartum Imperio priuauit, qui schismaticus à Romana Ecclesia fuerat. Honorius III. Federicum secundum ab Ecclesia recedentem, primo excommunicauit, mox imperiali dignitate priuauit. Item Innocentius IV. Federicum III. ipsi summo Pontifici obedientiam recusantem, Siciliæ regno, & toto imperio priuauit, de quo *in cap.ad apostolicæ.de sentent.& re iudi.lib.6.* Item Ioannes vigesimus secundus Ludouicum Bauariæ ducem schismaticum declarauit, & regno priuauit. Item Innocentius I. excommunicauit Arcadium Imperatorem, propterea per Pontifices successores facta fuit Imperij translatio de Græcis in Germanos, vt latè scribo supra *in prima parte capit.6.num.120.* Et quomodo summus Pontifex potest priuare Reges, Principes, & Imperatorem ex causa temporali, etiam temporaliter considerata, latius scribo *in dict.cap.6.num.138. & 141. & seq.*

Item summus Pontifex † pro bono pacis posset ciui- 23 tatem aut Castrum auferre vni, & dare alteri, quia in pace vertitur vtilitas publica propter quam potest auferre ius priuati, Bart. *in l.quicunque in fine C. de fid.instrument.& iure hastæ fiscal.lib.10.* Bald. *in l. rescripta, num.67.C.de precib.imper.offer. & in titul. de pace Constantiæ vers.priuilegia.* Angel. *in l. bene à Zenone.C.de quadrien.præscript.* Corsett. *de priuilegiis pacis priuileg. 78.num. 24.* post alios quos citat Francisc. Pinus *in consi.114.num.17.& 21.* Qui doctores licèt loquantur in principe respectu sui subditi feudatarij: Tamen propter easdem rationes idem dictum procedit in summo Pontifice; Tum etiam quia ex † causa tempo- 24 rali, temporaliter considerata id potest exercere in Principes, & ostenditur exemplo regni Nauarræ, de quo scripsi supra *lib.1.c.8.num.42.* & latius scribit Palatius Rubeus *in libro de regno Nauarræ*, post suas repetitiones editus.

Quod autem possit auferre bona alterius pro bono pacis † intelligitur quando aliter non potest consuli paci, vt per Capycium *decis.61.in fine,& decis. 69.col.1.* 25 In quo neque pro principe † præsumitur, neque ei sic 26 affirmanti credendum est, vt per Capycium *decis.166. num.6.& 7.* Vnde prius alia debent tentari remedia, si possint ipsi Principes ad sanctam pacem reduci, & de diuersis † remediis, & modis reconciliationis, & repa- 27 cificationis scripsere etiam nostri Iurisconsulti, Raynaldus Corsus *in tractatu de reconciliatione*, & Ludouicus Carbonus *in tractat.de repacificatione*, & quādo ex istorum regulis non possent optima inueniri remedia super casu occurrēti, arbitror inueniri posse ex exemplis tot repacificationum factarum inter serenissimos

nostros

28 nostros principes Christianos, quorum rationes,† & exempla descripsere nostri iurisconsulti. De Pace anni 1381. inter Venetos,& Regem Vngarię scripsit Ancaranus *in consil.204.Visis.* Item de pace inter Duces, & communitates Mediolani, Florentiæ, Bononiæ, Mantuæ, Senarum, Perusiæ, Montisferrati, Patauij, Rauennæ, Immolæ,& Ianuæ, scripsit,& consuluit Baldus *in consil.147.incip.Ortaguerra volum.2.* vbi in fine descripsit formam laudi pronunciati à legato Apostolico super hoc. Item de Pace anni 1300. inter Ianuam,& Pisas scripsit Angel.*in consi.261.incip.Punctus est in anno domini,&c.* Item de pace inter Venetos,& Ianuenses scripsit Castrensis *in consil. 423.volum. 1.* & Ioseph.Ludouic.*in tract.de commun. opinion. in titulo, ad legem Aquiliam.* Item de pace inter Ducem Mediolani,& Ducem Sabaudiæ, scripsit Baldus *in consil. 241. volum.3.* Item de pace inita inter Ioannem Regem Francię,&Carolum eius primogenitum,& Delphinum, atque Amadeum Sabaudiæ Comitem scripsit Francisc.Mart.*in decis.Delphinali 333.parte 2.* Item de pace Constantiæ anni 1183. de qua *in Vsibus feudorum*, scripsit etiam Carolus Sigonius *de Regibus Italiæ lib.14.fol.529. vsque ad fol. 649.* Item de pace anni 1559.inter Philippum secũdum Regem Catholicum, & Henricum II. Regem Christianissimum, atque Ducem Sabaudiæ scripserunt Crauett.*in consil.685.*& Loffredus *in paraphrasi feudorum fol.52.col.4.* qui scribit de pace inter eundem Philippum, & Ludouicum XII.quæ fuit facta de anno 1502. Item de pace VVormatiensi scribit Alciatus *in consil.151.* Item de fœdere inter commune Venetiarum, & commune Fani scribit Bald.*in consil.446.in fine.volum.4.* Quorum scripta reuoluenda sunt ad inuenienda exempla reconci-
29 liationis nostrorum Principum: Et de aliis remediis† spiritualibus pro pace habenda scribit Rebuffus super Bulla Ieiuniorum pro pace *in practica beneficiali fol.mihi 327.* Hęc prius debent repacificationis tentari remedia, quia agitur de bono Ecclesiæ, Ancar.*consil. 66.post princip.vers.non enim semper iuri suo,& nu.3. & consil.281.num.12.* Octauian. Vulpel. *in tractatu de pace qu.2 nu.12.*

30 Et illa regula quod bonis ablatis † vigore capitulationis pacis, debeat per Regem dari excambium, de qua *in l.2.vbi Bald.Cod.in quibus caus.serui pro præm.libert.accip.* Innoc.*in c.nisi cum pridem col.2. vers. nos dicimus.de renuntiatione.* Abb. *in c.constitutus num.12.de religios.domib.* post Butr.ibi, Bartol. & Doct. *in l.fin.§. 1.ff.de pignorat.act.& in l.si venditor §.constat ff.comm. prædiorum.* Alex.*in consil.151.volum.6* Ias.*in l.Barbatius num.33.ff.de offic.prætor.& in l.fin.nu.9.ff.de pact.* multa congerit Felyn. *in c. quæ in Ecclesiarum. de constit.* And.*in c.1.§.similiter col.3. de cap.qui cur. vendid.& in c.1. ver. moneta quæ sint regal. & in proœmio constitutionum Regni.*

31 Non procedit, quando Papa † aufert vigore pacis vniuersalis, quia non priuat, nisi tentatis prius aliis remediis iuris, etiam excommunicatione, quo casu aufert tanquam ab indigno & alteri concedit, ideo non tenetur ad excambium. Item illa regula procedit quãdo Princeps condendo legem auferret bona vasalli, Bart.*in l.si.C.si contra ius,vel vtilit.pub.* Angel. *in consil.139.* Capyc.*decis.51.num.12.* quo casu tenetur soluere pretium domino, Crauett.*in consil.208.in Franchesia, col.1.vers.breuiter.* Suarez *allegat.10.* Natt.*in consil.160. num.40.* Et cessante necessitate, debet eadem res restitui, Capyc.*decis.166.& decis.66.* si habet facultatem rei tradendæ. Sed summus Pontifex aufert ab indigno, excommunicato,& alteri concedendo, ideo non tenetur, nec per viam legis facit.

Item summus Pontifex † propter pacem publi- 32
cam potest remittere omnia damna,& iniurias subditorum, & ita subditi non possunt vlterius petere, aut querelas inferre, ergo possessores bonorum ex intuitu pacis molestari non poterunt, Angel. *in l.3. §.si is pro quo ff.quod quisque iuris.* qui loquitur super pace inita cum Romana Ecclesia, & Perusinis, vt valeant concessiones factæ per Gregorium VI. & Vrbanum V. quibusdam nobilibus Perusinis de certis bonis quorundam populariuum, idem *in l. item si verberatum,§.secundo in fine ff. de rei vendic.* plures ad hoc allegat Alex.*in consil.190.num.13.vol.2.& consil.226. nu. 19.eod.vol.2.* Ex quo infertur quod licitè potuit sum- 33
mus Pontifex remittere damna, & iniurias populi Romani passas ab exercitu imperiali, quicquid super hoc scripserit Gregorius Magalottus Romanus *in tractatu de securitate,& saluo conducto,parte 1.num.24. & plur.seq.* quia causa pacis, & concordiæ potuit hoc fieri, Calcan.*in consi.36.num.29.* Et quod possit † re- 34
mittere pœnam concernentem interesse priuatum, vbi fortè si exigeretur posset esse causa discordiæ inter plures, vt de exactione pœnæ inter Bononienses, & Ducem Ferrariæ concludit Cardinal. *in consilio 85. Dominus Nicolaus Marchio Estensis propè finem*, Gozadin.*in consi.5.num.19.* Alex.*in d.consi.190.num.13. in fine volum.2.* & probat Ias. *in l.Barbatius nu.30.ff.de offi.prætor.* Et propterea solent fieri constitutiones, & statuta pro bono pacis, vt possessores bonorum acquisitorum in bello, vel sibi concessorum occasione belli, turbari non possint in eorum pacifica possessione, pro vt in regno Neapolis fuit facta Pragmatica ædita Thori anno 1505. & procedit secũdum dispositionem iuris communis *c. in natura.de iniuriis*, secundum vtrumque intellectum datum ad illum textum, Felyn. *in d.c.quæ in Ecclesiarum nu.27.de constit.* Ideo Angel. *in l.Antiochensium in 1.& 2.lectura ff.de priuileg.credit.* dicit, Principem posse concedere alicui suæ ciuitati, vt valeat sibi legem condere, vt præferatur quibuscunque aliis creditoribus in bonis communis debitoris, si alias oriretur scandalum propter factum contrarium,& Innoc. *in d.c.nostra*, & sequitur Calcan. *in consil.52.num.17.* Et ad hoc facit † quod Episcopus de- 35
bet renuntiare episcopatui pro habenda pace cum populo, Innocent.*in c.nisi cum pridem.de renuntiat.* Corsett.*in suis singularibus in ver.pax.* Item quod pro necessitate pacis inducendæ summus Pontifex deberet super † matrimonio prohibito dispensare, vt consu- 36
luit Roman.*in consil.307.in fine.* Immol.*in c.quando nu.2.de iureiur.* Hostiens.*in summa de pœnis.§.fin. vers. sed pone quod guerra.*

Item considerandum est, an expediat summum Põtificem † pro bono pacis vnire serenissimos Prin- 37
cipes Christianos contra Ecclesiæ inimicos, atque confœderatione associare: quia in otio discordiæ nutriuntur, vt ait Orosius, *lib.2.ad D.Augustinum*,& Titus Liuius *libr.2.de bello Punico, libr.10.* Nulla magna ciuitas intrinsecus quiescere potest, nisi extrinsecus bellum geratur, deberet igitur excitare Principes Dei ministros, eiusque voluntatis executores, vt procedant contra hæreticos, schismaticos, & malefactores, teste D.August.*in cap. nimium 24.quæst.4.* & maximè contra illos, à quibus principaliter Deus offenditur, ne puniantur alij, qui in eodem scelere non deliquerunt. Nam Achor filius Zaræ præteriit mandatum Domini, & super omnem populum Israel ira eius incu-

incubuit, & ille erat vnus, & vtinam in scelere suo solus periisset, legitur Iosuæ c.7. quod propter peccatum Achani, multi de populo Israelitico ceciderunt in bello, iccirco D. August. super Ioann. c.3. & habetur *in c. quando, 2.q.4.* monet principes, vt procedant ad correctionem & punitionem aduersus hæreticos & schismaticos, atque dissipatores Ecclesiæ, & Christi blasphematores, & habetur etiam *in c. si quis eadem causa, & quæst.* ad Brunichildam Reginam Francorum: ideo summi Pontificis munus est primum monere Principes ad quod sunt à Deo instituti, vt ait D. Hieronym. & habetur *in c. regum, 23.q.5.* & Ecclesiasticus *in 4. cap.* clamat libera eum, qui iniuriam patitur de manu superbi, liberate igitur omnes Principes Ecclesiam de manibus & iniuriis impiorum. Nam qui potest extirpare peruersos, & non facit, videtur fauere impietati eorum.

38 Plurima † sacræ scripturæ extant exempla, quibus moneri deberent Principes ad fœdus iniendum, vt 2. *Reg. c.5. in princip.* Dauid percussit fœdus cum senioribus Israel in Hebron coram Domino, & habetur idem *in 1. Paralipomenon c.11.* & probatur *in lib. Iudicum c.11.* vbi filij Israel fecerunt confœderationem cũ Iephte contra filios Amon, & *in li. Paralipom. c.12.* vbi Dauid acceptauit confœderationem, & adiutorium ab Abbisai, & aliis Principibus venientibus in sui adiutorium, cùm ad ipsos principes Dauid ait: *Si pacifici venistis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis. Cui Abbisai, spiritus Domini, ait: Tui sumus, ô Dauid, & tecum filij Isai pax, pax tibi, & pax adiutorib. tuis.* Item *1. Reg. c.18.* vbi Ionathas filius Saulis, & Dauid inter se fœdus ineunt, & probatur *in 2. lib. Reg. cap.3.* vbi Dauid acceptauit confœderationem oblatam sibi ab Abner pro se & aliis de populo Israel contra Saulem. Et alias fuit inita confœderatio inter Ecclesiam & Imperatorem Federicum, vt dicit Innocent. in 3. concilio generali, *in c. ad Apostolicæ, de sent. excomm. li.6.* Et inter Pontificem Pascalem, & Imperatorem Ludouicũ, *c. ego Ludouicus, in fine distinct.63.* & nouissimè nostris temporibus inter Pium V. & Philippum II. Regem Catholicum cum aliis serenissimis Italiæ principibus, cuius fœderis gloria æterna erit per omnia secula, & singulis annis celebratur Romæ per totam Christianitatem sub die 7. Decembris.

39 Item quia summus Pontifex † imprimis curare debet Italiam, vt ait D. Bernardus *in libro 5. de consideratione ad Eugenium Papam.* Ideo specialibus aduertenda sunt aliqua ad conseruationem pacis Italiæ, in qua tot antiquæ reperiuntur contentiones, vnde ob grauissima bella sæpe sæpius conquassata & exhausta fuit,
40 & licet bellorum Italiæ † causam alij ascribant amœnitati prouinciæ æmulæ vicinis: Alij, quia Italia est longa, ita quod duæ extremitates sibi succurrere nequeant. Alij propter celerem mutationem Beatissimi Pontificis, quæ sic solet cõtingere, vt Egidius *de regimine Princip. lib.4. cap.6.* Vel quod Imperator in ea non residet, vt Petrarcha *epistolarum lib. vltimo, epistola 19. incip. quo te, &c.* Vel inter plures principes de Iurisdictione dissensio, Bald. *de pace Constantiæ, in vlt. gloss. & in l. executorem col. fi. C. de execut. rei iudic.* Dec. *in c. nouit. col.5. de iudic.* Alij denique acumini ingeniorum, de facili propterea varietatem appetentium, vt frater Hieronym. de Ferraria *in libro de regimine ciuitatis Florentiæ tractatu 1. c.3.* Veriorem tamen Italiæ bellorũ causam esse partialitates ipsius arbitrati sunt Andr. *in princip. titul. de pace tenenda.* Iacobus Signorolus *in tractatu Gallico de decem transitib. de Gallia in Italiam. fol.6.* quia vt Salustius, quem citat Morus *in republica Vtopiæ. fol.26.* Hi, quibus opes nullæ sunt, bonis inuident, malos extollunt, vetera odere, noua exoptant, odio suarum rerum mutari omnia student, vt dicit Æneas Syluius *epistola 59.* qui nunquam quiescunt, nec alios quiescere permittunt, vt Thucydides *in lib.1. in oratione Corinthiorum ad Lacedæmonios.* & quia istorum opinio experientia fulcita est, nihil dubitationis in se continere existimandum est.

Item quia partialitates † in prouincia sunt sicut vermis in caseo, Barbat. *in c. licet de probat.* & sunt sicut portæ patentes ad introducendos inimicos. Iccirco Galli, Eluetij, Hispani, atque Theutonici omnes eorum pugnas veniunt committere in Italiam, cum maximo Italorum discrimine, & iactura, adeo, vt Itali olim victores gentium, nunc propter partialitates, heu, vincentium prẹda sumus, vt ait Petrarcha *epistola 96. incip. inter multifida, &c.* & barbarica ferocitas sæpius deuastauit dulcem Italiam, vt ait Bald. *in d. l. executorem col. fi. Cap. de execut. rei iudic.* 41

Has factiones, & partialitates † summopere nisus fuit extirpare Bonifacius Papa VIII. vt ait Platina in eius vita, sed morte præuentus non potuit perficere: Ad ipsas igitur funditus euertendas, considerandum est an expediat post multa remedia constitutionem condi, emanantem à præcepto de amore proximi, per quam declarentur huiusmodi partialitates esse peccatum mortale, & hoc ad auferendum ambiguitatem, siue errorem simplicium, qui putant licere esse partialem, quando animum alicui nocendi non habeant, quia sæpe maior est infirmitas corporis dum latet. Vtile esse videtur, ordinari, vt omnes fratres, & religiosi in eorum congregationibus, & capitulis, quia propter confessiones cognoscunt ægritudines, generaliter conferrent, & cogitarent de remedio, orando, vt Deus optimus maximus ipsis inspiraret, & populis etiam coram Principibus prædicarent: Hoc remedio cessasse partialitates in Alemania testatur Beneuenutus de sancto Georgio, *in tractatu de origine Guelforum.* Vtinam etiam diuino officio; quod fit die Veneris sancta, vltra orationem, quæ ibi dicitur pro pace habenda, adderetur oratio specialis ad rogandum pro sedatione harum partialitatum, & quod qualibet dominica palmarum concionatores prẹdicarent in detestationem ipsarum, quæ dies conuenit paci propter palmas, omnesque religiosos aduertere, vt incumberent extirpationi ipsarum. Si hęc non sufficerent, considerandum est, an expediat mandari sub eadem pœna excommunicationis, vt cassentur omnia statuta loquentia de Guelfis, & Gibellinis, atque deleantur de voluminibus statutorum, & quascunque personas à iuramentis absoluere, quæ illa obseruare iurassent, item declarare irritum, & inane quicquid in posterum vigore talium statutorum fieret. Quod ciuitates ęgrè ferre non debent, nam vt inquit Papa Pius *in epistola 40. contra Deietantum: Difficile est quòd potestas malis artibus acquisita, bonis moribus administretur.* Et licet omnes nationes, imò & ciuitates peccent in aliquo peculiari, tamen cæteri omnes defectus nihil esse videntur respectiuè ad istas maledictas partialitates. Item quod exhortentur Principes ad expellendos factiosos, & partiales ab eorum curiis, ne alios insigniant, & aduerte quod quanto concedunt insignia, seu arma, ea taliter varient coloribus, vt nisi cum difficultate possint cognosci an sint de vna factione, vel alia, vel vnicuique concedere duo armorum 42

morum insignia contraria ad inuicem, prout in tapetis antiquis visum est, in quibus ab vno latere erant arma vnius familiæ depicta modo Gibellino, & ab alio more Guelfo, quod erit facilè solum in mutatione colorum. Et quia isti partialos etiam inueniunt partialitates imaginibus sanctorum, prohibendum esset sub grauissimis pœnis, ne quis in posterum audeat imponere nomina armis pro Guelfis, vel Gibellinis, seu pro aliqua factione, vel partialitate: licet quotidie videamus addi & detrahi in armis, & insignibus, & plures vtuntur armis de vna factione, & ipsi sequuntur factionem aduersam, imò in vna ciuitate sequuntur vnam, in altera sequuntur factionem contrariã, & qui sequutus fuerit decennio vnam factionem, postea abiurabit illam, etiam per instrumentum, & assumit aliam, vt dicit Felyn. *in prooem. decretal. col. antepenultima*, & Bald. *in tractatu statutorum, in ver. Gibellinus*. Imò in eadem agnatione vnus sequitur Guelfos, alter Gibellinos, quod contingit etiam inter fratres, imò inter fratrem & filium, quod est valdè detestabile, vt adhuc nostris temporibus continuetur.

Ergo cùm secundum veriorem opinionem pax Italiæ summoperè conseruaretur extinctis partialitatibus ipsius, considerandum est an expediat hæc partialitatum fomenta extirpare, & alia similia, de quibus & aliis huiusmodi scribo latius *in titulo de regimine mundi, in meis ff. nouissimis*.

CAP. XLII.

An creare magistratus sit effectus supremæ potentiæ, & iurisdictionis.

SVMMARIA.

1 *Magistratus creare, est effectus supremæ potentiæ.*
2 *Magistratuum creatio spectabat ad populum, hodie obseruatur Venetiis.*
3 *Populus Carthaginensis quomodo creabat magistratus.*
4 *Princeps solum magistratus creat maiores, minorum creationem delegat.*
5 *Dignitates omnes emanant à Rege.*
6 *Magistratus creati à Baronibus faciunt vnum tribunal cum eisdem.*
7 *Barones habent facultatem creandi officiales à Rege.*
8 *Magistratuum creatio liberè fieri debet, absque pecunia.*

1 Creare magistratus † est effectus supremæ potentiæ, *c. 1. qui sint regal. l. 1. C. de metropoli Beryto. lib. 10.* Prima lex, quam P. Valerius condidit expulsis Regibus, fuit, vt magistratuum † creatio spectaret ad po- 2
pulum, eadem lex fuit statuta Venetiis cùm primùm congregati fuere: Aristoteles in politicis dicit, Popu-
3 lum † Carthaginensem solitum esse creare quinque magistratus supremos, qui postea elegissent centum & quatuor eiusdem Reipublicæ officiales, atque censores Romani supplebant numerum Senatorũ, quod prius solebant facere consules, teste Liuio *in lib. 23.* Et dicit Cassiodor. *in lib. 1. epistola 6.* Theodoricum Regem confirmasse magistratus electos à senatu: His verbis, iudicium vestrum, Patres conscripti, noster comitatur assensus: Sed hoc clarius cognoscitur in Rege, & Principe † Monarcha, qui maiores duntaxat 4
creant magistratus, quibus facultatem minores, vel minimos constituendi impertiuntur: nisi essent parui Domini, qui creant etiam lictores. Item Barones constituunt officiales in terris suis, qui dicuntur habere iurisdictionem à Rege, quia omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impertimur, *l. 1. §. & ideo C. de veter. iur. enucleand.* Et ideo Bald. *in cap. 2. hic finitur lex Corradi*, dicit, quod Rex est maior quolibet magistratu, quia ab eo † emanant cæteræ dignitates, 5
& *cap. 1. §. ad hæc. de pace iuram. firmand.* apud Cæsarem est omnis iurisdictio, à quo fluunt, & refluunt omnes iurisdictiones, sicut flumina currunt ad mare. Magistratus † creati à Baronibus faciunt vnum tribunal 6
cum eisdem; ideo si officialis Baronis est suspectus, tota curia Baronis est suspecta, Dec. *in cap. 1. num. 78. in l. lectura. de iudiciis.* Imò facultatem † creandi offi- 7
ciales suos habent à Rege. Nam ita omnes inuestiuntur, propterea supremi Principis propriũ est hoc, qui solet interdum Regalia concedere, præsertim ea, sine quibus concessio redderetur inutilis, ad tradita per Doctores *in rubrica feudorum. tituli, quæ sint regalia.* Denique aduerto Magistratuum † creationem liberè 8
fieri debere. Nam dicebat Lampridius: Nulla maior laus Alexandri Seueri, quàm quod ius honoris, & gladij nunquam vendi passus est, dicens: Ego non patior mercatores Magistratuum, quod si patiar, damnare non possum, erubesco enim punire illum hominem, qui emit, & vendit.

CAP. XLIII.

Cognitionem vltimarum appellationum effectum supremæ potentiæ.

SVMMARIA.

1 *Appellatio est fundamentum popularis libertatis.*
2 *Appellationes vltimæ fuerunt reseruatæ populo Romano.*
3 *Appellationes omnes fuerant reseruatæ populo Atheniensi.*
4 *Appellationum causæ non intelliguntur concessæ, nisi exprimantur.*
5 *Iudices qui iudicent appellatione remota.*
6 *Cognitio appellationum comprehendit etiam petitionem ciuilem.*
7 *Causarum auocatio ad Principem est signum supremæ potentiæ.*
8 *Appellationes omnes voluit auferre Caligula.*
9 *Appellatione remota, admittuntur supplicationes subditorum.*
10 *Appellationes vltimæ vt plurimum sunt concessæ in inuestituris.*
11 *Appellationum concessione aperitur via ad principatum.*
12 *Commissio causæ appellatione remota fit à solo Principe.*

Appellatio † est fundamentum popularis liber- 1
tatis, quia per ipsam defenduntur, *c. cum inter. de exceptionibus & c. significauerunt*, & defensio est de iure naturali, *l. vt vim ff. de iust. & iur. l. sententiam §. qui cum alter ff. ad l. Aquil. c. significasti. de homicid. clem. pastoralis. de re iudic.* quam vehementer exoptat libertas populi.

Post-

Postquam Romani lege Valeria expulerunt Reges,
2 non solum vltimæ, sed etiam † omnes appellationes
fuerunt Populo reseruatæ, Liuius *in lib.24.* Et quia
consules in hoc repugnabant, talis lex fuit bis publi-
cata, Liuius *li.1.& li.7.& li.10.* & per legem Duillam
fuit imposita mortis pœna quicunque impediret legis
obseruantiam. Hæc eadem lex strictius antea custo-
diebatur Athenis, teste Dionysio Halicarnassæo *in li.*
3 10.*de Republica* † *Atheniensi*, vbi omnes causæ non so-
lum magistratuum subditorum, sed etiam omnium ci-
uitatum confœderatarum, reseruatæ erant Populo A-
theniensi, teste Xenophonte de Republica Veneto-
rum, atque Demosthene per eum allegato: Et ideo
4 appellationum † causæ non intelliguntur concessæ,
nisi exprimantur, etiam si sit facta concessio cum me-
ro & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, An-
gel. *in l.1.§.qui mandatum, nu.3.ff.de iurisdict.om.iudic.*
Capyc. *in sua inuestitura, in ver. Feudorum accessoria, in
vers. appellationum causæ.*

Et licet in omnibus Rebuspublicis sint magistra-
5 tus, † qui iudicant, absque appellationibus, vt Camera
Imperialis Alemaniæ, quatuor Curiæ Hispaniæ, octo
Parlamenta Franciæ, Consilium quadraginta Venе-
tiis, Consilium Neapolis, Senatus Mediolani, & in o-
mnibus ciuitatibus Imperialibus, atque ab Imperio
dependentibus non detur appellatio ad Imperialem
Cameram à causis diiudicatis à magistratibus subie-
ctorum Principum, atque imperialium ciuitatum, &
interdū minores magistratus iudicant sine appellatio-
nibus, ergo cognoscere de vltimis appellationibus
non videtur effectus supremæ potentiæ.

6 Tamen cognoscere † de vltimis causis comprehen-
dit non solum appellationes, sed etiam viam petendi
ciuiliter propter defectum appellationis, propterea
multi ex Doctoribus consuluerunt petitionem ciui-
lem esse propriam supremæ potestatis, Bald. *in 2.q.43.
nu.35.ff.de rer.diuis.* Abb. *in consi.82.vol.1.* Curt.iun. *in
consi.2.col.1.* Abb. & Immol. *in cap.nimis, de iureiur.* Et
licet iidem iudices cognoscant de appellationibus,
quando proceditur per ciuilem petitionem: tamē ipsa
eadem ciuilis petitio dirigitur coram Principe, & ii-
dem condemnati appellant ad ipsum Principem, vel
ad supremum Principem, qui vel admittit, vel refu-
7 tat, sicut sibi videtur: sæpe etiam Principes † auocant
ad se causas, vel vt iudicent, vel vt nullas declarent, aut
remittant ad alios iudices, & hoc est propriè signum
supremæ potentiæ, & vltimæ cognitionis causarum,
sic non est amplius in iudicum inferiorum facultate,
iudicia Principum, eorumve ordinationes commuta-
re, corrigere, vel non obedire absque falsi pœna, *l.2.
§.quod iussit.ff.de re iudic.l.relegati.ff.de pœnis.* Et si
Princeps vellet appellationes remouere, sicut volebat
8 facere Caligula † Imperator, non propterea non reci-
peretur recursus, aut non admitterentur supplicatio-
9 nes † subditorum factæ ad eiusdem Principis Maie-
statem, Minadous *in decis.27.* quia appellatione remo-
ta, censetur sublata formalitas tantùm, Abb. *in cap.1.de
rescript.* Decius *in rubrica, de appellationib.* Minadous *in
decis.42.num.7.in fin.* Neque posset idem Princeps sibi
tantoperè ligare manus, quin possit ab eisdem ordina-
tionibus, quæ sunt de iure positiuo se liberare, *l.prin-
ceps.ff.de constitut.c.proposuit.de concess.præbend.*

Ego paucas vidi inuestituras ab hinc quinquaginta
10 annis factas, in quibus vltimę † appellationes non fuis-
sent concessæ, quod fieri potest, ad Bald. *in d.l.2.col.fi-
nal.ff.de rer.diuis.* Sed pro conseruatione statuum nun-
quam deberent subditis, nec inferioribus dignitatibus
concedi, quia hoc est eis aperire † viam ad supremum 11
Principatum, & ad subtrahendum se à potestate supre-
mi Principis paulatim. Adrianus Imperator fuit pri-
mus, qui Senatui facultatem dedit absque appellatio-
ne iudicandi, *l.1.ff.à quib.appellar.non lic.* Item Nero
ordinauit æqualem pœnam dari appellantibus ad Se-
natum, quæ imponebatur appellantibus ad ipsum, Ta-
citus *in lib.8.* Suetonius in Nerone: Et hodie praxis
obseruat, vt commissio † causæ appellatione remota à 12
solo Principe fiat, cùm sit de illius reseruatis, *d.l.1.§.fi.
ff.qui, & à quib.appel.non licet, & c.pastoralis.de re iudic.*
& scribit de hoc latè Lancellot. *in tract.de attentatis,
limitatione 8.nu.16.* Et inferior à Principe non potest
causam committere appellatione remota, prout est
communis opinio, de qua per Loffred. *in consi.20.n.11.*

CAP. XLIV.

Remissionem pœnæ delinquentium esse effectum supremæ Potentiæ.

SVMMARIA.

1 *Pœnam remittere delinquenti est effectus supremæ potentiæ.*
2 *Proconsules & gubernatores prouinciarum non habent remissionem pœnæ.*
3 *Ministri possunt indulgere ex concessione principis.*
4 *Veneti in quo consilio concesserunt, & concedunt gratias.*
5 *Senatus Mediolani concedit gratias, vt Vicarius Imperatoris.*

Remittere pœnam † delinquentibus est effectus 1
supremæ iurisdictionis, quod facit solus Prin-
ceps, *l.ad bestias.ff.de pœnis.§.planè. Institut.de iure na-
tural. gent. & ciuil.* in quo sola Principis voluntas est
iusta causa indulgendi, *l.1.& 2.C.de sent.passis.* Et dicit
Andr. *in c.1.quæ sint Regal.* Solus Princeps remittit de-
lictum delinquenti. Proconsules, † & Gubernatores 2
prouinciarum, licet habuissent maximam auctorita-
tem, non tamen obtinuerunt indulgentiæ facultatem,
vt legitur apud Plinium *in lib.10.* epistolarum ad Tra-
ianum Imperatorem, & Papirius † Cursor licet indul- 3
serit Fabio Maximo peditum Duci exercitus, qui pre-
ter datum ordinem debellari voluit, etiam quod in il-
lo ipso prælio viginti quinque millia hostium occi-
disset, non tamen erat Papirius, sed Populus Roma-
nus, qui indulgentiam Papirio commiserat. Apud A-
thenienses etiam, Populus damnatos remittebat, vt le-
gitur de Demosthene, Alcibiade, & aliis. Apud Vene-
tos † magnum consilium concedit gratias, quas antea
consilium Decem, ex antiqua consuetudine largieba- 4
tur, sed anno 1523. fuit ordinatum huic negotio alios
viginti duos adiunctos assistere, atque gratias non ha-
bere effectus, nisi omnium votis factæ fuerint, & sub
anno 1552. ne consilium se intromitteret huic nego-
tio, fuit expressè prohibitum. Item Carolus V. Impe-
rator cùm eligeret Senatum † Mediolanensem, illis
concessit omnem supremam suam potentiam, tan- 5
quam suo Vicario, & locum tenenti, solum sibi reser-
uauit facultatem indulgendi, atque gratias largiendi,
vt habetur expressè *in constitutionibus Mediolani, cap.de
Senatu.*

CAP. XLV.

Vectigalium impositionem esse effectum supremæ Iurisdictionis.

S V M M A R I A.

1 *Vectigalia noua instituere est effectus supremæ Iurisdictionis.*
2 *Imponere munera, tributa & collectas est effectus supremæ potentiæ.*
3 *Senatus Romanus quando imponebat onera populo.*
4 *Gabellas in mari imponere spectat ad supremum Principem.*
5 *Collectarum solutio arguit terram esse de iurisdictione collectantis.*
6 *Gabellæ, & vectigalia noua, non nisi ex magna necessitate imponenda.*
7 *Vectigalia noua imponi non posse sine dispensatione Papæ.*

1 INstituere noua vectigalia † est effectus supremæ iurisdictionis, *l.3.C.noua vectigal.& c.innouamus, de censib.& c.super quibusdam.& ibi notatur per omnes Ca-*
2 *nonistas, de verb.significat.* Item imponere munera, † tributa & collectas, *l.3.C.de annon.& tribut.* Item superindicta, *l.1.C.de superindicto, lib.12.* Senatus Roma-
3 nus † durantibus bellis, atque etiam censores imponebant aliqua onera, tamen sciebant, quod vix plebs tolerasset, Tribuni tamen dissimulabant. Multi dixere gabellam salis esse signum supremæ potentiæ, quã imposuere primi; Lysimachus Rex Thraciæ, Martius Rex Romanorum, quæ postea aucta fuit à Liuio Censore, qui propterea appellatus est Salinator, teste Auctenо *in lib.3.*& Liuio *in lib.9.decade 3.* easdemque ga-
4 bellas in mari † imponere, spectat ad supremum Principem, prout latè scribit Caccheran. *in decis.155.* sunt & alij multi effectus, quos enumerat Lucas de Penn. *in l. contra publicam.C.de re milit.li.12.* Vnde solutio colle-
5 ctarum † arguit terram esse sub iurisdictione collectantis, *§.si quis ex quolibet, auth.quib.mod.nat.effic.sui.* Bald. *in l.3.C.de natural.lib.* Felyn. *in c.Rodulphus, col.*
6 *penult.de re iudi.* Sed certè peccatur † in vectigalibus, & gabellis imponendis & exigendis, præsertim in excessu, dum supra modum onerantur subditi, sine causa aut necessitate vrgente Reipublicæ, Principes enim peccant, dum cõgerunt thesaurum sibi, & ad voluptates, paruipendentes lachrymas, & gemitus subditorũ, quod est potius opus tyranni, quàm boni Principis. Propterea non temere est imponenda nouorum vectigalium exactio, vt sanxerunt Seuerus & Antoninus Imperatores, nisi adeò tenuisset patria, vt extraordinario auxilio iuuari debeat, & re diligentissimè considerata, vt habetur *in l.1.C.vectigalia noua imponi non posse.* ex quorum impositionibus sæpissimè seditiones ortæ sunt in ciuitatibus, vt latè scribit Nicolaus Boërius
7 *in tract.de seditiosis.* Et hodie imponi posse † non videtur sine dispensatione summi Pontificis, & re diligenter in suo consistorio inspecta, propter *Bullam Cœnæ Domini*, expresse id prohibentis, pro defensione pauperum subditorum.

CAP. XLVI.

Osculationem pedum Papæ esse effectum illius supremæ iurisdictionis.

S V M M A R I A.

1 *Papæ pedes duntaxat sunt osculandi, non aliorum.*
2 *Osculatio pedum Papæ vnde traxit originem.*
3 *Exempla plurium qui osculati fuerunt pedes Petro.*
4 *Exempla plurium, qui osculati fuerunt pedes Papæ, etiam Imperatorum & Regum.*
5 *Literæ Regum & Imperatorum scriptæ ad Papam semper habent subscriptionem cum deosculatione pedum, ex antiqua consuetudine.*

OSculari † pedes, Papæ tantùm conuenit, quod 1
tum locis sacræ scripturę, tum antiquissimo tempore obseruatum, comprobari potest. Nam † *Actuum* 2
c.16. Stephanus custos carceris, cum terræ motu omnia concuti sentiret, & viam vitæ à Paulo & Sylla postularet, ad eorum pedes procubuit. Sic etiam Cornelius Centurio, ad pedes D. Petri, venerationis causa corruit, *Actuum c.10.* Et licet Petrus dixerit: *Surge, ne feceris, nam & ipse homo sum:* tamen Theophylactus ait, id Petrum fecisse, ne gentes, quid maius, quàm par esset de ipsis Apostolis animo conciperent, sed potius homines spiritu sancto inflatos existimarent. Ideo D. August. *sermone 25.* cùm in fines terræ Apostoli Petri fama emanauerit, tunc omnes gentes, eum adorare cœperunt: Mulieres † in insula Ancharadi ante pedes 3
Petri prostratæ, eos osculis petebant: item mulier, quam Petrus sanitati restituit, cùm se omni morbo solutam sentiret, ad eius pedes cecidit; infinita sunt huiusmodi exempla apud Abdiam Babylonium, licet sit ab Ecclesia reprobatus; tamen ad ostendendum hunc antiquissimum ritum allegatur *in lib.11.* Audarus Edesenorum Rex, teste Nicephoro *lib.11. cap.7.* cum Thadæum ex ordine septuaginta discipulorum perspexisset, in omnium primariorum conspectu, humi procumbens, veneratus est. Huius rei extant multa exempla † in libro Pontificis, cùm à Francisco Ioan- 4
netto Bononiensi & aliis auctoribus collecta, quæ ad comprobandum hanc supremæ Pontificalis iurisdictionis effectum, placuit transcribere, in *cap.90.* scribit; Pipinum anno Domini 752. Stephani Papæ II. pedes ad oscula retulisse, & *cap.93.* testatur, Adrianum Pontificem sæpe eius pedibus osculatis à Carolo Magno salutatum, & Paulus Æmilius *in lib.2.historiarum Francorum*, idem affirmat, quod etiam Platina & Iacob. Vuymphel. *in epitom. rerum Germanicarum, cap.9.* testantur. Idem de Leone Papa III. historici scripserunt, Aimoinius *in lib.4.de gestis Gallorum, cap.90.* Item anno Domini 847. Leonem IV. enim hymnis & laudibus ad Lateranense Patriarchicum perduxerunt, moremque seruantes antiquum, omnes eius osculati sunt pedes. Item anno Domini 995. Ioannes XVI. in Ecclesiam Lateranensem magno cum Comitatu introducitur, cuius vestibulo Crescentius, & omnes seditionis Auctores, petita venia, eius pedes osculati sunt: Et propterea Gregorius Papa VII. hunc ritum inter priuilegia Romani Pontificis enumerat, vt in *2. lib. regesti apud Bibliothecam Vaticanam, fol.109.* videri potest.

Et nouissimè Carolus V. Imperator Clementis Papæ VII. pedes maxima animi pietate suauiatus est, vt iam tandem cognosci possit, ad hanc obedientiã Principes omnes sua sponte Romano Pontifici, hunc, vt par est, honorem detulisse, atque deferre.

Hinc

5 Hinc viguit † consuetudo, quæ etiam hodie in communi vsu seruatur, vt in literis ad summum Pontificem missis, omnes pedum oscula inter salutandum conscribant. Extat exemplum donationis Insularum anno Domini 1219. in quo Rex Angliæ Papam salutat his literis, Beatissimo Patri, & Domino Honorio Dei gratia summo Pontifici, Reginaldus Rex Insularum commendationem cum osculo pedum. Item Carolus Rex Siciliæ anno Domini 1266. ita scripsit: Sanctissimo in Christo Patri, & Domino suo, Domino Clementi diuina prouidentia, sacrosanctæ & vniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici, Carolus Dei gratia Rex Siciliæ, cum omni reuerentia & honore, post pedum oscula Beatorum, &c. Item anno 1324. Rex Poloniæ Pontificem his verbis salutat, Sanctissimo in Christo Patri, & Domino suo Reuerendo, Domino Ioanni Dei prouidentia summo Pontifici, Henricus Dux Heluiæ, hæres Regni Poloniæ, Dux Glogouiæ & Pesraniæ cum recommendatis ipsius pedum oscula beatorum, &c. Et iterum anno 1327. Sanctissimo Domino Ioanni diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ, & vniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici Vtislaus Rex Poloniæ, deuotus filius ad pedum oscula beatorum, &c. Sed de istis exemplis satis accuratè scripsit Iosephus Steuanus *in tractatu de adoratione pedum Romani Pontificis, c.6.*

CAP. XLVII.

Iurisdictio an possit recipere incrementum.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio est indiuidua.*
2 *Iurisdictio quomodo prorogari & augeri dicatur.*
3 *Iurisdictio & dominium à pari procedunt.*
4 l.qui furere.ff.de statu hom. *quomodo procedat.*
5 *Iurisdictio cohæret territorio passiuè.*
6 *Argumentum à dominio ad iurisdictionem, & econtra, valet.*
7 *Iurisdictio ordinaria cohæret territorio.*
8 *Iurisdictio vniuersalis est inseparabilis à territorio.*
9 *Dominium crescit per alluuionem.*
10 *Augmentum per alluuionem eadem causa & qualitate acquiritur, & nu.12.*
11 *Augmentum factum in pignore propter alluuionem cedit pignori, & creditori.*
13 *Alluuio facta in agro mariti, vel vxoris cui accrescat.*
14 *Augmentum factum in maioratu per alluuionem, cedit maioratui.*
15 *Augmentum per alluuionem factum in feudo, cedit feudatario.*
16 §.si quis de manso.de controuers. inuestit. *intelligentia.*
17 *Augmentum per alluuionem factam cedit vsufructuario.*
18 *Feudatarius quomodo differat ab vsufructuario.*
19 *Augmentum factum per alluuionem cedit emphyteutæ.*
20 *Argumentum de feudo ad Emphyteusim est validum.*
21 *Augmentum ante vel post traditionem feudi ad quem pertineat.*
22 *Territorium vnde dicatur, quid sit, quid contineat, & quomodo designetur.*
23 *Territorium est quid vniuersale, quod facilius recipit incrementum.*
23 *Territorij pars recipit augmentum ab alluuione.*
24 *Argumentum valet à dominio partis ad ipsum totum vniuersale.*
25 *Territorium vt ius recipit incrementum.*
26 *Agri additi territorio debent soluere censum cum territorio.*
27 *Territorium potest augeri à principe.*
28 *Priuilegium datum principali, censetur datum augmento.*
29 *Castra si vniantur marchiæ, erit marchia.*
30 *Flumina fungi vice censitorum, quomodo intelligatur.*
31 *Censitores qui erant, & quorum erat officium.*
32 *Accessio quæ fit per alluuionem minutatim, magis proportionabilis est eâ quæ fit per principem.*
33 l.Rutilia Polla.ff.de contrah.empt. *intelligentia.*
34 *Iurisdictio an recipiat incrementum.*
35 *Iurisdictionem non posse recipere incrementum secundum magis communem opinionem.*
36 *Termini episcopatuum non mutantur per alluuionem.*
37 l.Martius.ff.de acquir.rerum dom. *intelligentia, & nu.39. & n.41.*
38 *Iurisdictio prout est iuris priuati, quomodo consideretur.*
39 *Alluuio quotupliciter fit.*
40 *Alluuio dicitur etiam si vnam partem visibiliter accrescat.*
42 *Alluuio facit è priuato priuatum.*
43 *Bartoli declaratio, & defensio* in tract.de alluuione in ver.acquiritur.
44 *Alluuio habet locum in rebus propriis ciuitatis.*
45 l.in agris.ff.de acquir.rerum dom. *intelligentia.*
46 *Agri limitati militibus concessi, quotupliciter erant.*
47 *Limites episcopatuum an mutentur.*
48 *Iurisdictio crescit per alluuionem secundum certam opinionem.*
49 l.fi.C.de alluuion. *intelligentia.*
50 *Iudicari posse aliquando contra communem opinionem.*
51 *Iurisdictio non crescit per augmenta patientia.*
52 *Argumentum ab vsufructu ad iurisdictionem, est validum.*
53 *Insulæ in Rhodano fuerunt adiudicatæ Regi Francorum.*
54 *Insulæ factæ per circuitum fluminis violentum permanent priorum dominorum.*
55 *Alluuione non quæritur iurisdictio in lacu, & stagno priuatis.*

SÆpissimè inter doctores disceptatum est, Iurisdictio an suscipere possit incrementum: Nam ipsa quid est indiuiduum, † & tota dicitur in toto territorio, totáque in qualibet ipsius parte, sicut dicitur de anima in corpore, vt per Bart. *in l.4.§.Cato ff.de verb. oblig.* & habetur per Abb. *in c.prudentiam, n.12.de offic. deleg.* tanto magis si iurisdictio esset feudalis ex reg. *l.1.C.de metropol. Beryto lib.12.* & *§.præterea, de prohibita feud. alienat. per Federic.* & *c.licet. de voto.* Berois *in q.111.* & ideo ipsa † non prorogatur, neque augetur, cùm autem prorogari & augeri dicitur, ratione materiæ, & loci, ideo declaramus de ea iurisdictione hic nos agere quæ cohæret territorio. 1 2

Sed quia iurisdictio †, & dominium à pari procedunt, *l.qui furere.* † *ff.de statu hom.* quem textum indistinctè intelligo, tam in acquirendis, retinendis, quàm 3 4

in acquisitis perdendis, vt colligitur ex verbis Bartol. & Angel. *in l.1.circa finem. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Bartol. & Bald. *in l.sed nec legatarius. ff.de condit. iurtiu.* Bald. *in cap.1.§.iniuria, de pac.iurament. firmand.*
5 Item quia iurisdictio † cohæret territorio passiuè, & materialiter, *l.final.& ibi Bart.& Bald.C.vbi, & apud quos.* Alex.*in consi.35.num.19.vol.4.* Ideo ad probandum an iurisdictio crescat per alluuionem, necessarium est probari an dominium crescat per alluuio-
6 nem, quia valet argumentum à dominio † ad iurisdictionem, & econtra, *d.l.qui furere.* & ibi Alberic. Item probari an territorium crescat per alluuionem, quia si territorium crescit, & ipsa iurisdictio quæ cohæret illi, crescit, prout est communis opinio Doct. *in d.l.fi. C.vbi, & apud quos.* textus *in l.1.§.in initio in vers. sed si vltra ipsum lapidem. ff.de offic.præfect.vrb.* & vtrobique Bart. Bald. & cæteri, præsertim si loquamur de iu-
7 risdictione † ordinaria, Bartol. *in l.1.§.vrbem, num.8. ff.de offic.præfect.vrb.* Bald. *in l.imperium, numer.3. in 1. lect ff de iurisd.om.iudic.& in c.vno delegatorum, in fin. ff.de offi.delegati.* vbi ait, quod iurisdictiones ordinariæ sunt legales, & territorij soliditate firmantur, delegatæ autem personales sunt. Imò si consideretur iurisdi-
8 ctio, vt vniuersalis, † nec ea sine territorio, nec territorium sine iurisdictione dari potest. Bart. *in l.2.§.fin. n.7.ff.de opt.leg.* Bald. *in auth.habita, nu.96.C.ne fil.pro patr.& in l.à procuratore, n.2.C.de mandato.* Alex. *in d. cons.35.n.19.vol.4.*

Propterea imprimis videamus an dominium crescat per alluuionem: Mox an territorium crescat per eandem: Denique vtrum ipsa iurisdictio.

9 Circa primum igitur, dominium † cresci per alluuionem, est textus *in l.adeo, §.1 ff.de acquir.rerum dom. l.si ego, §.idem ait.ff.de publicia.in rem act.§.præterea, Instit.de rerum diuis.* Bart. *in tractatu Tyberiadis, in ver. nostro, in princip. & in ver. acquiritur, in princip.* vbi
10 quod accrescit per alluuionem, † eodem iure, eadémque causa & qualitate acquiritur & possidetur, sicut ager, cui adiectum est, not. *in l.4.ff.de iure dot.* & facit ratio *l.verum, §.si seruo communi, ff.pro soc.* hoc enim augmentum venit occasione rei, non autem ex industria, vel occasione personæ, & ideo cum ipsa re continuat dominium, *l.item si feudi.§.1.& 2.ff de vsufruct.* &
11 ideo augmentum factum in pignore † propter alluuionem cedit pignori, & creditori, Gregor. Lopez *in l.15.tit.13.partita 5.* facit *l.Paulus.§.pen.ff.de pignor.* est
12 enim alluuionis † incrementum inseparabile, quod ipsius rei sequitur naturam, quia est eadem res cum ea, cui accedit, eiusdemque qualitates suscipit, & retinet. Ideo idem Lopez *in l.30.tit.29. partita 3.ver. propri-*
13 *etat.* dicit quod alluuio † facta in agro mariti, vel vxoris, siue sit ipsa latens, siue patens, ad illum pertinet, ad quem res ipsa pertinet, cui accrescit. ex quo concludit Ioann. Garzias *in tractatu de meliorationibus, capit.22. numer.37.* quod omne augmentum siue separabile, siue inseparabile, quod rei alicuius contemplatione contingit, in eius est dominio, & causa ad quem res ipsa, cui augetur spectat, & pro hoc est casus *in l.si prætori.ff.de iure dot.in vers.quemadmodum si alluuione accessisset.*

14 Et ista conclusio multis similibus comprobari potest. Primo, augmentum † factum in maioratu propter alluuionem, cedit maioratui, nec aliqua æstimatio possessori illius soluenda est, prout probat Molyn. *de primogenis, li.1.c.26.n.17.* per textum *in d.l.adeo, §.1.ff.de acquir.rer.dom.& in d.l.si ego.§.idem ait.ff.de publician.* licet ipse intelligat hoc etiam procedere in augmento paténti, per tex. *in c.1.§.si quis de manso, de controuers.inuestit.& in §.rursus, eod.tit.* Glossa Paríens. *in tit.1.§.1. gloss.5.nu.99.* & ista est communis opinio, de qua per Clarum *in §.feudum, q.88.*

Item augmentum † per alluuionem factum in feu- 15
do, quod simpliciter datum est, cedit feudatario, & in hoc omnes conueniunt per *d.§.si quis de manso* †, licet 16
multi intelligant illum textum solum in augmento latenti, & sic per alluuionem, sed limitant in augmento parenti, & euidenti, Aluarott. ibi. Ruyn. *in consil.7. nu.12.vol.1.* Mihi autem magis placuit ea, quæ ab antiquioribus tradita est expositio, vt intelligatur tum de incremento per alluuionem, quàm si patens & manifestum fuerit, prout per Andream summum feudistam ibidem *col.pen.* & Bald. *nu.2.* Afflict. *in 3.notab.* & probatur per literam ibi, quæ dicit, omne incrementum, & qui omne dicit, nil excludit, *l.à procuratore, C. mandati.* Et si aliud ille textus voluisset, certè explicasset, *l.vnica.§.pen.C.de caduc.toll.* Et hanc etiam sequitur gloss. Paríens. *tit.1.parte 1.§.1.gloss.5.num.99.* & est communis, vt per Clarum *in d.quæst 88.* quod secus esset, si fortè feudum datum esset ad mensuram, vt per Afflict. *in d.§.si quis de manso.in 3.not.in vers.& prædicta locum habent.*

Item augmentum † per alluuionem factum cedit 17
vsufructuario, casus est *in l.item si fund. §.huic vicinus. vers.sed si insula.ff.de vsufructu.* secus si in patenti augmento, vt ibidem probat Celsus. Multæ sunt autem diuersitates † inter vsufructuarium, & feudatarium, 18
quas recenset Andr. *in d.§.si quis de manso.* Nam ideo omne augmentum pertinet ad feudatarium, quia plus iuris habet in feudo, quàm fructuarius in re, cuius habet vsumfructum. Nam vsusfructus morte finitur, *§. fin. Instit. de vsufruct.* sed feudum transit ad hæredes, vt *in c.1.qui success.ten.* Item in feudatarium transit vtile dominium, quod non est in fructuario.

Item hoc augmentum factum per alluuionem cedit emphyteutæ † vtili domino, & in hoc omnes conue- 19
niunt, licet plerique dissentiant in augmento patenti, quod pertineat ad directum dominum, quos omnes pro vtraque parte congerit Aluarus Vasquez *in tractatu de iure emphyteutico, q.16.n.2.& 3.* sed insequitur quæ de feudatario dicta sunt, & ratio est, quia emphyteuta assimilatur feudatario, & valet argumentum † 20
de feudo ad emphyteusim, vt arguit Bart. *in l.si mihi & Titio.ff.de verb.oblig.* & sequitur ibi Ias. & *in l.1.q.5. C.de iure emphyt.* Item quia maius ius habet emphyteuta quàm fructuarius, quia habet vtile dominium, *l.1.in princip.ff.si ager vectigal.* Item quia damnum alluuionis ipse emphyteuta sentit, ergo & vtilitatem sentire debet, & hanc opinionem sequuntur Bart. Bald. Salyc. Angel. & Ias. quos refert, & sequitur Garzias *in d.c.26.n.41.*

Et hæc intelligo siue augmentum † veniat ante tra- 21
ditionem, siue post, vt semper sit vasalli, vel emphyteutæ, nisi incrementum non esset coniunctum feudo vel emphyteusi, vel in datione feudi, non esset datum omne incrementũ, prout declarat Afflict. *in d.§.si quis de manso.* & sequuntur communiter omnes.

Cùm igitur regula sit, quod augmentum accedens rei sequatur illius qualitates, & naturam, & in specie de dominio reperiatur prouisum per leges allegatas, consequens est, vt absoluto primo proposito ad secundum descendamus.

Territorium † dicitur agrorum vniuersitas intra fi- 22
nes cuiusque vniuersitatis, à terendo dictum, *l.pupillus, §.si territorium.ff.de verb.obligat.* Bald. *in tit. quæ sint regal.*

regal.in rubric.num.2. Felyn.in cap.Rodulphus,num.13. & 28.de rescript. Boer.decis.227.num.7. Et solet definiri: Territorium est terræ spacium iurisdictione munitum, & armatum. Ergo ciuitas, quæ alteri ciuitati subest dicitur esse de territorio ciuitatis dominantis, Corn. in consi.151.num.5.volum.3. Continet territorij ambitus aquam & flumina, Bald.in consi.95.num.2.vol.2. Curt. sen.in consi.70.num.22. Et quicquid est intra territorij fines, nec vlla persona, aut locus excluditur, l.1.§.cùm vrbem.ff.de offic.præfect.prætor. Imò dicitur esse in mari, Dec.in cap.licet caus. in.num.3.de appellat. Cæpoll.de seruit.rustic.præd.titul.de in...cap.26.num.26. Paris.de Put. in ver.territorium, in titul. de verborum significat. post tractatum de reintegrat.feud. Et designatur per actus iurisdictionales, non per actus particularium repræsentantes, Hieronym.de Monte in tract.de finibus regendis,cap.6.num.10. Capyc.in sua inuestitura in vet. territorius. Ideo aliquando accipitur pro ipsa iurisdictione.

22 Ex his apparet territorium † esse quid vniuersale, sed vniuersalia facilius recipiant incrementum, quàm partes, l.peculium,in princip.de leg.2.l.grege.de leg.1. cap.1.§.præterea ducatus. d. prohibita alien.feud. per Federic. gl.in cap.1.ne sede vacante. probatur, quia sumunt augmentum ab alienis, & extrinsecis corporibus, l.1.in fin.& l.si q.ff.de rei vendic. Item in partibus res aliena ... potestà domino vendicari, l.adeo,§. 23 præterea.ff.de acquir.rerum dom. Item pars territorij † recipit augmentum ab alluuione, d.§.præterea. Ergo multò magis totum ipsum territorium: probatur con- 24 sequentia, quia valet argumentatio † à dominio partis ad ipsum totum vniuersale, d.l. qui furere. ff. de statu hom. Item territorium aut capiatur vt corpus, aut vt ius semper recipit incrementum, vt corpus quidem 25 est clarum per d.§.præterea. vt ius † autem vniuersale, id est, ius territorij probatur ex eo præsertim, quod a- 26 gri additi alicui territorio in ea ciuitate censum † soluere debent, in qua territorium existit, casus est in l. forma.§ si quis vero.ff.de censib. Item l.fi.C.de alluuionib. in vers. quæ possessoribus per alluuionem acquiruntur, non debent separatim censeri. Et glossa ibi exponit censeri, id est, in censum describi, & sequitur Angel.& Saly.& Bald.in l.2.C.eod.tit. Item gloss.in d.l.fin.in ver.exigi. & sic ponderat illum textum Natta in consil. 286.nu.1. vbi consuluit plenè, quod agri aucti alicui territorio sumant illius naturam, & qualitates. Præterea territo- 27 rium † potest augeri à principe; ergo multo fortius de iure gentium, antecedens probatur: nam Bart. in l. si conuenit.§.si nuda.ff.de pignorat.act. de territorio, & regno loquens, probat augeri posse per additionem Comitatus, & sequuntur Castrens. & cæteri communiter ibi, Cyn.in l.etiam, C. solut.matrimon. loquens de castro Lenariæ addito ciuitati Paduæ. Item Angel. in §.1.in auth.de æqualit.dot. infert, quod omne priui- 28 legium † datum principali censetur datum ipsius augmento, ideo si Imperator concedat mihi per priuilegium vnum castrum cum certo territorio, & in eo concedat mihi merum & mixtum imperium, si postea auxerit mihi territorium, præsupposito quod in augmento nihil dicat de imperio, tamen illud augmentum ad imperium extendetur. Item Bald. in cap.1.§.præterea ducatus, col.fin.de prohibita feud.al.per Federic. in versi. 29 quid si Marchionibus noua castra † concedantur. dicit quod si castra vniantur Marchiæ, erit Marchia & mouetur per regulam, quod idem iuris est de augmento, quod de principali, de qua in d.l.si conuenerit.§.si nuda.ff.de pign.act. allegat tex.in l.inter socerum.§.cùm inter,in fi.ff.de iure dot.

Consequentia probatur, quia flumina † funguntur 30 vice censitorum, l.ergo.§. alluuio. ff.de acquir.rer.dom. id est, iudicum, vel principum, vt interpretatur Azo in summa Instit. de rerum diuis. & Accurs. in d.§. alluuio. & sequitur Bartol. in dict. tractatu Tyberiadis in ver.acquiritur, Bald.in rubric.ff.de rerum diuis.vers.nunc de rebus singulorum. Nec obstat impugnatio Ias. in consil.146.volum.2. vbi de hac eadem materia incrementi iurisdictionis tractat, & asserit censitores in d. §. alluuio. accipi pro iis qui censibus exigendis præerant, prout declarat gloss. in rubric. C.de censor.& censit.lib.11. quia eandem interpretationem dedit Accurs. in d.§.alluuio. & tamen eos appellauit iudices, & Haloander hos censitores † probat successisse censori- 31 bus, vt refert Anton. August.lib.3.cap.9.& Aulus Gellius Noctium Atticarum lib.8.capitul.22. monstrat hos censores esse iudices, vnde Alciat. in l.censore.numer.2. ff.de verbor.signifi. dicit censorium officium fuisse, qui quinto quoque anno de ciuium moribus iudicarent, præsentis, transactæque vitæ rationem perquirerent, indignos honoribus abdicarent, famosos notarent, publica locarent, censum ciuium peragerent: quæ nominis proprietas conuenit his, quæ Pomponius in dict.§.alluuio. describit, vt ex priuato in publicum addicant, & ex publico in priuatum, & quando conueniret, hanc sequeretur interpretationem Baptista Aymo in tractatu de alluuione lib.1. capitul.16. versi.ateterum.

Poterit alio modo probari consequentia argumento à fortiori per auth.multo magis, nam magis proportionabilis, & melior est illa accessio, † quæ fit per al- 32 luuionem minutatim, quàm ea, quæ fit per principem: nam dicit textus in d.l.fin.C.de alluuionib. quod acquisita per alluuionem non possunt, vt separata censeri, vt dicunt communiter, in d.§.præterea, de prohibita feud. alien.per Federic. Et dant exemplum de hoc incremento, instar incrementi cucurbitæ, & pueri crescentis: nam si in vtroque figas intuitum, imbecillitas visus tam subtilia incrementa percipere non potest: ergo argumentum territorij dicetur vnum, & idem esse, cum ipso territorio, cùm sit fortior & magis perfecta, quàm facta per principem.

Nec obstat l.Rutilia † Polla.ff. de contrahenda empt. 33 quia non loquitur de incremento vnito, puta per alluuionem, vel priuilegium, quod semper venit cum re, & de eo conuentum videtur, vnde glo.in c.cum capella.in ver.in quantum exempti, de priuileg. dicit quod si abbas acquisiuit priuilegium quod monasterium suum esset exemptum cum omnibus cappellis, si tempore succedente acquisiuit postea cappellas quas vult eodem priuilegio gaudere, & episcopus contradicat, distinguendum est, aut acquisiuit cappellas prioribus accessorias & tunc gaudebunt eodem priuilegio, l.fi. §.Caio.ff.de libert.legat. alias secus, & allegat multa iura, & illam gloss. sequitur Hostiens. Ioann. Ioan. Andr. & cæteri, ergo quod actum est de re principali, trahitur ad incrementum accessorium connexum, sed in d. l.Rutilia Polla, decem pedes empti fuerant, vt diuisi, & separati.

Ex his explicatur tertius articulus, vtrum iurisdictio † ipsa recipiat incrementum, quam conclusio- 34 nem ad partes disputarunt duo præcipua Italiæ collegia,

gia, videlicet Ferrarienſe conſuluit pro negatiua, vt eſt inter conſilia Riminaldi ſenioris *conſi.64.in vol.1.* & Collegium Papienſe pro affirmatiua, vt eſt inter conſilia Curtij ſenioris *conſil.56.* & Baptiſta Aymo *in tract.de alluuione, lib.2.c.6.per totum*, diſcurrit vtramque opinionem.

In hac igitur controuerſia magis communis opi-
35 nio Doctorum eſt, iuriſdictionem † non poſſe ſuſcipere incrementum, quæ ſententia Bartolo imprimis aſcribitur, *in d.tractatu Tyberiadis, in ver.acquiritur.in fine.* & Bald.*in cap.1.§.ſi quis de manſo.de controuerſ.inueſtit.& in rubric.ff. de rerum diuiſ. num. 21.* & ante iſtos hanc opinionem dixit Gloſſ. *in c.licet, 16.quæſt.3.*
36 vbi per alluuionem termini † epiſcopatuum,& confinia non mutantur,*c.ſuper eo,de parrochiis.*& per Ioan. Andr.*in c.ex literis,de probat.* Ioann.Fab.& Aret.*in §.præterea,Inſtit.de rerum diuiſ.* Corn.*in conſi.322.vol.1.* & *conſil.287.vol.3.*Socin.ſen.*in conſil.181.num.2.vol.2.* & *conſil.127.num.5.vol.1.* Cæpolla *de ſeruit.cap.de flumine priuato,in fine.* Amadeus de Ponte *in tractatu de laudimiia.quæſtion.9.in fine.*Viuius *opinione 47.*Brun.*in conſil.322.volum.4.* Boſſius *in tractatu criminal.titul.de principe,numer.280.*Hieronym.de Monte *in tractatu de finibus, cap.24.num.6.* Riminald. iun. *in §.1.Inſtitut.quibus aliena.lic.vel non, & in conſil.287.numer.49.*

Habet hæc Doctorum congeſtorum opinio ſuas leges, videlicet *l.Martius,ff.de acquir.rerum dom.* qua ſola mouetur collegium Ferrarienſe, inſequendo Bald.*in l.in agris.ff.eod.tit.*qua etiam multi ex præcitatis moti ſunt. Sic igitur Ferrarienſe inducit, *d.l.Mar-*
37 *tius.*† quia iuriſdictio publici iuris eſt, prout *in l.1.§.huius ſtudij,in verſ Magiſtratus.ff.de iuſt.& iur.* vbi Accurſ.Bartol.& cæteri,& *l.1.ff.de iuriſdict.om.iudic.* Ergo incrementum ſuſcipere nullo modo poteſt per prohibitionem legis expreſſam,quia *d.l.Martius.* euidenter hoc dicit,ſicut igitur alluuionis vi,viam publicam,quæ publici iuris eſt, in alium transferri non poteſt, idem dicendum ſit de iuriſdictione, quæ publici
38 iuris eſt. Item conſiderando iuriſdictionem † prout iuris eſt priuati,ſcilicet habendo reſpectum ad perſonas dominorum prout conſiderat Bartol.*in d.tractatu Tyberiadis in d.ver.acquiritur.* Et tunc indubitanter oſtenditur, quod non habet locum ius alluuionis, tum quia ius alluuionis non operatur de priuato in priuatum, ſed de priuato in publicum, non econuerſo, vt *l.ergo,§.alluuio. ff.de acquir.rerum dom.* & ideo in fluminibus priuatis ceſſat ius alluuionis, *l.locus,ff.de acquir.rerum dom.l.ſi vicinus,§.final.ff.de aqua pluuia arcend.* Bartol.*in dict.tractatu Tyberiadis,in ver.flumen.* Ergo alluuio non poterit operari circa hanc iuriſdictionem priuatam, vt inducat eam in alteram priuatam,tum etiam quia licet flumen ſit publicum, & publici iuris,tamen iuriſdictio quæ eſt in eo, non eſt publici iuris, conſiderando perſonam domini, qui eſt priuatus.

Sed præſuppoſito, pro reſponſione, quod nos loquamur de iuriſdictione prout eſt publici iuris, non videtur approbanda reſponſio, quam Baptiſta Aymo *in d.tractatu de alluuione,lib.2.cap.6.num.9.* reſpondet
39 dicendo quod *d.l.Martius.* † prohibet id quod publicum eſt fieri priuatum, ſed non prohibet id quod publicum eſt, ſcilicet viam poſſe fieri publicam, prout eſt in caſu noſtro, vbi tractamus de iuriſdictione, quæ publici iuris eſt, quomodo per alluuionem alteri etiam publici iuris creſcere poſſit. Verum quia *lex Martius*, diſtinguendo procedit inter ea quæ noſtra fiunt per alluuionem,& ſic minutatim,& inter ea quę noſtra fiunt iure alueí derelicti, & ſic ex impetu: Nec ipſe Aymo hanc diſtinctionem applicat ſuæ reſponſioni.

Ideo altius ſpeculantes dicamus, tres caſus conſiderari oportere in generalitate *d.l.Martius.* Aut totus alueus derelinquitur, aut paulatim, ſeu minutatim,ita quod diſcerni nequeat quanta pars fuerit alluuione adiecta, ſicut in cucurbita, & in puero creſcente ponunt communiter exemplum, & iſta propriè alluuio † dicitur. Aut denique minutatim, ſed non ad- 40
eo paulatim,quod fuerit tam latens incrementum, ita vt diſcerni non poſſet, quantum vno tempore adiiceret, puta, quia ſimul dimiſerit quartam vel ſextam, vel centeſimam partem aluei, ita quod illa centeſima pars diſcerni potuit, & poſtea alio anno, vel tempore alia particula eſt dimiſſa, & ſic minutatim, ſed non adeo minutatim, quod diſcerni non potuerit, & iſta etiam eſt alluuio, ſed non ita propriè, ſicut quando eſt latens,vt quando diſcerni non poteſt: Et quod iſte vltimus † caſus ſit aſcribendus alluuioni, probat Bartol.*in tractatu de alueo, in verb. quod ſi toto.* Vbi primò dicit,quod ſi partem tantum aluei derelinqueret,cederet tantùm illis,qui prædia poſſident ab illa parte, qui alueum dimittit, & acquireretur eis, ſicut ea, quæ ſupra de alluuione primo loco diximus, non ſolum enim eſt alluuio, ſi flumen apponat, ſed etiam ſi paulatim retrocedat, nihil apponendo, vt *l. Martius, &c.* ſed quando totus alueus derelinquitur, illa eſt tota noua acceſſio, nec eſt alluuio, nec inſula: Hæc igitur verba Bartoli concludunt, quod ſi partem aluei dereliquit,dicitur paulatim adiicere, & ita cadit in alluuionem. Item probatur ex eodem Bartolo, *in dict. tractatu de alueo, in ver. qui prope ripam prædia poſſident.* vbi etiam dicit, quod ſi paulatim derelinquitur, fit acquiſitio iure alluuionis,*d.l.Martius,* ſed ſi ſimul derelinquitur,& non paulatim, tum fit acquiſitio iure aluei derelicti. Item probatur ex Bartolo ibidem in ver. momento. Item *in verſi. per alluuionem autem,*vbi dicit hæc verba.Dico etiam,quod ex viſione loci poteſt videri incrementum adlatum, & perpendi quod per alluuionem eſt factum,expoſitione enim facta de terra addita hoc manifeſtè per omnes comprehenditur quod minutatim eſt factum,& quod per alluuionem eſt factum, quoniam per alium fieri impoſſibile eſſet.

Tunc reſpondemus ad *d.l.Martius,* † quod velit 41
ea quæ ſunt publici iuris, nemini poſſe accedere, intelligendo iure aluei derelicti, ſed non negat poſſe accedere iure alluuionis: & quod iſte ſit verus ſenſus, perpenditur, quod ibi flumen penitus paulatim aboleuerat omnem agrum exiſtentem inter viam, & flumen: deinde viam ſubſtulit, nec per alluuionem alicui illam addixit, ſed auferendo illam viam ſuper eo conſtituit alueum,ergo ſicut via erat publica, ſic & alueus remanſit, & nemini acceſſit, ſed dum poſtea paulatim retro rediiſſet, & adiecisset ei, cuius primo erat, ibi deciditur, quod non impeditur ex hoc, quo minus alluuio adiecerit agro Martij,quia ipſa quoque via fundi eſt, quia etiam dato, quod nunquam fuiſſet ſublata via publica, tamen non impediuiſſet illa via alluuionem fieri agro Martij, cùm igitur aufertur, non

non accedit agro Martij, quia quæ publici iuris sunt, nemini accedere possunt, scilicet iure aluei derelicti, secus est per alluuionem: & hic est verus intellectus dictæ legis, qui vlterius inficiari non potest, & totum hoc communis opinionis, & Riminaldi corruit fundamentum.

Ad alteram argumenti partem per Riminaldum inducti, considerando iurisdictionem, prout est iuris priuati: Aduertendum est Riminaldum duo præsup-
42 ponere, primum, quod alluuio † non faciat è priuato priuatum: sed hoc cum reuerentia tanti collegij dixerim est contra casum *leg. adeo §. præterea ff. de acquir. rerum do. in versi. quod si vis.* vbi flumina adiiciunt è priuato in priuatum, ibi enim ait Caius, crustam alieno agro detractam, & meo superinductam, meam effici, cum primum vnita fuerit, vel statim, si dominus ignoretur, idque iure alluuionis.

43 Alterum præsuppositum est ex doctrina Bartol. *in dict. tract. Tyberiadis in ver. acquiritur.* cuius auctoritatem licet neget Aymo *in dict. tract. de alluuione, capit. 6. numer.* 36. quia iure non fundatur, & est contra regulam, & bonus quandoque dormitat Homerus. Mihi autem sic Bartolum intelligendum esse, prout Corneus, quem insequor *in consil.* 287. *numer.* 10. *volum.* 3. quod quantum ad territorium, & iurisdictionem flumina pertinent ad ciuitatem, seu dominium territorij, siue sit communitas, siue sit dominus priuatus, qui exercet iurisdictionem, & si est flumen diuidens territoria, dominus cuiuslibet territorij habet iurisdictionem in flumine in suo latere, pro vt concludit ibi Bartol. ita quod in tali flumine nullus posset iurisdictionem exercere, nisi domini territorium, quæ terminantur per ipsum flumen: ergo hæc Bartol. doctrina intelligitur quo ad effectum territorij, & iurisdictionis, qui cum non sit in vsu omnium publico, censetur priuatis ciuitatum, & eorum quorum dicuntur territoria: Et secundum hunc effectum facit Bartol. comparationem de flumine publico, ciuitatis ad locum priuatorum, & comparatio procedit, quia flumen publicum propter iurisdictionis effectum, appellatur priuatum, scilicet, quantum ad emolumenta portuum, vectigalium cuiusque ciuitatis, vel principis: Sed re vera, quantum spectat ad cæteros effectus non dicitur priuatum, sed publicum, puta quo ad effectum alluuionis, de quo agimus, & pro hoc est casus *in l. in agris. ff. de acquir. rerum*
44 *dom.* alluuionem, † scilicet habere locum in rebus propriis ciuitatis, *in versi. in ciuitatem veniant. & ibi gloss.* ergo dum flumina publica ponuntur priuata ciuitatum, in eis alluuionem habere locum concludimus.

45 Nec obstat *l. in agris.* † *ff. de acquir. rer. domin.* Vbi in agris limitatis, non habet locum alluuio: omissis enim quæ à Curtio seniore *in dict. consil.* 56. *numer.* 16. *in fine. & numer.* 17. *& sequent.* dicitur, quæ non videntur attingere veram intelligentiam *dict. l.* Ex his quæ Aggenius Vrbicus scribit *in libello de controuersiis agrorum*, respondendum censeo, siquidem veteranis
46 militibus solebant asignari agri † dupliciter, vel vt ipsi, ex quorum territorio agri sumpti erant, nullam iurisdictionem amplius in eis haberent, sed leges ab his reciperentur, qui veteranos deducerent, vel vt iurisdictio ciuitatis in eos agros salua esset, ex qua distinctione responderi potest, vt ius alluuionis locum habeat in illis agris, qui deuictis hostibus concedebantur militibus veteranis, cum conditione, vt permanerent in iure ciuitatis, cuius erant, & tunc isti agri censebantur priuati, & in eo habebat locum ius alluuionis, si vero isti agri non veniant in ciuitatem, sed simpliciter sunt militibus veteranis asignati, tunc publici sunt populi Romani, nec alluuione possunt diminui, quia vnica est iurisdictio populi Romani in omnibus eius agris. Et hanc opinionem amplectitur Alciat. *in libr. 1. prætermissorum. & in lib. 1. Parergon iuris, cap. 38.*

Ex his etiam respondetur quod licet † limites e- 47
piscopatuum stabiles sint, nec præscribantur, per text. *in dict. capit. licet 16. quæstion. 3. & dict. cap. super eod. de parrochiis.* tamen mundani limites præscribuntur, diuiduntur, & augmentantur quotidie per fas, & nefas, vt notatur *in dict. capit. super eod.* Oldrad. *in consil. 83. in fine.* Innocent. *in capitu. cum causam. de probat.* asignat rationem, quia temporalia occupanti quandoque conceduntur, spiritualia vero nequaquam, vt notatur *in capit. quicunque 16. quæstion. 3. & in capitu. quia indicante. de præscription.* Ratio non præscribendorum limitum diœcesium, & episcopatuum fuit, ne confunderetur diœcesis, & episcopatus, quæ non procedit, vbi flumen publicum limites addit, & detrahit per alluuionem: Imo si alluuio non operaretur hunc effectum, maiores confusiones, & turbationes superuenirent, ideo hoc casu non procedit dispositio data de limitibus episcopatuum, & parrochiarum.

Reiectis igitur fundamentis pro communi, insequamur certissimam opinionem, quod per alluuionem † iurisdictio crescere possit. Et pro hac opinio- 48
ne, mihi est casus *in dict. l. fin.* † *Cod. de alluuionib.* præ- 49
supponendo enim quod in explicatione huius capitis secundæ principalis partis supra explicauimus, quod agri additi alicui territorio, in ea ciuitate censum soluere debent, vbi est territorium, *dict. l. forma, §. si vero quis ff. de censib.* ipsamque iurisdictionem inesse territorio, vt animam corpori, vt supra diximus. Verba *dict. l. final.* clara fiunt, sunt enim ista. Ea quæ alluuione possessoribus acquiruntur, neque ab ærario vendi, neque à quolibet peti, neque separatim censeri, vel functiones exigi, hac perpetua valitura lege sancimus. Sed quid aliud verba separatim censeri, neque functiones separatim exigi significant, quam territorium augeri propter incrementum illi additum, prout *dict. lege. fama §. si vero quis ff. de censibus.* explicat ergo si in eadem ciuitate tributum solui debet, sub cuius territorio illud incrementum possidetur, necessario concludendum est sub eadem iurisdictione illud incrementum censeri, sub qua ipsum prædium, cui additum est, constitutum est. Et contra Corneum *in consil.* 322. *numero decimo, volumin.* 1. volentem *dict. l. final.* non explicare cui ciuitati functiones præstandæ erant, & ideo non concludere pro augmento iurisdictionis, obstat casus *dict. l. fama in dict. §. si vero.* per quam necessario intelligere debemus nec separatim censeri, neque functiones exigi &c. vt illi ciuitati tributa, & census soluendi sint, in cuius territorio illud augmentum per alluuionem additum est. Quare concludamus conclusionem cõtra communem pro se habere casum legis expressum, ipsam autem communem inniti aereis fundamentis, quæ auium instar Doctores sequuntur. Et aliquando

50 quando iudicari † posse contra Communem, est casus *l.1.in §.sed neque C.de veteri iure enucl.in vers.cum possit & vnius,& deterioris sententiæ, & multos,& meliores superare.* Et propter quas capsas iudicandum sit contra communem, confert Curt.sen. *in dict.consi.56. col.2.& 3.*

Declaramus tamen nostram conclusionem non
51 procedere in illis incrementis, † quæ euidenter accedunt, vt in insula, quia separatorum separata debet esse ratio, *l. item si fundi.§.si insula ff.de vsufruct.*qui text. licet loquatur de vsufructu, tamen validum est
52 argumentum † de vsufructu ad iurisdictionem, Innocent.*in cap.de quarta.de præscript.* Bartol.*in l.si egi §.1.ff.de publician.& in l. iusto §. non mutat.ff. de vsucap.*Bald.*in rubric.Cod.de vsufruct.num.1.* Et ita est casus decisus, vt testatur Boer.*in consil.24.numer.* 16. vbi
53 quod omnes † insulæ in Rhodano fuerunt adiudicatæ Carolo Galliarum Regi, & delinquentes super Rhodano à quo debeant puniri, decidit Guid. Pap.
54 *decis.*577. & hoc intelligo de omnibus insulis natis, † siue etiam factis per fluminis violentum circuitum, eius permanent, cuius fuerant, *l.adeo.§. præterea.ff.de acquir.rerum dom.*& ad hoc est decisio Francisci Marci, *decis.*110.*part.*2. Flumen, inquit Andr.de Isernia *in cap.1. §.siquis de manso. de controuers. inuestit.* semper fuit habitum pro confinio, ergo vbicunque fluit, semper est in eadem causa, ideo quæ in medio à flumine circundata sunt, illorum sunt, quorum erant ante fluminis circuitionem, quod pro confinio vndecunque remanet. Et pro hac opinione, quæ communis reputatur est casus *in l.hoc iure.§.si aquam.ff.de aqua quotid. & æstiu.*

Declaramus secundo hanc conclusionem non pro-
55 cedere in stagno † & lacu penitus priuatis, vt declarat Bartol. *in d.tract.* Tyberiadis.*in ver.flumen.in fine*, dum dicit, quod lacus, & stagna omnino priuata, vel reipublicæ, vbi nullus potest piscari, nisi respublica permiserit, & dat exemplum de lacu Perusino, ex quo censentur penitus priuata, ideo non recipiunt alluuionem, per *l.sed Celsus in prin.ff.de contrahen. empt.* ergo hoc non procedit in lacubus, & stagnis publicis, & quę sunt in vsu publico, per quæ quilibet transit, & in eis quilibet piscatur ad placitum, hæc enim addunt, & detrahunt per alluuionem sicut flumina publica, *l.littus.ff.de verb.sign.l.1.ff.vt in flum.publ.nauig.lic.*

CAP. XLVIII.

Quibus modis Iurisdictio finiatur.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia quando habuit principium, & quomodo continuauit.*
2 *Adam quomodo interpretatur.*
3 *Ecclesiastica potestas sumitur pro ecclesia.*
4 *Prælatis ecclesiæ non competit occidere, vel effundere sanguinem.*
5 *Ecclesiastica potestas quando deficit.*
6 *Ecclesia non imponit pœnam excessiuam.*
7 *c.1.de homicid.in antiq.intelligentia.*
8 *Clericus propriè loquendo, dicitur euelli ab altari.*
9 *Ecclesia non imponit pœnam mortis.*
10 *Ecclesia indirectè infligit pœnam mortis.*
11 *Episcopus cur non debet quemlibet depositum tradere curiæ seculari.*
12 *Pœna data, quando non timetur, potest alia imponi.*
13 *Depositionis pœna non sufficit in atrocissimis, sed requiritur traditio curiæ seculari.*
14 *Curiæ seculari quotupliciter tradatur clericus.*
15 *Principes seculares quando puniant etiam per præuentionem interfectores ecclesiasticarum personarum.*
16 *§.* si vero crimen in auth. de sanctissim. episcop. *habet locum etiam in clerico deferente habitum, & tonsuram.*
17 *Curiæ seculari traditur clericus quando venit in profundum malorum.*
18 *Ecclesiam non habere vltra quid faciat, quomodo intelligatur.*
19 *Pœna detrusionis in monasterium quomodo differat à pœna detrusionis in carceres.*
20 *Ecclesia quid intercedere debet à laico, quando tradit clericum depositum.*
21 *Exilium est maior pœna, quæ possit per ecclesiam dari.*
22 *Exilij quot sunt species.*
23 *Exilij cuius pœna imposita ecclesiasticus efficitur irregularis.*
24 *Clericus degradatus efficitur subditus iudici laico.*
25 *Ecclesiastica potestas dicitur deficere propter longam absentiam sui superioris.*
26 c.filiis, vel nepotibus 16.q.7.*explicatur.*
27 *Recursus habetur à Metropolitano ad Regem: quando Pontificis aditus haberi non potest.*
28 *Subditus quis efficitur iudici non suo propter periculum moræ.*

Consequens est, vt videamus vbi iurisdictio finiatur: de temporali quidem non disputo, quia cum territorio, vel persona extinguitur; sed de ecclesiastica dubitari contingit, quæ certos habet in pœnis imponendis limites, vltra quos non extenditur, & dicitur, ecclesia non habet vltra quid faciat. Ecclesiastica enim potestas nunquam deficit: Habuit enim
1 Ecclesia † principium in Adamo homine creato in statu innocentiæ, *de pœnit.distinct.2.cap. Adam. & cap. quomodo.& cap.princeps.*quem vnicum, & solum Deus creauit, *Genes.capit.1.& 2.& capit.hæc imago 33.quæst.5.* vt vnitatem futuram Ecclesiæ designaret. 16. *quæst.7. c.sicut,& c.loquitur 24.quæst.1.* Propterea Adam † in-
2 terpretatur testimonium eorum qui futuri erant in mundo, id est, in ecclesia, quæ est congregatio fidelium: Post lapsum Adæ ecclesiam incepisse dicitur in Abel, vt dicit D. August. super *Psalm.*118. exponens illud, in initio cognoui de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea, de Ecclesia loquitur, quæ in terris non defuit ab initio generis humani, cuius primi Abel sanguis est immolatus, vnde Matth.*capit.* 23. à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, & D.August.*in libr.de mirabilibus sacræ scripturæ.capit.*3. tota iustitia hæc Abel est virginitas, sacerdotium, martyrium, deinde loco Abel fuit Seth, *Genes.capit.* 4. ex cuius genere nati sunt appellati filij Dei, tanquam cultores veri Dei, *Genes.capit.*5. in quibus permansit Ecclesia vsque ad Noe, hic autem arcam fabricauit quæ ecclesiam repræsentat, 24.*quæst.1. c.quoniam 47 distinct.c.quantumlibet.* & successiue ex Noe, & Sem descendit Ecclesia ad Abraam, *Gen.c.*11. qui

qui fuit sacerdos, *Genes.capitul.*15. sume mihi vaccam triennem, & presbyter appellatus est, *c.porrò. distinct.* 84. vnde *Gen. cap.*22. *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* quod exponit D.Ambrosius *in lib.*2. *super Lucam*, congregatio gentium, & sacrosanctæ Ecclesiæ oraculo dicuntur commissa Abraam, deinde Samueli secundum ordinem quem dixi supra *in cap.* 1. *libr. Reg.cap.*7. sed adueniens Christus Dominus noster, primitiuam Ecclesiam construxit de populo Iudæorum, vnde carnem assumpserat, inde Apostolos elegit, 35.*quæst.*1.§.*hac itaque, ver. Deus enim.* Post Christum in Principe Apostolorum Petro fundata est hæc Ecclesia, *c.ita dominus*, 19.*distinct. c.in nouo. distinct.* 21.& *c.*2.*distinct.*22.& *d.c.loquitur*, 24.*quæst.*1. de cuius potestate scriptum est, ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem seculi, Matth.*cap.vltimo.* & Isaiæ *capitul.*9. super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret amodo, & vsque in sempiternum, & Daniel *capitul.* 2. comminuet autem, & consumet omnia regna hæc, & ipsum regnum, scilicet, Christi, stabit in æternum.

3 Ecclesiastica † potestas pro Ecclesia sumitur, *cap. quoniam in* 2.*ne prælati vices suas.* gloss. *in cap.querelam. in ver. præfatam ecclesiam. eod.tit.* Imò potior est Ecclesiæ significatio ipsius prælatura, & magistratus, vt ex dictis apparet, & potestatis appellatione, etiam magistratus & iurisdictio continetur, *l.potestatis.ff.de verbor. significat.* Alexand. *in l.eum qui. ff. de iurisdiction.om.iudic.* Specul. *de feud.§.*2.*numer.* 28. *versicul.* 14. *quæritur.* Sed quia omnes clericorum ordines ad altaris ministerium ordinantur, in quo sub sacramento repræsentatur passio Christi, 1.*ad Corinth.cap.* 11. qui cùm percuteretur, non percutiebat, 1.*Petri capitul.*2.

4 Et ideo Ecclesiæ † prælatis non competit occidere, vel effundere sanguinem, sed magis esse paratos ad propriam sanguinis effusionem pro Christo, vt imitentur opere, quæ gerunt ministerio, iuxta Ecclesiast. *capitul.*10. sicut iudex populi, sic & ministri eius, vnde dicit D.Gregor.de seipso, si in mortem Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum gens, nec Regem, nec Ducem haberet, sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me immiscere formido, & D.Ambrosius ait, non pila quærunt ferrea, non arma Christi milites, coactus repugnare non noui, sed dolor, fletus, orationes, & lachrymæ fuerunt mihi arma aduersus milites: Itaque arma sacerdotis lachrymæ, orationes. Quod etiam fuit determinatum in concilio Meldensi, quia non possumus simul Deo militare, & seculo, vnde sancta dicitur Ecclesia, id est, non habens maculam, neque rugam, *cap.quamuis.distinction.*21. & *cap. ecclesia, de pœnitent. distinction.*1. Et columba dicitur innocens, & immaculata, quæ inimicis parcit, & eos cibat, 23.*quæstio.*4.§.*ex his*, & 36. *distinction.* §. *ecce.* & 2.*quæst.*7.*cap.non omnis.* & in *Cantic.Cantic.capitul.*4. & 5.

5 Propterea aliquando † deficit, id est, derelinquit factum, quia spernit se immiscere, quod dicit text. *in c.cùm non ab homine. de iudiciis.* non habet vltra quid faciat. Abb. *in cap.sicut, numer.*12. *versicul. puto etiam. de iureiur.* Cum igitur clericus committit crimen enorme, vel grauissimum, sicut est homicidium cum proditione, vel homicidium cum parricidio, vel homicidium cum sacrilegio, vt in eo, qui occidit presbyterum, vel personam sacram, vel aliud crimen grauissimum propter quod de iure ciuili esset imponenda pœna de atrocissimis, V.g. pœna ignis, pœna descriptionis, quæ imponitur, quando reus diuiditur frusta plura, pœna furcarum, pœna traditionis ad bestias, & similes, quæ enumerantur *in l.capitalium. ff. de pœnis*, & *l. sacrilegij. in princip. ff. ad l. Iuliam peculat.* tunc talis clericus facinorosus debet degradari, & tradi curiæ seculari, quia Ecclesia † non imponit excessiuam pœnam, nec 6
ipsa habet vltra quid faciat, tunc degradatus traditur puniendus curiæ seculari: Hæc est communis conclusio firmata ab Abbate *in capit. at si clerici in colum. antepenult. de iudiciis.* sequendo vestigia Petri de Ancarano præceptoris sui, vt ibidem Abbas refert, & Ancaranus disputat *in capit. cum non ab homine. de iudiciis. columm.* 2. & sic etiam consuluit contra quendam Archiepiscopum *in consil.* 157. *incipien. ex narratis in facto.* & in repetitione *capit. ea quæ columm.* 31. *de regul. iur. libr.*6. & Felyn. *in capit. inquisitionis. colum.* 2. *de accusationibus.* Et pro hoc inducitur *capit.* 1. † *de homicid.* 7
in antiquis. vbi homicida qui per insidias necat, debet ab altari euelli, ita vt moriatur. Et per illud verbum, *euellas*, intelligi debet de clerico homicida, nam ipse † propriè dicitur euelli ab altari, qui 8
altari seruit, non laicus, qui non seruit, & priuatio præsupponit habitum, *cap. ad dissoluendum. de desponsat. impuber. l. decem ff. de verb. obligat.* est enim propriè euellere quod impressum, & infixum est, respectu seruitij altaris. *capit. solitæ. de maior. & obedient.* Nec obstat quod Ecclesia † non imponit 9
pœnam mortis, & ideo non posset intelligi de clerico, quia dictum capitulum est in *Exodi capit.*21. & fuit canonizatum *in dict. cap.*1. inter constitutiones canonicas, & dum de morte loquitur non se refert ad Prælatum Ecclesiæ, sed dicit moriatur impersonaliter, sed dum dicit, euellas, verba sua dirigantur ad Prælatum, ita vt moriatur, scilicet, per ministrum curiæ secularis, & sic Ecclesia † non infligit directè 10
pœnam mortis, sed indirectè, scilicet, degradando, & tradendo, seu relinquendo seculari curiæ, & idem habetur *in cap. final. ne clerici, vel monachi libr.*6. Et pro hac opinione est casus *in cap.* 1. *de homicid. libr.* 6. & *dict. cap. at si clerici. in fine de iudiciis.* vbi quod non debet Episcopus † quemlibet depositum tradere curiæ seculari, quia functus est officio 11
suo, scilicet, sufficienter puniendo, sed hoc intelligitur si sufficienter punierit. Nec obstat *cap. quoniam frequenter. vt lite non contestata.* vbi quod quando iudex imponit pœnam, & illa non timetur, potest ad 12
aliam imponendam procedere, quia ibi sufficienter erat punitus, & sic functus erat officio suo, secus *in dict. capit. quoniam frequenter.* sed vbi delictum est atrocissimum, vel diu continuatum, non sufficit sola pœna depositionis, † nec ipse iudex 13
ecclesiasticus videtur functus officio suo, cum delictum non sit sufficienter punitum, ergo ex mente *dict. capit. at si clerici.* potest procedi ad traditionem curiæ secularis: sicut enim quando non potest congruè puniri † de facto relinquitur curiæ secu- 14
lari, *capit. cum non ab homine. de indic.* Ita quando non

non poteſt congruè puniri de iure, quia non habet
15 pœnam condignam. Item † inducitur text. *in cap. ſunt quidam, 23. q. 5.* vbi quod ſiquis interfecerit Pōtificem,
Epiſcopum, Presbyterum, iſta grauiſſima crimina debent puniri per Principes, quibus caſibus dicit Anchar. *in d. c. cùm non ab homine*, iudex ſecularis poſſet
præuenire Epiſcopum in ſententia & proceſſu, & illum degradatum legali pœna punire, & ſic habet lo-
16 cum diſpoſitio, *§. ſi verò crimen. & §. ſi verò epiſcopus. in auth. de ſanctiſsimis Epiſcopis.* vbi textus loquitur de hac prouentione, & degradatione ſequenti, & poteſt verificari etiam in clerico deferente habitum & tonſuram, ſi talia delicta ſunt ita notoria, quæ nulla tergiuerſatione poſſint celari, & hoc probatur *in d. §. ſi verò.* Et attenta malignitate modernorum temporum, non eſſe penes eos in cœlum obſeruari in practicam dictam diſpoſitionem ciuilem, ſic enim conſuleretur pacifico ſtatui reipublicæ, & multi effrænati clerici retraherentur à malis.

Declaramus primò ſupradictam opinionem proce-
17 dere, ſcilicet, quod tradatur † Curiæ ſeculari, quando venit in profundum malorum; tunc autem dicitur veniſſe quando contemnit, *c. nec licuit. diſt. 17. & d. c. cùm non ab homine, & prouerb. cap. 18.* dicitur impius cùm in profundum venerit peccatorum, tunc contemnit, & ex contemptu delictum efficitur grauius, gloſſ. *in c. 2. de maior. & obedient. c. quis autem, diſt. 10. & c. de libellis,*
18 *diſt. 20.* Ideo iſta verba, eccleſia † non habet vltra quid faciat non ſolum intelligitur reſpectu pœnæ, quia eccleſia non habeat pœnam condignam illi delicto, ſed etiam quod eccleſia non habeat vltra quid faciat reſpectu modi correctionis, quia ipſa eccleſia fuit experta omnes modos corrigendi & conuertendi illum clericum, & non profuerunt, & iſta eſt communis opinio Doctorum *in d. cap. cùm non ab homine*, & ibi eſt caſus de hoc, in verbo deponendus. Imò vt Eccleſia dicatur omnino non habere vltra quid facere, ipſum verbum *deponendus*, exponi debet, id eſt, detrudendus eſt in carceres, quia incluſio in monaſterium debet fieri in pœnitente, id eſt, in eo qui ſponte vult ſuſcipere pœnitentiam, ſed vbi depoſitus eſt impœnitens, tunc debet detrudi in carceres perpetuos, *cap. à nobis. de apoſtatis, cap. vt famæ, in princip. de ſentent. ex-*
19 *commun.* & ſic patet quod pœna † incluſionis in monaſterium eſt diuerſa à pœna detruſionis in perpetuos carceres, prout docet Aretin. *in d. c. cùm non ab homine. col. 6. verſic. aduerte. de iudiciis.* Sed quis ſit incorrigibilis, & an ad eſſe incorrigibilem requiratur monitio, & an iſta monitio ſufficiat verbalis, & quando fallit, latè ſcribam infra *parte 2.* in expoſitione gloſſæ *in cap. principes ſeculi, 23. q. 5.* in primo modo.

Declaramus ſecundo, quod quando caſtigandus lai-
20 co † relinquitur ab Eccleſia, vel degradatus ab Eccleſia ſeculari traditur, tunc efficaciter ipſa Eccleſia implorare debet, vt citra mortis periculum illa ſententia moderetur, vt eſt caſus *in c. nouimus. de verb. ſignific.* Et de pœnis eccleſiaſticis latè ſcribunt Foller. *in practica criminali canonica c. 9. & c. 33.* & Cæpolla *in conſil. crimin. 72.*

21 Maior pœna, † qua per Eccleſiam quis puniri poſſit, eſt exilium, *cap. 1. de calumniator.* vbi *Ioan. Andr. & Abb. c. felicis. circa princip. de pœnis, libr. 6. c. pro humani. de homicid. libr. 6. quod vinum 11. quæſt. 1. capitul. hi qui, 3. quæſt. 3. capit. in ſynodo, & ibi gloſſ. diſtinct. 63.* Nec obſtant aliæ decretales, quibus exilium à ſeculari iudice imponendum eſſe ordinatur *d. cap. cum non ab homine. de iudi. in verſi. per ſecularem comprimendus eſt poteſtatem, ita quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna imponatur.* Item. *capit. 2. de cleric. excommunicat.* ibi Regis iudicio ad requiſitionem Eccleſiæ exilio damnetur. Quia & exilij † multæ ſunt ſpe- 22
cies, prima certus alicui ſolet præſcribi locus, cætera denegantur, vt in monaſterio, *cap. placuit. diſtinct. 18.* Secunda quando certus locus interdicitur alicui, & alia conceduntur, vt excommunicatis ſola Eccleſia interdicitur, *capit. in primis 2. quæſt. 1.* licet enim, vt ibi dicit textus in alia eccleſia eſſe poſsit, in Malathitana vero nullò modo: Tertia eſt, quia omnia loca poſſunt alicui denegari, vel ad tempus, vt *cap. ſi quis ſacerdos 30. quæſt. 1.* vel in perpetuum, *cap. ſacerdos. de pœnitent. diſtinct. 6.* de quibus etiam ſpeciebus per Foller. *in practica criminal. canonic. capit. 33. numero 121.* Quarta, qui iure veteri ſolebant relegari, his hodie ſolet imponi pœna exilij, ſiue confinatio, id eſt, extra fines alicuius loci poſitio, Clar. *in practic. criminal. quæſt. 67. verſicul. relegationis autem.* Grammat. *voto 19. numer. 11.* Farinac. *prim. part. quæſtio. 19. de delict. ex pœnis num. 15.* vbi alios allegat, quæ & corporalis eſt, quia affligit mirum in modum corpus, ex ipſa enim ſequitur paupertas, & miſeria, quibus condemnatus adeo ſe excruciat, vt incidat in mortem, de quo per Bartol. *in l. ſi conſtante. quæſt. 5. ff. ſolut. matrimon.* Boſſ. *in titul. de carcerat. fideiuſſor. numer. 7.* Farinac. *d. quæſt. 19. numer. 17.* & hæc quarta differt à tertia ſpecie, non enim in tantam miſeriam per tertiam incidere poteſt, vt mors ſubſequatur, quam an imponat & ea ſtante priuilegio ei conceſſo de iuriſdictione, excepta pœna exilij, vide Franch. *decis. 116.* per quartam † 23
mors euenit ſæpe ſæpius, & iccirco iudices non euitant irregularitatem, Ioan. Andr. *in capit. à nobis. de apoſtatis.* & ibi Anania. Ioann. de Lignan. *in clement. 1. de pœnitent. & remiſſ.* dicit quod carcer non debet eſſe nimis arctus, quia ſi clericus fame moritur, vel inducat cœcitatem, ſuperior efficitur irregularis, Felyn. *in cap. qualiter in 2. §. ad corrigendos. numer. 25. de accuſation.* Et licèt poſſet dici quod hanc quartam exilij ſpeciem eccleſiaſticus non imponit per iura ſuperius allegata, vt Communem opinionem aſſerit Alciat. *in c. cum non ab homine num. 110. de iudiciis.* Nihilominus verior extat reſponſio ad dicta iura, vt data incorrigibilitate clerici, de qua copioſè etiam dicam infra in tertia parte, iudex eccleſiaſticus cum non habeat pœnam condignam, tradat eum iudici laico puniendum, ſed quia in traditione efficaciter intercedere debet, vt citra mortis periculum illa ſententia moderetur, *dict. cap. nouimus. de verb. ſignificat.* propterea in *d. cap. cum non ab homine. & in d. cap. 2.* vtrobique in fine ſummus Pontifex decernens per laicum, illum comprimi poteſtatem, miſericorditer loquitur, ita quod exilium, vel alia legitima pœna imponatur, argumento *d. c. nouimus.* vbi eccleſia non habebit, vltra quid faceret: non reſpectu pœnæ, ſed reſpectu incorrigibilitatis, Dec. *in dict. cap. cum non ab homine. numer. 67.* & hanc tenet etiam Abb. ibi, & in *d. cap. 2. numer. 4. verſi. vltimo. de cleric. excommunicat.* Et ſic in practica hodie obſeruatur, vt etiam teſtatur Clar. *in d. quæſt. 67. in fin* allegans Foller. *in d. quæſt. 33. num. 122.* Si eccleſia non habet pœnam condignam, ſed clericum degradatum incorrigibilem derelinquit iudici laico, ſtatim facta degradatione, † iudicis laici ſubditus efficitur, ipſum- 24
que habet iudicare vt ſubditum; ergo & proceſſum reco-

recognoscere contra illum fabricatum, Abb. *in cap. 1. de offi. ordinar.* Innocent. *in cap. pastoralis §. quia vero. de offi. deleg.* Ancar. *in cap. ea quæ in 7. quæst. de reg. iur. libr. 6.* Afflict. *in proœm. constitutionum regni, num. 60.* Nisi in crimine hæresis, vel vbi ipse ecclesiasticus totum suum posse non fecisset, pro executione sententiæ; vt doctissimè prædictas limitationes probat inibi Afflict. & inferius scribam sequen. capite, & facit *d. c. cum non ab homine. in versi. ita quod deputetur exilium; vel alia legitima pœna imponatur.* quod si iudicis arbitrio relinquitur, fieri nequit absque processus recognitione. facit etiam *d. c. nouimus versi. efficaciter intercedere debet, vt citra mortis periculum illum sententia moderetur.* Nec sententia dari, nisi viso processu potest, per iura allegata.

25 Secundo modo dicitur ecclesiastica ✝ potestas deficere, si nimium absens fuerit summus ille prælatus, à quo iustitia obtineri debet, vt dicit prudentissimus Nicolaus Balbus *in quodam suo consilio num. 33. post de-*

26 *cision. 181. Caccherani impresso.* Et pro hoc allego textum *in c. filiis vel nepotibus. 16. qu. 7.* quo canone cauetur, vt hæredes eius, qui fundauit, vel dotauit ecclesiam, si viderint ministrum ex collatis rebus aliquid defraudare, Episcopo corrigenda denuntient, & si Episcopus talia attentauerit, Metropolitano, & si Metropolitanus, Regis hæc auribus intimare non differat, sed cur potius Regi, quàm Papæ, omnium præsertim spiritualium domino? Glossa ibi *in ver. Regis,* dicit, vt eum corrigat, cum per ecclesiasticum cogi non potest, pro quo allegatur *c. administratores. & c. principes 23. qu. 5.* Vbi administratores secularium dignitatum, qui ad ecclesiarum defensionem, rapaciúmque refrenationem constituti esse debent; quoties ab ecclesiasticis viris conuenti fuerint, eorum querimonias attentius audient, & secundum quod necessitas exposcerit, absque negligentia examinent, ac diligenti studio corrigant: Ratio est, quia Principis officium est liberare de manu calumniantium vi oppressos, *c. 1. de pace tenend. in prin.* Barto. *in proœm. ff. in ver. omnem col. 2. & 4.* præsertim ecclesiasticas personas. Res, & personæ ecclesiasticæ nequaquam in tuto esse possunt, nisi eas, & Regia, & Sacerdotalis regat potestas, *c. res 23. q. 5. c. si. dist. 96.*

27 Certè melius dixisset Glossa, ✝ ideo à Metropolitano recursum haberi ad Regem, quia non ita facillimè Pontificis aditus haberi poterat, tum ex proprietate dignitatis, tum propter multitudinem negotiorum sedis apostolicæ. Imo propter loci distantiam, vt dicit Samens. *in proœmio regular. Cancellar.* quibus casibus absentia inducitur, & vbi periculum est in mora multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, arg. *c. cum ecclesiarum. iuncta gloss. de offi. ordinar. cap. baptizarem. distinct. 5.* & dicit gloss. *in cap. sacro §. caueant. in ver. periculo mor. de sent. excomm.* propter periculum

28 moræ ✝ aliquando quem subiici iudici non suo, & quod ob moræ periculum non sit consulendus summus Pontifex, Abb. *in cap. non metus. col. pen. ver. putarem. & col. vltim. ver. puto de immunit. eccles.* Hinc videmus D. Paulum timentem à Iudæis occidi, qui in eum conspirauerant misisse adolescentem, qui indicaret tribuno Iudæorum consilium procedendi & occidendi illum, vt legitur Actuum cap. 23. ergo propter moræ periculum, ne bona Ecclesiæ dilapidarentur, melius est haberi recursum ad Regem.

CAP. XLIX.

2 Cur Principes laici rogati ab Ecclesiasticis, teneantur impertiri brachium seculare.

SVMMARIA.

1 *Bracchij secularis tractatio in quatuor partes est diuisa.*
2 *Principes laici cur teneantur impertiri brachium seculare.*
3 *Orbis Christianus est vna ciuitas clericorum, & laicorum.*
4 *Ecclesia militans quare diuersos gradus in ea constituit.*
5 *Iurisdictiones inferiores, & potestates omnes dependent à Petro.*
6 *Papa cur varia officia, & dignitates creet, atque confirmet.*
7 *Ciuitas Christiana quibus parietibus, & officiis ornetur.*
8 *Charitas mutua debet esse inter ciues Christianæ ciuitatis.*
9 *Principes seculi tenentur ex charitate impertiri brachium seculare.*
10 *Principes tenentur impertiri brachium ex debito officij.*
11 *Papa committit Imperatori gladij temporalis executionem.*
12 *Imperator promittit defendere res ecclesiæ, pro se, & omnibus Principibus Italiæ.*
13 *Iuramentum Imperatoris comprehendit omnia contenta sub fidelitate.*
14 *Reges & Principes siue recognoscant Imperatorem, siue Ecclesiam, tenentur defendere ecclesiasticos.*
15 *Reges, & Principes tenentur impertiri brachium ex necessitate Iuris.*
16 *Principes seculares qui præscripserunt contra Imperium non possunt præscribere contra priuilegium ecclesiæ.*
17 *Iniuria facta clericis est vendicanda per seculares.*
18 *Imperiorum mutatio, & subuersio oritur cum mutatione religionis.*

De impertitione Brachij secularis.

HVcusque vidimus nullum esse iustum dominium, nullam iurisdictionem, quæ non habeat originem, dependentiam, & confirmationem ab Ecclesia, & à summo Pontifice, sed quia solet Ecclesia vt plurimum rogare Principes laicos pro auxilio executionis, siue defensionis, quæ materia dicitur imploratio, & impertitio Brachij ✝ secularis, ideo superest de hac pertractare: & diuido tractationem in quatuor capitula: In primis videndum, cur Principes teneantur impertiri brachium, secundo in quibus casibus imploretur, & impertiatur: Tertio an Principes laici rogati de brachio possint cognoscere de viribus sententiæ exequendæ; Quarta an Principes rogati, si non impertiantur, possint pœnis temporalibus, & spiritualibus affici, atque diffusius pertractabimus, quam sit adhuc à quoquam descripta. 1 2

Orbis ✝ totus Christianus vna nobis est ciuitas, in qua ciuium quædam mutua debet esse conuersatio, mutuumque auxilium, commodorum etiam pariter, 3

&

& incommodorum communio, & participatio, secundum conuenientem vnicuique mensuram,quę est multitudo,& iuris consensu, & vtilitatis communione sociata,quæ non linguis, aut rationibus, non prouinciis distincta,non mœnibus, aut fossis,non fluminibus inclusa: Nos vnum sumus vniuersi, *ad Galat. capit.3.* omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Idem habetur Ioan.*capit.17. & ad Roman. capit.12. &*
4 *1. ad Corinth. capit. 12.* Hæc est ecclesia † militans, quæ ideo diuersos in ea gradus constituit, vt vnitatis seruetur concordia,& singulorum recta ratio,rectius gubernetur: Vbi enim est plenitudo potestatis inde pendet,ac profluit virtus sequentium potestatum, Aristotel.*in 2.lib. metaphysic.* Sed Christus reliquit Vicario suo Petro plenitudinem potestatis spiritualis,&
5 temporalis; ergo à Petro, † & eius successoribus dicemus esse omnes inferiores iurisdictiones, & potestates,& ideo omnes aliæ potestates recipiunt approbationem, vel confirmationem à Papa, prout latius hæc omnia probata sunt supra, à *capit.18. vsque ad capit.26.*

6 Summus igitur Pontifex, † vt ex ordine statuum,& officiorum graduum Monarchia ecclesiæ exornetur, *cap. adhæc. distinctione* 89. Ne portæ inferi præualeant aduersus eam, Matthæi *capit.16.* secundum illud, *Cantic.cap.6.* Terribilis vt castrorum acies ordinata, vtque hæc ecclesia Dei dicatur munita ciuitas. *Cantic.capit. 3.* Inuenerunt me vigiles,qui custodiunt ciuitatem.Et Isaiæ *c.62.* super muros tuos Hierusalem custodiui custodes,conuenientissimè varia officia, & status creat, atque confirmat. Nam cum Ecclesia militans exemplata sit à triumphante,ad *Hebræos c.9.* omnia hæc exemplaria sunt cœlestium. Iccirco Ecclesia militans multiplici debet officiorum varietate abundare, nimirum clericorum,& laicorum.

Vnde dicebat Hugo de sancto Victore,*in libro qua-*
7 *driuij Ecclesiæ*, Ciuitas ecclesiastica † ex duobus consistit parietibus,scilicet clericorum, & laicorum: In hac igitur ciuitate Christus Dominus noster, suum cuique locum,suum cuique munus tribuit, sed ita, vt quod singulorum est, omnium sit commune, & vsui cæteris. Hoc etiam probatur ex Apostoli sententia; Ante omnes vero Apostolus euangelium suum credidit vt inueniantur fideles ministeriorum Dei administratores, quibus autem elargitus est sermonem sapientiæ,& sciẽtiæ iudices sunt,& doctores, qui prudentia,& sagaci iudicio res, & actus hominum discernunt, dubiisque negotiis consulunt: Potestate vero præditus Rex vim coercet audacium, & improborum, propterea gladium portat: quod igitur cuique datum est, Dei munere datum est,vt quam habet iurisdictionem in communem vtilitatem conferat, qui secus vtuntur,& aliter qui præsunt, ciues huius Christianæ ciuitatis non sunt; Ideo non Dei gratia præsunt,nam & Oseæ *c.8.* habetur, Principes extiterunt, & non cognoui eos.

8 Mutua igitur charitas † est fundamentum huius nostræ Christianæ ciuitatis, dum mutuis sese omnes officiis tuentur,& aliorum alij vicissim opem desiderant,& impertiuntur. Qua de re D.Hieronymi verba sunt ad Nepotianum,in epistola,quæ incipit, *Petit à me,&c.* Non omnia possumus omnes,alius in Ecclesia oculus,alius lingua,alius manus,pes,venter,&c.
9 Si igitur Principes † seculi,quorum est proprium,implorati non mouentur contra rebelles,& contumaces ecclesiæ, & contra ipsos eorum seculare brachium non impertiuntur, quomodo reddent rationem de imperio suo,ita dicit D. Augustin. quem citat Francisc. Arrias *in tractatu de bello, & bellatoribus num.*101. quomodo officium suum, in quo sunt à Deo deputati in communem vtilitatem huius Christianæ ciuitatis conferre dicuntur, sicut debent, quia vna pars ipsius, sunt sicut ecclesiastici, ex quorum omnium mutua charitate hæc Christiana ciuitas constitui dicitur.

Secundo principaliter, Principes † tenentur impertiri brachium ex debito officij; Quia ipsi dicuntur Romanæ Ecclesiæ defensores, ideo religionem armis tutari debent, *cap. boni principes. distinct.96. c. tributum. c. principes 23. quæst.8. c. Maximianus 23. quæst.3. c. Christianus 11. quæst.1.* Item probatur,quia cum Papa † Imperatorem confirmat,gladij temporalis executionem illi committit,dicens: Accipe gladium desuper Beati Petri Apostoli corpore sumptum per manus nostras, licet indignas vice tamen, & auctoritate Dei Omnipotentis,& Beatorum Apostolorum consecratus, imperialiter tibi concessum, nostræque benedictionis officio, in defensionem sanctæ Matris ecclesiæ ordinatum,ad vindictam malefactorum,laudem vero bonorum,&c. vt habetur *in libro Pontificali, & sacrarum ceremoniarum, capit. de coronatione Imperatoris,* qui liber approbatus est,vt scripsi supra *in capit. 20. num.4.* Et ipse Idem † Imperator,dum coronatur,atque iurat fidelitatem Papę,promittit defendere ecclesiam quotiescunque rogatus fuerit, atque idem promittit pro illis omnibus Principibus, quibus Italiæ Regnum concesserit,vt habetur in eod. libro Pontificali, translatiuo *in cap. tibi Domino. distinction.63. Tibi Domino Ioanni Papæ,ego Rex Otho promittere, & iurare facio,& infra, & cuicunque Italicum Regnum commisero iurare faciam illum,vt adiutor tui sit, ad defendendum terram sancti Petri secundum suum posse, &c.* Idem habetur *in clement.1.* de iureiurando, vbi in specie declaratur hanc speciem iurisiurandi propriè † iuramentum fidelitatis, & propterea comprehenduntur omnia declarata *in cap. 1. de forma fidelitatis. & in cap.1. de noua forma fidelitatis.* & ita ratione prædicti iuramenti Imperator, & quilibet alius Rex, & Princeps † tenetur defendere Ecclesiam,eiusque bona, & iurisdictiones quia hæc omnia continentur in dictis titulis de forma fidelitatis: Tanto magis id debent facere Reges,& Principes,qui in suis regnis, & statibus habentur pro Imperatore, & immediatè recognoscunt sanctam Romanam Ecclesiam, & eius caput summum Pontificem,de quibus scripsi supra *in capit. 26.* Quare ex debito officij tenentur impertiri brachium si rogati fuerint.

Tertio tenentur ex necessitate Iuris. Nam † Iu- 15
stinianus *in l. sanctißimarum. propè finem. Codic. de episcop. & clericis.* mandat omnibus sub pœna subditis Imperio,vt auxilium, & opem ferant Ecclesiasticis, sub his verbis: Addentes & hoc quod & ipsi si opus sit omne ferant auxilium piissimis ciuitatum episcopis ad huiusmodi facta coercenda, & si qua negligentia eos vsos esse interuenerit, manifestam eam nobis proprio faciant iudicio,vt vtique omnes recognoscãt, & quænam ab ipsis seruari debeant, & ex negligentia
definitam pœnam, &c. ergo si Principes † seculares 16
iure viuere volunt,dum cognoscũt se esse Orbis Romani partem, vt probaui supra *in capit. 20.* & ita Romanis ligari legibus ad beneficium ecclesiæ, ex necessitate iuris debent impertiri brachium: Aut si præscripserint contra Imperium, quia saltem sunt subditi Papæ,vt probaui *in d. capit.26.* ex eadem iuris necessitate

tate coguntur, quia Papa omnia iura ciuilia approbauit, & priuilegia quæ sunt inducta ad fauorem Ecclesiæ, reuocari non possunt; vt latius scribo infra *in 4. parte.casu...* ergo nec præscribi. Propterea iubet Im-
17 perator, iniuriam ✝ factam clericis vendicandam esse per seculares Principes. *l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleric. l. episcopale. C. de episcop. aud.*

Denique probatur exemplis: Res enim religionis, cùm violatur impunè, & cùm in ea cuilibet audendi ex arbitrio conceditur facultas, minatur Principatibus
18 & Imperiis ✝ vna cum religionis mutatione subuersionem, ideo Liuius *in lib. 24.* dicit, negotium Marco Æmilio prætori Vrbis à senatu datum, vt à religionibus externis populum liberaret, quibus publicè & priuatè populus tenebatur, contempto ritu Romanorũ: Æmilius autem in concione Senatusconsultum recitauit, atque edixit, vt quicunque libros Vaticinos, precationésve, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros, literasque ante Kalendas Aprilis deferret; Caius Cornelius Hispallus Prætor peregrinus, edicto etiam, Chaldæos intra decimum diem abire ex vrbe, atque Italia iussit, leuibus & ineptis ingeniis fallaci Syderum interpretatione quæstuosam mendaciis suis caliginem iniicientes, vt refert Valer. Maxim. *in c. 3.* ibidem notat, Lutatium, qui primum Punicũ bellum confecit, à Senatu prohibitum sortes fortunę Prænestinæ adire. Ideo Leo Papa *in epistola 29. ad Pulcheriam Augustam*, relatus *in c. res autem humanæ 23. qu. 5.* dicit, Res humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & regia, & Sacerdotalis defendat auctoritas. Et *in libro Iudicum c. 17.* habetur: *Quare facile Micha incidit in Idololatriam, & fecit sibi Idola, & sacerdotem, & ædiculas sacratas eis, in diebus inquit, illis non erat Rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur faciebat.* Idem habetur *in cap. 18. in fi. & in cap. vlt. in finalib. verbis.* Quare ipsi Principes rogati ab Ecclesia non minus debent esse diligentes in rebus ecclesiasticis, quàm in rebus propriis. Nam vt probatum est, hoc plurimum adiuuat ad manutentionem regnorum & statuum.

CAP. L.

In quibus casibus imploretur brachium seculare, & ostenditur Episcopos posse habere familiam armatam.

SVMMARIA.

1 *Brachium seculare imploratur ab ecclesiastico iudice ordinario in subsidium.*
2 *Brachium seculare est remedium extraordinarium, & subsidiarium.*
3 *Gladio temporali est vtendum post præmissum spiritualem.*
4 *Remedium ordinarium vbi potest intentari, cessat extraordinarium.*
5 *Episcopus potest tenere familiam armatam, & habet proprios ministros.*
6 *Clerici non puniuntur pœnis legalibus.*
7 *Episcopus habet auctoritatem fustigandi, & torquendi per proprios ministros.*
8 *Episcopus habet capturam personæ contra laicos reos per proprios ministros.*
9 *Episcopi possunt armari pro tuenda iurisdictione, & n. 12.*
10 *Ecclesia in criminibus ecclesiasticis potest laicos capere, & punire.*
11 *Episcopi pauperes non tenent familiam armatam.*
13 *Episcopus in sua diœcesi habet Imperium.*
14 *Imperium habens potest tenere familiam armatam.*
15 *Episcopus potest habere carceres.*
16 *Intrusio in carcerem est pœna de iure Canonico.*
17 *Episcopus potest temporaliter punire laicos.*
18 *Episcopos non posse tenere familiam armatam, qui defendant.*
19 l. episcopale. C. de episcopal. aud. *declaratur.*
20 *Episcopi possunt habere ministros proprios ex dispositione concilij Tridentini.*
21 *Inquisitores sancti officij possunt habere familiam armatam, & tamen inuocant brachium in subsidium.*
22 *Brachium seculare an sit inuocandum in subsidium pro falsitate literarum Papæ.*
23 *Brachium seculare an inuocetur pro simoniaca electione Papæ.*
24 *Brachium seculare quando inuocetur ad adiuuandum & auxiliandum.*
25 *Brachium seculare inuocatur à delegato directo, & ab initio.*
26 *Delegatus à Papa prius inuocat auxilium Episcopi, quàm brachium seculare.*
27 *Brachium seculare an possit inuocare delegatus si non habet expressam clausulam in literis.*
28 *Brachium seculare potest inuocare subexecutor contra detentorem.*
29 *Delegatus potest exequi suam sententiam.*
30 *Brachio implorato quando iudex possit examinare causam.*
31 *Clausula cum potestate inuocandi auxilium seculare, quid operatur.*
32 *Argumentum à delegato ad ordinarium non valet circa implorationem brachij.*
33 *Iudex laicus an inuocet brachium iudicis ecclesiastici, & n. 35.*
34 *Sententia in causa reconuentionis contra clericum data per laicum mandatur executioni per iudicem ecclesiasticum.*

SEquitur videre de casibus, in quibus seculare brachium est implorandum, quod caput distinguo per articulos.

Primus articulus est, Iudex ecclesiasticus ✝ ordina- 1
rius inuocat brachium seculare pro executione suæ sententiæ in subsidium. Nam brachij huiusmodi est iuris remedium ✝ extraordinarium, & subsidiariũ, glo. 2
in ver. remediis. post text. in clem. 2. de religios. domib. vbi Bonifacius exclamat contra Auditorem Cameræ, & contra officialem Auenionem, qui hoc non expectato, statim implorarunt auxilium brachij secularis, & ad hoc est tex. *in c. 1. de offic. ord. in ver. cùm opus fuerit. & in cap. 1. de statu regular. li. 6. & in c. 2. de maledict. in vers. si necesse fuerit. & ibi gl. fi. & in c. 2. de cleric. excom. minor.* & firmant communiter omnes *in c. cùm non ab homine. de iudiciis.* Hostiens. Ancharan. Abbas, Zabarella, Collectar. Felyn. & Dec. pro quo probãdo facit, quia non est vtendum temporali gladio, ✝ nisi præmis- 3
so spirituali, *c. pen. de hæretic. cap. postulasti. de homicid.* Probus in additionib. ad Ioan. Monach. *in d. c. 1. de statu regular. lib. 6.* Martinus de Fano *in tract. de brachio implorando.* Staphileus *in tractat. de literis iustitiæ, §. & sciendum est. nu. 20.*

4 Sed vbi remedium † ordinarium potest intentari, cessat extraordinarium, *l. quædam ff. de eden. & ibi Bartol. num.* 1. glo. *in l. virum ff. si cert. pet.* Item cessat officium iudicis, quod etiam est extraordinarium, Corn. *in consi.* 18. *nu.* 11. *vol.* 3. nam ipsum datur in subsidium cum deficit actio, vt notatur *in l. Marcellus ff. de fideicommiss.* Bartol. *in l. qui collusionem §. pretij ff. de action. empt. & in l. quæro in princip. ff. locat.*

Quod autem Episcopus habeat remedium ordinarium exequendi suam sententiam probatur, quia potest tenere † familiam armatam, & habet proprios
5 ministros. Primo ex dispositione sacrosancti *Concilij Tridentini, sess.* 25. *cap.* 3. *de reformatione, in vers. per suos proprios, vel alienos executores.* Item probatur per textus punctuales, quibus nulla bona responsio dari potest, *c. contra idolorum. & ibi gloss.* 26. *q.* 5. *& c. attendendum* 16. *q.* 4. *& c.* 2. *de adulter.* in quibus casibus episcopus potest laicos capere, & corporaliter coercere, nec potest dici esse speciale in casibus dictorum iurium, quia non potest reddi ratio specialitatis. Nec valet dicere *in d. c. attendendum*, non exprimi laicos, quia loquitur de sacrilegis indefinitè, & quilibet sacrilegus potest animaduerti ab Ecclesiastico, quia est crimen mixti fori, vt inferius probabo *in* 2. *parte. & in d. c.* 2. *de adulter.* oportuit illum esse laicum qui puniendus erat
6 pœnis legalibus quibus clerici † non puniuntur, Iun. *in c. ad reprimendum. de offic. ordinar.* tanto magis, quia textus loquitur de matrimonio contrahendo, quod
7 non fit per clericos. Item Episcopus † habet auctoritatem fustigandi, & torquendi per proprios Ecclesiæ ministros, *c. nemini. distinction.* 49. *c. in archiepiscopatu c. cum voluntate de senten. excommunic. c. his c. protestatur c. illo qui* 5. *q.* 5. vbi Turrecremat. post alios *nu.* 3. & probat Bernard. Diaz *in sua practic. criminal. canonic. in ver. verberari cap.* 25. *pœna verborum, vers. per ministrum Ecclesiæ & nu.* 6. *vers. sed aduerte quod iudex Ecclesiasticus habet iurisdictionem verberandi, & fustigandi, & sententiam super his potest mandare executioni.*

8 Et quod Episcopus † habeat capturam personæ contra laicos, etiam per proprios ministros firmarũt Bald. *in l. nam salutem §. ait ff. de offic. præfect. vigil.* dicens se putare Episcopos posse habere familiam armatam. Idem tenet Bald. *in l.* 1. *nu.* 68. & 69. *C. de seruit. & aqua.* vbi quærit an Episcopi † possint mouere
9 arma, dicit non posse, subdit, armari tamen posse, quoties sine armis, seu, vt ipse loquitur, ratio tuta esse non possit, ergo secundum ipsum pro tuenda iurisdictione, & exequenda iustitia, rectè poterit armari, & armatam familiam habere, quam opinionem sequitur Brixiens. *in suo repertorio. in ver. arma, vers. officialis communis.* Marian. Socin. *in c. cum sit generale de foro com-*
10 *pet. in fine vers. vtrum autem Ecclesia.* † *in criminibus Ecclesiasticis possit capere laicos, & punire.* Dec. *in c. significasti num.* 19. & 21. *de offic. delegat.* Geminian. *in c. cum Episcopus de offic. ordinar. lib.* 6. *quæstione* 5. *vers. sed quæro an Episcopus possit laicum.* Stephan. Aufrer. *in clem.* 1. *in* 3. *quæstione de offi. ordinar. & in tractatu de potest. Ecclesiastic. super laicis numero* 24. *vers. Episcopus potest habere familiares, aut seruiẽtes armatos.* & ita fuit decisum in Cappella Tolosan. *in decis.* 379. & ibi Stephan. Aufrer. in additionib. sequitur eandem opinionem. Ioan. Vanquel. Coloniensis, *in d. c. cum episcopus in vltima conclusione de offi. ordinar. lib.* 6. Gundissaluus *in tractatu de hæreti. quæst.* 11. *num.* 17. *in fine.* qui dicit hanc opinionem Baldi esse communiter vsu receptam. Lælius Iordanus *in tractatu de Romanæ sedis origine c.* 8. *per totum.* Andr. Barbat. *in c. cùm non ab homine nu.* 34. *& nu.* 40. *de iudic.* qui miratur Panormitanum tenentem contrarium non vidisse Baldum.

Et dicit Barbatia, vbi supra, Episcopos † non tenere 11
familiam armatam pro executione gladij Ecclesiastici, quia oporteret eis dare stipendia, & tempore nostro contingit Episcopos esse tenaces, & habere manus aduncas, & reuera Episcopos tenentes familiam armatam, maiori esse in honore & reuerẽtia, Sotus *in tract. de iustitia, & iure, artic.* 8. *q.* 1. *nu.* 5. *vers. ad tertiam,* dicit licere Episcopis † pro sui episcopatus iurisdi- 12
ctione, & iure non solùm armis Ecclesiasticis, sed ense & aliis materialibus vti. Innoc. *in cap. venerabilem. de sent. excom.* Angel. *in l. vnic. num.* 3. *C. ne quis in sua caus. vers. plus dico. & vers. & etiam armis corporalibus.* Oldrad. *in consil.* 89. dicit magistratus, & officiarios Regios libenter velle sequi opinionem Abbatis Panormitani, sed opinionem Baldi obseruari, Neuizan. *in consi.* 83. *materiam nu.* 7. *vers. quod contrarium.* Marsil. *in practic. crim. vers. pro complemento nu.* 5. *vers. item vsus.* Bernard. Diaz *in pract. crim. canon. cap.* 114. Antonius Massa *ad formulam Cameralis obligat. §. reliqua de processu num.* 48. *& seq.* Gregor. Lopez. *in partita l. lege* 59. *gloss.* 7. *in fin.* Nauarr. *in consi.* 1. *de foro compet.* Belluga *in speculo Princip. rubric.* 12. *§. quædam. num.* 101. *& plur. sequ.* ex quorum Doctorum enumeratione apparet hanc opinionem esse verè communem, quicquid dixerint quidam moderni in suis scriptis Babylonicis, quos decet ab Ecclesia reprobari, contra quam accuratè scribit.

Et mouentur omnes præcitati Doctores, quia Episcopus † in sua diœcesi habet imperium, ergo potest 13
habere proprios ministros, & executores, atque armatam familiam, antecedens probatur per Bald. *in auth. causa quæ fit cum monacho num.* 6. *C. de episcop. & cleric.* Dec. *in d. c. significasti. num.* 19. *vers. sed contrarium.* Hostiens. *in c. cùm contingat. in princip. de foro compet. vers. episcopus autem habet forum siue territorium per totam diœcesim.* & ideo omnes delinquentes intra ipsum potest punire, Innoc. & alij *in c. venerabili. de censib.* Geminian. *in d. c. cùm Episcopus. de offic. ordinar.* Ioann. de Anan. *in c.* 2. *de adulter. & in c. qualiter, & quando in* 2. *§. ad corrigendos col.* 8. *de accusat.* Brixiens. *in d. suo repertorio, in ver. Episcopus in tota sua diœcesi. vers. habet etiam merum imperium,* Bertachi. *in tract. de Episcopis. in* 3. *parte* 4. *lib. n.* 3.

Et quod valeat consequentia, habet imperium, † er- 14
go potest habere familiam armatam, probat tex. *in l. illicitas. §. qui vniuersas. & ibi Alberic. ff. de offic. præsid.* vnde quia carcer significat merum imperium, vt dicit Bald. *in d. auth. causa quæ fit cum monacho, n.* 6. Ideo potest habere † carceres, vt dicit tex. *in d. c. cùm episcopus. de offic. ordinar. li.* 6. *& in c. nouimus. de verb. significat. & in clem.* 1. *de hæretic. in vers. capi, seu arrestari.* qui tex. secundum Dec. *in d. c. significasti. num.* 8. *vers. non obstat. de offic. deleg.* loquitur generaliter; non autem de casu speciali. Lælius Iordanus *in d. cap.* 8. *num.* 9. Belluga *in d. §. quædam. nu.* 103. *& sequ.* qui dicit, de hoc esse casum *in d. auth. causa quæ fit cum monacho.* quia nuncij aberrantes sunt laici. Item quia intrusio † in carcerem de 16
iure canonico est terminus pœnæ alicuius delicti, vt notat Innoc. *in d. cap. qualiter. & quand. in* 2. *de accusat.* Bernard. Diaz *in sua pract. c.* 129. Franch. *in d. c. cùm episcopus.* Item facit pro confirmatione huius opinionis, quia Episcopus † potest temporaliter punire laicos, 17
Nauarr. *in d. consi.* 1. *de foro compet.* etiam in pecunia, & sibi applicare pœnam, *c. statuimus.* 16. *qu.* 1. *& c. quisquis* 17. *quæstion.* 4. Roman. *in singulari* 532. *fuit interrogatus.* & ibi

& ibi Addentes alios cumulant, Abb. *in capit. licet & capitul. ad aures, de pœnis*, latius Felyn. *in capitul. irrefragabili numero 5. per duas columnas de officio ordin.*

Non obstant, qui tenent contrariam partem, Abb. *in d. cap. significasti num. 10. de offic. deleg.* Vbi quod si
18 episcopus † non habet temporalem iurisdictionem, non potest tenere familiam armatam pro executione suæ sententiæ, & Felyn. *ibi num. 4.* Benedict. Capra prope finem. Berous *num. 32.* Afflict. *in constitutione Regni incipiente; intentionis nostræ num. 7. vers. decimo tertio*, Palatius Rubeus *in c. per vestras fol. 80. & seq. de donat. inter virum & vxor.* Decian. *in tractatu criminali parte 2. lib. 8. c. 3. num. 46.* Immol. *in d. c. cum episcopus de offic. ordinar. lib. 6.* Ancaran. *in regula, ea quæ in 11. qu. de regul. iur. lib. 6.*

Quia pro hac opinione allegatur Guido Pap. *in sin-*
19 *gulari 770.* per textus *in l. episcopale † Cod. de episcopal. audient.* sed ibi contrarium probatur, vt per Odofred. Salycet. & alios, dicentes illum textum loqui de Episcopo iudicante, vt arbitro, & sic per iurisdictionem prorogatam, non autem ordinariam. Imo ipse idem Guido Pap. *in decis. 437. num. 6. vers. an cognitio portationis armorum tuetur episcopos habentes Imperium, habere cognitionem in causa cognitionis armorum, quam etiam habet Rex.* & ideo, vt contrarius pro neutra parte est allegandus. Item Ancaran. sibi contradicit *in consil. 340. viso themate nu. 1.* Vult enim quod episcopus dicatur officialis communis, & ideo sicut cæteri officiales posſit carcerare, & punire subditos suæ iurisdictionis, qua ratione etiam vtitur Dec. *in dict. cap. significasti num. 21.*

Item auctoritas prædictorum in contrarium allegatorum non obstat, postquam opinio pro Ecclesia maiori doctorum numero fulcitur; Imo fortioribus rationibus, & vltra prædictas, munitur auctorita-
20 te sacrosancti Concilij † Tridentini, ad cuius compilationem Doctores grauissimi qui interuenerunt, forte quatuor folia non implerent. Item eandem opinionem sequitur D. Thom. *in 2. 2. quæst. 40. articul. 2.* & D. Bonauentura *in 4. lib. sententiarum distinct. 37.* & ex hoc vero modo scribendi hanc quæstionem, prætermitto allegare multa iura canonica, quæ allegari possent pro hac opinione, ad quæ diuinando posset responderi cum distinctione quam somniarunt isti moderni Babylonici, an loquantur in maximis, vel in minimis.

Imo dicta opinio contraria non habet rationes, quæ non possunt dissolui, nam quod dicunt, Abb. *in d. cap. significasti*, & cæteri allegati in contrarium, teneri Ecclesiasticos inuocare auxilium brachij secularis, Dec. reprobat variis modis *in d. c. significasti. prope finem vers. non obstant.* nimirum non procedere argumentum; quia, vt etiam Doctores aduersæ partis con-
21 cludunt inquisitores † sancti officij possunt habere familiam armatam, & tamen aliquando inuocant brachium seculare: ex quo concludi potest auxilium brachij secularis implorari in subsidium, pro vt nostra conclusio probare intendit.

Limitant aliqui hanc nostram conclusionem: Primo, vt ordinarius non in subsidium, sed imprimis debeat inuocare auxilium brachij secularis, in casu spe-
22 cialissimo † falsitatis literarum Papæ, per tex. *in cap. ad falsariorum. de crimine falsi.* ita dicit Martin. de Fan. *in tractatu de brachio implorando, numer. 2.* & sequuntur moderni Babylonici, dicentes dictam nostram conclusionem non procedere in grauibus delictis, prout est crimen falsi. Sed ista limitatio non procedit, quia *in d. c. ad falsariorum.* iudex Ecclesiasticus fecit quod potuit, quia degradauit clericum, & tradidit seculari, vt incorrigibilem, ideo non sumus in casu implorationis ab initio.

Considerandum est, † an possit dicta conclusio li- 23
mitari in casu *Extrauagantis Iulij Papæ II. de simoniaca Papæ electione, in illis verbis: ad cuius quoque confusionem, possint Cardinales, qui prædictæ electioni se opponere voluerint, si præsumpserint, se regimini Ecclesiæ vniuersalis, prætextu talis electionis ingerere, auxilium brachij secularis contra eum implorare.* Quæ verba, vt prudenter Andreas Gambara in illius textus relectione exponit, de notoria simonia intelligenda sunt, & de his qui se opponunt ante adorationem, sed post intronizationem aliter dicendum est, vt ibi per eum.

Ideo declaranda est hæc conclusio, Brachium † se- 24
culare aliquando imploratur ad adiuuandum & auxiliandum, quia forte timet Ecclesiasticus de potentia rei, ne fugiat, vel quid simile, & tunc propriè est imploratio auxilij secularis, vt per Abb. *in c. quoniam. in fin. de offic. ordinar.* Et hæc inuocatio, etiam si in principio facta fuerit, dicitur in subsidium fieri, cum Episcopo, vel aliis Ecclesiasticis indigentibus necessaria visa fuerit: Aliquando imploratur, vt puniat degradatum, & incorrigibilem clericum, seu alium corporali pœna afficiat, cui pœnæ non decet Ecclesiam manus apponere, & dicetur etiam fieri in subsidium, & ita omni respectu conclusio remanet verissima.

Secundus articulus est, Iudex delegatus † ab initio,
& directò potest inuocare auxilium brachij secula- 25
ris, probatur, quia non potest habere proprios executores, & familiam armatam, & ita dicit esse communem opinionem Palatius Rubeus *in dict. capitul. per vestras in 1. notab. numer. 5. cum alijs per eum adductis. de donationib. inter virum & vxorem.* Sed debet † 26
prius inuocare auxilium Episcopi iudicis ordinarij, quàm implorare brachium seculare, Cardinal. *in clem. 1. in 10. quæst. de offic. deleg.* Roland. *in consil. 37. numer. 6. volum. 1.* Alciat. *in cap. perniciosam. num. 17. de iudic.*

Et licet aliqui dicant, quod iudex delegatus † non
possit inuocare brachium, nisi specialiter habeat in 27
commissione, cum facultate inuocandi auxilium seculare, quatenus opus sit, vt tenet Abbas antiquus *in cap. significasti. de offic. deleg.* qui testatur, quod sic seruat curia, & sequitur Gulielm. de Monte Laudun. *in cap. 1. de offic. deleg.* cum aliis relatis per Martin. de Fano *in dict. tractatu de brachio à numer. 4. vsque ad 14.* tamen verior opinio est, quod directò possit inuocare brachium, quam firmant *in dict. cap. significasti.* Innocent. Hostiens. & Ioann. Andr. Cardinal. Petr. de Ancharan. Abb. Felyn. & Dec. At Dec. & Cardinal. testantur esse communem opinion. Et hanc tenent Specul. *de offic. delegat. §. sequitur. colum. 3. vers. sed nunquid seculare.* gloss. *in capitul. 1. de offic. delegat. lib. 6. in ver. conseruationes. in fine.* quæ concludit, ipsos conseruatores, qui delegati sunt, posse brachium implorare, Archidiacon. *in dict. capitul. administratores per illum textum 23. quæstion. 5.* Federic. de Sen. *in consil. 163. incip. super inuocatione, & petitione.* Oldrad. *in consil. 89. in fine, & consil. 19. numer. 5. in fine*, vbi quod nedum delegatus.

N 2 sed

28 sed etiam subexecutor † potest inuocare brachium ad expellendum detentorem. Idem tenet Gulielm. de Monte Laudun. sibi contrarius *in clem. vnic. col. 5. vers. item nunquid. de offic. delegat.* & ibi Ioann. de Immol. *numer.* 33. dicit communiter teneri, executorem posse inuocare brachium seculare, Bald. *in margarita.* Innoc. *in ver. delegatus. colum.* 1. *& in additionib. ad Specul. ad titul. de offic. delegat.* De qua Communi non est dubi-
29 tandum, quia in causa delegata † obtinet vicem delegantis in omnibus ad causam pertinentibus, inter quæ est executio, vt per Ias. *in consi.* 10. *vol.* 3. & quia delegatus potest exequi suam sententiam, *dict. cap. significasti,* ergo circa illam potest omnia facere, quæ potest delegans.

Aliqui putant hunc articulum debere declarari. Nam tenendo quod clausula cum facultate inuocandi semper debeat aliquid plus operari, aliter frustra eius quod inest expressio fieret. Dicunt, quod si dele-
30 gatus sine hac clausula implorat brachium, † poterit iudex exploratus examinare, *cap. administratores, in ver. examinent.* 23. *quæst.* 5. ergo, vt euitetur ecclesiastici sententiæ per seculares recognitio, clausulam prædictam adiiciendam esse dicunt, cùm verò apposita sit, secularis requisitus duntaxat exequitur, atque statim brachium impertitur. Ideo *in cap. vt officium. §. denique. de hæretic. li.* 6. clausula præfata adiicitur, sic igitur ex natura causæ, & clausulæ, secularis requisitus exequitur, & quia semper d. clausula apponitur, propterea distinctio euanescit. Sed ego credo quod per di-
31 ctam clausulam, † quæ de stylo curiæ semper apponitur, non dicitur de nouo dari facultas, sed ipsa potestas excitari, *c. licet. de offic. ordin.* nec est absurdum exprimere clausulas, quæ insunt, vt notatur in *c. mandatum. de rescript.* & hanc opinionem tenet Federic. de Senis *in consil.* 163. *incip. super inuocatione.* Propterea declaratio tota euanescit.

Ex supradictis primò infertur errare eos, qui argu-
32 mentantur à secundo articulo ad primum, † & confundentes terminos, & iura quæ allegant, dicunt, si delegatus potest inuocare directò, ergo & ordinarius: siquidem ordinarius, vt probatum est, habet suos proprios ministros, & executores, per quos exequi potest, ergo non inuocat directò, sed in subsidium ad coadiuuandum, vel quando degradatum tradit iurisdictioni laicorum. At delegatus propriis ministris caret, ideo inuocat directò, & ab initio, licet, vt dixi, primò debeat inuocare auxilium ordinarij ecclesiastici, deinde secularis.

Secundo infertur errare eos, qui dicunt iudicem
33 laicum † in casibus, in quibus habet iurisdictionem in ecclesiasticis, puta in reconuentione, cùm ipse iudex laicus fecerit, quicquid potuerit contra bona, & personas ecclesiasticas condemnatas, vt suam exequatur sententiam, tunc in subsidium debet inuocare brachium iudicis ecclesiastici, vt illos exequatur, ita firmauit Martin. de Fano *in dict. tractatu de brachio. num.*
34 21. Quia sententia lata † per iudicem laicum in causa reconuentionis contra clericum, nunquam exequitur per iudicem laicum, sed per iudicem ecclesiasticum duntaxat executioni demandatur ad requisitionem iudicis laici, prout ita firmarunt Anton. de Butr. & Socin. *in c.* 1. *de mutuis petition.* Ancharan. *in cap.* 1. *in* 4. *notab. in fine, de cleric. coniugat. lib.* 6. & post alios, quos allegat Viuius *in decis.* 49. *num.* 6. *lib.* 1. attestatur se ita in pluribus causis vidisse obseruari; ergo laicus
35 † iudex non implorat brachium ecclesiastici in subsidium, sed directò, quo casu iudex ecclesiasticus ex integro debet reuidere causam, prout latius scribo de hoc in quæstionibus practicis *in parte* 4. *casu* 151. *& casu* 160.

CAP. LI.

An Principes laici rogati impertitione brachij secularis, possint cognoscere de viribus sententiæ exequendæ.

SVMMARIA.

1 *Brachio implorato contra hæreticos, laicus nil cognoscit.*
2 *Ecclesia sola cognoscit de crimine hæresis.*
3 *Iudex secularis non habet cognitionem in causa hæresis, nisi ex delegatione Papæ.*
4 *Iudex secularis imploratus super brachio suspicionis hæresis, nil cognoscit.*
5 *Bartol.* in l. diuus. ff. de custod. reorum. *communiter reprobatur.*
6 *Inquisitor potest inuocare brachium seculare, etiamsi non habeat expressum in commissione.*
7 *Delegatus exequitur suam sententiam.*
8 *Iudices laici an cognoscant de hæresi ad effectum publicationis bonorum.*
9 *Ecclesia habet fiscum.*
10 *Ecclesia gaudet omnibus priuilegiis, quibus gaudet imperium.*
11 *Verbum,* publicari, *est proprium fisci.*
12 *Publicatio bonorum propter crimen ecclesiasticum debet fieri per Ecclesiam.*
13 *Hæreticorum bona publicanda in quas partes diuiduntur.*
14 *Constitutiones omnes extrauagantes contra hæreticos sunt obseruandæ pro legibus.*
15 *Princeps quando possit auferre ius tertio quæsitum.*
16 *Iudex secularis non cognoscit contra clericum degradatum.*
17 *Degradationis qualitas non potest controuerti per iudicem secularem.*
18 *Clericus degradatus quomodo detur iudici laico.*
19 *Iudex laicus nihil potest facere contra clericum degradatum, nisi imponere pœnam legalem.*
20 *Iudex laicus imploratus à partibus pro executione sententiæ, quando cognoscat de illius viribus.*
21 *Sententia parit actionem iudicati, & in factum.*
22 *Officium iudicis non ambulat de vno tribunali ad alterum.*
23 *Officium iudicis est remedium extraordinarium, & quando cesset.*
24 *Executio non datur extra territorium ius dicentis.*
25 *Executio quando petitur coram iudice ille est mixtus executor.*
26 *In executione facienda fauendum est reo.*
27 *Principes ex debito officij tenentur conseruare iustitiam inter subditos.*
28 *Iudex nulliter procedens dicitur spoliare.*
29 *Iudex executionis an possit cognoscere de nullitatibus sententiæ.*
30 *Executor merus nil cognoscit de causa, & de nullitatibus.*
31 *Executione commissa de sententia nulla, est rescribendum committenti.*
32 *Sententia nulla non est executioni mandanda.*
33 *Sententia non est exequenda, vbi suspicatur de iniustitia.*

34 Ex-

34 *Executio non est permittenda à mero executore, quando est appellatum.*

35 *Brachium seculare quare non imploretur super executione sententiæ in criminibus mixti fori.*

NVnc videndum an Laici rogati de impertitione brachij possint cognoscere de viribus sententiæ, quod expediendum est per quatuor articulos, in quibus consistit totum negotium.

1 Primus articulus est, Iudex secularis † imploratus de brachio contra hæreticos, vel de hæresi suspectos in causa inquisitionis pro executione sententiæ latæ contra quoscunque, siue clericos, siue laicos, siue etiam ad adiuuandum & capiendum tales facinorosos, non potest aliquo modo cognoscere, neque de sententia, neque de processu, aut indiciis contra ipsos:

2 Quia sola ecclesia † cognoscit de hoc crimine, & declarat, *cap. quoties 24. quæst. 1.* secularibus prohibetur, *cap. inquisitionis. §. prohibemus. de hæretic. lib. 6. cap. excommunicamus. §. 1. cap. ad abolendam. vbi* Abb. *num. 7. & 12. eod. tit. c. vt officium. cap. cùm secundum. eod. titul. in antiquis.* Alciat. *in c. 1. de offic. ordinar.* Afflict. *in constitut. regni incip. Inconsutilem. num. 20.* Roland. *in cons. 8. num. 5. vol. 3. & consil. 20. num. 10. eod. vol.* Socin. *in cons. 119. numer. 9. vol. 4.* Bossius *in titulo de foro competenti. numer. 159.* Simanc. *in enchirid. iudic. viol. relig. titulo 6. & titulo 66.* Gundis Saluus *in tract. de hæretic. cap. 15.* Episcopus Squilacen. *in tract. de fide catholica, cap. 23. & capit. 30.* Villalob. *in Comm. opinion. verbo, Hæresis. numer. 42.* Clarus *in §. hæresis. numer. 5.* Alphonsus de Castro *in lib. 1. de iust. hæretic. punitione. cap. 5. & capit. 24.* Vbi omnes pluribus rationibus monstrant secu-

3 larem iudicem † de hæresi iudicare non posse, nec declarare, neque aliquam cognitionem habere, nisi ex delegatione Papæ ad extirpationem tanti criminis, prout dicit Milleus *in sua practic. fol. 94. num. 38.* Sed hodie non seruatur, Clarus *in pract. §. hæresis. vers. hoc crimen.*

Item quod iudex secularis imploratus super bra-

4 chio, † in omnibus casibus supradicti articuli nullam habeat cognitionem, firmarunt Abbas *in cap. 1. numer. 12. de offic. ordinar.* & ibi Petrus de Ancharan. & Ioan. de Immol. Idem Abb. *in cap. final. de statu regular.* Ancharan. *in cap. inquisitionis. in princip. de hæret. libr. 6. & in cap. ea quæ, in 6. quæst. de regul. iur. lib. 6.* Bald. *in auth. clericus in fine. Cod. de episcop. & cleric.* qui expressè dicit, quando ad iudicem secularem remittitur hæreticus per iudicem ecclesiasticum, secularis iudex non habet cognoscere de crimine, idem dicit Salyc. *in l. ea quidem. in 10. quæst. C. de accusationib.* Angel. *in l. diuus. ff. de custod. reorum. & in l. final. C. de exhibend. reis.* Afflict. *in proœmio Constitutionum Regni, numer. 58.* qui in-

5 uehit contra Bartolum † tenentem contrariam opinionem *in d. l. diuus.* & ostendit opinionem contra ipsum esse magis communem, pro qua est textus expressus *in d. c. inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. libr. 6.* vbi super crimine hæresis iudex secularis, neque directè, neque indirectè potest se intromittere, sed requisitus pro brachio, est nudus & purus executor, ergo nullam potest super hoc crimine adhibere cognitionem.

Ex quo infertur non esse veram opinionem, quam defendit Cymericus *in suo directorio Inquisitorum, part.*

6 *3. qu. 57.* quod Inquisitor, † qui est delegatus à Papa in causa hæresis, non aliter potest implorare brachium seculare super auxilio sui officij, nisi habeat in specie in commissione clausulam: *cum potestate inuocandi brachium seculare, quatenus opus sit:* quia vt doctè ostendit ibi in commento D. Franciscus Penna nunc Rotæ Romanæ Decanus: Communis opinio est in contrarium, quam nos probauimus supra *in cap. 50. artic.*

2. Delegatus † enim recipit potestatem super omnibus, sine quibus causa expediri non potest, *c. præterea, in fin. de offic. deleg.* sed executio est pars causæ, & pars potissima sententiæ, quæ aliquando absque seculari brachio nequit finem habere; ergo inquisitor tanquam delegatus potest inuocare brachium. Sed ista quæstio hodie cessat, postquam in suis literis semper apponitur d. clausula; *cum facultate inuocandi brachium quatenus opus est.* 7

Nec obstat quod Principes & iudices † laici possunt cognoscere de hoc crimine in ipsa impertitione brachij ad effectum confiscandi bona, quæ dicunt propria auctoritate vendicare, per summos Pontifices sibi concessa, vt in re propria, *c. vergentis. de hæretic.* vbi bona hæreticorum, temporali ditioni Ecclesiæ subiectorum per ecclesiam publicantur, aliorum verò hæreticorum idem præcipitur fieri per Potestates, & Principes seculares: dicunt enim eorum fiscum non inferre, vel referre expressim quæstionem de hæresi, Andr. *in titulo. quæ sint regalia. in ver. contrahentium, numer. 32.* Et cùm fiscus vendicat, vt dicit gloss. *in authent. de incest. nupt. in princip.* ipsæ res videntur conueniri, non agitur in personam tenentis, argument. *l. denique. ff. de iure fisc. & l. Imperatores. ff. de publican.* Et ita dicunt hunc esse casum *dict. cap. vergentis.* 8

Quia hæc opinio non est vera: Primò, nam Ecclesia † habet fiscum, gloss. *in cap. quia diuersitatem. de concess. præbend.* quæ singularis est secundum Cardinal. *in clem. 2. §. 1. de hæretic.* Ioan. de Anan. & Felyn. *in cap. excommunicatus. in 1. eod. tit.* Felyn. *in c. irrefragabili. §. 1. de offic. ordinar.* Andr. Barbat. *in cap. 1. numer. 61. de probat.* Repertorium inquisitorum *in ver. confiscatio.* Anton. de Butr. & Immol. *in cap. quia diuersitatem col. 4. post alios, quos ibi allegant. de concess. præb.* Bald. *in l. eam quam, nu. 28. C. de fideicommiss.* Parisien. *in repetitione c. cum auditis, numer. 15. de præscriptionib.* Et quod hæc sit verior opinio atque moribus recepta, attestatur Bernard. Diaz *in practic. criminal. cap. 134.* Item *in cap. 124.* ad finem, dicit esse communem opinionem, & frequentissimo vsu comprobatam, Ioann. Lupus *in repet. rubric. de donat. inter virum & vxor. §. 39.* Gloss. & Abb. *in cap. 2. de success. ab intestato.* Stephan. Aufrer. *in decis. Capell. Tholosan. 274.* quos cumulat Couar. *in lib. 2. var. resolut. cap. 4. num. 11.* Et pro hac opinione facit, quia Ecclesia gaudet † omnibus priuilegiis, quibus gaudet 10 9

Imperium, Abb. *in cap. auditis. numer. 11. de restitut. in integr.* & ibi Addentes, quia Imperium & Ecclesia fraternizant, *authent. quomodo oport. episcop. in princip.* quem text. inducit Iason *in l. 1. numer. 23. Cod. de sacros. eccles.* Bald. *in l. final. numer. 10. C. de quadr. præscription.* Innocent. *in d. c. vergentis. de hæretic.* vsus est verbo † 11

publicari, ibi, statuimus publicari, quod proprium est fisci, & subdit, ibidem confiscentur, vterque fiscus vendicando publicat, Andr. *in titul. quæ sint regal. nu. 30. in princip.* Bonorum publicatio est de regalibus, quæ in propriis tribunalibus exercetur, vt *C. vbi causæ fiscales.*

Et in specie quod bonorum publicatio, † quæ fit 12

propter crimen merè ecclesiasticum & vigore sententiæ iudicis ecclesiastici, debeat fieri per Fiscum ecclesiæ; non autem per Fiscum Principis laici, scribo latissimè inter quæstiones practicas infra *in 4. parte cast. 137.* per totum, vbi videri poterit, ne bis idem repetam.

Item quia ſummorum Pontificum conſtitutiones,
13 præſertim Clementis, diſtribuunt hæreticorum † bona publicanda in tres partes, propter quas Doctorum Modernorum communis Schola tenet, vnam partem eſſe Domino temporali applicandam, alteram Inquiſitori, tertiam verò officio ſanctæ Inquiſitionis deberi, Gundiſſaluus *in tract. de hæretic. quæſt. 15. nu. 3.* Pariſien. *in conſi. 2. nu. 104. vol. 4.* Boſſ. *in titul. de hæretic. nu. 33.* Iacob. Simanch. *in praxi hæreſeos, c. 56.* Gomez. *in lib. var. reſolut. titul. de crimin. læſæ maieſtat. nu. 1.* Roland. *in conſi. 20. nu. 13. & ſeq. vol. 3.* & latius *in conſil. 8. per totum eod. vol.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 374. Burſatt. *in conſi. 43. vol. 1.* D. Franciſc. Penna *in 3. parte directorij q. 97.* vbi omnes conſtitutiones Pontificias adducit, ergo iudices ſeculares requiſiti de brachio, nullam habent cognitionem ad effectum publicandi bona, quia vt dictum, illorum declaratio pertinet ad Inquiſitores.

Neque obſtat quod prædictæ Pontificum conſtitutiones non ſint in corpore iuris clauſæ: Quia fuit ſpe-
14 cialiter conſtitutum, omnes † conſtitutiones extrauagantes contra hæreticam prauitatem editas, etiam ſi in corpore iuris non contineantur, obſeruandas eſſe, *c. final. §. fi. al. de hæretic. li. 6. clem. 1. §. fi. eod. tit. & l. Arriani. §. cunctis quoque legibus,* C. *de hæretic.*

15 Item quia Princeps † poteſt auferre jus tertio quæſitum, quando ipſe idem Princeps fuit cauſa acquiſitionis, mediante ſua noua lege, Bald. *in l. qui ſe patris. col. 7. verſi. ita dominus etiam ſuperior.* C. *vnde liberi.* allegat *l. qui fundos.* C. *de omni agro deſerto, lib. 11.* Angel. *in l. Antiochenſium, numer. 1. ff. de priuileg. credit.* & vide Abb. *in conſil. 84. numer. 3. verſi. ſed iſtis non obſtantibus, vol. 1.* Albert. Brun. *in conſil. 1. numer. 50.* de qua re latius tractabo inferius *in 2. parte*, inter caſus mixtos *cap.* . .

16 Secundus articulus eſt, Iudex ſecularis † imploratus ſuper brachio impertiendo contra clericum actualiter degradatum & ſibi traditum, non cognoſcit de viribus ſententiæ, quia iudex ſecularis fundat ſuam Iuriſdictionem in clericum degradatum per qualitatem degradationis, *c. degradatio, de pœnis lib. 6.* Abb. *in c. nouimus, de verb. ſignific.* Dec. *in c. cùm non ab homine. numer. 68. de Iud.* ergo niſi conſtet, vel præſupponatur
17 † dicta qualitas, nimirum iuſta degradatio, nulla competit iuriſdictio *l. 2. §. ſed ſi dubitatur. ff. de iudic. l. ſi quis aliena. ff. eod. tit. l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flum. publ. l. prætor. §. docere. ff. de vi bon. rapt.* Bart. *in l. multum, ff. de condit. & demonſtrat. & in l. finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect.* Vnde dicit Conrad. *in tractat. de hæretic. lib. 4. cap. 13. numer. 9.* iudex eccleſiaſticus non tradit clericum degradatum iudici ſeculari: ſed potius o-
18 ſtendit † & declarat clericum eſſe priuilegio clericali exutum, Franch. *in d. c. degradatio, §. proderit.* ergo ipſa degradatio eſt fundamentum exercitij iuriſdictionis ſecularis, quare ſi iudex ſecularis vellet de aſſerta iniuſtitia degradationis cognoſcere, ageret ſine fundamento ſuæ iuriſdictionis, quæ fundata eſt in d. qualitate, vt dixi, & obſtaret regula iuris *cap. ex eo. lib. 6.* Ex quibus, & multis aliis ego ſcripſi infra *in parte 4. caſu*
19 *131. & caſu 132.* quod iudex laicus † non cognoſcit de iniuſta degradatione, neque nouum poteſt formare proceſſum, neque torquere, vel tangere clericum degradatum abſque incurſu excommunicationis, quia retinet characterem, & poteſt conficere ſacramentum, ſed ſolum tanquam in notoriè confeſſum, & conuictum poteſt pœnam condignam imponere, quàm Eccleſia præ miſericordia imponere recuſauit.

Tertius articulus eſt Iudex laicus imploratus † à par- 20
tibus pro executione ſententiæ latæ inter laicos à quocunque iudice in concernentibus vtilitatem priuatam, poteſt de viribus ſententiæ cognoſcere, & intelligo parte replicante, contra quam eſt exequendum, aliter executio impediri non debet, vt firmarunt Belluga *in ſuo ſpeculo Princip. rubric. 11. numer. 4.* vbi de imploratione brachij tractat, Pariſ. de Put. *in tractatu de Syndicatu, in ver. brachium,* Andr. *in 1. conſtitutione reg. 1.*

Nam ſententia † gignit actionem in factum, vel 21
iudicari, *l. intra dies. ff. de re iudic. in verſ. ex iudicato agi.* verbum *agere*, denotat ordinariam actionem, & requirit litis conteſtationem, *l. licet, §. ſi plures, ff. de procurator. l. 1. ff. de edend.* quo caſu iudicium eſt ordinariè peragendum. *l. item veniunt. §. item rectè. ff. de petit. hæredit. & l. 1. C. quando ex fact. tut.* & hanc tenent Bart. *in d. l. intra dies.* & Specul. *in titulo de execut. ſent. §. breuiter. in princip.* Ioan. Baptiſta de ſancto Blaſ. *in tractatu de actione, & eius natura, centur. 2. num. 71.* & ex ea agitur iudicis officio, quia imploratur executio, *l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic.* Sed offi-
cium † iudicis non ambulat de vno tribunali ad alte- 22
rum, Bald. *in l. fin. num. 3. C. de teſtib.* tanto minus de tribunali non ſubdito eidem Principi, & tunc iure ordinario deſeruiunt dictæ actiones, & ceſſat iudicis offi- 23
cium † tanquam remedium extraordinarium, *l. quædam. in princip. & ibi* Bald. *ff. de edendo.* gloſſ. penult. *in l. vinum. ff. ſi cert. pet.* Bald. *in l. fi. §. ſin autem, num. 2. in princip. C. de furt.* Corneus *in conſ. 18. col. 1. vol. 3.* Bart. *in l. qui colluſionem, §. pretij. ff. de actionib. emp.* Item exe-
cutio † extra territorium non datur, gloſſ. *in ver. cùm* 24
paretur in 2. expoſitione, in l. ſi. ff. de iuriſdiction. om. iudic. quam ſequitur Andr. *in titulo de controuerſ. inter me & Domin. de beneficio, num. 7. & ſeq.* Et ad hoc eſt textus *in l. cùm vnus. §. penult. ff. de bon. auctor. iudic. poßidend.* Quia etiam bis cauſa reuideri poteſt à diuerſis iudicibus alterius iuriſdictionis, caſus eſt *in §. ſi verò crimen. in auth. de ſanctiſſ. epiſcopis.*

Item hic ſupplicatur executio coram iudice, † ergo 25
mixtus eſt executor, non merus, neque nudus miniſter, gloſſ. 1. *clem. 1. & ibi* Cardinal. *in quæſt. 13. de offi. delegati.* Bartol. *in l. 1. in princip. ff. de re iudic.* & ſupplicatur ob defectum iuriſdictionis, qui eſt in iudice ſententiæ, *d. l. fin. ff. de iuriſdiction. om. iudic.* quo caſu iudex poſtulatus habet omnem cognitionem, Bartol. *in d. l. à diuo Pio, numer. 5.* Abb. *in c. de cætero, numer. 4. verſi. ſecundo membro, de re iudic.* Item quando executio ſententiæ petitur coram diuerſo iudice, ſtatim pars opponit, cui in executione † fauendum eſſe iura cla- 26
mant, *l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. l. cùm non ſint. eod. tit. lib. 6.* Bartol. *in l. ſi quis intentione, ff. de iudic.* Ipſe iudex reum debet iudicare vt ſubditum, Abb. *in c. 1. n. 12. de offic. ordinar. & d. §. ſi verò crimen. auth. de ſanctiſſ. epiſcop.*

Principes † iccirco reditus à ſubditis iuſtè perci- 27
piunt, vt inter eos iuſtitiam conſeruent in terra, D. Thom. *in 22. quæſt. 62. articulo 7.* alias tenentur ad fructuum perceptorum reſtitutionem: Intereſt publici habere vaſallos diuites, & ab aliis contra iuſtitiam nō
ſpoliari, ſed iudex nulliter procedens, † & ideo iniuſti- 28
tiam faciens dicitur ſpoliare, Crauett. *in conſil. 118. num.*

num.8.Socin.sen.in cons.12.vol.1. Pontanus in tract.de spolio,lib.3.num.107. Iccirco non debet arctari ad exequendam sententiam alterius iudicis latam inter suos subditos, & de negotio de quo potest ipse cognoscere, d.§.si verò crimen, in auth.de sanctiss.episcop. quem textum ita communiter citat Doct.antiqui. Gulielm. de Cuneo in l.magistratibus.ff. de iurisdict.om.iudic. & Bartol.ac Bald.ibidem, & hoc tenet Baldus per illum textum in auth.clericus.C.de episcop.& cleric.& Angel. in d.l.magistratib.

29 Aliqui dicunt quod si d.sententia exequenda † lata esset à iudice superiore illius ditionis, cui est subditus iudex imploratus pro executione, tunc potest de nullitatibus d. sententiæ allegatis cognoscere, non vt pronunciet sententiam exequendam non esse, sed vt supersedeat, atque remittat ad ordinarium iudicem, qui illam protulit, hic est casus in l.si prætor.§.Marcellus.ff.de iudic. & firmarunt Innocent. & alij in c.de cætero.de re iudic. quod secus esset, si illi committeretur expressè à suo iudice superiore, quia tunc esset merus
30 executor,†Bald.in l.& si non cognito.C.si contra ius,vel vtilit.public. Cardinal.in c.pastoralis.§.quia verò.de offic.delegat. & in clem.1. §.penult. quæst. de foro compet. Innoc.in c.cùm olim.de priuileg. Angel.in l.si vt proponis.C.de execut.rei iudic. Alex. in cons.77.col.2.vol.2. & ibi latè Apostilla.& in cons.95.eod.vol.2. Guido Pap.in decis.574.

Sed ego teneo quod etiam si esset commissa execu-
31 tio † sibi à suo superiore, de cuius nullitate constat, non sit exequenda,sed debeat ad superiorem rescribere per regulam, c.si quando.de rescript. quod comprehendit etiam laicos, vt inibi docet Nauarr. & est textus de iure ciuili,in §.deinde competens,in auth.de man-
32 datis Princip. Et quod non debeat sententiam † nulliter latam exequi,firmarunt Innoc.in c.ad aures,de ætate & qualit.Bart.in l.diuus.ff.de custod.reorum. Anchoran.in consi.372.vbi subdit,quod nedum nullitas impedit illius executionem, sed etiam eiusdem iniquitas, Franch.in c.dilecto,n.73.de appellat.qui dicit esse casum in c.constitutus,n.3.de testib.Anton.de Butrio in c.tuam. in fin.de ordine cognit. & est decisio Francisci Marci 269.
33 parte 1.Imò etiam si suspicaretur de iniustitia † sententia non deberet exequi,Ioann.Andr.in c.cum iure peritus.de offic.deleg.& in dict.cap.1.de offic.ordinar.Thom. Ferret. in sua cautela 54.quæ incipit, si coram aliquo iudice.Felyn.in c.cùm sit generale,col.6. vers.limita quinto.de foro compet. sicut non est permittenda executio
34 ab inferiore iudice etiam nudo, & mero † executore, quando à sententia est appellatum,Abb.in d.cap.1.col. pen.& final.de offic.ordin. Bart. in d.l.diuus. Oldrad.in d.consi.89.quod procedit,etiam si appellatio non fuisset admissa,Grammatic.in consil.ciuil.109.nu.5. quia si hoc casu posset impunè resisti, l.quoniam iudices. C.de appellat.& notant ibi Innocent.& Abb.Item Felyn.in c.si quando.de offic.deleg. ergo multo magis debet permitti ministro,qui non exequatur, sed supersedeat, & rescribat,d.c.si quando,de rescript.

35 Super executione sententiæ † in criminibus mixti fori, non est opus tractare de imploratione brachij secularis, vt nostri æmuli ad diminutionem huius capitis opponebant, quia de ipsis delictis mixtis tracto in tota secunda parte, & plus mille articulorũ exarantur inter vtrumque iudicem. At si Ecclesiasticus personam præuenerit,cùm suam possit exequi sententiam per proprios ministros,vt probaui supra in c.50. ideo brachio seculari non indiget, & si præter capturam personæ, præuenerit causam, & impediretur à laico iudice,inhibitionibus,& censuris,atque aliis remediis suam iurisdictionem, & præuentionis causam defendet,de quibus scribo in d.secunda parte;Nec licet,nisi toto opere perspecto sententiam dicere.

CAP. LII.

An Principes laici, & eorum iudices rogati, si non impertiantur brachium, possint ab Ecclesiasticis pœnis temporalibus,& spiritualibus affici.

SVMMARIA.

1 *Brachio denegato, vel neglecto, seculares possunt excommunicari.*
2 *Feudatarij Ecclesiæ sub qua pœna non possunt denegare brachium seculare.*
3 *Iustum præsumitur quod à Principe ordinatur.*
4 *Vasallus est obligatus obedire Principi directo domino.*
5 *Homagium quid importet circa obedientiam.*
6 *Ingratus dicitur qui non obedit domino præcipienti super feudis,& eorum vasallis.*
7 *Feudatarius non obediens præcepto domini sub pœna indignationis suæ feudo priuatur.*
8 *Brachium impertiri recusantes sub pœna indignationis Petri & Pauli possunt beneficiis priuari.*
9 *Vasallus vasalli mei non est vasallus meus.*
10 *Et quando fallit.*
11 *Vasallus vasalli potest cogi à supremo domino ad sibi obediendum.*
12 *Mandata Principum cur sint exequenda omnino.*
13 *Exempla pœnarum subditorum non obedientium dominis.*
14 *Mandata principum exequenda completè, etiam reuocata.*
15 *Dux exercitus non debet bellari, etiam vincendo, finita legatione.*
16 *Mandata principum non exequenda, quando turbaretur status vniuersalis.*
17 *Obediendum non est iniustè imperanti.*
18 *Exempla Principum iniusta imperantium.*
19 *Reges qui præceperunt non esse obediendum iussionibus iniustis.*
20 *Papa est iudex inter Principes recusantes obedire Imperatori,& ipsum Imperatorem.*

VLtimo videndum est, qua pœna puniantur seculares implorati de brachio, si in auxilio præstando contumaces,aut negligentes fuerint. Respondendum † est,primo quoad pœnam spiritualem excommunicari posse,C.ad abolendum §.pen. c.excommunicamus §.moneantur. de hæretic. & probat D. Penna super directorio in 3.parte super qu.57. 1

Quo vero ad pœnam temporalem distinguendum est. Nam si feuda immediatè non retineat ab Ecclesia poterunt honore, & quacunque dignitate priuari, vt probant supradicta iura:si vero feudatarij † sint ecclesiæ,statim eis obediendum est. 2

Primo,quia iustum † præsumitur,quod à Principe supremæ potentiæ ordinatur, Roman. in consil. 436. num.12.vers.& si dicatur quod in principe, Socin.in consil.273.nu.11.vers.& si dicatur vol.2.Ias.in l.si testamentum num.5.vers.vltimo limita C.de testam. Crauett. de anti- 3

*antiquit.part.*1.§.*non omitto circa præmissa num.*23.*vers. limitatur nunc prædicta conclusio.*Grammatic.*in consil.* 100.*num.*17.Capyc.*in decis.*51.Abb.*in c.cum olim.n.*17. *de re iudic.& in c.cum venissent num.*8.*de iudic.*Præsertim ratione subiectorum, qui sunt eiusdem supremi Principis dominatione, Felyn.*in c.quæ in Ecclesiarum. nu.*60.*& plur.seq.& ibi Abb.nu.*15.*de constit.*

4 Non est in facultate vasalli† recusare obedire superiori, quia vasallus ligius principaliter obligatur obedire vinculando eius personam, & in consequentiam veniunt bona, accessione ad personam, tantò magis illa bona, quæ à supremo hoc Domino, præcipiente recognoscuntur, quæ reali onere in primum Domi-
5 num sunt affecta. Hoc importat† præstare homagium, si non obediuerit Domino, dicitur ingratus, & licet super ingratitudine certa definitio dari non possit, vt dicit textus *in titulo, quibus ex caus.feud.amitt.* Tamen vasallus, qui non obedit Domino iustè præcipienti
6 super feudis, vel feudorum vasallis, satis dicitur † ingratus, putat enim habere ex seipso, quod ab alio habuit, quæ fortior est ingratitudo, vt dicit Alexander Anglus *in suo destructorio vitiorum, parte* 6.*c.*4. *col.*2. & quasi negare videtur se esse vasallum, quo casu, potest feudo priuari, *c.si vasallus.si de feud. defunct. fuerit controuers.inter dom.& agnat.* Innoc.*in c.cæterum.de iudic.*Guido Pap.*decis.*436. Caccheran.*decis.*29.

7 Et si præceptum factum † fuerit sub comminatione pœnali indignationis suæ, poterit illum obedire recusantem feudo, vel dignitate priuare, ita tenet Bal. *in cap.*1.§. *porro quæ sit prima caus. benefic. amitt.* quod quando in literis apostolicis, pro quarum executione
8 imploratur brachium, imponitur sub pœna† indignationis Petri, & Pauli, quam se nouerint incursurum, talia verba comminatoria important, quod obedire recusantes poterũt priuari propriis beneficiis, de qua pœna indignationis loquitur idem Bal.*in l.cunctos populos, C.de summa trinit.& in auth.statuimus in* 9.*q. C. de episcop.& cleric.* Et quod vasallo non obediente cuiuscunque mandato facto à superiore Domino sub indignationis pœna, feudum cadat in commissum, in specie decidit Chassan. *in tract. de gloria mundi, parte* 5.*consideratione* 13.*num.*4.

Et hæc procedunt, siue recusauerit obedire super
9 feudo, siue super vasallis. Nam licet regula sit, † quod vasallus vasalli mei non est propriè vasallus meus, vt not.gloss.final.*in c.legitur distinct.*80.Bald.*in c.cum dilecti col.*4.*de dolo,& contumac.*Specul.*de feud.*§.2.*vers.* 14.*l.Modestinus.ff. de verb. significat.* sicut neque libertus liberti mei, dicitur propriè libertus meus, *l.si quis à liberis* §.*si quis à libertis Digest.de liber.agnoscend.* Et hanc opinionem firmat Curt. *de feud. part.* 4. *titul. ex quib.caus.feud.amitt.num.*88. Nihilominus regu-
10 la † fallit in vasallis vasalli mei, qui sunt in eo feudo, quod vasallus meus tenet à me, Bald.*in c.*1.§.*rursus tit. quib.mod.feud.amit.& in c.*1.§.*si quis de manso vbi And. & Iacobus de Bellouis. in titul. de controuers. inuestitur.* quam limitationem declarat Frecc.*de subfeud.in lib.*1. §.*fuit dubitatum num.* 4. *& seq.* vbi alios allegat, quo
11 casu supremus† dominus poterit cogere vasallum vasalli sui ad sibi obediendum, & seruiendum, gloss.*in c.* 1.§.*final.de controuers.inuestit.*Bald.ibi in fine, quid poterit facere cogendo vasallum suum per subtractionem beneficij, allegat notata per gloss.*in* §.*adeo Instit. de locato.* Et secundum Baldum ibidem potest supremus Dominus habere regressum contra vasallum vasalli sui, tanquam contra debitorem sui debitoris, per notata per gloss.& Doct.*in l.pro hærede* §.*si quid tamẽ ff.de acquiren. hæredit.* & hanc opinionem tenet etiam Aluarott.*in d.*§.*final.* quem multis modis confirmat, & licet Andreas videatur tenere contrarium *in d. c.*1. §.*final.de controuers. inuestitur.* tamen intelligas eum de vasallo, qui non est naturalis feudi supremi Domini seruitium petentis, sicut est limitata regula præcedens per Baldum, & ad allegata in contrarium sic respondendum est.

Item mandata † Principum sunt omnino exequen- 12
da, ne Principum maiestas à subditis deludatur. Nam si minimo magistratui obediendum est, ne Prætoris maiestas contempta videatur, *l.ait prætor* §.*ait prætor ff.de noui oper.nuntiation.l.pen.ff. de inst. l.seruo* §.*cum prætor, ff.ad Treb.*Plato *in Critone,*Cicero *pro Cluentio, & in libris de legib.* dicit, quamuis ipse esset inimicus Tribunorum plebis, obediendum esse iniustis oppositionibus tribunorum, quo nihil præstantius, impediri enim bonam rem melius est, quàm concedi malam, quanto magis obediendum est Principibus. Item quando magistratus timeret, ne irritaret Principem,
cuius maximum est exemplum. † Nam mortuo Seue- 13
ro, relictis Caracalla, & Geta suis nepotibus minoribus, & relicto Papiniano minorum Imperatorum, & Imperij tutore, cum Caracalla necasset Getam, iussit Papiniano, vt illum in Senatu excusaret, cui Papiniano respondenti non esse ita facilè excusare, sicut parricidium committere, Imperator ira commotus, occidi iussit. Alterum exemplum adducitur de Petronio Assyriæ gubernatore, cui cum mandaretur ab Imperatore Caligula, vt eius statuam in templo Hierosolymitano collocaret, reluctantibus ex causa Iudæis, ac Petronio hoc factum rescribenti, cum iterum Caligula idem iussisset Petronio, congregato contra Iudæos exercitu, Iudæi omnes se opponunt, quorum tãdem suasionibus ductus, iterum ad Caligulam rescripsit, sed Caligula irritatus, Petronium occidi mandat per literas, verum Caligulę mors pręuenit literas, vnde neque Petronius occisus, neque mortui Imperatoris statua in templo collocatur.

Item mandata † Principum exequenda sunt, siue 14
prima, siue secunda, si exequi expediat, & fortè in exequendo cœptum est, etiam si Princeps sua mandata reuocaret, Marcellus Consul dicebat, multa magnis Ducibus sicut non sunt aggredienda, ita semel aggressis non dimittenda, teste Liuio *in lib.* 14. extat maximum apud Græcos exemplum de Epaminonda, &
Pelopida Ducibus † exercitus, quorum onera finie- 15
bantur in illo ipso actu, quo turbarum clangor significabat prælium, sed cognoscentes ex dilatione diei, eorum Rempublicam depressam fore, & præliati, victoria potiti sunt, confœderatosque saluos fecerunt, atque Thebanos in eorum statu confirmarunt: sed reuersi in patriam, perduellionis accusati, & condemnati sunt, quia Populi iussionibus non obediuerunt, diẽ præfixam in præliando transeuntes: Sed Populus postea in gratiam restituit. Xenophon.*lib.*7.*de rebus Græcorum.* Cicer.*in lib.*1.*de diuinat.* Plutarch. in Epaminonda, & Appiano in Syriaco testibus.

Declaratur articulum non procedere, quando ex
præcepto † Principis decoloraretur, siue turbaretur 16
status vniuersalis, quia hoc neque permittitur Papæ cum consilio Cardinalium, Roman. *in singular.* 419. Abb.*in c.proposuit col.*4.*de concess.præbend.*Benedict.*in c.Raynutius, ver.& vxorem decis.*2.*nu.*137. Et quod in-
iusta† imperanti non sit obediendum, quando ex eius 17
mandato aliquod scandalum, vel malum subditorum futurum esset, tenet Innoc.*in c.inquisitioni.de sent. excom.*Abb.*in c.vniuersitatis nu.*3.*eod.tit.*

Exemplum est, vt si Princeps† mandaret occidi in- 18
nocen-

nocentes, sicut iussit Pharao, & Agrippa. Item si mandaret deprædari pauperes, sicut proximis elapsis temporibus fecit Marchio Albertus, Rota *decis.3. de exceptionib. in nouis.* Felyn. *in d.c. de cætero col.2.* Abb. *col.7.* Hostiens. & Immo. *in c. cum contingat. de præscri.* Princeps enim isto modo imperans, sacros diuinæ legis, & naturæ limites coinquinat, Bald. *in l. nuptæ. ff. de senator. & in c. quæ in Ecclesiarum. de constit.* Saul cum præcepisset occidi sine causa sacerdotes, non inuenit, qui obediuisset, præter Doegem, qui solus exequutus est.

19 Propterea Reges † Ægypti recipiebant iuramenta ab eorum magistratibus, vt nunquam eorum iussionibus obedirent, quando præciperent iniustè, prout legitur in sententiis Regum Ægypti relatis à Plutarcho. Item in Gallia prohibitum est iudicibus Regum literas exequi, nisi literarum iustitia contineat æquitatem, prout in ordinationibus Regis Caroli VII. *articul.66.* & in ordinationibus Regis Philippi Pulcri, *artic.11.* Theodosius Magnus legem condidit ad preces D. Ambrosij, vt eius literæ, & commissiones præcipientes maiorem pœnam ordinario, triginta dierum spacio, post earum præsentationem, suspenderentur, cui legi condendæ occasionem dedit, occisio septem millium Thessalorum occisorum ad simplex Theodosij iussum, propter rebellionem populi, & homicidia in personis magistratuum commissa. Item huc pertinet antiquus Romæ Curiæ stylus tria rescripta obtinendi à summo Pontifice, quæ vocantur monitoria, præceptoria, & executoria, *c. literis. de rescript.*

Qui sint Reges, & Principes subditi Papæ immediatè, ostensum est supra. Item qui sint immediatè subditi Imperatori: Verum si inter hos supremos Principes Imperator prius mandauerit aliquod iustum suis subditis immediatis exequendum, quod etiam iustum, atque expediens visum fuerit sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & à Principibus subditis fieri recusaretur, puto sanctam Romanam Ecclesiam † huius negotij esse iudicem competentem, ipsumque Romanum Pontificem talem inobedientiam esse æstimaturum, de quo per Francisc. Zoannett. *in tractatu de Romano Imperio. num.221. & seq.* 20

Finis partis Primæ.

TRACTATVS

DE IVRISDICTIONE INTER IVDICEM ECCLESIASTICVM, ET LAICVM EXERCENDA,

PARS SECVNDA.

In qua tractatur de omnibus casibus Mixtæ Iurisdictionis, & de Præuentione ipsorum, atque de Inhibitionibus faciendis inter vtrumque iudicem.

DOCTORIS MARTÆ

NEAPOLITANI IVRISCONSVLTI IN ALMA VRBE ADVOCATI.

D. MARTÆ IVRISCONSVLTI NEAPOLITANI, ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATI

Tractatus,

DE IVRISDICTIONE INTER IVDICEM Ecclesiasticum, & Laicum exercenda.

PARS SECVNDA.

CAPVT I.

Quæ sint causæ mixtæ in genere, de quibus agitur in hac secunda Parte.

SVMMARIA.

1 *Causa ecclesiastica, item secularis quæ sit.*
2 *Crimen ecclesiasticum quid sit.*
3 *Iudex ecclesiasticus iudicat etiam laicum in crimine ecclesiastico.*
4 *Iudex ecclesiasticus potest mandare, & inhibere iudici laico ne procedat in crimine ecclesiastico.*
5 *Causa secularis quotuplex sit, & quæ sint.*
6 *Causa merè secularis quomodo possit fieri de foro ecclesiastico.*
7 *Causarum genera, quæ ab vtroque iudice cognoscuntur.*
8 *Causarum mixtura inter iudices quot modis contingere possit.*
9 *Immunitatis ecclesiarum iudex an vterque iudex sit competens.*
10 *Iudex causæ præparantis est iudex causæ præparatæ.*
11 *Collitigantium diuersi fori iudex magis dignus præfertur in causa ipsi iudici minus digno.*
12 *Iudices quomodo coniunguntur quando causa est spiritualis, & persona secularis.*
13 *Causæ mixti fori tractantur singulariter in secunda parte.*

AGGREDIOR librum componere de causis mixtis, vt vocant, id est, quæ ab vtroque iudice, nimirum ecclesiastico, & seculari possunt iudicari: difficillimum opus, vt omnibus possit fieri satis, qui Regnorum iura pertractant: Ego autem nullius regni, nullius status considerationem habens, quæstiones duntaxat, quæ circa hanc materiam ad iurisprudentiam pertinent, pro veritate, Doctorum minimus, remittendo semper atque subiiciendo me, & scripta mea opinioni melius sentientium, inuocata prius spiritus sancti gratia, ita scribere incipio.

1 Causarum igitur alia est merè ecclesiastica, alia merè secularis, glossa *in summa* 11. *qu.* 1. Est autem † ecclesiastica vbi agitur de ecclesiasticis, & spiritualibus rebus, vt dicimus, primitiis & oblationibus, ordinibus, matrimoniis, excommunicationibus, electionibus, & huiusmodi, de quibus per Archidiacon. 1. *qu.* 1. *in princip.* & Præposit. *super d. glo. in summa* 11. *q.* 1. & ibi Turrecremata *in q.* 1. *nu.* 3. Aut vbi agitur de crimine † ecclesiastico, quod sola lege naturali cœpit esse vetitum, aut sola lege Pontificia prohibitum, vt latè probat Nauarr. in relectione *c. nouit. de iudic. in* 6. *notab. nu* 39. *vers. peccatum autem.* Aut crimen ecclesiasticum est illud quod est crimen secundum Ecclesiam & non secundum leges, id est quod non punitur secundum leges, vt est crimen fornicationis, & huiusmodi, de quibus per Geminian. *super d. gl.* 11. *q.* 1. *in summa, nu.* 2. & ibidem Turrecremat. *nu.* 2. 2

Et de hoc crimine ecclesiasto, Iudex † ecclesiasticus iudicat etiam laicum, Gemin. *in c. cùm episcopus. de offic. ordin. li.* 6. Io. de Anan. *in c.* 2. *de adulter. & in rubr. de sortileg. & in cap. qualiter in* 2. *§ ad corrigendos col.* 8. *de accusat.* facit tex. *in c. contra idolorum. in vers. perpetuas inclusiones* 26. *q.* 5. *& in c. attendendum* 17. *q.* 4. *& c.* 1. *de hæretic. li.* 6. In quib. criminib. & generaliter, vbi iudici ecclesiastico specialiter est reseruata cognitio, potest mādare, & inhibere iudici †ecclesiastico ne procedat, etiam sub pœna excōmunicationis. Innoc. quē ad hoc allegat Bald. *in margarita, in ver. Iudex, & ver. Laicus reum.* Cæpoll. *in cons. crim.* 10. *n.* 2. allegat gl. *in c. decernimus. de sen. excom. li.* 6. Bald. *in l. consulta diualia. n.* 1. C. *de testam.* & ibi Angel. & Sal. *n.* 3. Boer. *in dec.* 114. *n.* 2. 3 4

Causa secularis † diuiditur, quia alia est criminalis, alia ciuilis, & criminalis est, vbi agitur de seculari crimine, id est, cuius examinatio pertinet ad secularem iudicem, vt est crimen læsæ maiestatis, & huiusmodi, & generaliter, vbi agitur ad effusionem sanguinis, ciuilis est vbi agitur de patrimonialibus, & bonis. 5

Istæ causæ pertinent ad diuersum forum, sed aliquādo causa temporalis, † siue secularis, propter aliquam qualitatem fit de foro ecclesiastico, V. g. rapinæ, oppressionis, violentiæ, & doli: Item denegatæ iustitiæ, miserabilitatis, & huiusmodi, de quibus *in cap. cùm sit generale, cap. quod clericis, c. licet ex suscepto, c. ex tenore. de foro competent.* Sic econtra, Ancharan. *in cap. ea quæ, n.* 8. *de regul. iur. lib.* 6. Ideo passim in iure reperiuntur 6

Q plurimi-

7 plurima causarum genera ✝ quæ ab vtroque iudice cognoscuntur, & verè cognosci possunt, & causæ mixtæ appellatæ sunt, etiam si criminales fuerint, & delicta mixti fori appellata sunt, sic diffinita. Delicta mixti fori sunt, quæ lege naturali, simul & ciuili, siue seculari, & Pontificia simul vetita sunt, atque diffinita, Abb. *in c. cùm sit generale, n.31. de foro compet.* Nauar. *in d. cap. nouit. in 6. notabili, n.40. de iudic.*

8 Aliis etiam modis mixtura ✝ inter iudices contingere potest, vt cùm ecclesiasticus & secularis simul de causa participant, & hoc vel quando vt iudices diuersi fori coniunguntur in cognitione, *auth. si verò contigerit. C. de iudic.* de qua coniunctione notatur *in cap. cùm contingat. de offi. deleg.* Item habetur *in c. per hoc. de hæretic. lib. 6.* Vbi Inquisitor, & Episcopus conueniunt in sententia, & in processu contra hæreticum. Itẽ aliqui
9 dant exemplum, cùm reus prætendens gaudere ✝ immunitate ecclesiarum, per vtrumque iudicem custoditur, quo casu dicunt vtrumque iudicem, scilicet ecclesiasticum & secularem debere cognoscere, an reus gaudere debeat ecclesiarum immunitatis priuilegio, Remigius de Gonis *in tractat. de immunit. eccles. qu.2. n.6. vers. quarta opinio.* nam cùm custodiatur per vtrũ-
10 que, ambo debent esse iudices ✝ causæ præparantis, & præparatæ, ex regula de qua per glo. *in c. parrochianos, de sent. excom. li.6.* Felyn. *in d. c. cùm sit generale. in ver. quinto amplia.* Aliquando coniunguntur ex necessitate indiuisibilis instantiæ, vt si volo conuenire clericũ & laicum obligatos insolidum ratione contractus, vel administrationis, & hoc casu non est propriè coniun-
11 ctio respectu iudicum, sed respectu collitigantium: ✝ nam habet locum regula, magis dignum trahit ad se minus dignum, Bart. *in l. præcipimus. §. eodem obseruando. C. de appellat.* & ibi Alexand. Item Bart. *in l. iurisperitos. §. cùm oriundus. ff. de excus. tut.* & ibi etiam Bal. aliquando coniunguntur in communibus causis, & per-
12 sonis, vt cùm causa est spiritualis, persona ✝ verò secularis, vt scribit Anchar. *in d. c. ea quæ, nu.8. de reg. iur. lib.6.* Vel in aliis causis, de quibus est apud eundem iudicem agendum, *l.1. ff. de quib. reb. ad eundem iudic. eatur. c. cùm M. Ferrariensis. de constitut.* Non enim conuenit, plures iudices diuersi fori, aliquando (si volunt) conuenire, cum causa, de qua agitur, est vtriusque fori, *c. cùm illarum. §. si verò. de sent. excomm.*

Aliis etiam multis modis vtriusque fori iudices con-
13 iungi possunt, ✝ de quibus singulariter videre volumus, & in singulis capitulis singularem materiam diffinire, & ad plenum scribere.

CAP. II.

De præuentione Iurisdictionis, & eius effectu.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio quando acquiratur per præuentionem, & nu.3. & 7.*
2 *Præuentionis definitio quæ sit.*
4 *Præuentio iurisdictionis consideratur respectu iudicis, & respectu partium.*
5 *Præuentio potest fieri inter iudicem inferiorem, & superiorem.*
6 *Episcopus præuenit Papam in collatione beneficiorum.*
8 *Episcopus quando præueniat alterum alterius diœcesis.*
9 *Arbiter quando præuenit iudicem ordinarium.*
10 *Iudex ordinarius potest præuenire delegatum, & quando fallit.*
11 *Iudex præueniens quando amittit iurisdictionem.*
12 *Præuentio iudicis ordinarij à quo fieri poßit.*
13 *Iudex ciuilium causarum, quando præueniat iudicem ordinarium.*
14 *Præuentio respectu partium quid operetur.*
15 *Actor qui facit citare reum coram diuersis iudicibus, condemnatur in expensis.*
16 *Iudex præueniens quid faciat.*
17 *Reus quando dicatur præuenire actorem.*
18 *Citatio cuius præsumatur prior in dubio.*
19 *Præuentio iurisdictionis non acquiritur socio.*
20 *Præuentio an acquiratur contra laicum factum clericum, & nu.24.*
21 *Iudex secularis in ciuilibus est competens contra laicum factum clericum.*
22 *Miles factus post citationem debet conueniri coram iudice ordinario.*
23 *Iurisdictio præuenta ante clericatum valet quoad sententiam, non autem quoad executionem, & n.27.*
25 *Exceptio declinatoria quando opponatur post litem contestatam.*
26 *Clericus in criminalibus semper debet conueniri coram ecclesiastico.*

CVm in causis mixtis iurisdictio competat cuilibet insolidum, & ideo præuentione iurisdictio ✝ in 1
eis acquiratur; ergo sequitur videre de ipsa præuentione, quam materiam etiam in mea adolescentia dũ aduocatum gerere in vrbe inceperã, pertractaui. *Præuentio* igitur ✝ *est iurisdictionis appropriatio sibi soli, in aliqua causa, quæ principaliter, insolidum, & in actu pluribus competebat:* 2 ita definit Marian. Socin. *in c. proposuisti. de foro compe.* Dicitur *principaliter*, quia non præuenitur is, qui ab altero iurisdictionem recognoscit, *l. iudicium soluitur. ff. de iudic.* sed hoc dictum intelligitur, ne præueniat superiorem, à quo iurisdictionem recognoscit, quin ab ipso impediatur in procedendo: Dicitur *insolidum*, quia si plures coniunctim ✝ iurisdictionẽ 3
habent, vnus alterum non præuenit regulariter, *c. prudentiam. de offi. deleg.* nisi in quibusdam casibus, de quibus inferius sum dicturus. Dicitur *in actu*, quia cùm quis in habitu tantùm iurisdictionem habet, vt quia non cognoscat, nisi in defectu aliorum, tunc oportet expectare defectum, puta negligentiam, vel impedimentum, de quo *in d. c. prudentiam.* & faciunt quæ notantur *in c. cùm plures. de offi. deleg. li.6.*

Verum quia præuentio ✝ dupliciter consideratur, 4
scilicet, vel respectu iudicis præuenti, ne amplius se intromittere possit; vel respectu partium, ne forum mutare possint, de singulis consideremus, & primo de iudicibus, qui adinuicem seipsos preuenire possunt, mox de ipsis partibus tractationem prosequemur.

Iudex inferior ✝ superiorem præuenire potest, & è 5
contra, dummodo ab eodem superiore iurisdictionẽ non recognoscant, *d. l. iudicium soluitur.* ideo Archidiaconus præuenit Episcopum in his, quæ vtrisq; competunt, *c. ad hæc. c. cùm satis. c. fi. de offic. archid.* Item Epi- 6
scopus ✝ præuenit Papam in collatione beneficiorum, *c. dilectus filius, de præbend. c. in Lateran. c. vt debitus. de appellat.* Sicut superior præuenit inferiorem, cùm sit ordinarius totius diœcesis, & ideo non teneatur expectare, vt per appellationem deuoluatur ad ipsum, *auth. de defensor. ciuit. in prin.* Hostien. & Io. Andr. *in c. cùm ab ecclesiarum. de offi. ordin.* Nisi speciali priuilegio, vel consuetudine Episcopus impediretur, Hostiens. *in cap. pastoralis. eod. tit.*

Itẽ præuentio ✝ inducitur inter iudices æquales, etiã 7
si nõ insolidum, sed cõmuniter iurisdictionẽ haberẽt, & hoc

& hoc procedit solum ob negligentiam præuenti, vel si ob duraturum impedimentum superior non adesset, qui cognoscere posset, vt dicit Marian. *in d.c. propo-*
8 *suisti.* Item Episcopus † expulsus diœcesi, eo casu, quo potest cognoscere inter suos in propria diœcesi, potest præuenire iudicem proximæ diœcesis, vbi delictũ commissum est, secundum Ioan. de Lignan. *in clem. vnic. de appellat.* vbi Cardin. Zabarell. & Immola. Præ-
9 terea ordinarium præueniunt arbitri † iuris, nimirum illi, quorum Laudum habet efficaciam rei iudicatæ, stante statuto, Paul. de Castr. *in l. pecuniam. ff. si cert. pet.*
10 Item ordinarius † delegatum præuenire potest, Host. *in summa de offic. deleg. §. quod sit officium.* Inno. & Hostiens. *in c. ad petitionem. de accusat.* vbi Ioan. Andr. & alij, & est text. *in c. vt debitus. de appellat.*

Fallit multipliciter: Primo, vbi Papa ex certa scientia certis iudicibus committit; nam tunc de manibus ordinarij eam auferre videtur, & ab isto iurisdictionẽ in tali casu tollere, *arg. c. ad. nostram. de appellat.* & tunc post datam, ordinarius delegatum præuenire non potest. Item vbi literæ fuerint impetratæ de communi consensu partium, tunc enim non attenditur præsentata, sed solum data, antequam ordinarius præueniret, iuxta Goffred. quem sequitur Anton. de Butr. *in dict.*
11 *cap. vt debitus.* Item vbi iudex † qui præuenit fuerit negligens per annum in procedendo, nam si fuerit admonitus à iudice secundarum causarum, & non processit, amisit iurisdictionem ob negligentiam, *c. significauit. de offic. ordin. vbi gloss. in ver. desidia.* Item vbi ille, contra quem proceditur, non comparet, sed esset contumax, tunc enim sustentaretur omnium iudicium, & processus, etiamsi mille sententię darentur, Marian. *in d. c. proposuisti col. 12. vers. tertio fallit.* Ancharan. *in c. postulasti. de foro compet.* Item is, qui iure speciali, V. g.
12 priuilegio, aut † consuetudine acquisiuit iurisdictionem, potest ordinarium præuenire, Innocent. & Ioan. Andr. *in cap. 3. de offi. ordinar.* dummodò præscripserit eam, accumulatiuè, principaliter, & insolidum, secus si præscripsisset ad excludendum ordinarium, *argument. l. decem. ff. de verbor. oblig.* etiam si habuerit voluntariam iurisdictionem, Lapus *allegat. 78. colum.*
13 *3. in fin.* Item præfectus † cognitioni ciuilium præuenit iudicem criminalium, in iis, quę incidenter cognoscere potest, puta si coram se testes falsum deposuerint, quia ipsos potest punire, non obstante quod sit iudex ciuilium duntaxat causarum, Bartol. *in l. 3. §. aqua. ff. de aqua quotid. & æstiu. & in l. nullum. C. de testib. & in l. sciant cuncti. C. de probat.* Afflict. *in decis.* 219.

14 Præuentio † si consideretur respectu partium, operatur, vt forus mutari non possit. Nam si actor adiuit vnum iudicem, non potest alterum postea adire, *l. vbi cœptum. ff. de iudic. authent. qui semel. C. quomodo. &*
15 *quand. iud.* Item si actor † fecerit citare reum coram diuersis iudicibus, licet causam non perdat, vt per Felyn. *in c. ex tenore, num. 25. vers. contrarium tenet. de rescript.* per glossam, quam dicit esse ab omnibus approbatam, *in d. cap. ex tenore. vers. careat.* Saly. Fulgos. Alexand. *in l. nulli. C. de iudic.* Butr. *in c. 1. in fin. de sequestr. possess. & fruct.* Immol. *in l. cùm procurator. §. dominus. ff. de noui oper. nuntiat. & in l. quamuis. ff. de damno infect.* Bald. & Saly. *in l. 1. C. de assert. tollend.* Abb. *in c. dilecti. colum. penult. de rescript.* Tamen debet condemnari in expensis, & perdit rescriptum, si illud impetrauit, vt est casus *in c. quia nonnulli. de rescript.* vbi gloss. *in ver. expensis,* dicit, quod per ambos iudices ad prædictas expensas sunt condemnandi, *l. sancimus. C. de iudic.* secus si reus fuisset contumax, quia tunc actor alium iudicem adire potest, *argument. l. & post edictum. ff. de iudic.* Bald. *in l. sepulchri violati actum. ff. de sepulcr. violat. & in d. l. quamuis. ff. de damn infect.* Hoc tamen limita, nisi primus iudex consensisset, quia cùm præoccupata fuisset ipsius iurisdictio, *l. si quis postea. ff. de iudic. c. proposuisti. de foro compet.* potest iudex † agere 16
interdicto vti possidetis, contra turbantem eum in iurisdictione, per ea quæ dicit Bart. *in l. fi. ff. si quis ius dic. non obtemper.* & Addentes ad Bartol. *in d. l. vbi cæptum.* Item limita, nisi actor non voluntariè, sed ex necessitate vnum iudicem adiuisset, nam coram alio perficere potest, *l. sed & si restituatur, §. edicto. & §. sed & fide. ff. de iudic.* Item vbi necessitas superuenisset, nimirum si iudicis officium, coram quo iudicium inchoatum esset, sublatum fuisset, iuxta notata per Bald. *in d. l. vbi cæptum.*

Econuerso Reus † post citationem actoris, dicitur 17
illum præuenire, si conueniet illum, vt est casus *in l. tribus. ff. de iudic. & in §. quædam. Institut. de action.* Itẽ hoc procedit etiam in simplicibus iudicibus, puta si reus citatus, actorem citari fecerit super iactãtia actoris, puta Titij, non ponendo verbum actoris in citatione, & ad declarandum se non esse debitorem Titij, perpetuumque silentium imponendum, ad notata per Bart. & Immol. *in l. si contendat. ff. de fideiussor.* gloss. & Bart. *in l. si finita. ff. de damn. infect.* Bald. *in l. diffamari. ff. de ingen. & manumiss.* Afflict. *decis.* 264. Nell. *in tract. de Bannit. in 7. q. 2. partis 1. temporis.* quod qui præuenit, citando homicidam, præuenisse dicatur mandatorem, cui idem negotium fit.

Quid si actor † fecit citare reum, & reus actorem co- 18
rã alio iudice, nec appareat quis fuerit prior, in dubio quis habendus prior, ad effectum vt forus declinari possit? Respõdendum est, actorem fuisse priorem, quia reorum est aufugere, *l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. iunctis notatis per Doctores in c. nostra. de testib.* Fallit si ipse actor præueniens velit acquirere idem ius præuentionis alteri socio actori, quia iurisdictio † præ- 19
uenta ab vno ex litigantibus sociis, non dicitur præuenta quoad alios, ita dicit Alexand. in addit. ad Bart. *in l. denunciasse. §. quid tamen. ff. ad l. Iul. de adulter.* Innoc. *in c. pastoralis. de rescript.*

Quæro an iurisdictio præuentione † acquiratur, si 20
citatus coram iudice laico fiat clericus, ita quod iudex præuentus sit competens? Respondeo hoc esse verum in ciuilibus † in omni casu, etiam non obstante fraudis 21
suspicione, coram laico, qui iudicium inchoauit, finiẽdum esse, *d. l. vbi cæptum.* & fuit opinio Alani *in cap. 1. de obligat. ad ratiocinia.* notat. *in c. at si clerici. de iudic.* & hanc sequitur Hostiens. *in d. cap. proposuisti.* in executione, seu retentione reali, quæ non est facienda per iudicem laicum, vt probat Ioan. Andr. *in cap. 1. de obligat. ad ratiocinia.* & vide Lapum *in allegatione* 118. *de foro competent.* & ista est communis opinio, vt dicit Anton. de Matthæis *in tractatu de prorogatione iurisdictionis, nu.* 34. Et intelligo hoc de causis ciuilibus, *per l. hoc accusare. & l. maritus. §. 1. ff. de procurator.* & in actionibus realibus non personalibus, *argum. l. 1. C. qui accusar. non possunt.* vbi si debitor causa litis fugiendæ fit † effectus miles, & ita in fraudem debet absolui à iu- 22
ramento militiæ, & ita propter fraudem, etiam nõ citatus miles posset conueniri coram iudice ordinario, post absolutionem, sed clericatus character est indelebilis; ergo quantumcunque factus esset clericus in fraudem, iurisdictio iudicis laici ordinarij non esset præuenta, ex eo quia coram eodem conueniri posset. Secus esset, vbi citatio † esset facta ante clericatũ, quia 23
tunc iurisdictio esset pręuenta quoad sententiam, non

autem quoad executionem, vt dixi, & in simili dixit Specul. *in titul. de reo §.1.*

Nec obstat *l. non distinguimus. §. sacerdotium. ff. de arbitr.* dum dicit, non cogatur sententiam ferre: Quia loquitur de pœna, & personali astrictione, *l. it prætor, cum similib. ff. de excusat. muner.* Neque obstat, quod reus peruenit ad casum, à quo non potest incipere iudicium contra ipsum coram iudice laico: Quia potest
24 aliquando incipere in casu reconuentionis: Item ratione præuentionis, † causa remanet de iurisdictione iudicis præuenientis, Felyn. *in c. at si clerici. nu. 12. vers. quod imo, & n. 23. vers. exceptis.* qui dicit esse communẽ opinionem, & *n. 14. vers. secus si super eod. de iudiciis. & in c. cùm verum. nu. 6. vers. præterea, de foro compet.* Maranta qui alios citat, & probat esse comm. opinion. *in suo speculo. part. 4. q. 3. principali. nu. 44.* Afflict. *in decis. 173.* multo fortius si tractatur de causa merè ciuili, Papiens. *in sua practic. in tit. de forma libelli quo petitur hæreditas ex testamento, §. quatenus. nu. 1.* Imò in hoc casu præualet *d. l. vbi cœptum. & d. c. proposuisti. de foro compet. & l. cùm quædam puella. ff. de iurisdict. omn. iudic.* in quibus specialibus prouidetur, dummodo non astringatur. Neque obstat quod fugiens ad ecclesiam habet immunitatem: ergo multo fortius debeat habere factus clericus: Quia id procedit respectu personalis re-
25 tentionis, vt dixi. Minus obstat quod † declinatoria exceptio orta nouiter bene opponitur post litis contestationem, *c. insinuante. de offi. deleg.* Quia non est orta respectu bonorum, sed tantùm respectu personæ. Si verò sumus in criminalibus, tunc dico, quod non ob-
26 stante citatione factus clericus † debeat conueniri coram iudice ecclesiastico, & in hoc omnes sequuntur opinionem Ioannis de Deo *in libro cauillationum*, per textum *in c. persona, 12. qu. 1.* Et hoc procedit etiamsi in fraudem factus fuisset clericus, etiam dum esset carceratus à iudice seculari, quicquid dixerit Bart. *in l. 1 ff. de pœnis.* quia neque per fraudem, neque per aliam quamlibet voluntatem clericus laico subiici potest, *d. c. at si clerici. de iud.* Vnde idem Bart. *in d. l. 1. ff. de pœnis*, dicit,
27 si post inchoatum processum, vel latam sententiam † laicus efficiatur clericus, licet non prosit sibi clericatus quoad executionem faciendam in rebus, prodest tamen quoad personam, quia non poterit capi & detineri in carceribus, vel puniri, cum persona clerici sit omnino exempta à manibus iudicis secularis, & hanc esse comm. opinionem, testatur Bossius *in titul. de pœnis. nu. 38.* Pro quo videndi sunt Ias. *in d. l. cùm quædam puella. ff. de iurisd. om. iudic.* & Dec. *ibid. in fine.* Felyn. *in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. vers. 15. quæro. de constitutionib.* Alex. *in consi. 89. col. pen. vol. 3.* Cæpoll. *in cons. 11. col. 4. & consi. 10. & cons. 68.* latè Anton. de But. *in d. cap. 1. de oblig. ad ratiocin.* Et licet alij attestentur de communi opinione in contrarium, quando scilicet clericus factus fuerit in fraudem, Immol. *in consil. 119. in princip.* Couar. *in li. practic. quæst. c. 32. post numer. 4. in 2. conclus.* Clar. *in practic. q. 36. vers. sæpenumer.* tamen prima opinio est magis honesta, quam valde commendat Ioan. de Deo, *in d. libro cauillationum*, & hanc opinionem latissimè defendo *in parte 4. casu 121.* quo me remitto. Nec obstat *in auth. qua in prouincia.* quia non includit priuilegium in corpore iuris clausum, & ita non includit priuilegium clericorum, vt ibi per gloss. & Doct. Neque obstat *c. eupherium. 2. q. 3.* quia non sequitur, est crimen quo degradari debet; ergo laicus cognoscere potest. Neque obstat *c. si peccauerit, 2. q. 1. vers. vbi contigerit malum ibi moriatur.* quia loquitur in terminis habilibus iudicum, ne aduersetur tex. *in d. c. at si clerici, arg. c. cum exped. de elect. li. 6.*

CAP. III.

De præuentione inducenda ex variis causis.

SVMMARIA.

1 *Præuentio inducitur per citationem.*
2 *Præuentio non inducitur per citationem ad informandum.*
3 l. cùm quædam puella. ff. de iurisdict. om. iudic. *intelligentia.*
4 *Fori mutatio per viam matrimonij est potentior aliis.*
5 *Originis priuilegium mutari potest per viam matrimonij.*
6 *Citatio inducens præuentionem quot requirat, & n. 10.*
7 *Citatio in quibus casibus non inducat præuentionem.*
8 *Citatio inualida nihil operatur.*
9 *Citatio nulla conualidatur per comparitionem citati.*
11 *Citationis sola commißio inducit iurisdictionem.*
12 *Verbum* committere, *importat iurisdictionem.*
13 *Iurisdictio acquiritur per præsentationem instrumenti.*
14 *Citatio quando non valet, nisi fuerit exequuta.*
15 *Citatio ad informandum non inducit præuentionem.*
16 *Citationibus duabus factis, quis præferatur in iurisdictione.*
17 *Præuentio in dubio penes quem dicitur inducta.*
18 *Citatio ad videndum productionem libelli an inducat præuentionem.*
19 *Citatio realis semper præfertur citationi verbali.*
20 *Iurisdictio verbalis non impeditur per citationem.*
21 *Pœna an poßit reiterari per vtrumque iudicem præuenientem, & præuentum.*
22 *Iudex procedens per inquisitionem quando realiter citat, non impeditur per iudicem procedentem per accusationem.*

PRæuentio, † vt communiter omnes Doctores asserunt, inducitur per citationem, glos. *in l. 1. ff. de in ius voc. & in l. libertus, vbi* Bald. *C. eo. tit. 10.* Andr. *in additionib. ad* Specul. *in tit. de libell. oblation. §. nũc videamus. in princip.* Fallit quando citatio † est ad informandum, quia non est actus, qui inducat præuentionem, Socin. *in l. libertus. n. 8. ff. de in ius voc.* Ias. *in l. si pluribus. de leg. 1.* Afflict. *dec. 219.* & licet Bartol. *in l.* † *cùm quædam puella. ff. de iurisdict. om. iudic.* restringat illum textum, quod iurisdictio dicitur præoccupari per litis cõtestationem, vel per sententiam: tamen Cuman. Castrens. & Alex. dicunt, illum textum supplendum esse per alia iura volentia præuentionem acquiri per solã citationem, ad text. *in l. si quis postea, ff. de iudic.* Sed ista solutio videtur potius destruere illum textum, cùm ibi dicat post susceptam cognitionem, vel post latam sententiam, quod si sola citatio sufficeret, ille textus esset superfluus, aut de indubitabili. Et ideo Aretin. *in d. l. si pluribus*, dicit, ibi esse speciale in illo casu, vbi mulier transfert domicilium quodammodo ex necessitate, nimirum ex causa matrimonij. At posset aliter responderi, quod licet alias sola citatio inducat præuentionẽ, *d. l. si quis postea.* tamen vbi interuenit mutatio fori † per viam matrimonij, quæ est potentior aliis, quia licet alias domicilium originis mutari † non possit, *l. senatores. ff. de senat.* nihilominus per viam matrimonij, quæ est potẽtior aliis, bene mutari potest, gl. *in l. orig. C. de orig. & munic. li. 10.* Bar. Bal. & alij *in d. l. cùm quædam.* & propterea nõ sufficit sola citatio, sed requiritur litis cõtestatio, & hoc modo per illũ tex. limitatur, *d. l. si quis*

*quis postea.ff.de iudic.& c.proposuisti.de foro compet.*Nec
ista responsio placet,nam *d.l.cum quadam.*dicit,& ge-
neraliter in causis huiusmodi obseruandum:ergo non
est speciale in causa matrimonij, ideo melius videtur
illum textum supplēdum esse per alia iura necessario.
6 Verum vt inducatur præuentio † per partis citatio-
nem necesse est,quod fiat ad partis instantiam, & scri-
batur in actis, Immol.*in d.c.proposuisti,de foro compet.*
Bar,*in l.3.§.hoc autem iudicium. ff.de damn.infect.& in*
7 *l.ad peremptorium,ff.de iud.* Secus est,† vbi ex officio
procederetur,quia tunc Fiscus est loco partis, vel ipse
iudex,*c.qualiter,& quando,vbi Doct.omnes.de accus.* Itē
fallit,vbi citatio esset nulliter facta, gl.*in c.cum plures.*
*de offi.deleg.li.6.*Bald.*in d.l.cum quadam puella.*per tex.
in l.pen.C.ne pro statu defunct. Anton.de Butr. *in d.c.*
8 *proposuisti.*per illum textum in terminis,quia citatio †
inualida nihil operatur,gloss.*in l.accusat.C.de accusat.*
quā sequitur Bald. *in c.quoniam contra.col.6.de probat.*
*& in c.in nomine.in 4.not.de testib.*facit *c.bonæ.in 2.cum*
gloss.fin.de elect. & glo. *in l.si pater.C.ne pro statu de-*
*funct.*quam sequitur Immola *in c.constitutus, col.12.de*
rescrip. Angel.*in d.l.si quis postea.* Archidiac.*in c.non i-*
ta.2.quæst.7. Nellus *in tractatu de bannitis,in 2.quæst.3.*
*partis,primi temporis.*Bald.*in additionib.ad Specul.in ti-*
tul.de citation.versi.si sunt tres. Sed ista limitatio non
9 procedit,quando † post citationem ineptam, & inua-
lidam, sequuta est comparitio citati, & perseuerantia
in iudicio,textus,gl.& Bartol.*in l.1.§.1 ff.de feriis.*Ro-
ta *decis.1.de dolo, & contumac.in nouis.* Et sufficit vna
10 citatio,scilicet †prima,quamuis non fuerit perempto-
ria,Io.Andr.& communiter omnes *in clem.vnic.de iu-*
*d. in ver.citationes,*per tex.*in c.proposuisti,de offi.deleg.*
facit §.*final.Instit.de pœna temere litigant. & d.l.si quis*
*postea,de iudic.*quæ contentatur partem esse solum vo-
catam;Item quod sufficiat sola verbalis citatio,est cō-
munis opinio, de qua per Doct. *in d.c.proposuisti.arg.*
*text.in l.vbi cœptum.*Bal.*in l.seruatus prope finem,C.qui*
accus.non poss. dummodo peruenerit ad notitiā citati.
Et quoniam citatio habet tres partes,nimirū Com-
missionem,Executionem nuncij,& Relationem,quæ-
ritur an omnes requirantur, vel aliquæ sufficiant. Di-
stinguendum est: Aut loquitur de citatione ad effectū
acquirendi iurisdictionem simpliciter considerando,
aut de præuentione quæ potest afficere personam.Pri-
11 mo modo per solam † commissionem inducitur, quia
incipit vti iurisdictioné,Innoc.*in c.final.de offi.deleg.in*
*ver.citatio.*Rota *decis.9.nu.1.de dolo & contumac.in an-*
*tiq.*Quo casu sufficit citationem exiuisse à iudice,licet
non peruenerunt ad partem, gl.*in clem.2.vt lit.pend.*
Abb.*in c.gratum in 2.notab.de offi.deleg.*Afflict.*in Con-*
*stitut.regni,contingit.nu.5.*Et est ratio,quia iudex extra
territorium non potest committere, sed committere
12 † est vti iurisdictione, *l.omnes.C.de episcop.& cleric.c.*
Roman.§.contrahentes.de foro compet.lib.6.& hoc mo-
do intelliguntur Bart.& Bald. *in l.& quia.ff.de iurisd.*
om.iudic. qui dicunt sufficere commissionem citatio-
nis:nam intelligitur hoc dictum, ad hoc vt res desinat
esse integra,de quo habetur *in c.gratum,in c.relatum,*
in c.licet.de offi.deleg.
13 Item per præsentationem † instrumenti dicitur ac-
quisita iurisdictio per præuentionem, Specul. *in titul.*
*de compet.iud.additione.§.penult.in fin.*quia præsentatio
rescripti operatur etiam vim petitionis, per iura, quæ
allegat Alex. *in cons.201.in princip.volum.2.* Afflict.*in*
Const.regni,incip.contingit.
Si verò loquimur secundo modo, quoad afficiendā
14 personam,non sufficit † citatio, nisi fuerit exequuta,
*clem.2.vt lit.pend.*Bald.*in d.c.gratum.de offi.deleg.& l.*
*cum sponsus.ff.inter vir.& vx.*quia tunc dicitur propriè
citatio,quando nuntius exequutus est,non antea,Rota
in d.decis.9.n.3.de dolo & contumac.in antiq. & decis.6.
*eo.tit.*Fallit si esset citatio † ad informandum curiam,
quia hic non est actus, qui inducat præuentionem, 15
Soc.*in l.libertus.n.8.ff.de in ius voc.* Iai.*in l.si plurib.de*
*legat.1.*Afflict.*in d.decis.219.*
Et quia citatio est duplex, scilicet realis,& verbalis;
quæro si sunt duæ citationes † verbales coram duob.
iudicibus exequutæ, quis eorum præferatur in acqui- 16
sitione iurisdictionis,in primo supradicto casu loquē-
do.Dicendum est,quod si verbalium vna fuerit,perso-
nalis præfertur, Bart.*in l.3.ff.de damn.infect.* Item si
causa † propter quam citatur habet maiorem confor-
mitatem cum iurisdictione vnius, ille præfertur, & 17
præuenisse dicitur,vt in simili de testib.variis habetur
in c.nostra, de testib. si verò non habet maiorem con-
formitatem,aut citatus habet electionem de iure, vt
traditur *in auth.habita.C.ne filius pro patre.*neq; aliter
probari potest, & stabitur suo dicto cum sacramento,
arg.not.in §.aliæ.Instit.de action.& in c.significasti.de ho-
*micid.*si non habet electionem,& ignorat,quænam ci-
tatio præuenisset, puta, inuenit in domo nuncios in
eodem tempore, & putat Marian. *in d.cap.proposuisti;*
quod tunc sorte dirimi debet, quis eorum actor, vel
reus iudicem eligere possit.Mihi autem reo declaran-
dum semper visum fuit, ipso enim coram altero re-
spondente,eiusque iurisdictionem præueniente,si op-
ponatur ab actore de rei contumacia coram altero iu-
dice,tunc reus replicabit de præuentione.
Quid si citatur†ad videndum productionem libelli 18
pro prima die,in qua nullus compareat, neque actor,
neque reus, an per d.citationem verbalem inducatur
litis pendentia ad impediendum præuentionem,ante-
quam porrigatur libellus?Respondendum est negati-
uè,quia præceptum nudum iudicis sine causa, nō facit
reum contumacem,Cyn.*in l.quoties.C.de iud.*Marant.
*de ord.iud.parte 6.§.proposui,nu.71.*Afflict.*in decis.294.*
n.3.ver.in contrarium.& ratio est,quia opus est,vt actus
porrectionis libelli fiat illa prima die iuridica,alias ni-
hil valet quod agitur, Corn.*in cons.57.litera A vol.3.*
Item aliud est petere,siue velle petere in genere, vt in
dicto casu,aliud est petere in specie, vt dicit Paul. de
Cast.*in l.sed & si aliquis.§.si quis cautionib.*vt fecit reus,
qui coram alio iudice fecit cessari instrumentum,quo
casu per petitionem rei in specie,inducitur præuentio
coram alio iudice, & contra non mandantem execu-
tioni,quod in specie petere volebat.
Sequitur de citatione †reali,& quæro an præferatur
verbali? Dico quod semper, & regulariter præfertur, 19
Bartol.*in l.3.ff.de custod. & exhib.reorum. & in l.1.ff.de*
pœnis. Bald.*in l.1.C.vbi de crim.agi oport. & in authent.*
sed nouo iure.C.de seru.fugit. Ioan.Andr. *in c.1. de obli-*
gat.ad ratiocin. Grammat.*decis.30.num.6.* Nisi verba-
lis præcessisset,quia tunc cùm iurisdictio † fuisset præ-
uenta,non amplius impeditur. Et hoc procedit, tam 20
si ambo iudices ab eodem domino iurisdictionem re-
cognoscunt, quàm si à diuersis, & ideo à captura reali
relaxari debet,si captus opposuit de præuentione.Sed
quid si iudex citationis realis relaxare noluerit, & ap-
pellationem reiecerit,imò puniuerit,vtrum alter præ-
uentus iudex puniri possit.Distinguendum est,quod si
puniuit pœna †irreiterabili,alter nō puniet,non enim
quis debet duplici pœna affici, Fely.*in c.de his de accu-* 21
sationib. Bald.*in cons.31.& consi.402.vol.2.* Boer.*in de-*
cis.289.& de hoc scribo latissimè infra *in 3.parte.*Et ita
intelligitur Angel. *de maleficiis,in ver.Iudex commisit.*
& Bart.in l.2.ff.de custod.reorum.& in l.1.ff.de pœn.cū si-

mil. Si verò pœna est reiterabilis, tunc idem, nisi verbaliter citatus ad locum accesserit fraudulenter, vbi realiter captus fuerit, ne compareret, tunc enim à iudice verbalis citationis, iterum puniretur, faciunt quæ notantur *in l. quæsitum. ff. de re iudic. c. querelam. de procurat. l. quo tempore. C. de restit. milit. vbi gl.* Federic. de Sen. *in cons.* 40. quem sequitur Marian. *in d. c. proposuisti. n.* 11. Et ex his notatur differētia inter iudicem procedētem per accusationem, & per inquisitionem, quia
22 si procedere incipiens † per inquisitionem, realiter citasset, non impediretur, Bald. *in l. edita. col.* 13. *C. de eden.* Sed si accusator coram eodem procedere vellet, tunc ab inquisitione abstinere deberet, *argum. not. per* Bart. *in l. si maritus. ff. de adulter.*

CAP. IV.

An Iudex quilibet præueniendo, possit cognoscere an sua sit iurisdictio, & ab altero inhiberi.

SVMMARIA.

1 *Iudex quilibet potest cognoscere an sua sit iurisdictio, & nu. 7.*
2 *Arbiter potest de sua iurisdictione cognoscere.*
3 *Iudex ex officio procedens, & quando habetur vt pars, non potest cognoscere an sua sit iurisdictio.*
4 *Clericus citatus à laico non tenetur comparere.*
5 *Iudex laicus non cognoscit an sua sit iurisdictio contra clericum.*
6 *Iudex extra territorium, & in quibus aliis casibus non cognoscit de sua iurisdictione.*
8 *Iudex citans cognoscit de dubio suæ iurisdictionis.*
9 *Iudex cognoscens an sua sit iurisdictio habet à lege iurisdictionem.*
10 *Rescriptum falsum an tribuat iurisdictionem.*
11 *Iudex ex rescripto falso potest cognoscere an sua sit iurisdictio.*
12 *Iudex carens iurisdictione, nisi sit incapax, potest cognoscere an sua sit iurisdictio.*
13 *Iudices diuersi delegati debent simul cognoscere cuius sit iurisdictio.*
14 *Iudices imperiti etiam cognoscunt de sua iurisdictione super dubio iuris.*
15 *Sportulæ non dantur in articulo an sua sit iurisdictio.*
16 *Iudex secularis imploratus de brachio in quibus casibus non cognoscit an sua sit iurisdictio.*
17 *Brachio implorato, quo casu laicus possit cognoscere de viribus sententiæ ecclesiastici.*
18 *Iudex ecclesiasticus non potest prohibere secularem ne cognoscat de suis causis inter laicos.*
19 *Iudex ecclesiasticus regulariter potest præcepta facere iudici laico.*
20 *Præceptum iudicis debet esse canonicè ordinatum.*
21 *Citatio iudicis secularis non requiritur in relaxando præcepto ab ecclesiastico.*
22 *Præceptum debet fieri à iudice maiore.*
23 *Iudex ecclesiasticus quando non est superior laico, & n. 28.*
24 *Præceptum est sententia interlocutoria.*
25 *Delegatus Papæ non facit præceptum iudici laico.*
26 *Iudex laicus non curat inhibitiones ecclesiastici in suis causis.*
27 *Excommunicatio continens errorem est nulla, & numer. 33.*
29 *Papa non potest priuare laicos sua iurisdictione sine causa. & nu. 32.*
30 *Iudex ecclesiasticus relaxans iniustas censuras tenetur pœna sacrilegij.*
31 *Mandata Principum semper habent clausulam iustitiæ.*
34 *Potestas ligandi & soluendi intelligitur claue non errante.*
35 *Iudex bonus dicitur minister Dei in terris, secus malus.*

QVilibet iudex † potest cognoscere an sua sit iurisdictio, Inno. *in c. præterea, de dilationib. in c. pastoralis, in c. super literis, de rescrip.* vbi omnes Doct. Felyn. latè, Dec. & Abb. *in c. ex parte. de rescript.* Bart. Angel. Alex. & Ias. *in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier.* Bartol. *in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtilitat. public. & in l. si quis ex aliena. ff. de iudic. & in l. quidam consulebat, & ibi* Immol. *ff. de re iudic.* Et probatur primo de iudice ordinario, vt est casus *in d. l. si quis ex alien. ff. de iudic. Prætoris, ait, est existimare an sua sit iurisdictio.* tex. & gl. *in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier.* Item delegatus idem facere potest, *d. l. si quis præscriptione. & ibi* Bartol. & est casus *in d. c. super literis, in fin. & in d. c. pastoralis. vbi* Innoc. *& in d. c. ex parte, vbi* Abb. *in* 3. *notab. de rescrip.* Itē quod iudex delegatus cognoscens de sua iurisdictione possit excommunicare iudicem laicum turbantē suam iurisdictionem præuentione acquisitam, cōsuluit Soc. Sen. *in cons.* 237. *vol.* 2. Item arbiter † potest de sua iuris- 2
dictione cognoscere, vt not. Abb. *in d. c. super literis. & in c. cùm dilectus, col. 4. de arbitr.* Felyn. & Dec. *in d. c. super literis.* Abb. *in c. pen. in gl. 1. de restit. in integr.*

Declaratur tamen ista conclusio, vt non procedat, quando ipse iudex procederet ex officio, † quia tunc 3
non cognosceret an sua sit iurisdictio; nam tunc esset principalis, & obstaret *titulus C. ne quis in sua causa.* Item nisi ipse assumeret locum partis, & ad eum pertineret commodum sportularum, prout declarat Milus *in suo repertorio, in ver. iudex coram quo fol.* 222.

Item declaro hanc materiam per quinque articulos. Primus est, quando sumus in clerico, † qui si citatur à 4
iudice laico, non tenetur comparere, neque reputatur contumax, si non comparet, Io. Andr. Ant. de Butr. & Abb. *in c. si diligenti, de foro compet.* gloss. *in c. in causis, in ver. venire. de offi. deleg.* gloss. *in ver. citet partes, in c. statutum. §. in nullo. de rescript.* gloss. *final. in c. veniens, de accus.* cum aliis per Ias. *in l. 2. ff. de in ius voc.* & Affl. *in decis.* 366. Tunc iudex † laicus non potest cognoscere an sua sit iurisdictio, *d. c. si diligenti.* & est casus *in c. si iudex laicus, in vers. & si notorium, de sent. excom. li. 6.* Idem in casu *l.* † *si. ff. de iurisdict. om. iud.* si citat illum extra territorium, qui non est suus subditus. Item possūt dari exempla in omnibus illis fallentiis, quas Angel. *in d. l. 2. ff. si quis in ius voc.* & Ias. adducit ibi septem limitationes, atque Immol. *in d. l. quidam consulebat. ff. de re iudic.* vbi adducit octo, & Felyn. *in d. c. super literis.* qui adducit quatuordecim fallentias, in quibus non potest iudex cognoscere an sua sit iurisdictio.

Secundus articulus est, quando sumus certi citatum esse de iurisdictione sua; nam tunc debet venire, alias mulctatur, *l. 1. in princip. ff. si quis ius dic. non obtemper.* quo casu non dubitatur, quin ipse possit de sua iurisdictione cognoscere.

Tertius articulus est, quando dubitatur an sit iudex competens, vel non, & tunc vocatus debet venire, & ipse pōt de sua † iurisdictione cognoscere per iura su- 7
pra allegata, & ita dicit gl. *in d. l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit.*

ierit. & iste est casus quem Doct. pro regula ponunt, quod iudex tam ordinarius, quàm delegatus potest cognoscere an sua sit iurisdictio,& ibi Bart. *in vers. tertium membrum*, & Ias. dicit, teneas secundam opinionem, quam supra dixi, & constituas regulam genera-
8 lem,quod quando dubitatur de iurisdictione † iudicis citantis, tunc ipse iudex poterit cognoscere an sua sit iurisdictio, Abb. *in d.c. super literis,col. final.* vbi dicit, casus verò,in quo potest cognoscere, est cùm dubitatur probabiliter de competentia iurisdictionis. Item Imnol. *in d.l. quidam consulebat,col. 11. vers. hoc præmisso.* Anton. de Butr. *in d.c. præterea,* in pluribus locis, & latè disputat Innoc. *in d.c. præterea,* Abb. *in d.c. ex parte,in 3. not.* Vbi dicit,nota,& tene menti,quod vbi cōtenditur de omnimodo defectu iurisdictionis, potest iudex cognoscere & pronunciare an sua sit iurisdictio, & sequitur Felyn. *in d.c. super literis, vers. amplia tertio,* non solum quando iurisdictio est elisibilis per exceptionem, sed etiam quando opponitur nullam competere,& sequitur Dec. *ibi in col. final.*

Et si diceretur,si non habet iurisdictionem,ergo nō valebit sententia in causa principali: Respondetur,
9 quod in isto incidenti † habet iurisdictionem à lege, in cognoscendo an sua sit iurisdictio,& si non pronūciabit se competentem,habebit iurisdictionem in causa principali,vt declarat Abb. *in c. cùm ordinem. in fine. de rescript.* Bart. *in d.l. 2. col. 3. vers. nisi esset pronuntiatū super iurisdictione.* Innoc. *in c. 2. de dilationib. vers. sed si postquam venisset:* Imò fortius dicit Bart. *in d.l. præscri-*
10 *ptione,vers. quæro vtrum rescriptum* † *omnino falsum tribuat iurisdictionem,* quod si rescriptum non habet manifestam falsitatem,ipse iudex ad quem rescriptum dirigitur, potest de ipsa falsitate cognoscere,atque pronunciare se esse, vel non esse iudicem, quia licet illud non det ei iurisdictionem, tamen constituit ipsum in quasi possessione iurisdictionis, propter quod habet iustam cognitionem & pronuntiationem, *l. si arbiter. ff. de testib. l. Barbarius. ff. de offic. prætor.* & Alex. ad Bart. *in d.l. præscriptione,* dicit, opinionem Bartoli communiter obseruari,quam tenet Innoc. *in d.c. præterea,vers. hoc autem fatemur,* & Dec. comprobat *in d.c. super literis,in fine.* Sed Innoc. ibi tenet contrarium *vers. quid si literæ falsæ:* cuius opinionem communiter sequuntur ibi omnes Canonistæ, vt ibi per Felyn. *in qu. fallent.* quod detecta postea falsitate, omnis processus declarabitur nullus. Innoc. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & alij. Sed hoc intelligunt,quando reuera tale rescriptū nunquam emanauit à Principe,quia si à Principe emanasset, licet falsum, tamen tribueret iurisdictionem,
11 & potuisset iudex cui est directum † declarare seu cognoscere, an sua sit iurisdictio, Gemin. *in cap. 1. de rescript. lib. 6.* Anton. de Butr. Abb. & Felyn. *in d.c. super literis,n. 30.* Idem Butr. *in d.c. 2. de dilationib.* quod licet data falsitate rescripti non valeat processus,secus esset, si rescriptum alio modo esset nullum, vt ex defectu personæ impetrantis,vel si à falso procuratore obten-
12 tum. Nam & hoc casu iudex † carens penitus iurisdictione, potest de ea cognoscere; nisi esset incapax: Hanc opinionem Lapi sequuntur plures Doctores, quos recenset Felyn. ibidem subnectens, quod si ille iudex delegatus haberet aliàs iurisdictionem ordinariam, posset cognoscere de falsitate rescripti, & cognoscere an sua sit iurisdictio,& valebit processus non obstante detectione falsitatis,ita tenet Angel. *in d.l. 2. in 7. fallent. ff. si quis in ius voc.* Et sequitur Felyn. quando esset dubium an per delegationem esset excitata sua iurisdictio ordinaria, & ipse declarasset non exprimendo iurisdictionem suam neque ordinariam, neque delegatam.

Quartus articulus est, si sunt diuersi iudices † à Papa impetrati, & primi declarauerunt ad eos spectare 13
iurisdictionem,secundi verò idem fecerint, quia primum rescriptum est reuocatum per secundum, siue dubium sit in facto,siue in iure, poterunt simul,& semel cognoscere an sua sit iurisdictio, & si vnus defert alteri, vt solus cognoscat de iurisdictione,hoc valet,& potest fieri,si alter non vult deferre, ambo simul cognoscent ad quem iurisdictio spectabit, si non concordabunt,eligendi sunt arbitri,ita tenent Innoc. Anton. de Butr. Abb. Felyn. & Dec. *in cap. pastoralis. per illum tex. de rescript.* subdens Innoc. *ibi in prin.* Dicas ergo locum habere hanc decretalem,si de facto dubitetur, puta quia deleta est data, vel primæ literæ haberi non possunt,quas constat iudicem habuisse,& in aliis casibus, vt ibi per eum. Eodem modo si dubitetur de iure,puta si literæ de his mentionem non faciunt, quæ si dicta fuissent,non aliter fuissent impetratæ, sicut de processu negotij, aut iuramento, vel cæteris consimilibus, *cap. inter monasterium. de re iudi. cap. constitutus. de rescript.* vel quicquid dubitari potest, in quo sic dubitatio iuris habet locum. Sed quid si non sunt sapientes iudices, sed impertiti, † argum. quod idem 14
esse *in cap. cum contingat.* hæc Innoc. *ibi* quem sequuntur Abb. Barbat. & Dec. Sed isti addiderunt, quod hoc dubium iuris debet esse probabile *per l. cum hi §. si cui ff. de transact.* Et hoc non est inconueniens, quia in iure multoties dubium iuris attenditur, sicut dubium facti, vt est gloss. notabilis, *in l. 3. §. ibidem ff. ad exhibend.* Bartol. *in l. penult. §. ad crimen ff. de publ. iudi.* & habetur etiam *in c. si sicut atus. de rescript.*

Nec obstat quod quis non posit in sua causa iudicare: quia cùm non procedatur ex officio, non est iudicis causa propria, & cum procedatur ad instantiam partis,iudex non habet interesse, iudicium est potius iuris,& in hoc articulo non concernitur vtilitas iudicis respectu † sportularum,quia in eo non dantur, ita 15
dicit gloss. *in dict. l. 2. ff. si quis in ius voc.* & Doct. præcitati. Neque obstat tex. *in l. iudex ff. de re iudi. & in cap. literis. de offi. deleg.* quia loquuntur de iudice simpliciter delegato,qui lata,& executa sententia functus est officio suo, secus est in iudice, qui habet iurisdictionem ordinariam, & dubitatur an super facti dubitatione,aut super iuris probabili dubio iurisdictionem habeat, quo casu cognoscere potest an sua sit iurisdictio.

Quintus articulus est, iudex secularis † imploratus 16
super impertitione brachij à iudice Ecclesiastico in causis merè spiritualibus, aut contra clericum degradatum seculari curiæ traditum, non potest cognoscere an sua sit iurisdictio, quia cum non posit de causa aliquo modo cognoscere, vt diffusè probaui supra *in 1. parte c. 51.* ergo nullius iurisdictionis articulus interuenit, nec in facto, nec in iure, super quo posit se competentem declarare.

Fallit si imploretur super executione sententiæ latæ inter laicos de causa merè laicali, quia cùm in eo casu † posit de viribus sententiæ cognoscere, vt scripsi *in d.c. 51.* ergo in casu dubij posset declarare an sua sit iu- 17
risdictio. Si igitur iudex secularis antequam imploratum brachium impertiatur super executione sententiæ contra eius subditum, quē non vt merus executor, sed vt mixtus iudicare debet, & vt proprius iudex actionis in factum corā se deductæ, procedentis ab illa sentētia: Nō potest Ecclesiasticus iudex prohibere ne 18

cognoscat, vel post prohibitionem pœnalem excom-
19 municare. Nam licet regulariter possit prohibere, † & præcepta facere seculari ne cognoscat, *c. seculares. de foro compet. li. 6. c. licet, de except. li. 6.* Mandos. *in tractatu de inhibition. quæst. 18. num. 2.* Ias. *in l. si opus, num. 6. vers. primo addo. ff. de noui oper. nunciat.* Aretin. *in consil. 20. numer. 4.* Villalob. *in communib. opinion. litera l. numer. 35. & 36.* qui attestatur de communi, & ita fuit decisum, Afflict. *decis. 30.* Boer. *decis. 114.* Francisc. Marc. *decis. 44. num. 4.* Tamen hoc intelligitur super causa spirituali, aut spirituali annexa, *per not. in c. tuam, de ordine cognit. & c. quanto, de iudic.* & declarat Berous *in consil. 117. ex vltima, nu. 9. vol. 3.* quia regulariter iudex secularis in talibus causis non debet se intromittere, Angel. & Immol. *in l. 4. §. condemnatum, & ibi* Alex. *num. 19.* Ripa *numer. 30. ff. de re iudic.* post alios per eos allegatos.

20 Quo casu præceptum † debet esse canonicè ordinatum, vt teneat, *c. non solum in fine, vers. canonicè, de appellat. lib. 6.* vt si fiat cum causæ cognitione, & partis citatione, Couar. *in lib. practic. quæstion. cap. 24. numer. 3.* Rota *decis. 58. num. 2. de appellat. in nou.* Et quando ci-
21 tatur pars, † non requiritur citatio iudicis secularis, Alexand. *in consi. 91. num. 7. vol. 2. & in d. §. condemnatum,*
22 *num. 19.* Item præceptum † debet fieri à iudice maiore, gloss. *in d. c. licet. de except. lib. 6.* Ripa *in d. §. condemnatum, num. 28. & 29.* Et si iudex secularis declarauerit se competentem in cognoscendo inter laicos, de re merè laicali, & super executione sententiæ, quę producit actionem in factum deductam coram se, Eccle-
23 siastic us † non est illi superior, vt dixit: Nisi declaratio fuerit contra ipsum specialiter à iure canonico dispositum, vt *in c. inquisitionis, §. prohibemus.* & in similibus. Imò in præcepto faciendo careret iurisdictione, cuius præcepti euidens defectus est, si emanat à iudice ca-
24 rente iurisdictione. Præceptum † dicitur sententia interlocutoria, Franc. post alios *in c. cum cessante, n. 46. de appellat.* Aretin. *in consil. 75. col. 4. vers. his præmissis.* post Federic. de Sen. *in consil. 96.* & Doct. *in c. etiam, de ordine cognition.* & ideo præsupponit iurisdictionem, ad notata *in l. iubere cauere, ff. de iurisdict. om. iudic. & in l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemper.* Ius præcipiendi dependet à superioritate & iurisdictione, *d. c. tuam, de ordin. cognit.* Socin. *in consi. 119. vol. 3.* Berous *in consi. 117. nu.*
25 *2. vol 3.* Vbi † expressè vult, quod propterea delegatus Papæ non possit facere præceptum in causa temporali iudici ordinario in ciuitate Florentiæ, quia Papa in temporalibus ibi nullam exercere vult iurisdictionem, poterit ergo non obstante hoc præcepto ad vlteriora procedere, tanquam facto à non habente iurisdictionem, ad notata *in rubric. C. si à non compet. iudic.* & dicit Socin. *in consil. 99. num. 21. volum 3.* quod licet iudex Ecclesiasticus inhibeat seculari sub pœnis & censuris, ne de aliqua causa cognoscat, tamen iudex se-
26 cularis † non debet tales inhibitiones curare, quando iurisdictionem non habet ab eo cognoscendi de tali causa, quo casu iudex secularis ad vlteriora procedet, & latè hoc probat Gaspar Caballinus *in tractatu de euictionib. §. 3. nu. 122 vers. & si iudex,* de quo nos latius tractabimus in tertia parte, vbi de communicationibus agemus.

Cùm Ecclesiasticus incipit à præcepto inualido, & ideo excommunicat, error exprimitur in excommu-
27 nicationis † sententia, nimirum ob non paritionem præcepti, quod cùm fieri non debebat, excommunicatio nulla est, Bald. *in l. consulta, col. 1. C. de testam. & in l. 1. in fi. C. quomod. & quand. iud.* allegat Federic. de Sen. *in consil. 300.* quod dicit esse valdè notabile: si sine præcepto excommunicat, minus valet, vt infra *in 3. parte cap. 2.* probo. Item cum iudex † secularis sua vtitur iu- 28
risdictione, Ecclesiasticus non est illi superior, & tunc habet locum regula *l. nam & magistratus, ff. de arbitr.* par in parem non habet imperium, *c. innotuit de elect.* & sentit Innoc. *in c. 1. de offi. ordinar.* & Andr. *in proœm. Constitu. regni nu. 53.* & vide Doct. *in l. est receptum. ff. de iurisdict. om. iudi.* & ad hoc faciunt notata per Ab. *in d. c. tuam de ordin. cognit.* Aretin. *in consi. 20. & consi. 33. & consi. 75.* Ias. *in l. nec quicquam, §. vbi decretum, numer. 30. ff. de offi. proconsul. & legat.* & vide Frecc. *in tractatu de præsentatione Instrumenti quæst. 12.* Si iura permittunt secularem iudicem habere in suis causis iurisdictionem, atque in subditos, Ecclesiasticus illum impedire non debet, quia Papa † non potest priuare lai- 29
cos eorum iure sibi competente, sine causa, Abb. *in c. venerabilem, num. 6. de elect.* Nec potest contra communes regulas facere præceptum sub pœna excommunicat. Guglielm. de Benedict. *in tractatu de episcopatu numer. 22.* qui imprimitur post repetitionem *cap. Raynutius.* & priuilegium de sui natura perpetuum reuocari non debet, Innoc. *in c. nouit. de Iudi.* sed secundum leges ordinatas expectare debet, vt per diuersa iudicia, omnibus iustitia pateat: vnde Ecclesiasticus † 30
relaxans iniustas censuras, tenetur pœna sacrilegij, Innoc. *in c. sacro in fine de sent. excommunicat.* per tex. *in c. non in perpetuum 24. quæst. 3.* vbi Archidiac. quem sequitur Præposit. *in c. illud in 2. not. b. 11. quæst. 3.* & quando ita præcipitanter eius sententiam exequi vellet, iudex non censeretur, sed priuatus, Abb. *in c. pastoralis §. quia vero col. 3. ver. & in fine glossa de offi. deleg.* Bart. *in extrauag. qui sint rebell. in vers. rebellando in prin.* In sanctissimis mandatis, † Papæ semper inest clausula 31
iustitiæ, vt ipsam faciunt: vt nemini fiat præiudicium: vt iura tertij semper sint salua, *c. super eodem de offi. deleg. cum similibus ibi per gloss. allegatis c. ex tuarum de auctor. & vsu pallij c. quamuis de rescript. lib. 6.* Princeps semper censetur, se conformare cum iure communi, si aliter non dicat, Specul. *de action. & petition. §. super col. 3. vers. sed nunquid.* Bart. *in l. Æmilius col. final. ff. de minor.* Alex. *in l. quamquam nu. 2. Cod. de testam. milit. & in consi. 136. col. 2. vers. & secundo vol. 2.* Dec. *in l. vinum. nu. 1. ff. si cert. pet.* quo iure seculares † habent supra- 32
dictam cognitionem, & iurisdictionem in suis causis, quomodo igitur à delegato Papę possunt priuari? Imò nec idem Papa deberet hanc iudicãdi iurisdictionẽ à secularibus Principibus auferre sine causa, Abb. *in c. venerabilem. nu. 6. de elect.* Felyn. *in c. canonum statuta, n. 29. de const.* Gabriel. *in titulo de iure quæsito non tollendo.* & maximè quia induceretur scandalum. Quare dicta excommunicatio † nulla est ipso iure, Immol. 33
in c. cum ad quorundam in fine, de excessib. prælat. quem citat Milus *in suo repertorio in ver. citatio partis, vers. Item si feratur.* Item textus Matthæi, *quodcunque ligaueris † super terram erit ligatum & in cœlis:* intelligitur 34
claue non errante. *24. qu. 1. cap. 4. & §. manet.* & notat Archidiac. *in cap. remittitur 23. quæst. 5.* Socin. *in c. sacris num. 15. de sent. excommunicat.* Abb. *in c. final. num. 12. de confirmat. vtili. vel inutili.* & facit quod notat Innoc. *in c. super his de voto.* Et maximũ scandalum esset velle priuare principes sua iurisdictione sine causa. Item quilibet iudex dicitur † minister Dei in terris, *c. non solum. & c. qui malos. 24. q. 4.* vnde eius iudicium dicitur 35
prodire de vultu Dei, *c. vt nostrum in prin. de appellat. cap. 1. in prin. vt Eccl. siasti. benefi.* Paul. de Castr. *in consil. 38. in prin. volum. 1.* Sed de vultu Dei egredi non potest, nisi iustitia, & veritas & vita, Ioann. *cap. 15. & Psalm. 24. vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas.* erg.

ergo quandiu iudex sequitur veritatem, & iustitiam dicitur minister Dei, cum vero facit contrarium, non dicitur iudex, *c. iustum 23. quæst. 2.* & notat gloss. *in capit. cum æterni. in ver. iudex. de re iudi. lib. 6.* Cassiodor. *in li. 3. epistola* 18. tandiu iudex dicitur, quandiu iustus putatur, ergo delegatus Papæ si iniustè excommunicauerit, non erit minister Papæ Dei vicarij in terris, & dicit Aristoteles *in lib. 1. Politi. sicut optimum animalium est homo cum iustitia sociatus; Ita pessimum animalium est à iustitia, & à lege separatus:* Hoc igitur casu excommunicatus iudex non debet pro excommunicato se gerere, cum sit nulla ipso iure. Verum an hoc casu excommunicatio sit timenda, latè scribo infra *in 3. parte c. 7.* Quare restat firmata conclusio, quod si iudex laicus præueniri potest, neque inhiberi, neque excommunicari debet.

CAP. V.

Iudicem laicum asserentem habere iurisdictionem in Ecclesiasticis, & spiritualibus, etiam in possessorio, teneri docere de titulo.

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus an teneatur docere de titulo suæ iurisdictionis in spiritualibus.*
2 *Titulus debet ostendi in quocunque possessorio tam spiritualium, quam iurisdictionalium.*
3 *Iudex laicus debet docere saltem de fama priuilegij.*
4 *Iurisdictionalia æquiparantur ne dum spiritualibus, sed interdictis, & n. 58.*
5 *Iurisdictionalia longè differunt à spiritualibus secundum aliquos Doct.*
6 *Titulus debet ostendi etiam in possessoriis beneficialiũ.*
7 *Titulus colotatus non sufficit quando lis est cum ordinario collatore.*
8 *Iurisdictio omnis, de iure pertinet ad principem.*
9 *Regis omnia præsumuntur in regno, etiam quoad iurisdictionem, & nu. 14.*
10 *Reges eandem habent auctoritatem in eorum prouincis, quam Imperator in vniuerso.*
11 *Iudex quilibet dicitur princeps ciuitatis, vel territorij, cui præest.*
12 *Ciuitas, seu castrum, quomodo possit dici prouincia.*
13 *Quasi possessio non prodest in iurisdictionalibus, nisi doceatur de titulo.*
15 *Regalia possidens de titulo suæ possessionis docere debet.*
16 *Iudex Ecclesiasticus, in quibus habeat fundatam intentionem, quoad iurisdictionalia.*
17 *Prælatus petens restitutionem Ecclesiæ in aliena diœcesi, debet docere de titulo.*
18 *Iurisdictionis possessio conseruatur per titulum coloratum.*
19 *Titulus coloratus, quis sit.*
20 *Possessio colorata, qualis sit.*
21 *Titulus etiam erroneus in facto iustificat possessionem.*
22 *Restitutio, vt obtineatur, debet saltem probari auctoritas superioris, scientia, vel patientia.*
23 *Superior is dicitur, qui est sic in quasi possessione.*
24 *Tituli etiam colorati iustificatio sufficit in possessoriis.*
25 *Possessorium iurisdictionis est ad instar beneficialium.*
26 *Possessorium iurisdictionis requirit iuris adminicula.*
27 *Titulus etiam præsumptus sufficit in possessoriis.*
28 *Possessorium, quando dicatur ex proprietate roborari.*
29 *Tituli intrinseci probatio non requiritur in iudicio possessorio.*
30 *Feuda quaternata, & iurisdictionalia in quibus conueniunt.*
31 *Titulus nullus requiritur in possessorio recuperandæ iurisdictionalium.*
32 *Possessionis iustificatio sufficit in interdicto retinendæ.*
33 *Tituli probatio nulla requiritur in possessorio contra priuatum.*
34 *Possessorium iurisdictionis est simplex cum agitur inter priuatos.*
35 *Exceptio non iuris agentis admittitur, si agitur inter priuatos.*
36 *Titulus coloratus sufficit agenti possessorio contra dominum.*
37 *Titulus in possessorio beneficialium requiritur solum ad colorandum.*
38 *Spoliatus cur ante omnia restituendus.*
39 *Spoliandi facultatem nullus habet de iure communi.*
40 *Princeps in iurisdictionalibus, de facto spoliare non potest.*
41 *Spoliato à principe, vt obtineat, sufficit ostendere titulum apparenter iustum.*
42 *Præsumptio bonæ fidei oritur ex titulo colorato.*
43 *Titulus apparens sufficit ad tuendum in possessione contra dominum.*
44 *Actor in iudicio possessorio quid probare debeat.*
45 *Tituli probatio non requiritur, etiam si ius assistat, & assistat spoliatori.*
46 c. ad decimas. de restit. spoliat. lib. 6. *intellectus.*
47 *Probatio iustæ possessionis, non infert ad probationem veri tituli, & n. 79.*
48 *Possessor bonæ fidei etiam ex aliena re facit fructus suos.*
49 *Bona fides causatur etiam ex iniustis rationibus.*
50 *Possessio iusta quæ dicatur.*
51 *Titulus, & iustificatio possessionis differunt.*
52 *Restitutio est facienda iustificata possessione, ex titulo colorato.*
53 *Possessorium recuperandæ est magis priuilegiatum, quàm retinendæ.*
54 c. ad decimas *non requirit veri tituli probationem, sed præsumptiuam.*
55 *Actor in possessorio recuperandæ debet solum probare suam possessionem.*
56 *Possessio iustificatur ex titulo colorato.*
57 *Spoliatus à principe debet ostendere titulum coloratum, qui sufficit.*
59 *Interdicta, & spiritualia differunt à beneficialibus.*
60 *Possessorium iurisdictionis, quomodo contineat proprietatem.*
61 *Possessorium iurisdictionis est quodam modo mixtum.*
62 *Possessorio iurisdictionalium ius præsumptum sufficit.*
63 *Beneficialia, & interdicta, quomodo æquiparentur.*
64 *Spoliatus debet restitui, si iustificet possessionem.*
65 *Spoliato quando denegetur restitutio.*
66 *Spoliatus feudo à principe, quando debeatur restitui.*
67 *Possessorium iurisdictionis non requirit veri tituli probationem.*
68 *Titulus qui requiratur in possessorio beneficialium, cum ordinario collatore.*
69 *Episcopus potest deiicere non habentem titulum beneficij iuris ordine seruato.*

70 *Titulus nullus requiritur in possessorio inter priuatos, etiam ad colorandum.*

71 *Possessio in beneficialibus, quomodo iustificanda sit ex titulo.*

72 *Titulus verus, & legitimus debet ostendi, quando spoliato obstat duplex iuris resistentia.*

73 *Iuris resistentiam duplicem, qui dicatur habere in feudalibus.*

74 *Tituli, cur maior probatio requiritur in beneficialibus, quàm iurisdictionalibus.*

1 HVic proxima est tractatio; An iudex laicus † te-
neatur docere de titulo suę iurisdictionis in casi-
bus Ecclesiasticis & spiritualibus, ne patiatur inhibi-
tionem, & excommunicationem à iudice Ecclesiasti-
co. Regula est, quod in quocunque possessorio non
solùm iurisdictionalium, sed etiam spiritualium, non
2 potest quis obtinere, nisi ostendat titulum † suæ pos-
sessionis, Ioan. Fab. *in §. retinendæ Instit. de interdict.*
num. 33. vers. & idem si aliquis diceret. Hostiens. Ioann.
Andr. & Abb. *in c. nimis. de iureiur.* Put. *decis. 365. part.*
3 1. vbi in terminis, quod iudices † laici habentes iuris-
dictionem in possessorio, in quo incidebat articulus
spiritualis, *nu.* 2. dicit, si fama priuilegij illorum iudi-
cum non probaretur cognoscendi de similibus, dicta
possessio non valeret, Rota *decis. 3. de iure patronat. in*
nouis. & decis. 2. de consuetud. in antiquior. & decis. 10. de
consuetud. in antiq. quæ decisiones loquuntur de con-
suetudine, cuius initij memoria non extat.

Et pro hac opinione facit, quia in his casibus ius re-
sistit iudici laico, ideo non potest obtinere in posses-
sorio, nisi doceat de titulo. *c. ad decimas, vbi* Franch. *n.*
7. de restit. spoliat. Bal. *in l. cogi, nu. 4. & ibi* Angel. *nu. 5.*
C. de petit. hæredit. Federic. de Sen. *in consi. 234.* Abb. *in*
c. literis, num. 18. de restit. spoliat. Alciat. *in consi. 408. res*
sic se habet. Menoch. *de recuper. poss. remed. 15. qu. 36. nu-*
4 *mer. 466.* & est ratio, quia iurisdictionalia † æquipa-
rantur nedum spiritualibus, sed interdictis, de quibus
in l. 2. §. quædam, ff. de interdict. Bald. *in consi. 161. vol. 3.* &
habent annexam causam proprietatis, ideo sine supe-
rioris concessione haberi non possunt, Bellam. *decis.*
49. Afflict. *in c. imperialem. §. illud quoque nu. 51. de pro-*
hib. feud. alienat. per Federi. quia sunt publici iuris, &
ideo eiusdem naturæ, cuius sunt præfata interdicta,
Contard. *in l. vni. C. si de moment. poss. fuer. app. limitat.*
5 2. §. 7. *nu.* 6. quę longè distant † à beneficialibus secun-
dùm omnes, Abb. *in d. c. literis, nu. 23. & seq. & in 4. di-*
sputat. sua num. 7. Et quatenus iurisdictionalia benefi-
cialibus æquiparentur, hoc non lædit iurisdictionem
iudicis Ecclesiastici, quia Doct. communiter *in d. c. li-*
6 *teris,* requirunt † etiam in beneficialibus ostensionem
tituli, & quando lis est cum ordinario collatore, non
7 sufficit titulus † coloratus, Cassador. *decis. 4. de restitut.*
spoliat. Menoch. *in d. remed. 15. recuperand. nu.* 469. Et
quod dicitur de titulo colorato, procedit inter priua-
tos, inter quos si necessaria est tituli colorati proba-
tio, quàto magis si lis est cum iudice Ecclesiastico, cui
assistit ius, & resistit iudici laico, & sic concurrunt duo
vincula; ergo requiritur probatio nedum colorati ti-
tuli, sed etiam veri, Abb. *in d. c. literis num. 29. de restit.*
8 *spoliat.* Ratio rationis est, quia omnis iurisdictio † de
iure pertinet ad Principem, Bald. *in l. 2. C. de seruit. &*
aqu. & in consi. 251. vol. 2. Grammatic. *decis.* 80. Ita om-
nis iurisdictio Ecclesiastica spectat ad summum Pon-
tificem, & exercens illam sine titulo, dicitur tyrannus,
Capyc. *decis.* 138. quia laici sunt incapaces iurisdictio-
nis Ecclesiasticæ, vt sæpius dixi, & in simili probat Pe-
regrin. *in tract. de iure fisc. lib. 7. tit. 3. n. 20.*

Ex quo infertur errare Andream de Isernia *in c. im-*
perialem, nu. 51. de probib. feud. alienat. per Federic. vers.
secus in eo qui tenuit decimas in aliena parrochia. vbi
concludit, omnia in regno existentia non præsumi
Regis, etiam quoad iurisdictionem, hoc enim est fal-
sum † respectu iurisdictionis. Nam sicut Imperator 9
quo ad iurisdictionem est dominus totius orbis, vt la-
tè scripsi in prima parte: Idem dicendum est in Regi-
bus, & aliis principibus, quia eandem habent aucto- 10
ritatem in eorum prouinciis quam habet Imperator
in vniuerso orbe, vt concludit Decian. *in consi. 41. col.*
2. in prin. vol. 2. & clarius Bart. *in l. 1. num. 15. in fine ff. de*
iurisdict. om. iudi. dum dicit, sicut princeps habet om-
nem iurisdictionem, ideo dicitur dominus totius
mundi: ita etiam quilibet iudex † dicitur princeps ci- 11
uitatis, vel territorij cui præest, Bald. *in l. 1. C. vnde le-*
gitimi. Nisi intelligeremus Andream secundum Ho-
stiens. quem citat *in d. c. nimis. de iureiu.* qui tamen ali-
ter loquitur, & alij cum eo scribentes: quamuis Ho-
stiens. à prædicta generali cõclusione excipiat casum,
quando aliquis possideret, & præscripsisset, vel ex cõ-
cessione haberet castrum, vel ciuitatem cum omni-
moda iurisdictione intra aliquam prouinciam, præ-
sertim si nomine alterius superioris possideret, quia
tale castrum †, siue ciuitas sic præscripta diceretur 12
prouincia, siue territorium de per se, & nihil haberet
commune cum dominio prouinciæ regni, vt posset
poni exemplum de ciuitate Beneuenti, quæ etsi sit in
regno Neapolitano, tamen immediatè est sub sede a-
postolica. Nihilominus eius dictum recipit multas
declarationes, de quibus per Abb. *ib. col. 2. in prin. vers.*
ego dicerem.

Et quod in iurisdictionalibus quasi possessio † non 13
prodest, nisi doceatur de titulo, est *decisio Capyc. 77. n.*
7. Alciat. *in consi. 508. alias. st 408.* & secundum aliam
impressionem 50. *num. 9. vol. 6. & num.* 7. vbi addit o-
portere ostendere titulum iustum, habitum à legiti-
mo principe, etiam si inter tertios ageretur, Decian. *in*
consi. 45. nu. 7. & seq. vol. 1. Bossius *in sua practi. crimin.*
in titulo de principe num. 333. Ferrett. *in consi. 21. num. 6.*
& seq. Roland. *in consi. 89. in prin. vol. 2.* qui sequuntur
Doctores *in d. c. nimis. de iureiur.* Et omnes conclu-
dunt, Principem, † de iure communi habere funda- 14
tam intentionem, quod quælibet ciuitas, & quodlibet
castrum & alia bona in eius dominio sita, sunt sua quo
ad iurisdictionem: & etiam refert Peregrin. *de iure*
fisc. lib. 7. tit. 3. num. 20. vers. 30. limita in eo qui regalia † 15
possidet. nam de titulo suæ possessionis docere cogi-
tur, Bald. *in d. l. 1. num.* 7.

Ex quibus ea firmissima inducitur ratio, quia iu- 16
dex † Ecclesiasticus habet fundatam suam intentio-
nem de iure in cognitione omnium casuum Ecclesia-
sticorum, priuatiuè quo ad alios, & ius commune sibi
assistit, quod omnia iurisdictionalia spiritualia sunt
ipsius, & contradicit iudici laicó volenti eam exerce-
re; ergo non potest obtinere in possessorio, nisi do-
ceat de titulo. Et pro hoc etiam facit, quia prælatus, † 17
qui petit restitutionem alicuius Ecclesię, sitæ in aliena
diœcesi contra illius episcopum tenetur docere de
titulo, aliàs non fit restitutio, vt probat Bald. *in l. cogi*
num. 4. vers. quæro extra oppono, & ibi Angel. *nu. 5. C. de*
petit. hæredit. Et si hoc requiritur in possessorio recu-
perandę, tanto fortius procedit in interdicto retinen-
dæ, quando per viam exceptionis proceditur, ab eo
qui auctoritate legis ius sibi dicit, ex notatis *in præce-*
denti cap.

Declaratur hic articulus, vt sufficiat docere de titu- 18
lo † colorato ad conseruandum in possessione iurisdi-
ctio-

ctionis suæ cognoscendi de sibi non permissis. Nam
19 titulus † coloratus dicitur, qui in sua prima facie legitimus, & iustus appareat, Menoch. *remed.3.retinendæ,n.594.* Abb. *in d.c.in literis,n.13.vers.sed in modo.de restit.*
20 *spoliat.* Item possessio † dicitur colorata, quando prætenditur aliqua causa, propter quam quis potuerit iustè possidere, Cosm. Guim. *ad pragmaticam sanctionem,titul.de pacifica poss stone,in ver.coloratum,fol.168.n.1.* Menoch. *in d.num.594.* post Doct. *in c.cum nostris,*
21 *de concess.præbend.* Adeò, vt titulus etiam erroneus,† saltem in facto, iustificet possessionem, & tribuat iustã causam præscribendi, Bellamera *in consil.10.numer.26. vers.tertio oppono*, per tex. *in l.si vir vxori. ff.de donat.* secundum Abb. *in c.Ecclesia,num.52.de caus.poss. & propriet.* sufficit, si quouis modo tollatur præsumptio iniustæ occupationis, ita vt possessio non possit dici euidenter iniusta, quamuis non probaretur iusta, vt per Innocen. *in cap.bonæ,in 2.col.2.vers.aliis igitur, & fortè melius,de postulat.prælat.* Anton.de Butr. qui præ omnibus strictè sentit, in hac materia, prout dicit Abb. *in d.c.in literis,n.15.vers.Dominus Antonius.* multum stri-
22 ctè vult, quod ad obtinendum † restitutionem probetur auctoritas superioris, vel eius scientia, & patiẽtia cum aliquo actu positiuo, aut titulus primo aspectu validus, aut antiquissima possessio, quæ ex hoc solo dicitur colorata, vt illum refert Abb. *in d.c.in literis,n.16.& 17.ibi: vult ergo in effectu,&c.* In quo aduertendum, quatenus dicitur requiri superioris auctoritatem; aut scientiam cum aliquo actu positiuo, sufficit
23 talia habuisse † ab eo, qui erat in quasi possessione superioritatis, & pro tali reputabatur, quamuis fortè non esset, & ad hoc faciunt notata per Doct. *in l.Barbatius.ff de offic.præsid.*

Et quod in iudicio possessorio non sit necessaria
24 veri & intrinseci tituli disputatio, sed sufficiat † possessionis iustificatio, etiam ex titulo colorato probatur auctoritate, & ratione.

Primò id sentit Bald. *in l.vnic.C.si de moment.poss. fuer.appell.* vbi dixit ad instar beneficialium† possesso-
25 rium iurisdictionis, quia ex iure adminicula desiderat, ideo dici mixtum possessorium, & in eo non sufficere exercitium aliquorum actuum, sed fundari debere in iure aliquo vero, vel præsumpto, & sic Bald. primo æquiparat iurisdictionalia beneficialibus, in quibus sufficit titulus coloratus ex communi sententia, de qua per Abb. *in c.literis.de restit.spoliat.* Secundo dicit hoc
26 possessorium † iurisdictionis requirere iuris adminicula; non ergo requirit tituli probationem principaliter, sed pro adminiculo. Tertio dicit non sufficere solius possessionis probationem, sed fundari debere hoc possessorium in aliquo iure vero, vel præsumpto; non ergo requirit de necessitate veri tituli probatio-
27 nem, sed præsumptum † etiam titulum sufficere docet: & hæc Baldi doctrina clarior redditur ex iis, quæ scripsit idem Bald. *in l.incerti, numer.12. vers.sed quia glos.prædicta.C.de interdictis.* vbi dicitur, possessorium
28 † ex proprietate roborari, quando proprietas in ipso inducit victoriam ex causa occidentali, non ex naturali ipsius iudicij; & tunc proprietas dicitur adminiculum, nec ipsa aptitudo facit iudicium fines suos excedere, sed remanet in meris finibus iudicij possessorij, licet iustificati, & dicitur ex proprietate consistere, quia nuda possessio ipsum non parit, nisi cum proprietate, per quæ verba affatim describitur natura possessorij iurisdictionis, in quo proprietas non principaliter, & ex natura iudicij, sed ex accidenti deducitur. Et dicitur adminiculum ipsius possessorij, quia in eo non sufficit sola possessio, sed debet ex proprietate roborari, nec tamen id excedit fines iudicij possessorij. Nõ requiritur ergo in hoc iudicio possessorio † probatio 29
tituli intrinseci, & veri, quia tunc excederet fines possessorij, & fieret absolutè iudicium petitoriũ, sed sufficit coloratus, & præsumptus, per quem roboretur, & adminiculetur ipsa possessio, quę sola, & nuda nõ sufficeret ad ipsam victoriã, sicuti dixerat ipse Bald. *in d.l.vnica.* Hoc idem tradit expressè Contar. *in d.l. vni. C.si de moment.poss. secund. limitat.ratione mixturæ §.8.nu.22.* vbi interpretatur sententiam Baldi, hoc idẽ affirmat Afflict. *in l.imperialem §.illud quoq; de prohib. feud.alien.per Federi.ex nu.50.vsque ad finem.* vbi nullam constituit differentiam quo ad hoc inter feuda † 30
quaternata, & iurisdictionalia, quia vtraque à publico processerũt, nec possunt haberi sine superioris auctoritate. Idem Afflict. *in constit.regni;Violentias,num.20.* Capyc. *decis.77.* qui loquitur in officio portulaniæ, & sic in iure cohærente personæ, & spolians habet iure fisci, vt ibi dicitur, & in fine illius decisionis concluditur, quod sufficiebat actori titulus coloratus neq; fuit admissus reus conuentus ad illius impugnationem, & maior ratio poterat cõsiderari in illo officio, quam in istis feudalibus iurisdictionalib. prout ibi Capyc. *n.12.*

Idem tenet Cassad. *de restit.spoliat. decis.1.num.10.* Achill. *decis.19.de appell.* Caccher. *in decis.Pedemont.25.num.10.* & clarius Bellam. *in decis.99 & decis.455.* vbi dicit ita vidisse obseruari, Marin. Frecc. *de subfeud.lib.3.tit.differentia inter regalia diff.46.* qui dicit post Andr. de Isernia *in d. §. illud quoque.* nullum requiri † ti- 31
tulum in iurisdictionalibus, cum agitur possessorio recuperandæ, & ita dicit pluries vidisse iudicatum, Boss. *in titulo de Principe,num.254.* Pontan. *de spolio lib. 1.c.16.nu.161.* Menoch. *de recuperand. remed.15 qu.36.num.469.& remed 3.retinend.num.590.& 593. quæstione 73. & remed. 1. recuper. num. 192. & seq.* vbi declarat *decisionem 77.* Capicij, & dicit iustificationem possessionis fieri ex simplicis tituli productione, & prout declarauit *remed.15.nu.463.* Couar. *practic. qu.c.17. num.6.* loquens de iis quæ Principi summo iure reseruata sunt, qualia sunt iurisdictionalia, & regalia. Item loquitur in interdicto retinendę, in quo tamen exactior requiritur probatio, quam in isto recuperandæ, vt deducit Ioan. Fab. *in d.§.retinendæ num.33.Instit.de interdict.* & tamen in illo † etiam dicit Couar. sufficere iu- 32
stificationem possessione ex titulo etiam colorato, & ibi Ioan. Fab. idem sentit, quod etiam in iurisdictionalibus, agens retinendę contra illum, qui de iure fundatur, non esset in possessione tuendus, nisi probaret titulum, vel iustum initium possessionis.

Et ferè omnes prædicti Doct. loquuntur in possessorio iurisdictionalium contra Dominum, qui ex iuris præsumptione fundatur, & si quis in genere loquitur, quod spoliato quasi possessione iurisdictionis sufficiat iustificare possessionem ex titulo colorato, intelligi debet de spoliato ab ipso Principe, vel Domino, quia contra priuatum nulla † est necessaria proba- 33
tio tituli, etiam colorati, vt dicam.

Hoc enim expressè probat gloss. *in c. ad decimas.in ver.eundem.de restit.spoliat.lib.6.* vbi dicit, quod si spoliatio esset facta à tertio, nõ haberet locum illa decretalis, quia licet ius faceret contra actorem, non tamen faceret pro reo, & glo. ibi sequitur Dominic. *in summario, & col.2.vers.sed quid si episcop.* post Lapum, quẽ allegat Ancar. ibidem *n.4.* Franc. *n.9.vers.4.casu.* Item gl. *in c.1.de reg.iur.lib.6.* & post eam Bald. *in l.cogi C.de pet.hæredi.in 4.opposit.* & ibidem etiam Castr. *n.8.* Archidiacon. *in c.contra morẽ col.fi.dist.100.& in c.ordinarij col. 2. vers.quod verum intellige de offi. ordin. lib. 6.*

Socin.

Socin. *in regula* 430. *limit*. 2. Lucas de Penn. *in l*. 2. *col*. 2. *vers*. *& idem dicendum*. *C*. *de fund*. *limit*. *lib*. 11. Put. *decis*. 457. *in fine lib*. 2. *& decis*. 379. *li*. 3. Capyc. *decis*. 77. *nu*. 10. Ripa *in l*. *naturaliter*. §. *nihil commune*. *n*. 78. *vers*. *secundò intelligo ff*. *de acquir*. *possess*. Crauett. *in consi*. 674. *n*. 6. Vbi ex magis communi opinione dicit, quasi posses-
34 sorium † iurisdictionis esse simplex, quando agitur inter priuatos, Boss. *in tit*. *de princip*. *n*. 335. Contar. *in d*. *l*. *vnic*. *C*. *si de moment*. *poss*. *ff*. *limit*. 2. *ratione mixturæ*, §. 8. *sub nu*. 28. Bald. *in consi*. 309. *super quo vol*. 3. Menoch. *de retinend*. *remed*. 3. *n*. 588. vbi ponit regulam, quod in illo interdicto non est necesse docere de titulo, sed sufficit quem possidere, quod postea *num*. 590. limitat non procedere, si agatur contra dominum, Pontan. *de spolio li*. 2. *c*. 16. *n*. 161. & alij plerique. Ergo receptissima & indubitabilis est hæc conclusio.

Et certè si illa est ratio, cur debet deduci titulus ad iustificandam possessionem, quia ius assistat reo conuento, & resistat actori, iam patet, quod si agatur contra illum, cui ius non assistit, non vtique erit necessaria tituli alicuius deductio, aut allegatio: quia quoad illum, potest actor dicere, quod ad te, ego liberè possideo, vt dicit Abb. *in d*. *c*. *in litteris*, *nu*. 28. *de restit*. *spo-*
35 *lia*. Et licet admittatur aliquando talis exceptio † non iuris agentis, etiam quando lis est cum priuato, imò etiam ab ipso priuato; tamen illud non procedit, nisi in matrimonio carnali, siue spirituali, & hoc speciali ratione, ne scilicet fiat restitutio cum peccato, ex qua ratione in illis causis, iudex ex suo officio supplere debet. Nec tamen isto casu hoc fiet ad commodum ipsius priuati excipientis, quoniam si constet de spolio, non dimittetur res penes spoliantem, quamuis non restituatur spoliato, qui saltem colorare non doceat de iure suo, & hoc ratione prædicta: sed in aliis secus est, vbi non militat illa ratio, nec consideratur vitiosus ingressus, siue intrusio cum peccato, nam tunc exceptio non iuris agentis non admittitur, si non fundat eandem intentionem opponentis, quia satis tunc iustè possidet, ex quo possidet. Ita post Ioan. Andr. *in addit*. *ad Specul*. *in rubrica de restit*. *spoliat*. notabiliter tradidit Abb. *in d*. *c*. *in litteris*, *n*. 28. Cosm. Guim. *super pragmatica sanct*. *tit*. *de pacific*. *possess*. *in ver*. *inquirunt*, *fol*. 178. *vers*. *idem est*. quando factum est ita notorium, Gabriel. *conclus*. 1. *de restit*. *spoliat*. *nu*. 115. *vers*. *sublimita*, *& declara*, *& nu*. *seq*.

Ex qua conclusione sic supra firmata, quod contra priuatum regulariter non sit necessaria alicuius tituli, etiam colorati probatio, elicitur aliud fundamentum, pro confirmatione alterius supra etiam firmatæ conclusionis, qua diximus sufficere titulum coloratũ agenti possessorio contra dominum, siue illum, qui de
36 iure communi fundatus est. Nam si titulus † etiam coloratus non requirit contra priuatum, necessariò ille solum in vsu erit contra Dominum, alioquin vanum esset, & sine effectu aliquo. Quod passim de colorato titulo scriptum reperitur, si neque is cõtra dominum sufficeret, nec contra alium esset necessarius, pro quo absurdo vitando, concludendum est, præter tot supra adductas auctoritates, quod etiam contra illum, qui de iure fundatam habeat intentionem sufficit possessionem ex titulo colorato iustificare ad restitutionem in spolio obtinendam.

Et hæc conclusio quod sufficiat in possessorio iurisdictionis contra Principem ostendere titulum primo aspectu validum, & coloratum, quamuis ex supradictis satis superque firmata, & communiter approbata appareat: nihilominus magis comprobabitur data æquiparatione iurisdictionalium, & beneficialium, in quibus requiritur titulus † ad colorandum tantum- 37
modo secundum communem opinionem, de qua per scribentes *in d*. *c*. *in literis*. præsertim Abb. *ibi num*. 22. Caccheran. *in decis*. *Pedemontana* 55. *num*. 6. Cassad. *decis*. 8. *in princip*. *& ad fi*. *de restit*. *spoliat*. æquiparantur autem semper in causa reintegrationis beneficialia, & iurisdictionalia, vt notat Hostiens. *in c*. *nimis super glos*. *in ver*. *ab eis vers*. *& idem in temporalibus*. *de iureiur*. Bellam. *ibi num*. 3. Ioann. Andr. *colum*. 3. *post prin*. Abb. *sub num*. 1. *vers*. *& ita dici potest*. Luc. de Pen. *in d*. *l*. 2. *col*. 2. *vers*. *sic in beneficio C*. *de fund*. *limit*. *lib*. 11. Bellam. *d*. *decis*. 49. Menoch. *d*. *remed*. 3. *retinend*. *num*. 590. & alij passim.

Confirmatur etiam ista conclusio euidenti ratione. Nam regula: quod spoliatus † ante omnia restitua- 38
tur, inducta fuit in fauorem spoliati & in odium spoliatoris, *c*. *fin*. *de ordin*. *cognit*. *& ibi Abb*. *in propósit*. *clem*. 1. *de caus*. *poss*. *& propr*. *cum simul*. sed ratio ista æquè militat contra spoliatorem, qui habet iuris præsumptionem pro se sicut cõtra quemlibet alium, qui spoliasset, quia ex eo quod quis habeat fundatam intentionem de iure communi, non habet facultatem spo-
liandi † alterum propria auctoritate, *c*. *licet episcopus*. *de* 39
præbend. *lib*. 6. *c*. *ordinari*. *de offi*. *ordinar*. *eod*. *lib*. *c*. *conquerente de restit*. *spoliat*. Quinimo etiam iuris proprij amissione damnatur, *l*. *si quis in tantam C*. *vnde vi*. *c*. *eum qui de præbend*. *lib*. 6. ergo etiam Princeps, † quamuis 40
sit in iurisdictionalibus ex iuris præsumptione fundatus, de facto spoliare non poterit, & si spoliauerit, ante omnia restituere debebit, quia vbi est eadem ratio, eadem sequi debet iuris dispositio, *l*. *illud ff*. *ad l*. *Aquil*. sed ante omnia non restitueret, si spoliatus de vero titulo, & sic de proprietate docere teneretur: ergo etiam in possessorio iurisdictionalium contra Principem non est necessaria tituli intrinseci probatio, *sed* sufficit coloratus, alioquin, quod in spoliantis odium inductum est, contra mentem legis in eius commodum, & in damnum spoliati conuerteretur.

Præterea nulla alia affertur ratio cur à Principe iurisdictione spoliatus de titulo docere cogatur, nisi quia iuris præsumptionem contra se habet, quia quod à Principis concessione dependet, non iustè possideret, argum. *c*. *ad decimas*. *de restit*. *spoliat*. *lib*. 6. *cum ibi notatis*. Sed ista præsumptio eo ipso tollitur, cum spoliatus † titulum apparenter iustum, & coloratum o- 41
stendit: nam vna præsumptio tollit aliam, *l*. *diuus*. *ff*. *de in integ*. *restit*. *c*. *literas & ibi gl*. *de præsumpt*. & præsertim præsumptio † bonæ fidei, quæ ex titulo colorato 42
oritur, tanquam fortior tollit præsumptionem malæ fidei, quæ ex sola rei qualitate desumitur, & hæc vti specialis, vincit illam generalem, per notata per Crauettam *in consil*. 258. *num*. 21. *vol*. 2. ergo talis coloratus titulus in hoc casu sufficere debet, & nimis iniquè cũ spoliato ageretur, si ex sola præsumptione, ad veri tituli probationem adigeretur, quæ cum plerumque difficilis sit, eueniret, vt verus dominus vna cum possessione amitteret ius suum, quod esse non debet, *c*. *sæpe*. *de restit*. *spoliat*.

Item ratio textus *in cap*. *frequens*. *de restit*. *spoliat*. ita locum habet, si quis à Principe, quam si ab alio quouis spoliatus fuerit, imo magis videtur in hoc ista ratio militare, cum absque dubio durior aduersarius sit Princeps, quam quilibet alius, vt experientia docuit: si ergo par ratio, idem ius sequi debet, *d*. *l*. *illud ff*. *ad l*. *Aquil*.

Item si coloratus, & apparens titulus † sufficit ad 43
tuendum aliquem in possessione, etiam contra illum, qui iure communi fundatus est, vt est casus *in cap*. *cum venis-*

venissent, de instit. vbi notat Abb. n. 8. vers. vltim. not. & per illum tex. ita concludit Couar. d. c. 17. practic. quæst. sub nu. 6. quanto magis id procedit in remedio recuperandæ, cum illo longè fauorabilius sit hoc interdictum.

44 Vltimo pro hac regula traditum est, quod agens † recuperandæ in iudicio possessorio, ipsam possessionem probare debet, & deiectionem, c. consultationibus. & ibi gloss. in ver. possessionem. de offi. deleg. & non reperitur aliqua lex, vel canon, quo titulum intrinsecũ probare teneatur: imò etiam ordinario, qui est fundatus de iure, si spoliauerit aliquem beneficio, cuius possessioni ius resistit, c. 1. de reg. iur. li. 6. nihilominus iniungitur restitutio, nec aliquid de tituli probatione requiritur, c. conquerente. de restit. spoliat. ergo talis tituli

45 † probatio non est necessaria, quamuis ius resistat, & assistat spoliatori, quia quod lex non dicit, neque nos dicere debemus, l. 1. §. generaliter. de legat. præstand. l. de pretio. ff. de public. in rem actione, cum similib.

46 Nec prædictis obstat tex. in c. † ad decimas, de restit. spoliat. li. 6. ex quo aliqui videntur fundare istam conclusionem, quod spoliatus teneatur docere de vero titulo, quando ius commune resistit spoliato, & assistit spoliatori, quia ille textus nihilominus, quàm hoc dicit, vt apertè ex eius verbis videri potest. Nam dicitur ibi, Canonicos non esse restituendos ad quasi possessionem decimarum, quas aliquandiu in aliena parrochia possedisse dicebant, & quibus à clericis eiusdem prouinciæ spoliati fuerant, quoniam verisimiliter illas occupasse præsumuntur, nisi euidenter docuerint, se illarum possessionem iustè fuisse adeptos. Sed proba-

47 tio † iustæ possessionis non infert ad probationem veri & iusti tituli, sed bene colorati, cùm titulus coloratus sit, quando quis prætendit se ex aliqua causa iustè possessionem fuisse adeptum, vt per Menoch. d. remed. 3. retinend. q. 37. n. 594. sicuti econtra possessio dicitur colorata, quando habet aliquam causam, propter quam iustè possedisse dicatur, ex traditis per Cosm. Guim. ad pragmatic. sanctionem, tit. de pacific. possess. in ver. inquirant, vers. & per hoc videtur. Iustè enim possidere quis potest, etiamsi dominus non sit, & ob id careat titulo intrinseco, l. iustè possidet, iunct. gloss. ff. de

48 acquir. poss. ff. & patet in bonæ fidei † possessore, qui etiam ex aliena re facit fructus suos, tanquam dominus, & vsucapit, l. qui scit, §. porrò ff. de vsucap. l. qui bona fide. l. bonæ fidei, ff. de acquir. rer. dom. Sicut econtra, is qui dominus est, potest iniustè possidere. Ioan. Fab. in d. §. retinendæ n. 27. vers. sed forte. Instit. de interdict. Et bo-

49 na fide † etiam ex iniustis rationibus causatur, vt post alios tradit Menoch. d. recuper. remed. 13. q. 6. nu. 34. vbi ex Alciato testatur esse communem opinionem. Si ergo iusta possessio, quæ tantùm requiritur, in d. cap. ad decimas, esse potest etiam sine iustitia tituli, & dicitur

50 iusta possessio, † quæ etiam ex colorato titulo iustificatur, ergo ex d. c. ad decimas. non probatur, requiri veri tituli probationem, quia immò probatur sufficere coloratum, nempe iustum fuisse possessionis initium, per quem cessat præsumptio iniustæ occupationis, vt dixit etiam Specul. de restit. spoliat. remed. 8. in fine. Quę iustitia possessionis, etiam in non domino & quocunque iusto titulo carente esse potest, vt dictum est. Sicut enim nihil habet commune proprietas cum possessione, §. nihil commune. ita & iustitia possessionis cũ iustitia proprietatis per prædicta, & ideo aliud † erit

51 probare verum titulum, aliud iustificare possessionem ex titulo, vt dicit Ægidius in decis. 50. in fine. Neque ex verbis solum, sed etiam ex ratione illius decretalis ibi expressa infertur, requiri in illo casu solum titulum coloratum: nam ibi pro ratione adducitur solum præsumptio vsurpationis in eo, qui rem ad alium de iure spectantem possidet, sed ista præsumptio contraria præsumptione tolli potest, vt dictum, ergo tam ex verbis, quàm ex ratione concluditur, requiri in illa decretali solummodo titulum coloratum: & hæc interpretatio ad d. decretalem, ad decimas, non solùm est congrua, quia verbis illius, & rationi conuenit, sed etiam necessaria, vt aliis iuribus concordet, quibus apertè idem statuitur, quod scilicet iustificata † possessione ex 52 titulo colorato, facienda sit restitutio ipsi spoliato, quamuis ipsi iuris præsumptio resistat, & assistat reo spoliatori.

Et hoc probatur in d. c. conquerente, de restit. spoliat. & habetur ad literam in c. cum Ecclesia de causa poss. s. & propriet. vbi clerici conuentuales ciuitatis Sutrinæ restituuntur ad quasi possessionem iuris eligendi episcopum vnà cum canonicis, quamuis nihil de proprietate docuissent, & tamen ius commune canonicorum fundabat intentionem, quod ad ipsos solos, non etiam ad clericos electio pertinebat. Sic & à fortiori hoc idem probatur, in c. cùm venissent, de insti. vbi Abb. notat nu. 8. nam vbi tuetur summus Pontifex in quasi possessione institutionum, & custodiarum Archidiaconum Richemundiæ contra Archiepiscopum Eboracen. qui tamen fundatus erat de iure communi, quod ad illum talia pertinerent, donec quæstio super proprietate terminetur. Et si hoc in possessorio retinendæ statuitur, multò magis in possessorio recuperandæ magis † pri- 53 uilegiato erit statuendum, vt dictum est, Rota de restitut. spoliat. in nouis decis. 16. nu. 3. Idem similiter probatur, in c. ex transmissa. & ibi glo. in ver. & ab eo cognita. & ibi Abb. de restit. spoliat. vbi fit restitutio vxoris probata dispẽsatione per verba de præsenti verè, vel præsumptiuè, & copula reiecta ad petitorium exceptione impedimenti, & tamen huic possessioni ius resistit, cũ liber homo possideri non possit, l. heredis, §. fi. ff. de acquir. poss. ff. & econtra fauet mulieri, pro cuius libertate præsumitur, §. natura, in auth. quib. mod. nat. effic. sui cũ similib. vt ergo prædictorum iurium videtur contrarietas, & vt census literæ ipsius Decretalis, atque adeo rationi conueniat, ita interpretandus est ille tex. vt non verum titulum, sed apparentem iustę possessionis colorem in illo requiri dicamus.

Et quamuis permulti illud c. intellexerint, quasi ex illo veri tituli probatio necessaria requiratur in casu illius decretalis, qui tamen ad euitandas contrarietates, quæ ex citatis iuribus oriebatur in maximas sese coniecerit angustias, vt videre licet per scribentes in d. c. ad decimas, & in d. c. cum ecclesia Sutrina. quorum omnium tentatas conciliationes refert Abb. in d. c. cũ ecclesia. Sed permulti ipsorum, & quidem maximi, sensum quem prædiximus sequuti sunt, quod scilicet in eo c. ad decimas † non veri tituli probatio, sed pręsum- 54 ptiua possessionis iustificatio requiratur.

Hunc sensum primo tradit Abb. in d. c. cum Ecclesia, num. 50. & seq. col. pen. vers. ego dico videlicet, quod in d. c. ad decimas. nihil vltra requiratur, nisi quod ille, cui iuris præsumptio resistit, aliquid probet, ex quo vsurpationis præsumptio tollatur, & illa iuris notorietas, quæ contra se faciebat, offuscata remaneat, & sic non veri tituli per illum textum, sed tantum colorati probationem exigi sentit Abb. secundum quem intellectum, etiam alibi induxit Abb. d. c. ad decimas, scilicet in sua quarta disputatione, vers. non obstat c. ad decimas. num. 7. & in c. ex parte, num. 19. de restit. spoliat. Et hunc intellectum tenere videtur Rota de restit. spoliat. in nouis decis. 16 ibi: & hunc intellectum ponit Nicol. expressè,

P Bel-

Bellam.*in conſ.2.col.4.& deciſ.17. & d. deciſ. 49. deciſ. 99.& deciſ.455.*monaſterium, vbi dicit, ita vidiſſe obſeruari, Affl.refert d.Abbatis doctrinam *in l.imperialem.§.illud quoque.poſt num.51. de probib.feud.al.per Federic.* Rebuff. *ſuper concordat. Galliæ. in rubr. de Anna. Glo.4.reg.7.* Coſm.Guim. *ad pragm.ſanct.tit.de paciſi. poſſeſſ.in ver.inquirant,verſ.nec obſtat cap.ad decimas.* à quo multa ex prædictis deſumpta ſunt. Hunc intellectum probare videtur Gemin. *in d.c.ad decimas.lib.6.* dũ colligit. quod vbi contra agentem poſſeſſorio re-
55 cuperãdæ✝eſt veriſimilis præſumptio,quod poſſeſſionẽ,quã petit iniuſtè occupaſſet,& de iniuſtitia conſtat ex eius aſſertione,nõ fit reſtitutio,niſi iuſtã probet ſuã poſſeſſionem.Ecce ergo quod nõ requirit ibi tituli intrinſeci, & proprietatis probationẽ, cũ iuſtitia poſſeſſionis,quã ſolã ibi requiri notat,etiam abſq; veri tituli probatione,poſſit probari, vt ſupra oſtenſum eſt, ſic & Fran.*ibi.n.8.verſ.regulariter,*dicit,quando ius commune facit cõtra actorem,& pro reo, iuſtificari debere poſſeſſionem per illum tex. Non ergo requirit ibi
56 veri tituli probationem,quoniam ex illo titulo✝colorato redditur iuſtificata poſſeſſio, cũ aliud ſit probare titulum,aliud iuſtificare poſſeſſionem ex titulo,vt Ægid.*d.deciſ.50.in fin.* Bald.*in d.l.incerti,n.10.verſ.ſecundo reuocatur.C.de interdict.* Hac eadem ratione cõuincitur,non alio ſenſu ſumpſiſſe *d.decretal.* Ioan.Fab.*in d.§.retinendæ.Inſti.de interdict.n.33.*vbi dum dixit,agẽtẽ poſſeſſorio retinendæ contra illũ,qui de iure cõmuni fundatus eſt,non obtinere,niſi doceat de titulo, argumento à maiori illius, qui agit poſſeſſorio recuperãdæ,qui non obtinet hoc caſu,per *d.c.ad decimas,*ſubdit.In iis enim caſibus & ſimilibus,nõ puto talẽ tuendum eſſe in poſſeſſione, niſi probet titulum, vel iuſtũ initium poſſeſſionis,dum enim alternatiuè requirit tituli,vel iuſtæ poſſeſſionis probationem, quæ etiã ſine vero titulo iuſta eſſe poteſt, patet, quod in caſu *illius decretal.*ſenſit ſufficere iuſtificationẽ ex titulo etiã colorato,& declarat ſimul quo ſenſu ſupra dixerit requiri tituli probationẽ, ſcilicet quod coloratus ſufficiat. Boſſius quoque *in tit.de Principe,*ita *illam decretal.* intelligit:nam *nu.234.*dicit,quod ex eo quod Princeps in ſuo territorio,quoad iuriſdictionem,habet fundatam intẽtionem de iure, propterea ſpoliatus de aliquo caſtro debet iuſtificare titulum,per tex.*in d.c.ad decimas,* & poſtquam hac occaſione plura alia pertractauit, tãdem *n.254.*redit ad id quod ſupra de tituli iuſtificatio-
57 ne dixerat,in hæc verba:Et an ſpoliatus✝àPrincipe teneatur oſtendere verũ titulum,an verò ſufficiat coloratus.Et puto ſufficere coloratum.Ita etiam Menoch. *de retinendæ remed.3.nu.590.& 592.* dum dicit,quod agens eo remedio pro decimis,vel pro iuribus epiſcopalibus, vel pro iuriſdictione aduerſus illum, qui dominus eſt, titulũ probare debet, ad inſtar remedij recuperãdę, quod ſpoliato quaſi poſſeſſione rei ſpiritualis, vt decimarum, & ſimilium, non redditur, niſi illa quaſi poſſeſſio ex titulo iuſtificetur,*d.c.ad decimas, & n.593.*Idẽ eſt,dicit,in quaſi poſſeſſione beneficij,quod quis ſine titulo retinere non poteſt,& tandem ſubdit, debet ergo agens hoc remedio,poſſeſſionẽ,ſeu quaſi, quam obtinet,colorare, atque ita iuſtificare, & ſic declarat quo pacto intelligat, quod dixit, debere iuſtificari poſſeſſionẽ ex titulo per *d.c.ad decimas.*nẽpe quod iuſtificatio fiat,ſi coloretur poſſeſſio,Capy.etiam *in d. deciſ.77.*hunc ſenſum probat Ripa *in d.§.nihil commune,n.78.* ibi,ſecũdo intelligo,dum limitat regulam deſumptã ex *d.c.ad decimas.*vt non procedat,quoties illa iuris præſumptio,quæ obſtat ſpoliato, per contrarias præſumptiones elidatur, & ita apertè concludit per *d. c.ad decimas.* ſufficere ſolum titulum coloratum.

Sed dices quod in poſſeſſorio iuriſdictionalium requiritur veri & iuſti tituli probatio, quoniam iuriſdictionalia ✝ æquiparantur non ſolum ſpiritualibus, de 58
quibus *in d.c.ad decimas,* ſed etiã interdictis illis, quæ proprietatis cauſam continent,de quib.*in l.2.§.quadã. ff.de interdict.*vt perBald.*in conſ.161.in fi.vol.3.*Egid.*in d.deciſ.49.* Afflict.*in d.l.imperialem.§.illud quoque,nu.51.de probib.feud.al.per* Feder. & ſunt iuris publici, & ob id æquiparantur dictis interdictis,Contar.*in d.l.vnic.in 2.limit.§.7.n.6.C.ſi de moment.poſſeſſ.* quæ interdicta ✝& ſpiritualia differunt à beneficialib.Abb.*in d. 59
c.in literis,nu.7.& 8.de reſtit.ſpoliat.* Reſpondeo quod poſſeſſoriũ ✝ iuriſdictionis, licet dicatur quoad quod 60
continere cauſam proprietatis,&mixtũ eſſe iudicium, quia ſola poſſeſſionis probatio in eo non parit victoriã, niſi aliqualiter ex proprietate adminicula habeat, tamen non adeo mixtũ dici poteſt, vt deſinat eſſe poſſeſſoriũ, cùm non ex natura actionis, ſed ex incidenti in illo de proprietate deducatur,vt clarè probat idem Bal.*in d.l.1.nu.6.C.ſi de moment.poſſeſſ.* iunctis his quæ not.ſcribit *in d.l.incerti,n.12.verſ.ſed quia prædicto glo. C.de interdict.*& ideo *in d.conſ.161.* nõ dicit,quod poſſeſſorium iuriſdictionis ſit mixtum,✝ſed quodammo- 61
do mixtum,ſicut etiam *in cap.1.§.Marchio.qui feud.dar. poſſ.*dicit poſſeſſoria illorũ iurium, de quibus ibi quãdam cauſam proprietatis habere,vt appareat non omnimodo æquiparari illis interdictis, de quibus *in d.§. quadam,*ſed ſecundum quid,ex eo ſcilicet, vt dictũ eſt, quia non ex ſola poſſeſſione fundatur,ſed à proprietate adminiculum quærunt,& expreſsè Bald. qui talem æquiparationem modo quo ſupra facit,in ipſo ait,poſſeſſorio ✝ iuriſdictionis ius præſumptum etiam ſuffi- 62
cere,ne dũ verum pro eorũ adminiculo,vt *in d.l.1.nu.6.C.ſi de moment.poſſeſ.*ita,vt per illum facta æquiparatio ad d.interdicta non obſtet.Sic etiam Egid. *in d.deciſ.49.* & alibi ſæpe fatetur, illarum rerum,quæ à ſolo principe haberi poſſunt, poſſeſſoria mixta dici, ad inſtar interdictorum,ſed ibidem,&vbique aſſerit in illis iuriſdictionalibus titulum coloratum, ſufficere ad iuſtificanda poſſeſſoria prędicta,vt ſupra oſtendi ex pluribus Egidij deciſionibus.Imò *in d.deciſ.49.* dat principalem æquiparationem beneficialium, ✝ & illorum 63
interdictorum. Addo quod etiam in ipſis interdictis putat Egid.ſufficere titulum coloratum,vt *in d.conſi.1. n.16.*cui opinioni videtur conſentire Bero *q.4.n.6.* Afflict.etiam *in d.n.50.* dicit quod facienda eſt reſtitutio ſpoliato ✝ à domino, dummodo iuſtificet poſſeſſionẽ 64
ſuam,ſicut dicitur in beneficialibus,& ſubdit rationẽ, quia in iis,quæ non poſſunt poſſideri,niſi ex principis conceſſione, non obtinet quis probata ſola poſſeſſione,niſi in aliquo doceat de proprietate: deinde *nu.54.* reſpondendo ad cõtrarium de *d.c.ad decim.* poſtquam refutauit reſponſionẽ Andreæ dicentis,contrariũ procedere in poſſeſſorio iuriſdictionis, in qua princeps habet fundatam intentionem,ſecus in feudo,quia ipſe Afflict.præſupponit, quod etiam in feudo quaternato habeat Princeps fundatam intentionem,ſicut in iuriſdictione; ideo reſpondendo ipſe ad *d.c.ad dec.* diſtinguit,aut notoriè✝ conſtat de iure ſpoliatoris,& noto- 65
riè cõſtat de nõ iure ſpoliati,& tunc negatur reſtitutio per *d.c.ad decimas*, aut cõſtat notoriè de iure ſpoliatoris, ſed nõ conſtat notoriè de non iure ſpoliati, quia ſi notoriè conſtaret de nõ iure ſpoliati,nõ fieret reſtitutio,niſi doceret de inueſtitura vera,vel præſumpta:ſed ſi ſpoliatus ✝ deducat aliquid, per quod tollatur illa 66
præſumptio,quam habet cõtra ſe, ex eo quod poſſidet feudum quaternatum, puta longam poſſeſſionẽ, cùm

præſta-

præstatione seruitij, tunc restitueretur, quamuis non probet inuestituram, quia vna præsumptio tollit aliā, & hanc responsionem inquit Afflict. colligi ex dictis Abbatis *in d.c.cum Ecclesia Sutrina.* vbi ad intellectum *d.c.ad decimas.* dicit, quod adhoc vt is, contra quem est ius commune audiatur, petens restitutionem, probare debet aliqua, ex quibus tollatur illa præsumptio vsurpationis, & in fine illius §. tandem concludit Afflict. quod data possessione vasalli spoliati feudo à domino, quamuis non constet de proprietate ipsius fiet restitutio.

Non obstat quod dicitur, possessorium iurisdictionis esse mixtum, & iurisdictionē iuris publici, & æquiparari potius spiritualibus, & interdictis, quàm bene-
67 ficialibus. Quia non ideo infertur in tali possessorio † requiri veri tituli probationē: Imò Bald. Ægid. Abb. Afflict. Contard. & alij præcitati, quorum dictis præfatæ conclusiones firmantur, constanter asserunt in ipsis iurisdictionalibus & spiritualibus titulum coloratum sufficere, & in hoc non esse constituendam aliquā differentiam inter beneficialia, spiritualia & iurisdictionalia, Menoch. *in d.remed.3.retinend.n.589.v.declaratur hæc.* vbi sub eadem regula ponit exempla iurisdictionalium beneficialium, & temporalium, inferens *nu.592.& seq* in similibus deberi possessionem iustificari per titulum coloratum.

Sed rursus instatur, data etiam æquiparatione beneficialium, & iurisdictionalium, quod nihilominus requiratur probatio veri tituli; quia vt communiter per
68 omnes in beneficialibus † requiritur titulus; nam si quando lis est cum ordinario collatore, cui ius assistit, & resistit clerico spoliato, non sufficit color tituli, cùm ordinarius possit deiicere clericum non habentem titulum, etiam si sit triennalis possessor, Cassador. *decis. 4.n.8.de restit.spoliat.* Ita in iurisdictionalibus, quando lis est cum domino, qui de iure fundatur, ad differentiam quando lis est cum priuato, nam hoc casu videntur procedere quæ de titulo colorato dicta sunt. Ad hoc respondetur, quod etiam in beneficialibus, & in ipsis spiritualibus, quando lis est cum ordinario collatore, siue cum eo, cui ius assistit, nihilominus sufficit spoliato, si doceat de titulo saltem colorato, vt est tex. apertus *in c.conquerente.& ibi* Abb.*n.4.& 5.de restit.spoliat.* qui loquitur de beneficialibus, & *in c.ex transmiss. in ver.& ab eo cognita.* quæ iura loquuntur in spiritualibus, videlicet in causa matrimoniali. Nec Menochij auctoritas hic repetita *de remed.15.nu.466.* obstat, vt ex dictis patet, & Doct. *in d.c.in literis:* requirunt probationem tituli in beneficialibus, sed tamen sufficit coloratus, ex communi opinione, de qua *in d.c. in literis.*

69 Nec obstat, quod ordinarius † collator deiicere possit non habentem titulum, quia id iuris ordine seruato facere debet, *c.licet episcopus.de præbend.li.6.* not. Ioan. Andr. ad Specul. *in tit.de petitorio,& possessorio,in vlt. gloss.* Neque ex eo quod ordinarius ex debito officij sui titulum possit à beneficij possessore requirere, *c.ordinarij.de offic.ordinar.li 6.* & illum deiicere, si non ostendat, rectè infertur ad causam possessorij præsertim recuperandæ, in qua in odium spolij etiam ordinarius ante omnia restituere compellitur, *d.c.conquerente.cū simil.* Neque potest dictum Bald. *in d.l.1.num.7.C.si de moment.poss.* intelligi quando lis est inter priuatos.
70 Quia supra ostendimus nullum † inter priuatos requiri, ostendi titulum etiam ad colorandum, & hoc pluri- motum auctoritatibus, inter quos Bald. *in d.l.cogi.nu. 4.C.de petit.hered.* & hac eadem ratione defenditur dictum Contardi *in d.l.1.in 2.limit.§.8.* Etenim communis conclusio, quod in beneficialibus semper possessio sit coloranda, quamuis lis sit inter priuatos, non infert, ratione duplicis vinculi, quod si lis sit cum ordinario, quod titulus sit plenè probandus, tum quia cùm sint iura expressa in contrarium, cessat omnis argumentatio, tum quia, vt satis probatum est, ille color, qui requiritur in lite, etiam contra priuatum, non requiritur ad partis instantiam, aut ad illius commodum, sed ex ordinarij officio, ad quem spectat, nemi- nem intrusum in possessione dimittere, & in similibus tenetur ex officio suo supplere.

Quantum pertinet ad Menoch. *in dict.remed.15.retinendæ, q.36.n.466.& n.469.* Aduertendum est, quod ipse declarat limitationem, quam posuerat sub *nu.463.* ad regulam quod in beneficialibus possessio sit iustifi-
candaˑ† ex titulo, de qua tractat in quæst. illa princip. 71
quod scilicet titulus ille requisitus ad iustificandam possessionem sufficit esse coloratus, & *in d.nu.466.* dicit, non procedere d.limitationem, quoties spoliato resistit iuris præsumptio, quia tunc necesse est, iustum & legitimum titulum plenè probare, & affert exemplum de illo, qui duo incōpatibilia possidebat: oportet ergo videre de qua iuris resistentia, item de cuius tituli probatione in d.declaratione propositæ limitationis loquatur; & primò quoad iuris resistentiam apparet ipsum non sentire de prima illa, & regulari, qua non potest quis beneficium obtinere sine canonica institutione per regulam *c.1.lib.6.* ita enim destrueret limitationem per eum supra positam *in n.463.* vbi dixit in beneficialibus sufficere titulum coloratum, necessariò ergo intelligit de alia speciali ori, † & fortiori 72
resistentia, veluti quæ in compatibilium duorum beneficiorum possessione repugnat, per *extrau.g.execrabilis,* de qua etiam ponit exemplum; vel si quis respectu illius, quod obtinet beneficium, propter ætatem esset inhabilis, per *c.indecorum.de ætat.& qualit.* vt sic ille spoliatus duplicem habeat iuris resistentiam, alteram quidem respectu rei beneficiariæ, quæ sine canonica institutione obtineri nequit, alteram verò respectu incōpatibilitatis ipsorum beneficiorum, cuius cōparatione illa prior, ne videtur quidem resistentia: Ad quod facit, quod dicit Cosm. Guim. *in dict.pragm.tic. sanction.in tit.de pacific.poss. ss. in ver. inquirant. fol.182. vers.si tamen ius commune,* si ergo de hac secunda resistentia iuris ibi Menoch. necessariò intelligendus est, quod loquatur etiam titulus, quem legitimum, & iustum plenè probari requirit, de eo titulo, qui hanc secundam resistētiam respicit, intelligi debet, vt verborum sensus congruat, & ne statim sibi contrarietur, ac propositam limitationem destruat, nō declarat, in qua dixit in possessorio beneficialium sufficere titulum coloratum: Requiritur igitur quod probet titulum secundæ resistentiæ, & sic dispensationem, qua possit illa incompatibilia contra iuris aperti dispositionem tenere, imò nec alius titulus in hoc probari posset, quia si titulum institutionis probaret, iam non esset titulus, sed ea ipsa probatio redderet titulum ad non titulum, vt ipse Menoch. dicit ibid. Hic sensus Menoch. in illo loco necessarius, declaratur etiam, nō solum exemplo ibi per eum adducto de execrabili, sed etiam per decisionem Cappellæ Tolosan. 465. quam præter alias ibi citat, vbi concluditur non esse restituendum spoliatum beneficio, quod cum alio tenuisset contra cōstitutionem, *execrabilis,* nisi de dispensatione doceret, quoniā illi ius resistat. Et quamuis nō careat difficultate, an in illo casu dispensatio vera debeat probari, atque legitima, an sufficiat præsumptiua, & colorata circa illam probatio, vt *in additionibus ad d.decis.465. Capp.Tolos.*

quæ desumpta est *ex additione ad decis.3. de restit. spoliat. in nouis.* & facit *decisio Putei 247. part. 1.* Pontan. *in tract. de spolio li. 2. n. 140.* Hoc tamen nil obstat, quia de
73 duplici iuris resistentia † non disputamus, vt posset in feudalibus poni exemplum de surdo, debili, clerico, vel eo, qui arma bellica deposuit, aut alias inhabili. Sic etiam non obstant quę Menoch. *in d. nu. 469.* extendit ea, quæ de beneficialibus dixit ad ipsas iurisdictiones, ex Alciato, & Natta: ibi enim Menoch. adhæret opinioni Afflicti, qui maiorem rationem probandi titu-
74 lum † considerat in beneficialibus propter vitiosum ingressum, qui in illis euitatur ratione peccati, quam in iurisdictionalibus, in quibus hæc ratio peccati non attenditur, & in hoc casu dixit Menoch. materiam beneficialium non esse proportionabilem ad iurisdictionalia, prout in hoc sensu loquitur idem Menoch. *de recuperand. possess. remed. 1. n. 101.* cuius verba adeo clara sunt, vt ad alium sensum quàm ad prædictum allegari non possint.

CAP. VI.

Priuilegium fori clericorum esse de iure diuino, & ideo neque clericos posse se submittere iurisdictioni laicorum, neque Papam posse submittere omnes Ecclesiasticos generaliter iurisdictioni vnius Principis laici.

SVMMARIA.

1 *Priuilgium fori Ecclesiastici esse de iure diuino, vt probetur ex auctoritate plurimorum, & sanctorum.*
2 *Argumentum ex obseruantia subsequuta est fortissimum in ecclesia Dei.*
3 *Ecclesiastici à principio mundi à quibus ministris fuerint gubernati.*
4 *Reges nunquam iudicarunt sacerdotes.*
5 *In quibus casibus iudicarunt sacerdotes.*
6 *Opinio communis pro Ecclesia praualet.*
7 *Doctor nullus potest fundare opinionē contra Ecclesiā.*
8 *Priuilegium fori ex quibus locis iuris diuini probetur.*
9 *Tributum nō fuit solutum pro discipulis Domini, quia erant liberi.*
10 *Discipuli domini erant filij adoptiui, ideo liberi.*
11 *Tributum soluendum per singula capita, cur fuit solutum pro Christo & Petro tantùm.*
12 *Immunitas Ecclesiarum per quos Pontifices fuerit declarata esse iuris diuini.*
13 *Consecrata Deo non sunt amplius iuris humani.*
14 *Bona, & personæ Ecclesiasticæ non possunt ad vsus laicorum seruare.*
15 *Iuri diuino quod est cōforme dicitur esse de iure diuino.*
16 *Innoc. malè allegatus à Couar. probat immunitatem esse iuris diuini.*
17 *Argumentum est falsum, non probatur lege Euangelica, ergo non est diuini iuris, & n. 19.*
18 *Ius diuinum fundatur ex totius Ecclesiæ consensu.*
20 *Appellatio D. Pauli ad Cæsarē nō fecit illū subiectum.*
21 *Pilatus quam potestatem habebat in Christum.*
22 *Omnis anima subdita sit, quomodo intelligitur.*
23 *Priuilegiū fori etiā in iudicialibus est de iure diuino.*
24 *Ecclesiasticæ personæ sunt exemptæ de iure diuino.*
25 *Clerici gaudent exemptione in bonis Ecclesiasticis, & patrimonialibus.*
26 *Papa non potest submittere causas Ecclesiasticorum alicui Principi laico. & n. 30.*
27 *Priuilegium fori est de iure diuino morali, non ceremoniali.*
28 *Papa non dispensat contra ius diuinum morale.*
29 *Papa non dispensat contra statuta vniuersalis Ecclesiæ.*
31 *Papa potest submittere laicis aliquam causam particularem.*
32 *Potest delegare causas clericorum laicis.*
33 *Iudices delegati iudicant ex auctoritate delegantis.*
34 *Iurisdictio Ecclesiastica ordinaria nullo modo potest concedi laicis.*
35 *Iurisdictio Ecclesiastica non potest præscribi.*
36 *Iurisdictio vniuersalis dicitur ordinaria.*
37 *Clerici non possunt se submittere iurisdictioni laicorum.*
38 *Iurisdictio inferioris non potest prorogari per superiorem.*
39 *Clerici sunt maiores laicis, & eis infesti.*
40 *Clerici non possunt prorogare iurisdictionem secularis, etiam de consensu episcopi.*
41 *Testator non potest mandare, vt clericus heres institutus litiget coram seculari.*
42 *Rex Neapolis nullam iurisdictionem habet in clericos, nisi ratione feudi.*
43 *Clerici non possunt renuntiare foro Ecclesiastico in casibus mixti fori.*
44 *Iudex laicus iudicat clericos in feudalibus.*
45 *Clerici possunt renuntiare foro Ecclesiastico in feudalibus.*
46 *Clerici non possunt prorogare iurisdictionem episcopi non sui.*
47 *Clericus sortitur forum illius episcopi vbi contrahit.*
48 *Baro potest præcipere suis vasallis ne compareant coram alio iudice.*
49 *Episcopus potest præcipere suis clericis ne compareant coram alio iudice.*
50 *Clerici si conuenti coram iudice laico non opponunt declinatoriam, sunt excommunicati.*
51 *Clerici grauati à iudice Ecclesiastico non habent recursum ad laicum.*

QVæritur an priuilegium † fori Ecclesiastici (vt dicunt Canonistæ) sit de iure diuino, cuius quæstionis effectus est, vt palàm fiat, an iudices laici valeant vti priuilegio generali summi Pontificis in cognoscendo de omnibus causis Ecclesiasticis, & spiritualibus, & decisiuè procedendo, probo hoc fori priuilegium esse de iure diuino. 1

Primò ab auctoritate plurimorum, Glossa *in c. si imperator, ver. & discuti. dist. 96.* dicit, antequam esset aliqua constitutio, etiam clerici nō erant de iurisdictione seculari, & omnes constitutiones, quæ emanarunt, quod clerici non sunt iudicandi, nisi ab episcopis, non sunt, nisi iuris declaratio. Item dum Bonifacius VIII. *in c. quanquam. de censib. li. 6.* declarauit hanc immunitatem esse de iure diuino, Glossa ibi *in ver. diuino.* expressè hoc probat per allegationes iuris diuini. Item ad hoc est textus *in c. Syluester, vndecima quæstio. prima in vers. & contra leges diuinas & publicas pulsatis forum suum putauit auferri.*

Rota *in decis. 10. n. 4. de consuetud. in antiquis,* dicit, item quia talis consuetudo est contra legem diuinam, per quam exempti sunt clerici à iurisdictione principum secularium. Idem dixit Rota *in decis. 2. de consuetudine in antiquissimis.*

Innoc. *in c. 2. de maior. & obed.* quærit, dicta immunitas à quo processerit, à Papa, vel Imperatore, dicit, sed hic non plenè eximunt, vnde dicimus quod sunt exempti à Deo.

Abbas

Abb. *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 6. de constitut.* dicit, quinimò plus puto, Papam non posse facere, vt laici iudicio suo iudicent clericos, & sic subiicere clericos iudicibus laicis, quia hoc priuilegium fori habent clerici à Deo. Idem *in c. solitæ. num. 4. de maior. & obed.* dicit, ex quo infertur quod clerici sunt de iure diuino exempti, cùm sint res spirituales, eo enim ipso quod ordinatur in clericum efficitur res sacra, & transfertur in sortem Domini. Idem *in c. at si clerici, num. 25. de iudic.* dicit, quod clerici non possunt se submittere laicis, quia hoc facerent contra honorem ipsius Dei. Nec Papa potest se submittere iurisdictioni laicorum, quia redundaret in dedecus ipsius Christi, cuius sacramenta ministrat, idem dicit *in c. si diligenti. de foro compet.* Idem *in cap. literas, num. 14. de restit. spoliat.* dicit, idem puto, quod Papa non possit dare Principi seculari potestatem iudicandi & condemnandi clericos suæ prouinciæ, maximè cùm hoc videatur contra legem Dei. Idem *in c. proposuit. num. 14. de concess. præbend.* dicit Papam non posse sine causa dare potestatem Principi seculari, vt possit iudicare inter clericos, maximè cùm priuilegia clericorum sint de iure diuino. Idem *in cap. non minus. num. 17. de immunit. Eccles.* dicit, præsertim cùm tam Ecclesiæ, quàm clerici, & bona eorum habeant à iure diuino immunitatem ab istis exactionibus.

Felyn. *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 6. de constitut.* dicit, ex quo inferunt quod iudex laicus de consuetudine nō potest quærere iurisdictionem in clericos, cùm ab eo sint exempti de iure diuino per prædicta. Idem *in c. 2. in princip. de maior. & obed.* dicit, quod iura canonica loquentia de priuilegiis clericorum sunt declaratiua iuris diuini.

Cardinalis *in c. perpendimus, ver. & primo scias de sent. excommunic.* dicit, quod priuilegium *canonis, si quis suadente.* est de iure positiuo, sed priuilegium fori est de iure diuino, & ideo concludit, quod Papa non posset tollere priuilegium fori, quia est de iure diuino, non ceremoniali, sed morali.

Decius *in dict. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. numer. 14.* dicit, & ista libertas concessa Ecclesiis est de iure diuino, & *n. 16.* dicit, propterea nec Papa super iurisdictione clericorum posset vniuersaliter disponere.

Hanc eandem opinionem firmarunt multi alij Canonistæ, Corsettus in repetitione *cap. perpendimus. de sent. excommun.* Gomesius *in c. 1. n. 67. de constitutionib. lib. 6.* Addentes ad Immol. *in clem. 1. col. 1. de offi. ordin.* Alciat. *in c. cùm non ab homine, num. 20. & nu. 46. de iudic.* Rebuffus *in concordatis Franciæ, in titul. de protectione concordatorum.* vbi per plures columnas probat hanc conclusionem, vti verissimam per plura loca iuris diuini.

Eandem opinionem firmarunt Ciuilistæ: Roman. *in singulari* 419. dicit: sed an Papa possit facere legem, vt clerici conueniantur coram iudice seculari; dic quod non: quia antequam esset Petrus, clerici non erant subiecti seculari, per illud Dei: *nolite tāgere Christos meos.* Idem dicit *in l. si verò. §. de viro in 7. fallent. ff. solut. matrim.*

Oldrad. *in cons. 83. num. 5.* dicit: Non obstat si dicatur, quod laici nati sunt, & sic subditi legi, quis ergo exemit eos? quia respondetur, quod Deus qui iurisdictiones distinxit vt supra probatum est.

Alexander *in cons. 8. in princip. vol. 1.* dicit, quia clerici nunquam à principio fuerunt de iurisdictione laicorum, quia Deus istas iurisdictiones distinxit. Iason *in l. est receptum. n. 3. ff. de iurisdict. om. iudic.* dicit; Imò Papa non potest submittere clericos secularibus iudicibus, quia clerici habent hoc priuilegium à Deo, & per hoc turbaretur status vniuersalis Ecclesiæ, propterea Papa non posset.

Grammatic. *in decis. 29. n. 14.* dicit, & nedum personæ clericorum, verumetiam eorum bona sunt exempta à legibus Imperatoris, allegat *d. cap. quanquam. de censib. li. 6.* vbi dicitur esse exēpta de iure diuino, & doctor intelligitur secundum legem quam allegat. Idem *in decis. 61. n. 12.* dicit: Imperator nullam habet iurisdictionem in personas Ecclesiasticas, quia lege diuina cautum est.

Vantius *in tractatu de nullitatibus, in titulo, de nullitate ex defectu iurisdictionis,* idem dicit, & probat, *num.* 101. Guttieres in repetitione *l. nemo potest, num. 107. & seq. de legat. 1.* post Baldum & Aluarott. quos allegat, *in c. 1. §. statuimus. de statutis & consuetud. contra liber. Ecclesiastic.* Ioan. Oroscius *in l. de quibus, n. 144. ff. de legib.* Follerius *in tractat. de contractib. censuariis, §. nunquid clericus.*

Et prætermissis multis hanc opinionem esse communiter receptam, attestantur isti Doctores, videlicet Vasquius *in tractat. de success. creatione. §. 22. limitatione 17. n. 58.* Viuius *in comm. opinion. versi. clerici à potestate.* Farinacc. *de inquisitionib. quæst. 8. num. 2.* Imò eam attestantur esse communem etiam qui contrarium, vel qui diuersum sentiunt, Couar. *in lib. practic. quæst. cap. 31 num. 1.* Nauarr. *in c. nouit. in 6. notabili, num. 6. de iudic.*

Secundo probatur auctoritate sanctorum Patrum. Nam verba sunt D. Pauli 1. *ad Corinth. cap. 4.* *Sic vos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur: *mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque meipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum, sed in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me, dominus est, itaque nolite ante tempus iudicare.* Ex quibus clarè patet Apostolum à nemine esse iudicandum, nisi à Deo, vel ab eo, qui Dei locum proximè tenet. Item Diuus Ambrosius declarans illum vers. D. Pauli (ab humano die) exponit, quia nec à legibus mundo creditis iudicandus erat. Item Dionysius *in epistola ad Demophilum* dicit, *Nefas est, sacerdotem à ministris, qui te superiores sunt, corrigi & reprehendi.* Et parum infra: *Dei causa, & nomine traditum diuinius ordinem peruertere.* Item parum infra: *si Dei est, vt scriptura diuina loquitur, iudicium, &c.* Item D. Ambros. *in epistola 32. lib. 6. tomo 5. ad Valerianum Imperatorem* dicit: *Augustæ memoriæ pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit, in causa fidei, vel Ecclesiastici alicuius eum iudicare debere, quia nec munere impar sit, nec iure dissimilis.*

Refert Baptista Fulgosius *in libr. 1. de religionis cultu,* Constantinum in Concilio Chalcedonensi, cùm vltimus inter sacerdotes sederet, accusationes clericorum ad se scripto delatas combussisse, dicentem, sacerdotes, seu numina ad hominem regendum constituta esse, & propterea intactum se Deo illorum iudicium reseruare velle. Idem Constantinus in Sancta Synodo Nicæna præsidens, cùm querelam quorundam clericorum ad se deferendam conspiceret, ait, vos à nemine diiudicare potestis, quia ad Dei solius iudicium reseruamini, *c. satis, distinction. 96. & c. continua, 11. quæstion. 1.*

Sed videamus quomodo hæc opinio ab omnibus fundetur ex locis sacræ paginæ, frequentius à plurimis allegatur versiculus *psalm.* 104. *nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.*

Ad quem tex. non bene respondet Couar. *in dict. cap.* 31 *numer.* 2. *versic. non obstat.* putans debere intelligi, vt nulla fiat iniuria, nec vis sacerdotibus, & clericis, non autem illic prohibeatur iudicium principum secularium in ipsos clericos, & propterea ausus est dicere *in dict. num.* 2. *vers. & potißimum.* contrariam opinionem fulciri, quia nulla sit legis euangelicæ, & noui testamenti lex, quæ clericos à laicorum principum iurisdictione exemerit, quem postea Moderniores nouissimi, atque etiam Doctores aulici, qui non adhuc scriptitarunt, & adulatores Principum, qui ex alienis malis seipsos commendare solent, sequuntur, & ampliant.

Primò mirandum est de Couarruuia viro alioqui doctissimo, qui non ita accuratè textum perpenderit pro Ecclesia, & ita contra communem sensum, tamà nostris Doctoribus, quàm à sanctis patribus intellectum, textum illum restringere voluerit: Nam versiculum illum: *nolite tangere Christos meos:* interpretatur D. Hieronymus super Zachariæ *c.* 2. nequid vel minimum in sacerdotes patrent, nec quid eos vexent, aut afficiant. Ita etiam D. Gregorius *in lib.* 1. *epistol.* 35. Et probatur ex vi verbi: nam *tangere* significat quicquid spectat aliquo modo. Item vsitatus loquendi mos interpretatur, hæc res nihil me tangit, id est, nihil spectat ad me: sed ea quæ de iudiciis aguntur spectare dicũtur; ergo satis erroneè contra communem intellectum fecessit Couarr. & eius sequaces, restringentes verbum *tangere* solum ad vim & iniuriam, quę posset committi in sacerdotes, non autem ad priuilegium fori Ecclesiastici. Sed præsupposito quod ille versi. intelligatur solum de vi & iniuria, quæ posset ipsis inferri, adhucidem dicendum est, quod dicit communis intelligentia. Nam iniuria infertur, etiam in opprimendo non subditos, qui in alienam cogerentur iurisdictionem. Nam dum dicitur: *qui vos tetigerit, pupillam oculi mei tanget*, Zachariæ, *c.* 2. exponit Papa Anacletus in epistola ad Episcopos Italiæ, & habetur *in c. accusatio in* 1. *secunda quæst. septima.* quod illa verba intelliguntur non solum de iniuria inferenda, sed magis propriè de iudicio & sententia ferenda; ergo falsa est omnino restrictio Couar. ad illum text.

Secundò probatur dicta communis intelligentia contra Couarr. ex ipsa obseruantia subsequuta, quod
2 est fortissimum argumentum † in Ecclesia Dei: nam vltra testimonia bonorum Imperatorum, qui declararunt non debere ipsos iudicare Deos, id est, clericos, de quo *in c. sacerdotibus*, 11. *quæstione* 1. *in c. satis, distinct.* 96. *& in cap. Constantinus*, 11. *quæst.* 1. & plures recenset Baptista Fulgosius *in lib.* 1. *cap. de religionis cultu.* Ipsam obseruantiam altius repetamus: Deus à principio per seipsum rexit mundum, vsque ad Noe, vt declarat Innoc. *in c. licet ex suscepto, de foro compet.* & postquam
3 commisit curam suis ministris, † & primò Noe, post diluuium, & ipse officium sacerdotis exercuit, & omnem potestatem Ecclesiasticam, & temporalem. Deinde Moyses factus est Princeps legationis Dei, *Exodi c.* 28. *&* 29. qui consecrauit Aaron, & filios eius, & obtulit sacrificia Domino: ergo præfuit etiam in temporalibus: Post Patriarchas Deus rexit mundum per iudices, & isti habuerunt vtramque potestatem, & eorum Principatus non erat hæreditarius, quoniam Deus vocabat qui populum suum regeret, & post iudices voluit populum suum regere per Sacerdotes, in quo fuit Heli, qui præ nimia libertate, quam concesserat filiis suis, à Deo punitus est. Samuel etiam fuit Sacerdos, & Princeps in temporalibus, vt habetur *in* 1. *Reg. cap.* 1. *vsque ad* 25. postquam Deus populo complacens iussit Samueli, vt Saulem vngeret in Regem: itaque populus rectus est per Reges vsque ad Sedechiam vltimum Regem Iudæorum: nec ipsi Reges † 4
iudicabant sacerdotes: imò dixit dominus Moysi: *Tolle Iosue filium Nun virum, in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, qui stabit coram Eleazaro sacerdote. Numer. cap.* 27. Deinde tempore Macchabæorum iterum redactum est regnum ad Sacerdotes, qui erant Pontifices, & Reges, & habebant potestatem in temporalibus, & spiritualibus. Itaque ex ipsa diuina scriptura nunquam constat Reges in sacerdotes animaduertisse: & licet Iosias Rex † multos occiderit sa- 5
cerdotes, 4. *Reg. cap.* 23. tamen ij sacerdotes veri non erant, quia idolis sacrificabant, & Salomon deposuit Abiatar sacerdotem, 3. *Reg.* 1. *&* 2. quia cum Adonia conspirauerat. Sed hoc specialiter à Deo sibi commissum fuerat, vt ex ipsa litera textus constat: eiecit igitur Salomon Abiatar, vt non esset sacerdos domini, & impleretur sermo domini, quem locutus super domum Heli in Silo, & latius respondet, & probat Cardinal. Turrecremat. *in lib.* 2. *cap.* 96. Ioias in Dei sacerdotes inuexit. Sed iste Rex inter idololatras, & pessimos tyrannos numeratur, vt 2. *lib. Paralipomen. c.* 24.

Ex quo infertur primò, valde errare istos Doctores aulicos, qui ad auferendum fidem à supradicta communi intelligentia persuadent, communes opiniones tota die reprobari. Quoniam magna temeritas dicenda est, impugnari sensum communem sacræ paginæ ab homine inexperto; sic intellectum, etiam à sanctis viris, & nostris Doctoribus, atque à bonis Imperatoribus obseruatum. Imò etiam si intellectus Couar. esset communiter receptus, non est attendendus,
quando altera opinio † fauet potestati clauium, & 6
Ecclesiasticæ iurisdictioni, vt firmarunt Hostiens. & Ioann. Andr. *in cap. rursus, qui cleric. vel vouent.* Felyn. *in cap.* 1. *numer.* 54. *versi. quinto limita. de consuetud.* & scripsi infrà *in parte* 4. *casu* 164. Nam cùm quælibet communis opinio originem habeat à primo doctore,
qui fuerit illius auctor, non potuit ille primus † funda- 7
re opinionem contra potestatem Ecclesiasticam, ex regula *c. Ecclesia S. M. de constitut.* Ergo neque potuerunt Doctores subsequentes, qui intelliguntur secundum Doctorem, quem allegant, quare nullatenus licitum est restringere sensum contra communem intelligentiam.

Secundo infertur multo magis errare Couarr. *in d. cap.* 31. *num.* 2. *vers. & potißimum*, putans contrariam 8
opinionem posse defendi, quia iuris diuini † nullum habemus textum, neque certum præceptum de hoc fori priuilegio: Nam *in d. versi. nolite tangere Christos meos*, Dauid ipse multa loquutus fuerat; deinde commutata persona introducit Deum qui quasi suo ore imperat. Item hoc præceptum à Deo fit, ne sit voluntas tangendi Christos, vt ostendatur non esse præceptum externi operis, & propriè pertinere ad æternitatem prohibitionis, & vim testamenti noui, quo maxima & intima voluntas hominis ordinatur. Item ex ipso verbo, *Nolite*, patet voluntas Dei imperantis huiusmodi præceptum, neque permittentis vllo modo violari, vel sola voluntate.

Secũdo principaliter fũdatur hęc opinio ex locis sacrę paginæ

paginæ.Nam Matthæi *c.*17.Iesus dicit:*Quid tibi vide-*
9 *tur,Simon,Reges terræ,à quibus accipiunt tributum † vel*
censum,à filiis suis,vel alienis? Et ille dixit ab alienis.Di-
xit Iesus;ergo liberi sunt filij. Sed omnes tenebantur
soluere tributum, vel censum, qui soluebatur per sin-
gula capita, vt ibi declarant D.Hieronym.Beda, An-
selmus, Dionysius & alij, & nihil facit datum pro di-
scipulis; ergo liberi sunt ipsi, prout sic fuit à Christo
declaratum, & pro eis nihil fuit exsolutum, vt huius
præcepti tale extaret testimoniũ. Item quod illa ver-
ba *ergo liberi sunt filij*, intelligantur de discipulis,pro-
10 batur,quia ipsi † erant filij adoptiui,Ioan.*c.*1.Item nõ
potuerunt intelligi,quia ipse erat Rex, Luc.*cap.*19.&
Ioan.*c.*12. ideo non tenebatur, ergo debent intelligi
de discipulis,quos voluit esse liberos,& ideo D. Hie-
ronym.super *cap.*17. Matthæi,& D.August.*in lib.*1.*e-*
*uang.qu.in q.*23.volunt,cum Iesus dixisset filios esse li-
beros,de discipulis esse intelligendum. Item cum ore
Christi,qui Deus est, adiudicata fuerit hæc discipulis
libertas,& iuris præceptum sit:*ius suum vnicuique tri-*
buere;ergo iuris diuini est. Nec potest dici illud tribu-
tum solum non fuisse etiam pro discipulis. Nam, vt
11 dixi soluendum erat per singula † capita,& pro eis ni-
hil fuit dictum,sed pro se,& Petro fuit solutum,ad e-
uitandum scandalum, & quia Petrus locum eius spe-
cialiter tenebat, vt plenissimè scribo supra *in parte* 1.
*c.*25.*nu.*36.*& plur.sequent.* Quare patet esse diuinum
12 præceptum huius immunitatis † ecclesiasticorum, &
ita summi Pontifices declarantur *in d.c. quanquam. de*
*censib.lib.*6.*& in c.si imperator.dist.*96. *& in d. c. Sylue-*
ster 11.*q.*1

Tertio principaliter idem probatur. Nam *Leuit-*
tic.cap. vltimo scribitur: *omne quod Domino consecra-*
tur,siue homo fuerit siue animal siue ager non veniet, nec
13 *redimi poterit,quicquid semel fuerit consecratum, † san-*
ctum sanctorum Domino erit. Et quod ista fuerint præ-
cepta Domini, attestatur ibi Moyses in fine capitis,
dicens: *Hæc sunt præcepta, quæ tradidit Dominus Moysi*
ad filios Israel in monte Synai. Item *Numer.capit.*18.ha-
betur: *Omnia, quæ sanctificantur*, (id est Deo dican-
tur,) *tradidi tibi,& filiis tuis pro officio sacerdotali legiti-*
ma sempiterna. Et iterum:*Omne quod ex voto reddide-*
runt filij Israel tuum erit. Ergo omnia ista sunt diuini
iuris,& ad ius sacerdotum pertinent:personę ecclesia-
sticæ sunt Deo consecratæ;ergo diuini iuris sunt:ergo
ad forum laicorum Principum nullo modo perti-
14 nent.Probatur,quia sicut ecclesiasticorum bona,† quę
Deo consecrata sunt, ex allegatis testibus non pos-
sunt laici ad proprios vsus conuertere; & ita personæ
ecclesiasticæ, quæ Deo consecratæ sunt, non possunt
coram laicis,de iure diuino, videlicet his Dei præce-
ptis ad iudicium euocari.Propterea Ananię & Saphi-
ræ,diuinitus fuit mors illata, quod partem rerũ, quas
ipsi Deo professi fuerunt consecrare,& ecclesiæ, sibi
in suos vsus reseruassent,& ex his omnibus fuit com-
pilatus textus *in c.nulli* 12.*qu.*2. vbi dicitur: *Nulli liceat*
ignorare,omne quod Domino consecratur, siue fuerit ho-
mo siue animal,siue ager,vel quicquid semel fuerit conse-
cratum,sanctum sanctorum Domino erit,& ad ius perti-
nebit sacerdotum,&c.

Hæc est adeo opinio vera,vt iidem Doctores,Co-
uar.& Nauarr. qui contrarium tenent in locis præci-
tatis & Soto *in* 4.*sent. distinct.*25.*quæst.* 2.*art.*2.*concl.*6.
asserant hanc ecclesiasticorum immunitatem à ponti-
ficibus, vt dicunt concessam, esse iuri diuino confor-
15 mem. Quod concedentes, idem est, ac si † dixissent
esse de iure diuino.Quia quod est dispositum iuris di-
uino conforme, iuris diuini esse dicitur, non autem
positiui,ita probat Geminian. *in §.leges num.*4. *versi.*
istud dictum.distinctione quarta. cum autem habeamus
diuini iuris loca certa, ita communiter interpretata,
nullatenus est admittendum, instar conformitatis
prædictæ diuini esse.

Non obstant contraria, quæ per Couar.*in d.cap.*31.
*num.*2.*vers. contraria opinio.* adducuntur. Et primo
non obstat locus ab auctoritat. Innocentij *in cap.* 2.*de*
maior.& obed. Quia Innoc.† dicit totum contrarium, 16
vt eius verba superius adduxi,& Rota *in dec.* 4.*n.*10.*de*
consuetudine, in antiquis, mouetur ad firmandum di-
ctum priuilegium esse de iure diuino ex auctoritate
Innocentij *in d.c.*2.quare parum accuratè pro contra-
ria parte allegatus est.

Non obstat quod dicit, nullam esse legem euange-
licam, quæ huius fori priuilegij mentionem faciat.
Quia paulo ante satis superque probatum est contra-
rium.Item non sequitur argumentum:† nulla lege e- 17
uangelica probatur;ergo non est iuris diuini. Quia ad
fundandum ius† diuinum,sufficit totius ecclesiæ con- 18
sensus,nam D.Paul.*in* 2.*ad Thessaloni.cap.*2.dicit: *Te-*
nete traditiones,quas didicistis siue per sermones, siue per
epistolam nostram. Item hoc argumentum:Non † est 19
scriptum in veteri, neque in nouo testamento, ergo
non est iuris diuini:tanquam hæreticum reiicitur per
sanctos Patres. Sanctus Ignatius *in epistola ad Nero-*
nem,Dionysius Areopagita *in cap.vltim.de ecclesiasti-*
ca Hierarchia,Irenæus *in lib.*3.*c.*2. Tertullianus *de coro-*
na militis, Cyprian.*in lib.*2. *epistola* 3. Basilius *in libro*
de spiritu sancto cap. 29. Chrysostomus, & omnes alij,
qui interpretati sunt verba D. Paul. *in dict. cap.* 2. *ad*
Thessalonic.

Non obstat quod D. Paulus cum vidisset se iniquè
tractari à iudicibus, appellauit ad Cæsarem, vt habe-
tur *Actuum capit.*25. quia non valet consequentia, ap-
pellauit ad † Cæsarem; ergo Paulus non erat exem- 20
ptus;sed appellauit ad Cæsarem,qui erat superior Fe-
sto,à quo Paulus grauabatur.Item quia Cæsar erat gẽ-
tilis,& non admittebat ius Christi, ad quem si Paulus
appellasset,Cæsar derisisset;Imo si allegasset ius Chri-
sti, multo magis irritasset impios, qui propterea D.
Paulum persequebantur. Item ex ista appellatione
non arguitur legitima potestas ad Paulum, sed illa
tantum,quam habebat Pilatus † in Christum, de qua 21
in Ioan.*cap.*19.*Non haberes potestatem super me, nisi tibi*
datum esset desuper. Christus enim habebat omnem
potestatem, cui tradita fuerant omnia à patre; ergo
dicta potestas facti erat,non iuris, sed potius illa,quæ
belluis datur in homines,de qua dicitur Lucæ *cap.* 22.
Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Vnde D.
Paul.1.*ad Timoth.cap.*4.dicit: *In prima mea defensione,*
nemo mihi adfuit, sed omnes dereliquerunt me, non illis
imputetur,Dominus mihi astitit,& confortauit me,vt per
me prædicatio impleatur,& audiant omnes gentes, quia
liberatus sum de ore leonis, &c. ergo legitima potestas
non fuit excogitata à D.Paulo.

Denique non obstat locus D. Pauli *ad Roman. cap.*
13.*omnis † anima sublimioribus potestatibus subdita sit.*
cum similibus. Quia ex dictis locis non potest funda- 22
ri laicorum auctoritas,& iurisdictio in ecclesiasticos,
pro vt latissimè scribo, & pluribus modis respondeo
supra *in* 1.*parte.c.*24.*num.*38.*& plur.sequent.& in cap.*
25.*num.*46.*& plur.seq.* quo opus est remittere, ne bis
eadem repetantur.

23 Cum igitur priuilegium fori sit de iure diuino, † infertur, falsam esse distinctionem Couar. quam sequuntur Moderniores nimirum, quod in spiritualibus priuilegium huiusmodi sit de iure diuino; secus est in iudicialibus ciuilibus, & criminalibus, siue cum agitur de ecclesiasticorum bonis, quia tunc dicunt huiusmodi priuilegium esse de iure positiuo.

Primo ista distinctio non est vera, quia supradicta loca sacræ scripturæ à nobis allegata de omnibus singulariter tractant, & ita probarunt sancti Patres, & a-
24 lij à nobis allegati. Item ecclesiasticorum personæ † sunt exemptæ de iure diuino, vt probat præcitati Doctores pro communi, & Innoc. *in c. 2. de maior. & obed.* allegatus à Couar. pro contraria parte, quærit quis exemit clericos à iurisdictione Imperatoris? primo dicit: Papam consentiente Imperatore; deinde subdit, sed hic non plenè eximunt, vnde dicimus, quod exempti sunt à Deo, allegat *d. c. si imperator. distinct. 96.* & ibi glossa super qua fundata est dicta communis o-
25 pinio. Item clerici gaudent † eadem iuris diuini exemptione non solum rerum quas tenent ab Ecclesia, sed etiam respectu bonorum patrimonialium, vt no. *in c. final.* & ibi Abb. *de vit. & honest. cleric.* Archidiac. & alij *in c. 1. de immunit. eccles. lib. 6.* Bart. *in l. vnic. C. de murileg. & in quo loco, lib. 10.* Bald. *in l. placet C. de sacros. eccles.* Afflic. *in constitutione regni, hac edictali col. prima.* Geminian. *in c. 1. §. in cæteris. de cleric. coniugat. lib. 6. & in c. quamquam. de censib. lib. 6.* Anton. de Butr. *in c. 1. de consuetud. vers. quid si consuetud.* & ibi Immol. Alex. *in cons. 68. vol. 2.* Felyn. & Dec. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut.* vbi latè disputant articulum super bonis patrimonialibus clericorum, & hoc diffusius probauit infra *in parte 4. casu 11. num. 25. & casu 66. num. 16. & casu 49. num. 5*

Firmata igitur conclusione, quod hoc priuilegium sit de iure diuino in omnibus, inferuntur multa.

26 Primo infertur summum Pontificem † non posse submittere causas spirituales, neque ecclesiasticorum alicui Principi laico, quam conclusionem firmarunt Cardinal. *in c. perpendimus. de sent. excom.* Grammatic. *in decis. 29. nu. 11.* qui dicit, & si Papa hoc faceret, tamen iudex secularis minimè potest de clericis se intromittere: idem dicit *in decis. 61. num. 10.* Roman. *in d. singul. 419.* & ibi addentes plurimos cumulant, Felyn. & cæteri *in d. c. 2. de maior. & obed.* Et ratio est, quia hoc pri-
27 uilegium † est de iure diuino morali, non ceremonia-
28 li, contra quod Papa † non dispensat, vt est casus *in c. sunt quidam. & ibi probat* Archidiac. 25. q. 1. Andr. Barbat. *in c. 2. de maior. & obed.* Arnald. Albertin. in repetitione *cap. quoniam. q. 11. nu. 99. de hæreti.* Vasquius *de success. creatione §. 22. limitatione 17. nu. 58. in fine.* & diffusè probat Couar. *in 4. libro decretal. de sponsalib. in 2. part. relection. c. 6. §. 9. fol. 187.*

Et licet Papa dispenset in omnibus, etiam in iure diuino, & ego probaui *in 4. parte, casu 93.* tamen dis-
29 pensare † non potest in iis, quæ sunt contra statum vniuersalis ecclesiæ, *c. literas & ibi gl. in ver. non potest. de restit. spoliat.* Ias. *in l. est receptum. n. 3.* Ioan. Oroscius *nu. 12. ff. de iurisdict. om. iudi.* Sed totus status vniuersalis ecclesiæ turbaretur, si omnia ecclesiastica, & spiritualia submitterentur cognitioni alicuius Principis secularis. Nam tota Respublica Christiana, & omnes Principes laici consentiunt in hanc libertatem, atque ecclesiasticorum diuini iuris immunitatem; ergo non posset Papa Principi concedere in omnium præiudicium, quantumuis causa apparens allegaretur. Qua ratione etiam defendentes hoc priuilegium fori esse de iure positiuo, defendunt Papam † non posse submittere 30
omnia negotia spiritualia, & ecclesiastica vni Principi laico, Couar. pro aduersa parte allegatus *in lib. practi. quæst. cap. 31. num. 4.* præsertim, quia talis abrogatio esset maximè iniuriosa ordini, & statui clericali, & sacerdotali, nimisque ministeria diuina perturbaret, funditusque euertens sacrosanctam illam sacerdotum, & ministrorum Dei maiestatem à tot Cæsaribus, Regibus & Principibus pluribus priuilegiis ab initio militantis ecclesiæ hactenus communitam, & ornatam, & latè probat Cardin. Iacobat. *in tractat. de conciliis li. 10. artic. 6. col. 2.*

Limitatur hæc illatio quod Papa † potest submit- 31
tere laicis aliquam causam particularem clericorum, prout ex Communi opinione tenet Ias. *in rubric. ff. de offi. eius, &c. & in d. l. est receptum col. 2. ff. de iurisdict. omn. iud.* Felyn. *in cap. 2. de maior. & obed.* & ibi Barbat. Cardinal. *in d. c. perpendimus.* Archidiac. *in d. c. sunt quidam 25. quæst. 1.* Potest etiam delegare † causas aliquo- 32
rum clericorum laicis, *c. præter, distinct. 32.* vbi commisit causam clericorum simoniacorum Ducibus, dando eisdem potestatem deponendi. *c. Mennam 2. quæst. 5.* vbi in subscriptione apparet cõmisisse causam clericorum Reginæ Franciæ, quo casu isti iudices delegati, iudicabunt causam non ex propria, sed ex auctoritate † delegantis, *c. officium distinct. 32.* Item Papa po- 33
test dare potestatem vni laico conferendi beneficia, gl. *in fin. c. imperium. distinct. 10. & in c. in summa 15. qu. 7.* Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de legato. §. nunc tractemus. vers. sed nunquid delegatus,* Canonistæ omnes *in c. 2. de præbend. lib. 6.*

Sed non posset hoc concedere per viam † ordina- 34
riæ iurisdictionis laicis, licet esset in aliquo loco particulari, quia hoc respicit vniuersale ecclesiæ præiudicium, gloss. *in c. si Papa. distinct. 40.* quam dicit singularem Abb. *in c. significasti. nu. 4. de elect. & in c. cum venissent. de iud. & in c. proposuit. de conces. præben.* Barbat. *in clem. 2. de elect.* Dec. *in consi. 151.* Felyn. *in d. c. 2. de maior. & obed.* omnes Canonistæ *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ;* Quare Papa non potest conferre iurisdictionem ordinariam ecclesiasticorum, sed delegatam in aliquibus bene potest conferre.

Secundo infertur quod hæc ordinaria † iurisdictio 35
non potest consuetudine præscribi, cum sit contra ius diuinum, & nullo tempore firmari potest, *c. final. & ibi* Curt. *de consuetud.* Ioan. Andr. & Geminian. *in c. 2. de præbend. lib. 6.* Innoc. *in c. postulasti. de foro compet.* cum aliis per Rebuff. *in d. titul. de protectione concordatorum in fine,* de quo latius scribo *in quarta parte casu 64.* & hanc opinionem tenet Rota *in decis. 10. de consuetud. in antiq. & 2. in antiquioribus eiusdem tituli.* Quod intelligo de præscriptione vniuersalis † iurisdictionis, & 36
hanc vniuersalem intelligo de ordinaria, etiam si essemus in loco particulari, quantumcunque minimo, fallit in iurisdictione delegata, quia, vt probat supra, ea sunt præscriptibilia, quæ aliquo iusto titulo concedi possunt.

Tertio infertur clericos † non posse se submittere 37
iurisdictioni laicorum, quia laici circa eos considerantur vt priuati, in quos non potest fieri prorogatio iurisdictionis, *ar. l. sed si manente. ff. de precar.* & dicit Ias. *in d. l. est receptum, n. 6. ff. de iurisd. om. iud.* & ibi etiam, quod † superior non potest prorogare iurisdictio- 38
nem inferioris, *c. cum inferior. c. solitæ. de maior. & obe.* quia naturaliter inferior exhibet honorem superiori *l. 1. §. sicut & ibi gloss. ff. de aqua pluu. arc.* gloss. *in summa distinct. 93. l. 2. ff. de alienat. iudic. mut. caus. fact.* Et clerici sunt † maiores laicis etiam Principibus, *c. 1. in fine.* 39
distinct.

dist.27.& c.quis dubitet.dist.96.& c.duo sunt,12.q.2. Itē quia committere se inimicis est contra rationem naturalem, sed laicis communiter sunt infesti clerici, *cap. laicos,2.q.7.c.clericos.de immun.eccles.li.6.* ergo prorogatio fieri non potest, ita dicit tex. *in c.quo iure.dist.8.*

40 Et quod clerici † non possint prorogare iurisdictionem iudicis secularis etiam de expresso consensu Episcopi, *c.significasti.c.si diligenti.de foro comp.* & hāc sententiam firmarunt Bald. *in l.1.circa fin. C.de indict.viduit.toll.* Steph. Aufrer. *in repetit.clem.1.n.86.de offi.ordin.* Foll. *in tract.de contract.censuar.§.nunquid.n.2.* Capell. Tholosan. *dec.121.* Gramm. *in d.dec.29.& d.decis. 61.n.16.* Surd. *dec.26.n.4.* Rimin.iun. *in cons.6.9.n.35.& seq.* Alex. *in cons.8.vol.1.& in d.cons.149.vol.6.* etiam si cum iuramento renunciasset, Bart. *in l.si quis pro eo.ff. de fideiuss.* Vasquius *in d.lim.17.n.65.in fi.* etiāsi testator

41 expresse mandauerit, † vt clericus, quem heredem instituit, coram iudice seculari conueniri possit, quia nō potest iubere hāc fori renuntiationem, Vasquius *in d. limit.17.n.66.* Guttieres *in d.l.nemo potest.n.105.& ibi* Ripa *n.18.de leg.1.* Bald. *in l.2.n.4. C.vt in possess.legat.*

Et dicit Andreas de Isernia *in Constitutione Regni incip. De personis.* fuisse conuentum inter Romanam

42 ecclesiam, & Regem regni in inuestitura, quod Rex † nullam in aliquo casu habeat iurisdictionem in clericos, nisi ratione feudi. Item de conuentione prædicta testatur *capitulum regni incip.item statuimus.* quod clerici, in rubrica de non trahendis clericis ad iudicium seculare, nisi pro bonis feudalibus, quod capitulū fuit cōditum à Carolo Principe Salerni primogenito Regis, & ipse attestatur de præfata conuentione, de quibus per Grammaticum *in decis.61.n.17.* qui allegatur à nobis ad ostendendum etiam in vltimis temporibus fuisse obseruatum.

43 Nec possumus dicere dictam fori † renuntiationem valere saltem in casibus mixti fori ad præueniendum iurisdictionem iudicis secularis; quia hæc procedunt in iis quæ de iure positiuo sunt inducta ad fauorem ipsorum, *l.si quis in conscribendo C.de episcop.& cleric. & l.ead.C.de pact.* Sed forum clericorum est de iure diui-

44 no ab initio: & si in feudalibus † sunt habilitati laici ad cognoscendum in clericos: ergo in cæteris nō possunt fori priuilegio clerici renunciare: Item quia forū clericorum fuit inductum ad fauorem ipsorum propter vtilitatem publicam in odium laicorum, qui oppido sunt infesti clericis, ideo non potest fieri dicta fori renunciatio, vt probat gl. *in d.c.si diligenti, in vers. pacto priuatorum.de foro compet.*

45 Credo tamen, quod istorum fori renunciatio † procedat in feudalibus, quia ista iurisdictionis prorogatio non fit à clerico, sed à lege, quia laicus est iudex competens contra clericum in causa proprietatis feudi, gl. *in summa 11.q.1.* Inno. *in c.verum,n.1.de foro compet.* Felyn. *in c.cæterum.nu.3.& ibi* Dec. *probat esse communem opinionem.de iud.* Clarus *in §.feudū.q.90.vers. sed quid si vasalli.* & probatur *in c.ex transmissa, de foro compet.* & scripsi infra *in parte 4.casu 16.*

Vnde dicimus, quod clericus non potest iurisdictio-

46 nem, † quam episcopus habet in eum prorogare in alium episcopum, vt notat Anton. de Butr. *in d.c.cæterum.vers.quæro an in casibus.* & hoc est verum paciscēdo, sed in contrahendo in loco, suo episcopo nō sub-

47 iecto, sortitur forum iudicis ecclesiastici † illius loci, quia ista prorogatio iurisdictionis fit à lege, licet per factum hominis contrahentis, vt *in d.c.dilecti.de foro compet.* & ibi notat Inno. Io. Andr. & Anton. de Curt. Milus *in repertor.in ver.clericus nō potest iurisdictionē.* Iaso. *in l.qui certo loco.ff.de condict.indebit.* Ita renunciatio fori ecclesiastici in feudalibus laicorum fauore valere debet, quia ius canonicum habilitauit laicum ad istam particularem iurisdictionem ratione feudi quòd habet ab eo, in cæteris vero non: sicut Baro † 48 potest præcipere suis vasallis sub debito fidelitatis, quod in præiudicium suæ iurisdictionis non gant alibi, quam in suo tribunali, vt firmat Cardin. Alex. *in c.1. §.præterea.col.3. de probib.feud. alienat.per Federic.* Frecc. *in lib.2.de subfeud.auctorit.10.* Paris de Synd. *in tit.de excessibus Baronum, in ver.an Baro.* Marian. *in d. c.ex transmissa in §.princip.art.de foro compet.* Ita ab Episcopis † potuit fieri præceptum clericis vt non pro- 49 rogent iurisdictionem alterius sub pœna excommunicationis, & ideo si conuenti coram iudice laico non opponent fori declinatoriam, † incurrunt excommu- 50 nicationem, vt per Grammatic. *in cons.1.nu.34.* sequitur Phanucc. *de inuentar.parte 3.num.23.* tanto magis si renuntiauerit foro, & punitur pœna arbitraria, Host. *in tit.de renūtiat.§.2.num.2.vers.ego dico.* Bertachin. *in tract.de episcop.2.part. li.4. vers.49.* Gramm. *in d.dec. 61.nu.18.*

Nec est verum quod dicit Caccheran. *in decis.180.* quod clerici † grauati ab ecclesiastico habent recursum ad iudicem laicum: quia textus est in contrarium *in c.qualiter, & quando. de iud.* & exempla adducta in illa decis. procedunt de facto, quia Principes seculi debent defendere Ecclesiam, & ecclesiasticas personas, ne violentiam patiantur; secus est de iure, quia huiusmodi forum est de iure diuino; ergo Principes non possunt hanc defensionem trahere ad potestatem suæ iurisdictionis.

CAPVT VII.

Crimen vsurarum quando sit mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Iudex secularis non cognoscit de crimine vsurarum iuxta com.opin.*
2 *Vsurarij non possunt inquiri à iudice laico.*
3 *Iudex ecclesiasticus inhibet laico ne procedat super exceptione vsurarum.*
4 *Vsuræ an de iure ciuili sint permissæ.*
5 *Vsuræ de iure ciuili sunt prohibitæ iuxta communem opinionem.*
6 *Vsuræ prohibitæ fuerunt in concilio Nicæno.*
7 *Vsuræ omni iure sunt prohibitæ.*
8 *Vsurarum crimen est mixti fori.*
9 *Vsura est crimen ecclesiasticum non sui natura, sed per accidens.*
10 *Vsurarum crimen est mixti fori quando à Principibus sunt prohibitæ.*
11 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de substantia contractus an sit vsurarius.*
12 *Iudex laicus supersedet in causa quousque per ecclesiasticum fuerit diffinita receptio ecclesiastica.*
13 *Vsurarum declaratio an sit facienda per Theologos, vel Canonistas.*
14 *Theologi debent declarare materias, quæ respiciunt ius diuinum.*
15 *Canonistæ interpretantur ius diuinum quando tendit ad moralitatem.*
16 *Cambia sicca quando, & à quo fuerint probibita.*
17 *Contractus de iure ciuili non præsumitur vsurarius.*
18 *Contractus solitus non præsumitur vsurarius.*

19 *Vsu-*

vide Barbosam in ... 1. art. 3 n 227

19 *Vsurarum excusatio an fiat à dubio iuris.*
20 c.nauiganti.de vsuris, *declaratur.*
21 *Lex declaratur ex subsequentibus verbis.*
22 *Simonia non inducitur ex spe lucri consuetudinarij.*
23 *Contractus in dubio quare præsumitur vsurarius de iure canonico.*
24 *In dubio capienda est ea pars, quæ fauet animæ.*
25 *Vsurarum casus qui poßint præueniri per iudicem laicum.*
26 *Princeps laicus potest prohibere contractus, qui verè à Doctoribus æstimatur vsurarius.*
27 *Vsura est, si in contractu pecuniæ fiat taxatio lucri cessantis ab initio.*
28 *Interesse lucri cessantis vniformiter taxatum non potest per debitorem promitti in contractum.*
29 *Opinio quæ fauet animæ est amplectenda.*
30 *Interesse lucri cessantis potest recipi, sed non potest deduci in pactum.*
31 *Contractus in quo fit taxatio interesse ab initio est vsurarius.*
32 *Interesse lucri cessantis debetur solum solito negotiari.*
33 *Confeßio partium non sufficit in prohibitis, nisi probetur.*
34 *Causa ciuilis vsurarum non præiudicat causæ criminali prius intentatæ.*
35 *Causa ciuilis in quibus casibus præiudicet criminali.*
36 *Causa criminalis suspendit ciuilem.*
37 *Causa criminalis est exclusiua petitionis ciuilis.*
38 l.fin.c.de ordin.cognition. *intelligentia.*
39 *Causa criminalis præfertur ciuili, quando nomen accusati est receptum inter reos.*
40 l.satis apertè.c.de falsis.*declaratur.*

HIs generaliter cognitis, sequitur videre de singulis criminibus, assertis de mixto foro, & primò de crimine vsurarum, deinde gradatim de aliis, prætermisso omni ordine præter eum, qui sese obtulerit.

1 Quæritur igitur; An iudex † secularis possit de crimine vsurarum cognoscere? Communis opinio est pro negatiua, quia recensetur inter crimina merè ecclesiastica, gl.*in summa* 11.*q.*1.gloss.*in c.*1.*de offic.ordinar.& in clement.dispendiosam.de iudic.* gloss.& omnes *in c.cùm sit generale.de foro compet.* Bald.*in l.quoties.col.*1.*ver.tu dic.C.de iudic.& in cons.*443.*in fin.vol.*3.Lapus *allegat.* 56.*& alleg.*70. Alex.*consi.*29.*nu.*6.*vol.*4. Dec.*in consil.* 170. Ias.*in cons.*153.*vol.*4. qui dicit esse communem opinionem, Alberic.*in rubr.C.de vsur.nu.*3.alios refert Couarr.*in li.*3.*var.resolut.c.*3.*in princip.*gloss.*in c.ex literis.de iureiur.* dicit causam vsurariam esse merè spiritualem, & ideo eius cognitionem ad ecclesiasticum tantum iudicem pertinere, Paul.de Leazar. *in clem.ex grandi.de vsur.* Bart.*in l.Titia.nu.*7.*ff.solut.matrimon.* Calderin.*in consi.*236.*in fine, inter consil. Ancharan.* Federic.de Sen.*in cons.*96.*& cons.*215.*& cons.*300. Franc. *in c.*1.*de vsur.li.*6. Andr. *in c.*1.*§.contrahentium incestas nuptias.quæ sint regal.* Corn. *in cons.*227.*viso processu.vol.*3.Laurent.de Rodulff.*in tract.de vsur.q.*114. Ioan. de Arnono *in problemate* 13.Foller.*in practi.canon.parte* 2.*c.*20.*n.*2.

2 Ergo criminaliter vsurarij † non possunt inquiri à iudice laico, Bald.*in l.improbum.vers.credo glossam verum dicere.C.ex quib.caus.infam.irrog.*dicens id non reperiri iure cautum, sequitur Saly.*num.*3.*vers.sed contra glossam.*& est de mente Ioan.Andr.*in c.peccatum.col.*8.*& *9.*de reg.iur.lib.*6. Bertrand.*in consil.*215.*vol.*2. Item Bald. *in tit.de controuers.inuestit. §.similiter.nu.*1.*vers. item de reatu vsurariorum.* quem refert, & sequitur Dec.*in con.*170.Rolan.*in cons.*75.*nu.*13.*& nu.* 28. dicit esse com.opin.& respondet ad contraria.

Et retenta hac opinione infertur, quod iudici laico † potest ab ecclesiastico inhiberi, ne ad vlteriora 3
procedat super exceptione vsurarum contra se opposita, donec exceptio vsurarum sit ab ecclesiastico definita, Ambros.de Vignate *in c.salubriter.num.*125.*de vsur.*Bald.*in l.consulta diualia.C.de testam.* Immol.*in c.cum in iure.de offi.deleg.*Vnde Cepoll. *in consi.*18.*ciuil.* concludit, debitorem captum à iudice seculari liberandum esse à carceribus, si per iudicem ecclesiasticũ fuerit pronuntiatum illud debitum fuisse inductum ex causa vsuraria.

Tota supradicta opinio hac sola fundatur ratione; quia vsuræ de iure ciuili non sunt prohibitæ, sed permissæ, † saltem ea permisione, quæ pœnam nõ com- 4
minatur, aut infligat, vt *in titulis ff. & C.de vsur.* præsertim *in l.eos.C.de vsur.*Bart.*in l.*1. *num.*6. *& ibi* Iaso, *num.*48.*C.de summa trinit.*Ioan.Andr.*in d.regula, peccatum.* Abb.*in d.c.cum sit generale, nu.*18.*vers.concludo ergo.de foro compet.*Bald.*in rubri.C.de vsur.* vnde quod fit lege permittente pœnam non meretur. *l.fi.ff.quod quisque iur.l.Gracchus.C.de adulter.*

Sed ista ratio vera non est, quia vsuræ sunt † prohi- 5
bitæ de iure ciuili, & id probatur per omnes ciuilistas communiter, per text.*in auth. de ecclesiasticis titulis. in prin.* Vbi Imperator mandat, disposita in quatuor conciliis vicem legis obtinere, & sicut leges obseruari; sed in Concilio Nicæno † prohibentur vsuræ; *cap.* 6
*quoniam.distinct.*47. ergo à Iustiniano Cæsare prohibitæ sunt, quo argumento vtitur Salyc. *in auth. adhæc. nu.*3.*&* 5.*C.de vsur.*& ibi gl.idem tenet Abb.*in d.cap. cum sit generale.nu.*18.*vers.primo tenendo.* & Couar.*in lib.*3.*var.resolut.c.*1.*num.*5 *&* 6. vbi multis rationibus probat vsuras † esse omni iure, etiam ciuili prohibi- 7
tas, quod firmat Ruyn.*in consi.*145. *num.*9.*vol.*4. & latè probat Marquardus *in tract.de Iudæis c.*11. *num.*1.*&* 2.Summa Angelica *in ver.vsura §.*2.*num.*1. Ambros. de Vignat.*in d.c.salubriter.de vsuris.num.*28, 30. *&* 33. *&* 34. vbi tenet vsuras esse prohibitas de iure authenticorum, per *l.*1.*C.de summa trinit.*& per *auth.de ecclesia.tit.§.*1.Soc.*in cons.*2.*col.*2.*vers.quia hodie vsura.vol.* 1. cum aliis congestis per Caccheranum *in dec. Pedemontana* 137.*nu.*9.

Propterea asserendum est hoc crimen † esse mixti 8
fori, quia ab vtroque iure prohibitum est, ex his quæ conclusimus supra *ead.part. c.*1. & ita esse magis communem opinionem, testatur Syntagma comm. opin. *in lib.*1.*loco* 1.*cap.*4.& probat Archidiacon.*in cap.quid dicam.*14.*qu.*4. Calderin. inter consilia Ancarani *in d. cons.*236.post Ioan.Monach.*in d.c.*1.*de vsur.lib.*6.& ibi Ioan.Andr.*in col.*2.Cardinal. *in c.in ciuitate. col.final.* dicens vsuram † esse crimen ecclesiasticum non sui 9
natura, sed per accidens, Abb.*in d.c.cum sit generale, n.* 8.Salyc.*in d.l.eos.num.*8.*C.de vsur.*post alios quos referunt Couar.*in lib.*3.*variarum resolut.c.*3.*col.*2. *& col.* 4.Farinac.*in tract.de Inquisit.part.*1.*q.*8. *num.*134. *vers. secundam, & contrariam opinionem.* Clarus *in §.vsura, vers.ex hoc infertur.& in vers.hoc crimin.*Francis.Marc. *in decis.*535.*part.*1.

Quorum opinio certior † videtur, si ab ipsis Prin- 10
cipibus sub diuersa pœna fuissent prohibitæ, Andr. *in titulo, quæ sint regalia, in d.§.contrahentium incestas nuptias.col.*2.*vers.ex his patet iudicium vsurarum.* Natta *in cons.*369.*nu.*8.*& seq.*Caccheran.*in d.decis.*137.*nu.*12. vbi alios refert, Farinac.*in d.quæst.*8.*num.*140.quia ratio, qua asseritur, vsurarum crimen non posse à laico iudi-

iudice cognosci, ex quo iure ciuili non est prohibitum, cessat cum per ipsos Principes, & locorum statuta fuisset vetitum.

Sed ista quæstio melius declaratur in practica ex resolutione quatuor articulorum.

11 Primus articulus est, si dubitatur † de substantia contractus an sit, vel non sit vsurarius, tunc debet per iudicem ecclesiasticum diffiniri, & si coram laico fuerit exceptio opposita ad ecclesiasticum remittenda est

12 pro determinatione, & interim iudex laicus † supersedere debet in causa, Io. de Lignan. *in c. tuam. de ord. cogn.* Immol. *in clem. dispendiosa. de iud.* Ambr. de Vign. *in c. salubriter. n. 123. de vsur.* qui dicit hanc esse comm. opinionem, & ab ea non esse recedendum in iudicando. Couar. *in li. 3. var. resol. c. 3. col. 1. & 2.* attestatur etiam hanc esse comm. opin. Decian. *in tract. crimin. tom. 1. tit. 26. n. 3. in prin.* & post multos alios, quos allegant, ita fuit sæpius decisum, Franch. *in dec. Neapol. 189. n. 11.* Francisc. Marc. *in dec. Delphinali. 535. part. 1.* Anton. Gama *in decis. Lusitaniæ 194.*

13 Secundus articulus est, quando articulus † vsurarius diffiniendus est per ecclesiasticum, ad quem pertineat declaratio, ad Theologos, vel Canonistas: Nã D. Anto. *in tract. de vsuris. §. 4.* ex auctoritate D. Tho. in suis quolibetis, dicit, quod declarationes materiarum, quę respiciunt ius diuinum, magis spectat ad Theologos,

14 & † in hoc Canonistæ debent ad illos recurrere, & quia vsura est contra ius diuinum, ideo magis hoc pertinet ad Theologos. Item ad bonitatem fidei pertinet non solum credere, sed etiam operari secundum illam, si ergo ad Theologos spectat interpretari ius diuinum in his quæ sunt fidei, & vsura est contra opera fidei; ergo hoc negotium spectat ad Theologos.

Contrariam sentẽtiam insecutus est Ancar. in quadã sua disputatione specialiter de hoc articulo, nimirum quod ipsa declaratio omnino spectet ad Canoni-

15 stas: Nam & interpretatio † iuris naturalis, & diuini, quatenus tendit ad moralitatem, & dirigit actus nostros naturales in Deum pertinet ad Canonistas, sed quatenus ius diuinum pertinet ad spiritualitatem, & tuitionem fidei contra infideles, pertinet ad Thelogos; ergo magis ad Canonistas pertinet declaratio dubiorum de vsuris. Vnde Pius V. Pontifex felicis re-

16 cordationis, damnauit cambia † sicca, in quibus totus mundus erat immersus, atque vsuraria declarauit, de cuius constitutionis interpretatione, & de causa ipsam condẽdi habetur per Nauar. *in 2. tom. super 7. præcepto decalogi, nu. 300. & plur. seq.* & pro hac resolutione faciunt omnes supracitati Doctores asserẽtes articulum istum remittendum esse ad iudicem ecclesiasticum, qui iudicialiter procedere debet, audita parte, quæ cognitio non pertinet ad Theologos.

17 Ratio vtriusque articuli est, quia ad † ecclesiasticum spectat iudicare an cõtractus sit vsurarius in foro cõscientiæ, siquidẽ contractus in dubio de iure ciuili nõ pręsumitur vsurarius, Bald. *in l. rogasti. propè finem ff. si cert. pet. & ibi Ias. nu. 5. arg. l. si ea, & ibi Bald. C. de vsur.* Dec. *in consi. 167. col. 2. vers. si d prædictis.* Tiraquell. qui ad hoc allegat quotas, *in tract. de retract. in 2. li. ad finẽ. n. 127. & seq.* & probat gl. *in c. nauiganti. in ver. dubitatur. de vsur.* vbi dicit istam interpretationem in re dubia magis esse amplectendam, cum sit in mitiorem partem, Soc. iun. *in cons. 83. n. 6. vol. 2.* Nec præsumitur vsurarius ex qualitate personarum, præsertim si contractus sit solitus, Bald. *in l. 1. q. 3. vers. hoc facit. C. de his quæ pœnæ nomi. & in c. 1. in fi. si de feu. vasall. fuer. interpell.* Item omnia licent, quæ non sunt prohibita. gl. *in l. si conuenerit. ff. de pign. act. & in l. nec nõ §. 2. ff. ex quib. caus. maior. & in l. Labeo ff. de solut.* † & propterea cõ- 18
tractus omnes sunt liciti, si fiant secundum consuetudinem regionis, vt in terminis dicit Gughelm. Bort. *in tractatu de vsur. quolibeto n. 2.* allegat Abb. *in c. conquestus n. 8. vers. nonus est ratione dubij.* quia certius & minus est quod à multis seruatur, & integrum est cõsilium, quod multorum opinionibus comprobatur, vt in materia contractuum dicit Felix Malleolus, *in tractatu de emptione, & vendit. n. 8.*

Pro quo facit quia dubiũ respectu temporis excusat ab vsuris, † *c. nauiganti. in fine de vsur.* Nec obstare vi- 19
detur principium † illius textus, quia non erat aliter 20
mutuaturus, nisi propter illud lucrum, & sic lucrum illud fuit principale mouens ad mutuum, non autem charitas, vel amicitia. Itaq; lucrum recipitur effectualiter pro mutuo, non autem pro periculo, & opera mutuantis, nisi propter illud lucrũ, & sic lucrum illud fuit principale mouens ad mutuum, non autem charitas, vel amicitia, vnde lucrũ ibi recipitur effectualiter pro mutuo, non autem pro periculo, vel opera mutuantis, & ibi indubitanter est vsura. Item illud dubiũ non erat verisimile, quia fortè erat modica distantia, & per mare valdè securum, & serenũ, & quod ita debet intelligi, probatur, quia sequentia † declarant præ- 21
cedentia, *l. si seruus plurium. §. 1. de leg. 1.* & quia in dictis duobus vltimis responsis loquitur de emptione, & venditione facta in casu dubij probabilis; ergo principiũ illius decretalis ita debet intelligi; vel fortè periculum illud non fuit mẽsuratum iusto pretio, sed nimis magno, aut illud periculũ fuit expressum in fraudem vsurarum: aliter non videtur assignari posse aliqua ratio, quare dubium in tempore excusaret magis in vno, quam in altero, ergo quandocunq; in emptione, & venditione interuenit aliquod probabile dubiũ contractus nõ est vsurarius, & dicitur probabile, quod à multis fit, & facit, quia spes lucri † consuetudinarij 22
non inducit simoniam, *c. ad apostolic. de simonia.*

Secus est de iure canonico: Nam in dubio contractus † pręsumitur vsurarius, cum ista pars sit benignior 23
& tutior pro anima, Ab. *in d. c. nauiganti. n. 9.* Felyn. *in c. in præsentia nu. 18. de prob.* Alciat. *de præsump. reg. 3. in prin.* Gemin. *in cons. 16. col. 3. vers. præterea.* Natta *in cõs. 198. n. 21.* Mascard. *de probat. conclus. 438. n. 6.* Men. *præsump. 122.* & vbi dubitatur an contractus in se contineat peccatum, vel non, debemus potius abstinere à peccato, & à tali contractu, quia in dubio † debemus 24
capere partem magis tutam animæ, etiam si illa pars videretur durior respectu corporis, Abb. *in c. in ciuitate. n. 4. de vsur.* & vide Felyn. *in c. auditis. de præscrip.* quare ad ecclesiasticum iudicem super hoc declarando est recurrendum, & ad eum remittendum.

Tertius articulus est, omnes illi casus vsurarum, qui sunt specialiter prohibiti, sub pœna per Principẽ laicum † possunt per præuentionem sui iudicis ab eodẽ 25
cognosci, & puniri: nam cum probatũ sit hoc crimen esse mixti fori, ergo iurisdictio super eo, originaliter inest penes laicum, vnde si postea sub aliqua pœna certi casus fuissent prohibiti, & ipse laicus fuisset præuentus, ipse idem declarabit incidisse in legis prohibitionem atque pœnam exequetur.

Declaratur articulus, vt procedat, quãdo † Princeps 26
laicus fecerit legẽ pœnalẽ prohibentẽ cõtractum, qui verè à Doctorib. ęstimatur vsurari⁹: Puta si dixerit, qui cunq; mutuauerit pecuniã, aut alterũ contractũ fecerit qui ad mutuũ reduci posśit, cũ interesse lucri cessãtis, & certę taxatę quãtitatis ab initio, incidat in talẽ pœ. Nã hic cõtract⁹ verè est vsurarius, quo casu q̃stio facti solũ corã eo cognoscẽda est, ad finẽ irrogandæ pœnæ.

Quod

27 Quod autem hic contractus † sit vsurarius firma-
runt Bald. *in l. rogasti. §. si tibi. col. 2. versi. quod ergo. ff. si
cert. pet. & ibi* Purpurat. *nu.* 9. Alex. *in cons.* 27. *n.* 11. *vol.*
4. *& ibi Addentes.* Dec. *in cons.* 39. *nu.* 5. *& cons.* 116. *n.* 6.
& cons. 322. *in* 2. *dub. in fine.* Crauett. *in cons* 87. *n.* 5. *in fi-
ne, & cons.* 189. *nu.* 8. Rubeus Alex. *in cons.* 20. *num.* 4. *&
consi.* 65. *nu.* 4. & hanc esse comm. opin. probat Plotus
in l. si quando nu. 453. *c. vnde vi.* & Rebuff. *in l. vni. gloss.
vltim. à num.* 43. *ad finem. C. de sent. quæ pro eo, quod in-
terest.*

Et licet Couarr. *in lib.* 3. *var. resolut. cap.* 4. *num.* 5. co-
netur probare contrarium, & Caccheran. *in dec. Pede-
mont,* 143. *col. final.* qui multos allegant: Tamen quod
28 nō possit† hoc interesse lucri cessantis per debitorem
promitti in contractu, firmarunt Ioan. Bapt. Lupus *in
tract. de vsur. §.* 6. *nume.* 21. & respondet ad allegata per
Couarr. procedere in interesse damni emergentis, de
quo loquuntur omnes Doct. allegati per Couar. &
probat talem opinionē esse falsam, & quod dicta con-
uentio sapiat vsurariam prauitatem: Hanc etiam opi-
nionem latè disputando probat Ambr. de Vignatt. *in
d. c. salubriter n.* 49. *vsque ad* 52. *de vsur.* qui respondet
etiam omnibus rationibus contrariis, Felyn. *in c. cum
venerabilis, num.* 9. *de exceptionib. & ibi Addentes.*

Et quod hæc opinio sit tutior in foro conscientiæ,
29 & opinio, † quæ fauet animæ sit amplectenda, probat
Laurent. de Rodulph. *in tract. de vsur. qu.* 33. *nu.* 36. qui
se remittit ad dicta per eum ibidem *in qu.* 18.

Quam opinionem, tanquam tutiorem pro anima,
sequuntur Theologi, D. Thom. *in* 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. *in re-
sponsione ad* 5. *arg.* Soto *de iust. & iur. lib.* 6. *qu.* 6. *art.* 2. *in
fine.* quando enim ex pecunia percipiuntur fructus vel
interesse, hic contractus non potest redire ad alium
quàm ad contractum mutui, & propterea dicitur vsu-
rarius, Ioan. de Capistrano *in tract. de vsur. n.* 47. & se-
cundum hanc opinionem Rota Romana iudicauit, vt
in dec. 67. *parte* 1. *diuers. & dec.* 315. *parte* 2. *diuers.*

Neque obstant allegata per Nauar. *in Commentario
de vsuris in* 15. *notab. num.* 42. *ad finem.* vbi per 12. ratio-
30 nes probat posse recipi interesse † lucri cessantis, sicut
damni emergentis: Quia hoc non negatur, sed dici-
mus, quod non potest deduci in pactum, & conuen-
tionem ab initio, & quod talis promissio faciat vsurā,
& ita loquuntur omnes Doctores à nobis allegati, &
hanc opinionem sequitur Rota *in dec.* 192. *parte* 1. *di-
31 uers.* vbi quod contractus † in quo sit taxatio interesse
ab initio est vsurarius, & illa dicitur facta in fraudem
vsurarum, & ita est contractus illicitus: tanto magis,
quia non semper debetur hoc interesse lucri cessan-
32 tis, † nisi in solito negotiari, qui debet probare, quod
habebat merces promptas, & paratas ad emendum, &
propter defectum pecuniarum non potuit illas eme-
re, vel alio modo celsitudo lucri probatur, Put. *dec.*
237. *lib.* 1. ideo non debetur, nisi verè probetur, Put. i-
bi. Afflict. *decis.* 20. ergo taxatio ab initio facit vsu-
ram, Rota Genuę *decis.* 37. *nu.* 11. Riminald. iun. *in cons.*
52. *nu.* 37. *vsque ad* 57.

Et hæc conclusio procedit, etiam si debitor in illo
ipso contractu confessus fuisset, quod si creditor ha-
buisset pecuniam præ manibus, illam conuertisset in
emptionem annuorum introituum: quia vbi aliquid
requiritur ad essentiam actus, non sufficit assertio par-
33 tiū, vt † in his terminis probat Natta *in cons.* 490. præ-
sertim *n.* 7. quem sequitur Riminald. iun. *in d. cons.* 52.
n. 34. *in fine.* Crauet. *in cons.* 175. *n.* 2. *in fine,* contrahentes
enim semper sic assererent, & in prohibitis, & illici-
tis, non statur dicto contrahentium, asserētium casum
esse licitum, ad tradita per Dec. *in consi.* 432. *col.* 1.

Quartus articulus est, cum quis egerit prius crimi-
naliter de vsuris, coram iudice habente vtramque iu-
risdictionem, puta Romæ, coram Auditore Cameræ,
non potest eius iurisdictio præuenta impediri per iu-
dicem in spiritualibus tātum, sub prætextu quod cau-
sa † ciuilis vsurarum, id est, an contractus sit vsurarius, 34
præiudicet causæ criminali prius intentatæ: Siquidem
non reperitur iure cautum quod causa † ciuilis præiu- 35
dicet criminali nisi vel ratione status personæ, quan-
do opponitur exceptio seruitutis coram eodem iudi-
ce, de qua prius cognoscitur, vt *l. præses, C. de plagiariis
l. quoniam, C. de adulter. l. si quis libertatem, C. de petit.
hæredit.* & non est hic casus, vel quando eadem perso-
na intentauit prius iudicium ciuile coram vno iudice,
deinde velit agere criminaliter coram alio iudice, vt
in casu *l. interdum. de publ. iud.* & quod illa lex intelli-
gatur, quādo vna met persona velit intentare vtrum-
que iudicium coram diuersis iudicibus, dicit Bart. ibi
in prin. post gl. & hunc esse communem intellectum
ad illam legem attestatur Alex. *in l. reum criminis col.*
2. *ff. de procur.* & de hoc est decisio Putei. 275. *lib.* 1. Ne-
que potest applicari huius causæ præiudicium huic ar-
ticulo, de quo agimus.

Sed quando vnus prius intentauit iudicium crimi-
nale vsurarum coram iudice competente, & creditor
velit agere ciuiliter corā altero iudice, puta spirituali
qui potest cognoscere an contractus sit vsurarius, tūc
non potest iurisdictio criminalis præuenta impediri,
quia Regula est, *quod iudicium criminale † suspendit ci-* 36
uile, de qua *in l. per minorem ff. de iud.* cum aliis ad hoc
allegatis per Ancar. *in cons.* 62. Afflict. *dec.* 103. Gram.
dec. 60. *nu.* 23. Capyc. *dec.* 25. Item Regula est, *quod iudi-
cium criminale † est exclusiuum petitionis ciuilis, & illi* 37
præiudiciale, ideo prius expediendum, & de hoc est casus
in l. 1. *C. si quis aliquem test. probib. & l. fi. † C. de ordin.* 38
cogn. & per Bart. *in d. l. interdum. in prin. vers. item op-
pono.* & quod iste sit intellectus communis ad *d. l. fin.*
probat Dec. *in l. edita nu.* 65. *C. de edendo, & ibi Clau-
dius Seisell. n.* 68. & latius per Fabium Accoranbon. *in
§. nihil commune n.* 108. post Cyn. & Oldrad. quos al-
legat, cum aliis per Alex. ad Bartol. *in l.* 2. *§. hoc edicto.
vers. item adde. ff. de vi bon. rap.* Et ita fuit intellecta à
Rota *d. l. fi. in dec.* 206. *n.* 1. *part.* 2. *diuers.* Put. *dec.* 58. *n.* 4.
& 5. *li.* 1. Rota *dec.* 123. *par.* 3. *l.* 2. *diuersorum.* Et hæc pro-
cedunt multo magis si nomen accusati † receptum es- 39
set inter reos, & non esset conclusum in causa ciuili,
quia tunc non supersedetur in causa criminali, Bart. *in
l. is qui reus. in fine, ff. de publ. iud.* Afflict. *decis.* 229. *in
prin.* Verall. *decis.* 274. *parte* 2. vbi Rota dixit, quando
est aperta via cognoscendi criminaliter contra instru-
mentum, tunc non amplius proceditur ciuiliter, etiam
si esset obligatio cameralis: Nec obstat tex. *in l. satis a-
pertè. † C. de falsis.* quia Bart. *in l. final. C. si ex fals. instr.* 40
dicit, dispositā *in d. l. satis apertè.* non procedere, vbi
in continenti probatur exceptio contra instrumen-
tum, sed intrat dispositio *l. si docuerit C. de fals.* quam
ad hoc allegat Salyc. *in d. l. satis.* & firmat *in d. l. si do-
cueris.* cum aliis latius ad hoc allegatis per Barbat. *in
cons.* 43. *nu.* 9. *vol.* 1. vbi post Angel. *in l. qui prior. ff. de
iud.* probat naturalem ordinem iudicij esse, vt prius
expediatur causa criminalis, quæ absorbet ciuilem, li-
cet criminalibus secundario deducatur, & dicit hanc
esse doctrinam Innoc. *in c.* 2. *de restitut. spoliat.*

CAP. VIII.

An incidentia in Causis matrimonij sint mixti fori.

SVM-

SVMMARIA.

1 Causa matrimonialis spectat ad episcopos etiam inter laicos.
2 Causæ matrimoniales non solent aliis committi, quàm episcopis.
3 Causa matrimonialis delegata non potest aliis subdelegari.
4 Episcopus & vicarius faciunt vnum consistorium.
5 Ius canonicum attenditur in causis matrimonij.
6 Ius canonicum non attendendum in foro seculari, si tractatur de sequelis matrimonij.
7 Statutum quod filiusfamilias non possit contrahere matrimonium sine consensu patris non valet.
8 Pactum contra ius canonicum non valet in causis matrimonij.
9 Filius contrahens matrimonium sine consensu patris non potest exheredari.
10 Causæ matrimonij neque incidenter possunt tractari coram laico, neque vt iudice, neque vt arbitro, neque vt arbitratore.
11 Iudex ecclesiasticus dum cognoscit super incidenti, iudex laicus debet supersedere in principali.
12 Iudicem laicum esse competentem super incidenti filiationis, si tractetur de petitione hereditatis.
13 Præuentio iurisdictionis potest induci etiam super incidenti, & n. 15.
14 Iudex in causa præparante remanet in causa præparata.
16 Causa matrimonialis incidenter potest deduci coram iudice laico, si tractetur non inter ipsos coniuges, sed inter alios quoscunque.
17 Matrimonium semper est quid facti.
18 Matrimonium etiam de iure canonico ex quibus præsumatur.
19 Iudex laicus est competens super quibuslibet articulis ecclesiasticis meri facti.
20 Matrimonium hodie non præsumitur ex Concil. Trident.
21 Matrimonium ad effectum successionis sufficit probari præsumptiuè.
22 Filius non probatur talis, si probetur fuisse baptizatum vt filium talis.
23 Liber baptismi probat ætatem, sed non qualitatem natalium.
24 Notario non creditur nisi de actu, qui coram eo geritur.
25 Iudex laicus cognoscit si filius est natus in figura matrimonij.
26 Parentibus non creditur si dicant esse filium adulteri, vel alio modo.
27 Filium esse natum ex adulterio probari, quæ sunt necessaria.
28 Filium non rectè probatur esse talis, cuius filium sæpius sit solitus se appellare.
29 Confessiones propriæ possunt reuocari docto de errore.
30 Iudex laicus est competens super illegitimitate probanda publicam vocem, & famam: & quare requirantur pro ea.
31 Testes deponentes de auditu cur non probent.
32 Legitimatio in quocunque casu potest fieri ab Illustr. de Campegio de Bononia.
33 Legitimationis vitium quando est de iure canonico, dispensatio fieri debet à sede apostolica.
34 Iudex laicus cognoscit de legitimatione ex subsequenti matrimonio.
35 Iudex laicus, appellatione pendente à sententia matrimonij coram ecclesiastico, decernit alimenta vxori, & n. 37.
36 Appellatio non fit à decreto alimentorum de futuro, secus pro præterito.
38 Iudex laicus cognoscit de possessorio causæ matrimonialis.

CAusa matrimonialis spiritualis est, & solum ad Episcopos eius cognitio spectat, † etiam inter laicos, *c. multorum, 35. qu. 6. c. auditis. de præscript. c. accidentib. de excess. prælat.* Abb. *in c. 1. de consang. & affinit.* latè Couar. *in epit. de sponsal. c. 8. §. 12. n. 1. 2. & 3.* & nouissimè ita fuit determinatum *in sacros. Concil. Trident. sess. 24. de sacramento matrimonij, canone 12.* sub his verbis: *si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad iudices ecclesiasticos, anathema sit.* Nec solent summi Pontifices causas † matrimoniales aliis committere, quàm Episcopis, nisi ex iusta causa, vt notant *in c. si pro debilitate. de offic. deleg.* Ioan. Andr. Ant. de Butr. Abb. Felyn. & Dec. Idem Dec. *in c. proposuisti, col. 1. de probat.* per text. *in c. causam matrimonij, de offi. deleg.* propter cuius causæ grauitatem si delegata † fuerit cuicunque, etiam Episcopo à Romano Pontifice, non poterit aliis subdelegari, vt notant præcitati Doct. *in d. c. si pro debilitate.* licet causa matrimonialis si coram Episcopo loci ordinario incipiat pertractari, poterit coram eius Vicario generali iudicialiter discuti, *c. fin. de cogn. spiritual. c. literas. de restit. spoliat.* dicendo episcopum, † dicitur eius Vicarius, qui idem est cum episcopo, & vnum faciunt corpus, *c. 2. de consuetud. lib. 6.* Rebuff. *in praxi beneficial. c. de vicariis episcoporum. & c. seq.* & dixi supra in 2. parte c. 2. prope finem.

Et si leges ciuiles etiam de matrimoniis disponant, vt in tot titulis *de nuptiis. ff. de Institutionib. & C.* nihilominus matrimonium, quia spiritualis res existit, & vnum de septem sacramentis ecclesiæ, vt loco citato *Conci. Trident. canone 1.* Matth. *c. 19.* Marci *c. 10.* D. Paul. *ad Eph. c. 5. c. ad abolendam. de hær.* attendendum est ius canonicum, † *c. fi. de secund. nupt. §. hunc igitur, ibi, leges seculi, præcipuè in matrimoniis sequi non dedignantur.* Angel. *in cons. 29. in 1. dub.* Butr. *in consi. 35. in prin.* Abb. *in cap. 1. col. 2. de sponsal.* Specul. *de rescript. præsent. §. ratione formæ. n. 35.* Abb. *in c. si pro debilitate. n. 4. de offi. deleg.* Rom. *in cons. 299. n. 8.* Marant. *de ordine iudic. part. 8. dist. 11. nu. 8.* vbi multos congerit, & iudicatur secundum ius canonicum, *d. c. fi. de secund. nupt.* Bald. *in c. ex transmissa. col. 1. de restit. spoliat.* Abb. *in c. ecclesia S. M. col. 6. de constit.* etiam in foro seculari, † quando agitur de successione & de legitimatione, quæ sunt sequelæ matrimonij, *§. final. vbi gloss. Institut. de gradib. cognat.* gloss. *in l. 1. C. de secund. nupt.* Bald. *in l. Paulus. ff. de statu hom.* Natta *in consi. 473. num. 38.* Curt. iun. *in consi. 7. num. 6.* Dec. alios referens, *in consi. 158.* Cacch. *in decis. Pedemont. 154. numer. 9.* in quo tamen articulo multi contrarium tenuerunt, quia iudex laicus in articulis, de quibus potest cognoscere in foro suo, debet iudicare secundum leges proprias seculares, quæ non fuerint, ratione materiæ peccati, per ipsum ius canonicum correctæ.

Ideo statutum † quod filiusfamilias non possit contrahere matrimonium sine patris consensu non valet, Ioan. Andr. *in c. statutum, in 1. in vers. & facit decretalis ad quæstionem, in fine. de hæret. lib. 6.* & leges requirentes consensum parentum correctæ sunt, Butr. & Abb. *in c. 1. de sponsalib.* Anchar. *in cons. 21. col. 2.* dicit, quod sicuti per ius canonicum correcta sunt iura ciuilia, quæ patris consensum requirebant in matrimonio filij, ita non valet statutum, quod reducit homines ad ius ciuiles

le, & hanc dicit esse communem opinionem. Quia matrimonia spectant ad ecclesiam, & subdit, quod statutum est contra bonos mores: Atque ideo etiam pa-
8 ctum † non valet, in quo patris consensus requiritur: idem de pacto, & statuto dicit Alex. *in cons.1.nu.24. & seq.vol.3.in consi.97.num.7.vol.7.* vbi latissime Dec. *in l.nupt.num.9.ff. de reg.iur. & in cons.231.col.2.* vbi etiam, quod cum iure permittatur contrahi matrimo-
9 nium sine patris consensu, filius † sic faciens non potest exhæredari, Couar. *de sponsal.parte 2.c.8.§.6.nu.3.* vbi intelligit quando filius ducit vxorem honestam sine patris consensu: & quod filio facienti matrimonium sine patris consensu debeantur à patre alimenta, quia nec potest hodie exhæredari, scribit Ioan. Petrus Surdus Casalensis *in tractatu de alimentis, qu.6. per totam.titu.prim.*

10 Causæ matrimonij † nec etiam incidenter possunt tractari coram iudice laico, *c.tuam. de ordine cognit.c. lator.qui fil.sint legit.* vbi Abb. & Præposit. latè, & satis scripsi de hoc articulo supra. Neque coram arbitro *c.pen.de in integr.restit.* gloss. *in c.1.de consang.& affinitat.& in l.non distinguemus.§.Iulianus.ff.de arbitr.* Roman. *in consi.299.* Neque demum, coram arbitratore, Couarr. *in epit.de sponsalib.c.8.§.12.n.2.* Ripa *in c.2.nu.*
11 *13.de iudic.* ergo dum ecclesiasticus † iudex cognoscit super incidenti, iudex secularis debet supersedere in causa principali, quæ coram se tractatur, alias elusoria esset cognitio iudicis ecclesiastici, si secularis posset condemnare, Couar. *practic.quæst.cap.33.* Milleus *in practica crim.persequendi.§.fori præscriptio,fol.mihi 92.nu.10.*

Sunt autem maximæ auctoritatis viri, qui tenent, quod si tractetur principaliter coram iudice laico de
12 petitione † hæreditatis, & excipiatur, *Tu non es filius illius, cuius hæreditatem petis*, tunc articulus iste debeat tractari coram iudice laico, coram quo incidit, Archidiac. *in c.bene quidem.n.10.dist.96.* Apostilla de Bellenzinis ad Abb. *in c.lator.nu.8.in ver.instantia iudicis.qui fil.sint legitimi.*

Non tamen negatur iudicem ecclesiasticum esse proprium, & competentem super incidenti prædicto merè ecclesiastico, Gerard. de Petra sancta *singular.96.incip.Notant.Bartol.* vbi tenet, quod opposita hac exceptione coram iudice laico, pars immediatè poterit adire iudicem ecclesiasticum, & petere super ea pronunciari citando partem aduersam, vt compareat super cognitione talis articuli ecclesiastici, coram suo proprio iudice, quo casu statim, antequam laicus incipiat procedere super incidenti prædicto, ecclesiasticus iudex inhibeat, prout facere potest, vt notatur *in d.c.tuam.& d.c.lator.* secularis iudex debebit parere inhibitioni, alias subiacebit pœnis excommunicationis, & locus in subsidium interdicto. & ita dicit fuisse seruatum in quadam causa, quam refert, quia etiam super
13 incidenti † præuenta est iurisdictio iudicis ecclesiastici, quæ fortior efficitur, dum pertractatur de materia coram naturali iudice, debilior videtur coram accidentali. Nisi dicamus quod causæ continentia hoc facit
14 fortius coram seculari iudice, propter quam iudex † in causa præparante remanet iudex in causa principali præparata, Bald. *in l.ordinarij.in 2.notab. C.de rei vendic.* Paul. de Castr. *in l.2.n.3.C.vbi,& apud quem.* Alex. *in cons.58.n.7.vol.1.& in cons.197.vol.2. & in consil.63. col.1.vol.3.* Hippyl. *singul.654.* Dec. *in rubrica,de iudic. n.2.* qui testatur esse communem opinionem. Hoc facit causæ continentia, *l.nulli prorsus.de iudiciis.* quæ di-
15 uidi non debet, vna trahit alteram, statim opposita † exceptione negante filiationem coram iudice seculari, præuēta est eius iurisdictio, etiam si super exceptione pars citata non fuerit, neque acceptauerit, vt dixi supra *eadem parte.c.1.* ergo iudex ecclesiasticus inhibere non poterit.

Propterea putat Arnaldus Albert. posse priores sententias ad concordiam distinguendo reduci, *in tract. de agnoscend.assertion.cathol. & hæretic.q.25.n.51.* quod si causa † matrimonij tractetur non inter coniuges, 16
sed inter alios puta filium, & extraneum, vel inter vnum ex coniugibus, & filium, tunc licet dubitetur an potuerit, vel non contrahi matrimonium: Item an illud matrimonium valeat, vel sit nullum, & alias similes iuris quæstiones opponi contigerit coram seculari iudice, quia tamen hæc incidens quæstio non decidit causam matrimonij inter coniuges, nec tractatur ad illum finem, neque aliquid facit ad esse, vel non esse matrimonij, cum essentia matrimonij per hoc non lædatur, non potest dici causa spiritualis, ideo poterit ab eodem seculari iudice recognosci. Ergo quando causa matrimonij non agitur inter coniuges, etiam quod articulus incidens sit meri iuris, poterit à seculari iudice cognosci, & hanc sequitur Farinac. *in quæst.8.nu.150. in fine, versic. quæ ni fallor satis optima ratione fundata videtur.* idem est, si inter coniuges tractaretur, sed in facto, vt de perdenda dote propter adulterium commissum, quia incidenter debet cognosci an sit matrimonium, iudex laicus erit etiam competens, vt est casus decisus per Francis. *decis.312.num.6.* secus putarem, vbi coram ecclesiastico penderet causa determinanda super validitate, vel inualiditate matrimonij inter coniuges, tunc enim ne sententia & decretum sint contraria, si incidenter inter alios ab eodem matrimonio dependentes, etiam ratione successionis, opponi contigerit, iudex laicus supersedere debet, & expectare exitum principalis causæ, ab ecclesiastico determinandæ.

Et pro distinctione Arnaldi facit, quia matrimoniū † est quid facti, ex consensu enim consistit, *l.nuptias.* 17
ff.de reg.iur. & consensus est facti, *l.consilia. ff.de curat. furiosi.* Cæphal. *in cons.82.nu.69.vol.1.* & qui illud asserit, probare debet, Parisiens. *consi.61.col.1.vol.4.* Cæphal. *in cons.64.n.19.vol.3.* Dec. *in consi.310.* imò etiam de iure canonico præsumitur † ex osculis, amplexi- 18
bus, muneribus, & aliis signis subsequutis post sponsalia verbis, & mente de præsenti, & iuris interpretatione de futuro, vt quando inter impuberes, vel inter puberem & impuberem contrahitur matrimonium per verba de præsenti, & postea subsequuntur huiusmodi signa post ætatem perfectam, & aptam ad matrimonium, textus, qui ita per gloss. & Doct. intelligitur *in cap.1.de desponsat.impub.lib.6.* vt probant Ioan. Andr. Geminian. Bald. & Ancara. & sequitur Abbas *in capitul.fin.numer.4.de sponsalib.* ex eis enim tacitus consensus inducitur, & perseuerantia demonstratur, quæ iam ætate perfecta ad matrimonium sufficit, vt consuluit Ruyn. *in consi.51.num.5.& 6.vol.1.* & hanc opinionem dicit communem Couarr. *in epit. de sponsalib. parte 1.§.2.numer.4.* & super articulis quibuslibet ecclesiasticis, etiam, meri facti iudex laicus cognoscere 19
potest, vt dixi, adde Francis. Marc. *in decis.Delphinali 493.parte 2.*

Et licet hodie matrimonium † non præsuma- 20
tur per supradictas coniecturas, ex dispositione sacrosancti *Concilij Tridentin. sess. 24. de reformat. matrimon. canon.1.* & Nauarr. censet *capitul. 25. titulo de peccatis coniugij, numer.144.* & anteà *capitul. 22.num.*

22. num. 28. Nihilominus facti semper existit propter consensum.

Ergo vbi non agitur de matrimonio principaliter, sed solum ad effectum, vt filius tanquam legitimus pos-
21 sit admitti ad effectum † successionis, quo casu sufficit probari matrimonium præsumptiuè, Geminian. *in cons.* 27. Parisiens. *in cons.* 57. *num.* 41. *vol.* 4. Bald. *in consi.* 19. *vol.* 3. Ferret. *in consi.* 49. *num.* 1. Dec. *in cons.* 153. *nu.* 2. Put. *decis.* 72 *in vna Venetiarum, lib.* 1. & ideo sufficit probare, quod vocarent se coniuges, Dec. & Saly. *in l. quidam. ff. de probat.* hoc poterit cognosci coram iudice laico, quia facti est. Item si probetur quod Titius
22 fuit baptizatus vti filius † Caij, non constabit de identitate personæ, ex quo vnica tantùm demonstratio, scilicet nomen Caij, quod ad identitatem personæ demonstrandam non conuenit, Comens. *in consi.* 146. *col.* 2. *vers. nec probatur.* Crauett. *in consi.* 169. *num.* 4. hoc facti est in matrimonialibus; ergo cognoscit iudex lai-
23 cus. Tum quia † liber Baptismi, licet de consuetudine probet ætatem, nullibi tamen cautum reperitur, quod probet qualitatem natalium, ideo sicut scriptura priuata in hoc non reuelabit, vt in terminis de libro parrochiali. Benedict. Capra *in consi.* 57. *colum.* 2. Dec. *in consi.* 120. *num.* 1. præsertim cùm hoc non sit de concernentibus eius officium. Iason *in repet. l. admonendi, numer.* 123. *vers. tertio diligenter. de iureiur. and.* Non ergo
24 liber probat, quia neque Notario † creditur, nisi de actu, qui coram eo geritur, etiam si attestetur aliquid de præterito, vt post Innocent. & Immol. Alexand. *in consi.* 206. *num.* 6. *volum.* 2. Afflict. *decis.* 48 *num.* 3. Item
25 iudex † laicus cognoscit si filius est natus in figura matrimonij, quia facti est, vt si est natus ex muliere vxorata, etiamsi fuerit adultera & meretrix, quia præsumitur mariti filius, *l. filium diffinimus. ff. de his qui sui sunt, vel al. iur. l. si vicinus. C. de nupt. l. miles. §. quia propter. ff. de adult. c. per tuas cùm ibi notat. de probat.* Cyn. *in d. l. si vicinus.* qui extendit, etiam si mulier in lupanari prosterneretur, Cresc. *in decis. Rotæ* 1. *sub titulo, qui filij sint legit.*

26 Propterea non creditur parentibus † si dicant esse filium adulteri: hæc enim assertio non potest filio præiudicare, *l. final. ff. de probat. l. neque professio. C. de testament.* Bart. & Bald. *in dict. l. filium. ff. de his qui sui sunt, vel. al. iur.* vbi ponunt exemplum de illa Regina, quæ dixerat eius filium esse militis, non Regis, & conclu-
27 dunt non nocere filio. Ad probandum † enim aliquē esse natum ex adulterio duo necessariò requiruntur. Primo quod mulier rem habuerit cum eo, de quo dubitatur. Secundo quod partus fuerit conceptus dum maritus cum ea commorabatur. Curt. iun. *in consil.* 31. *numer.* 3. Couarr. *in epit. de sponsal. parte* 2. *capit.* 8. *§.* 3. *numer.* 8. qui multos cumulat, Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cas.* 89. *numer.* 2. Achill. *decis.* 132. Boerius *decis.* 299. Sunt & aliæ probationes facti, quæ possent allegari ad reprobandum filiationem, vt quia d. Titius sæpius
28 dixerit, se esse de familia Caij, atque ita se nominari † fecerit, & subscripserit: quod non releuat, quia non dependet ab eius potestate facere se legitimum, vel non legitimum; ergo propria confessio ei prodesse vel nocere non potest, *l. confessionibus. ff. de interrogat. act.* Dec. *in cap. finali. numer.* 1. *de probat.* Crauett. *in consil.*
29 93. *numer.* 1. Imo si constat † de errore, possunt etiam propriæ confessiones reuocari, & confessio nocere non debet, vbi veritas est in contrarium. *l. error. C. de iur. & fact. ignor.* latè Gabriel. *conclus.* 5. *in fine, de confess.* Anton. August. *decis.* 365. *lib.* 3. Palæott. *decis.* 253. Item potest probari de publica voce, & fama illegiti-
mitatis, † quod facti est: sed si testes dicerent de audi- 30
tu, hoc non sufficeret ad probandum filiationem, Socin. iun. *in consil.* 86. *numer.* 35. *col.* 2. & ad probationem famæ requiritur quod testes dicant se publicè hoc dici audiuisse, Bart. *in l. de minore, §. plurimum. numer.* 19. *ff. de quæstion.* Cassador. *decis.* 3. *num.* 7. *de probat.* Capuaq. *decis.* 299. *lib.* 1. & debent deponere de certo tempore, quia si deponerent de tempore infantiæ, solent sæpe amantes filios, eosque exoptantes, dicere aliquem esse suum filium, & pueruli tales patres appellare, Aristoteles *in* 1. *libro physicorum,* & istæ probationes non releuant, Corn. *in consil.* 221. *numer.* 5. *volum.* 1. Alexand. *in consi.* 180. *numer.* 18. *volum.* 5. Ruyn. *in consil.* 92. *numer.* 17. *volum.* 3. & sola fama non probat filiationem in antiquis, nisi alia concurrant, *c. transmissæ. vbi Doct. qui fil. sint legit.* plenè Couarr. *in epit. de sponsal. parte* 2. *cap.* 8. *§.* 3. *numer.* 9. & testes deponentes † 31
de auditu non probant, quia est ratio ab auctoritate priuati, *cap. licet ex quadam. vbi Doctor. de testib.* gloss. *in l. testium. eod. titul.* Dec. *in consil.* 215. *in princip.* iudex secularis cognoscit de qualibet legitimatione filiorum, quæ in facto consistit, vt de legitimatione ex priuilegio, cuius facultatem amplissimam † legiti- 32
mandi quoscunque in quocumque genere spurietatis & incestuositatis, etiam sacrilegos habent Domini de Campegio de ciuitate Bononiæ, quam habuerunt ab Imperatore Maximiliano, & postea confirmata fuit à summo Pontifice Leone X. cuius potestatis vigore, Rota Vrbis me patrocinante declarauit legitimationem cuiusdam nati ex Episcopo, & moniali sacrata esse validam, etiam ad effectum succedendi ad castra. Et licet vitium † legitimitatis istius procedebat de iure
diuino, & canonico, quo casu dispensatio videbatur 33
spectare ad sedem apostolicam, per congesta à Iason. *in l. si is qui pro emptor. num.* 276. *ff. de vsucapion.* Grat. *responso* 62. *num.* 25. *vol.* 1. Roland. *consi.* 89. *num.* 49. *& seq. vol.* 1. quia tamen priuilegium istorum illustrium de familia Campegij erat confirmatum à Papa, ipsum Papam dispensasse dicitur, Alexand. *in consi.* 70. *à num.* 5. *ad numer.* 9. *vol.* 6. ex regula *l. quæsitum. ff. de leg.* 3. qui per alium facit per seipsum facere videtur. Item iudex
laicus † cognoscit de legitimatione ex subsequenti 34
matrimonio, etiam si inficietur non potuisse contrahi, quia clericus erat, & inter personas satis nobilitate, & ignobilitate dispares, vt est casus latissimè decisus per Caccher. *in decis. Pedemont.* 154.

Item iudex laicus † appellatione pendente à sen- 35
tentia matrimonij ad fauorem vxoris data à iudice ecclesiastico decernit alimenta vxori, vt post multa concludit Afflict. *in decis* 152. *per totam.* diuersa est enim causa alimentorum à causa matrimonij, à qua appellatum est ad superiorem iudicem ecclesiasticum: & diuersitas patet, primo in modo appellandi, quia à decreto † alimentorum non appellatur, sed mittitur e-
xecutioni, Afflict. *dict. decis.* 152. quod intelligitur à de- 36
creto alimentorum de futuro, secus à decreto alimentorum de præterito, Aretin. *in consi.* 66. Vrsill. *ad dict. decis.* 152. *numer.* 1. Secundo, quia si pendente appellatione à sententia matrimonij, siue idem, siue alter iudex decernet alimenta vxori, non dicitur attentatum fecisse. Lancellott. *in tractat. de attentat. parte* 2. *cap.* 12. *limitat.* 24. *in princip.* Rebuff. *in constitut. Gallic. tomo* 1. *articul.* 3. *gloss.* 1. *num.* 29. *& sequent.* Et speciale est, † vt 37
lite pendente alimenta præstentur mulieri, quæ super matrimonio obtinuit sententiam in fauorem. Fabian. Montell. *in sua praxi,* quem citat Ioan. Baptista Asinar.

in praxi iudic.§.31.c.2.limit.2.num.6. & alij, quos citat Lancellott. vbi supra proximè, & nouissimè latè scribit Io. Petrus Surdus *in tractatu de alimentis. priuilegio* 10.

Sed an iudex laicus possit cognoscere de possessorio
38 † causæ matrimonialis, vt si tractaretur de vxore exhibenda, saltem vtiliter contra patrem detinentem, *l. fi. vbi* Bald. *C. de lib. homin. exhib.* post gl. ibi & Bart. *in l.1. ff. eod. tit.* ego teneo affirmatiuam, quia sic vidi sæpissimè iudicari, & hanc tenet Anchar. *in c. ea quæ. nu. 11. in 4. q. de reg. iur. lib. 6.* & ita inueni esse casum decisum, vt per Franc. Marc. *in decis.* 511. *parte* 2. & per Thessaur. *in decis.* 117. qui dicit sic sæpius iudicatum fuisse in illo prætorio, & inducit alios. Non tamen nego, quod etiam ecclesiasticus potest de hoc cognoscere, *c.1. de coniug. lepros.* & ideo erit locus præuentioni, Io. Andr. *in addit. ad* Spec. *in tit. qui fil. sint legit.* Abb. *in c. non est nobis. de sponsal.* Franc. Marc. *in d. decis.* 511. *n.* 8. ergo ecclesiasticus in hoc casu non inhibebit laico præuenienti hoc possessorium.

CAP. IX.

An cognoscere de iuramenti viribus sit mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus an cognoscat de iuramento, & iuramenti viribus.*
2 *Iuramentum quid sit.*
3 *Absolutio à iuramento à quo iudice peti debeat.*
4 *Papa an possit dispensare super viribus iuramenti.*
5 *Papæ auctoritas in omni iuramento intelligitur excepta.*
6 *Papa quale iuramentum non possit absoluere, & n.8.*
7 *Papa in quibus absoluet à iuramento etiam sine causa.*
9 *Papa solus absoluit à periurio.*
10 *Episcopus non absoluit periurium.*
11 *Episcopi an absoluant à iuramento, quando est dubium in iure.*
12 *Episcopi in quibus casibus absoluant à iuramentis.*
13 *Absolutio à iuramento potest dari à capitulo sede vacante.*
14 *Absolutio à iuramento obtineri debet ab eo Episcopo, coram quo absoluendus potuisset conueniri.*
15 *Absolutio tam à iuramento, quàm ab excommunicatione quando possit dari à parte.*
16 *Iudex laicus cognoscit de absolutione iuramenti.*
17 *Iuramenti cognitio est mixti fori.*
18 *Actoris est electio coram quo iudice laico, vel eccles. velit reum conuenire pro obseruantia iuramenti.*
19 *Iudex laicus cognoscit de iuramento, quando continet turpitudinem ex parte recipientis.*
20 *Iudex laicus compellit partem ad obseruantiam iuramenti.*
21 *Iudex laicus cognoscit de iuramento etiam ad instantiam partis.*
22 *Iudex laicus cognoscit de nullitate absolutionis iuramenti.*
23 *Iudex secularis cur non exequatur sententiam iudicis ecclesiastici.*
24 *Iudex secularis potest declarare aliquem incurrisse periurium.*
25 *Periurij crimen est mixti fori.*
26 *Iudex ecclesiasticus solus declarat an quis sit periurus.*
27 *Periurij pœna sit.*
28 *Pœna periurij quæ sit de iure ciuili.*
29 *Testis periurus quomodo punitur.*
30 *Periurus semper notatur infamia.*
31 *Iudex ecclesiasticus non potest inhibere laico ne procedat super causa iuramenti.*
32 *Absolutione à iuramento quando opus non sit.*
33 *Absolutio vt facti non extendit iurisdictionem ecclesiastici iudicis.*
34 *Appellatione pendente à sententia absolutionis, non potest inhiberi laico iudici ne procedat.*
35 *Appellatio non suspendit, vel extinguit sententiam fauore animæ.*
36 *Iudex causæ præparantis est etiam iudex causæ præparatæ, & quomodo hoc non seruetur in practica.*
37 *Iudex ecclesiasticus data absolutione non inhibet laico ne procedat ad executionem instrumenti guarentigiati.*
38 *Contractus semel validus non rescinditur propter absolutionem à iuramento.*
39 *Obligatio instrumenti innititur propriæ speciei, non vinculo iuramenti.*
40 *Iudex ecclesi. non inhibet laico ne procedat contra heredem iurantis, etiam pendente absolutione concedenda.*
41 *Iuramentum non accumulat forum foro in hærede.*
42 *Iudex ecclesiasticus non potest cogere heredem iurantis ad obseruantiam iuramenti.*
43 *Iuramentum non transit ad heredes quoad reatum periurij.*
44 *Princeps secularis condendo legem an auferat vim iuramenti.*

PRoponitur quæstio, an super iuramento, atque illius absolutione iudex † laicus aliquid se intromittere possit. Et nihil videtur sub eius laici iurisdictione 1
subesse, cùm sit quid spirituale, & propterea diffinitur: *est obligatio † animæ alicuius ad aliquid afferendum, vel* 2
seruandum, Deo in testem vocato, Card. *in clem.1.§. nos. n. 14. de iureiur.* gl. *in summa* 22. *q.1.* ideo absolutio † à iu- 3
ramento ab ecclesiastico duntaxat iudice peti potest, *c. si verò. & c. cùm quidam. de iureiur. c. nuper. de sent. excom.* gl. *in c. cùm sit generale. de foro compet.* Rol. *in consi. 99. n. 28. vol. 3.* Couar. *var. resol. c. 4. n. 5. lib. 1.* & latius *in c. quamuis, par. 1. §. 3. num. 8. & seq. de pactis. lib. 6.* vbi post multa cõcludit quod nullus laicus, etiam quod sit Imperator potest absolutionem à vinculo iuramẽti concedere. Sed an Papa † possit à iuramento absoluere, & 4
super eius viribus dispensare. Ioan. de Selua, *in tract. de iureiu. part. 4. n. 88.* distinguit, aut in causa, in qua habet plenariam potestatem, & etiã sine causa potest absoluere, & super eo dispensare, quia auctoritas Papæ † in 5
omni iuramento intelligitur excepta, *c. venientis. eod. tit. de iureiur.* vt siquid iuratur in præiudicium superiorum, *c. ad nostram. de iureiur.* aut iuramentum tendit † in Deũ, & Papa sine causa non potest absoluere, quia 6
hoc esset contra ius diuinum, *c. si is qui, 23. q. 4. c. manet, 24. q. 1.* Io. Andr. *in c. 2. de sponsal.* notatur in simili *in c. non est. de voto.* aut iuramentum respicit commodum tertij, & tunc sine causa dispensare non potest, neque soluere. Archidiac. *in c. auctoritatem, 15. quæst. 5.* facit *c. 1. de iureiurand.* not. *in c. significante. de censibus. & in d. c. 2. de sponsal.* & hoc procederet etiam si iuramentum respiceret commodum vtriusque contrahentium. Limitatur hoc, nisi esset turpitudo ex parte recipiẽtis iuramentum, *c. debitores. de iureiurand.* aut interuenisset metus, vel dolus, vel læsio enormissima, quia tunc etiam parte non vocata posset absoluere, facit *c. si verò.*

&

& c.verum.de iureiur. & pro hoc vide consilium plenissimum Næuizani in ordine 22. Item † si iuramen-
7 tum esset præstitum super bonis Ecclesiæ, in quibus Papa habet plenissimam potestatem; ergo etiam sine causa expressa potest dispensare, not. *in c.pastoralis. de sentent.& re iudic.* & vide Cardinal. *in clement.1.§.fin. qu.17.de iureiurando.* Abb. *in c.quanto,col.2.eod.titul.* Specul. *de legato.§.nunc ostendendum.versicul.24.* D. Thom. *in 2.2.q.89.artic.9.* Gaetan. *in libello de potestate Papæ,q.38.* Geminian. *in c.2.de renuntiat.* Felyn. *in c. constitutus.col.8.versi.generaliter. de rescript.* Paul.de Castr. *in authent.sacramenta puberum.C.si aduersus vendit.* Deci. *in c.1.super gloss.in ver. ab omnibus.in 2.lect.de constitut.* fallit, quando iurans incurrisset periurium,
8 † quia tunc secundum aliquos Papa non posset absoluere, Celsus Hugo *in consi.94.numer.3.* Abb. & Deci. *in c.quæ fronte. de iureiur. & in c.cùm parati. de appellation.* contrarium est verius, quod imò summus Ponti-
9 fex † solus & nullus alius possit periurum absoluere, vt in magno pœnitentiario dixit Bero. *in consil.50.numer.74.vol.1.* & Grammatic. *in decis.66.* & quod Epi-
10 scopus † non possit periurum absoluere in præiudicium tertij, dicunt præcitati Doctor. propterea creuit stylus curiarum episcoporum absolutiones concedentium, semper cum clausula, dummodo non sit per-
11 iurus. Dixerunt etiam Episcopos † non posse absoluere à iuramento, vbi esset dubium in iure à quo esset danda absolutio, tunc enim propter dubitationem solus Papa absolutionem concedit, vt dixerunt Immol. *in c.cùm contingat. col.28. versi.nota diligenter. de iureiur.* Innocent. *in cap.venerabilem.de election.* Geminian. *in cap. fin.de foro competenti,lib.6.* Felyn. *in cap. 1.num.17.de iureiur.& in cap.2.num.24.de sponsal.* Corneus *in consi.71. numer.11.vol.3.* contrarium est verius quod imò episcopi possunt absoluere à iuramentis, quando esset probabile dubium, vtrum absolutio concedi debeat, vel ne, Felyn. *in d.cap.2.num.24.versi. & in hoc puncto.de sponsal.* allegat Specul. *in titul.de legato.§.nunc ostendendum.versi.24.* Abb. *in c.venerabilem.col.8. de election. & in c.cùm venissent. col.3. de iudic.* Butr. *in c.quanto.col.penult.de iureiur.* Geminian. *in cap.fin. de foro competenti,lib.6.* & ita vsus obtinuit, qui satis in iure fundatur, quando ex iusta causa faciunt, Innoc. & Abb. *in c.debitores.de iureiur.* Abb. *in c. 1.& cap.cùm contingat.eod.tit.* Summa Angelica *in titul.de iuramento,in 6.§.1.* & vide Laurentium de Rodulphis *in tract.de vsuris, q.122.* & D.Thom. *in 2.2.q. 89.artic.9.* & vide Abb. *in d.c.cùm contingat.col.16.* vbi
12 enumerat † omnes casus, in quibus Episcopus potest dispensare à iuramento. Idem *in sua disputatione incip. stante statuto. in fine.*

13 Item absolutio † à iuramento potest dari à Capitulo sede vacante, quia habet eo tempore iurisdictionem, *cap.penult.& fin.de supplend.negligent.prælat.lib. 6.* Abb. *in cap.cùm olim.de maior.& obed.* Ioan.Andr. *in cap.vnico. de maior. & obedient. lib.6.* & ibi Geminian. Cardinal. *in consil.35.* Felyn. *in cap.1.col.5.de iureiur.* si absolutio non habetur à Papa, qui est omnium
14 ordinariorum ordinarius; obtineri † debet ab eo Episcopo, coram quo potuisset conueniri ad obseruantiam iuramenti, & sic coram Episcopo illius qui petit, ita probat Calderin. *in consi.1.de offic.ordinar. & in consil.9.de iureiur.* Lapus allegat. in Aretin. *in consi.142. numer.8.versic.venio.* Abb. *in cap. si quis. numer.3.versi. dicit* Lapus *in repetitione, & in lectura numer.3. de foro compet.* Capyc. *decis.18.* Couarr. *lib.1.variarum resolution.cap.18.numer.5.versi.quinto.* Ioan. Vincent.de Arma *allegat.83.* & quia absoluendus posset conueniri vel in loco contractus, si ibi moraretur, vel in loco originis, vtrobique absolutio à iuramento ab altero illorum locorum episcopo obtineri poterit, vt per præcitatos.

Et quando † absolutio tam à iuramento, quàm ab 15
excommunicatione possit cōcedi à parte, vt quia prorogauerit terminum, si ad ipsam partem spectauerit res, quæ ad cultum diuinum nullo modo spectat, ponit Ioan.de Salua, *in d.tract.de iureiurando, parte 4.quæ 4.* & dicam latius infra, *in seq.tract.* in materia absolutionis, & vide Iason. *in l.Labeo.numer.2.ff.de iureiur.* & ibi Bartol.

Sed istis non obstantibus Iudex laicus † cognoscit 16
de absolutione iuramenti, quo probato resultat conclusio, hanc cognitionem esse mixti fori. Nam si agi-
tur, † vel excipitur de iuramento vt obseruetur, hoc 17
est mixti fori, *c.licet mulieres.de iureiurand. libr. 6.* & probat Ancharan. *in c.ea quæ in 3.quæst. de reg.iur.libr. 6.* Iudex secularis cognoscit, Abb. *in c.ex literis,in 4.notab. de sponsalib.* dicit quod pro implemento sponsaliorum iuratorum potest adiri iudex secularis, & ideo Immol. *in c.cùm contingat.de iureiurand.* dicit actoris
† esse electionem coram quo iudice velit reum con- 18
uenire pro ipso iuramento, seculari, vel ecclesiastico.
Item si iuramentum † continet turpitudinem ex par- 19
te recipientis, tunc iudex laicus coget recipientem turpe iuramentum ad illud relaxandum, nec dicetur tunc de re spirituali cognoscere, vt notat Federic. de Sen. *in consi.272.* & Roman. *in singulari 491.* vbi iura. Felyn. *in c.1.de iureiurand.* Stephan. Aufrer. [illegible] *estate laic.super ecclesiastic.regula 4.numer.5.vers.* [illegible] *vbi ageretur.* Idem si iuramentum est validum, † iudex se- 20
cularis potest compellere partem ad seruandum iuramentum, notat Abb. *in c.literas.col.3.de iurament.calumniæ.* Ioan.Andr. *in cap.fin.de foro compet.li.6.* Ioan. de Selua *in tractatu de iureiurando, parte 4.quæst.5. nu. 2.versi.limita secundo.* vide Bald. *in c.1.§.item sacramenta.de pace iurament.firm.* quem sequitur Ancharan. *in repet.c.canonum statuta,in 11.quæst.de constitut.* Abb. *in consi.8.vol.1.* & vide Nattam, *in consil.166.numer.23. & consi.167.col.1.* vbi plura allegat, & idem Natta *in d.nu. 23.* dicit secularem † iudicem posse ista facere nedum 21
ex officio, sed etiam ad partis instantiam. Item † lai- 22
cus potest cognoscere de nullitate absolutionis iuramenti factæ per episcopum, Petrus de Anchar. *in consi. 383.incip.retento ordine, col.4.* & de surreptione dictæ absolutionis, vt si est concessa lite pendente, nulla litis mentione facta, vt est casus decisus per Afflict. *decis.220.* Socin. *in consi.99.serenissimus rex.vol.3. num.10.* vbi ait posse istud incidenter facere, & firmat *in consil. 83.pro clariori,numer.17.vol.4.* Hippolyt. *singulari 367.* nemo prudens vbi quod non debet † secularis iudex 23
exequi sententiam ecclesiastici, nisi cognoscat, de qua re latissimè scripsi *in prima parte, capitul.finali,* quo me remitto, faciunt quæ scripsi etiam *in 4.parte, casu 101.* exceptionem excommunicationis posse coram iudice seculari deduci, atque cognosci. Item iudex † secula- 24
ris potest declarare quem incurrisse periurium, quando esset dubium, Roman. *singulari 420.incip.ego coram magnis dominis.* & ibi Apostilla addit. Quia lex secularis punit periurium, *l.1.ff.ad Turpill. & l.si quis maior. C. de transaction.* ergo iudex secularis potest hoc declarare, Anton.de Put. *in c.cùm sit generale,de foro competent.*

pet. vbi dicit quod iudex secularis potest punire, quod est consequens; ergo potest cognoscere, quod est antecedens, Igneus *in repetit.§.non alias.nu.508.ff.ad Syllanian.* & ita est decisum, Cappel.Tholos. *decis.20.* Guid.Pap.*decis.178.*

25 Et quod crimen † periurij sit mixti fori, tenet Abb. *in c.cùm sit generale .num.21.versi.quandoque constat.de foro compet.* & tenent omnes *in c.testimonium, de testib. & in c.cum C.laicus.* vbi Ioan.Andr. *de foro compet.li.6.& in c.licet mulieres.de iureiurand.li.6.* Guido Pap. *in consil.29.* ille incarceratus indistinctè tenet, quod crimen periurij sit mixti fori. Sed Roman. *in consil.512.quoad primam,in 3.dubio,numer.4.* dicit quod crimen periurij non est adeo ecclesiasticum, quia iudex secularis possit cognoscere, etiam per viam iurisdictionis punitiuæ, Felyn.*in d.cap.2.numer.26.de sponsalib.* Ioan.Andr. *in cap.licet.de iureiurand.lib.6.versi.multum facit.* Petr.de Ancharan.ibi *in 5.notab.* Bald.*in l.nulli. C. de testib. & in l.2. C.de fide instrument. & in tit.de pace Constantiæ, in gloss. in versi. tam vasalli. in versi. sed hic quæro.* idem tenet Guido Pap. *quæst.178.* vbi dicit, præmissis non obstare, *cap.venerabilis.de elect.& d.cap.cùm sit generale.* quia loquuntur de clerico puniendo, non de laico, de quo sunt intelligenda prædicta, verius est, quod loquantur, quando dubitatur an sint periuri, vel non, si enim dubitaretur, tunc

26 solus † ecclesiasticus iudicaret, *c.venerabil.de elect.cap.quanto.de iureiur.* pro quo vide Dec. *in c.decernimus. col.pen.de iudic.*

27 Sed quæ sit pœna † periurij, distingue, si loquimur in foro pœnitentiali, tunc pœnitentia est septennis.22. *q.1.cap.prædicandum.* licet hodie pœnitentiæ sint arbitrariæ, *cap.Deus.de pœnitent.& remiss.cum simil.* Si in foro contentioso, & iudiciali, aut de iure canonico, & est depositio & amotio à beneficiis, *c. cùm non ab ho-*

28 *mine.de iudic.c.tua.de iureiurand.* Aut † de iure ciuili, & Salyc.*in l.2.C.de rebus creditis,& iureiurand.* sic distinguit, quod aut quis iurat per sacra prohibita, aut permissa; primo casu, aut habet ex consuetudine, & tunc siue verum, siue falsum, punitur vltimo supplicio, quia in contemptum nostræ fidei sic iurare creditur, vt *in authent.vt non luxurientur contra naturam, nec iurent. §.quoniam quædam.* sed si hoc non habet ex consuetudine, non sic atrociter punietur, & dicit Cyn.ibi, quod binus, vel trinus actus consuetudinem non induceret hoc casu, quia hæc in lubrico linguæ consistunt, sed puniendus est ad catenam, vel ad berlinam, aut arbitrio iudicis. Aut iurat per sacra licita permissa, & tunc si verum, non punitur, aut falsum, & sic deierat, & si

29 testis † est, & in causa publici iudicij capitali, & similiter capitali pœna punietur, *l.1.§.præterea, & ibi gloss. ff.ad l.Cornel.de sicariis.* Aut in alia causa, & tunc pœna falsi, *l.1.in princip.ff.de fals.l.Lucius.ff.de his qui not.infam.* si principalis, & periurat quod alterius non interest, & solum Deum habet vltorem, *l.2.iuncta gloss. C.de iureiurand.* aut iura quod interest alterius, in eius deceptionem, & punitur crimine stellionatus, *l.de periurio.ff.de crimine stell.* semper autem quod quis puni-

30 tur de periurio, † notatur infamia, *l.Lucius.ff.de his qui not.infam.& l.siquis maior.C.de transact.* & si quis est periurus in eo quod est de eius officio, debet ab illo deponi, & remoueri, *l.2.§.miles.ff.de his qui not.infam.*

31 Cùm igitur iudex laicus de viribus iuramenti cognoscat, non poterit ecclesiasticus inhibere † ne procedat super contractu iurato, cuius absolutio peti non debet, vt est, quando allegaretur enormissima læsio, quia tunc potest etiam sine absolutione † à iuramen- 32 to agi, Anton.de Butr. *in repetit.c.cùm contingat.in 4. casu principali.de iureiurand.* Corne. *in authent.sacramenta puberum,col.5.C.si aduers.vendit.* Angel.*ibi in fi.* Iason.*col.10.* Corn.*in consil.166.num.5.vol.1.& in consil.158.num.15.volum.4.* Dec.*in consi.180.& consi.349.* Neuizan.*in d.consil.20.num.5.* Cuman.*in consil.180.* & est casus decisus *in decis.18. Perusina,numer.67.*& vide Couarr.*lib.1.var.resol.cap.4.ante numer.7.* Anton.Gagliard. *in tractat.de absolutione à iuramento.§.1.nu.10.* hoc casu si coram iudice laico cœptum est agi, non potest prætextu iudicij absolutionis inhiberi ab ecclesiastico, quia laicus declarabit absolutione non opus esse, & hæc absolutio non † vt iuris, sed facti, non 33 extenderet iurisdictionem, nec aliquid operaretur, Grammat.*ad decis.58.* Afflicti: in casibus mixtæ iurisdictionis par in parem non habet imperium, sicut procedunt ecclesiastici, & laicus, vt dixi supra. Item si iudex ecclesiasticus † absolutionem à iuramento de- 34 bitori concesserit, creditore appellante ad Papam, atque causa appellationis commissa, non poterit delegatus iudici laico inhibere ne procedat, coram quo per absolutum procedi vellet, regula enim quod appellatio † suspendit, vel extinguit pronunciatum, de qua 35 latè per Felyn. *in rubrica de appellat.* fallit vbi agitur de ligamine animæ, quo casu sententia lata fauore animæ suam habet executionem, non obstante appellatione, Felyn.ibid.Angel.*in l.furti.ff.de his qui not.infam.* ideo absolutus ab excommunicatione erit particeps iudicij, & repelli non potest, per *c.decernimus,lib.6.* non obstante quod pars ab absolutione appellasset, vt dixi *in tract.de excommunicat.in cap. de absolutione à censuris.* adde Curtium seniorem *in cons.23.* & est casus pluries decisus quod absolutus ab excommunicatione, vel à iuramento poterit agere, non obstante partis appellatione, vt per Afflict. *in decis.188.* & ibi latè Vrsill.*in additionib.* Item si ecclesiasticus dedit absolutionem à iuramento, & absolutus satagit agere coram iudice seculari, non potest ad instantiam illius contra quem concessa est absolutio, inhibere iudici ne procedat super causa principali. Quia licet communis opinio sit, quod iudex † causæ præparantis sit etiam iudex 36 causæ præparatæ, secundum Bald.*in l.ordinarij.in 2.notab.C.de rei vendic.* Paul.de Castr.*in l.2.nu.3.C.vbi,& apud quos.* Hippolyt.*singul.654.* Marant.*de ordinar.iudic.parte 4.dist.11.num.14.* Dec.*in rubr.de iudic.num.2.* & Viuius *in comm.opin.ver.iudex si aditus fuerit.* nihilominus hoc non seruatur in practica, & contra opinionem communem est casus decisus per Caccheran. *in decis.Pedemont.78.* Couarr.*lib.1.var.resolut.capitul.4.numer.8.* qui iudicant dictam opinionem communem procedere, quando iuramentum esset interpositum super contractu vsurario, simoniaco, matrimonij, & similibus, de qua limitatione, vltra ipsos, vide Farinac.*parte 1.quæst.8.num.144. vers.horum autem opinionem.*

Item ecclesiasticus † qui dedit absolutionem à iura- 37 mento debitori, nō potest inhibere laico ne procedat ad executionem instrumēti guarentigiati, & liquidationem ipsius, quia in istis causa præparatoria non trahit præparatam, & contractus † semel validus non re- 38 scinditur propter absolutionem à iuramento, sed remanet, pro vt prius, in suo robore, Corn.*in consil.6.& consil.180. vol.1.* Aymo *in consil.7.* nisi illa absolutio fuerit vestita probationibus postea factis, ex quibus notoriè in promptu appareat iniustitia instrumēti, & pacti, ex deductis per Aymo. *in d.consil.7.* obligatio, & 39 execu-

executio instrumenti non innititur vinculo iuramenti, sed vinculo propriæ speciei instrumenti, & obligationis, quod eodem modo viget ac vigebat ante impetratam absolutionem, Afflict. *in decis. 30. & decis. 31.*
40 & vtrobique per Vrsill. Item Ecclesiasticus † non poterit inhibere laico ne procedat pro vel contra hæredem iurantis, etiam pendente lite super absolutione à iuramento pro defuncto, antequam decessisset intentato: nam licet iuramentum accumulet forum foro, *c. fin. de foro compet. li. 6.* hoc procedit in ipso iurante, se-
41 cus in eius hærede; hic † non poterit compelli ad obseruantiam iuramenti, sed non per iudicem Ecclesia-
42 sticum, † Io. Andr. *in c. fi. de sepulturis,* Roman. *in singular. 222. tu habes.* Antonius Bauerius *in tract. de virtute iuramenti, nu. 20.* Iuramentum quoad vinculum spiritualitatis est personale, & ideo ad hæredes non transit; ergo neque coram Ecclesiastico pro eius obseruãtia conueniri debet, & quod sit personale, dixerũt Innoc. & alij *in c. veritatis, de iureiur.* Bart. *in l. qui superstitis, ante fin. vers. & de isto. ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l. pactum, col. 2. vers. secundo quæro. C. de collat.* Socin. *in consl. 115. circa primum, col. 5. vers. cum omitto. vol. 1.* cum aliis congestis per Cottam *in suis memorial. ver. iura-*
43 *mentum est personale,* & ideo † ad hæredes quoad periurij reatum non transit, Caccheran. *in decis. Pedemontana 46. n. 15.* Gabriel. *de iureiur. conclus. 6.* vbi latè hanc materiam pertractat. Licèt ipsum iuramentum transeat ad ipsos quoad obseruantiam contractus, Bart. *in d. l. qui superstitis.* Bald. *in auth. sacramenta puberum. & ibi* Curt. *n. 100. C. si aduers. vendit.* Et an Princeps se-
44 cularis leges † condendo auferat vim iuramenti à contractibus, dicam infra *parte 4. cent. 1.*

CAP. X.

Executionem vltimarum voluntatum esse mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Executores testamenti si non sunt constituti, hæredi competit executio.*
2 *Executio legati ad pias causas pertinet ad Episcopum.*
3 *Episcopus quis debet esse executor ad pias causas originis, vel loci, vel rei sitæ, & nu. 9.*
4 *Executio ad pias causas pertinet ad Metropolitanum, episcopo negligente.*
5 *Ecclesia an possit esse executrix relictorum ad pias causas.*
6 *Capitulum sede vacante non est executor ad pias causas voluntatum, & n. 8.*
7 *Capitulum sede vacante non visitat.*
10 *Episcopus loci est executor vbi est legata species.*
11 *Episcopus originis testatoris est executor vbi est legata species.*
12 *Episcopi an sint soli executores piarum voluntatum, non etiam iudex laicus.*
13 *Legata ad pias causas non executa, quando applicentur fabricæ sancti Petri de vrbe.*
14 *Executio legatorum piorum est mixti fori.*
15 *Iudicum secularium quis sit iudex, qui exequatur legata pia.*
16 *Episcopus, vel iudex laicus an possit constituere executores commissarios.*
17 l. 3. ff. de alim. & cib. leg. *non probari executores posse dari à iudice.*
18 *Executione legatorum piorum commissa episcopo, & collegio, quot voces habeat collegium.*
19 *Vocati sub nomine collectiuo habent vnam vocem.*
20 *Verbum collectiuum quando significat contra propriam naturam.*
21 l. Lucius §. Titius ff. de leg. 2. *intellectus.*
22 *Episcopus non habet fundatam intentionem super monte pietatis legato à testatore.*
23 *Mons pietatis, vt sic locus religiosus debet fundari cum auctoritate episcopi.*
24 *Mons pietatis qui gubernatur per laicos debet cognosci, & iudicari à laicis.*
25 *Confraternitates laicorum, & estauritæ cognoscuntur, & iudicantur à laicis.*
26 *Religiosus locus efficitur cum auctoritate episcopi, consensus non sufficit.*
27 *Auctoritas debet interponi in ipso actu, & quomodo probetur.*
28 *Consensus quando præsumitur interueniße.*
29 *Quarta episcopalis debetur de omnibus fructibus loci religiosi.*
30 *Iudex laicus an sit competens super eligendo administratore loci religiosi.*
31 *Episcopi in quibus locis piis habeant omnimodam facultatem à S. Concilio Tridentino.*
32 *Episcopi non visitant loca pia, quæ sunt sub immediata protectione Regum.*
34 *Iudex laicus nunquam est executor legatorum merè spiritualium.*
35 *Episcopus non potest mutare vsum eleemosynarum de vna in aliam rem, vel personam.*

NIhil est quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntatis, postquam aliud velle nõ possunt, liber sit stylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium, *l. 1. C. de sacros. eccles.* Propterea si non sunt constituti executores † in testamento, quos constituere superuacuum etiam putat Corneus *in cons. 76. n. 12. vol. 4.* nam executore non constituto, hæredi cõpetit executio, *c. nos quidem c. tua. & ibi gl. in ver. monitione. de test.* Præterquam si legatum sit relictũ ad pias † causas, cuius executio, nullo alio nominato executore ad episcopum pertinet, *§. si quis ædificationem. & §. si quis aute pro redemptione in auth. de Ecclesi. st. tit.* Abb. *in d. c. nos quidem.* Couar. *ib. nu. 8.* Tiraq. *de priuileg. piæ causæ priuileg. 149.* Imo etiam si testator prohibuerit per Episcopum exequi, ad ipsum, non obstante prohibitione, executio spectat, *auth. de ecclesiast. tit. §. sin autem specialiter, & §. seq. & §. in omnib.* Doct. *in l. nulli C. de epis. & cleric. & in l. si quis ad declinandam, vbi* Salyc. *q. 10. & q. 11. & c. tua. de test.* fallit in legatis profanis, in quibus laicus non conuenit laicum coram Ecclesiastico, Cappel. Tolos. *decis. 51. 78. 89. 112. & 215.* 1 2

Episcopus † executor debet esse loci episcopus, aut originis, vel municipij, seu villę, quę illi subest, aut etiã episcopus loci rei, vt latè per Specul. *in ti. de executor. vlt. volunt. n. 79.* qui titulus ponitur cum titulo de instrumentorum editione. Item œconomus est etiam executor huiusmodi relictorum deficiente testamentario, vel non exequente, vel exequi non valente, *d. l. si quis ad declinandam §. & si quidem captiuos. C. de epis. & cleri.* Item Metropolitanus † est etiam executor episcopo negligente, vel exequi non valẽte, *in auth. de ecclesiast. tit. §. si autẽ qui hoc facere, & §. seq.* Archiepiscopus enim supplet negligentiam suffraganeorum quo casu statim episcoporũ iurisdictio deuoluitur ad Archiepiscopum, Felyn. *in c. pastoral. n. 6. de offi. ordin.* 3 4

Et quod dicitur Ecclesiã † posse esse huiusmodi relictorũ executricẽ, *per §. si vnũ de prædictis in auth. vt cũ de appell. cogn.* Iste tex. hoc mihi nõ ꝓbat sed quod ad 5

bona captiui defuncti penes hostes non succedunt liberi negligentes illum redimere, sed propter prædictam negligentiam, & qui ad id non festinauerint, applicatur Ecclesiæ ciuitatis, in qua defunctus oritur.
6 Nec est verum quod sede vacante † Capitulum sit huiusmodi relictorum executor, ex quo est iurisdictionis necessariæ, ad quam succedit Capitulum sede vacante. Hoc non est iure expressum in Capitulo: ergo ei non est ascribendum, ita argumentatur gloss. *in ver. Capituli. in vers. in contrarium, in clem. 1. de hæretic.* vbi
7 quod Capitulum † sede vacante non visitat, quod facit Episcopus: Item vtroque iure exequendi potestas datur Episcopo, & propter eius negligentiam Archiepiscopo; idem est autem negligere, & non posse, vt dicitur in substitutione vulgari: Metropolitanus est vocatus in casu negligentiæ; ergo in casu impotentiæ: tantò magis in præiudicium iurisdictionis secularis,
8 non est facienda dicta ampliatio † de Episcopo ad Capitulum, & hanc tenet Specul. *in d. tit. de execut. vltim. volunt. n. 79. vers. argum. tamen contra, de conc. ess. præbendæ. c. quia diuersitatem. & c. postul. stis.* Ergo minus facienda est ad Abbatem, etiam qui habeat iura episcopalia, quia non est iure expressum: vocatur Archiepiscopus, & extensio in præiudicium secularis iurisdictionis non est facienda.
9 Solet inter Episcopos † esse dissensio, quis præferendus sit pro executore piorum legatorum, an episcopus originis, an domicilij, an rei sitæ. Doct. *in l. nulli. C. de episcop & cleric.* Specul. *in d. tit. de execut. vltim. volunt. n. 81.* Federic. de Sen. in sua particulari disputatione concludunt, quod omnes erunt executores. Iacobus de Canibus *in tract. de execut. vltim. volunt. particula* 1. *nu.* 26. dat fallentias. Primo vbi esset legata
10 species †, aut res, quæ in vno loco esset, quia exequitur Episcopus, vbi res sita est, *l. si fideicommissum. ff. de iudic. & in l. cùm res. ff. de leg.* 1. Item vbi est debita quantitas, quia ille exequitur, vbi est res, quæ debet vendi si est in vno loco: si multæ sunt res in multis locis, locorum Episcopi exequuntur, *l. eius. §. Celsus. ff. ad munici.* Item † vbi in nullo illorum locorum esset res le-
11 gata, vel ex cuius venditione debet redigi quantitas, quia attendetur Episcopus originis, *d. l. nulli. & l. ciues, C. de incolis lib.* 10. Et si origo est dubia, Episcopus domicilij: & si de domicilio dubitetur, Episcopus loci, in quo defunctus est, *d. l. nulli. vers quod si bene.* facit *l. iurisperitos. §. cùm oriundus. ff. de tutor. & curator. dat. ab his.* facit *l. 1. C. de prædiis minor.*
12 Sunt autem qui putent ad solos episcopos † hoc spectare ministerium, non autem ad iudicem secularem, pro quo allegant, *d. c. nos quidem, & c. si hæredis, & c. Ioannes, & c. tua. de testam.* gloss. *in ver. v. stro, in c. Syluester,* 11. *qu.* 1. *& d. l. nulli. C. de Episcop. & cleric.* id probat, vbi si testator nullum dederit executorem, vir Reuerendissimus Episcopus illius ciuitatis, ex qua testator oritur habeat facultatem exigendi, quod huius rei gratia fuerit derelictum, ipsum defuncti propositũ sine vlla cunctatione, vt conuenit, impleturus. In quibus verbis primò assertis, iudex laicus minimè nuncupatur. Item dispositum fuit in sacrosancto *Concilio Trident. sess. 7. c. 15. & sess. 22. c. 6. & sess. 25. c. 4. de reformatione.* quod ipsi Episcopi tanquam delegati sedis apostolicæ habeant facultatem commutandi vltimas voluntates pias. Iccirco Pius Papa V. applicauit me-
13 dietatem † omnium relictorum piorum fabricæ sancti Petri de Vrbe, quæ per triennium retroactum debitæ executioni demandata non fuerint, vt *in bulla* 95. *fol.* 129.

Contraria opinio est verior in vtroque iure, scilicet quod executio † legatorum piorum pertineat ad v- 14
trumque iudicem Ecclesiasticum, & secularem. Primo id probat textus *in d. l. nulli propè finem vers. vel in clarissimi rectoris prouinciæ, vel in vrbis episcopi notitiam deferendi liberam habeant facultatem.* Item *l. hæreditas in fine ff. de pet. heredi. vers. Principali, vel Pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis.* Item *l. 3. §. 1. in prin. ff. de aliment. & cib. leg. & in auth. de Ecclesiast. tit. §. si quis ædificationem, & §. si vero semel & §. seq. & in auth. vt cum de appell. cognos. §. cum vnum.* glo. & Doct. *in c. relatum in* 1. *de testam.* Bart. *in d. l. 3. ff. de alim. & cib. leg.* Archidiac. *in d. c. Syluester* 11. *qu.* 1. Doct. *in c. significantibus. de offi. deleg.* Doct. *in l. 1. C. de epis. audient. & in c. 1. de empt. & vendit.* Doct. *in c. fi. §. 1. de test. lib.* 6. Bald. *in d. l. hæreditas §. si defunctus, & ibi* Ange. *ff. de petit. heredit.* Specul. *in d. ti. de vltim. volunt. execut. nu.* 80. Innoc. & Ioan. And. *in d. c. significantibus. de offi. deleg.* Franc. Aret. *in l. 1. C. de sacros. eccl.* Angel. *in consi.* 119. Andr. Barbat. *in consi.* 42. *col.* 4. *vers. capio nunc secundum vol.* 4. Alex. *in consi.* 170. *circa primum dubium vol.* 2. Belluga *in speculo Prin. rubrica* 17. *§. videamus, num.* 4. Ioan. Iacob. de Canibus *in d. tract. de execut. vlt. volunt. parti.* 1. *nu.* 25. Tiraq. *de priuileg. piæ causæ priuileg.* 149.

Sed inter iudices † laicos solet etiam esse dissensio 15
quis is iudex sit, qui pium testamentum exequatur. Respondeo de iudice loci, in quo defunctus est, vel natus est is, qui legatum pium exequendum reliquit per iura supradicta, & si in neutro reperiatur, poterit conueniri, vbi contraxit, vel quasi contraxit adeundo hæreditatem, aut vbi executor administrationem acceperit, *l. hæres absens §. fi. & l. seq. ff. de iud. & argentarium eo. tit.* Specul. *in d. tit. de execut. vltim. volunt. nu.* 81. Huc pertinet quæstio vbi fideicommissum peti debeat, de qua latè per Marcum Antonium Peregrinum *in tract. de fideicommiss. art.* 53.

Non posset Episcopus, † vel prætor executores cō- 16
missarios constituere, quia hoc nō est iure expressum, & ita tenet Iacob. de Aret. *in l. id quod pauperibus, C. de epis. & cleri.* quem refert, & sequitur Ioan. Andr. *in addit. ad* Specul. *ad d. titulum de execut. vlt. vol. num.* 2. *in additione quæ incipit Dotiui.* Cyn. *in d. l. id quod pauperibus.* & ideo *l. 3. §. 1. ff. de alim. & cib. leg.* quę ad † hoc 17
solet allegari, non id probat executores posse dari à iudice, quia ibi erant dati hæredes; ergo executores dari non poterant: sed quia plures dati hæredes erant, fit quædam prouisio ad fauorem liberti cui relicta erant alimenta, quæ propter difficultatem prouenientem ex pluralitate hęredum liberto assignari non poterant, lex illa difficultati prouidet. Nec est facienda extensio de similibus ad similia per *l. non possunt ff. de legib.* argumento quod plura sunt negotia quam vocabula, *l. 3. ff. de præscript. verb.* quia in legatis piis specialis prouisio circa executorem facta est à lege, de episcopo, & Prætore.

Quid autem erit, si executio † legati ad puellas ma- 18
ritandas commissa fuerit loci episcopo, & alicui collegio habenti puta tres personas collegiatas: an Episcopus habeat vnam vocem de quatuor, an vero tres habeant vnam vocem de duabus. Responde, quod quā-
do plures vocantur sub nomine † collectiuo, puta hæ- 19
redes, fratres, iudices, consules, simul cum aliquo tertio, tunc illi plures reputantur pro vna persona, & vnā tantum partem habent, *l. si quis Titio, & hæredibus, ff. de vsufruct. accrescen. l. si quis mulieri, & liberis ff. de hæred. inst. l. interdum. ff. de vulg. & pupill. l. fi. C. de impub. subtit.* & ibi plenè notatur, & propterea Bal. *in auth. causa, quæ fit cum monacho. Cod. de epis. & cleri.* dicit ele-

ctione

ctione aliqua commissa Capitaneo, & prioribus, Capitaneum pro vna voce admitti debere, omnes autẽ priores sub collectiua voce comprehensos pro reliqua. hoc idem probatur, *in l. quoniam iudices. C. de appellat. vbi gl. super verbo soluturo & c. pastoralis de rescr. clem. si plures de iure patron. c. pastoralis, vbi Doct. de concess. præbend. c. scriptum cum ibi notatis per Inno. de elect.* Regula autem fallit, quando in voce collectiua fuerit appositum distributiuum *quisquis*, aut fuerit dictum æqualiter, Ias. *in d. l. fin. num. 4. C. de impuber. substit.* Item fallit fauore familiæ testatoris, † vbi collectiuum verbum cõtra propriam significationem distributionem singularem significat, vt in casu *l. Lucius §. Titius de leg. 2.* quia ex coniectura ta mente testatoris contra proprium significatum ipsa dictio interpretatur, *l. generaliter in prin. C. de instit. & substit.* Nisi dicamus quod *in d. §. Titius* † illud verbum ad viriles, intelligendum est, vt familia omnis collectiuè sumpta virilem habeat, & Seia pariter virilem, non autem quod vnus quisque de familia singulariter consideratus virilem habeat de per se, Roman. *in consi. 96. nu. 3.* Marian. Socin. *in consi. 103. n. 17. vol. 1.* Ab. *in consi. 37. vol. 2.* Bart. *in l. & suum hæredem. §. hodie & ibi apostilla in ver. à maiori parte ff. de pact.*

20 (margin, beside "Item fallit fauore familiæ testatoris")

21 (margin, beside "quod in d. §. Titius")

22 Si testator fundauerit † montem pietatis, episcopus non habet fundatam intentionem in ipso ex quo est religiosus locus, per tradita à Ioan. Lupo *in tractat. de eccles. quæst. 16. num. 6.* Vt enim habeat fundatam in-

23 tentionem, requiritur quod mons pietatis † sit fundatus cum auctoritate Episcopi: priuata enim persona non potest facere locum pium vel religiosum, *cap. ad hæc de relig. domib. c. nemo*, quod est *c. 9. de consecrat. distinct. 1.* Ab. *in c. officiis, num. 3. vers. sed hæc loca non dicuntur pia de testam. & in cap. 3. num. 3. vers. sed nunquid de relig. domib.* Felyn. *in c. de quarta col. 2. & 3. de præs. ri.* Bald. *in auth. hoc ius porrectum num. 2. vers. sed hic quæro C. de sacros. eccles.* Ioann. Lupus *in d. tract. de libert. Eccles. quæst. 16. num. 4.* latè Petr. de Vbaldis *in tractatu de canonica episcopali, §. secundo principaliter, num. 12. &*

24 *plur. seq.* Tanto magis si iste mons † gubernatur, & administratur per laicos, ex dispositione iuris communis debet cognosci, & iudicari à laicis, sicut cæteræ cõfraternitates laicorum, optimè probat Petr. de Vbal. *in tractatu de canonica episcopali. & parrochiali, quæst.*

25 *14. num. 7. & seq.* Sicut etiam sunt estauritæ, † & earum bona, quia ista bona dicuntur secularia, & non Ecclesiastica, Napodan. *in consuetudine Neapolitana; si Ecclesia*, & gubernantur per Oeconomos laicos, & seculares, vt *C. de sacros. Eccles. l. iubemus nulli.* isti enim seculares stauritarij faciunt vnum syndicum & non Episcopus; ergo censentur bona laicorum, & Episcopus non potest ipsos laicos administratores impedire. Afflict. *in tractatu de iure prothemiseos, in principio legis, num. 12.*

Nec possit Episcopus dicere quod ipse tacitè consenserit super eo mõte pietatis, vel quatenus opus est de nouo consentit ad efficiendum ipsum religiosum, per *regul. ratihabitio li. 6.* quia hoc procedit in consen-

26 su, sed ad efficiendum † locum religiosum requiritur auctoritas Episcopi, ita dicit tex. *in d. c. ad hæc de relig. domib. in vers. auctoritate Pontificis destinatus.* Petr. de Vbald. *in d. tract. de canonica Episcopali. §. secundo principaliter num. 15.* & ibi latè quod consensus non suffi-

27 ciat, auctoritas † debet interponi in ipso actu, vel statim post, *l. obligari. §. tutor. ff. de auctorit. præstanda §. tutor. Inst. eo. ti.* Et quia auctoritatis interpositio est facti, *l. censi. ff. de curat. furiosi.* nõ præsumitur interuenisse, nisi appareat, *l. in bello §. factis ff. de capt. & postlim. reuers.* Vnde dicebat Compostellan. *in c. cum dilectus in gl. super verb. quam de iure communi, vers. sed dicemus. de consuetud.* quod in quibus requiritur consensus Capituli † ad validandum actum, si partes de hoc non refe- 28
rant quæstionem, præsumitur interuenisse, secus si referant quæstionem, tunc enim oportet probare interuenisse. Episcopus non posset nouissimo loco in præiudicium montis pietatis præstare consensum, ipsumque efficere religiosum: hoc etiam esset in præiudiciũ iuris publici, & præsumeretur facere in fraudem, quia propter suam vtilitatem religiosum locum vellet efficere, vt de omnibus fructibus montis, † sibi soluatur 29
quarta Episcopalis, *c. conquerẽte, de offi. ordin.* per quem textum ita concludit Lapus de Castellione *in tract. de canonica portione, c. 1. n. 2. & plur. seq.* Imo hoc faceret in præiudicium iurisdictionis secularis, & posset per ipsos laicos administratores supplicari sanctissimo, & aliam fieri ad resistendum rapacitati.

Si super isto monte pietatis detur à testatore administrator † eligendus per episcopum, & iudicem loci, 30
& dissensio orta sit inter electos, quia res est merè secularis, & tractatur de eligendo personam secularem, iudex competens est laicus, Stephan. Aufrer. *de potest. reg. 2. n. 17.* Imo etiam de re spirituali si quæstio personalis inciderit, iudex laicus est competens, Felyn. *in c. quanto n. 5. vsque ad fide iudiciis.* vbi Abb. *n. 11.* & ibi Apostilla alios refert, tanto magis si quæstio incidit super re merè temporali inter ipsos electos, sed quando hæc opinio esset vera: fallit ratione adiuncti episcopi, qui cum dignior sit, ad eum tanquam ad digniorem negotium deuoluitur, vt scribo infra *in 2. cent.* in pluribus casibus.

Et licet ex dispositione *de sacros. Cons. Triden. ses. 22. c. 8.* detur omnimoda facultas episcopis cognoscendi de piis † locis, ac de mõte pietatis, etiam per laicos ad- 31
ministratis: tamen aduertendum est, quod *in d. c. 8. in prin.* dicitur, dictam facultatem concedi Episcopis solum in casibus à iure expressis, & in fine dicti *c. 8.* dicitur, iuxta sacrorum canonum statuta cognoscant, & exequentur: sed de iure episcopi solum in casu negligentiæ rectorum possunt cognoscere, *d. cap. tua, & c. Ioannes. & c. 15. sess. septimæ Concil. Trident.* Item ab eodem *Concilio sess. 22. c. 8.* excipiuntur ab istiusmodi cognitione, & visitatione episcoporum † omnia loca pia, 32
quę sunt sub immediata protectione Regum, & Neapoli sæpius fuit decisum, omnes confraternitates laicorum, quas estauritas vocant, esse sub protectione Regis, & ideo episcopos in eis non habere ius visitandi, licet contrarium fuerit Romæ decisum, in congregatione concilij, vt latè tractabo *in 4. parte.*

Propterea circa executionem legatorum merè spiritualium iudex † laicus nihil habet commune, *c. decernimus. de iud.* vt si testator pro restitutione illicitè ac- 33
quisitorum, vel per vim ablatorum aliquid ligauerit, tunc episcopus solus erit competens iudex, & executor, Gemin. *in cons. 20.* Ioan. de Anan. & Felyn. *in c. cum sit. de Iudæis.* Couarr. latè *in capit. 3. nu. 8. de testam.* Vnde Bal. *in l. si duobus. n. 9. C. communia. de leg.* dicit quod si inter executores testamẽti est discordia, ad pias causas episcopus est diffinitor, secus ad profanas, quem intellige modo prædicto in spiritualibus, vbi laicus non se immiscet, secus in profanis, etiam ad pias causas, quam cognitionem esse mixti fori, etiam ex Baldo supra est exaratum. Non tamẽ posset Episcopus † mu- 34
tare vsum eleemosynarum de vna in aliam rem, neque de vno personarum genere ad alterum, *clement. quia contingit. & ibi Ioan. de Immol. & Cardinal. Zabarell. de religiosis domibus.* & ex dispositione *sacrosanct. Concil.*

*Concil.Trident.sess.22.c.*8. nullam aliam habent super eleemosynis facultatem, quam eam quæ de iure communi eis concessa est.

CAPVT XI.

Sacrilegium in quot casibus sit mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Sacrilegium in quibus rebus committitur.*
2 *Persona sacra quæ sit.*
3 *Sacrilegium committitur per laicum vxoratum, si fornicauerit.*
4 *Sacrilegium cum moniali punitur per iudices laicos.*
5 *Clericum excommunicatum percutiens an committat sacrilegium, & num.7.*
6 *Iudex laicus quando possit cognoscere de excommunicatione.*
8 *Clerici personam offendens, in quibus casibus non incidat in excommunicationem, & nu.14.*
9 *Sacrilegium non committitur occidendo clericum homicidam vocatum per iudicem laicum non comparentem, nec ostendentem se clericum.*
10 *Pœna excommunicationis quis excusatur ex iusta causa.*
11 *Clericus minoris ordinis sine habitu & tonsura repertus, an debeat remitti ad iudicem Ecclesiasticum.*
12 *Percutiens laicum incedentem in habitu, & tonsura, qui reuera non erat clericus, non tenetur vt percussor clerici.*
13 *Feudum non amittit, si quis insultet quem ignorabat esse dominum suum.*
15 *Sacrilegium de iure canonico tribus modis committitur.*
16 *Sacrilegium de iure ciuili, duo habet requisita.*
17 *Sacrilegium committitur in circuitu Ecclesiæ per triginta passus.*
18 *Sacrilegium & quasi sacrilegium quid sit.*
19 *Statutum loquens de sacrilegio intelligitur secundum ius ciuile.*
20 *Sacrilegium esse mixti fori.*
21 *Sacrilegij pœna quæ sit de iure ciuili, & quæ de iure canonico.*
22 *Iudex secularis, & iudex Ecclesiasticus non debent se impedire circa pœnas sacrilego imponendas.*
23 *Laicus in Ecclesia delinquens est de foro ecclesiæ.*
24 *Sacrilegus an prius conueniri debeat coram iudice seculari.*
25 *Pœna canonica non tollit pœnam legalem.*
26 *Iudex secularis non potest condemnare ad mortem eũ quem iudex Ecclesiasticus condemnasset ad perpetuum carcerem.*

1 SAcrilegium † siue committatur in personas sacras, siue in res sacras, siue in loca sacra, quæ particularis est ipsius diuisio, vt per D.Thom. *in* 2.2. *qu.*99. *art.*3. & Turrecrem. *in cap.*3. 17. *quæst.*4. *n.*5. *&* 6. Et ideo est sacræ rei violatio, Bal. *in l.*3. *nu.*4. *C. de furt.* D.Thom. *in d.q.*99. *art.*1. *& c. si quis contum.* § *sacrilegium* 17.*q.*4. Paul. Grilland. *in tract. de pœnis omnifar. coit. in prin.*
2 semper puniri potest per iudices laicos. Persona † sacra intelligitur qui ministrat in rebus sacris, *cap. si quis suadente* 17.*q.* 4. *l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cleri.* quorum gradus octo recenset, ab Ostiario vsque ad episcopum, Ioan. Lup. *in tract. de libert. Ecclesiasti. quæst.*5. *num.*3. vbi etiam quod clerici primæ tonsuræ gaudeant hoc priuilegio, nisi illud propria culpa amiserint, vt scripsi supra. Et de istis habes *in d. c. si quis suadente. & c. deinceps & c. de presbyterorum* 17. *qu.*4. *& c. non dubium & c. ex ore. de sent. excom. & c. religioso eo. tit. lib.*6. *& l. si quis in hoc genus C. de epis. & cleri. & l. fi. ff. ad l. Iul. peculat. c. felicis de pœn. lib.*6. *clem.* 1. *de pœnis,* Abb. *in c. olim. de iniuriis.* Stephan. Aufrer. *in tract. de potest. secul. per duas columnas, in regula* 3. Lupus *in d. tract. de libert. ecclesiastica qu.*1. Decian. *in tract. criminal. tomo* 2. *c.*16. Menoch. *casu* 389. Tessaur. *decis.* 244. & latè per Aufrer. *de potest. secul. in ecclesiast. regul.*3. & ibi Matthæus Boys latè alios congerit.

Et ideo laicus † vxoratus si fornicauerit cum moniali, sacrilegium committit, quo casu poterit à iudice laico cognosci, & puniri, quia secundum gloss. *in c. virginibus* 27. *quæst.*1. tria committit delicta, scilicet incestum, adulterium, & sacrilegium, Alberic. *in l. si quis non dicam rapere num.*2. *C. de epis. & cleri.* Dec. *in consil.*338. *nu.*1. Abb. *in c. monasterium. de vit. & honest. cleri.* Marsil. *in repet. l. vni. num.*37. *Cod. de rapt. virg.* Paul. Grilland. *in tract. de pœnis omnif. coit. quæst.*1. *nu.*22. *& seq.* quæ delicta puniuntur de iure ciuili, *l. si adulterium cum incestu in prin. &* §. 1. *& l. quamuis* §. *sacrilegos C. eod. & Instit. de publi. iud.* §. *item lex Iulia, & l. si quis non dicam rapere, & l. si quis in hoc genus Cod. de epis. & cleri. & in auth. de sanctissim. epis.* §. *pen. & fi.* in quibus locis probatur tale delictum esse punibile de iure ciuili, & propterea in casu occurrenti, fuit punitum † per iudices laicos, vt est decisum per Caccheran. *decis.* 103. vbi congeruntur omnes Doct. & respondetur contrariis. 3 4

Fallit ista conclusio, si personam † clerici percuteret, qui excommunicatus est, vt videtur dicere textus *in c. excommunicatorum* 23. *quæst.*5. *in versi. non eos enim homicidas arbitramur, quos ad vsus excommunicato zelo catholicæ fidei ardentes aliquos eorum trucidasse contingeret, & c. si quis deinceps* 17. *qu.*4. *versi. nisi fortè iudicatis.* Item nihil ad nos de his, qui foris sunt, *c. multi* 2. *q.* 1. *c. gaudemus. de diuort.* sed excommunicatus foris est, imò etiam est membrum diaboli, *c. omnis Christianus* 11. *quæst.*3. & hanc opinionem tenet Ioann. de Lignan. *in tract. de censur. Ecclesiasticis* §. 4. *num.*24. Et quando esset vera, Iudex laicus † in materia defensionis rei posset etiam cognoscere de excõmunicatione, vt probauimus infra parte 4. cas. 101. Et licet Inno. *in c. si vero de sent. excom.* dicat quod clericus excommunicatus etiam retinet ordinem; ergo illum percutiens est excommunicatus, tamen idem Innocen. *in d. c. si vero,* tenet idem in percutientem † clericum hæreticum, & tamen ipse retinet ordinem: nisi intelligas de hæretico deposito per sententiam, pro vt declarat Nicolaus de Plon. *in tract. de excommunicat. c.* 1. *n.*27. Sed Hostiens. distinguit, *in d. c. si vero.* Aut clericus steterit in excõmunicatione per annum, & tunc perdit priuilegium & eum percutiens non incidit in excõmunicationem: aut non steterit per annum, & videtur sequenda opinio Innoc. sed an steterit per annum facti est, ideo secularis cognoscit, vt dictum est, tanto magis ad excludendum delictum, ne sequatur pœna. Sunt & alij casus in quibus offendens † personam clerici, non incidit vt si clericus deposito habitu, & tonsura, sacris se immisceret, arma ferẽs, & licet aliqui dicant, dummodo tertio monitus non corrigatur, per *cap. in audientia. de sent. excom.* hoc tamen est intelligendum, prout dixi supra: vnde stante statuto, quod vnus bãnitus occidẽs alterũ gaudeat indultu. si clericus † homicida qui furtis & rapinis publicam quietem turbabat, vocatus per iudicem 5 6 7 8 9

dicem laicum, nec ostendens se clericum, fuerit contumax reputatus, & ideò bannitus, & postea occisus ab altero ipsũ occidens nõ dicitur cõmisisse sacrilegiũ, & indultu gaudere debet, & ita in terminis tenet Io. Grãdis *in tract. de bello exulum q. 23.* & esse opinionem cõmuniter receptã probat Couar. *pract. q. c. 32. vers. his erit adiiciẽda*, licet ipse sentiat cõtrariũ ꝙ ego credo verius, de quo latius *in 4. parte* scribã; tamẽ, secundũ dictã cõmunẽ est casus decisus vt ꝑ Franch. *decis. 463.* Item nõ incurrit, quãdo quis ignorabat an clericus esset, *c. si vero. de sent. excom.* Vnde pœna mortis naturalis non est imponenda, si clericũ percusserit incedentẽ in habitu laicali quẽ ignorabat esse clericũ, *d. c. si vero, & c. in audientia eod. tit.* Io. de Turrecre. *in d. c. si quis suadente 17. q. 4.* Io. Lup. *in d. tract. de libert. eccles. q. 1. nu. 8.* Ioan. de Lignan. *in tract. de censur. eccles. §. 6. num. 1. & n. 20.* quia
10 ex iusta causa rectè excusatur à pœna excommunicationis, Abb *in c. vt famæ. de sen. exco.* Bal. *in l. si qua per calumniam C. de episc. & cleric.* & vtroq; casu sufficit ab episcopo absolutionem petere, Couar. *in c. 1. num. 12. de sponsal.* Et quomodo offendens clericum nõ incedentem in habitu excusetur à pœnis offendentium clericos, vide Dec. *in tract. criminal. tomo 2. lib. 6. c. 34.* & vi-
11 de Menoch. *præsumpt. 76.* quia clericus ✝ minoris ordinis sine habitu clericali, & tonsura repertus non debet remitti ad iudicem ecclesiasticum, Guido Pap. *decis. 138.* Capella Tholos. *decis. 144. & decis. 147.* reiecta opinione Bald. *in l. si qua per calum. C. de episc. & cleric.* qui dicebat clericum sine habitu, & tõsura deprehensum esse solummodo detinendũ à iudice laico, donec iudex ecclesiasticus cognouerit, & declarauerit, & contra Bald. etiam Menoch. *de præsumpt. 76. n. 18.* ex habitu enim, & incessu clericali quis præsumitur clericus, idem Bald. *in l. non ignorat. C. qui accus. non poss.* Alciat. *præsumpt. 4. in fin.* Aufrer. ad Capell. Tolos. *q. 117.* Crauett. *de antiquit. in 1. part. 3. partis principal. n. 34.* Grammat. *decis. 81. num. 61.* quicquid dixerit Dominus Regens de Ponte *in consil. 24. num. 4. & seq.* ita econtra si
12 percusserit ✝ laicum incedentem in habitu, & tonsura clericali, qui re vera non erat, non tenetur vt percussor clerici, Dyn. *in l. gerit ff. de acquir. hæredit.* & *in l. eũ qui nocentẽ. §. si iniuria ff. de iniuriis* facit, quod dicũt gloss. & Bald. *in cap. 1. quib. mod. feud. amitt.* quod si quis insul-
13 tet ✝ quem nescit esse dominum suum, non amittit feudum, nisi ignorantia esset crassa, & supina, quia paria sunt scire, vel scire debere, *l. quod te. ff. si cert. pet.* & ibi infert gloss. *in ver. adulterauerit*, quod si concubuit cum vxore domini sui, quã ignorabat esse vxorem, nõ amittit feudum. Item cognoscens monialem, quam ignorabat esse monialem, nõ punitur de stupro monialis, vt dicit ibi gloss. quam notat esse menti tenendam ibi Bald. *n. 3.* & quomodo probetur habitus, vide Mascard. *de probat. conclus. 848.*
14 Fallit etiam in clerico ✝ exercente negotia secularia, *c. sacerdotibus. ne clerici, vel monachi.* Item in clerico coniugato, si nõ fert habitũ clericalem, vt *tit. de cleric. coniugat. lib. 6.* Item in clericis buffonibus, macellariis, goliardis, qui per annum exercuerint artem suam, vel si minori tempore admoniti, non destiterint, *c. fin. de vit. & honest. cleric. li. 6.* Item in iis, qui nõ ex ira, sed iocose se percutiunt, *c. 1. de sent. excom.* debet tamen attendi qualitas ioci, & ratio fallendi, *cap. 1. de præsumpt.* Item in magistro, qui tamen hoc facit leuiter causa disciplinæ, *c. cum voluntate c. fin. de sent. excom.* Item in eo, qui vim vi incontinenti repellit. & immediatè, *d. c. si vero. eod. tit.* Item in eo qui inuenit clericum cum vxore sua turpiter agere, vel cum matre, vel sorore, vel filia, *d. c. si vero. & c. nec ille.* Item si fiat à Prælato, aut mandato ipsius, causa correctionis, vt *d. c. cum voluntate. & c. ex tenore*, & si non fiat causa correctionis, tã verberans, quàm præcipiens incurrunt excommunicationem, *c. vniuersitatis. de sent. excom.* Et si causa subest potest clericum capere, & incarcerare, *c. si laicus. de sent. excom. lib. 6.* sed percussio non debet fieri per laicum, alioquin ambo incurrunt excommunicationem, vt *d. c. vniuersitatis*, nisi clericus esset adeo incorrigibilis, quod aliter capi, & corrigi non posset, *c. vt famæ. de sent. excom.* Item quando clericus transfert se ad actũ prorsus ordini contrariũ, puta erat in minoribus, & factus est miles, vel bigamus, *c. quisquis dist. 84.*

Fallit etiã pluribus aliis modis, quos 12. refert Paulus Borchasius, *in tract. de irregul. ti. de clerico percussore.* Item tres recẽset Petr. Duen. *in regula 99.* Itẽ octo refert summa Angel. *in ver. excom.* Itẽ septẽ refert Bernardus Laurent. *in tract. quib. casib. secular. puniat. cleric. n. 7.* Item 12. ponit Aufrer. *in d. regula 3.* Et in omnibus, qui prius incipit cognoscere de qualitate limitationis, non debet impediri per alterum iudicem circa impositionem diuersarũ pœnarũ. Hoc fallit in excõmunicatione, quæ non debet impediri per iudices seculares præuenientes, quia est pœna spiritualis, & non debet suspendi: imò priùs debet declarari excommunicatus, *l. placet in fin. C. de sacros. eccles.* & melius *in c. placet 16. q. 1.* vbi est canonizata, & ita est decisum, vt per Franc. Marc. *decis. 597. part. 2.* quia sententia excom. trahit secum executionem, Rota *decis. 51. nu. 2. de app. in nouis, & decis. 59. in fi. eo. tit.*

In altera parte distinctionis variat vtrũque ius, quia de iure canonico trib. modis sacrilegiũ ✝ committitur, 15
aut cũ tollitur sacrum de sacro, vel cũ sacrum de non sacro, vel non sacrum de loco sacro, *c. quisquis, §. sacrilegium. 17. q. 4.* gl. *in c. 3. ea. caus. &* q. latè Boer. *decis. 254. in prin.* gl. *in l. sacrilegij pœnam, & in l. sacrilegij c. & ibi* Bart. *ff. ad l. Iul. pecul.* Sed de iure ciuili, ✝ duo requirũ- 16
tur, sc. vt res furata sit sacra, & quod sit subtracta de loco sacro, Bar. *in l. diuino 1. ff. ad l. Iul. pecul.* Boer. vbi supra: sed de iure canonico sufficit alterum: sed ius ciuile ampliat locũ sacrũ, quia intelligit nõ tantũ si cõmittatur in ecclesia, sed etiã si in circuitu ✝ ecclesiæ per tri- 17
ginta passus, & etiã in domibus, quę circa triginta passus fuerint, Alberic. *in l. si quis hoc genus col. 2. vers. quis dicatur locus eccle. C. de episc. & cleri.* vbi etiã, an circumstantiæ ecclesiæ gaudeant eodẽ priuilegio, qui sic determinat per tex. *in l. præsen. C. de his qui ad eccle. cõfug.* & ibi etiã Alber. hoc dicit, & Bart. ib. quòd sicut quis non potest capi in ecclesia, & ita nec in ostio ipsius. Itẽ ius ciuile intelligit sacrilegiũ ✝ cũ res sacra surripitur 18
de loco sacro, dũmodo ille locus sacer sit publicè cõsecratus, sed quãdo res sacra surripitur de loco consecrato priuatim, tũc appellatur quasi sacrilegiũ, Bar. *in l. sacrilegi. ff. ad l. Iul. repet.* vbi declarat res publicè cõsecratas esse ecclesias, quia ad publicũ vsum omnium, sed oratoria, quę habẽt nobiles in eorum domibus, & fraternitates esse loca sacra priuata pro se tantũ, & nõ ad vsum publicũ, ideo ex hac doctrina Bar. sacrilegiũ propriũ, & improprium iudicatur ex loco, quã sequitur Paul. Grilland. *in tract. de pœn. omnif. coit. in 1. quæst. vers. post hæc.* qui etiam dicit eam procedere in oratoriis hospitaliũ priuatorũ, in ædiculis presbyterorum positis iuxta ecclesiam, vel canonicas clericorum, quia ista non dicuntur esse loca publicè sacra, sed priuata, Menoch. *de arbitrar. casu 389. col. 2.* Salyc. *in rubri. Cod. de crimin. sacrileg.* Ex qua iurium differentia resultat vtilitas, quia statutum ✝ loquens de sacrilegio, intelli- 19
gitur secundum ius ciuile, Grilland. *in d. 1. quæstion. colum. 2. vers. vltra prædicta.* & ita est casus decisus vt per

per Franc.*decis.240.num.8.& seq.* & Clar.*in §.sacrilegium.in fi.*& Boss.*in tit.de sacrileg.nu.5.*dicunt debere intelligi de statuto laicorum, quia si esset statutum cōditum ab Ecclesiasticis intelligeretur secundū ius canonicum, & vterque testatur esse comm.opinionem.

Cùm igitur vtrumque ius aliter determinet sacrile-
20 gium †, incipit probari hoc crimen ex eius origine esse mixti fori, & hanc opinionem probat tex.*in c.cùm sit generale. de foro compet.* vbi sacrilegi possunt sub quouis iudice Ecclesiastico, & seculari conueniri, ideo dicitur crimen mixtum quoad pœnas temporales, & contentiosas, & ita tenēt Ant.de Butr.*ibi col.12.* Abb. ibidem in pluribus locis, Calderin.*in cons.11.n.2.de iudiciis.* Et hanc tenet Igneus *in l.necessarios.§.non alias.n.503.ff.ad Syllan.*Abb.*in c.1.n.3.& 6.de offi.ordin.*Bart.*in l.si cui,§.cùm sacrilegium, num.3. ff.de accusat.* & esse comm.opin.testatur Mantua *in cons.266.n.56.& 72.& 79.*Couar.*li.3.var.resol.c.3.nu.1.vers.ego vt liberè.*Foller.*in practic.criminal.canonic.cap.17.§. vt si est sacrilegium,n.13.& 14.*Dec.*in tomo 1.crim.c.26.in princip.* Farinac.*de inquisit.q.8.nu.232.*& est casus pluries decisus. Boer.*d.decis.254.* Caccher.*d.decis.103.* Thessaur.*decis.224.*Franch.*decis.504.* Francisc.Marc.*in decis.Delphinal.123.n.6.& 595.n.3.& 597.nu.3.& 608.parte 2.* licet Clar.*in practic.criminal.§.fin.q.37. vers. vlterius quæro.* dicat in statu Mediolanensi, & in regno Franciæ solos iudices laicos cognoscere de crimine sacrilegij, non autem Ecclesiasticos.

21 Et ratione pœnæ † probatur etiam esse mixti fori, quia de iure ciuili pœna mortis est imposita, per *d.l.si quis in hoc genus,C.de episc.& cleric.* & *l.aut facta, §.locus.ff.de pœn.*& hanc sequitur Bar.*in l.sacrilegij pœnam. ff.ad l.Iul.peculat.*Paul.Grilland.*in d.tr.ct.de pœn.omnifaria coitus,q.1.n.7.* Boer.*d.decis 254.* Boss.*in d.tit.de sacrilegiis,n.6.*Et quando sit pœna mortis naturalis, & quādo alia arbitraria, ponit Clar.*in §.sacrilegium,vers. sed quæro.*vbi notat multas circumstantias, & Menoch. *de arbitrar.d.casu 389.* Sed de iure canonico, in casu *d.c.si quis suadente.* excommunicationis pœna infligitur ipso iure, & in cæteris excommunicandi sunt, *c.attendendum est 17.q.4.*& ibi Archidiacon.*c.si quis antiquitus,ead.caus.& quæst.*& probat tex. *in cap.cum quæst.de sent.excom.in c.conquestus.de foro compet.* licet *in c.quisquis 24.q.3.* imponatur etiam pœna publicationis bonorum, & pœnitentiæ in tota eius vita, sed per constitutiones Pontificum, quæ leguntur in cœna Domini in quocunque casu inuasionis personarum, rerum, & locorum sacrorum, ipso iure sunt excommunicati.

22 Cùm igitur iudex † secularis & Ecclesiasticus, possint concurrere respectu diuersarum pœnarum, vnus non debet alium impedire, *l.placet.C.de sacros.Eccles.*& ibi Ioan.Fab.& Bald.quæ est canonizata *in c.placet,16.q.1.* vnde si agatur ad pœnam corporalem, iudex secularis debet cognoscere, *d.l.si quis in hoc genus,*Host.& Abb. *in d.c.cùm sit generale.* sed si ad pœnam excommunicationis declarandæ, vel publicandæ, solus ecclesiasticus faciet, etiam in secularem sacrilegum, Alexand. *in*
23 *consil.111.col.1.vol.4.*quia ratione delicti,† quod fit in Ecclesia, potest delinquens puniri per iudicem Ecclesiasticum, & per iudicem secularem, vnde laicus in Ecclesia delinquens est de foro Ecclesiæ, Oldrad.*in consi.86.quæritur.* Si verò ad pœnam pecuniariam, aut subtractæ rei restitutionem, vterque iudex poterit procedere, *c.fœlicis.in princip.& c.per hoc.de pœn.lib.6.& d.c.cùm sit generale.& d.c.conquestus.* Lap.*allegat.30.in-*
24 *cip.consilium fuit, col.3.* Sed ordo videtur, † vt prius conueniatur coram iudice seculari, *c.filius.§.per hoc,de pœnis lib.6.* & ibi hoc tenet Ioan.Andr. in notabil. & sequitur Geminian.& est gloss. *in c.placuit dist.19.* & pro istis facit, quia iudex Ecclesiasticus regulariter nō potest inquirere contra laicos de delictis, vt per gloss. *in c.nos inter.de purgat.canonic.*non enim est suæ iurisdictionis, neque ipsum potest capere, nisi in casibus priuilegiatis, Boer.*decis.227.num.11.*Caccher.*decis.12.num.1.*Nisi quod ad forum pœnitentiæ, vel in delictis Ecclesiasticis, Ioan.Andr. *in c.ad nostram in 2.de iureiur.*vel in casibus mixtis, vt dixi, in quibus habet iurisdictionem. Per†pœnam canonicam non tollitur pœ- 25
na legalis, Cyn.*in l.qui sepulcr.C.de sepulc.viol.*Geminian.*in c.2.col.pen. vers. quæro vlterius.de constit. lib.6.* vnde si Ecclesiasticus † condemnaret ad perpetuum 26
carcerem, non posset iudex secularis condemnare ad mortem, si in posse Ecclesiastici reperitur, apud quem iurisdictio esset præuenta, & sic intelligitur Bald.*in l.1.C.de summa trinit.*qui reliquit cogitandum, licet postea quæstionem determinasset *in auth.clericus Cod.de episc.& cleric.*

Sed quomodo in crimine sacrilegij, & aliis mixti fori, si ab vno iudice imponatur vna pœna, possit ab alterius iurisdictionis iudice imponi altera pœna, scripsi infra *parte 3.in tract.de excommunic.c.2.n.41.& pluribus sequentibus.*

CAPVT XII.

Sortilegium in quot casibus sit mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Sortilegium quid sit.*
2 *Sortilegia hæreticalia respectu operis quæ sint.*
3 *Sortilegia hæreticalia respectu operantis quæ sint.*
4 *Dæmon quot modis dicatur implorari à sortilegis.*
5 *Sortilegia non hæreticalia quæ sint.*
6 *Astrologi qui futura prædicunt, quando non peccent.*
7 *Deus mutat constellationes ad bonum finem hominis.*
8 *Influentiæ malæ poßunt euitari naturaliter.*
9 *Sortilegi quot modis poßint infirmitates prouocare.*
10 *Sortilegia quæ sapiunt hæresim manifestam cognoscuntur solum per Ecclesiasticos.*
11 *Inquisitor in causa dubia non se intromittit circa sortilegia.*
12 *Hæresis notoriæ qualitas cognoscitur per iudicem præuentum.*
13 *Maleficia ad bonum finem an sint permissa.*
14 *Maleficium maleficio tollere an sit tolerandum, vel quærendum.*
15 *Sortilegi quibus pœnis puniantur remißiuè.*

SOrtilegium † est superstitio quædam illusoria, & 1
summè noxia, qua vtitur homo dæmonis ministerio, *c.1.& 2.de sortileg.l.nemo.& l.multi,C.de malefi.& mathemat.*D.Thom.*in 2.2.q.93.art.4.* Aliter etiam diffiniri solēt sortilegi, esse illos, qui sub nomine fictæ religionis, per quasdam quas sanctorum sortes vocāt diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunq; scripturarum inspectione futura promittunt vt habetur *in c.vno 26.q.1.* Duplicis autem generis sunt sorti- 2
legia, hæreticalia, & non hæreticalia. Prima † sunt vel respectu operis, vel respectu operantis. Hæreticalia respectu operis sunt, quādo fiunt sortilegia in illis casibus, in quibus dæmoni denegata est potētia, sed soli omnipotenti Deo est reseruata, vt mortuum suscitare, vt habetur de Lazaro, Ioann. *cap.11.* & habetur de illo

illo filio viduæ, Matth. c. 17. vel in substantiam animæ introire, quod soli Deo permittitur, Matth. c. 22. si igitur in similibus omnipotentis Dei auxilium imploratur cum potestate dæmonis sortilegiũ hæreticale cõmittitur, vt notant Paul. Grilland. *in tract. de sortileg. q. 10.* Clar. *in §. hæresis, vers. successiuè quæro.* Hæreticalia
3 † vero respectu operantis sunt cùm dæmonis auxilium imploratur etiam in iis, quæ ipse facere potest, hæreticalia quidem sunt, quia contraueniunt primo præcepto, & primo articulo fidei, & huius implorationis duplex est species, secundum Oldrad. *in consil. 210.* Vel per modum imperij & suffragij, vel per modum ado-
4 rationis, & cultus latriæ: primo † casu dæmon imploratur à sortilegis tacitæ possessionis diabolicæ, qui nõdum penitus remoti sunt à Christiana religione. Secundo vero casu per modum adorationis dæmon inuocatur à sortilegis expressæ professionis, qui expressè abnegarunt Christi fidem, & iterum baptizati sunt in nomine Beelzebub principe dæmoniorum, gl. *in c. accusatus, §. sanè. de hæret. lib. 6.* & declarat notabiliter, Paul. Grilland. *de sortileg. q. 10.*
5 Sortilegia † verò non hæreticalia sunt illa, in quibus dæmon imploratur, pro iis, quæ ipse dæmon, ex permissione diuina facere potest: cuius genera sunt vel circa scientiam occultorum, vel circa infirmitates irrogandas aut sanandas. Primo modo aut circa præsentia & præterita, vt scire furta, gloss. *in d. c. accusat. §. sanè. & ibi notant omnes, de hæret. li. 6.* Paul. Grillan. *in d. q. 10.* Clar. *in §. hæresis, vers. successiuè quæro.* Dominus meus Pegna *in suo directorio inquisitorum super quæstio. 42. comment. 67.* Aut circa futura, vt faciunt diuinatores, qui ex certa notitia, prout est in esse rei, prædicere volunt, quod solius est Dei, *c. consuluisti, 2. q. 4. & cap.*
6 *sciendum, 26. qu. 3.* Ideo Astrologi, † qui futura prædicunt, per præsumptionem & inclinationem, non autẽ per modum necessitatis, non peccant, nec puniuntur, vt per Abbat. *in c. 2. de sortileg.* & Paul. Grilland. *in d. tract. de sortileg. q. 11. nu. 16. & 22. & in q. 3. num. 13. & 14.*
7 Deus † enim fecit constellationes ad finem hominis; ergo oportet quod aliquando mutet operationes cõstellationum secũdum finem, per quem sunt, quia sunt ordinatæ ad bonum finem hominis; ergo si debet euenire gladius, vel pestis alicui regioni, vel homini, vel caristia, vel siccitas, poterit Deus per orationes & preces, & sanctitatem alicuius mutare, dare pluuiam, pacem, & abundantiam, non obstantibus constellatio-
8 nibus: Huius exemplum est reale. † Medicus videt ex influxu alicuius tertianam cum inflammatione coleræ certi gradus, sed iste, statim quod influentia incipit calefacere, vtitur diæta infrigidante, ita quod tantũ diæta infrigidat, quantum influentia calefaciat, cæteris paribus, ideo tertiana in isto non apparebit, & influentia non est sublata: & si hoc est naturaliter, quanto magis Deus potest hæc facere, custodire à malis suos iustos, absque quod influentias tollat, illos conseruando aliquo medio incognito nobis: *Ita enim distant viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris,* ait dominus, *sicut cœli à terra.*
9 Possunt etiam sortilegi † infirmitates prouocare, & hoc dupliciter, vel animis, vel corporibus. Quod imaginibus cereis, vel creta, confectis vel alio modo faciunt, prout recenset Paul. Grill. *d. tract. c. 3. n. 6. & seq.* & Albertus Magnus *de animalibus li. 22.* & Petrus de Palude *in 4. sent. dist. 34. q. 2.* de quibus *in l. eorũ, in princip. C. de malefic. & mathemat. in l. 3. §. hæc adiectio. ff. de sicar. in l. si q. aliquid. §. qui abortionis, ff. de pœnis.* Item fascino, & maleficiis ita solent ligare, vt rei venereæ sint prorsus inhabiles, de quo per Io. Brunell. *in tractat. de sponsalib. & matrim.* Item potest quis vti sortilegio, nõ vt cõtemnat ecclesiam, sed vt euitaret damnum, & lucrum faceret; nam & hoc crimen distinguitur voluntate, & proposito, *c. cum voluntate, de sent. excom.* Alberic. *in rubric. C. de hæret. n. 6.* Carrer. *de hæret. n. 25. in fin.* & tenet D. Antonin. *in sua summa parte 2. tit. 12. c. 5. §. 1.* & hæc omnia sapiunt hæresin præsumptam, vt per præcitatos.

Sortilegia † igitur, aut sapiunt hæresim manifestam, 10
& soli Inquisitores sunt iudices competentes, *d. c. accusat. §. sanè, de hæret. li. 6.* Clar. *in §. hæresis, vers. successiuè quæro.* Directorium inquisitorum *in 3. parte, qu. 42.* Aut eam non sapiunt, & hoc crimen est mixti fori, prout tenet Abb. *in c. cùm sit generale, n. 26. de foro compet.* Marian. Soc. *n. 24.* Barb. *n. 235.* Abb. *in c. 1. n. 3. de sortileg.* Blanc. *in tract. de iudiciis, n. 402.* Clarus testatur de cõmuni, *in d. §. hæresis, d. vers. successiuè quæro.* Rom. *singul. 667.* Menoch. *de arb. casu 388.* Farina. *de delict. & pœnis. q. 20. n. 88.* Nam quod secularis cognoscat habetur *in toto tit. C. de malefic. & mathemat. & in c. episc. 26. q. 5.* & quod iudex ecclesiasticus puniat, est tex. *in c. contra idolorum, 26. q. 5.* In dubio tamen, an sapiat hæresim manifestam, vel non, Inquisitor † se intromittere non 11
debet, sed tales accusatos debet remittere ad suos iudices puniendos, vt notant glo. Archid. Io. Andr. & Io. Monachus *in d. c. accusat. §. sanè, in ver. manifestè. de hæret. li. 6.* ergo si iudex † secularis præuenisset, nõ posset 12
Inquisitor de ista qualitate notoriæ hæresis cognoscere; quia in dubio Inquisitores super hoc delicto non habent iurisdictionem, vt dicit gl. *in d. §. sanè, in versi. manifestè, in princ.* Arelatan. *in tract. de hæret. in 3.*

Sed videtur hanc conclusionem non procedere, quando maleficia † fierent ad bonum finem, puta ad 13
dissoluendum facturas maleficij, vel ad liberandum ægrotum maleficiatum à maleficio: item adiurando imbres, fulgura & grandines, ne fructibus noceant, arboribus & plantis. Nam cum hoc casu fiat ad bonum finem, ideo ius ciuile permisit, vt notat Bart. *in l. eorum. §. si. per illum tex. C. de malefic. & mathemat.* de iure autem canonico est prohibitum remediis diabolicis recuperare sanitatem, etiamsi aliter haberi non posset, *c. admoneant, 26. q. 7.* Abb. *in c. 2. per illum tex. de sortileg.* vbi Rom. Pont. potius patitur bona ecclesiæ Romanæ furto ablata perdi, quam quod quærantur per huiusmodi remedia.

Et licet multi grauissimi viri teneant, ad finem boni posse vti arte magica, maleficiaque, & incantationes licitas esse ad finem boni in vtroque iure, Scot. *in 3. lib. sentent. dist. 4. q. vnic.* Host. *in c. literis, §. muliere, de frigi. & maleficiat.* Vbert. *in 3. li. sent. dist. 34.* Goffred. *in summa, de frigid. & malefi.* qui dicunt, quod licitũ est maleficium factum per alterum maleficium dissolui, & destrui sine peccato, vt traditur *in libello contra maleficos, parte 2. q. 2.* & D. Antonin. *in 2. parte summæ, tit. 18. c. 1. §. 4.* sentit iure ciuili hoc esse permissum. Nihilominus vtroq; iure esse prohibita maleficia ad finẽ etiã boni tendentia sic deducitur, & quantum pertinet ad ius ciuile, est tex. *in l. 1. C. de thesaur. li. 10.* vbi tradit Odoffr. Nec obstat *d. l. eorum,* quia in ea nõ dicitur, quod tales incãtationes possint fieri ad finẽ boni arte dæmonum, sed simpliciter loquitur posse quæri remedia vtilia, & hoc debet intelligi virtute diuina, ne iura iuribus sint cõtraria, nõ autẽ inuocatione dæmonũ, quod est prohibitũ, vt dicit Angel. *in d. l. eorum,* & sic debet intelligi Scotus *in d. q. 1.* vbi tenet quod licitũ est tollere maleficiũ cum intentione curãdi maleficiatum, quod est meritorium, quod fieri potest per destructionẽ signi, si illud sciri potest; non autem dicit quod mediante

maleficio, illud tolli possit, & ideo falsò allegatur Scotus ad hoc, qui catholicè loquitur. Nec Hostiens. dicit, quod maleficio debeant maleficia tolli; licet posset tolerari quod vana vanis, sed non cum illicitis tollan-
14 tur. Et quod potius sit tolerandum tale maleficium, † quàm quærere tale auxilium, & tex. *Deuter. c.18.* Vbi lex præcipit interfici, qui magos consulit, & quærētem à mortuis veritatem, vt scribit Cardinalis de Turrecremata *in c. si per sortiarias, 33. qu.1.* Vbi quod non est quærendum aliud auxilium, quàm diuinum, sc. per orationes, & ieiunia, & confessiones peccatorum, & late scribit D. Thom. *in 3. li. sentent. dist. 24. q.3. ad tertium.* & Io. de Maiorin. *in 4. lib. sent. dist. 34. q.2.* Cùm igitur omni iure sint prohibita maleficia etiam ad finem boni facta, sequitur vt præuentione iurisdictio. ipsa
15 quæri possint. Sed quibus pœnis † sortilegi puniantur, alio pertinet, videndi sunt Clar. *in dict. §. hæresis,* Paul. Grilland. *de sortileg. q.11.* Zanchin *in tract. de haret. c.22.* Simancus *de catholicis institutionib. tit.62. de sortilegis, & tit.63. de superstitionib.* Albert. *in tract. de agnoscend. assertionib. q.11. n.3.* Alphonsus de Castro *in lib. de iusta hæreticorum punitione, c.13.* Bernardinus Diaz *in practica crimin. canonica, c.100. & c.101.* Locatus *in opere iudiciali, in ver. Diuinationes.* Squillacensis *in tract. de fide catholica, c.1. & seq.* Bernardinus Comensis *in lucerna Inquisitorum, ver. sortilegi.*

CAP. XIII.

Crimen blasphemiæ in quot casibus sit mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Blasphemia quid sit, & nu.3.*
2 *Blasphemia decem modis fieri potest.*
4 *Lex Dei de pœna blasphemorum.*
5 *Exempla pœnarum in blasphemos.*
6 *Blasphemus confitens sacerdoti, an per absolutionem liberetur à pœnis temporalibus.*
7 *Episcopus non potest remittere offensam Dei.*
8 *Blasphemos quilibet tenetur accusare.*
9 *Blasphemia hæreticalis quæ sit.*
10 *Inquisitor solus cognoscit de blasphemia hæreticali.*
11 *Pœna minuitur propter iracundiam prouenientem ex causa.*
12 *Blasphemia non hæreticalis quæ sit.*
13 *Blasphemia non hæreticalis iurisdictio est mixti fori.*
14 *Punitus per Ecclesiasticum pecunia, potest puniri per iudicem laicum corporaliter.*
15 *Iudex laicus solus cognoscit in Iudæo blasphemante.*
16 *Iudæi super restituendis vsuris non possunt cognosci per iudicem Ecclesiasticum.*
17 *Papa an possit inhibere Principi laico, ne interponat decretum super vsuris committendis à Iudæis.*
18 *Rex Aragonum fecit legem de vsuris committendis à Iudæis.*
19 *Principes laicos posse concedere Iudæis vt exigant vsuram, qui teneant.*
20 *Vsurarum crimen esse omni iure prohibitum.*
21 *Vsurarum prohibitio nouæ legis comprehendit etiam Iudæos.*
22 *Principem permittere vsuras fieri, nil aliud est, quàm ipsum exigere vsuras.*
23 *Principes Christiani non possunt Iudæis permittere vsuras fieri sine labe peccati.*
24 *Rex Aragonum qui permisit Iudæis vsuras fieri, excommunicatus est.*
25 *Vsuræ insensibiliter auferunt bona subditorum vsque ad quartam generationem.*
26 *Iudæi quando iustè expelli possint.*
27 *Principes permittentes vsuras non possunt se excusare à peccato.*
28 *Vsuræ sunt prohibitæ, etiam si in causam piam conuertantur.*
29 *Papa an possit dispensare super facultate exigendi vsuras.*

Blasphemia † est aliquid dictū, vel factū in cōtemptū Dei, etiam sine maledictione, *c. cùm caput, 33. q.5.* Aliter diffiniunt D. Thom. *in 2.2. q.13. art.1.* & ibi Caietan. Syluester *in summa, in ver. blasphemia, q.1.* Couar. *in c. quāuis, parte 1. §.7. n.8. de pact. li.6.* quos sequitur Menoch. *de arbitr. casu 375. n.3.* Aliter etiam Bart. *in l. item apud Labeonem.* quam legit cum *l. iniuriarū. §. sed adiicitur.* quem legit cum *§. ait prætor. nu.4. ff. de iniuriis.* quē sequuntur cōmuniter Ciuilistæ, vt per Clar. *in §. blasphemia, in prin.* Et decem † modis contingere potest. Primo cùm aliquid Deo tribuitur, quod ei nō conuenit. Secundo cùm ab eo remouetur cū ei cōuenit, *c. quando vult, 23. q.4.* Tertio cū attribuitur creaturæ quod Deo appropriatur, secūdū D. Thom. *in 2.2. q.13. art.1.* Quarto fit blasphemia in Deū, quoties eius lata sentētia cōtemnitur. Quinto quoties eius euāgeliū infamatur *d. c. cum c.* Sexto quoties eius legi resistitur, aut euāgelio non creditur, *c.1. & c. cū sit in prin. de Iudæis.* Septimo quoties per eum iuratur aliter, quā debetur, vt *in auth. vt non luxurietur cōtra nat. & c. si quis per capillū, 22. q.1.* Octauo blasphemus est omnis symoniacus, qui gratiam spiritus sancti per pecuniam nititur comparare, *c. Petrus 1. q.1.* Nono omnis magicā artem exercens, vt ibidem. Decimo omnis hæreticus, *eadem causa & quæstione, c. si quis inquit.* & scribit Lucas de Pen. *in l. omnes iudices. C. de delator. li.10.* 1 2

Est autem peccatum † omnium deterrimū, quod (vltra ingratitudinem, quam in Deum blasphemātes cōmittunt, de quo latissimè per Hollot. *in sua lectura sapientiæ, lectione 186.* & probat etiam Alexander Anglus *in suo destructorio vitiorū, parte 4. c.17. n.5. & seq.*) probatur etiam ex qualitate pœnæ, qua dominum legitur puniuisse blasphemos. Nam *Leuit. c.40.* legitur quod egressus est filius mulieris Israelitidis, quæ pepererat de viro Ægyptiaco inter filios Israel, iurgatus est cum viro Israelita, cúmque blasphemasset nomen Dei, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen, qui misit eum in carcerem donec nosceret, quid iuberet dominus, qui loquutus est ad Moysen, dicens: *Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt manus suas super caput eius, & lapidet eum vniuersus populus.* Et deinde promulgauit Deus legem † de pœna blasphemorum, dicens: *Loquere ad filios Israel, dicens: qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen Dei, morte morietur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo.* Item † refert Gregor. *in 4. libro dialogorum.* quod quidam homo tenerè dilexit filiū suum quinque annorum, qui cōsuetus erat blasphemare nomen domini, sicut à patre didicit, & quadam die, cùm pater teneret eum in brachiis suis, clamauit puer, ecce nigri homines veniunt, qui me tollere volunt, qui cùm hoc dixisset, nomen Dei blasphemauit, & statim à dæmonio captus est. D. Antonin. *in summa in 2. part. tit.7. c.5. §.2.* & Boer. *decis.301. n.5.* & si Deus in puero quinque annorum, peccatū illud sic vindicauit, nunquid parcet adultis, & discretis, qui hoc peccatū committunt? Item narrat Paris. *in tract. de vitiis, parte 6. de* quodā milite ludente ad aleariū, qui dū occasione ludi per oculos Dei iurauit, proprius oculus à capite exiuit, & in aleariū cecidit. Itē legitur in Flora. Bartolo, *tit. de iuramentis.* quod quidā religiosus ducebatur ab 4 5

Ange-

Angelo in spiritu vsq; ad castellum quoddam, ingres-
susque cameram interiorem nihil omnino vidit, præ-
ter eius tenebrositatem, aperuit autem Angelus fene-
stram, & ecce vidit militem de partibus vigor viæ nu-
per defunctum, quem cognouerat, & ait Angelus ei,
ne timeas pro his, qui visurus es, protector enim tuus
sum, ecce venerunt teterrimi quasi milites lanceis i-
gneis, & irruentes in militem confodiebant, & dila-
cerabant, quasi ad puluerem, miles autem horribiles
emisit clamores ad modum tonitrui, & post pusillum
surrexit integer, & stabat miserabiliter, vt prius, dixit-
que Angelus ad virum religiosum, has pœnas passu-
rus est quotidie in æternum, quia semper iurauit per
lanceam Christi, siue verum, siue falsum, & non exhi-
buit reuerentiam Saluatori debitam, qui pro eo pas-
sus est, & lancea perfossus, & legitur 4. *Reg. c.* 19. quod
propter blasphemiam Sennacherib Angelus vna no-
cte exercitum eius aggrediens interemit centũ octo-
ginta quinque millia hominum, & post illam plagam
à proprijs filiis est interemptus, de quo per gloss. *in c.
remittuntur, in ver. Sennacherib.* 23. *q.* 5.

Ideo licet Bart. in quodam suo *consil.* 167. *incip. mi-
nister fratrum de pœnitentia*, teneat quod si blasphemus
6 † confiteatur proprio sacerdoti & habuerit absolu-
tionem à Deo, liberabitur à pœnis temporalibus, quẽ
sequitur Florian. *in l.* 2. *C. de reb. cred.* vt refert Ias. *in l.*
2. *§. iurari, col.* 4. *ff. de iureiur.* Tamen vera opinio est,
quod non obstante absolutione iste blasphemus de-
beat puniri, vt idem Ias. ibi tenet contrarium, & addu-
cit Bald. *in l. accusat. C. qui accusare non poss.* Episcopus
7 enim quamuis sit legatus Dei, tamen non potest † re-
mittere offensam Dei; si quis Deum blasphemauerit,
& non potest facere pacem, alleget etiam Bald. *in l.* 1.
C. de corruptor. virgin. quod de delicto, vbi offenditur
Deus, non potest fieri concordia, nisi Papa remittat:
& contra Bart. tenet etiam Io. de Anan. *in c.* 2. *de male-
dic.* per id, quod habetur *in c.* 2. *de pœnit. & remi. lib.* 6.
Non enim per pœnitentiam tollitur pœna ciuilis, gl.
in c. pen. de pœnit. dist. 1. *& in c. admonere,* 33. *q.* 2. *& in c. de
his, de accusat. & in c.* 1. *in gloss.* 1. *in fin. de schismatic. & in
c. gaudemus, in gl. fi. de diuort.* & illud esse tenendum, li-
cet Thomas Ferrat. *in suis cautelis, caut.* 25. sequatur di-
cta Bartoli, quæ communiter reprobatur.

Et quod propter immanitatem criminis, quilibet
8 † teneatur blasphemos accusare, est tex. cum gloss. *in c.
si quis per capillum,* 23. *qu.* 1. & dicit Io. de Anan. *in c.* 2. *de
maledic. col.* 15. quod si quis potest blasphemum testi-
bus conuincere, tenetur illum accusare, alias tacere po-
test, dicere tamen debet tali personæ, quæ posset pro-
desse, & nõ obesse, allegat Archidiacon. & Io. de Fran.
in d. c. si quis per capillum. & Beatus Chrysostomus in
sermone ad populum Antiochenum, super illud ver-
bum Apostoli: *vtere modico vino propter stomachum.* di-
cit hæc verba, si quempiam in biuio, & foro Deũ bla-
sphemantem audieris, accede, increpa, & si verba infli-
gere oporteat, ne recuses, ipsius faciem alapa percute,
contra os ipsius, percussione manum tuam sanctifica,
& si illa accusauerint, & in carcerem traxerint, seque-
re, & si iudex pro tribunali repoposcerit, dic cũ liber-
tate, quod Angelorum Regem blasphemauit, sin Re-
ges terræ blasphemantes punire oportet, multo ma-
gis illum contumelia afficientes commune crimen,
publica iniuria cuique licet accusare volenti. Non im-
meritò igitur per summos Pontifices fuerunt impo-
sitæ pœnæ audientibus blasphemare, & non reuelan-
tibus tale crimen. Ad hoc est bulla Iulij Papæ III. *sub
num.* 43. *quæ incipit, in multis.* & bulla Leonis Papæ X.
sub nu. 11. & bulla Pij Papæ V. *sub nu.* 5.

Quantum pertinet ad iurisdictionem, supradicti ca-
sus distinguendi sunt: in blasphemiam hæreticalem, &
nõ hæreticalem: hæreticalis est †, quando per eam de- 9
rogatur omnipotentiæ diuinæ, quia verba blasphema
Dei omnipotentiam infringunt, puta si dixerint, tẽpus
clarum, vel huiusmodi factibilia Deum non posse fa-
cere, quod est contra primũ articulum fidei, credere in
Deum patrem omnipotentem; vel si derogaretur pu-
ritati Beatissimę virginis, aut blasphemia aduersaretur
veritati catholicæ cõtentæ in symbolo fidei; aut Chri-
stum negarent factis: vel verbis, *c. non solum,* 11. *q.* 3. Co-
uarr. *in c. quãuis, parte* 1. *§.* 7. *n.* 8. *vers.* 2. qui nõ sunt verè
blasphemi, sed hæreticales blasphemi, ideo ad titulũ
de hæreticis reducuntur, & hæreticorũ vel suspectorũ
de hæresi legibus iudicãtur, & de istis solus Inquisitor
† cognoscere potest, vt per directorium inquisitorum 10
q. 41. *n.* 2. sed hoc procedit, quando blasphemus moni-
tus nollet desistere, & esset incorrigibilis, quo casu iu-
dicaretur vt hæreticus, & soli Inquisitores hęreticę pra-
uitatis possent procedere, ita declarat Decian. *in tract.
crim. tomo* 2. *li.* 6. *tit. de blasphemia, c.* 4. *n.* 4. allegat Affli.
in constitut. regni: Inconsutilem, n. 48. & Carrer. *in tract.
de hæret. nu.* 93. *vers. item procedere possunt.* Et ratio est,
quia potuit fieri per iracundiam, *c. fi. de hæret.* quo casu
ante monitionem, non potest dici hæreticus, quia non
est cum pertinacia, & propter iracundiam † proueniẽ- 11
tẽ ex causa coloratã minuitur pœna blasphemię, Ho-
stiens. *in summa de maledic. §. qualiter, ver. hoc autem.*
Abb. *in d. c. fi. n.* 6. *de maledic.* Io. de Anan. *col.* 2. *in princ.*
Luc. de Pen. *in l. omnes, nu.* 8. *C. de delator.* Grammat. *in
cons.* 15. *n.* 14. Ideo si seriò, & appensatè verba hæretica-
lia protulerit, cessat excusatio iracundiæ, & vt hæreti-
cus præsumptus ab Inquisitoribus puniri debet, D.
Thom. 2. 2. *q.* 13. *art.* 1. & ita est decisũ in Rota Vrbis, vt
refert Arnald. Albert. *de agnosc. assert. cathol. q.* 27. *n.* 18.

Blasphemia † non hæreticalis, quę nõ obuiat articu- 12
lis fidei quoquomodo, sed malum Deo, & Beatę virgi-
ni imprecatur, eisdẽ maledicentes, vel gratias Deo nõ
exhibentes, quod faciunt ingratitudine agitati in op-
positũ gratiarum, & isti meri blasphemi sunt de quib.
in tit. de maledicis & blasphemis. quorũ exempla multa
ponunt Clar. *in d. §. blasphemia, in* 2. *col.* Farina. *in tract.
crim. tit. de delict. & pœn. q.* 20. *per multas col.* Menoch.
de arbitrar. d. casu 375. Dec. *d. li.* 6. *c.* 2. & alij citati ab eis,
qui ad inuicem sibi mutuant istos casus, & de pœnis
blasphemiæ latè pertractant.

Horum casuum iurisdictio † est mixti fori, quia vtro- 13
que iure prohibiti sunt, *c. fi. de maledic. & in auth. vt nõ
luxur. cõtra natur. §.* 1. Item à multis Principibus diuer-
sæ pœnæ per Constitutiones, & statuta ciuitatũ impo-
sitę fuere cõtra blasphemantes. Et quod vterq; iudex
cognoscat de hoc crimine, dicit Abb. *in d. c. fi. n.* 4. *& n.
9. vers. & nota de maledic.* & Io. de Anan. *col.* 3. Calderin.
in consi. 2. *de Iudæis.* Anchar. *in consi.* 196. *magnifice, col.
fi.* Boss. *in tit. de inquisit. n.* 132. Alex. *in cons.* 72. *vers. secũ-
do conuinci videtur.* Clar. *in d. §. blasphemia, vers. hoc cri-
men blasphemiæ.* Farina. *d. q.* 20. *n.* 39. Dec. *in d. lib.* 6. *q.* 4.
n. 1. Boer. *decis.* 131. *nu.* 9. *& seq.* Franch. *decis.* 504. Sotus
lib. 2. *de iust. & iur. qu.* 2. *art.* 3. & latè scribit de hoc Ar-
nald. Albertin. *de agnoscend. assertionib. hæret. q.* 6. præ-
sertim *n.* 24. *& q.* 27. *per totam.* & scribunt omnes *in c. fi.
de maledic.* Ergo pœna vnius non impe-
diet pœnam alterius, vt docet Abb. *in d. cap. fi. de ma-
ledic.* & pur itus † per iudicem ecclesiasticum pecunia, 14
poterit puniri per iudicem laicum corporaliter, Ioan.
Andr. *in c. fœlicis, de pœnis. lib.* 6. Afflict. *in Constitutione
regni. Blasphemantibus, num.* 13. Neque Ecclesiasticus
poterit iudici laico præuenienti inhibere, quia inhi-

bitio esset contra iurisdictionem ipsius, quòd fieri non potest.

15 Limitatur tamen ista conclusio in Iudæo † blasphemante, de quo solus iudex laicus cognoscit, & non ecclesiasticus, gloss. *in ver. prin. in clem.* 1. *de Iudæis*, vbi quod pro crimine commisso in opprobrium fidei, Iudæi & infideles puniuntur à principibus secularibus, & non ab ecclesia, & ad hoc est tex. *in c. postulasti, de Iudæis*. vbi pro crimine sacrilegij, quod Iudæus committit in clericum Papa mandat prius adiri iudicem secularem, & in eius negligenntiam iudicare ecclesiasticũ, & ita consuluerunt Oldrad. *in consi.* 36. Anchar. *consil.* 15. Socin. *in cõs.* 119. *vol.* 4. Alex. *in consi.* 119. *vol.* 6. Sed Dec. *in d. li.* 6. *c.* 4. *n.* 3. tenet quod in casu negligentię iudicis laici procedit hoc casu ecclesiasticus, per *d. c. postulasti*. sed hoc est regulare, prout in cæteris, *c. quanto, de iudiciis*. ergo hic casus spectat ab initio ad iurisdictionem laici. Et hanc partem tenet gl. Io. Andr. *in ver. principum, in clem.* 1. *de test.* vbi quod Iudæi regulariter non compelluntur per ecclesiam, sed per Principes laicos, sub quibus degunt: Papa. n. curam habet populi Christiani, quoad finem salutis animæ, ad quam principaliter tendit lex canonica, Io. Andr. *in reg. peccatum, lib.* 6. in mercurial. de his quæ foris sunt, nihil ad nos, *c. multi*, 2. *q.* 1. vbi quod de infidelibus non curat ecclesia vt eorum crimina puniendo faciat eos meliores; Ancar. *in regula, ea quæ in* 6. *q. de reg. iur. li.* 6. Vbi quod in matrimoniis, vsuris, & similibus canones non cõprehendunt Iudæos, Cardinal. *in clem.* 1. *qu.* 16. *de vsur.* dicit

16 quod Iudæi † super restituendis vsuris non possunt cogi per iudices ecclesiasticos, sed per principes seculares, *c. post miserabilem, de vsuris*. Sed posito quod Episcopus vellet Iudæum blasphemantem pecuniariter punire, illa pœna pecuniaria applicabitur fisco seculari, *c. cùm secundum, in fin. de hæret.* & ita tenet Felyn. *in c. postulasti, n.* 5. *de Iudæis*, Socin. *in d. cons.* 119. *n.* 19. *vol.* 4.

Sit talis quæstio:

An Principes Christiani possint permittere Iudæos fœnerare?

Ex hoc infertur à multis, quod summus Pontifex

17 non † posset inhibere Principi laico, ne interponeret decretum super vsuris committendis à Iudæis in eorũ statibus, & regnis, quia non adest peccatum ex parte Christianorum recipientium à Iudæis sub vsuris, iuxta notata *in c. super eo, de vsuris*. neque ex parte Iudæorum mutuantium, quia nihil ad nos de his, quæ foris sunt, *c. gaudemus, de diuortiis*. & Iudæi tolerandi sunt in eorũ ritibus, *c. qui syncera, dist.* 45. ergo hoc decretum nõ cõtinebit vitium, nec peccatum, & omnia sunt de genere permissorum, nisi reperiantur prohibita, *c. inter corporalia, de translat. prælat.* & Iustinianus etiam princeps catholicus permisit vsuras, *in ff. & C.* quæ leges nõ sunt adhuc reprobatæ, neque reformatæ, & per scientiam, & publicam tolerantiam dicuntur tacitè approbatæ à summis Pontificibus: imò tale decretum Principis laici posset sustineri propter bonum publicum vt subueniretur necessitatibus subditorum, non valentium aliter inuenire pecunias mutuo, propter quod bonum publicum, decretum tolerari deberet: quia etiam prohib[illegible] de iure diuino propter necessitatem toleratur, *c. si quis propter necessitatem, de furtis.*

18 Et potest comprobari multis exemplis. Nam Rex † Aragonum scribitur fecisse legem de vsuris committendis à Iudæis, & Saracenis, Innoc. *in clem. vnic. de vsur.* & ibi Cardin. Zabarell. Alex. *in cons.* 1. *n.* 1. *versic. & iuxta hoc quæritur, vol.* 2. Idem fecerunt respublica Venetorum & Dux Mantuæ, de quib. per Paul. de Cast. *in cons.* 397. *non videtur expediens, vol.* 2. & Barbat. *in cõs.* 16. *clem. li.* 4. & Alex. *in d. cons.* 1. *n.* 2. Itẽ Boleslaus Dux Poloniæ, legem ad hoc promulgauit, quo non vsuras modo, sed etiam vsurarum vsuras permisit Iudæis, quę lex fuit ibi in regno confirmata à Rege Casimiro.

Et hanc illationem latè probant Alex. *in d. cons.* 1. *vol.* 2. Ancar. *in cons.* 243. *Christianißime*, Castr. *in cons.* 358. *quoddam commune. & in d. cons.* 397. *vol.* 2. Socin. iun. *in cons.* 108. *vol.* 3. dicens esse communem opinionem, vbi etiam dicit Principes laicos † posse concedere Iudęis, 19
vt exigant vsuras vsurarum, Barbat. *in d. cons.* 16. *vol.* 4. Alex. *in cons.* 8. *vol.* 6. Cotta. *in suis memorabilib. in ver. Iudæi.* Io. de Anan. *in c. post miserabilem, de vsur.* Zoarez. *in suo thesauro receptarum sententiarum, in ver. Iudæus.* Rochus de Curte *in tract. de consuetud. n.* 120. qui fundat se in generali cõsuetudine, tanquã non sit contra ius diuinum, & Cast. *in d. cons.* 397. appellat suauem consuetudinem, quæ viget per totam Italiam, & multi alij relati à Conrado, *in tract. de contractib. q.* 25.

Sed ista illatio & consuetudo est contra Christianã veritatem. Primum quidem attentis iuribus prohibitibus vsuras, in hunc modum inductis. Vsurarum † cri- 20
mẽ est omni iure prohibitum, humano, naturali, & diuino veteris & noui testamenti; ergo ipsarũ permissio nõ potest fieri sine peccato. Antecedens sic deducitur ex iis quę habẽtur *in c. quia in om. de vsuris, & in c. super eo. tit.* Item *Exod. c.* 20. vbi prohibetur omnis illicita vsurpatio, qualis est vsura, *c. pœn.* 14. *q.* 5. & in specie vsura est prohibita, *Deuter. c.* 23. *& Ezec. c.* 18. *& Psal.* 43. *& Psal.* 71. Et cùm ista prohibitio non sit ceremonialis, neque iudicialis, sed moralis, ideo permanet etiam in nouo testamẽto, *§. si. dist.* 6. vbi est gl. notabilis, & probatur per D. Tho. *in* 1. 2 *q.* 44. *art.* 5. *& q.* 100. *art.* 1. *& q.* 103. *art.* 3. *& q.* 104. *art.* 3. Item est prohibitũ specialiter in testamento nouo, Lucæ *c.* 6. *mutuum date, nihil inde sperantes.* & ita Concilium Lateranense *in d. c. quia in omnib.* & Alex. III. *in d. c. super eo. de vsuris.* declarauerũt hoc vtriusq; testamenti pagina prohiberi. Hęc autem prohibitio, de qua *in d. c.* 6. Lucę, neminẽ excipit, quæ non manum ab vsuris, sed mẽtem etiam, & cogitationem abstinere iussit. Nec dubitandum est, quin etiam † 21
Iudęos illa lex Christi teneat, quia est omnib. promulgata. Nec Christus dominus noster fecit distinctionẽ inter hoc nostrum ouile, & alterum, generaliter. n. locutus est, & Io. *c.* 10. dixit: *Et alias oues habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.* Ergo nõ magis est Principem permittere † fieri vsuras, quã ipsum 22
principem committere vsurarum crimen, cùm cõtra Dei legem faceret, quæ ita humano generi data est, vt à nullo possit violari sine grauissimo peccato. Nec obstant dicta Impij Caroli Molinæi ab ecclesia reprobati, *in tract. de vsuris, nu.* 11. volentis verba illa Lucæ *c.* 6. *Mutuum date, nihil inde sperantes.* solum cõsulere, sed non præcipere sine vsura mutuare: Hanc. n. pessimorũ hominum impietatem D. Thomas præuiderat, à quo Molinæus sine responsione transcripsit, cui respondit *in* 2. 2. *q.* 78. *art.* 1. *ad* 4. in prima responsione, quod licet prima verba, *mutuum date*, contineant consilium: cætera tamen verba, *nihil inde sperantes*, contineant præceptum, & ex multis etiam comprobat Nauarr. *in tractat. de vsuris, in* 5. *notab. n.* 8. *in fine.*

Et quod Principes † Christiani non possint permit- 23
tere Hebræis facere vsuras, sine peccati labe tenẽt omnes Theologi, vt probat D. Thom. *in* 2. 2. *q.* 78. *art.* 1. oẽs Canonistæ, gl. *in clem.* 1. *§. cæterũ, in ver. censura. de vsur-*

vsuris.Summa Angelica *in ver.Iudæus,n.*22.Io.Andr.*in c.peccatum,in vltimo artic.*11. *membr.de regul.iur.lib.*6. Laurent.de Rodulph.*in tract.de vsur.q.*146.Io.Baptista de sancto Seuerino *in l.*1.*nu.*44. *C.de summa trinit.* Couar.*li.*3.*var.resol.c.*1.*nu.*8. Petrus Royzius *in decis. Lituanica* 5.*n.*231.*& plurib.seq.*Bald.*in auth.ad hæc.col.*2. *C.de vsur.& in d.l.*1.*C.de summ.trinit.*Alexand.de Neuo *in cons.*100.*cum trib.seq.*Clar.*in §.vsura.* Marquard. *in tract.de Iudæis,parte* 1. *c.*11.*nu.*11.vbi dicit hanc opinionem esse magis piam, Castrens.*in cons.*20.*Visis,& ponderatis,vol.*2.Curt.iun.*in l.eius qui in prouincia. nu.* 5.*ff.si cert.pet.* qui dicit esse communem opinionem. Hippolyt.Riminald.*in consil.*399.*in præsenti causa,nu.*15.latè Caccheran.*in decis.*137.*num.*18.*ad finem.*Iacob. Beluis.*in c.Romana,§.contrahentes,num.*30.*de foro compet.*

Nec illa exempla mouere debent.Nam Rex Arago-
24 num, † qui Iudæis fœnerandi potestatem fecit, excõmunicatione notatus est, Cardinal.Zabar. *in clem.vnic.q.*15.*de vsur.*& vbi Ioan.de Immol.refert,& eandẽ notam subierunt alij Principes rerumque publicarum moderatores,qui contempta lege diuina, vsuras à Iudæis fieri permiserunt, & Antonius de Prato veteri inter consilia Alexandri, 49.*vol.*4. ponit miraculum quod ex permissione vsurarum à Iudæis faciendarum factum est, & cùm ipse consuluerit nullo modo esse à Principibus hoc permittendum, refert iuxta ipsius sententiam obtentum esse, & ita tunc D. Bernardinum de Senis iudicasse,& prædicasse.

Et si ratio,plusquam exempla,Principes mouere debet: Aduertant,rogo, ne sub apparenti vtilitate egentium subditorum, hoc interesse priuato destruant eorum bonum publicum, quod considerauit Tiberius summoperè huic inconuenienti prouidendo,vt est a-
25 pud Tacitum *lib.*6.*annal.* etiam vsuræ † insensibiliter auferunt bona vsque ad quartam generationem, & in maxima debita illos reducit,ideo sępenumero est causa seditionum & discordiarum, & hoc aduertẽs Iulius Cæsar in omnibus senatoribus oportunum remediũ executus est, vt est in vita ipsius apud Tranquillum, & Plato prius extrema pati, & alia remedia tentare iubet,vt refert Plutarchus,quàm ad fœneratores confugere. Vetat enim à vicinis petere aquam, nisi prius domi foderis vsque ad terram, quam ceramitidem vocant,repererisque non esse spem venæ: id est prius excutiendum parsimonia, aliaque via tibi necessaria suppedites, quàm à mensariis mutuam pecuniam petas; ideo Iudæi à Regnis Hispaniæ per Reges Catholicos eiecti fuerunt,vt est in pragmaticis,vbi etiã narrantur istæ inter alias causas eiectionis: & vbi Chri-
26 stianis imminet scandalum & periculum, iustè † Hebræi expelluntur, Oldrad.*in consi.*87.*quæritur an princeps.* Io.Andr.*in addit.ad Specul.in tit.de Iudæis.*Alberic.*in rubric.de Iudæis,*& latè per Gregor.Lopez *in l.*1. *gloss.*3.*tit.*24.*partita* 6. ergo tanto minus admittendi sunt ad fœnerandum in damnum publicum, & latenter subditorum.

Ex his reiicitur illa ratio apparens,quam populi dicere solent, impossibile esse viuere absque fœneratore. Atq; etiam dici potest,nam cùm omnia Deus pręuiderit,omniaque habeat præsentia,quia mandauit vsuras perpetuo, & simpliciter non fieri, quicunque illam affirmant rationem, faciunt legem Dei esse impossibilem, quod est hæreticum, vt diximus superius: & quando nullum adesset peccatum ex parte Iudæorũ (cuius cõtrarium probatum est) neque ex parte Christianorum recipientium sub vsuris quomodo Princi-
27 pes † & populi illas permittentes possint se excusare à peccato? inter cætera opus est, vt mandent eorum ministris expeditam iustitiam in exactione vsurarum, sed hoc est de directo contra legem diuinam,& canones vsurarum exactionem prohibentes, atque Iudæos compellentes ad ipsarum restitutionem, *clem.vnic.de vsur.*latè damnantur leges de vsuris exigendis,aut nõ repetendis, ac illi, qui illas tulissent, dictitassent, scripsissent, censura ecclesiastica seuerissimè coercentur. In eadem esse causa voluit eadem constitutio,illos qui dictis legibus vterentur.Alex.III.*in c.super eo,de vsur.* non solum negauit se posse tollere diuinam legem, tã vetere,quàm noua sanctione vsuras prohibentem,sed prohibet fieri vsuras † etiam in causam piam conuer- 28
tendas,puta pro redemptione captiuorum: & ibi hac ratione vtitur, si hominis seruandi causa mentiendum non est; multo magis fœnerandum non est, causa redimendi captiuos ab hostibus. Propterea rectè facturum summum Pontificem omnium patrem æstimarem,si admonitis Principibus,fœnerare Iudęos (quod absit) permittentibus, pœnas *d.clem.vnic. de vsuris,* exequerentur.

Et licet grauissimi viri senatus Pedemontani respõderint non licere Principi Catholico hanc fœnerandi facultatem Iudæis concedere, vel priuilegio tolerare: nisi accedente summi Pontificis expressa licentia,quos satis accuratè credo considerasse consilia illa excellentissimorum virorum Amedæi de Ponte, & Gasparis Antonij eius filij,vt per Thessaur.*decis.*57. Tamen nõ defuerunt eius generis doctiores, qui defendunt † 29
summum Pontificem super hoc dispensare non posse, Conrad.*de contractib.tractatu* 2.*q.*28.Ioan.Lup.*in tractat.de vsur.§.*4.*n.*4.*in fin.*Ias.*in l.cunctos populos.n.*54. *& plur.seq.C.de summa trinit.*Roland.*in cons.*55.*nu.*15. *vol.*2.Petrus Royzius *in d.decis.*5.*num.*248.*& plur.seq.* qui hoc probat multis rationibus. Laurent. de Rodulph.*in tract.de vsur.q.*55.Guido Pap.*in tract.de vsuris,nu.*36.*&* 41. sed in contrarium est communis opinio, scilicet posse summum Pontificem etiam super hoc dispensare,de qua communi testãtur addentes ad Ias.*in d.l.cunctos.in additione ad d.nu.*54. & ad hoc est gloss.quam omnes ibi sequuntur *in cap.literas, in ver. non potest.de restitut.spoliat.* vbi probat Papam in omnibus posse dispensare quæ non sunt contra articulos fidei, vel generalem statum ecclesiæ. Vellem tantum aduerti in Romana Curia,similes dispensationes esse causam multorum malorũ, & saltem per indirectum turbari vniuersalem statum ecclesiæ, postquam vorago auaritiæ incitat multos malos Christianos ad iudaizandum, & quod peius est, ad replendas ciuitates hominibus,& censibus,Christiani isti iudaizantes publicè videntur inter bonos Christicolas inhabitare,& notoriis conuentionibus conuocari, etiam sub promissione eos protegendi in casu sanctæ inquisitionis, quod vtinam omnipotens Deus non permitteret.

CAP. XIV.

An Confessor laicus in casu necessitatis, possit à iudice laico reuelare confessionem.

SVMMARIA.

1 *Confeßio peccatorum, an poßit fieri seculari in casu neceßitatis.*

2 *Confeßio quæ fit laico in casu neceßitatis an procedat de consilio, vel de præcepto.*
3 *Confeßio quæ fit laico non est sacramentum ordinatum ad reconciliationem.*
4 *Absolutio peccatorum pendet ab Ecclesiæ clauibus.*
5 *Confeßio quæ fit laico in casu neceßitatis an debeat esse specialis, vel sufficiat generaliter fieri.*
6 *Confeßionem laicus audiens quomodo astringatur ad ipsius celationem.*
7 *Absolutus à laico in casu neceßitatis non est absolutus quantum ad ecclesiam.*
8 *Confessor laicus in casu neceßitatis an teneatur reddere rationem de iis quæ executus est vigore confeßionis, & nu.22.*
9 *Confeßio facta laico stat sub præcepto non reuelandi secretum.*
10 *Secreta possunt reuelari iussu superioris.*
11 *Testis potest produci etiam qui iurauit non reuelare.*
12 *Pœna* c.omnis vtriusque.*non includit laicos.*
13 *Confeßio facta laico in casu neceßitatis est quid sacramentale.*
14 *Confessor laicus in casu neceßitatis tenetur habere secretum quantum quilibet sacerdos.*
15 *Confessor laicus in casu neceßitatis non potest cogi ad testificandum.*
16 *Confeßionis interpres tenetur habere secretum, nec potest cogi ad reuelandum.*
17 *Iudex laicus non potest præcipere confessori laico in casu neceßitatis, vel interpreti vt reuelet confeßionem.*
18 *Confessor laicus in casu neceßitatis coactus ad reuelandum, potest etiam cum iuramento dicere se nescire.*
19 *Excommunicationem non incurrit confessor laicus monitus vt reuelet confeßionem.*
20 *Papa non potest dispensare super reuelatione confeßionis.*
21 *Secretum quando debeat reuelari, & quando non.*
23 *Confessor laicus in casu neceßitatis vel interpres reuelantes confeßionem, quomodo sunt puniendi.*

1 LAicum † posse confiteri laico in casu necessitatis, tenent communiter Doct. Theologi, & Canonistæ, Magister sentent. *in 4. lib. sentent. dist. 17.* & ibi D. Thom. *art. 3. q. 2.* Petr. de Palud. *d. dist. 17. q. 3. col. 2.* dicit ea mente esse summũ Pontificem, vt velit, in mortis articulo agentem, à quolibet, cui hoc committi poterat, absolui, & ita tacitè velle, cuicunque presbytero commissam esse iurisdictionem super quolibet cõstituto in extremis, ergo etiam laico videtur id concessum, Summa Syluestr. *in ver. confessor in 1. n. 1.* Eandem tenent Canonistæ, glo. *in c. pastoralis, §. præterea, in ver. præterquam in mortis articulo, de offi. ordin.* & ibi Ancar. *n. 6.* Fely. *n. 12. vers. licitum est confiteri laico.* glo. *fin. in c. 2. de pœnit. & remiss. l. 1. 6. & in c. à nobis in 2. in ver. potuerit. de sent. excom.* gl. *in summa, de pœnit. dist. 6.* Abb. *in c. quarto, de consuetud.* Spec. *de pœnit. & remiss. §. nunc aliqua, circa principium.* Hostiens. *in summa, de pœnit. & remiss. §. cui confitendum. vers. septimo tempore.* Cardin. *in clem. dudum. §. ac deinde, de sepultur.*

Et pro hac opinione sunt iura expressa *in cap. quem pœnitet. in vers. tanta, de pœnitent. distinct. 1.* Similis tex. *in c. quem pœnitet. distinct. 17. & in cap. 1. de pœnitent. distinct. 6.*

2 Sed ista communis † opinio, & iura, à grauissimis viris intelliguntur, vt procedant de consilio, non autem de præcepto, secundum Scot. *in 4. lib. sent. distinct. 17. quæst. 1. colum. 10.* & ita etiam Riccard. & communiter omnes, vt testatur Summa Angelic. *in ver. confeßio, §. 3.* & Turrecremat. *in d. cap. quem pœnitet, de pœnit. dist. 1. in quæst. 7.* & quod dicta opinio sic communiter intelligatur, testatur Nauarr. *in c. qui vult. n. 75. de pœnit. dist. 6.*

Licet enim confiteri cuilibet fideli, etiam laico, qui potest adiuuare instruendo, vel orando, de quo potest homo erubescere, vel humiliari, sed hoc est opus virtutis, in quo seipsum quis accusat, quod est de directo contrarium hypocrisi; vt dicit D. Bonauent. *in d. dist. 17.* ne alius, quàm sit, appareat; vel etiam sua mala aperit, ad inuestigandam sui morbi curationem. Ideo D. Bernardus super Cantic. dicit, vir perfectus tantæ est charitatis, vt vellet omnes sua nosse peccata. Sed non licet confiteri laico sumendo † confessionem, prout 3
est sacramentum, ordinatum ad reconciliationem cõfitentis, quæ fit per absolutionem & ligationem, quia accusatio peccati, ideo fit ex præcepto, vt sequatur sententia absolutionis, sed laicus nullam habet sententiandi auctoritatem in foro conscientiæ: ergo nullum præceptum est de confitendo ipsi laico. Ideo gloss. *in d. §. præterea. d. vers. præterquam.* dicit, confessum laico tempore necessitatis, ab ipso absolui non posse. Item quia absolutio † peccatorum pendet ab ecclesiæ cla- 4
uibus, vt *in extrauag. quia quorundam Ioan. XXII. §. quod autem, de verb. signific.* sed soli presbyteri habent claues, vt habetur *in d. §. quod autem.* ergo laicus absoluere non potest: quare *d. c. quem pœnitet. & d. c. qui vult, cum similib.* non loquuntur de necessitate, sed de potentia, *in vers. Tanta est vis confeßionis, vt si deest sacerdos, confiteatur proximo, &c.* quasi dicat eam vim inesse confessioni, vt etiam laico facta prosit, prout Nauarr. *in d. c. qui vult, nu. 76.* Item Guido super *d. c. quem pœnitet. de pœnit. dist. 1.* dicebat, quod dicta iura loquũtur de confessione in generali, non in speciali, quia nõ expedit † laico inexperto, & non habenti sigillum 5
confessionis in speciali confiteri peccata: sed sufficit dicere in generali: *Ego peccaui domine, & confiteor tibi peccata mea, & confiterer magis in speciali, si haberem sacerdotem.* Huius dicti rationem colligo ex Scoto *in dict. lib. 4. distinct. 17. quæstion. 1.* quia nulli licet diffamare se, nec diffamare peccatum suum occultum, maximè, quando ille qui prodit, non præsumitur celator secreti, nec melius scit consulere peccatori, quam ipsimet.

Ex his fundamentis infertur, quod laicus † audiens 6
confessionem non astringitur ad celationem ipsius ex natura confessionis, sed ex natura secreti, Felyn. *in d. §. præterea, n. 12. vers. præterea laicus.* dicit, quod productus in testem cogeretur de eo testificari, & sequitur Immol. *in l. 2. col. 6. vers. adde in eo. ff. de public. iudic.* quod ex quo iste absolutus † à laico, non est absolutus quan- 7
tum ad ecclesiam, vt per gloss. *in d. §. præterea*, quod illius corpus non sepelietur in cœmeterio, per *c. sacris, de sepultur.*

Infertur alter casus, quod si laico facta † est con- 8
fessio de necessitate, & datæ sunt pecuniæ pro restitutione facienda diuersis personis, si ipse laicus confiteatur se recepisse pecunias, sed diuersis personis distribuisse de commissione confitentis, quod tenetur probare commissionem sibi factam à confitente, & tenetur reddere rationem suæ executionis, ex regula *clemen. vnic. de testament.* concordat *clemen. quia contingit, de religios. domibus.* & ita consuluit Fran-

Franscisc. Zoannettus *in suo libro rerum quotidianarum, cap.28.* & subscripsit Ioan. Armodius *de sanctis*, & consuluit etiam Saluiolus, *vt in eo. lib. cap.29.*

Pro quorum opinione facit, quia cum laico non
9 possit verè fieri confessio † sacramentalis, ea quæ sibi dicuntur, stant sub præcepto non reuelandi secretum,
10 sed secreta † reuelari possunt iussu superioris, vt concludunt communiter Theologi *in 4. lib. sent. dist.21.* Item facit, quia si quis amico dicat peccatum suum, & addat se illi dicere in confessione, & pœnitentia, quod ille amicus vocatus in testem, tenetur reuelare secretum illud sub confessione dictum, Innoc. *in d.c. omnis vtriusque in fine de pœnit. & remiß.* quod dictũ Abb. reputat singulare *in c. qualiter & quando. in 1. in fine. de ac-*
11 *cusat.* vbi addit quod possit produci in testem † etiam si iurauit non reuelare, & *in c. fin. de testib. cogend.* & *in c. fin. de excess. prælat.* & de hoc latè per Felyn. *in c. intimauit. numer.4. de testibus.* vbi testatur de communi. I-
12 tem facit, quia pœna † *d.c. omnis vtriusq.* non includit laicos, Hostiens. *in d. c. omnis.* Soto *in 4. libr. sentent. distinct.18. quæst.4. art.5.* & *in tracta. de ration. tegẽd. & detegend. secret. membro 3. quæst.4. dub.3. conclus.4.* Syluestr. *in ver. Confeßio.* §.8. Nauarr. *in c.18. §. diligens. nu.39. de pœnit. dist.6.* & *in c. penult. §. sacerdos. num.165.* dicit pœnas canonum solum infligere sacerdotes, non alios, sed de iure ciuili nulla est ad hoc imposita pœna; ergo laicus potest cogi ad testificandum secretum sub confessione dictum.

Contraria opinio est verior, quia licet ipsa confessio
13 facta † laico in casu necessitatis non sit sacramentum perfectum, tamen est quid sacramentale, quod procedit ex charitate, & ideo per ipsam peccata venialia remittũtur, vt docet Summa Pisanella *in ver. Confeßio 3.*
14 *in princip.* & quod laicus, † cui aliquis confessus fuerit in casu necessitatis, teneatur habere secretum, quantum quilibet sacerdos, scribit D. Thom. *in 4. libr. sent. dist.21. quæst.3. art.3. & ibi* Petr. de Palud. *art. 1. & 2.* & sequuntur omnes Theologi. Soto *in 4. sentent. dist. 18. quæst.4. art.5.* Nauarr. in summa *capit.8. numer.7.* & per totum. Turrecrem in *c. penult. §. sacerdos, de pœnitent. distinct.6. in quæst.1. num.4.* Innoc. *in d.c. omnis vtriusque prope finem. & ibi* Ab. *numer. 25. in fine. vers. & quod dixi de laico.* Butr. *numer.48.* quia licet non habeat clauem, tamen minister Dei est, sicut quilibet sa-
15 cerdos, ideo † non potest cogi ad testificandum, quia quasi est eadem ratio, quæ in sacerdote, Innoc. *in cap. translato. de constit.* Hanc etiam sequitur Felyn. sibi contrarius *in d.c. innotuit. num.6. de testib.* & pro hac o-
16 pinione facit, quia idem est de interprete, † vt per D. Thom. *in d. distinct.21. quæst.3. art.1.* & dicit Albert. Magnus *in libro de Interprete*, quod laicus interpres, licet non habeat sigillum confessionis, tamen cum ibi interueniat vt auris sacerdotis, participat de actu sigilli & tenetur celare, de quo etiam per Nauar. *in d. capit.8.* & per Sotum in loco citato.

17 Ergo si laicus præciperet † laico suo subdito confessori ob necessitatem, vel confessionis interpreti, vt testificaretur, diceretur tyrannus inducens subditum ad idololatriam, & esset obiurgandus, & ei resistẽdum in facie, vt docet summa Pisanella *in ver. Confeßionis celatio. in vers. quid si iudex instat. in fine.* & per iudicem ecclesiasticum rectè posset excommunicari, & cæteræ pœnæ infligi, quæ excommunicationem sequuntur, de quibus infra.

Quo casu consilium est, vt si laico præciperetur et-
18 iam sub pœnis reuelare † aliquod capitulum, quod ipse in confessione sciuerit, rectè, etiam cum iuramento possit dicere se nescire, vt probat Pisanel. *in d. vers. quid si iudex.* Nauarr. *in d.c. penult. §. sacerdos num.142. & seq. de pœnitent. distinct.6.* Nam Matthæi *c.13.* dicitur, Saluatorem nostrum, illum tremendum diem iudicij, quando erit, minimè nosse, sed quia ipse optimè cognoscit omnia præsentia, præterita, & futura, interpretatur ille locus, minimè nosse ad reuelandum aliis; ergo dicta contraria non sunt ad incurrendum periurium.

Idem esset si præciperetur à Iudice † ecclesiastico, sub pœna excommunicationis, quam non incurreret 19
celando, vt per Pisanel. *in d. vers. quid si iudex.* Francisc. de Victor. *in sua summa de confessor. quæst.186.* & dicam *in seq. parte, de Excommunicatione, in cap. qui reuelare teneantur.* & ratio est, quia sacerdos in actu confessionis est specialis Vicarius Dei, quo ad peccata sibi confessa, ergo est in illo casu maior Papa qui est generalis Vicarius Dei, *c. studuisti. de offi. delegat.* & est ratio, Abbas, *in c. dilectis. de excess. prælat.* vel secundum Riccard. *in 4. libr. sent. distinct. 12.* ideo Papa † non potest præcipere sub pœna excommunicationis vt confessio- 20
nem reuelet, quia est ipsa confessio de iure naturali, & diuino ecclesiæ, super quo Papa dispensare non potest, & scribit, Scot. *in d. dist.21. quæst.2.* quia turbaretur status vniuersalis ecclesiæ, cum peccatores fortè non confiterentur.

Nec potest dici quod confessio facta laico non sit propriè confessio, & ideo eius occultatio stat sub præcepto secreti non reuelandi: quia licet non sit sacramentum confessionis propriè dictum, est tamen sacramentale ipsius, vt probatum est, & habet sigillum, qui non est semper in secreto. Nam D. Thom. *in 2.2. qu.20. art.1.* super isto, qui promisit tenere secretum, distinguit: Aut illud secretum † pertinet ad corruptionem multitudinis spiritualem, vel temporalem, vel 21
graue damnum proximi, & tunc non obstante qualibet promissione, tenetur reuelare, alias non, & de hoc est gl. *in c. meruit. dist.13.* vbi quod ille qui iurauit tenere aliquid in credentiam amico suo, si ex hoc resultat malum, non tenetur seruare iuramentum, & facit gl. *in c. ego. in ver. pandam. de iureiur.* & vide Ab. *in d. cap. dilectus. de excess. prælat.*

Nec valet illa illatio, super qua consuluit Francisc. Zoannetus, & alij, quod confessor † teneatur dicere cui dederit pecunias, & ad hoc cogi poßit, quia illæ 22
clementinæ super quibus fundatur, non loquuntur in casu confessionis, & sub sigillo confessionis cadunt omnia quæ in ea recitantur sacramentaliter, siue peccata mortalia, siue venialia, imo etiam non peccata, vt consultationes, & omnia illa, per quæ posset deueniri ad cognitionem pœnitentis, etiam debita, deposita, credita, in quibus est commissum aliquod peccatum, vel mixta sunt intra confessionem explicando peccata, Sot. *in 4. sent. dist.18. q. 4. art.5. conclus.3.* & *in lib. de ratione tegend. & deteg. secret. membro 3. q.4. art.3.* Syluestr. *in ver. Confessor.1. §.20.* dicit, sub hoc sigillo includi etiam non pertinentia ad confessionem, quando per ea peccator, seu peccatum posset deprehendi, Nauarr. *in d. c. pen. §. sacerdos. nu.160. de pœnit. dist.6.* dicit quod tacenda est etiam tertia persona, cuius nomen fuit iustè, vel iniustè in confessione expressum, quia omnia cadunt sub sigillo confessionis.

Denique non obstat quod laico nulla pœna de iure ciuili imposita sit, si secretum, vel confessionẽ reuelauerit, nec pœna canonum includit ipsum. Quia hęc est materia peccati, in qua ius canonicũ obseruãdũ est, & licet pœna *d. c. omnis vtriusq; cum similib.* non includat

lai-

laicum. Communiter tamen omnes Canonistæ di-
23 cunt,laicum † confessarium, vel etiam interpretem, aut quomodolibet confessionem audientem, esse puniendum extraordinariè, pœna arbitraria, Hos.*in d.c. omnis vtriusque*. Syluestr.*in ver.Confessio.§.*8. August.*in ver.Confessio.*8.*nu.*20. Astens.*lib.*5.*tit.*20. Soto.*in* 4. *sen.dist.*18.*q.*4.*art.* 5. Diaz *in pract. crimin. Canon.cap.* 102. Nauar.*in c.*1. *§. diligens.de pœnit.dist.*6. quo casu ista pœna est imponenda à iudice ecclesiastico, quia delictum est merè ecclesiasticum, ex iis quæ diximus in principio huius partis.

CAP. XV.

Sodomiæ criminis casus esse mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Sodomia crimen est mixti fori.*
2 *Prædicatores non debent dedignari super detestabili crimine verba facere.*
3 *Pœna sodomiæ de iure canonico.*
4 *Clericus sodomita debet deponi ab officio, & beneficio.*
5 *Clericus sodomita occultus, celebrans diuina, efficitur irregularis, à solo Papa dispensabilis.*
6 *Sodomita laicus debet excommunicari.*
7 *Sodomitæ quo iure puniantur pœna mortis.*
8 l.cum vir nubit in fœminam. C. de adulter. *de quibus intelligatur.*
9 *Stupri pœna quando est mitior morte.*
10 *Sodomorum pœna à Deo inflicta in exemplum pessimorum hominum.*
11 *Sodomitæ omnes interierunt subito in initio natiuitatis Domini nostri.*
12 *Sodomiæ minor pœna quam mortis ponit statum in periculo.*
13 *Episcopus non potest præcipere laico vt pœnam mortis exequatur.*
14 *Pœna non imponitur contra multitudinem, vel cum qui socium habet multitudinem.*
15 *Sodomiæ species puniuntur, vt sciantur pœnæ.*
16 *Sodomia cum fœmina an puniatur pœna ordinaria.*
17 *Fœmina viri officio fungens, alterum subigens non punitur pœna ordinaria.*
18 *Sodomia dicitur cum mulier bestiis se submittit.*
19 *Iudæi putant se cum vxoribus posse coitum exercere, etiam in vase non congruo, sed hoc esse reprobatum.*
20 *Iudæi quomodolibet sodomitæ à solo iudice laico cognoscendi, & puniendi sunt.*

1 CRimen Sodomiæ † est mixti fori, Ab.*in cap.in archiepiscopatu.n.*7.*de raptor.& in c.clerici. n.*2. Ancar.*in fi.de excess.prælat.* per illa iura. Aufr.*de potest.secul.super ecclesiast.reg.*4.*fallent.*15. Bermondus Coruetonius *in tract.de publicis concubi.in rubr. de peccato Sodomitico,num.*33. Ancar.*in cons.*278.*iure diuino.* Calderin.*in cons.*3.*de foro compet.*& Barbat. *in c.cum sit generale.num.*237.*de foro compet.* Felyn.*num.*42. Decian.*in tract.crimin.tom.*1.*c.*26.*nu.*11. Marquard.*in tract.de Iudæis parte* 2.*c.*9.*nu.*7. Syntagma comm.opinion.*tom.*3. *loco* 8.*c.*11.*col.pen.vers.sodomita occultus.*& ita est communis opinio, de qua etiam per Clarum *in pract.crim. quæst.*37.*vers.item quæro.* & sic est casus decisus, vt per Franc.Marc.*decis.*687.*parte* 2.

De quo scripturus, vtar exemplo, & consilio D. Chrysostomi in declaratione epistolarum D.Pauli *ad Corinthios super epistola* 37. dicentis; quod non dedignentur † prædicatores super hoc detestabili crimine 2
verba proferre, ad vtilitatem populi; ita ego inter Doctores minimus non dedignabor de hoc crimine scribere pro bono publico, & instructione iudicum.

Ad probandum communionem iurisdictionis, nullum est maius argumentum, vt sæpius diximus in casu vsurarum, & alibi, quàm per diuersarum pœnarum impositionem ab vtroque iure procedentium;
iure igitur † canonico in foro conscientiæ pœnæ sunt 3
arbitrariæ, sed in foro contentioso canonico si delin-
quens sit clericus † propter incontinentiam, quæ est 4
contra naturam, debet deponi ab officio, & beneficio, & si constat illum clericum esse incorrigibilem, debet recludi in aliqua religione, vt ibi perpetuam faciat pœnitentiam, Bermond.*de publ.concubin.d.cap. de peccato sodomitico, nu.*27.& si crimen est occultum,
d.c.clerici. etiam peracta pœnitentia, est ipso iure su- 5
spensus ab executione ordinis, & interim celebrando antè dispensationem Pontificis, incurrit irregularitatem talem, quę à solo Pontifice dispensari potest, Specul.*de dispensat.§.iuxta propositionis, num.*17. Host.& Ioan.And.*in c.nisi cum pridem.§.*1.*de renuntiat.* Archi. Dominic.& Præposit.*in c.de his.in* 2.*dist.*50. Aretin.& omnes *in d. c. nisi cum pridem.§.*1. *& in c.fin.de tempor.ord.* Soc.*in c.ad audientiam.num.*27.*de homicid.* Bertachin.*in tract.de episcop.in* 1.*part.*2.*lib.q.*3. Lambertin. *de iure patronat.in* 1.*part.lib.* 2. *quæst.* 9.*art.*19. *num.*4. vbi tuetur hanc opinionem ab omnibus contrariis, & fatetur esse communem, & hodie clericus Sodomita remittitur puniendus ad iudicem laicum, vt infra dicemus.

Si vero Sodomita † sit laicus, & sumus in foro con- 6
tentioso canonico, debet excommunicari, & fieri alienus à cœtu fidelium, quousque condignam fecerit pœnitentiam: istæ quidem pœnæ canonū statutæ fuerunt in cōcilio Lateranensi, vt *d.c.clerici.de exces. prælat.* Et licet hoc iure pœna mortis imposita videatur, ex *c.solicitatores.§.*1.*de pœniten.di.*1. & pro hoc est tex-
tus *Leuit.cap.* 20. vbi quod sodomita † punitur pœna 7
mortis, & *Exod. c.*22. vbi quod Sodomita morte moriatur. Imo *Leui.d.c.*20. dicitur, quod mulier, quæ succubuerit cum quolibet iumento, tamen simul cum eo interficietur. Et ideo in concilio Viennensi sub Clemente, qui Benedicto successit, obtentum est, vt Sodomitæ illius ordinis temporali igne cōcremarentur, vt scribit Petrus Crinitus *lib.*24.*de honest. disciplina.c.*13. tamen receptior pœna de iure canonico est, vt excommunicatione à cœtu fidelium arceantur.

Sed de iure ciuili est pœna mortis pro quo allegatur *l.cum vir nubit in fœminam. C. de adulter.* de qua lege dicit ibi Bart. quod non consueuit legi in scholis propter turpitudinem materiæ, sicut dicit Abb.*in d.c. clerici.* de ipso *c. clerici.* & illam legem communiter
Doct.ibi, & alibi semper allegarunt ad hoc. 8

Et licet aliqui putent, verba ipsius † huic allegationi non conuenire, quia loquitur quando masculus contraxit matrimonium cum alio masculo, & ad eum habuit accessum sub colore matrimonij, dum dicit, *cum vir nubit in fœminam,* idem nupsit alteri, tanquam fœmina, & ita intelligit gl.*in c.cum secundum leges.de hæretic. lib.* 6. & confirmatur per ea, quæ habentur per Suetonium in vita Neronis, *cap.*28. qui dicit puerum Sporam exactis testibus, etiam in muliebrem naturā trāsformare conatus, cum dote, &c. pro vxore habuit, & habetur per Iuuenalē *in* 2. *Satyra. Quadraginta dedit Gracbus sexteritia dotem Comicini.* Et in eadem Satyra. *Ecce viro clarus genere, atque opibus vir.* Et rursus in eadem

eadem; *quæ causa officij, quid quæris, nubis amicus.* Et ideo *in l. stuprum. vers. 1. ff. ad l. Iul. de adulter. & stupro.* dicitur, quod stuprum committitur cum virgine & vidua, vel puero; ergo clarè habetur, quod pro delicto sodomiæ simpliciter non imponitur pœna mortis, sed tantùm pœna stupri, quæ longè minor est.

Tamen melius est intelligere *d. l. cùm vir.* idem, cur vir se supponit tanquam fœmina, & assumit officium eius contra naturam, & sic habeat locum d. pœna, siue sub figura matrimonij, siue non. Et hoc probatur *in §. item lex Iulia. de adulter. Instit. de public. iudic.* vbi habetur, quod pro stupro nefando crimine commisso cũ masculo, imponitur pœna adulterij, quæ est pœna
9 mortis. Nec obstat quod pœna stupri † est mitior pœna, quia hoc est verum, quando committitur cum fœmina, secus si cum masculo, & ita ibi declarant glossa, Ioan. Fran. Aretin. Nicolaus de Plat. & communiter omnes Doct. glossa ordinaria *in l. inter liberas, §. 1. ff. ad l. Iul. de adulterio,* & ibi omnes Doct. gloss. *in l. 2. §. 1. vers. miles. ff. de his qui not. infam.* Azo *in summa. C. ad l. Iul. de adulter. nu. 25.* Host. *in summa, de adulter. vers. & qualiter.* Ang. *de malefic. in verbo, che in, hai adulteram. vers. quæro quæ sit pœna stupri.* Pau. Grillan. *de pœnis omnifar. coit. in 2. quæst. princip. col. pen. & in 8. qu. princip. nu. 4.* Bonifac. de Vital. *in tract. de malefic. tit. de adulter.* Menoch. *de arbitrar. casu 286.* Clar. *in §. Sodomia. vers. sed quæro,* qui dicit sic fuisse pluries iudicatum, & ad hoc est text. *in auth. vt non luxurientur contra natur. collat. 6. in vers. & vltimis subiacere supplicijs.* & ibi notant gloss. Bart. Angel. Iacob. de Bello. [illegible] & omnes Doct.

Quæ pœna satis condignè congruit illi peccato, dicente domino, *Genes. c. 13. Erant autem homines Sodo-*
10 *morum † pessimi.* propterea eos fecit subuerti; & omnis illa regio absorpta est in Asphaltitem lacum Iudææ, teste Strabone *de situ orbis, lib. 16.* qui lacus nihil præter bitumen gignit, nullumque corpus animalium recipit, Plinius *lib. 5. cap. 18. & 16.* ideo à Iustino *lib. 36.* appellatur mare mortuum. Item *in lib. Iudicum, c. 20.* habetur, quod propter hoc nefandum scelus, quod patrauerant filij Belial in ciuitate Gabaha, quæ erat in tribu Beniamin, fuerunt interfecti in dicta tribu à cæteris tribubus viginti quinque millia hominum, nec superfuerunt, nisi sexcenti viri. Imò Deus ipse cùm videret tantam abominationem in natura, quam assumpturus erat, testibus Augustino, & Hieronymo, distulit incarnari multo tempore, quos recenset Benedictus *in c. Raynutius. in 2. parte, in ver. cuidam Petro.*
11 *num. 52.* & ideo subito † in gloriosæ natiuitatis Christi puncto, omnes Sodomitæ interierunt, teste D. Hieronym. super illud Esaiæ *cap. 9. Lux orta est eis.* & ibi D. August. dicit, Deo adueniente in carne, omnes homines naturæ reproba morte ac subita periere. & Benedict. *d. numer. 52.* testatur Vergilium cum aliis sodomitis ea gloriosa nocte subitò periisse, ad demonstrandum nobis, quod pœna mortis condigna est tanto peccato.

Nec videtur seruanda consuetudo illarum regionum, quæ minorem pœnam pro tam detestabili vitio introduxit: quia non permittitur, vbi ex commutatione, scandalum imminet, quo casu ordinaria est infligenda, *l. 3. in fine. C. ne sanctum baptism. reiter. l. seruos. C. ad l. Iuliam. de vi public.* Butr. *in cap. in archiepiscopatu. numer. 9. de raptorib.* & Princeps permittens hu-
12 ius † sceleris fieri minorem pœnæ commutationem, semper est in periculo sui status, non solum diuina ratione contemplata, propterea quod, hoc abominabili scelere, Deus mittit fames, pestilentias, & terræ motus, & alia multa quibus ciuitates submerguntur, *authen. vt non luxurientur contra naturam, col. 7.* gloss. *in c. flagitia. 32. quæst. 7.* sed humanam etiam rationem considerando, quia mulieres, præsertim viduæ in huiusmodi ciuitatibus non solent inuenire viros, & in quibus non expectantur aduenæ, vt ipsis nubere possint, solent statuta condi de lucranda per maritos dote, etiam in præiudicium filiorum primi matrimonij, de quo per Roland. *in particulari tractatu de hoc,* vbi omnes Doctores, & occasionem statuti congerit: & subditi licet nimium grauari possint, qui in eorum vitiis tolerantur, tamen cum primum nancisci poterunt occasionem, seditiosi & rebelles erunt.

Quo casu, licet Episcopus † non possit præcipere 13
iudici laico, vt pœnam mortis exequatur, ex reg. *cap. nouimus. de verb. significat.* tamen poterit benignè admonere, vt vitet scandalum, & vt sit diligens in corrigendo, & auferendo suos subditos à delinquendo, & in subsidium etiam contra Principem excommunicationis ferre sententiam, vt dixi infra *de excommunicatione. capit. 3. numer. 41.* non autem in omnes, & singulos, quia vt ibidem dixi *num. 49. & seq.* pœna † non 14
imponitur contra multitudinem, vel contra eum, qui sociam habet multitudinem: Ideo Princeps poterit reconuenire Episcopum, tanquam negligentem animarum sibi commissarum, & ipsum rogare, vt censuras ecclesiasticas inferat in notorios peccatores huius sceleris, ex dictis per Afflict. *in proœmio constitutionum Regni, numer. 62. & sequent.* eundemque rogare, vt admonitionibus, prædicationibus, & precibus, aliisque remediis ecclesiasticis, super tali scelere procedat.

Huius nefandi sceleris † species sunt, non solum 15
cum masculis, sed etiam cum mulieribus, Dec. *in l. si qua mulier. numer. 9. Codic. de secund. nupt.* & est communis opinio, vt testatur Viuius *opinione 726. Incip. Sodomiæ delictum.* Ideoque tam mulieres, quàm viri, qui cum eis Sodomiam committunt, comburendæ sunt, Anton. Gomez. super *l. 20. Tauri. numer. 33.* Hieronymus Paulus *in practica Cancellariæ. fol. 40.* & probat text. *in cap. vsque 32. quæst. 7.* Cardinal. *in clement. vnic. quæst. 13. de consanguinitat. & affinitat.* & licet Alciat. *in libr. 10. parergon iuris, capit. 11.* dicat, hoc vitium
† commissum cum fœminis non puniri pœna ordina- 16
ria, qua puniretur commissum cum masculis, & dicit Socin. iun. *in quodam consil. quod incipit. vtrum cum muliere.* quod cum ipsa commissum non dicitur propriè Sodomia, sed extraordinaria pollutio, allegat Archidiacon. *in c. extraordinaria pollutio 35. quæst. 4.* tamen Dec. *in d. l. si qua mulier numer. 9.* hoc reprobat, & probatur per text. *in cap. vsus. 32. quæst. 7. in vers. masculis & fœminis. & in cap. adulterij malum. eadem caus. & quæst.* & Couar. *in 2. parte de sponsal. & matrimon. capit. 7. §. 5. numer. 6.* licet putet, quod si fœmina † viri 17
officio fungens alteram subegerit, poterit admitti Alciati, & Socini opinio: contrarium tamen tenet Salyc. *in l. fœdissimum. Codic. de adulter.* & Boer. *decis. 316. column. fin.* quod etiam hoc crimen inter fœminas, vti propria Sodomia, puniendum sit. Altera etiam species est, si maritus, & vxor coeant, sed maritus iaceat in dorso, prout plenius declarat D. Antonius *in 3. parte summæ, titul. 1. capit. 20. §. 3.* item pollutio, quæ fit propriis manibus est species Sodomiæ, vt in sequenti casu dicam. Item si mulier † cum bestiis se com- 18
misceat. Legitur quod Semiramis Regina, quæ Babylonicam vrbem fieri fecit, tantæ fuit libidinis & spurcitiæ, vt non modo filium proprium, sed etiam equum, vsque ad coitum amauerit,

uerit: tale enim delictum dicitur sodomiticum,& punitur pœna mortis,etiam ex sacra scriptura,*Exod.c.22.* & debet tale iumentum, vel pecus mori, etiam in detestationem tanti criminis, *Leu.c.20.* licet animal non peccauerit,vt ibi habetur,& adhoc est decisio Guidonis Pap.238.& Franc.Marc.*dec.687.n.6.parte* 2.plures ad hoc congerit Gomez.*in d.l.80.Tauri nu.35.* qui etiam inducit tex.not.adhoc, *in cap.mulier,15.qu.1.* cuius verba sunt: *mulier, quæ accesserit ad omne pecus, & vult ascendi ab eo,interficietis mulierem, & pecus, morte moriantur, &c.*

19 Iudæi putant † se cum vxoribus suis posse coitum exercere in vase etiam non congruo,quorum obscœnitas scribitur in quodam eorum libro, qui *Galla* ab eis dicitur,à nobis autem *Sponsa*, vbi quod mulier cuiusdam,corã senioribus legis conquesta est,quod tentauerit vxoris pudicitiam,naturæ ordine non seruato, euertere,& causa inter eos discussa, iudicarunt secundum verba tex.*Leu.c.20.qui dormierit cum masculo coitu fœmineo,&c.*non igitur esse lege prohibitum agere cum vxore. Quorum nefanda opinio reprobatur latissimè in Syntagmate Comm. opin. *tom.3. loco 8.c.11. col.3.& 4.* & quod etiam cum fœmina committatur sodomiæ crimen, est tex. *in d.c.vsus.& d.cap.adulterij malum 32.q.7.* & latè probat Cardin.*in d.clem.1.q.13.de consanguin.& affinit.*& Cotta *in memor. in ver. Pedicones.* Afflict. *in constit.regni quæ incipit, legum asperitatem,nu.11.* Plotus *in l.si quando,n.31.C.vnde vi,cum aliis supra adductis.* & placuit hic subnectere, non ad conuincendum Iudæorum manifestissimum errorem,sed quantum ad iurisdictionis materiam pertinet, ostendendum,Iudæos † ipsos,quacunque supradictarũ specierum sodomitas, non esse mixti fori, sed à iudice duntaxat laico puniendos esse:nam vt scripsi supra *in eadem parte,casu 16. vers. limitatur tamen.* Iudæi blasphemantes non ab ecclesia puniuntur, quæ illos non curat,sed à iudice laico, qui secundum leges Romanas viuere debent, *l.Iudæi.C.de Iudæis,* nec pœna ecclesiastica eos posset afficere; ergo in hoc crimine non sunt mixti fori.

20

CAP. XVI.

Clericum Sodomitam puniri posse à iudice laico,præcedente declaratione ecclesiastici.

SVMMARIA.

1 *Sodomiæ crimen est mixti fori,etiamsi à clerico fuerit perpetratum.*
2 *Bullæ Pij V.de clericis sodomitis explicantur.*
3 *Verbum*, exercentes Sodomiam, *verificatur in vno actu.*
4 *Iudex laicus cognoscit in clericum sodomitam, etiam si semel commiserit.*
5 *Statutum loquens de frangente plures ecclesias, verificatur in frangente vnam.*
6 *Statutum de eo qui produxit falsos testes,habet locum in producente vnum.*
7 *Numerus pluralis resoluitur in singularem.*

1 HOc crimen est mixti † fori,etiam si à clerico fuerit perpetratum, ex *Constit. Leonis X. quæ incipit, Supremæ.* vbi omni priuilegio clericali, omni officio, dignitate,& beneficio ecclesiastico est ipso iure priua-
2 tus. Item ex *constitutionibus Pij V.* quarum altera est 5. *quæ incipit; Cùm primum.* & altera est 70. *quæ incipit; Horrendum.*super quibus bullis scripsit Nauarr. *in suo manuali c.27.nu.249.& s.q.* dicens ipsum alloquutum fuisse summum Põtificem super interpretatione bullarum,& consulto respondisse, quod potest laicus iudex cognoscere in clericum huius sceleris criminosum, si pluries deliquerit,quia bulla habet verbũ, *exercentem*,quod ; nisi in pluribus vicibus verificari non potest.

Sed quicquid sit de ista alloquutione, cum non appareat expressè derogatum bullis, Salsedo *in sua practica criminali canonica c.86.col.pen. & fin.*dicit, quod verbum † *exercentes*,in his terminis verificatur in vno 3
actu.Imo secunda bulla Pij V.de anno 1566. nõ habet verbum,*exercentes*,sed verbum, *perpetrantes*, & ideo tenet iudicem † secularem posse cognoscere in cleri- 4
cum committentem crimen Sodomiæ,etiam si semel deliquerit.Et hæc opinio de iure videtur vera. Nam *Constitutio regni quæ incipit. Multæ leges*, loquens de frangente plures ecclesias, verificatur etiam in frangente † vnam tantum, Afflict.*ib.n.10.*Bart.*in l.2.§.sed* 5
si vnus.ff. de vi bon.rapt. vbi refert Dyn. loquentem, quod si quis produxerit † falsos testes, &c. habet lo- 6
cum,etiam si vnum falsum testem produxit,per illum tex.& *l.3.in vers.negotia. 1. negotium. ff. de negot.gest.* Benedict.*in c.Raynutius.in ver.duas habens filias, num.* 542.idem tenet Bald.*in l.Gallus.§.quid si is.in fi. per gl.fin.ibi ff.de liber.& posthum.*Alex.& Bart.*in d.§.si vnus. & in consi.95.animaduersis.col.1.vol.4.*& facit quod dicit Card. *in clem.1.qu.32.de foro compet.* vbi quod numerus † pluralis resoluitur in singularem, *c.vt priui-* 7
*leg.de priuileg.*Bart.*in l.falsi.§.si.ff.de cond. & demonst.* & vide Bald.*in l.cum quidam.col.fin.vers.modo generalius quæritur.C.de impuber.& aliis substit. & in l.1.col.1. vers.quid si superest vnus solus.C.de condit.Instit.*

Sed circumscripta disputatione, an semel, vel pluries opus sit nefandum scelus commisisse ad effectum supponendi iurisdictioni laicorum : nunquam laici possunt de hac qualitate cognoscere,nisi præcedat declaratio iudicis ecclesiastici, sicut dicimus in clerico Assasino, vt diffusè scribo infra *par. 4. casu 129.* sed iudices ecclesiastici, nunquam pro hoc delicto semel commisso, declarant clericos incidisse in bullas Pontificum,nisi pluries & pluries patrauerint, & ita audiui fuisse obseruatum in Curia Romana cum casus contigisset.

CAP. XVII.

Pollutio ecclesiæ in quibus casibus sit mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia quot modis polluatur.*
2 *Ecclesia polluitur per concubitum coniugalem.*
3 *Pollutio ecclesiæ per concubitum coniugalem est punibilis.*
4 *Mollities est species luxuriæ contra naturam.*
5 *Mollitiem propriam incitans,quomodo puniatur.*
6 *Ecclesia benedicta succedente pollutione notoria, non indiget reconciliatione,secus si est consecrata.*
7 *Ecclesiæ consecratio ex quibus appareat.*
8 *Ecclesia non est reconcilianda per seminis effusionem occultam.*
9 *Ecclesiæ pollutio post celebrationem,non indiget reconciliatione.*

ECclesia polluitur,seminis effusione ; Item sanguinis emissione ; item homicidio ; item quando in ea 1

ea sepelitur excommunicatus, Abb. *in c. consuluisti, de consecrat. eccles. vel altar.* Item quando consecratur ab episcopo excommunicato; Item quando parietes reparantur ex vetustate collapsi; denique si in ecclesia sepeliatur aliquis infidelis. Summa Syluestr. *in ver. Cõsecratio.* Nauarr. *in suo manuali c. 27. nu. 251.* sed de primo solo modo dubitari contingit, qui casus proximus est immediatè præcedentibus.

Seminis igitur emissio dupliciter fieri potest in ecclesia, vel per concubitum coniugalem, vel per ipsam
2 mollitiem, primo modo etiam † ecclesia polluitur, vt tenent Goffred. & Guglielm. *in rationali diuinorum ver. consecratio.* Host. *in summa. in tit. de consecrat. eccl.* & sequitur Turrecremat. *in c. ecclesiis. de consecrat. dist. 1. sub nu. 13.* quia licet alias concubitus vxoris cum marito sit licitus: non tamen in ecclesia; quia quædam sunt licita, quę ratione loci fiunt illicita, ideo Christus dominus noster eiicit omnes ementes, & vendentes de templo, *c. accusatio. 2. q. 7.* & tamen, vt dicit D. August. nulla alia vendebant, nisi necessaria, & ideo talis polluit ecclesiam, & ipsa ecclesia indiget reconciliatione, gloss. ordinar. *in c. 1. de consecrat. ecclesiæ, lib. 6.* &
3 quod ista † pollutio sit punibilis, facit tex. *in c. extraordinaria pollutio 35. quæst. 2.* & hunc casum non existimo mixti fori, cum iure ciuili nihil specialiter sit dispositum, & iure canonico sola pœna salutaris sit imponenda propter scandalum notoriæ pollutionis.

4 Mollities † autem est species luxuriæ contra naturam, Pisanella *in ver. mollities. & in ver. Luxuria in 1. in fine principij, vers. post hoc autem peccatum molliciei.* Bermondus Chouerus *in tract. de publicis concubin. parte 2. rubr. de peccato sodomitico, n. 14.* Franciſc. Marc. *dec. 687. num. 10. parte 2.* & dicit Bermond. vbi supra,
5 quod grauiori pœna puniri debet, tanquã † sodomita qui propriis manibus, aut data opera in seipso pollutionem procurauit, & licet non sit tanta pœna, quanta si cum alio masculo perpetrauerit, gl. *in ver. Sodomita, in c. omnis 32. q. 7.* quia maleficium non perfectum mitius punitur, quàm perfectum, ex reg. *l. 1. §. qui puero. & ibi notat* Alberic. *n. 2. ff. de extraor. criminib.* tamen negari non potest quin vera sit species sodomiæ, & tanquam sodomita puniri possit ab vtroque foro, tanto magis ratione loci, qui polluitur, propter quod ecclesia indiget reconsecratione, siue reconciliatione, & benedictione.

Sed circa istam qualitatem vtriusque criminis notandum est: Primo, quod quando ecclesia est solum
6 benedicta † succedente pollutione notoria, non est opus reconciliatione episcopi, sed sufficit sacerdotalis benedictio, cum aqua à se benedicta, quando vero est consecrata, opus est episcopali reconciliatione, & cõ-
7 secratio † ecclesiæ solet apparere ex crucibus rubeis, depictis in parietibus ecclesiæ, Abb. *in c. fi. nu. 1. de consecrat. eccles. vel altar.* Syluestr. *in ver. consecratio §. 8.* & quod dicitur de ecclesia, idem dicẽdum est de Cæmeterio, si eisdem modis polluatur, secundum Nauarr. *in consi. 1. num. 4. de consecrat. eccles. vel altar.* secundo no-
8 tandum, quod requiritur, vt ipsa seminis † effusio sit publica, *c. significasti. de adulter.* Turrecrem. *in d. c. ecclesiis num. 15. de consecrat. dist. 1.* & ideo si fuerit occulta, quantumcunque illicita, & abominabilis, quandiu occulta est, ecclesia reconcilianda non est, quia sic vt solemnis pœnitentia nunquam imponitur pro crimine occulto; ita cum reconciliatio ecclesiæ semper fiat cum solemnitate, nunquam facienda est, nisi pro pollutione solemniter diuulgata, *d. c. significasti.* & etiam si sacerdos sciuerit per confessionem, ecclesiam pollutam esse, non debet, etiam in occulto, abstinere à celebrando, nec episcopo debet dicere, quod reconciliet ecclesiam, causa non expressa; quia ex his, quæ scit, tanquam Deus, non prohibetur ipse vt homo, nec arctatur ad aliquid faciendum, vel omittendum, quæ est doctrina Hostiens. *in summa de consecrat. eccles.* & Turrecrem. *in d. c. ecclesiis. n. 15.* Nec sufficit, vt sciatur à duobus, vel tribus, Abb. *in c. significasti nu. 2. de adulter. & stupr.* ideo si pollutio † ecclesiæ interuenerit hodie, & post octo dies venerit ad notitiam totius diœcesis, si inibi interim fuerit celebratum non est opus vlteriori reconciliatione, quia vnica sola celebratione dicitur ecclesia reconciliata, Alphons. de Castr. *in lib. 2. de lege pœnali, c. vlt. in fine.* 9

CAPVT XVIII.

Confraternitates laicorum in quibus casibus sint mixtæ Iurisdictionis.

SVMMARIA.

1. *Confraternitates laicorum, & hospitalia sunt de foro laicorum.*
2. *Episcopus potest visitare confraternitates laicorum.*
3. *Nisi sint sub immediata protectione Regum.*
4. *Hospitalia, quæ non reperiuntur expressè sub immediata protectione Regum, possunt ab episcopis visitari.*
5. *Episcopi possunt reformare pia loca ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum.*
6. *Episcopi possunt exigere rationem ab administratoribus locorum etiam merè laicorum.*
7. *Episcopum habere locum absoluendi, & condemnandi simul cum cæteris deputatis.*
8. *Episcopus cognoscit an hospitale sit sub immediata protectione regum.*
9. *Episcopus potest exigere rationem ab administratoribus piorum locorum.*
10. *Episcopus habet facere executionem contra administratores locorum piorum condemnatos.*

Confraternitates † habentes hospitalia, in quibus quam plurimæ eleemosynæ Christi pauperibus largiuntur eo loci aduenientibus, dotantur pauperes mulieres, gubernantur, & alimenta præstantur expositis, & infantibus, quorum genitores ignorantur, retinentur, & gubernantur pauperes infirmi, vestimenta pauperibus erogantur, quibus hospitalibus plerunque relinquitur in vltimis voluntatibus sub variis & diuersis formis, aliquando amore Dei, interdum pro animabus testantium, vel simpliciter, vel pro eleemosynis faciendis per eorum magistros, rectores, vel administratores laicos constitutos à principio eorum erectionis: In omnibus istis & similibus causis, iudex laicus est competens, pro vt latè probat Petrus de Vbaldis *in tractatu de canonica portione, qu. 14. principali nu. 7. & seq.* Bald. *in auth. ingressi. vers. 3. quæro C. de sacros. eccles.* Capell. Tolos. *decis. 8. & ibi Aufrer. in addit.* & de stauritis latè scribit Afflict. *in tract. de iure prothomis. in principio legis nu. 12. & seq.* 1

Episcopus † autem huiusmodi confraternitates laicorum, collegia quæcunque & montes pietatis, seu charitatis & pia loca, quomodocunque nuncupentur, etiam si cura ad laicos pertineat, & exemptionis priuilegio sint munita, non obstante quacunque consuetudine, priuilegio, vel statuto, potest visitare; Nisi sint, sub immediata pro- 2

3 protectione Regum, vt est dispositum per *sacros. conci. Tridentin. sess. 22. c. 8. & c. 9.* statutum est, vt idem etiam possit facere delegatus sedis apostolicæ, quicquid scripserit Franc. Marc. *dec.* 1008. *parte* 1.

Hæc autem probantur ex declarationibus factis per Congregationem illustrissimorum, & Reuerendissimorum Cardinalium super declaratione dubiorum dicti concilij à sanctissimo D. N. deputatam, cuius Congregationis, declarationum capita, placuit hic inserere.

4 Fuit dubitatum:† an in exceptione *c. 8. sess. 22.* qua excipiuntur hospitalia, quæ sunt sub immediata protectione Regum, & sine eorum licentia, non possint ab episcopis visitari, comprehendantur omnia hospitalia, quæ sunt in eorum ditionibus, & regnis. Respondet Congregatio non comprehendi, nisi hospitalia, quæ expresè reperiuntur esse sub Regum protectione.

Item Congregatio censuit, episcopos posse visitare
5 omnia hospitalia, & pia loca, † quomodocunque nuncupentur, etiam si sint priuata laicorum, ac etiam corrigere, & reformare in casibus à iure expressis, nempe ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, vtcunque testatoris mens seruetur, iuxta *d. concilium sess.* 22. *c.* 8.

Item Congregatio censuit decretum *sess.* 22. *c.* 9. habere locum etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expressis, & licere episcopis exigere ratio-
6 nem ab † administratoribus etiam locorum merè laicorum, & priuatorum, & generaliter sine vlla distinctione, & quando ex priuilegio, vel consuetudine, vel alia constitutione, aliis reddenda esset ratio, eisdem reddendam esse, adhibito cum illis Ordinario: Nisi in fundatione aliter cautum esset, nempe quod rationes Ordinario reddendæ non essent.

7 Item Congregatio censuit Episcopum habere† locum absoluendi, & condemnandi cum cæteris deputatis, & illius votum connumerari debere cum voto cæterorum, quorum maior pars votorum condemnat, vel absoluit.

8 Item Congregatio censuit, si episcopo† aliquod hospitale visitare volenti, iuxta *c. 8. sess.* 22. opponatur exceptio, quod sub immediata Regum protectione existat; vtique non ad secularem iudicem, sed ad ipsummet Episcopum talis exceptionis cognitionem, vel diffinitionem pertinere.

Item Congregatio censuit ordinarium ex *c. 9. ses.* 22.
9 posse administratoribus † hospitalium, aliorumque piorum locorum, rationem administrationis exigere; donec coram eodem ordinario doctum fuerit de institutione, in qua secus expresè cautum sit.

10 Item Congregatio censuit executionem † aduersus administratores cōdemnatos iuxta *c. 9. sess.* 22. siue soli ordinario reddita fuerit ratio, siue vna cum aliis deputatis ad ipsummet ordinarium spectare. Pro quorum decretorum sacræ congregationis executione fuit instanter rescriptum per reuerendiss. Nuntium Neapoli commorantem sub die 20. Nouemb. 1589.

CAPVT XIX.

Adulterij criminis casus esse mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Ex Adulterio quæ mala nascuntur.*
2 *Adulterium quis primus commisit, & quomodo punitum est.*
3 *Adulterij cognitio est mixti fori.*
4 *Pro adulterio, cum agitur ciuiliter, solus ecclesiasticus procedit.*
5 *Iudex ecclesiasticus inhibet seculari procedenti pro adulterio quo ad separationem thori.*
6 *Adulterio commisso si agatur ad dotem, debet prius agi coram ecclesiastico ad separationem thori.*
7 *Incidentia in causis matrimonij sunt merè ecclesiastica, quando tractatur inter ipsos coniuges.*
8 *Iudex laicus est competens pro adulterio si tractatur de perdenda dote.*
9 *Adulterij pœna in foro pœnitentiali.*
10 *Pœna adulterij, de iure canonico quæ sit, & numero* 12.
11 *Adultera mulier non debet ingressu monasterij decorari.*
13 *Adulterio commisso per clericum, cognoscit ecclesiasticus etiam contra mulierem laicam.*
14 *Adulteræ mulieris cum clerico cognitio, & punitio est mixti fori.*
15 *Adulteri clerici pœna de iure canonico.*
16 *Clericus propter simplex adulterium an debeat deponi.*
17 *Clerici concubinarij quam pœnam pati debent.*
18 *Adulterorum laicorum punitio spectat ad iudicem secularem.*
19 *Iudex laicus si præuenerit pro puniendo adultero laico, tunc ecclesiasticus non potest recipere testes ad negandum matrimonium.*
20 *Adulterij pœna de iure ciuili quæ sit.*
21 l. transigere. C. de transact. *intelligentia.*
22 l. castitati. C. de adulter. *intelligentia.*
23 *Adulterij diuersæ pœnæ secundum consuetudinem regionum diuersarum quæ sint.*
24 *Adultera vxor vbi nullam pœnam patitur, sed maritus adulteræ mittitur super asino per ciuitatem.*
25 *Iudex ecclesiasticus præuentus quando imponit pœnam adulterij à lege vel consuetudine introductam.*
26 *Iudæis adulteris imponenda est pœna etiam per statutum minorata.*
27 *Pœna consuetudinis minor derogat maiori.*
28 *Consuetudo potentius operatur quam statutum.*
29 *Iudæus si committat adulterium cum Christiana an debeat puniri pœna statuti, vel iuris communis.*
30 *Pagani adulteri qua pœna puniantur.*
31 *Secta paganorum, & gentilium est minus mala quàm secta Iudæorum.*
32 *Adulterium quando est duplex, & quando simplex.*
33 *Adulterium duplex punitur pœna mortis naturalis.*
34 *Coniugatus coiens cum soluta an sit adulterium.*
35 *Adulterium vxorati cum soluta non est punibile de iure ciuili.*
36 *Iudex laicus potest cogere maritum, vt dimittat concubinam.*
37 *Adulterium dicitur committi à coniugato cum soluta de iure canonico.*
38 *Iudex ecclesiasticus cogit maritum sub pœna excommunicationis, vt dimittat concubinam.*
39 *Vxor propter fornicationem mariti potest petere separationem thori.*
40 *Maritus adulter non accusatur adulterij ab vxore.*

ADulterium† est crimen satis infestū bonis viris, 1
quia per ipsum Zelus Zelotypię inualescit, ira, & commotio inter ciues, & odia crescunt, & homicidia pro-

procurantur, turbat enim honorem matrimonij, & etiam famam liberorum, qua consistit decus gentiũ, vt not. *in auth. de nupt. in princip.* Angel. *in §. 2. in auth. de monachis.* ideo Euphron apud Stobæum *capit. 6.* dixit, non esse adulterio maius malum, & Sibylla Erithræa apud Lactantium *in libro de Ira Dei cap. 22.* inter facinora, quibus Deus maximè irascitur, atq; irritatur, adulterium reponit. Vnde Lamech, ✝ qui fuit primus,
2 qui adulterium commisit, *c. an non districta. 24. q. 3.* & ibi dicit Turrecrem. *num. 1.* fuit grauius punitus, quàm homicidium Cayn: quia, vt idem Turrecrem. *in c. quomodo. nu. 2. in fine. 31. q. 1.* adulterium Lamech septuagies septies vindicatum est, quia in 77. animabus, quæ de Lamech egressæ sunt, punitum est, quæ omnes pro peccato Lamech perierunt in diluuio, sed peccatum Cayn vẽdicatum est septies, id est vindicta sumpta vsque ad Lamech, vt habetur *in d. c. quomodo.*

3 Cognitio ✝ istius criminis est mixti fori, & pro hoc est text. *in c. rex debet. 23. q. 5.* & ibi probat Turrecrem. Innoc. Abb. & alii *in c. tuæ. de procurator.* Ioan. Andr. *in c. fi. de adulter. lib. 6.* & *in c. 1. de offic. ordinar. vbi* Alciat. *numer.* 18. testatur hanc esse communem opinionem. Canonistæ omnes *in c. gaudemus. de conuers. coniugat.* & *in c. cum sit generale, de foro compet.* Ciuilistæ omnes *in l. quãuis C. de adulter.* Roman. *singul.* 674. Bal. *in auth. clericus. nu. 7. C. de epis. & cler.* Couar. *in 2. par. de sponsalib. cap. 7. §. 7. n. 20.* Clarus *in pract. crimin. §. fin. quæst. 37. vers. quæro nunquid causa.* qui citat omnes testantes de communi. Syntagma *comm. opin. tom. 3. loco 8. tit. 6. cap. 2.* Decian. *in tractat. crimin. tomo 1. cap. 26. numer. 7.* Gregor. Lopez *in Partita 1. tit. 6. l. 58. gloss. 5.* Anto. Gomez *in l. 80. Tauri. nu. 47. vers. vnum tamen est.* Afflict. *in tit. quæ sint regalia in ver. bona cõtrahentium incestas nuptias. num. 13.* Diaz *in sua practic. criminal. canon. cap. 79.* Foller. *in practica criminali canonica cap. 19.* Menoc. *de arbitrar. iudic. casu* 419. Guido Pap. *dec.* 178. Franch. *dec.* 312. Boer. *decis.* 297. Aufrer. *de potestat. secular. in ecclesiasticos. regula 4. in 11. fallentia.* & ibi Matthæus Boys *in sua lata additione.* Bermondus Chouer. *in tractatu de publicis concubin. rubric. de adulter. numer. 4. & plur. seq.* cum aliis consulentibus per eosdem allegatos.

Hæc conclusio probatur: Primo circa modum procedendi, secundo ex qualitate pœnarum, in quibus apparebit resolutio multorum casuum iurisdictionis.

4 Circa modum. Nam aut agitur ciuiliter ✝ de adulterio, & solus ecclesiasticus procedit: Aut agittur criminaliter, & vterq; procedere potest, modus igitur agendi imprimis distinguit iurisdictionem iudicum in eodem facto: si autem deducitur, siquidem si propter adulterium commissum agatur ad separationem thori, vel ad restitutionem dotis, tunc solus ecclesiasticus cognoscit; *c. tuæ. de procurator.* & ibi scribunt omnes Doct. quia pœna separationis thori est canonica, quæ videtur impedire sacramentum matrimonii, ideo solus ecclesiasticus cognoscit; hanc opinionem sequuntur Roman. *in d. singul. 674. in princ.* Franc. *in c. consuluit. num. 1. de appellat.* Felyn. *in c. cum sit generale. col. 7. vers. respectu adulteri. de foro compet.* Archidiacon. *in d. c. rex. 23. q. 5. & in c. postulastis 3. q. 7.* Clar. *in d. quæst. 37. vers. quæro nũquid in fine.* Ant. Gomez. *in d. l. 80. Tauri. num. 47. vers. vnum tamen scias.* Decian. *in d. cap. 26. nu. 7. vers. tertia conclusio.* & scribit Bermond. *in d. tract. de publ. concubin. rubr. de adulter. num. 22. & s. q.* vbi probat hanc esse comm. opin. & consuluit Angelus de Vbaldis iun. *in cons. 42. inter consilia matrimonialia.* vbi
5 quod in tali casu ✝ si iudex secularis vellet procedere, vel aliquo modo se ingereret, posset illi inhibere, etiam sub pœna excommunicationis, & Dec. *in cons. 212.* vbi quod quãdo agitur ad separationem matrimonij, est crimen merè ecclesiasticum, Federic. de Sen. *in cõs. 236. in quæstione vertente, ver. item sciendum.* Specul. *de competent. iudic. addit. §. 1. vers. 17.* & consuluit Paul. de Castr. *in cons. 65. n. 3. vol. 1.* quod si propter adulterium commissum ✝ agatur vt fiat plena restitutio dotis, tunc 6
prius debet agi ad separationem thori coram ecclesiastico, *c. plerumque, de don. inter vir. & vxor.* alias petitio plenæ restitutionis dotis coram laico, propter adulterium, non valet, sicut quando agitur petitione hereditatis, antequam agatur querela, vt not. *in l. qui de inofficioso. ff. de inoff. testam.* & licet Abb. *in c. 1. de offi. ordin.* dicat, quod quando agitur ad separationẽ thori simpliciter, tunc est crimen merè ecclesiasticum, & laicus non potest se intromittere, secus si ageretur ciuiliter ad plenum, pro omnibus, quia tunc est mixti fori. Tamen nos suprà *in eadem parte 3. c. 9.* tractauimus, incidentia ✝ in causis matrimonij esse ecclesiastica, 7
quando tractantur inter ipsos coniuges, & de ipsis nõ posse se intromittere laicos iudices, secus si tractarentur inter tertias personas, quo casu possunt tractari coram laicis iudicibus, ibi vide, præsertim *num. 16. & seq.* quicquid dicat Decian. *in d. cap. 26. numer. 7. vers. sexta sit conclusio.* addo quod iudex ✝ laicus est competens si 8
tractatur de facto, puta de perdenda dote propter adulterium commissum, quando constat per sententiam, vel per confessionem partis, quod adulterium sit commissum, vt per Franch. *decis. 312. num. 6. vers. sed ad hoc dictum fuit.* secus si esset articulus iuris, puta an per furorem possit fieri separatio matrimonij, quia tunc iudex ecclesiasticus solus procedit, Franch. *d. decis. 312. num. 7. & dec. 36.* & dixi supra *parte 2. centur. 2. casu 101. nu. 21.*

Idem arguitur ex diuersitate pœnarum, Bal. *in auth. clericus. n. 7. in fi. C. de epis. & cleric.* iure igitur canonico, si agatur de pœna ✝ imponenda in foro pœnitentiali, sacerdos cui fiet confessio, imponet pœnam arbitrariam, vt est text. *in c. mensuram. de pœnit. dist. 1. & in c. quem pœnitet. eadem dist.* & scribunt omnes *in c. at si clerici. de iudic.* Bermond. *de publ. concubinar. rubric. de adulter. num. 3.* Menoch. *d. casu 419. n. 58.* quo casu, neque solemnitas iudiciorum, neque ordo iuris seruabitur, vt per Abb. & Felyn. *in c. cum l. & A. de re iud.* & notat Archidiacon. *in c. fi. 32. q. 5.* per illum tex. & ita intelligit *c. 2. de offic. ordin.* quod loquatur, quoad forum pœnitentiale, Ioan. Andr. *in c. ad nostram. in 2. de iureiur.* 9

In foro autem contentioso, plures pœnæ reperiuntur ad hoc de iure canonico, videlicet pœna detrusionis in monasterium, de qua est casus *in c. gaudemus. de conuers. coniugat. & in c. fraternitatis. dist. 34.* sed quia eadem pœna est imposita hodie de iure ciuili, *auth. sed hodie. C. de adulter. & §. si verò quando, in auth. vt nulli iud.* quo casu quando tractaretur de impositione istius pœnæ, vterq; iudex posset adiri, & esset locus præuentioni, Bald. *in d. auth. clericus. n. 7. & seq.* verum si laicus imponeret hanc pœnam, quoad executionem, debet requirere ecclesiasticum, sub cuius iurisdictione sunt monasteria, *arg. c. biduum, 2. q. 6. vers. siquidem. & l. inter pœnas. C. de interdict. & relegat.* sed circa hanc pœnam, non possum nõ aduertere, quod ✝ mulier adultera non debet ingressu monasterij decorari, cùm criminosum non debeat dignitas comitari, sed pœna, *l. pœna. C. de decur. l. 10.* & satis arguendum videtur, vt mulier adultera, quæ per legem diuinam dilapidari videtur, *c. hac imago, 33. qu. 5.* deputetur monasterio, ad corrumpendum sanctas moniales: sæpe enim malorum consortia, 10 11

&c. *c.sæpe*,28.*qu.*1. nec incorruptus manere potest,qui corruptis sociatur,*c.quisquis*.23.*q*.4.*Eccl.siast.c*.13.alte-
12 ra pœna†est,quod scinduntur panni,& capilli,ante,& retro in derisionem, quæ pœna etiam est imposita vtroque iure,*c.de benedicto*.32.*q*.1.*&* *d.auth.sed hodie*. alia pœna est excommunicatio, pro qua solus ecclesiasticus adiri debet,*c.intelligimus.& c*.2.*de adult*.qui tex. ad hoc inducitur per Rom.*in d.singul*.674.*n*.2.& dicit Host. *in summa tit.de adult.* quod laicus committens adulterium,debet excommunicari,quia excommunicatio est vltimus mucro ecclesiæ,& vltra eam,non habet quid faciat,*cap.cùm non ab homine.de iud.* & de hac pœna scribit Bermond.*in d.rubr.de adulteriis,n*.11.

13 Si adulterium commissum sit à clerico,† poterit iudex ecclesiasticus cognoscere etiam contra mulierem laicam,*arg.c.quidam,dist*.81.vbi episcopus punit etiam mulierem secularem se commiscẽtem cum clerico in simplici fornicatione; ergo multo magis concurrente adulterio,gl.*in c.placuit.in ver.melius*.37.*q*.6.in quo di-
14 stinguendum est:aut tractatur de punienda † muliere, & cognitio est mixti fori,eritq; locus præuentioni inter iudicem ecclesiasticum, & laicum, verum si laicus præuenerit ecclesiasticum iudicem,remittet clericum ad ipsum puniendum,Marian.*in c.cùm sit generale.nu*.24.*de foro comp.* Dec.*in d.tract.crim.tom*.1.*c*.26.*num*.7. *vers.* 2. *sit conclusio.* aut tractatur de puniendo clerico, & solus ecclesiasticus est competens. De iure igitur
15 canonico † clericus adulter, depositus ab officio, in monasterium toto tempore vitæ suæ detruditur, *c.si-quis cleric.dist*.81.gloss.1.*in c.lator*.2.*q*.7. *& ibi* Archid. Host.*in summa tit.de adult.* §. *quæ pœna sit imponenda.* Io.de Anan.*in c.significauit.de adult.* Abb. *in c.vt clericorum.de vita & honest.cler. & ibi* Io.Andr. & Io.de Imm.& est communis opinio,vt tradit Diaz *in pract. crimin.canon.c*.79.*in ver.adulterij*.&Foll.*in pract.crim. canon.c*.19.& licet Men.*in d.casu* 419.*num*.60.sequatur Paul.Grilland.*in tract.de pœnis omnifar.coit.* dicentes,
16 quod hodie clericus†propter simplex adulterium nõ debet deponi.Nihilominus Diaz *in d.c*.79.respondet ad omnia fundamenta contraria, & tandem concludit tutius esse in consulendo, & iudicando, tenere aliam opinionem,quæ est communis. Nec obstat *concilium Anciranum in c*.20.allegatum à Men.*in d.n*.60. & ante ipsum allegatum à Tiraquello ad hoc etiam propositum *in l*.13.*connubial.n*.24.*in fi*.vbi siquis clericus adulterium commiserit,non nisi septem annis in pœnitẽtia completis,ad pristinos gradus recipitur. Tãto magis,quia ex dispositione sacrosancti *concil.Trident.sess.*
17 25.*de reformatione c*.14.clericos†concubinarios admonitione prima facta,perseuerantes,priuari debere tertia parte fructuum,obuentionum,ac prouentuum beneficiorum suorum quorumcunque. Secunda verò monitione facta perseuerantes omnibus fructibus priuantur, & ab officio & administratione beneficij, ad tempus arbitrio episcopi suspenduntur.Si verò adhuc perseuerabunt in eodem errore,vt quia dimissam cõcubinam repetant, excommunicantur. Cæteri verò clerici,qui beneficia,vel pensiones non habent, pœna carceris,vel alia simili,arbitrio episcopi,secundum facti,& personarum qualitatem puniuntur,episcopi verò,&c.quia ad hæc omnia ex Host.responderi potest, qui *in summa.de cohabit.cler.& mulier.*§.*qualiter imponatur ad fi*.cùm allegauerit *d.c.siquis cleric. & c.Roman. dist*.81.subdit ista verba:Puto quod ex causa iudex potest seruare rigorem, & ex causa remittere & dispensare,& hoc nisi in modum accusationis conuinceretur, tunc enim standum est dicto rigori,& in hoc sequi oportet illam communem opinionem; & quod de mente Host. sit hoc asserere, ne dum in crimine simplicis fornicationis,sed etiam adulterij,colligitur ex eius remissione,quam facit *in summa tit.de adult.*§.*quæ pœna.* ad ea quę dixit *in sũma de cohab.cler.& mulier.* & quia allegat dicta iura, quę loquuntur in crimine adulterij; & licet aliter disponatur per dictũ *concil.Trident*.circa fornicationem,quæ differt satis grauiter ab adulterio, non tamen diffitendum est, quod pro ipso pœna depositionis imponatur, & hanc etiam opinionem probat Bermond.*in d.rubr.de adulter.n*.24.*&* 25.*& seq.*

Cùm agitur de pœnę†impositione in laicos adulte- 18
ros,huius cognitio ad iudicem secularem tantùm spectat, vt not.Inno. *in c.tuæ.de procurat.* quia vt ibi dicitur,iudex ecclesiasticus non potest cognoscere,vel iudicare,quem morti tradere non potest,*c.sent.ne clerici vel monach*.& quod secularis debeat punire adulteria, est tex.*in c.siquis* 23.*q*.4.*& c.rex debet* 23.*q*.5.*& c.relegentes.eadem caus.& quæst.* quo casu ecclesiasticus † non 19
poterit etiam recipere testes, si negaretur matrimonium,vt concluderetur non esse adulterium, quia fieret irregularis, sed iudex laicus debet illas probationes recipere, Ancar.*in c.ea quæ in* 4.*q.de reg.iur.li*.6.*n*.10.*vers.item cùm ad pœnam legalem.* Barb. *in c.cùm sit generale.n*.226.*& seq.de foro compet.*

Hic subintrat magna difficultas,quæ pœna †de iure 10
ciuili pro adulterio imposita sit.Et primũ de iure cõmuni loquendo,Seb.Mont.*in tract.de patria potestate in* §. *matrim. nu*.57. putat adhuc sub iudice litem esse, qua pœna plectantur adult. Sed quantum ad ius commune pertinet, decisiuè loquendo, dicimus, quod de iure Digestorum pro adulterio non imponebatur pœna mortis,sed tantùm pœna deportationis, glo.est *in l.ait prætor.*§.*miles.ff.de his qui not.infam.* gl.*in l.qui cum vno,*§.*adulterij.in ver.recipiendi.ff.de re milit.* quæ dicit,quod tempore illius legis pro adulterio, nõ erat pœna gladij,glo.*in l.Claud.ff.de his,quib.vt indign.* dicit,quod tempore Digestorum alia erat pœna adulterij,quam hodie,& ad hoc est text.quẽ reputant singularẽ Bart.& Sal.*in l.si quis viduam.in vers.in insulã deportandus est.ff.de quæst.*sed de iure Codicis pro adulterio imponitur pœna vltimi supplicij,*l.castitati.C.de adulter.l.transigere.C.de transact.& l.quamuis in* 2.*C.de adult.*sed de iure auth.immutata est pœna adulterij in fœmina,*d.auth.sed hodie.* Ideo remansit pœna mortis in masculo,quam ecclesiasticus imponere non potest.

Ex hoc infero errare eos,qui putant *in d.l.trãsigere,*
verba †illa,*excepto adulterio*,fuisse addita à Triboniano,& aliis cõpilatoribus,cum tempore Diocletiani,& 21
Max.Imp.qui fuerunt auctores *d.l.transigere*.adulteriũ non erat capitale, per *d.l.si quis viduam*.quam opinionem tenent Cuiac.Hottoman.&Balduin.*in* §.*item lex Iulia.Instit.de publ.iud.*Brisson.*in lib.singul.ad l.Iul.de adulte..in ver.qui stuprum,adulteriumve*.& ideo Cuia. *li*.6.*obseruat.c*.11.*& li*.19.*c.penult.* dicit, Tribonianum ea verba posuisse ad posteriores leges respicientem, sicut *in d.*§.*item lex Iulia.versiculum, temeratores alienarum nuptiarum gladio puniri, &c.* accipi debere secundum leges posteriores, scilicet *l.quamuis. C. de adulter.* siquidem Dioclet.& Max. inceperunt imperare anno Domini 286.quo tempore mortis pœna erat imposita pro adulterio,per *l.castitati.C.de adult.*cuius auctor fuerat Alexander Seuerus,qui inceperat imperare anno Domini 224. & sic 42. annis ante Dioclet.
& Max.nec valet dicere, quod per *d.*† *l.castitati.* non 22
erat imposita pœna mortis naturalis, sed deportationis,prout intelligit Couarr. *in* 2.*parte. de sponsal.capit*.7.§.7.*numer*.16. *vers.sed si Accurs.* quia *in d.l.castitati*, dicitur,quod ducens damnatam de adulterio, tãquam

leno

leno punitur pœna lenocinij; quæ est pœna vltimi supplicij, vt probat Bermond. *in d.rubric.de adulter.n.* 4.& quando non esset pœna mortis naturalis, sufficeret ad *d.l.transigere.*vt verba illa non sint superflua, vt deportationis pœna imponeretur tempore dictorum Imperatorum Diocle.& Maximin.vt per gloss.*in d.l. transigere.*quæ in pœna capitali inibi vult etiam comprehēdi deportationem,ex reg. *l.capitalium.ff.de pœn. & §.1.Institut.de publ.iudic.cum simil.* Nec dict.§.*item lex Iulia.vers.temeratores alienarum nuptiarum gladio feriri oportet,&c.*intelligendus est secundum leges posteriores,prout intelligit Raphael Cuman.*in cons.*154. cum aliis ad hoc allegatis per Couarr. *in d.nu.16.prope finem.* Quia d.§.*item lex Iulia,*nuncupatim loquitur de lege Iulia,& aliter interpretando,opus esset dicere Imperatorem mentitum esse, & ita nominatim de pœna legis Iuliæ intelligit Hostiens. *in tit.de adulter.§.quæ pœna.col.1.vers.pœna autem.*& sequitur Tiraquell.*in l.13.connubial.num.20.vers.& ideo cum.*§.& ad Coras.*lib.2.miscellan.iur.c.1.*dicentem,quod *in toto titul.ff.ad l.Iul. de adulter.* nullibi de hac mortis pœna mentio facta est,quæ si lege Iulia statuta fuisset,vtique à Iurisconsultis illius temporis omissa non esset. Responderi potest,hoc argumentum procedere à coniecturis,& non concludere. Omissa est pœna:ergo non erat in vsu; quia verba legis Iuliæ repugnant, quæ esse eiusdem legis fatendum est: Item potuit omitti, quia fortè non erat de re dubitabili, vel secundum Couarr. *in d.num.16.* omissa fuit à compilatoribus, quia gladij pœnam, ab Alex. & Constantino, in Codicem Iustiniani retulissent.

Sed iure ciuili particularium locorum diuersa pœ-
23 na † pro adulterio imposita reperitur; siquidem,quasi in tota Germania pœna adulterij est arbitraria, VVesenbecius *in paratitlis tit.de adult.*testatur etiam Mynsinger.*in §.item lex Iulia.Institut.de public.iudic.* præterquam in Saxonia, vbi pœna capitalis infligitur, vt testatur Schneiduuinus *Instit de public.iud.* Coloniæ consuetudo est,quia adulter & adultera famosos lapides duos à collo pendentes cum candelis ardentibus ignominiosè per ciuitatem,lictoribus præcedentibus portant,deinde pœna pecuniaria mulctantur,vt testatur Rauennas Iuris Coloniensis professor *in suo singulari* 298. in Regno Franciæ adulteri ex consuetudine non puniuntur,vt per Tiraquell. *in d.l.13.connubial.n.* 24. præterquam Gratianopoli, vbi statuta est pœna centum solidorum,vt per Guidonem Pap. *dec.*206. & latè per Benedict.*in c.Raynutius.in ver.cuidam Petro.n.* 63. Ad hoc videndi sunt Rebuff. *in constitut.regni.in procem.n.*108.Chassan.*in tit.de iustitia,n.*46. Philibertus Bugnion. *in abrogatis legib. Galliæ.* & Rauennas *in d.singular.*938.refert in quibusdam locis Franciæ con-
24 suetudinem esse, quod vxor adultera † nullam patiatur pœnam,sed maritus eius super asino per totam ciuitatem ducitur, præcone alta voce clamante: Sic fit maritis,qui permittūt vxores nimium ieiunare, Boer. *decis.*297.& Guido Pap.*d.decis.*206. in Italia quot sunt ciuitates maximæ,tot sunt statuta diuersarum quantitatum pecuniæ impositarum pro adulteriis, quæ omnia recenset Menoch.*in d.casu* 419.*à num.62.ad finem.* de quo satis conqueritur Alciat.*in l.probrum.ff.de verbor.signif.*fures hodie strangulari,adulteros autem pecunia mulctari,vt sit maior pecuniæ,quàm morum,& honoris ratio. Sed in Hispania adest expressa *lex 15. Partitarum 7.tit.17.* qua disponitur, adulterij pœnam in masculo esse mortem: adulteram verò publicè flagellari,& amittere dotem,& arras, quæ applicātur viro, ipsa detrusa in monasterium. Et per leges Tauri permissum est marito vxorem occidere, vt *l.80.cum duabus seq.* & ibi latè Gomez.

Quæ pœnarum diuersitas,quantum ad materiam iurisdictionis pertinet,inducta est à nobis:Primò vt inferatur, quod vbi ratio † irregularitatis incurrendæ 25
cessat, si ecclesiasticus super adulterio præuenit iurisdictionem iudicis laici, poterit etiam super tali pœna ciuili sententiam ferre, ne causæ continentia diuidatur,ex regula *l.nulli prorsus. C.de iudic.*

Secundo infertur, quod si pro adulterio minorata est pœna † per statutum, ea ipsa iudicandi sunt etiam 26
Iudæi adulteri, prout in hoc casu consuluerunt Alex. *in consi.99.vol.3.& consi.13.vol.7.*Angel.*in consi.*114.licet primò Barbat.*in consi.63.vol.3.* Socin.*in consi.92.in 3.dub.vol.1.*Alciat.*in consi.*458. Corn.*in cons.114.vol.1.* Riminald.iun.*in cons.418.nu.7.vol.4.* Marsil.*in consil.* 101. Bermond. *in tract.de concubin.rubric. de adulteri nu.50.& plur.seq.*qui testatur de communi,& vt communem recitat Clar.*in §.adulterium.versi.sed pone statut.*& in simili latè per Tiraquell. *de iure primogen.qu.* 66.*n.*18.

In hoc articulo arbitror duos casus constitui debere. Primus est,quando Iudæus committit adulterium cum Iudæa, quo casu arbitror istam communem esse veram, & siue extet priuilegium Iudæorum, quod in ciuitate vbi morantur, tractentur vt Christiani, prout in casu, quo consuluit Marsil. Bononiæ, siue non extet,semper iudex debet sequi pœnam statuti, non autem iuris dispositionem,gl.& Bart.*in l.quid ergo.§.pœna grauior.col.3.ff.de his qui not.infam.* Bart.*in l.seruum quoque. §.publicè: col.2.ff.de procurator.cum simil.* per Dec.*in c.ex literis.col.fin.vers.sexto gloss.de constit.& in c.inter cæteras,col.pen.de rescrip.* Et quod iudex laicus debeat sequi pœnam diuersam à lege communi per statutum impositam,Cyn.*in l.qui sepulcra. C.de sepulchro viol.*Alex.*in l.sanctio.ff.de pœnis.*Bald.*in consi.250. in quæst.vol.1.*Marsil.*in practic.crim.§.quæritur,n.1.*Imo idem est in pœna † consuetudinis,qua si minor est, & 27
mitior in crimine adulterij,illa derogat maiori impositæ à iure communi,*l.quod senatus.ff.de iniur.l.senatus censuit.ff.de accus.* Cyn. *in l.nullum.C.de test.* Bald.*in cons.115.quod procedit.vol.4.*Crauett.*in cons.137.nu.7.* & communem opinionem esse testatur Dec. *in c.de causis.col.pen.de offi.deleg.*quia consuetudo † potentius o- 28
peratur,quàm statutum, Felyn.*in c.1.n.4.& 5.de sponsal.* & plura de hoc scribit Alban.in lucubrationib. ad Bart.*in repet.l.de quib.ff.de legib.*quia sanctiora videntur esse quæ moribus afferuntur,quàm quæ legib. imperantur: leges enim dantur vt plurimum inuitis,sed quod est consuetudinis,sua vi, & per se influit in mores hominum,vt vel à natura putentur esse,aut ab antiquis pro bono publico institutæ.

Secundus casus est,stante supradicto statuto minorante pœnam,si Iudæus committat † adulterium cum 29
Christiana, & tunc supradicta communis opinio est falsa, quo casu Clarus *in d.§.adulterium,versi.pone statutum.in fin.* putat hunc Iudæum esse ad triremes perpetuo transmittendum.Ego autem dico esse furca suspendendum. Nam si hic casus non comprehenditur sub statuto,vt Clarus probat. Item quia debet intelligi,vt minus lædat ius cōmune, glo.& Doct.*in l.fi.§.in computatione.C.de iure delib.* cum aliis ad hoc allegatis per Surdum,*dec.56.n.3.*sed hic est duplex casus, scilicet quando committitur adulterium cum Iudæa,& quando cum Christiana, & statutum interpretādum est vt minus lædat ius commune, quàm fieri possit, vt ibidem;ergo quoad Iudæum committentem adulterium cum Christiana pœna iuris communis remanet in-

correcta: ideò mittere ipsum ad triremes, nō procedit de iure cōmuni, neque à statuto, sed ex quadam benignitate arbitrij, quæ non est seruanda cum ista perfida gente. Augetur hoc quadam ratione Bermondi, cui ipse qui tenet contrarium *in d.rubr.de adulteriis, nu.32.*
30 non respondet. Nam si pagani,† ac Saraceni, & gētiles committerent adulterium cum Christiana, clarum est quod pœna mortis puniri deberent; ergo multo fortius Iudæi: probatur, quia secta † Saracenorum, paga-
31 norum, ac gentilium est minus mala, quàm sit secta Iudæorum, *c.nónne sodomitæ,1.q.1.*& ideo in Theodosiano Codice specialiter est decisum, vt si Iudæus cum Christiana adulterium committat, capitali sententia feriatur, vt *in l.1.C.de nuptiis gentilium.* quam pœnam sequitur Alciatus *in li.7.parergon iuris, c.23.*

Sed an omnibus adulterij speciebus supradicta pœnarum genera applicari possint, quæstionis est: siquidem
32 adulterium † aliquando est duplex, aliquādo simplex. Duplex est, quando ambo, vir & vxor extra thorum coeuntes, sunt coniugati, & hoc dicitur verè, & propriè adulterium tam respectu viri, quàm mulieris, & appellatur duplex, quia vir violauit thorū propriū, & vxor violauit thorum viri, Goffr.& Host.*in summa de adulter.§.1.in princ.* Syluestr.& Angelic. *in summa, ver.adulterium,n.1.*& ista qualitas, duplicitatis adulterij respectu legitimationis, reputatur, vt simplex, quia filio dicente se esse adulterinum simpliciter, valet legitimatio, etiam si sit dupliciter adulterinus, Angel.*in cons.201.in primo dub.*Fel.*in c.postulasti.n.16.de rescript.* sed respectu pœnæ imponendæ, procedunt supra dicta. Item est quādo solutus coiuit cum coniugata, quo casu etiam verè & propriè dicitur adulterium, sed simplex appellatur, ita notant omnes *in l.1.C.ad l.Iul.de adulter.* per tex.*in l.inter liberas.§.1.ff.eod.tit.& l.inter stuprum.ff.de verb.signif.*

Sed quando coniugatus coiuit cum soluta: Hic alter casus continet duplicem speciem, vel quando coniugatus coiuit cū soluta in forma matrimonij: vel quan-
33 do sine ipsius forma: Primo modo punitur † pœna mortis naturalis, siue quinque duxerit vxores, vt in casu Grammatici *voto* 17. siue quatuor, vt euenit Galliæ, vt refert Boss.*in tract.crim.in tit.de coitu damn.n.78.* siue duas tantum, vt probat Men.*cas.420.n.103.* & ideo ecclesiasticus circa hanc pœnam non se intromittit.
34 Secundo modo,† decisiuè scribendo de iure ciuili, non est adulterium, prout esse communem opinionem, testatur Suarez, *in ver.adulterium.nu.86.*& Clarus etiam *in §.adulterium.vers.trib. autem modis.gl.in l.1. ver.declar.& ibi* Bal.*n.3.C.de adulter.*Salyc.*in auth.ex complexu.C.de incest.nupt.& in l.si qua illustris. n.4.C.ad S.C. Orfician.& in d.l.1.n.2.*Alex.*in cons.129.prope finē.vers. plus dici.vol.1.* quia adulterium dicitur alieni thori violatio, & quasi transitus vnius thori ad alterū. Ergò cū maritus aliquam solutam cognoscit, non est adulteriū, Host.*in summa.tit.de adulter.§.1.* Soc.sen. *in cons.148.*
35 *n.3.vol.1.* item † vxoratus non potest pro hoc delicto de iure ciuili criminaliter puniri, Aret.*in §.nouißimè. n.4.Inst.ad S.C.Orfician.*Dec.*in cons.311.n.1.*& hāc esse indubitatam Doct.sententiam, dicit Rol.*in cons.74.n.1.vol.2.* quicquid dixerit Men. *in cons.249.& de arbitr.*
36 *iud.casu 420.n.108.* quo casu iudex † laicus posset secularibus remediis constringere maritum, vt dimittat concubinam, non quod crimen istud spectet ad eum, sed quia ad eius officium spectat facere, vt homines in ciuitate malè viuentes, honestè viuant. Ex quo infertur quod mulier malè famata de suo corpore, si dubitetur, quod aliàs honestas mulieres seducat, potest remediis iudicis secularis expelli ab illo loco vicino, vt probat Berm.*in d.tract.de public.concubin. rubric.de adulteriis.n.68.*

Sed de iure canonico coniugatus † dicitur commit- 37
tere adulterium cognoscendo solutam, *c.nemo.c.dicat.32.q.4.* Abb.per illum tex.*in c.transmissæ.n.5. de eo qui cognouit consang.vxoris suæ.* Conr.*in suo prætorio, tit.de adulteriis,n.2.& 3.*Clar.*in d.vers.tribus autem.* Syntagma comm.opin.*tom.3.loc.8.tit.6.c.1.* quo casu iudex ec-
clesiasticus † poterit constringere maritum, vt concu- 38
binam, quam tenet dimittat, etiam sub pœna excōmunicationis, quam incurrat maritus, si illam non dimittat, *c.si concubinæ.de sent.excom.* gl.*in c.Romana, in ver. offensa.de sent.exc.li.6.* & ideo curati ecclesiarū parrochialium in diebus festiuis solemnibus solent declarare excommunicatos concubinarios manifestos, & ipsa vxor † propter fornicationem mariti poterit pete- 39
re separationem thori, & dotis restitutionem, *c.plerūque, de donat.inter vir. & vxor.* vbi omnes firmant, & scribunt per illa iura *in c.1.& c.de maritis.de adulter.& in c.fi.de conuers.coniug.& ibi* Abb.*& in c.de infideli.de consanguin. & affinit. & in c.ex parte.de sponsal. & in c. quæsiuit.& c.significasti.de diuortiis.&32.q.6.per totum. & q.7.in c.omnes.& per gl.in d.ver.offenso.in d.c.Romana.de sent.excom.li.6.& in c.pen.& fin.de adulter.* quæ procedunt etiam si maritus fornicationem commisit cum soluta, *c.nemo 32.q.4.* vbi Archidiacon. & alij hoc firmant, & *in c.non solum.q.7.& in c.meretrices.q.4.*& per Soc.*in cons.148.memini, col.2.vol.1.* licet enim maritus † non possit per vxorem de adulterio accusari, 40
Abb.*in c.1.in 2.not.vt lit.non contestat.*& Soc.*in d.cons.148.* tamen quando fornicator præstat causam; vt separetur thorus, & fiat dotis restitutio, ex allegatis nuper: ita vt mulier etiam adultera non dicatur dotem perdere, si maritus adulterium, siue fornicationē commisit, secundum Castrens. qui ad hoc multa citat *in cons.128.hac mulier.vol.1.*

CAP. XX.

Incestus criminis casus esse mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Incestus quid sit.*
2 *Socer cognoscens nurum, quam filius propter carentiam præputij non poterat, an committat incestum & n.6*
3 *Affinitas prouenit ex coitu, & quid de iure ciuili.n.4*
5 *Incestus qui non est de iure canonico, sed de iure ciuili an per solum laicum cognosci poßit.*
7 *Incestus ex impedimento publicæ honestatis pertinet ad vtrumque forum.*
9 *Incestus crimen regulariter est mixti fori.*
10 *Incestus crimen quando sit merè ecclesiasticum.*
11 *Laici cognoscentes moniales puniuntur per iudices seculares.*
12 *Mulier fornicata cum presbytero à quo debeat puniri iudice ecclesiastico vel seculari.*
13 *Iudex laicus potest punire concubinas clericorum.*
14 *Clericus incestuosus qua pœna sit puniendus.*
15 *Incestus an committatur per clericum si solutam cognouerit.*
16 *Filij sacerdotum dicuntur nati ex incestu.*
17 *Filius sacerdotis legitimari potest, & à quibus.*
18 *c.cùm haberet.an habeat locum in filio sacerdotis.*
19 *Incestus est coitus cū commatre, de iure ciuili incognit.*
20 *Commatrem cognoscenti carnaliter qua pœna sit imponenda.*
21 *Incestus an sit propriè eius qui cognoscit cognatam spiritualem, vel legalem.*
22 *Incestus committitur cum cognatis adoptiuis.*

Ince-

1 INcestus † dicitur coitus habitus cum persona consanguinea, vel affine, §. incestus. 39. q. 1. not. gl. *in rubr. C. de incest. nupt.* & omnes Summistæ *in ver. incestus.* Summa Pisanell. *in ver. Fornicatio.* Bermond. *in tract. de public. concubin. rubri. de incest. in prin.* ex quo inferũt hoc crimen committi cum eis, inter quos matrimonium est prohibitum.

Multi contra: Illationem magis generalem non posse procedere ex dicto magis stricto. Nam in casu occurrennti,
2 † quidam cognouerat carnaliter nurũ suam, quam filius maritus ob carentiam præputij cognoscere non potuit, & matrimonium cum hac scientia, & voluntate vxoris, & renunciatione carnis copulæ erat contractum: illa autem nurus socero non videbatur
3 affinis, siquidem affinitas † prouenit ex coitu, *c. discretionem. de eo qui cognou. consanguin. vxor. suæ, c. nec eam,* 35. q. 3. Syluestr. *in ver. matrimoniũ, in* 8. *n.* 15. D. Thom. *in* 3. *lib. sentent. dist.* 41. Hic autem filius præputio carens coire non potuit: & licet de iure ciuili affinitas
4 † causetur ex iustis nuptiis, *l. non facile. §. sciendum. ff. de grad. affin.* in quibus non consideratur copula carnalis, gloss. *Instit. de patr. potest. in princip.* & notant omnes, tamen in hac materia attenditur ius canonicum, *c. pen. & fin. l. de secund. nupt. §. fi. in auth. quomodo oport. episcop.* ergo cùm de iure canonico non videbatur in-
5 cestus, † dicebant solum iudicem laicũ posse animad-
6 uertere. Ego † autem dixi hunc casum esse incestuosum, etiam de iure canonico, propter impedimentum publicæ honestatis, quod contrahitur ex sponsalibus de futuro, vel ex matrimonio de præsenti nondũ consummato, Abb. *in c. sponsam. de sponsalib.* Angel. *cap. in ver. matrimonium. §. Impedimentum.* 14. Syluestrin. *in ver. matrimonium. in* §. 8. *n.* 14. vnde nullus consanguineus sponsi potest ducere in vxorem talem sponsam vsque ad quartum gradum inclusiuè, nec econuerso, §. *iuuenis. & c. ad audientiam. de sponsal.* & ideo Io. Andr. in declaratione arboris affinitatis dicit, quod in dispensationibus faciendis à summo Pontifice, debet exprimi, quod possis cum tali contrahere, non obstante
7 impedimento † publicæ honestatis, pro eo, quod desponsasti consanguineam eius in quarto gradu, & non obstante, quod est tibi affinis in quarto gradu, pro eo quod dictam desponsatam carnaliter cognouisti: & propterea hic casus pertinebat ad vtrunque forum, & rectè procedit illatio quod incestus committitur cum eis, inter quos matrimonium est prohibitum.

9 Hoc igitur † crimen esse mixti fori, tenent Andr. & Afflict. *in titulo quæ sint regal. in ver. & bona contrahentium incest. nupt.* Boss. *in tit. de coitu damn. nu.* 17. Marquard. *in tract. de Iudæis, parte* 2. *c.* 9. *nu.* 8. Bermond. *in tract. de public. concubin. rubr. de incestu. n.* 34. *&* 35. & omnes ea vtuntur ratione, quam ad similia probandum docemus inducere, quia hoc crimen vtroque iure reperitur punitum, Bald. *in auth. clericus. n.* 10. *C. de episc. & cler.* Bart. *in tract. de different. inter ius ciuile & canonicum, n.* 83. Nec obstat Bal. *in l. consulta. nu.* 3. *C. de te-*
10 *stam.* vbi quod hoc crimen est ecclesiasticum, † & ideo Episcopus inhibet iudici laico sub pœna excommunicationis, ne se intromittat, quem sequitur Aufr. *in tract. de potest. secular. in ecclesiast. n.* 6. *in fine.* Quia hoc procedit in casibus, in quibus de iure ciuili non proceditur, secus est si per leges ciuiles pœna imponatur, quia tunc præuentioni locus est, & ita videmus
11 quotidie practicari, videlicet laicos † habentes rem cũ monialibus puniri à iudicibus secularibus, licet fecerint delictum in ecclesiasticam, vt probat Boss. *in tit. de coitu damnato, nu.* 17. & ita est casus decisus per Caccher. *dec.* 103. & ideo dispositio *auth. incestas nuptias. C. de incest. nupt.* habet locum quando nuptiæ sunt incestæ de iure ciuili, & non de iure canonico, secundum magis communem opinionem, de qua testatur Clar. *in §. incestus, vers. quæro nunquid.* qui alios citat. Item dictum Baldi *in d. l. consulta.* est fundatum super consilio Federici de Sen. 167. quod allegat, & inibi Federic. loquitur de muliere, † quæ fornicata est cum presby- 12
tero; dicens, quod hoc crimen debet puniri per ecclesiasticum, & non per secularem; tum quia crimen fornicationis est inductum de iure canonico, *c. nemo* 32. *q.* 4. tum quia propter illicitum coitum cum sacerdote, effecta est de foro ecclesiæ, *c. quidam clerici, distin.* 81. gl. *in cap. eos. dist.* 32. sed Federicus loquitur in simplici fornicatione clerici occultè commissa cum muliere soluta, qui coitus de iure ciuili non erat punibilis, ideo non mirum, si laicus iudex non poterat punire talem mulierem, ita respondent Anton. de Butr. *in d. c. cùm sit generale. n.* 20. *de foro compet. & ibi* Abb. *n.* 25. & Boss. *in d. tit. de coitu damnato n.* 18. secus si illa fornicatio esset publica & continuata, quia iudex secularis † potest 13
punire concubinas clericorũ, vt dicam infra *in sequenti parte, centur.* 2. *casu* 78. ergo restat quod crimen incestus est mixti fori, quando ab vtroque iure pœna casibus occurrentibus imponitur. Videamus igitur an sint aliqui casus huius criminis incestus, qui iure ciuili cogniti non sint.

Primus est si clericus † incestum commiserit, quo ca- 14
su pœna iuris ciuilis ipsum nõ afficit, quo mortis pœna imponitur, *l. si adulterium cum incestu. ff. de adulter.* & communem esse opinionem dicit Paul. Grilland. *in tit. de diuers. crimin. li.* 3. *n.* 5. quod est verum si committatur incestus cum adulterio vel stupro, vt per gl. *in d. l. si adulterium, in prin.* quam esse communiter approbatam, dicit Bermond. *in d. rubr. de incestu, nu.* 14. *vers. sum modo.* & clarius Syntagma comm. opin. *tom.* 3. *loco* 8. *c.* 10. *vers. incestus pœna.* item est verum quando sciẽter & dolosè, secus si ignoranter, vel sub figura matrimonij, vt per citatos Doctores: sed clericus incestuosus si ciuiliter conueniatur venit beneficio priuandus, si criminaliter est ab officio deponendus, *c. si quis presbyter. & c. si quis sacerdotum.* 81. *dist. & c. si quis clericus. eadem dist.* quæ iura licet loquantur in adulterio, & *c. significasti. in vers. suspendere non postponas. de adulter.* ergo tanto fortius debet procedere in incestu, & hanc tenet Inno. *in c. bonæ. de ætat. & qualit.* etiam si hoc crimen fuerit attentatum, & non completum. & omnes Canonistæ post Abb. *in c. at si clerici. §. de adulterio. de iudi.* Bermond. *in d. rubr. de incestu. n.* 21.

Et intelligunt hoc crimen esse commissum etiam si clericus † solutam cognouerit, prout esse communem 15
opinionem, testatur Paul. Grillandus *in tit. de diuersis criminib. li.* 3. *quæst. fin.* alios citat syntagma com. opin. *in d. cap.* 10. *vers. incestus etiam committitur.* ego autem puto hanc communem non procedere quantum ad pœnæ impositionem, quia hoc casu clericus non veniret puniendus, vt supra, quia Immol. & Card. *in clem. ad nostram. de hæret.* dicunt clericum committere simplicem fornicationem, & pro ea esse aliter puniẽdum, consuluit Feder. de Sen. *consi.* 167. *mulier accusata.* & sequitur Fel. *in d. c. at si clerici.* & Bermond. *in d. rubric. de incestu num.* 27. *vers. contrariam opinionem.* qui alios refert. Intelligo tamen hanc communem esse veram, quantum pertinet ad dispositionem *auth. ex complexu. C. de incest. nupt.* nam gl. *in l.* 2. *in ver. filij. C. de epis. & cleric.* dicit quod filij † sacerdotũ dicuntur nati ex ince- 16
stu, & ibi Bald. Alex. ad Bart. *in l. si. ff. de his quib. vt indign.* Bart. *in l. si quis incestum. C. de incest. nupt.* Imm. *in c. vt clericorũ. de vita & honest. cler.* Anan. *in c. significauit.*

uit.n.4.de adulter. Host.in summa,eo.tit.in prin. Paul. Grilland.de pœnis omnifariam coitus,li.3.q.fin.& quia fi-
17 lius † sacerdotis legitimari potest ab Imperatore, vel Papa,vel comite ab eis deputato, gl.in §.fi. in ver.participium. in auth.quib.mod.nat.effic.sui, Bald.in l.si contra.in fi.C.de nupt. Calder.in cons.3.in fin.qui fil.sint legit.Castr.in cons.102.nu.2.vol.2.Soc.47.num.29.vol.4. Dec.150.n.5.& 257.n.9. Bero.168.nu.1.vol.2. Rol.qui testatur de communi in cons.12.n.34.vol.4. quam sententiam Rota Romana amplexa fuit in filio episcopi, Caputaqu.dec.146.parte 2. ideo in eius legitimatione, incestuosi qualitas consideranda, & explicanda est.Et
18 posset dici,quod dispositio † cap.cùm haberet.de eo qui duxit in matrim.non habet locum in filio sacerdotis, & ita in hoc casu d.authent.ex complexu. remaneat incorrecta, præsertim stantibus tot extrauagantib. bullis summorum Pontificum, & scripsi latissimè in repertorio contractuum,in verb.negotiorum gestio.
19 Secundus casus est,quando quis commatrem † carnaliter cognoscit,quod delictum de iure ciuili nõ fuit cognitum,vt probat Natta in addition.ad Alex.ad cõs. 157.vol.5.& scribit Paris.de Put.in tract.de syndicatu.in ver.adulterium officialis.n.8.qui multa ad hoc adducit, & de iure canonico imponitur pœna excommunicationis,vt c.omnis.& c.non debet,30.q.1.nec obstat quod dicit Bermond.in d.rubr.de incestu.n.14. quod cogno-
20 scenti commatrem † carnaliter debet imponi pœna capitalis. Quia hoc eius dictum est fundatum super decis.Franc.Marc.50.quam allegat,& est dec.103.in 2. parte. sed ille casus est de committente adulterium cũ commatre, quo casu qualitas compaternitatis aggrauat delictum adulterij,& habet locum dispositio d.l.si adulterium cum incestu.

Et pro hac opinione quod de iure ciuili hoc crimen sit incognitũ,facit opinio Petri Paludani in 4.sent.dist.
21 42.1.q.in fin.quod cognoscere cognatam suam † legalem,vel spiritualem,vel ad quam est publicæ honestatis iustitia,non est propriè incestus,qui non est, nisi cũ vera cognata,vel affine, sed Papa vel Imperator non potest facere quod sit cognatus vel affinis, qui non est,quia ista sunt iura sanguinis, quæ mutari non possunt; vnde ipsa concludit, quod licet incestus non sit, est tamen spirituale peccatum.Idem in simili dicit Immol.in clem.1.de offi.ordin.col.pen.& in clem.fin.in fi.de hæretic.

Ego in hoc articulo, prætermissa opinione Theologorum,sequor opinionem Canonistarum,quod verè incestus committi dicatur,quia proximitas spiritualis, maior est carnali,Specul.in tit.de rescript.præsentatione,§.ratione autem impetrantis,circa princ.item spiritualia digniora sunt temporalibus, Host.in summa,de maior.& obed.§.cuius.circa medium. & in summa de seruis non ordinand.§.qualiter liber. & ita committitur incestus spiritualis,vt probat Io.de Lignan.post alios in c.1.de eo qui cognouit,&c.& Host.in summa.de pœnit.& remiss.§.quæ interrogationes. col.4. vers.commisisti incestum. vbi expresè dicit, quod incestus committitur cùm cognoscitur consanguinea,vel affinis carnalis vel spiritualis,vnde ad religiosas personas extenditur, vt ibi per eum, Specul.de cognatione Spirituali,in princip.
22 & facit quod idem videtur de incestu legali † cum cognatis adoptiuis,ff.& Institut.de adoptionib.per totum. & ita in ecclesiis de dicto triplici incestu tenetur, & obseruatur, quod ad episcopum absolutio pertineat. Vnde concludo, quod licet hic casus pertineat ad incestum,quia tamen de iure ciuili non est cognitus, solus ecclesiasticus cognoscit.

CAP. XXI.

Causæ miserabilium personarum an sint mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Causæ miserabilium personarum sunt mixti fori.*
2 *Iudex ecclesiasticus non compellit secularem,vt det dilationes breuiores personis miserabilibus.*
3 *Persona miserabilis ab ecclesiastico non appellat ad secularem.*
4 c.ex parte.de foro competenti. *intelligentia.*
5 *Personæ miserabiles quæ sint.*
6 *Viduæ & pupilli sunt miserabiles etiam si sint diuites.*
7 *Vidua si agit coram ecclesiastico,si nubat,non remittitur ad laicum.*
8 *Causa cessante non cessat effectus consummatus.*
9 *Persona miserabilis vbi potest eligere forum,& variare ad sui electionem.*
10 *Priuilegium quando cesset,cessante causa.*
11 *Persona miserabilis an habeat priuilegium fori contra alteram miserabilem.*
12 *Persona miserabilis non adit iudicem ecclesiasticum, nisi data negligentia iudicis laici.*
13 *Iudex ecclesiasticus non cognoscit contra laicum de re temporali.*
14 *Iudex laicus qui iudicat personas miserabiles an debeat sequi ius canonicum.*
15 *Vidua an petere debeat dotium restitutionem coram iudice ipsius rei.*
16 *Causa matrimonij trahit secum causam dotis.*
17 *Dotis restitutio & repetitio an sit mixti fori,& num. 21.*
18 *Vidua agens vel conuenta super feudo, comparet corã iudice laico.*
19 *Vasallus non prorogat iurisdictionem sine consensu domini.*
20 *Rex habens comitatum, consideratur solum vt comes in comitatu.*
22 *Mulier passa iniuriam per ministros regios,agit coram ecclesiastico.*

CAusas † miserabilium personarum simpliciter 1
esse mixti fori,probat collector comm. opin. in tom.4.loco 10.c.2.vers.personæ miserabiles, Abb.in c.significantib.n.6.vers.quoad tertiam speciem.vbi quod secũdum Inno.possunt alios trahere ad iudicium ecclesiasticum, etiam non data negligentia iudicis secularis,vt dicit probari ibi,& in c.super quibusdam. de verb. signif.& hanc tenet Aufr. in li.de potestat. secul.nu.29. vers.36.& ibi Matth.Boys.in additionib.& ad hoc citãtur Io.Andr.Flor. & Imm. & D.Nicol. in d.c.significantib.hanc etiam simpliciter tenent Corn.Beninc. in tract.de paupertate,q.5.n.27.& n.30.Marquard.in tract. de Iudæis.parte 2.c.9.n.8.in fine.

Et qui tenent hanc opinionem, dicunt etiam, quod ipsæ personæ miserabiles rectè trahuntur ad iudicem secularem,si rei fuerint, neque poterunt declinare forum,ex regul.l.vnic.C.quãdo Imper.inter pupill.& vid. nec poterit iudex † ecclesiasticus secularem compelle- 2
re, vt propter personam miserabilem, det dilationes breuiores,vt dicunt Inno.& Io.Andr.in d.c.significantibus.& si ab eodem seculari iudice contingeret appel- 3
lare,non vtique ad ecclesiasticum,sed gradatim ad superiorem alterum secularem est appellandum,c.antiquorum 2.q.6.& hoc cõmuniter teneri,probat Benedi.

Ca-

Capra *in regula* 30. *nu.* 35. cum aliis multis per eum ad-
ductis.

Sed ista principalis opinio ab omnibus præfatis
4 doctoribus fundatur *in c. ex parte* † *B. de foro compet.*
vbi cum quis miserabilis simul & oppressus; id est, per
vim vel alio modo spoliatus est re propria, ita, vt pos-
sit agere interdicto recuperandæ poterit hanc agere
actionem coram iudice ecclesiastico, etiam contra lai-
cum, & de re temporali, etiam si ipse actor laicus sit, e-
tiam non data negligentia iudicis secularis: & hanc es-
se communem opinionem omnium Doct. *in d. cap. ex
parte* 3. testatur Couar. *in lib. pract. q. cap.* 6. *num.* 1. *vers.
imo, & in hoc tractatu.* & Socin. *in c. licet ex suscepto. col.*
3. *de foro compet.* cum aliis ad hoc allegatis per Staphil.
de literis gratiæ & iustitiæ. fol. 159. *col.* 2. Et ita illa tam
ampla in omnibus casibus non discussa, sed conuolata
opinio, restringitur secundum veros terminos in casu
intentandi præfati interdicti. Vnde Innoc. *in d. c. signi-
ficantibus num.* 1. dicit pupillorum autem, & orphano-
rum causas audiet ecclesia, negligente iudice seculari
eis facere iustitiam, etiam si sint diuites, sicut de viduis
diximus, & paulo superius vbi de mercatoribus & pe-
regrinis loquitur, etiam se restringit ad casum op-
pressionis, & violentiæ eis illatæ, & ad hoc est *decisio*
Afflict. 257. *in prin.*

5 Sunt autem personæ † miserabiles viduæ, pupilli,
peregrini, cæci, orphani, fugientes ad Ecclesiam, le-
prosi, seruientes ecclesiis, pauperes, captiui, mercato-
res, qui in itinere gabellis grauantur, prout recenset
But. *in d. c. significantibus num.* 22. & Belluga *in speculo
principum, rubrica* 23. § *sed pone num.* 10. Item aduenæ,
Tessaur. *decis.* 177. *in prin.* Item Ecclesia, Capyc. *decis.*
160. Item ecclesiastica persona, Afflict. *d. decis.* 257. *in
prin.* Item Virgo, Franch. *decis.* 100. *in prin.* quæ cœli-
bem vitam egit, prout esse communem opinionem,
testatur Fulgos. *in d. l. vn. C. quand. Imper. inter pupil.* &
ibi tenet Azo *in summa*, & sequuntur Cyn. Oldrad.
Bart. & alij, Afflict. *in constitutione regni, Statuimus nu.*
29. Guido Pap. *decis.* 566. Item meretrix, Franch. *decis.*
233. *num.* 7. Cæteri autem, qui numerari non possunt
relinquuntur arbitrio iudicis, vt per Menoch. *de arbit.
casu* 66.

6 Sed quantum pertinet ad viduas, † & pupillos, cre-
do opinionem Azonis esse verissimam *in summa Cod.
quando Imper. inter pupil. &c. ad finem.* vt miserabiles
dicantur, etiam si diuites sint, & ita tenet Innoc. *in d. c.
ex parte C. de foro compet.* Alberic. *in d. l. vni. nu.* 1. Lu-
pus *in c. per vestras num.* 12. *de donat. inter vir. & vxor.* &
And. *in d. constitut. Statuimus nu.* 6. Et licet aliqui con-
trarium sentiant, ad eos tamen respondet Couar. *in
d. c.* 6. *num.* 2. *in fine.* procedere, in casu quo subuenien-
dum non est expensis publicis pro litis prosequutio-
ne, si miserabiles ipsæ personæ sint diuites, Menoch.
d. casu 66. *num.* 5.

7 Vnde si in casu proposito vidua † incepisset agere
coram iudice Ecclesiastico, licet postea secundo nu-
beret, tamen dicta causa non est remittenda ad iudi-
cem laicum, quia iudex ecclesiasticus ab initio fuit
competens, & in causa est sibi ius quæsitum, cui non
potuit per ipsam actricem præiudicium inferri, *l. fin.
ff. de pact. l. si post mortem* § 1. *de legat. l. si post mortem, ff.
de bonorum pos. contra tabul. c. ab eo. de elect. lib.* 6. *cum
similib.* quæ ad hoc allegat Tiraquell. *in tractatu, ces-
sante causa limi.* 11. Nam quando vidua adiit iudicem
ecclesiasticum, per electionem fori fecit illum com-
petentem, & effectus iurisdictionis fuit in esse produ-
8 ctus, quo casu cessante causa, id est illa viduitate, non
cessat effectus consummatus, *l. fin. in prin. Digest. vnde
liberi l. inter stipulantem* §. *sacram. vers. nec reuocentur
Digest. de verb. obligat. l. patre furioso ff. de his qui sunt
sui, vel alien. iur.* Bart. *in l.* 2. § *fin. ff. de donat.* Bald. *in l.
vbi colum. penult. vers. formatur alia quæstio Cod. de iu-
re dot.* Tiraquell. *in l. si vnquam, ver. susceperit liberos,
numero* 165. *vers. & ne post tot. &c. Codice de reuocand.
donat.*

Nec obstat opinio Carauitæ, qui contrarium sen-
tit *in Ritibus magnæ Cur. vicariæ, ritu* 233. *num.* 12. *vers.
contrarium.* quia loquitur de iure regni: vbi per *consti-
tutionem. Statuimus.* dispositum est, vt possit misera-
bilis † persona eligere forum, & variare electionem
ad sui libitum, & ideo statim facta variatione, expirat 9
iurisdictio iudicis primo electi, licet non tollatur ef-
fectus iurisdictionis quo ad competentiam iudicis,
circa acta retrofacta. Nec obstat *regula in omnibus ff.
de reg. iur.* vbi personæ † conditio locum facit benefi- 10
cio, ibi cessante ea, cessat etiam beneficium. Item
quod priuilegij causa cessante, cessat priuilegium, *l.
athletæ* §. 1. *vers. quo ad in præsidatu sunt. & l. Geometræ
vers. donec curam gerunt. & l. idem Vlpianus ff. de excus.
tutor.* quia procedunt in habentibus tractum successi-
uum, non autem in his quæ per litis contestationem
habent tractum perpetuum cum per ipsam iurisdi-
ctio ecclesiastici fuerit perpetuata.

Sed difficultatis est, quid iuris sit, vbi miserabilis † 11
coram ecclesiastico agere potest, si contra alterum
miserabilem casus occurrat, an adhuc coram eodem
agendum sit, Lucas de Penn. latissimè quæstionem
explicat *in l. ne ad diuersa colum.* 2. *&* 3. *C. de silentiariis
lib.* 12. sed in sacro nostro Consilio Neapolitano do-
ctè diffinitum est, vt hoc casu conquassatis priuilegiis,
redeundum sit ad ius commune, vt per Franch. *decis.*
188. & latius per Couar. *in lib. pract. quæst. cap.* 7. *nume-
ro* 4. qui alios ad hoc allegat, ideo vlterius non in-
sisto.

Ego autem quantum ad propositam principalem
quæstionem pertinet, arbitror illam communem iure
non subsistere, & quod non aliter præfati miserabiles
† iudicem ecclesiasticum adire possunt, nisi data ne- 12
gligentia iudicis laici, ex regula *c. ex tenore. de foro com-
pet.* & ex ratione *cap. nouit. de iud.* & hanc tenet Innoc.
in dict. cap. significantibus numero 1. *in fine.* & probat
Couar. *in dict. c.* 6. *num.* 1. *in fine pract. quæstion.* vbi te-
statur quod indies in regnis Hispaniæ, & Galliæ iudi-
catur contra illam cōmunem, & multo strictius in I-
talia: Non enim potest iudex † ecclesiasticus contra
laicum cognoscere de re temporali, quantumcunque 13
laicus fuerit oppressus, & spoliatus, nisi proprius, &
naturalis suus iudex negligens esset in administran-
do iustitiam; & hoc etiam probat *dict. cap. ex parte B.
de foro compet.* vbi propter potentiam rei conuenti,
qui actorem spoliauerat, in iudice seculari maxima a-
derat suspicio negligentiæ, vt ibi Couar. aduertit: &
hanc opinionem tenet etiam Butr. *in cap. licet. de foro
compet.* & Constantin. Roger. *in tractatu de dote quæ-
stion.* 17. *numero* 2. qui *numero* 3. limitat non procede-
re, quando ipsa persona miserabilis simul esset af-
fecta altera qualitate, scilicet paupertatis, vt ibi vi-
de.

Declaratur ista conclusio, vt cum contingeret iu-
dicem † laicum iudicaturum esse personas miserabi-
les, tunc non aliter secundum iuris ciuilis regulas, 14
quod directo iuri canonico contrarium sit, sed se-
cundum ipsum ius canonicum iudicare debet, vt

probant Butr.& Immol. *in c. at si clerici. de iudi.* Felyn. *in d. c. significantib. nu. 7. de offi. delegat.* Cornel. Benincas. *in d. tract. de paupert. quæst. 5. nu. 31.* Abb. *in c. 1. nu. 3. de constitut.* & idem Felyn. *in cap. causam. in principio, de testib.*

Ex quibus infertur resolutio alterius casus: An vi-
15 dua † petere debeat sibi restitui dotem coram iudice laico ipsius rei, Stephan. Aufrer. *in tract. de potest. seculari in eccles. nu. 21.* dicit, debere peti coram ecclesiastico, & citat multos, & testatur de communi. Sed hęc opinio procedit, quando principaliter est quæstio de
16 matrimonio, † tunc quia coram ecclesiastico agi debet, ideo coram eodem incidenter tractari potest de dote, Ancar. *in cons. 21. n. 11.* & hunc esse casum *c. per vestras. in fine de donat. inter vir. & vxor.* probat Constãt. Roger. *in tract. de dote in d. q. 17. n. 5. vers. si vero.* Lupus *in d. c. per vestras in 7. notab. nu. 17.* Bald. *in tract. de tempore vtili, & continuo, c. 15. n. 8.* Bene verum est quod si iudex Ecclesiasticus principaliter de matrimonio cognoscens, de ipsa dote, tanquam de ipsius accessorio nihil dixit, non potest vlterius de ipsa dote sine noua commissione se interponere, vt dicit gl. final, *in c. de prudentia. de donat. inter virum & vxor. & Abb. ib. n. 7.* quo casu, quia dos ipsa principaliter peteretur; iudex Ecclesiasticus non posset se intromittere, nisi in casu negligentiæ, vel oppressionis, vt dictum est.

Abb. *in cap. ecclesia S. M. nu. 16. de constitut.* tenet esse
17 † mixti fori, & ideo coram vtroque iudice pro ipsius recuperatione posse agi, & hanc tenet Bal. Nouell. *in tract. de dote, parte 9. priuileg. 16.* Et quando opinio es-
18 set vera, non procederet, quando vidua ageret, † vel conueniretur super feudo, quia tunc secularis iudicis cognitionem, & iurisdictionem interuertere non potest, nisi vbi secularis esset negligens, *d. cap. ex tenore. de foro compet.* Angel. *in d. l. vni. C. quand. imper. inter pupill.* Inno. *in c. ex parte. de foro compet.* dicit, vbi causa viduę pauperis tractaretur de castro, aut alio feudo magnæ importantiæ, non posset vidua iudicis secularis notionem, & iudicium refugere, nisi ob denegatam iustitiam, & in pari esset negligentia superior iudex illius qui postulatus & requisitus est. Item Rom. *in l. 1. §. & post operis col. 3. in fi. ff. de noui oper. nuntiat.* dicit nõ
19 esse in vasalli † facultate alterius iudicis iurisdictionẽ absque domini consensu prorogare *c. per venerabilem §. insuper. qui fil. sint legit. c. ex transmissa de foro compet.* dominus enim feudi non solum habet qualitatem iurisdictionis, sed etiam fidelitatis, propter quam ad id, quod vtile est domino vasallus obligatur, *cap. vnic. de form. fidelit. c. vni. de noua form. fideli.* & hac ratione Felyn. *in c. solitæ col. 3. vers. in quantum. de maior. & obed.*
20 dicit, Regem † habentem Comitatum, ratione cuius superiorem habet, si ab eo prouocetur, reclamare nõ debet, in hoc enim regia dignitas in consideratione esse non potest, *l. si quando vbi notat.* Bart. *C. de appell. c. Romana §. debet de appellat. lib. 6.*

Pro resolutione igitur distinguo: aut loquimur sim-
21 pliciter, quis est iudex repetendæ dotis, † & dico quod regula obseruatur, *Actor sequitur forum Rei*; & sic iudex laicus est competens, & hoc est securius, vt dicit Anca. *in d. consi. 21. nu. 11.* & ita indies practicatur: aut loquimur ratione continentię causæ, & iudex Ecclesiasticus qui principaliter cognoscit de matrimonio, erit competens super dote, si de ipsa cognouerit in principali causa, vt dixi: aut loquimur in casu negligẽtiæ iudicis laici, & dico, vt supra: aut in casu oppressionis sibi factæ per iudicem laicum, & procedit iudex
22 Ecclesiasticus, per *c. ex literis. de pign.* vbi mulier † passa fuerat iniuriam ab illo regio iustifiario, vt ibi in textu exprimitur, ideo nil mirum si Papa principaliter commisit causam dotis. Quo casu iudex Ecclesiasticus posset inhibere iudici laico, ne vlterius se intromitteret, etiam sub pœnis.

CAP. XXII.

Pacis fractæ casus an sint mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Pacis definitio quæ sit.*
2 *Pacis fractæ cognitio est mixti fori.*
3 *Episcopos debere procurare pacem.*
4 *Pacis munus pertinet ad principes, & reipublicæ moderatores.*
5 *Pœna frangentium pacem de iure canonico quæ sit, & quæ de iure ciuili.*
6 *Papa potest aliquid constituere pro pace habenda, etiam sub pœna excommunicationis.*
7 *Pacis fractæ casus qui sint iurisdictionis Ecclesiasticæ.*
8 *Pœna pecuniaria clerici pacis violatoris applicatur fisco seculari.*
9 *Papa solus iudicat inter principes de capitulis pacis.*
10 *Iudex laicus potest subditos rixantes ad pacem cogere in ciuilibus.*
11 *Iudex an possit cogere partes ad concordiam.*
12 *Pax est voluntatis, bellum verò necessitatis.*
13 *Iudex potest cogere partes ad pacem in criminalibus.*
14 *Discordia priuatorum quando possit ab vtroque iudice ad concordiam prouocari.*
15 *Papa potest in omni casu discordantes ad pacem cogere.*
16 *Princeps potest cogere partes litigantes ad compromittendum.*
17 *Iudex potest cogere partes ad dandum fideiussorem de bene viuendo.*
18 *Pax non potest fieri cum detrimento honoris alicuius.*
19 *Pacis fractæ pœna conuentionalis debetur coram iudice laico.*
20 *Excommunicatio non relaxatur pro crimine præterito, sed propter contumaciam.*
21 *Pax si fracta est ex causa antiqua est mixtæ iurisdictionis.*
22 *Offensio præsumitur facta ex causa quæ de nouo superuenit.*
23 *Offendentis iuramento stabitur, an motus fuerit ex causa noua.*
24 *Pax an dicatur rumpi ex noua causa superueniente.*
25 *Ecclesiasticus quando cogit ad pacem discordantes coram iudice laico.*

PAx † diffinitur, quod sit discordiæ finis, à Goffredo 1
in summa de treuga, & pace. Sed quia hoc etiã morte cõtingit, *§. deinceps. in auth. de nuptiis. l. in summa ff. de re iud. l. Neratius ff. de reg. iuris.* Ideo Bart. *in cons. 66. n. 1. parte 1.* diffinit: Pax est pactum, quo fit finis discordiæ seu guerrę introductę per partes, *l. 1. ff. de pact. l. in bello in princ. ff. de captiu. l. 1. C. de caduc. toll. l. vnic. Cod. public. lætit. lib. 12. & c. 1. de pac. tenend. & c. 1. de pace iuram. firmand.* sed Antonius Posseuin. *in li. de pertinent. ad honorem.* diffinit: Pax est animorum conciliatio, saluo

saluo honore vtriusque, quatenus fieri potest: quam definitionem moderniores omnes communiter sequuntur, vt per Octauian. Vulpell. *in tract. de treuga & pace. q. 1. n. 3.* Quæ definitio non conuenit paci diuinæ, de qua per Afflict. *in rubric. de pace ten. nu. 4.* quæ propriè est reconciliatio peccatoris ad Deum. Tripliciter autem ponitur humana pax: Alia generalis, quæ agitur inter populum, & populum: Alia specialis inter duos homines particulares: Alia verò mixta, quæ agitur inter duos principes & subiectos eorum, de qua *in d. l. vnic. C. publicæ lætitiæ.*

2 Omnis igitur humana † pax, & pacis fractio ad vtriusque fori cognitionem pertinet. Nam quod episcopus † debeat procurare pacē, probatur ex dictis per D. Paul. *ad Timoth. c. 2.* Cùm inter alias boni episcopi partes iubeat seruare pacem. Nam Seruator noster voluit primo pacem nunciari pastoribus, vt indicaret ad eos pertinere aliis pacem nunciare. Item Apostolis præceptum de pace cuique loco danda tradidit, Matthæi *c. 10.* & sic fuit dispositum in 4. concilio Carthaginensi, vt *in c. studendum. dist. 90. studendum est episcopis, vt dissidentes fratres siue clericos, siue laicos, ad pacem magis, quàm ad iudicium concurrant.* Idem monstrat Inno. *in 2. c. præcipimus, ead. dist.* & Alexander III. *in c. 1. de treuga & pace.* & Clemens Romanus *in epistola 1. & 2.* ad Iacobum fratrem. Hoc etiam probant Doct. gloss. *in d. c. præcipimus.* Turrecrem. *in c. discordantes, dist. 90.* glossa æstimata singularis *in c. placuit, ead. dist.* Abb. *in c. super quibusdam, n. 10. de verb. signifi. & in c. cùm sit generale, n. 28. de foro compet. & ibi* Felyn. *nu. 19. & cæteri moderniores.* Corsett. *de priuileg. pacis, num. 4. vers. nono.* Belluga *in specul. princip. rubric. 11. §. de vsurariis, nu. 20.* Lucas de Penn. *in d. l. vnic. in 7. q. C. publicæ lætitiæ, lib. 12.* Stephan. Aufrer. *de potestat. secular. in ecclesiastic. n. 26.* Vulpell. *in tract. de pace, q. 3.* Neque debent in hac re Prælati esse negligentes cum ex dissensionibus magna animæ fidelium detrimenta capiant, nec satis fecisse officio suo putent si frigidè rem quæ multa indigeat contentione tractauerint: vnde Paul. *ad Timoth. cap. 4. Prædica verbum, insta oportunè volentibus, importunè nolentibus: tu vis errare, tu vis perire: ego nolo, reuocabo errantem, requiram perditam, velis, nolis, id agam, &c.* Huius rei singulare exemplum dedit nobis Vbaldus Episcopus Eugubij, qui cùm non potuisset verbis ciues suos conciliare, cùm ad arma venissent, inermis inter strictos mucrones irruens, humi se prostrauit, nec surrexit, donec odia deposuerint, prout Marcus Marullus *li. 3. c. 6. testatur.*

4 Item hoc munus † pertinet ad principes, & reipublicæ moderatores, *l. congruit. ff. de offic. præsid. & §. deinde. in auth. de mandat. princip.* & habetur *2. lib. Machabæorum, c. 4.* quod sine regali prouidentia impossibile est populo pacem dari, & habetur latissimè *in vsibus feudorum, in tit. de pace tenenda, & eius violat. & in tit. de pac. iuram. firmand. & in tit. de pace Constantiæ.* & probatur per *c. princeps, c. administratores, & c. Regum. 23. q. 5. & c. quando, c. non inuenitur, 23. q. 4.* Abb. *in proœm. decretal. in ver. Rex pacificus.* Anton. Corsett. *in tractat. de priuileg. pacis, in princip.* Lancellott. Corrad. *in templo iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. vers. decimo. de Imperatore.* Luc. de Penn. *in d. l. vnic. q. 7. C. publicæ lætitiæ. lib. 12.* & scribunt Gail. *de pace publica, lib. 1. cap. 1. & c. 12. & lib. 1. obseruat. 2. & 3.* & Mynsinger. *obseruat. 58.* Itaque prælati, & Reges, & magistratus, negligentes in reformanda pace, peccant mortaliter, *cap. præcipimus, distinct. 95.* alij verò priuati peccant venialiter, *§. alias. distinct. 95.* & ibi notatur.

5 Probatur etiam ex diuersitate pœnarum: † & inprimis concilium 4. Carthaginense, *canone 93.* ita decreuit, oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario, neque in gazophylacio recipiantur, qui canon consonat cum doctrina Christi Matth. *cap. 5.* dissidentes autem sunt, qui non reconciliantur in foro exteriori, & in facie ecclesiæ. Item concilium Agathense *in canone 31.* & habetur *in c. placuit distinct. 90.* Placuit etiam, vt sicut plerumque fit, quicunque odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem reuocari diutina obstinatione nequiuerint, à sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur, qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione pellantur. Concilium II. Toletanum *canone 4.* cum demonstrasset, quam sit turpe à Christiana charitate alienum odisse fratrem, in fine canonis scribit: *Horum ergo, & similium discordantium fratrum oblationes iuxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipiendas esse censuimus. De personis tamen discordantium, id speciali definitione præcipimus, vt antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat, sed geminato tempore per pœnitentiam compensabunt, quod discordiæ seruierunt. Quod si vnus eorum alio concurrente ad sanctificationem charitatis concurrerit, ex eo tempore, vt pacificus intra ecclesiam reputetur, ex quo ad concordiam festinasse conuincitur, sententia tamen superiori seruata, vt tempus, quod in ira expendit, geminatum in pœnitentiæ satisfactione persoluat.* & de pœnis aliis canonicis recusantium pacem, habetur *in c. si quis contristatus, & in cap. perlatum distinction. 90.* gloss. æstimata singularis *in cap. placuit. distinction. 90.* dicit, quod Episcopus laicos diu litigantes per censuras Ecclesiasticas ad concordiam reducere debet, quem locum allegant Butr. & Immola *in cap. 1. in fine de mutui petit.* & Abb. *in rubric. de treug. & pac. & in c. cum inter colum. 3. de elect. & in c. fin. in 4. notab. de maior. & obedient. & in c. cum pridem de pact. & in c. nouit. col. 3. de iudic.* Paulus Castrens. & Alex. *in l. quidam Digest. si cert. petat.* Alexand. *in l. 1, §. & post operis colum. 4. Digest. de noui oper. nuntiat. & in l. si quis mihi bona §. iuxta post Romanum. Digest. de damno infect.* Corsett. *de priuileg. pacis, numero 22.*

Sed de iure ciuili altera pœna violatoribus pacis imposita est. Nam *in titulo de pace tenend.* occidenti capitalis pœna imponitur, vulneranti amputationis manus, fustibus percutienti, barbam, vel crines expilanti decem librarum, manu vacua quinque pœnam imponens. Item *in c. 1. §. si quis vero. de pace iuram. firmand.* qui propriè loquitur de pace, quam nullæ inimicitiæ præcesserunt, ciuitati centum, oppido triginta, Ducibus, Marchionibus & Comitibus quinquaginta, Capitaneis viginti, & inferioribus trium librarum auri pœnam præscribit: Item filio bannito propter violatam pacem non licet patri alimenta præstare, *c. 1. §. si quis hominem. de pace tenend.* qui filio bannito propter aliam causam potest alimenta exhibere, Vulpell. *in d. tractatu de pace q. 51.* & in pace, quam inimicitiæ præcesserunt, solent diuersæ pœnæ pacisci, quæ an derogent pœnis impositis de iure communi, ponit Vulpell. ibidem *quæst. 52.* Ex diuersitate igitur pœnarum, vt pluries conclusimus, constat esse diuersi fori.

6 Ex quo infertur primo, quod summus Pontifex † potest aliquid constituere: pro pace habenda etiam sub pœna excommunicationis, quo casu quilibet, etiam laicus tenebitur seruare statuta Papæ, vel legati Papæ pro pace seruanda, Abb. *in cap. super quibusdam num.*

num.10.de verbor.significat. Aufrer. *de potest.secul.in Ecclesiastic.nu.26.* & *ex 4.libro constitutionum Marchiæ rubric.43.* fuere statutæ maiores pœnæ violatoribus pacis vniuersalis, etiam quod pax, siue induciæ inter priuatos factæ forent, vt ex Bullis Pij IV. & Pij V. quæ in tota ditione ecclesiastica locum habent.

7 Secundo infertur errare eos, qui putant casu † fractę pacis esse merę iurisdictionis Ecclesiasticę: Id enim in duobus tantum casibus admittimus. Primo in clericis, qui ob fractam pacem coram iudicibus laicis conueniri nequeunt, *c. si clericus. de pace tenend. & eius violator. §. nos Federicus. vers. item statuimus. de statutis, & consuetud. contra libert. eccles.* scripsi supra *cap.15. eadem parte 3.* posset tamen postquam excommunicatus est, banniri per iudicem secularem, si eius episcopus consentiat, secundum Io. Andr. *in addit. ad Speculat. in tit. de competent. iudic. adit. in princip.* quem sequitur Afflict. *in d. §. si clericus num. 4.* & si clericus pacis viola-
8 tor punitur ab Ecclesiastico pœna pecuniaria, illa venit applicāda fisco seculari, & non ecclesiæ, vt *in d. §. si clericus.* & per Oldrad. *in consil.17.* Aufrer. *de potest. seculari nu.26. vers. addo.* & dicam de hoc *in sequenti parte. centur.2. casu 32.* sed conclusio non procedit in clericis feudatariis, qui per iudicem laicum iudicari debent, vt dicam *in d. centur. 2. casu 64.* sed non puniuntur per laicos pœna banni ordinaria, sed solum pro feudis, regalibus, & iurisdictionalibus, quæ ab imperio recognoscūt, vt per Mynsinger. *in d. obseruat.58.n.4. & seq.*

9 Secundo admittimus in Principibus † nullum alium superiorem in temporalibus recognoscētem, qui pro habenda pace generali, & mixta possunt per summum Pontificem cogi, & ad concordiam reduci, vt scribo de hoc infra *in tract. de excommunicatione, c. 13. de statuenda pace, & c.14. de diuersis modis reconciliandi Principes.* Vnde si Ianuenses prætenderent nauigare per mare Venetum vigore concordiæ pacis, quam inierunt, super quo facto consuluit Angelus *in consil.290.* Inter cætera capitula pacis, de hoc summus Pontifex esset iudex competens, & credo quod Domini Veneti in hoc obedirent summo Pontifici, licet Felyn. *in d. c. cum sit generale nu. 19. de foro compet.* dicat, quod non timent Papam, nec ei solent obedire.

In cæteris autem respectu pacis specialis, omnino
10 negamus. Nam etiam iudex laicus † potest subditos rixantes ad pacem cogere, & concordiam, prout tenēt Bartol. *in l. congruit n.4. ff. de offic. præsid.* per *l. qui dū ff. si cert. pet.* & *l. æquissimum. ff. de vsufruct.* & sequitur Ab. *in rubric. de treuga & pace.* Luc. de Pen *in l. vnic. col. fin. C. de Irenarchis. lib.10.* Afflict. *decis.149.n.5.* præsertim si turbaretur respublica, & ibi addentes cumulant alios. Et licet contrarium tenent Bald. *in l.1. §. quies. ff. de offic. præfect. vrb.* quod ad pacem quis debet suaderi, nō cogi, idē Bald. & Angel. *in d. l. æquissimū.* Vbi quod
11 in ciuilibus † iudex potest hortari, sed nō arctare partes ad concordiam amicabiliter faciendam siue per viā iuris, siue per viā facti, Butr. *in c.1. de mutui petit.* per gloss. *in l.1. §. post temporis ff. de noui oper. nūtiat.* Alex. ad Bartol. *in d. l. æquissimū.* & cōsuluit Marsil. *in consil.98.* qui testatur de communi cōtra Bartol. *n.8.* Clar. *in §. fi. q.18. in fi.* Petrus à Plaz. *in epitom. delict. c.7.* & ratio est secūdū D. Thom. *in 2.2. q.29. art.1.* quia non est vera pax, nisi spontanea, & sponte quid fieri non dici-
12 tur, † quod ex libero mētis arbitrio non proficiscitur, *cap.1. 15. q.1.* vnde pacem haberi voluntatis est, bellum verò necessitatis, *c. noli 23. q.1.* & ideo ad pacem hortādi sunt homines, nō cogendi, Baldus *in l. ex stipulatione C. de sententiis.* Et licet hęc nō videātur procedere in
13 criminalibus, in quibus iudex laicus † potest cogere ad pacem, vt tenent Bartol. *in d. l. congruit in fin.* & Abb. *in d. rubric. de treug. & pac.* & Butr. *in d. cap.1. de mutui petit.* tamen hoc intelligitur antequam nascatur delictum, *l. denuntiamus. C. de his qui ad eccles. confug. l. illicitas. §. ne potentiores, & ibi* Bart. *ff. de off. præsid.* Bald. *in d. l. ex stipulatione.* & *in d. l. æquissimum.* Salyc. *in l. transigere. c. de transact. in 8. q. & ibi* Alex.

Nihilominus quando discordia † priuatorum posset afferre incommodum Reipublicæ, possent ab vtro- 14
que iudice, seculari, videlicet, & ecclesiastico ad concordiam prouocari, Felyn. *in rubric. de treuga & pace nu.7.* Martin. Laudens. *in tract. de confœderatione princip. q.12.* Ias. *in l. quidam. num.4. ff. si cert. pet.* dicit, quod hoc procedit solum in Imperatore, & Papa, qui non recognoscunt superiores. Sed quod hoc possint quilibet Principes, Bald. & Angel. *in d. l. æquissimum,* per tex. *in l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de captiu.* Bald. *in l.1. §. quies. ff. de offic. præfect. vrb.* Abb. *in d. rubric. de treug. & pac.* Bartol. *in l. ambitiosa, num.18. ff. de decr. ab ordin. faciend.*

Pro resolutione huius articuli, distinguo: Aut loquimur in summo Pontifice, † & indistinctè potest in 15
omni casu, & in omni specie pacis, partes discordantes ad pacem, & concordiam cogere, & reducere, vt probat Bartholom. de Capua *in constit. regni; pacis cultu.* & dixi *in tract. de excom. c.13.* & dum cogeret pœnā excommunicationis imponendo, directè dicitur cos cogere: nam excommunicationis remedio libera voluntas purgaretur, vt ad pacem ipsam, & concordiam deuenirent, aliter semper essent excommunicati, nisi ipsa voluntas mutaretur saltem in foro interiori, & ab illa absolui non possent. Aut loquimur in aliis Principibus secularibus, & tunc aut nolunt cogere ad concordiam, & pacē eos qui non turbant rem publicam, & non possunt, vt dictum est. Fallit in compromissis,
† quia partes ipsas litigantes possunt cogere ad com- 16
promittendum, Dec. *in consi.42. in 7. duob. princip.* & *in consil.125.* Addentes ad Afflict. *in d. decis.149.* qui alios allegant. Aut rempublicam turbant, & tunc aut loquimur directè, & non possunt, quia non possunt imponere pœnam, quę purgat voluntatem contendentium, sicut est excommunicatio: possunt tamen † directè 17
cogere ad dandam fideiussionem de bene viuendo, & de non offendendo, ex traditis per Vulpell. *in d. tract. de pace, & promissione de non offend. q.78.* Aut loquimur indirectè, & possunt cogere ad concordiam, & pacem puta detinendo rixantes in carceribus, donec fecerint pacē. Item principaliores, & magis suspectos de ciuitate eiiciendo, vel relegando sub pœnis, & cautionibus, quæ Principis, vel Præsidis prudentiæ relinquuntur, & ita procedit opinio Bartol. *in d. l. congruit.* cum aliis superius inductis. Fallit de iure ciuili quādo pax † & concordia fieret cum detrimento honoris a- 18
licuius ex dissidentibus, quia id fieri nō posset sine iniustitia, quod Princeps facere non debet, qui rempublicam illæsam seruare debet, prout ad hoc allegat multos Vulpell. *in d. tract. de pace q.3. n.10.* sed hoc casu, quando Princeps impediretur, Episcopus posset manus apponere, vt seruaretur lex Christi.

Sunt & alij multi casus, qui ad iudicem Ecclesiasticum in hoc genere pertinere non possunt, eo quia nō pertinent ad mutuam charitatem, à qua mouetur iudex ecclesiasticus, sed tantum respectu pœnæ temporalis, & bonorum in iudicio tractandum est, tunc solum coram seculari iudice comparendum. Vt pone quod sit facta pax, & super eius contrauentione apposita † pœna cōuentionalis, & tu qui habes pacem me- 19
cum, offendis illū, qui associat me, tunc iudex laicus est com-

competens offensi; ergo & dictæ pœnæ conuentionalis: nam coram eodem trahi debeo, ex regula *l. nulli prorsus C. de iudic.* vnde si aggressorem offendi, possum obiicere de ipsa pœna, postquam aggressor pacem fregisse dicitur, Io. And. *in addit. ad Speculat. in tit. de treuga & pac. §. 1. in princip.* & sequitur Alex. & Aretin. *in l. si stipulatus. ff. de verb. obligat.* Gandin. *in tract. de malefic. rubric. de defension. à reo faciend. col. 1. vers. sed quid si inferatur.* Ecclesiasticus de hac pœna temporali principaliter cognoscere non debet, super pace agit excó-
20 municando, censuræ autem † non relaxantur pro crimine præterito, sed tantum propter contumaciam admonito vt repacificet, si contumax fuerit. Item quia non videtur pacem rumpere, qui propter nouam discordiam alterum offendit, Abb. *in c. bonæ memoriæ. col. 2. de elect.* Bartol. *in l. qui seruũ ff. de verb. obligat.* Bald. *in l. quidam §. 1. ff. de pœnis,* & *in c. 1. nu. 3. de pace tenend.* Alex. *in consil. 19. vol. 1.* & *consil. 115 vol. 4.* Certè offensus iudicem adibit offendentis, qui etiam an pax rupta
21 fuerit cognoscet: Secus dico si ex causa † antiqua: nam cum illa ab initio fuisset mixtæ iurisdictionis, & ipsa noua offensio eiusdem qualitatis est, & potest trahi ad vtrumque iudicem, & præuentioni locus est. Et licet
22 in dubio præsumatur † offensio facta ex causa, quæ de nouo superuenit, Ias. *in d. l. qui seruum,* Socin. *in consil. 87. vol. 3. in vltimo dub.* Mascard. *de probationib. conclus. 1157. num. 10. 30. & 43. & multis aliis.* tamen ego dico,
23 quod an iste offendẽs notus fuerit ex causa noua, † aut veteri, stabitur iuramẽto ipsius, quia est causa, quæ dependet ab animo, Bertazol. *in aut. n. 14.* ad tradita per glo. & Doct. *in §. sed istæ Instit. de act.* & dicit Alex. *in d. consi. 19. col. 1. vers. subsequenter. vol. 1.*

24 Quod autem dicitur pacem † non rumpi ex noua causa superueniente, ego credo verum quo ad pœnam cõuentionalem exigẽdam, Bartol. *in l. aut facta §. causa num. 1. ff. de pœnis.* Bald. *in c. 1. de pac. tenend.* Butr. *in c. 2. nu. 8. de renuntiat.* Castrens. *in d. l. qui seruum in fin. ff. de verb. obligat.* Herculan. *in tractat. de cautione de non offendendo, cap. 13. vers. hæc procul dubio.* qui testatur esse comm. opin. & de eadem Dec. *in consi. 380. nu. 2.* multos ad hoc cumulat Mascard. *in d. conclus. 1157. num. 6. & 7.* Vnde si expedita causa laicus non cogit partes dissentientes ad pacẽ, & concordiam continuandam,
25 tunc iudex Ecclesiasticus † non impeditur. Idem intelligo in casu, quo facta pace adinuicem se offendunt, nec apparet quis prius, vel posterius percusserit: tunc enim nullus accusat alterum de pace rupta, *l. cum pater §. libertis, & ibi Bartol. de legat. 2.* Bald. *in consil. 195. laudare vos, & commendare vol. 2.* Expedita causa coram laico iudice, si partes pacem ipsam non continuant, ab ecclesiastico etiam cogi possunt: cæteros casus omitto ne sim hoc capite prolixior, cum ex prẹfatorum rationibus determinari possunt, ex regula *l. non possunt ff. de legibus.*

CAPVT XXIII.

Conuenticula, & Collegia illicita an sint mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Conuenticula, & collegia illicita sunt mixti fori.*
2 *Monopolium quid sit.*
3 *Monopolia nullibi debent permitti, ex ordinatione Caroli V. Imper.*
4 *Monopoliorum cognitio est mixti fori.*
5 *Monopoliorum diuersi casus qui sint.*
6 *Conuenticulum ad seditionem quale sit.*
7 *Coniuratio quid sit.*
8 *Confœderationes in dubio præsumuntur illicitæ.*
9 *Collegiis illicitis quando dicatur læsa maiestas.*
10 *Excommunicatio relaxatur pro conuenticulis.*
11 *Congregationes, & conuenticula an possunt fieri in aliquibus casibus.*
12 *Populus nullus potest se congregare sine principis auctoritate.*
13 *Collegia à ciuitatibus sublata omnia.*
14 *Conuenticulum quot homines facere possint.*
15 *Multitudinis appellatione venit vltra numerum quatuor.*
16 *Multorum appellatione quot veniant, remittitur arbitrio iudicis.*
17 *Dictio, sæpe, quot vicibus verificetur.*
18 *Congregari an liceat, religionis causa.*
19 *Hospitalia connumerantur inter pias causas.*
20 *Collegia initiata sine consensu episcopi possunt dissolui, & collegiati excommunicari.*
21 *Hospitale potest ædificari sine consensu episcopi, & an tunc gaudeat priuilegiis piæ causæ.*
22 *Hospitale factum sine consensu episcopi, an possit ab eo visitari.*
23 *Pia loca non dicuntur ædificata sine consensu episcopi.*
24 *Ex congregationibus etiam sub specie pietatis multa mala accidunt.*
25 *Congregationes hominum semper sunt suspectæ in republica.*
26 *Confraternitates nouæ an sint admittendæ propter periculum publicum.*
27 *Communio diuersarũ nationũ an sit vtilis, vel damnosa ciuitatibus.*
28 *Nationes diuersæ solent in republica excitare motus, & seditiones.*
29 *Principes seculares non possunt super his, quæ ad religionis congregationes pertinent, manus apponere.*

Conuenticula † esse mixti fori, probat tex. *in c. conuent. de pace iuram. fir.* & ibi Bald. *in princi.* & Afflict. *n. 46.* qui multa allegat, atq; Aufrer. *de potest. secu. vers. 100. cognoscit episcopus.* Est aũt conuenticulũ congregatio subditorum sine cõsensu superioris, *c. multis dist. 17.* & ex triplici fine fieri solet, vel ad monopoliũ, vel ad seditionem, vel ad religionem. 1

Monopolium † est conuentio plurium mercatorũ bono publico obuians, puta vendẽdo certo pretio tãtum, Host. *in summa de syndico, §. quod sit societas co. 2.* & est contra rationem naturalem, quia præcludit viam benefaciendi proximo, cum omnes negotiari prohibeantur, & qui illa exercent, non tantum non benefaciunt, sed proximo nocent dicit Arist. *in lib. 1. politic. cap. 7.* quod licet monopoliorum vberrimus & paratissimus sit quæstus, tamen ne tyrannis quidem in suis regnis toleratur; & ideo iure ciuili prohibita, & pœna publicationis bonorum, & exilij perpetui imposita, *l. vnic. C. de monopol.* Et Carolus † V. Imperator, in constitutionibus Bruxellis æditis, statuit ne ciuitates, communitates, collegia mercatorum, aut consulum, aut artificum, aut confratriæ constituerent, aut conderent edicta, ordinationes ad monopolia pertinẽtia, aut prẹiudicantia vtilitati reipublicę, atq; reuocauit iam facta & concessa similiter nulla, atq; inualida declarauit. Iure canonico nihil est dispositũ, episcopus † potest cogere, vt ad victum necessaria, iusto pretio vendatur, vt dixi infra *in tract. de excõmunicat. c. 10.* ideo monopoliorum cognitio mixti fori minime est. 2 3 4

Ad

Ad monopolia pertinent diuersi casus, inprimis cõ-
5 suetudo † medicorum, qua alter recusat illi mederi, quem alter pre manibus habet ad sanandum, Francis. Lucan. *in tract. de fisc. parte 2. nu.* 5. Item si homines alicuius municipij conueniant, ne alterius municipij deferant in mercatum frumentum, vel vinum, donec vel dominus loci, vel ipsi vendiderint suum, Socin. *in consi. 272. non prosequendo vol. 2.* Item si conueniunt ne operæ vilius locentur, neve operæ alicui præstentur, gloss. *in d. l. vnic. C. de monopol.* Alberic. *in rubric. C. de monopol.* Item si artifices paciscantur inter se, nequis alios extraneos illam artem doceat, præter filios, vel nepotes proprios, Azo *in summa C. eod. tit.* Ias. *in consi. 122. & seq. vol. 4.* Item si statuant nequis admittatur ad collegium artificum, neve ex discipulo magister declaretur, nisi aliquod pretium det singulis annis, & vt nisi post certum tempus, puta per tres annos ostendatur tyronibus ars; hoc enim laqueo dignum est, & reipublicæ valdè perniciosum. Item si congregati inter se conspirent, & impediant nequi inseruiant certæ personæ in aliquo negotio, aut in aliquo loco, vt consuluit Guido Pap. *consi. 211. incip. iuxta materiam, nu. 1.* Et generaliter quęlibet illicita conuentio ad damnum publicum, & quęstum priuatum dicitur monopoliũ, vt per Archidiacon. *in c. constitutionem. de verb. significat. lib. 6.* & Innoc. *in c. 2. de schismatic.*

6 Ad seditionem † conuenticulum dicitur, vel coniurando, vel conspirando contra principem, vel rempublicam, Bald. *in l. obseruare §. nunquam ff. de offic. proconsul.* Barbat. *in consi. 71. vers. capio alium articulum,*
7 *vol. 2.* est autem coniuratio† quando plures subditi in vnum se colligunt, & iuramenta inter se præstant, vt sint contra superiorem, *cap. si quis clericum 11. quæstio. 1.* conspiratio autem est sine iuramento, *c. coniurationum 11. qu. 1.* & regulariter omnes coniurationes, conspirationes, siue confœderationes, vel ligæ ciuitatum, siue aliorum quorumcunque sunt de iure prohibitæ, *l. denuntiamus C. de his qui ad eccles. confug. l. 1. & 2. C. de seditios. l. conuenticula C. de epis. & cleric. & ff. de colleg. illicit. per totum.* etiam de iure canonico, *d. c. conspirationum & d. c. coniurationum & c. si quis clericorum 11. q. 1. & c. constitutionem §. cæterum, de verborum sign. lib. 6.* &
8 in dubio† semper præsumuntur illicitæ, vt not. *in c. 2. de schismat.* & per Io. Andr. *in d. c. constitutionem.* Erit igitur hic casus mixti fori, quia de iure ciuili puniũtur pœna capitis, si ad seditionem, vel tumultum, vel turbationem status publici, *vt l. 1. & 2. C. de seditios. & d. l. denuntiamus C. de his qui ad eccles. confug.* quæ pœna sublata non est, per pœnam vnius vnciæ, de qua *in d. c. conuenticulum. de pac. iuram. fir.* vt probat ibi Afflict. *n.*
9 *42.* Nam qui collegium† illicitum facit, is maiestatem lædere videtur, presertim si aduersus rempublicam id colligat, vt probatur *in l. 2. & ibi gloss. & Bart. ff. de colleg. illicit.* & probatur *in l. 1. ff. ad l. Iul. maiest.* secũdum inductionem, quam facit Decian. *in tract. criminal. lib. 7. c. 20. num. 7.* Gigas *in tractatu de crimin. læsæ maiest. in tit. qualiter, & à quibus qu. 48.* Alia ratio est de iure canonico, quia istæ conuentiones alliciũt subditos ad peccandum, & ad iurgia, quæ mala sunt, quia mala ex eis sequi possunt, ideo reprobantur à iure, vt not. *in c. & si Christus, de iureiur.* & probat Luc. de Pen. *in l. magistros col. 6. C. de profess. & medic. lib. 10.* Doct. *in l. periniquum C. de iurisd. om. iud.* Item confiscatur domus, vbi fiunt illicita conuenticula, *d. l. conuenticula C. de episc. & cleri.* & de iure canonico laici similia perpetrã-
10 tes debent ab episcopo † excommunicari, *d. c. conuenticulus. de pace iuram. firmand. & d. c. conspirationum 11. qu. 1.* & habetur *in c. exhibita. de iudic.* & sunt infames, *c. coniurationum;* clerici autem debent deponi, vt in dd. iuribus, & probat gl. *in d. c. constitutionem. in ver. canonicas.*

Et licet Bald. *in l. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nom.* dicat in duobus casibus posse fieri huiusmodi † congre- 11
gationes, easque licitas esse, cuius dictum fuit praxi receptũ in Camera Imperiali anno 1533. vt refert Mynsinger. *lib. singular. obseruation. centur. 6. obseruat. 2. in fi.*
Tamen ego credo in nullo casu licitum esse populo † 12
se congregare sine principis, aut suorum magistratuũ auctoritate, vt probatum 1. *Macchabæorum, 14.* ibi: *ne liceat vlli ex populo, & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his, quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione sine ipso. & Psal. 15. non congregabo conuenticulam eorum. & habetur in auth. de mandatis prin. in §. deinde competens, & in d. l. denuntiamus.* Ab. & Hostiens. *in c. fin. de testib. cogend.* Ioan. Fab. *in l. addictos C. de epis. audient.* Inno. *in c. significasti. de offi. deleg. & ibi Felyn.* & titulus *in auth. vt neque miles, neque fœdera.* & est tex. *in c. 1. & c. tertio 23. q. 3.* Vnde
Sueton. in Augusto *c. 32.* dicit, Augustum collegia† sustulisse, quod plurimæ factiones titulo collegij noui 13
coibant, & Plato *in lib. 1. de legibus.* inquit: nam & hæc Gymnasia, & hæ sodalitates, cum alioquin in multis rebus sint conducibiles ciuitatibus, tamen ad seditiones concitandas immodicè sunt opportunæ. Et apud Isocratem Nicocles dicit: videte ne sodalitates, aut collationes, nisi auctore me faciatis, si quidem huiuscemodi consociationes, vt in aliis rerum publicarum statibus præcipuas partes ferunt, ita in singulari principatu periclitantur; Quia igitur est timor, & periculum ne interdum in huiusmodi congregationibus aliqua tractentur contra principem, & eius statum, ideo semper in istis debet interuenire magistratus ciuitatis prout vbilibet obseruatur in Italia.

Quot autem homines conuenticulum† facere pos- 14
sint, Bartol. *in l. prætor in princip. num. 5. ff. de vi bonor. rapt.* dicit, quod si statutum puniat coadunantem homines, poterit puniri qui coadunabit quatuor, vel quinque, & ita tenet gl. *in l. 1. de legat. 1.* Bald. *in l. 2. §. 1. num. 9. ff. de excus. tut.* dicit multa sunt tria, quatuor vel quinque, quod facit cõtra eum, qui accusatur de insultu cum multitudine armatorum, & hanc opinionem tenet Cuman. *in d. l. 1. in prin.* & Alex. *nu. 12. & in l. licet imperator. num. 8. de legat. 1.* ibi Angel. Socin. iun. *in d. l. 1. nu. 65. & seq.* Ideo est communis opinio. Et pro ipsa inducitur *l. 1. §. hoc rescriptũ ff. ad Syllan.* vbi hoc rescriptum ait, multa continet. & ibi gloss. exponit tria, aliàs duo. Item *§. fin. Instit. de iure person.* vbi gl. *in ver. multa,* dicit, quod duo veniunt appellatione multorũ, per illum tex. & ad hoc est gl. *in auth. defuncto. in ver. proximis. C. ad Tertull.* Item tex. *in §. singulorum Inst. de rerum diuis.* Item *auth. de deposito in princ. in ver. & alia multa priuilegia.* Item *c. ad nostram. de rebus eccles. alienand. vel non.* & ibi glo. exponit *ver. multos.* & ad hoc facit quia pluralis locutio duorum numero contenta est, Dyn. *in c. pluralis. de regul. iur. li. 9. c. iteratur dist. 2. l. multis C. de liberal. caus. l. sciendum ff. eo. tit.* item Inn. *in cap. 1. vt lit. non contest. in ver. sæpe exponere.* vbi dicit sæpè, id est, multis vicibus, & tamen tex. *in §. quia vero multi. in auth. de testib.* & ibi gl. in prin. exponit sæpe, id est, bino actu, quam gl. commendat Bart. *in §. audient. in auth. de defensor. ciuit.* Geminian. Archidiacon. & Io. Andr. *in c. sæpè. de elect. lib. 9.*

Vnde Roman. *in consil. 301.* consuluit, quod si quis testis deponeret Titium possedisse per multos annos, intelligi debet de quatuor annis. Item si fieret compromissum cum facultate prorogãdi multoties, quod non

non possit prorogari nisi bis, consuluit Bald. *in consil. 299. & consil. 300. vol. 1.* per quæ ita tenet Lanfranc. *in tract. de arbitr. in 1. cap.* & ratio potest esse, quia duo faciunt multa, per tex. *in c. 1. de notis feud.* quem ad hoc ponderat ibi Bald. & facit *l. vbi numerus. ff. de testib. & c. 2. de testament. li. 6.* & ideo Rip. *in l. 1. ff. de legat. 1. nu. 12.* dicit, conclusionem istam verificari etiam in duobus. Item si quis in libello asserat se multoties percussum: intelligitur de duabus percussionibus, Bald. *in l. fideicommissum. §. si quis decem, de legat. 3.* Angel. *in auth. de triente & semiss. §. & quid sæpe,* August. de Arimin. *in addit.* ad Angelic. *de malefic. in ver. pluribus & pluribus.*

Pro contraria verò parte, quod appellatione multi-
15 tudinis † veniat vltra numerum quatuor, inducitur *c. latores. de cleric. excommunic. vers. tam ipsi, quàm multi alij, &c.* & statim subiungit, *mandamus quatenus si quadraginta solummodo deliquisse constiterit, &c.* ergo quadraginta intelliguntur per hunc tex. Item *c. vidua. dist. 34.* vbi glossa intelligit multos numero viginti trium millium. Item *auth. de triente, & semiss. in princip.* Vbi multi interpretantur esse decem. Ideo Angel. *in d. l. licet Imperator. nu. 4. de legat. 1.* dicit quod licet tres vel quatuor faciant numerum multorum, tamen non faciunt multitudinem, & mouetur per *auth. de referendariis, in princ.* & hanc sequitur Immol. ibid. Socin. *in d. l. 1. numer. 66.* reprobat per *l. 2. §. 1. ff. de excus. tut.* vbi tria vel quatuor faciunt multitudinem, & *§. 1. Instit. eo. tit.*

16 Ego credo verius † esse quod hoc remittatur arbitrio iudicis, vt per gloss. *in c. cùm causam. de testib.* & tenet Alberic. *in 1. part. statutorum, q. 10. & in l. constitutionem. n. 2. C. de administr. tut.* Alex. *in d. l. licet Imperator. n. 8.* Iacob. de Belluis. *in auth. de referendar. col. 1.* vbi sic intelligit illam auth. & ad hoc allegatur gloss. *in d. c. ad nostram, de reb. eccles. alien. vel non.* & tenent Rip. *in d. l. 1. n. 12.* Socin. *n. 67.* Alex. *n. 12. de legat. 1.* Declaro tamen hanc resolutionem esse veram, vbi de iure decisum non est, putà in interpretatione testium, contractuum, testamentorum, rescriptorum, & similium, tunc enim iudicis arbitrio remittendum est, vt dicit Alberic. *in d. l. constitutionem.* secus igitur est, vbi lex expresè statuit, & ita dicit Innoc. *in c. cùm oporteat. in princip. in vers. quot autem vices, de accusat.* quod li-
17 cet dictio † *sæpe*, possit verificari in duobus, tamen hoc relinquitur arbitrio iudicis. Nam si dicat statutum quod iudex antequam formet inquisitionem debeat sæpius requirere, &c. quomodo dicatur sæpius requiri statur arbitrio iudicis, & hoc etiam tenet Archidiacon. *in summa. 2. qu. 8.* per tex. *in §. 2. in auth. de testib.* & dicit ita tenere Roffred. *de libellis. §. quando, & quoties.*

Denique videndum est, an religionis causa congre-
18 gari † liceat: & quidem vtroque iure expeditum est: illa enim quæ fiũt religionis vel pietatis causa, vt sunt disciplinæ confratrum, & alia collegia, quæ tendunt ad finem deuotionis, iure ciuili approbata sunt, *l. 1. §. si religionis, & ibi Bart. ff. de colleg. illicit.* Afflict. *in d. cap. conuenticulas, n. 10.* & probatur etiam per canonistas, Archidiac. *in c. si despicit. dist. 41.* Abb. *in c. accedentes, in 1. not.* & ibi Felyn. *col. 1. & 2. de præscript.* Sed Afflict. *in d. c. conuenticulas.* intelligit hæc si fierent à laicis, à clericis verò non valerent sine auctoritate superioris, Abb. verò *in cons. 104. pro euidentia, nu. 4. vers. eorumque collegium, parte 1.* dicit dispositionem *c. 1. de religios. domib. lib. 6.* procedere tam de congregationibus laicorum, quàm clericorum, vt quodlibet approbationem habere debeat ab episcopo: comprobantur de iure ciuili collegia piorum locorum, aut Xenones, monasteria, orphanotrophia, gerontocomia, prochotrophia, nosocomia, brephotrophia, & talia similia consortia, *l. sancimus res, C. de sacros. eccles.* Hospitalia † etiã 19
inter pias causas connumerantur, quorum congregationes egenorum sunt, *l. omnia priuilegia. C. de episc. & cleric.* vbi iisdem priuilegiis, quibus vtebatur maior ecclesia Constantinopolitana, donantur: sed de iure canonico requiritur auctoritas, & approbatio episcopi, gloss. *in clem. quia contingit. in §. fin. in ver. altare. de religios. domib.* Hostiens. *in summa, tit. de regular. §. non tamen, vers. quid de rusticis, & in tit. de religios. domib. §. 2. ante finem. & §. 3.* Spec. *de statu monach. vers. 36.* Abb. *in c. de xenodochiis. & in c. ad hæc. de religios. domib.* Fely. *in c. de quarta, col. 2. de præscript.* Et hoc iure vtimur, quia sine consensu Episcopi † initiata, poterunt colle- 20
gia dissolui, atque collegiati excommunicari, aliisque pœnis temporalibus per episcopos affici; ergo priuilegiis sibi de iure ciuili concessis, si ab episcopo approbata fuerint, gaudere possunt.

Fateor tamen quod hospitale † poterit à quocunq; 21
ædificari, etiam sine auctoritate Episcopi, & ædificans poterit rectorem præfigere, & de eo disponere, ad libitum, sicut de aliis bonis suis, illudque destruere, seu alteri subiacere, vel donare, gloss. *in c. vnicuique. de consecr. dist. 1. c. inter dilectos. de donation. & d. clem. quia cõtingit.* Io. de Selua *in tract. de benefic. parte 1. q. 6. num. 6.* Syluestr. *in ver. hospitale. §. 2. n. 3. §. si quis per ædificationem, vers. in omnibus in auth. de ecclesiastic. titul.* & hoc casu non gaudebit priuilegiis piæ causæ, prout disputat Tiraquell. *in tract. de priuileg. piæ causæ, in præfatione.* Nec poterit † visitari ab episcopo, quia est profa- 22
num, non religiosum, Innoc. *in d. c. inter dilectos, n. 2. & in c. ad hæc. de religios. domib.* Io. de Selua *in d. q. 6. nu. 7.* Syluestr. *in d. verbo, hospitale. §. 1.* Nec obstat dispositio *Concil. Trident. sess. 22. c. 8. de reforma.* quia disponit hoc posse episcopum in casibus à iure concessis, sed cùm hoc non sit sub eius dispositione, ideo non est religiosum, nec comprehenditur. Nec dicuntur propriè religiosa, vel loca pia, † quando sunt ædificata sine au- 23
ctoritate episcopi, Abb. *in d. clem. 2. nu. 4. & 5. de religios. domib.* & quod dixi posse per episcopum dissolui, collegiatosque puniri, intelligo quando id facerent in forma ecclesiæ, Caputaqu. *decis. 328. parte 1.* Nauarr. *in cons. 3. de foro compet.* quia hoc modo non posset fundari sine consensu episcopi, Innoc. *in d. cap. ad hæc. de religios. domib.*

Sed quia prætextu congregationum † licitarum tam 24
in profanis, quàm in religiosis conuentibus sub specie pietatis plura, & ingentia mala perpetrata fuerunt olim, & vtinam etiam hodie non committerentur, in confratriis artificum detectę sunt sæpe fraudes, monopolia, & conspirationes: item quia multæ controuersię inter confraternitates oriri solent, præsertim de præcedentiis, quæ determinari debent iuxta formã bullæ Gregorij XIII. pontificis, Nauarr. *in c. statuimus, n. 5. decima nona quæst. 3.* & per Bullam Pij IV. sub data Romæ 18. Ianuarij 1564. & propterea Byzantij populus, vt scribit Procop. *lib. 1. de bello Persic.* in duas partes diuisus, duarum sectarum fuit; quarum altera Venetorũ, altera Prasinorum appellata est, quorum gratia in certamina descendentes, nihil non periculosum subibãt, & denique ignominiosam etiam mortem oppetere non dedignabantur. Ideo Romæ per senatusconsultũ huic malo prouisum fuit, L. Cæcilio, & Q. Martio consulibus, & sublata moderniora collegia, retentis antiquis, quæ ad vtilitatem reipublicæ videbantur, vt ait Cicero in oratione in Pisonem. Et postquam sublata restituisset, lege lata Pub. Clodius tribunus plebis, &

alia noua instituisset, alia sustulisset, vt eodē loco scribit Cicero, iterum restituta fuerunt à Cæsare dictatore sublata, restitutis his, quę antiquitus erant restituta, cuius rei tamen lex fuit irrita ob motus populares, vt ait Suetonius in Iulio, donec postea fuerit ab Augusto firmata, ne factiosorum hominum cœtus ad res nouandas, & ad rempublicam perturbandam societate abuterentur: quam legem Seuerus mandauit nedum in vrbe, & in Italia, sed etiam in prouinciis obseruari, *l.1. ff. de colleg. illicit.* Factus fuit delectus collegiorū à senatu temporibus M. Cæsaris, vt scribit Paulus Iuriscōsultus *in l. cum senatus, 21. ff. de reb. dub iis.* & Vlpian. *in l. 1. & 2. ff. de manumißion. quæ seruis ad vniuers. pertin. impon. D. Marcus,* inquit, *omnibus collegiis, quibus coeundi ius est, manumittendi potestatem dedit, &c.* contra collegiū, quod nullis priuilegiis subnixum erat, hæreditatem capere non poterat, vt aiunt Diocletian. & Maximin. *in l. collegium. C. de hæredib. instit.* Tarquinius quoque omnia collegia præter instituta à Numa dissoluit, vt ait Dionysius Halicarnass. *in 4.* destruxit etiam omnia, præter antiqua Iulius Cæsar, bellis compositis, vt scribit Sueton. *in Iulio Cæsare c.32.* refert etiam Cicero aliud senatusconsultum *in lib. 2. epistolarum ad Q. fratrem.* aliud etiam refert Cornelius Tacitus *lib. 14.* de dissoluendis nouis collegiis.

25 Item quia suspectæ semper sunt coitiones ✝ hominum in republica, siquidem quamuis ab initio virtutis causa conuenire videantur, tamen facilè crescente disciplina, multitudinis numerus addit animos ad aliquid noui audendum, & metuendum, quod periculosius est, ne in malum prorumpat cœtus, quia se sapientiorem cæteris esse sibi persuadeat.

Ideo videndum est, quo remedio huiusmodi nouæ
26 confraternitates ✝ admittendæ non essent: Scipio Ammiratus in Tacitū *lib. 11. discursu 3.* putat ipsos Principes admittere non debere, idque multis Romanorum comprobat exemplis, & Bonifacius de Vitalin. *in tract. de malefic. in tit. de collegiis illicitis*: confraternitatum, nouarúmque religionum approbationē ad ipsum Principem pertinere testatur. Iterum probari posset opinio, si quidem istæ confraternitates, vt plurimum, solent ex singulis nationibus in alienis ciuitatibus coire, sed commixtio diuersarum gentium facit, vt vnà cum moribus iam imbibitis, & quodammodo naturalibus fiat commixtio morum, & corruptio bonæ institutionis: & nō sine causa Aristoteles *in 7. politic. c.6.*
27 disputat vtrum communio ✝ maris, turba nautica, & naualis potentia sint vtilia, aut damnosa ciuitatibus, ex eo maximè, quia frequentare quosdam aduenas, alienis moribus educatos, & legibus, inutile putatur ad rectam ciuitatis disciplinam, & *in lib. 5. politic. c.3.* multas & varias recenset seditiones ortas propter cōgregationes peregrinorum. Non. n. possunt diuersi, imò contrarij se mores cōpati: sicut accidit Budæ mortuo Sigismundo Imperatore Rege Vngariæ, ante Alberti de Austria coronationem; nam ciuitas ex Vngarica & Germanica gente constans, tumultu excitato, ferè ad interitum peruenit, & cùm Alemanni, seu Teutones vellent ciuitati dominari, tandem per Vngaros obsessi in domibus, sine discretione sexus, aut ætatis sublati sunt, vt testatur Æneas Syluius in historia, & Fulgos. *lib. 9. c.7.* vt autem regionum mores diuersi sunt, sic & inde nati diuersum habent morum habitum, & rationem, & proinde non possunt simul conuenire sine ali-
28 qua antipathia, ✝ quæ tamen aliquando excitant in republica motus, & seditiones, & læsionem, vel conuersionem consueti status: elati, superbi, bellis assueti, facilè pacificis & mansuetis vim inferunt: mali, & mollitiei dediti, corrumpunt bonos mores: vnde Vlpian. *in l. quod si nolit. §. qui mancipia vendunt. ff. de ædilit. edict. Qui mancipia,* inquit, *vendunt, nationem cuiusquam in venditione pronunciare debent: plerumque enim natio serui aut prouocat, aut deterret emptorem, iccirco nostra interest scire nationem: præsumptum enim est quosdā seruos bonos esse, quia natione sunt non infamata, quosdā malos videri, quia & natione sunt quæ infamis est.* Itē Ezechiel propheta *c.16.* à gentis origine arguit peccata: *Hæc dicit Dominus Deus Hierusalem radix tua, & generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa.* Mores in vna prouincia sæpe diuersi, & diuersa studia, vt non mirum sit, si inter regnorum incolas, qui longo interuallo distinguuntur inuicem, hæc inueniantur varia, & sæpe contraria. Et singularum prouinciarum mundi qui mores, studia & vitia fuerint ab initio, & sint ad præsens Principes pro regimine eorū status necessariò debent cognoscere, de quibus omnibus singulariter scribunt Philalethes Polipiensis *in li. 1. quæstionum Firmicarum.* Dio Cassius *li. 39. Historiæ Rom.* Alex. ab Alex. *li. 4. c.13.* & scripsi latius in meis lucubrationibus ad cognoscendas sympathias & antipathias hominum primo aspectu.

Sed quia ad sanctam sedem apostolicam pertinet nouas cōfirmare vel prohibere religiosas domos, *c.1. de religios. domib. li.6.* & passim indies nouæ, prout diuini aculei impetus suboriuntur, & interpolantur, veluti de succo & de misericordia, & aliæ innumeræ, quę potius fraternitatum ritus sapiunt, quàm religionis, quarum onus visitandi, reformandi, & iurisdictionem exercendi, ad episcopos, tanquam ad delegatos sedis apostolicæ pertinet, vt diffinitum est in sacrosancto *Concil. Trident. sess. 22. c.8. de reformatione.* & dixi supra.
Non video quo iure Principes ✝ seculares, super his, 29
quæ ad religionem pertinent, possint manus apponere, quin rebelles & inobedientes apostolicæ Romanæ sedis euadant, vt probat multis exemplis Albert. Brunus *in tract. de seditiosis, li.1. cap.5.* & propterea possent excommunicari, & si diu obdurauerint, eorum status interdicto affici, vt latius scribo inferius *in tract. de excommunicat. c. de reformatione religiosorum non admissa à Principibus secularibus.* quare ad conseruationē pacis vniuersalis, ad honorem & gradum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & vt ideo Deus optimus Maximus dignetur sua benedictione Principum suæ Ecclesiæ obedientiū regna augere, rogo, & in visceribus Iesu Christi obtestor, vt iuxta *c. si quando. de rescript.* rationes quare exequi non debeant Pontificis mandatum, per suos oratores explicari faciant: si quidem cuiuscunque collegij, vel conuentus, siue sit profanus, siue religiosus, siue literarum, siue artificiorum, siue regularium, siue clericorum institutio, & causa institutionis, legesque præscriptæ, erunt perpendendæ, & qui regno, vel statui aliquando impedimento esse possunt, vel minima quidem suspicione, velut ex agro malæ herbæ, vel zizania conuelli debent, si fieri potest. Nam vt ait D. August. ad Publicolam *epistola 154. Absit, vt ea quæ propter bonum & licitum facimus, aut habemus, si quid per hæc, præter nostram voluntatem, cuiquam mali acciderit nobis imputetur, alioquin nec ferramenta domestica, vel agrestia sunt habenda, ne quis eis, vel se, vel alterum interimat, nec arbor, aut restis ne quid se inde suspendat, vel fenestra facienda est, ne se quisquam per hunc se præcipitet, &c.* & sic sperandum est summum Pontificem esse executurum.

CAP. XXIV.

Piratarum animaduersionē esse mixti fori.

SVM-

SVMMARIA.

1 Piratarum animaduersio est mixti fori.
2 Piratæ quoties excommunicantur in anno ex ore summi Pontificis.
3 Piratæ dicuntur hostes Christianæ reipublicæ.
4 Piratas quilibet potest occidere,& deprædari.
5 Sunt infames, nec possunt obtinere dignitatem.
6 Piratarum infamia durat vsque ad vltimam generationem.
7 Pompeius Magnus dissipauit piratas è mari Tyrrheno.

1 Piratæ † sunt cursarij, siue latrunculi maris,spoliantes itinerãtes,& sunt adeo legibus odiosi, vt benefacere iudicentur illi qui debilitant, & ipsos mutilant, ne maiora committant, *c.si quis 23.q.3. c.si quis Romipetas.24.q.3.* Horum animaduersionem esse mixti fori tenet Aufrer.*de potestate secular.in ecclesiastic.n.59.* Id-
2 que probatur, siquidem ter † in anno ab ore summi Pontificis excommunicantur,vt per Hostiens. *in summa de sent.excom.* Io. Andr. & Abb. *in c.excommunicationi.de raptor.* Alberic.*in dictionario,in ver.Piratæ.* qui dicit hoc esse verum, licet super hoc non reperiatur constitutio.Summa Angelic.*in ver.excommunicatio.in 5.§.18.casu.* & adest particulare capitulum de hoc in bulla cœnæ domini,quæ publicatur à summo Pontifice in die Iouis sancta.
3 Iure autem † ciuili dicuntur hostes Christianæ reipublicæ,& possunt à quocunque deprædari,& occidi, *auth.nauigia,vbi* Bald.*c.de furt.* Ias.*cons.170.vol.2.* Laudens.*in tract.de princip.q.309.* Petrus Bellin.*in tract.de re militar.tit.11.nu.2.* quos Papa & Imperator hostes pronunciarunt publicos, cùm sint extra omne legum præsidium, notant omnes canonistæ *in c.1.de homic.li.6.* Ang.*in cons.290.thema tale est.* vbi quod quilibet
4 potest eos occidere,& deprædari, Straccha *in tract.de nautis,parte 3.n.29.& 30.* Dec.*in tract.crim. li.9.c.29.n.39.& seqq.*& ibi *n.47.& seq.*quod eorum cadauera diuiduntur in partes, & de aliis pœnis.
5 Et propter eorum infamiam † non possunt fieri milites,nec doctores,nec aliquam obtinere dignitatẽ, *l.1.&l.pen.ff.de testam.milit.l.miles.ff.de re iudic.* Bald. *in l.2. C.qui bon. cedere poss.* & habetur *in d.auth. nauigia.arg.l.Cæsar.ff.de publican.& vectigal. & l.ex hoc.§.fi.ff.de alien.iudic.mut.caus.fact.& l.hostes.ff.de verb.signif.*& per Innoc.*in c.sicut.in 3.de iureiur.* vbi quod piratæ possunt impunè derobari, offendi, & occidi, de qua infamia scribit etiam Decian.*d.c.19.n.38.* & ipsam
6 † vsque ad vltimam eorum generationem durare arbitror.Nam cùm bona detineant deprædata,excommunicatione affecta, quomodo possunt lapsu temporis,etiam antiquissimo, absque summi Pontificis absolutione, infamia purgari: cùm continuare dicantur peccatum,infamiam irrogans,*c.infames,6.qu.1.* tẽpore
7 Pompeij † Magni Piratæ mille nauibus cõgregati mare Tyrrhenum infestabant,captis in terra quadringẽtis ciuitatibus,quos Pompeius quingentis nauibus, & exercitu viginti trium millium peditum, & equitum quinque millium,cum duobus quæstoribus,& viginti quatuor præfectis, & quindecim legatis per ipsum electis ex senatoribus, diuiso mari anteriore in tredecim partes,datis illi Ducibus cum debita nauium portione, mira celeritate persecutus est, illosque insimul constrinxit, & sicut venator circuiuit vt feras, & post alias prouisiones etiam in terra factas, terræ, & mari infra quadraginta dies libertate restituit. Quis igitur piratas illos,tam potentes effectos, etiam ante eorum destructionem, non infames diceret? An potuerunt infamiam purgare, cùm Pompeius eosdem victos in deditionem accepit, atque eorum opera in bellis naualibus contra Cæsarem vsus est? vt testatur Lucanus *li.5.*quem citat Dec.*in d.c.29.n.30.* Nam & Turcę piratarum opera in bellis vtuntur, & etiam nostrates Principes latronum publicorum opera aliquando vtuntur in bellis saluo conductu eis facto,ad purgandas regiones, & tamen infames semper existunt: & licet pœna *l.quisquis.C.ad l.Iul.maiest.* respectu filiorũ indictæ ad nepotes non progrediatur, vt diffusè disputando concludit *tractatus de crimine læsæ maiestatis incerti auctoris in 6.qu.per totam.* tamen negari non potest,quin omnes descendentes ex sanguine piratarum dicantur originem trahere ex sanguine infecto; ergo quantum ad hanc continuationem infectio huius criminis omnes pertingit successores.

CAP. XXV.

Incendiorum casus esse mixti fori.

SVMMARIA.

1 Incendiariorum pœnæ quæ sint, & nu.9.
2 Incendiarij dolosi sunt excõmunicati de iure canonico.
3 Sententia episcopi requiritur ad declarandos incendiarios excommunicatos.
4 Incendiarios excommunicatos per sententiam nullus potest absoluere præter Papam,& nu.11.
5 Incendiarij dolosi tenentur ad emendam etiam in foro animæ.
6 Incendiarij bonorum prope ecclesias,possunt absolui ab episcopo.
7 Incendiarij non sunt tuti si ad ecclesiam confugiant.
8 Incendium cũ violentia,& sine ea,quomodo puniatur.
10 Incendiarij condemnati per iudicem secularem corporaliter,possunt condemnari ad emendam per episcopum.
12 Incendiarij an possint esse excommunicati ipso iure, de consuetudine.
13 Incendiarius absolutus à laico, potest conueniri coram ecclesiastico.
14 Sententia iudicis laici quando non pariat rem iudicatam coram ecclesiastico.
15 Incendiarius absolutus coram iudice ecclesiastico quando non potest conueniri coram laico.
16 Incendiarij an possint condẽnari ex sola præsumptione.
17 Incendium absque culpa inhabitantium non præsumitur factum.
18 l.si vendita.ff.de peric.& com.rei vend.*explanatur.*
19 In incendio præsumptio indeterminatæ personæ non sufficit ad condemnandum.
20 Pœna non imponitur propter leuissimam culpam.
21 Incendiarij præsumpti non possunt denunciari excommunicati.
22 Culpa leuissima in faciendo æquiparatur leui.
23 Incendiarij quomodo tenentur ad damnum si factum præcessit.

Cvm incendiariis † diuersæ pœnæ imponantur de iure gloss.*in l.data opera, C.qui accus.non poss.*& ibi latè Bal.& Cyn.ac Salyc.Bart.*in l.3.ff.de offi.præfect.vigil.*& ibi Alex.multa cumulat,idem Bart.*in l.qui ædes.& in ll.seq.ff.de incen.ruin.naufrag.* Itẽ diffuse scribit Aretin.*in tract.malefic. in ver.Incendiario.* Ant.de Butr.Abb.& Felyn.*in c.tua nos.de sent.excom.* Cæpoll. *in consi.36.& consil.70. & in tract.de seruit.rustic.tit.de*

 igne,

igne,& tit.de furno. Floria.*in l.si quis furno.§.1.ff.ad l. Aquil.& in l.si seruus.§.si quis insulam.ff.eo.tit.* Doct.*in l.si vendita.ff.de peric.& commod.rei vend.* Ias.*in l.si quis ex argentariis.§.prætor ait.col.5.ff.de edend.* latè Iulius Ferrett.*in tract.de re naualis,li.7.*præsertim *nu.42.* Ioseph.Ludouic. *in decis.Perusi.25.* Ideo ex diuersitate pœnarum mixtæ iurisdictionis esse probamus.

2 De iure canonico † dolosi incendiarij sunt excommunicati,*c.cùm deuotissimam,12.q.2.c.in literis.de raptorib.c.tua nos.de sent.excom.cum ibi notatis per omnes Canonistas.* quo casu episcopi sententia requiritur, vt dicunt probari per *d.c.tua gloss. ibi.* & D.Antoninus *in tract.de excommunicatione,c.11.n.1.*&hoc non ob aliud,

3 nisi quia sententia in foro † exteriori non profertur, nisi de dolo constiterit:bene verum est, quod si à tali sententia est appellatum, non poterit episcopus condemnatum denunciare excommunicatum, ex his quæ scripsi infra *in tract.de excommunicatione, c.5.nu.12.&*

4 *sequ.* etiam retentis his terminis, sed iusta † existente sententia,soli Papæ reseruata est absolutio *d.c.tua nos.* & ibi Io.Andr.Anton.& Abb.cõcludunt, legatum de latere hos non posse absoluere, licet contrarium conetur probare Petr.Andr.Gambar.*in tract.de auctoritate legati de latere,lib.8.tit.de potestate legati in absoluendo ab excom.n.3.& plur.seq.* Sunt & aliæ pœnæ canonicæ impositæ,de quibus *in c.quisquis,24.q.5.& in c.si quis ecclesias,17.qu.4.* Vbi quod si quis ecclesias igne cõbusserit,quindecim annis pœniteat, & eã sedulò restituat,& pretiũ pauperibus restituat, & ad hoc est gl. *in c.si quis domum.de iniuriis.*&Host.*in summa tit.de incend.§.& qua pœna.* Alioqui dicunt,quod nõ tenentur ad damnum, nisi ad solam pœnitentiam agendã pro culpa, Innoc.*in c.sicut diximus.de homicid.* Abb.*in cap. presbyter.eo.tit.*Ias.*in d.l.prætor ait.§.prætor ait.col.fi.de edend.* Sed hoc intelligo quando fuerunt in leui culpa,

5 secus si in dolo, † vel lata culpa,quia tũc etiam in foro animæ tenentur ad emendam, Corsett. *in singular. in ver.forum conscientiæ.col.34.* vbi melius aliis, & etiam per Dec.*in c.quoniam contra.col.17.de probationib.*ergo

6 incendiarij † domorum sitarum infra ambitum ecclesiarum,de quibus *in c.sicut antiquitas,17.qu.4.*non debent excommunicari iuxta formam *d.c.tua nos.* id est quod soli Papæ reseruetur absolutio,sed sunt vt violatores immunitatis ecclesiæ,& vt sacrilegi puniendi,vt consuluit D.Antoninus *in d.c.11.nu.6.* Sunt igitur excommunicati,& facta satisfactione ab episcopo absolui possunt, vterque casus habet hoc commune, vt isti

7 † incendiarij nullo modo tuti sint,si ad ecclesiam confugiant, Cassane.*in consuetud.Burgund.tit.des iustices.§.5.n.111.*qui refert ita fuisse iudicatum, de quo in particulari capite inferius disputabo.

8 De iure ciuili: Aut incendium † fit cum violentia, aut sine illa qualitate.Primo modo fit,si quis cœtu,cõcursu,turba,seditione incẽdium fecerit,vt probat Marian.*in l.qui cœtu.in princ.ff.ad l.Iul.de vi publ.* & ampliatur etiam ad eum qui aliquid rapuerit ex incendio *l.3.§.idem tenetur.ff.eo.tit.*quæ leges loquuntur de incendio vi aperta, & publica commisso. Altero modo incendium sine qualitate publicæ violentiæ factum, punitur pœna ignis, *l.qui ædes.ff.de incend.ruin.naufr.& l.si.eo.tit.& l.capitalium.§.incendiarij. ff.de pœnis.* & appellatione ædium venit omne ædificium, vt *d.l.qui ædes.* Item est pœna capitalis l.Corneliæ de sicariis, *l.1.ff.ad l.Corn.de sic.l.capitalium.§.incendiarij.ff.de pœnis.* Sed Cyn.Bal.& Salyc.*in d.l.data opera.C.qui accus.non*

9 *poss.*sic distinguunt:Aut incendium † committitur dolo,appensatè,data opera,ex proposito,aut sine eis: Itẽ aut in ciuitate, aut in rure: si in ciuitate, aut incendiarius est humilis vitæ,& incendium est magnũ, & tunc est pœna ignis;si verò non est magnũ,tunc capite punitur, *d.l.capitalium.§.incendiarij.* Si verò esset in dignitate constitutus,& incendium non esset magnum, tunc deportaretur,*l.fin.§.fi.data.ff.de incend.ruin.naufrag.*Capyc.*decis.27.n.18.* Si verò incendium est commissum in rure,aut villa,tunc si incendiarius sit humilis,capite punitur,si incendium est magnum; sed si est paruum, relegatur, quia minus debet puniri in villa, quàm si in ciuitate,quia est minus periculum. Sin autem incendium est commissum culpa,siue negligẽtia, tunc est pœna fustigationis,*l.1.& ibi per* Bart.*ff.de offi. præfect.vigi.* & debet fieri emendatio damni & interesse,& expensarum,vt ibi habetur,per Alex.*in consi.50. vol.1.* Ancharan.*in cons.349.* Cæpoll.*in d.tract.de seruit.rustic.præd.cap.de igne.*

Aliquando singulæ pœnæ imponuntur per singulos iudices:siquidem si iudex laicus ad pœnam † corporalem iuris ciuilis condemnauerit,nulla facta mentione emendationis damni,& interesse, ad quem incendiarij & eius hæredes tenẽtur, vt dixi, poterunt damnum passi in curia episcopi agere ad declarandum incendiarium prædictum excommunicatum, publicéque denuntiandum,quousque satisfactione facta, à Papa absolutionem habuerit, prout latè scribo infra *in tract. de excomm.c.2.*præsertim *nu.36.& 38.*& si per iudicem laicum ad ipsam emendationem damni incendiarium condemnauerit, poterit pro executione huius pœnæ ciuilis etiam Episcopus adiri, vt excommunicatum denuntiet, pro incendio commisso, quod etsi episcoporum proprium munus est,tãto magis instante parte, constitutiones Pontificias exequi debent. Nam quod dicit Petrus Follet.*in sua practic.crimin.canonica c.25.*videlicet incendiarios quoslibet siue clericos,siue laicos in omni casu esse excommunicatos, per *cap.pessima,23.q.8.& c.si egressus.de iniuriis.* & damno dato,& *d.c.tua nos.de sent.excom.* est verum in foro conscientiæ,& in incendiario occulto,quo casu quilibet episcopus posset absoluere,sed ad effectum,vt nullus præter Papam incẽdiarium absoluere possit,requiritur † sententia,& publica denuntiatio, vt dixi supra in princip. huius cap. Nec obstat,quod dicit Hostiens. *in summa. de incendiis.§.& qua pœna.* quod de consuetudine in aliquibus locis, sicut in Theutonica incendiarij † sunt excommunicati ipso iure, siue sint denuntiati in ecclesia siue non, quia hoc dictum improbat Franc. de Platea *in tract.de excommunicat.§.29.n.10.*quia consuetudo sine sententia,vel constitutione expressa, aut tacita non potest facere aliquem excommunicatum. Itẽ si iudex † laicus inquisitum de incendio absoluerit, vt propterea nullus agendi remaneat locus damnum passo,coram iudice laico,poterit adhuc agi coram ecclesiastico, ad denuntiandum excommunicatum, ex his quæ latius scripsi *d.c.2.in tract.de excom.*quia diuersus est modus agendi, & sententia † iudicis laici non parit exceptionem rei iudicatæ coram ecclesiastico, coram quo agitur via denuntiationis medicinaliter ad pœnitudinem peccati, vt ibi dixi, & iure etiam ciuili expeditum est,quod sententia absolutoria cum actu est vno modo agendi, non parit exceptionem rei iudicatæ cum altero modo agi intenditur, vt per Cyn. *in l.1.col.3.vers.concluditur ergo.C.quando ciuil.act. crimin. præiud.* cuius opinio fuit canonizata in Rota, vt *decis.17.num.6.de sent.& re iudic.in antiq.* & est decisio Franch.289.quicquid dixerit Abb.*in cons.50.vol.1.* qui sibi contradicit *in c.si clericus.num.15.de foro compet.* & inibi habentur multæ allegationes ad hoc in additionibus.

Fallit

15 Fallit si ab episcopo † publicè denuntiatus in excōmunicatione diu permanserit,& tandem cognita eius impotentia quod non sit soluēdo,ac pœnitudine peccati, summus Pontifex ab excommunicatione absoluerit,saltem cum reincidentia si ad meliorem fortunā peruenerit,quo casu non poterit incendium passus vigore huius sententiæ iudicis ecclesiastici agere coram primæuo iudice laico,vt si non habet in bonis luat in corpore,ex regula *d.l.qui ædes, & l.si quis id quod.ff.de iurisdict.om.iudic.*& in terminis Franc.Marc.*decis.Delphinali 61.n.5.parte* 1. quia obstaret exceptio rei iudicatæ ab eodem iudice.

Quæritur à Iurisperitis si domus combusta fuerit, quia culpa inhabitantium præsumitur combusta,*l.3.§. 1.ff.de offic.præfect.vigil.* an ex hac sola præsumptione
16 † condemnari possint,nisi probauerint nullam eorum adfuisse culpam? Nam si pœna iuris ciuilis damnari possent,ergo & canonica,cùm contrarium iure canonico non sit decisum,& ita ex sola præsumptione possent excommunicari. Nouissimi tenent affirmatiuam ex eo, quia gloss. *in §.præterea. Instit.quib.mod.re contrah.oblig.*quæ tenet contrarium,non alleget aliquem textum, qui expressè loquatur de leuissima culpa: nec Menoch.*de arbitrar.casu 390.n.9.* aliquem tex.expressum ad hoc allegat. Imò dicunt sensum *l.si vendita.ff. de peric.& com.rei vend.*esse pro hac opinione affirma-
17 tiua.Incendium † quidem regulariter absque culpa nō fieri, & plerunque inhabitantium culpa, sed non statim patremfamilias esse condemnandum,qui si diligētiam adhibuit,non tenetur; ergo, ait, dum ex eo text. diligentiæ probatio excusat patremfam.argumentum est, quod ad eum alioqui incendij damnum pertinet, propterea quod in culpa præsumatur, & debet condemnari,nisi probet diligentiam.

Quorum opinio probari potest ex multis adductis, & allegatis per Afflict.*in decis.57.n.2.*& per Grammatic.*decis.3.n.8.ad finem.*

Sed ista opinio est communiter reprobata, vt probat Menoch.*ibid.nu.4.*quam primo loco tenuit gloss. *in §.præterea.in ver.debet. Instit.quib.mod.re contrah.obli.*ea ratione,quia licet incendium præsumatur factū culpa inhabitantium,tamen cùm talis culpa censeatur leuissima,ipse conductor non tenetur de leuissima culpa,*l.si vt certo.§.nunc videndum.ff.commodati.l.in iudicio.C.locat.l.contractus. & ibi* Dec.*de reg.iur.* & illam glos.singularem dicit,& sequitur Salyc.*in l.quæ fortuitus.n.10.in fin.C.de pignor.act.* Alex.*in cons.50.n.6.vol.* 1. Ias.*in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cautionib.* & ratio rationis est,quia contractus locationis dicitur celebrari gratia vtriusque, ideo non tenetur conductor de leuissima culpa, *§.fin.Instit. quib.modis re contrah.oblig.*

18 Nec obstat allegatus sensus *d.l.si vendita.* † quia cōgruit literæ:ibi enim loquitur de culpa hominis particularis,sc.venditoris,qui ad insulam venditam tradēdam cogi poterat, vt probant Alberic. & Salyc. ibid. quæ culpa non præsumitur,vt ibi in textu,sed nos loquimur de culpa indeterminati hominis, & tunc præsumitur inhabitantium, quæ propter incertitudinem non sufficit ad condemnandum, vt nunc probabo; & tenendo hunc verum intellectum non valet dicere,ibi dominus,qui non est in culpa, si probauerit diligētiam,non tenetur; ergo tanto magis debent probare inhabitantes,qui præsumuntur in culpa, quia hoc tex. non explicat,sed præsupposito,quod non præsumatur culpa debitoris, etiam si seruorum negligentia interuenerit,concludit hæc verba. Quamobrem si venditor diligentiam eam adhibuisset in insula custodiēda, quam debent homines frugi,& diligentes præstare, si quid accidisset,nihil ad eū pertinebit. Quæ verba ideo non habent hunc sensum allegatum, quia ponamus, quod neque emptor negligentiam probauerit venditoris, an ille dominus damnari possit? Certè nullus hoc confiteretur,vt ille, qui habet præsumptionē pro se,condemnari possit:item quia præsumptio transfert onus probandi contrarium in aduersarium,*l.generaliter.§.si petitum.in fi.ff.de fideicommiss.libert.*emptor insulæ tenebitur probare negligentiam, ergo non bene cognito sensu illius literæ, rectè textus potest allegari pro communi.

Quantum pertinet ad dictam communem, & quod in incendio præsumptio † indeterminatæ personæ nō 19
sufficiat ad condemnationem,quia non dicitur fundata intentio locationis contra conductorem, probant Bald.*in cons.441.quidam magister volum.1.& cons.443. quidam nomine Restorius vol. 3. & in cons. 491.vol.4.* Roman.*in cons.401.* Ancharan.*in consi.348.* Alex.*in d. cons.50.vol.1.*Io.de Anan.*in cons.71.*Cæpoll.*in cons.criminal.70.* Corn.*in cons.242.vol.1.* Bertrand.*in consil. 140.etiam si probaretur,vol.3.*Grammat.*in cons.22.*Gozadin.*in cons.64.*Bald.& Salyc.*in d.l.quæ fortuitis.* Salyc.*in d.l.si vendita.* Curt.Iun. *in l.dominus horreorum, col.2.ff.pro soc.* Grammat.*in addit.ad decis.57.* Afflict. quicquid postea dixerit, *in sua decis.* licet videatur se velle saluare per actionem legis Aquiliæ,(quam quæstionem omitto scribere,quia ad hoc non pertinet, & melius omnibus explicat Vrsill. *in addit.ad d.decis.57.* Afflict.) Ias.*in cons.116.vol.1.* Menoch.*d.cas.390.*addētes omnes ad Alex.*in d.cons.57.*Item quia quando non probatur culpa determinatæ personæ remanet incertitudo,propter quam nullius potest sequi condemnatio,*l.licet.§.si.ff.naut.caupon.stabular.* Item quia & si ipse conductor pactus fuerit, vt teneatur de incendio, adhuc de incendio fortuito non tenetur,*l.si quis domū. §.si colonis.ff.locati.*per quam ita probat Iulius Ferret. *in tract.de re nauali,li.7.n.58.*quicquid dixerit Menoc. *ibi.n.9.in fine.*

Imò si ex leuissima † culpa tenerentur, & possent 20
condemnari ad damnum,tamen non possunt cōdemnari ad pœnam,Saly.*in consi.suo.incip.saluatoris nomine inuocato ad quæstionem propositam.* quem citat Petrus Rauenn. *in suo alphabeto iuris, in ver. incendium. col.2. ver. & eleganter Salyc.* ergo iudex Ecclesiasticus non posset procedere ad denuntiandum excommunicatos istos præsumptos † incendiarios,iuxta *d.cap.tua nos.de* 21
sent.excom. quia ex tali denuntiatione posset subesse periculum, vt quia posset contingere, quod innocens pœna,& damno afficeretur,contra *l.absentem.ff.de pœnis.* & in valde simili scribit Alberic. *in 2.parte,statut. q.61.*Alex.*in cons.15.vol.1.*

Nisi esset leuissima † culpa in faciendo,quæ æquipa- 22
ratur leui,ideo vbi quis tenetur de leui,tenetur etiam de leuissima in faciendo,Dec.*in l.contractus.vers.sexto dicitur.ff.de reg.iur.* Eodem modo si factum præcessisset, † quod fuit occasio damni,licet postea damnum ex
negligentia procedat, Saly.*in d.l.si vendita,in fin.ff.de* 23
peric.& commod.rei vend. per tex. *in l.si seruus.§.si fornicarius, & §.si ex plaustro.ff.ad l.Aquil.* quibus casibus cùm possit sequi condemnatio per iudicem secularem ergo per Ecclesiasticum, qui procedit ad pœnitudinem peccati per remedia spiritualia.

CAP. XXVI.

Virginum & Sanctimonialium violatores esse mixti fori.

SVMMARIA.

1 Monialium violatores quot delicta committant.
2 Sacrilegium violando moniales est mixti fori.
3 Laicus cognoscens monialem efficitur mixti fori.
4 Clericus cognoscens monialem qua pœna puniatur.
5 Moniales cognitæ carnaliter quam pœnam pati debẽt.
6 Excommunicationis forma quæ fertur in violatores monialium tempore earum consecrationis.
7 Monialium violatores puniuntur morte de iure ciuili.
8 l.si quis non dicã rapere. an procedat in Pizoccheris.
9 Clausura monasterij quando censetur violata.
10 Intrantes claustra monialium, quomodo sunt excommunicati.
11 Moniales è monasterio exeuntes cum causa debent requirere consensum superioris.
12 Causa necessaria ingrediendi monasteria quæ sit.
13 Episcopus non potest dare licentiam patri ingrediendi monasterium propter infirmitatem filiæ monialis.
14 Episcopus non potest dare licentiam procuratoribus ingrediendi septa monasterij.
15 Episcopus non potest ingredi sua monasteria, nisi in casibus necessitatis.
16 Principes condunt leges, vt nullus ingrediatur septa monasterij sub pœnis grauissimis.
17 Ingrediens monasterium de licentia episcopi si cognoscat monialem, non est excommunicatus.
18 Furiosi, & dementes de iure canonico sunt puniendi.
19 Prohibiti loqui cum monialibus quo iure censeantur prohibiti mittere literas.
20 Statutum prohibens loqutionem, probibet etiam literas, vel nuntium.
21 Peccatum in dubio præsumitur commissum fauore animæ.

1 Violatores † monialium sacrilegi dicuntur, eosque filios perditionis Apostolus appellat, c. sciendum est, 27. q. 1. & dicuntur tria delicta committere secundũ gloss. in c. virginibus, 27. q. 1. & Abb. in c. cùm dilectus. n. 2. de purgat. canonic. & Dec. in consi. 338. in princ. primũ, quia sponsa Dei, committitur adulterium: secundum, quia consecrata, committitur sacrilegium: tertiũ, quia affinis spiritualis, committitur incestus, Paul. Griliand. de pœnis omnifar. coitus, q. 1. n. 10. Dec. in tract. crimin. li. 6. c. 20. Marquard. in tract. de cœlibatu sacerdot. non abrogando. c. 20. n. 4.

2 Et ideo huiusmodi † delinquentes sunt mixti fori, vt dixi supra c. 16. & possunt à quocunque iudice seculari, & ecclesiastico animaduerti, & puniri, vt latissimè probat Caccheran. in decis. Pedemontan. 103. & dicit Marian. Socin. in c. cùm sit generale. n. 47. de foro compet. quod si laicus cognoscit † monialem, respectu laici erit
3 locus præuentioni, quia vterque iudex poterit punire, & sequitur Felyn. ibi. n. 12. & Aufrer. de potest. secul. super ecclesiastic. person. vers. 6. fallit. Boss. in titul. de coitu damnato & punibili, n. 13. & seq. & n. 79.

4 De iure canonico clericus † committens huiusmodi scelus, cuiuscunque fuerit gradus & ordinis, deponitur ab ordine sacro, & officiis, ac beneficiis priuatur, & detruditur in monasteriũ ad agendã perpetuã pœnitentiã, Dec. in d. c. 20. n. 6. qui testatur esse cõmunẽ opin. contra gl. c. si quis episc. & ibi Turrecrem. 27. qu. 1. Item
5 moniales † tale scelus admittentes à monasterio proprio sunt eiiciendæ, & in ergastulis retrudendæ, c. impudicas 27. q. 1. c. virginib. ead. caus. & qu. Archidiac. in c. peruenit, eadẽ caus. & quæst. Laici verò excõmunicãtur, neq; vnquã absoluẽtur, nisi publicã, & iustã pœnitentiã egerint, vt dicunt glo. & Archidia. in d. c. impudicas, & d. c. virginib. & c. peruenit, 27. q. 1. & c. si quis episcopus, & c. si qua monachatum. Eodẽ modo ego credo de clericis & monialibus, quæ ad arctius monasteriũ detrusæ, non debent ab excommunicatione incursa, sic de facili, nisi magna peracta pœnitentia absolui. Ad quorum omnium terrorẽ, † placuit hic inserere formam 6
excommunicationis, quæ profertur in consecratione, & benedictione virginum, quæ velantur.

Auctoritate omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorũ Petri & Pauli, firmiter sub intimatione Anathematis inhibemus: nequis præsentes virgines, seu sanctimoniales à diuino seruitio, cui sub vexillo castitatis subiectæ sunt, abducat, nullus earum bona surripiat, sed ea cum quiete possideant: si quis autem hoc attentare præsumpserit, maledictus sit in domo, & extra domum, maledictus sit in ciuitate & agro, maledictus vigilando, & dormiendo, maledictus manducando & bibendo, maledictus ambulando & sedendo, maledicta sit caro eius, & ossa, & à planta pedis, vsque ad verticem nõ habeat sanitatem: veniat super illam maledictio hominis, quam per Moysen in lege filiis iniquitatis Dominus promisit, deleatur nomen eius de libro viuentium, & cum iustis non scribatur, fiat pars, & hæreditas eius cum Cain fratricida, cum Datan, & Abiran, cum Saphira, & Anania, cum Simone Mago, & Iuda proditore, & cum eis, qui dixerunt Deo, recede à nobis, semitam viarum tuarum nolumus. Pereat in die iudicij, deuoret eum ignis perpetuus cum diabolo, & angelis suis, nisi resipuerit, & ad emendationem venerit, Fiat, Fiat.

De iure ciuili † est pœna mortis naturalis, l. si quis nõ 7
dicam rapere. C. de episc. & cleric. Boss. ibid. nu. 79. Dec. d. c. 20. n. 6. nam cùm in hoc crimine comprehendantur adulterium, sacrilegium, incestus, & stuprum, & pro singulis tribus primis imponatur pœna mortis. l. si adulterium cum incestu. ff. de adulter. l. quamuis. §. fi. C. eo. tit. multo magis quando cõcurrunt tot crimina, quot extẽdit etiã in attentante, & ita intelligi d. l. si quis non dicam rapere, probat Afflict. in dec. 276. col. 1. & Boss. d. n. 79. & multa ad hoc per Io. de Plat. in l. cùm quidã. C. qui militare poss. li. 12. & Boss. ibid. vers. sed quæro. extendit, etiam si monacha non fuisset virgo, per c. si quis rapuerit, & c. si quis episcopus. & c. si qua monachar ũ, 27. q.
1. sed hæc non procedunt † in cognoscentibus monialibus cõuersis, aut Pizocheris, quæ verè moniales non 8
sunt, vt probat Federic. de Sen. in consi. 213. ad vltimum. & Cardinal. in clem. 2. §. 1. q. 2. de statu monach.

Ad tollendas igitur occasiones tam nefarij sceleris, per sacros. Concil. Trid. sess. 25. c. 5. fuit præceptũ episcopis, vt monasteriis sibi subiectis adhibeant clausuram optimam, & circa monasteria exempta, tanquam sedis apostolicæ delegati. Vnde si quis exemptũ sanct. monialiũ monasteriũ ingredi ausus fuerit, absque licẽtia, clausura † monasterij cẽsetur violata, & ideo potest per 9
episcopum excommunicatione puniri, Abb. in c. 1. nu. 1. de statu monach. & Pius V. excõmunicat omnes mulieres, etiam duces ingredientes septa monasteriorum monialium virtute facultatum apostolicarũ, quas reuocat, & est bulla 22. Nauar. in suo manuali, c. 27. n. 150. & est eius absolutio reseruata Papæ. Itẽ Gregor. XIII. in bulla 75. excommunicat omnes prælatos † intrantes 10
claustra monialium in casibus nõ necessariis, & reseruat absolutionem Papæ, & confirmat in alia bulla quę est 36. vbi excommunicat omnes ingredientes vigore licentiarum Papæ, vel ordinariorum, nisi in causis necessariis, & vrgentibus. Itẽ in sacra congregat. Concil. declarat. 400. fuit cõclusum ipsas moniales è monasterio
† exeuntes, etiam cũ causa probabili, debere requirere 11
cõsensum superioris regularis, & episcopi eius loci, & ad hoc est bulla Pij V. quæ est octaua, & incipit *Circa pastoralis*. Item eadem *congregatio declaration*. 489. declarauit non esse causam † necessariam ingrediendi 12
mona-

monasteria, si pater, vel mater, aut soror, vel consanguinei vellent videre filiam, aut sororem graui mor-
13 bo laborantem, & quod episcopus † non posset dare hanc licentiam, etiam si esset in periculo mortis, neq; quando filia vellet suscipere habitum, aut facere professionem. Item nec possunt dare licentiam viduis, quæ vellent in monasterio manere in habitu laicali, licet promitterent inde nunquam egredi, quia nulla istarũ causarum potest iudicari necessaria ea necessitate, quã considerauit sacros. concil. Tridentinum. Item eadem
14 *congregatio declarat*. 115. disposuit, vt Episcopus † non possit dare licentiam procuratoribus ingredi septa monasterij, nisi causa euidentis vtilitatis, dummodo eorum ætas & morum grauitas ea sit, quæ ipsos com-
15 mendet. Item Episcopus † non potest ingredi sua monasteria, nisi in casibus necessitatis, & cum comitatu seniorum, & religiosarum personarum, Nauarr. *in c. statuimus. comm. 4. n. 62. de regular.* per bullam Gregorij XIII. & idem *in cons. 9. de statu monach.*

16 Et Principes † seculares ad tollendas occasiones tam nefarij sceleris per suas leges, & pragmaticas decreuerunt, vt nullus ad septa dictorum monasteriorum ingredi valeat, nec ad loquendum cum eisdem monialibus, sine licentia episcopi in scriptis habita vel eorum ad quos monasteriorum exemptorum cura pertinet, sub grauissimis pœnis, vt per Alex. *in cons. 52. viso themate. vol. 3.* & per Caccialup. *in l. omnes populi. n. 46. ff. de iust. & iur.* nec possint circa ipsa monasteria fieri Musicæ, nisi ab eisdem distent per spacium ad minus centum passuum.

In aliquibus tamen casibus istæ iurisdictiones va-
17 riãt. Nam licet, siquis de licentia † Episcopi in scriptis habita, cum causa necessaria æstimata, monasterium ingressus si rem haberet cum moniali, non esset excõmunicatus de iure communi, vt per Nauarr. *in consil. 34. de sent. excomm.* quem ad hoc citant quidam Moderni, sed ego non credo: tamen de iure ciuili incidit in pœnam, *d. l. si quis non dicam rapere.* item licet amen-
18 tes, & furiosi † non sint puniendi de iure ciuili, quia satis sunt puniti à pœna, quam patiuntur, *l. diuus. ff. de offi. præsid.* tamen quia isti possent esse causa peccandi, de iure canonico essent puniendi, Nauar. *in d. c. statuimus. nu. 57.* item differunt, quia licet de iure canonico pro-
19 hibiti † loqui cum monialibus, censentur etiam prohibiti, dare, vel accipere literas ab aliis occultè, vel palàm sine consensu superioris, *c. non dicatis. ver. quicunque autem. & ibi* Nauarr. *nu. 13. vers. quarto nota. 12. qu. 1.* idem si literæ respicerent vtilitatem, vel necessitatem monasterij, vel salutem spiritualem, vel temporalem singularum monialium, Innoc. *in c. ex parte. & in cap. penult. de accusat.* Item gl. *in cap. constitutionem. in ver. participatione. de sent. excomm. li. 6.* dicit quod in pœnã excommunicationis ita incidit, is qui literas, vel nuntium mittit, sicut qui loquitur, similis glo. est *in clem. si summus Pontifex. in ver. literis. eod. tit.* & ad hoc est text. *in c. clericus. dist. 81.* vbi clericus, qui prohibetur loqui cum mulieribus, censetur etiam prohibitus mittere
20 literas, vel nuntium secretè ad eas. Item quia † leges prohibentes aliquid fieri verbis, censentur etiam prohibere, idem fieri per literas, *c. vbi periculum. §. nulli. de elect. li. 6.* prohibentur Cardinales loqui cum aliis, eodem modo censentur prohibiti mittere, vel recipere literas, vel nuntium ab aliis. Tamen secus est de iure ciuili, quia prohibitus loqui cum aliquo, non intelligitur prohibitus mittere literas, Bald. *in auth. habita. C. ne fil. pro patr.* & est cõmunis opinio inter ciuilistas, vt testatur Galiaul. *in l. 1. in princ. in 5. not. ff. de verb. obligat. & ibi* Alciat. *in 4. not.* quia statutum est odiosum, & correctorium iuris communis, quo prohibentur homines loqui, & scribere. Item quia hoc solum est prohibitum in casu l. Iuliæ maiestatis; ergo generaliter est permissum, *l. 1. in fi. ff. ad l. Iul. maiest.* item quia contradicit iuri gentium, quo libera sunt commercia. Item quia est pœnale, ideo non extendendum, & ad hoc est gl. *in clem. 2. de ætat. & qualit. in ver. in eiusdem.* & sunt duo iura expressa *in l. pen. & l. fin. C. de interd. matrim.* & ratio diuersitatis est, quia ius canonicum considerat materiam peccati, † quod in dubio dicen- 21
dum est fuisse patratum, quia in dubio propter fauorem animæ debet dari absolutio, ad omnem meliorem finem, *c. fin. dist. 5.* sed ius ciuile considerat scandalum quod oritur ex illa locutione laicorum cum monialibus, quod non oritur per literas adinuicem trãsmissas. Quod secus esset si lex, vel pragmatica prohiberet commercium, quo casu comprehenditur tam locutio per verba, quàm per epistolam, & de hac re scribo latius *in lecturis. ff. de verbor. obligat.*

CAP. XXVII.

Iniuria facta clerico an sit mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Iniuria potest fieri clerico citra manus violentas.*
2 *Clericus quando dicitur pulsari.*
3 *Iniuriam inferens clerico quando non est excommunicatus.*
4 *Pœnam latæ sententiæ nullus patitur per solam attentationem.*
5 *Clericus non accusat laicum coram iudice seculari.*
6 *Iniuria qualibet facta clerico est mixti fori.*
7 *Iniuria facta clerico afficit Christum.*
8 *Iniuria afficientes clericos sunt excommunicandi.*
9 *Iniuria vt sit atrox quid requiritur.*
10 *Pœna mortis imponitur pro iniuria atrocissima facta clerico.*
11 *Iniuria qualibet facta clerico dicitur atrox.*
12 *Iniuria facta clerico seculari, cui debet fieri satisfactio.*
13 *Iniuria facta monacho, cui debet fieri satisfactio.*
14 *Iniuria facta clerico extra ecclesiam an sit punibilis de iure ciuili.*
15 *Iudex secularis potest procedere per inquisitionem super qualibet iniuria facta clerico.*
16 *Iudex ecclesiasticus non habet punitionem laici, inferentis iniuriam clerico.*
17 *Episcopus denuntiat iniuriam inferenti, vt satisfaciat.*

Qvia potest fieri iniuria † clerico citra manus vio- 1
lentas, quod formaliter requiritur ad incurrendam excommunicationem, de qua *in c. si quis suadente. 17. q. 4.* propter sacrilegium commissum, de quo dixi supra *c. 16.* puta si quis occideret equũ, cui insidet clericus, vel laniauerit vestes suas, id est, quibus clericus indutus est, qui secundum aliquos non est excommunicatus, sed solum dicitur fieri iniuria, nisi pulsetur, vel verberetur, *l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniur.* & † dicitur 2
pulsari, si per frenum equi, vel per vestes teneatur, sed non dicitur pulsari, si equus occidatur, vel vestes lacerentur, vt per Ioan. de Lignano *in tract. de censura ecclesiast. §. 5. n. 16.* item si quis compelleret † clericum, vt 3
exeat de fundo, certè non est excommunicatus, quia in ipsum non fit iniectio manuum, nec in res secum adhęrẽtes, quod requirit *d. c. si quis suadente.* Ita dicit Inn. *in c. nuper, de sent. exc.* item si quis vibrauerit ensem, vt clericum percuteret, quem tamen non percussit, quia non mente potuit, nec erit excommunicatus, quia attentis verbis, & mente canonis duo requiruntur ad illationem pœnæ, scilicet dolosa voluntas, cum dicat, diabolo instigante, & factum consummatum

nec sufficit attentatio, vt notat Archidiac. *in d.c.si quis suadente.* & Io. Andr. *in c.in pœnis.de reg.iur.lib.6.* dicit,
4 quod † in pœnam latæ sententiæ nullus incidit per solam attentationem, nisi peruenerit ad actus consummationem, per *c.perpetu.de elect.lib.6.* vbi hoc notat gl. *in c.ad audientiam. de sent.excom.* Felyn. *in tractat. quando conat.puniatur.n.10.*

Ex his videtur, quod si verbis fieret iniuria, excommunicationem, *d.c.si quis suadente,* non incurreret. Ideo videtur super similibus iniuriis non esse procedendum: siquidem per ecclesiasticum non debet, eo quia inferens has iniurias excommunicationem non pati-
5 tur. Item clericus † laicum iniuriantem coram iudice seculari accusare non potest, ne incurrat irregularitatem, *c.sententiam sanguinis, ne cler.vel monachi.* D.Ant. *in tract. de irregularit.1.c.2.col.2.* & quia leuis iniuria facta clerico non est punienda, vt probat Io. de Arnono de sancto Angelo, Fasanella *in soliloquio 63.* & Marsil. *cons.103.n.20.*

6 Ego verò quamlibet iniuriam † clerico factam dico mixti fori, siquidem constitutio aliquando punit manum violentam, vt *d.c.si quis suadente.* & quasi *per totum tit.de sent.excomm.* aliquando punit manum temerariam, vt *c.cùm contingit.de sent.excom.* vt cũ quis detinet clericum carceratum, aliquando punit vocem, *c.perpendimus, de sent.excom.* aliquando punit animum, vt cùm quis ratam habet percussionem clerici factam nomine suo, *c.cùm quis ratam.eod.tit.* aliquando punit negligentiam in opem præstando, vt *c.quantæ.eod.tit.* & scribit Host. *in d.cap.perpendimus.* item quia corpus mysticum ecclesiæ est informatum spiritu Christi, & repræsentatur in ministris ecclesiæ, per quos præstatur
7 cibus sacramentalis; ergo iniuria † afficientes clericum, dicuntur afficere Christum, dicente propheta: *qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* & habetur *in c.accusatio 2.q.7.* & *c.qui vis 8.q.1.* qui ergo violat ministrum ministrantem cibum spiritualem, dignus est priuetur illo cibo sacramentali, vt puniatur in quo deliquit, & sic, vt excommunicetur. Item quia speciali-
8 ter est prouisum; vt seculares iniuria † afficientes clericos excommunicentur per iudicem ecclesiasticum, *c.olim.de iniuriis.* & *c.1.eo.tit.li.6.* ergo quæuis iniuria à secularibus in clericos illata, quæ sub sacrilegio non comprehenditur, de iure canonico ab ecclesiastico animaduertenda est, quo casu distinguendum non est an iniuria fuerit atrox, vel leuis, cùm quælibet vel leuis respectu aliorum dicatur atrox si in clericum facta
9 est, *l.prætor † ait.§.atrocem.ff.de iniur.* nec obstat *l.atrocẽ.C de iniur.* vbi, vt dicatur atrox, requiritur, quod sit in habitu sacerdotali: quia illa dicitur atrocissima,
10 ex quo venit imponenda pœna † mortis naturalis de iure ciuili, vt dicit Aret. *in §.atrox. Instit. de iniur.* & probat Afflict. *in Constit.regni.incip.priusquam, n.4.in fine.* & Men. *cas.263.* ponit quod statur in hoc arbitrio iudicis, & quod imponenda sit pœna mortis de iure ciuili, vide *auth.sed nouo iure.C.de epis.* & *cler.* & *ibi* Iacob. Bet. & Bald. vbi quod debent quatuor interuenire, videlicet, quod sit presbyter, vel clericus; itẽ quod tempore, quo celebrantur diuina fiat offensio; item quod fiat in ecclesia; item quod fuerit diuinũ officium turbatum, si verò non fuerit diuinum officium turbatum, dicit ibi Bald. quod est pœna exilij: ergo quælibet,
11 vt leuis iniuria † clerico facta, quæ atrox dicitur, *d.l. prætor ait.§.atrocem.* de iure canonico punienda est excommunicatione, à qua non debet absolui, nisi peracta pœnitentia, & facta satisfactione, vnde Paris. *in c. in præsentia.nu.127.de probation.* dicit, quod si est facta
12 clerico † seculari, debet ei fieri satisfactio, vel si est mortuus eius hæredi: sin autem non habet hæredem, debet fieri prælato ecclesiæ, & in monacho videtur facere differentiam, nam si est illata intuitu † personæ 13
monachi, competit ipsi monacho, & eius hæredi, si verò intuitu monasterij, debet fieri monasterio, pro vt latissimè tractat ibi hunc articulum, & Fel. ibid. & Dec. idem Fel. *in c.cum dilecta.col.24.* & *seq.de rescript.* vbi ponit etiam quis possit remittere iniuriam factam monacho.

De iure autem ciuili, videtur super iniuria facta clerico † extra ecclesiam non esse procedendum, quia cle- 14
ricus accusationem proponere non potest, ne irregularitatem incurrat, vt dixi. Contrarium est verius, vt per Bal. *in l.si quis in hoc genus.C.de epis.* & *cleri.* Steph. Aufr. *de potest.secular.in ecclesiast.nu.30.in 26.fallent.* & ita est decisum, vt per Guid. Pap. *dec.562.* vbi probat hoc crimen esse mixti fori. Et cum dicitur clericum non posse accusare, respondet Bald. ibi, iudicem secularem † posse procedere per inquisitionem; nam cum 15
sit crimen publicum potest superuenire quilibet accusator, qui admittendus est.

In hoc crimine iudex ecclesiasticus † non habet pu- 16
nitionem personæ laici, & omni tempore potest excommunicationem proferre, quæ non impedit cursum iudicij secularis; ergo licet sit mixtæ animaduersionis, tamen non video quomodo inter hos iudices possit hoc casu habere locum præuentio, vt dicebat Guido Pap. *in d.dec.562.* nisi Episcopus † denuntiaret 17
iniurianti, vt satisfaceret, & in contumaciam vellet excommunicare, quo casu iudicium denuntiationis suspendi debet, quousque prius cœptum coram iudice laico terminetur, & an in iudicio denunciationis habeat capturam personæ, vt satisfaciat, dicam infra.

CAP. XXVIII.

Falsitatem in literis apostolicis esse mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Falsitas in literis apostolicis est mixti fori.*
2 *Pœna clerici falsantis literas apostolicas quæ sit.*
3 *Falsitas commissa circa non substantialia actus non est punibilis.*
4 *Falsitas in literis apostolicis, etiam in vno puncto, est punibilis.* & *nu.18.*
5 *Laicus delinquens in ecclesiam fit de illius foro.*
6 *Iudex ecclesiasticus detinet laicum sibi præsentantem falsas literas.*
7 *Iudex ecclesiasticus posset capi facere laicum falsantem literas, si falsitas de iure ciuili esset præscripta.*
8 *Delicta non cognoscuntur post 20.annos.*
9 *Falsitas de iure canonico nunquam præscribitur.*
10 *Absolutionis literæ quando non prosint excommunicato existenti per longius tempus.*
11 *Pœna falsantis literas apostolicas de iure ciuili quæ sit.*
12 *Falso rescripto principis vtens an debeat pati mortem naturalem.*
13 l.maiorem.C.de falsis. *quomodo intelligatur.*
14 c.ad falsariorum.de crimine falsi. *an comprehendat omnes literas.*
15 *Iudice ecclesiastico condemnante falsarium, falsitate præscripta, an procedat brachij imploratio.*
16 *Falsitas commissa in literis legati apostolici quam pœnam meretur.*
17 *Falsitas non dicitur commissa in literis apostolicis absque bullatione.*

19 Cle-

19 *Clericus incipiens scribere falsas literas debet puniri extraordinariè.*
20 *Clerici grauius puniuntur in delictis, quàm laici.*
21 *Falsitas incepta per personam publicam, sed non perfecta, quomodo puniatur.*
22 *Clericus degradatus potest corporaliter puniri à iudice seculari.*
23 *Clericus degradatus punitus per secularem, non appellat ad ecclesiasticum.*
24 *Falsis literis apostolicis vtens mitius est puniendus.*
25 *Falsis literis qui vtitur amittit causam, siue clericus, siue sit laicus.*

1 FAlsitas † in literis apostolicis est mixti fori, *c. ad falsariorum. de crimin. falsi. c. in memoriã. dist.* 19. Canonistę *in c. cũ sit generale. de foro comp.* Butr. *n.* 18. Ab. *n.*
2 24. Anc. *n.* 11. Soc. *n.* 24. Fel. & cæteri. si igitur † cõmissa est à clerico, deponitur ab ecclesiastico, & traditur seculari iudici puniendus. Vnde licet si falsitas commit-
3 tatur circa ea, quæ † non sunt de substantia actus, non est punibilis, quia nulla est, & ex ea non potest inferri damnum, pro vt est comm. opin. de qua per Clar. *in §. falsum. vers. item excus.* & fundatur *in l. damus. vbi Bar. & Doct. C. de fals.* Soc. *in cons.* 103. *& seq. vol.* 1. Alex. *cons.* 145. *vol.* 6. delictum enim effectu carens non punitur, *l. qui falsam. ff. de fals.* Ang. de malefi. *in ver. falsario. cũ aliis congestis ad hoc in Syntagm. com. opin. tom.* 3. *loco* 8.
4 *c.* 3. *col.* 1. tamen † fallit in literis apostolicis, in quibus nec in magno, nec in modico audeat quis manum apponere, aut literam, aut punctum vnum iniungendo, exceptis officialibus, quibus est hoc commissum, alioquin manum apponens, ex canone latę sententiæ ipso facto excommunicationis pœnam incurrit, à qua non potest per aliquem citra sedem apostolicam relaxari, Host. *in summa, tit. de crim. falsi §. quæritur. vers. sed hodie præceptum est.* quem refert, & sequitur Archid. *in d. c. in memoriam.* idem tenet Fel. *in c.* 2. *nu.* 16. *de rescript.* Soc. *in c. fi. col.* 3. *de crim. fals.* Foll. *in tractat. de contract. censuariis. §. Alphonsus. num.* 41. *& seq.*

Quam excommunicationem incurrit etiam laicus,
5 *d. c. ad* † *falsariorum.* & quia deliquit in ecclesiam, factus est de illius foro & poterit ab eo puniri, *auth. itẽ nulla communitas. C. de epis. & cler. auth. causa quæ fit cum monacho. in fi. C. eo. tit.* & notant omnes *in d. c. cum sit generale. & c. ex tenore. de foro comp.* sed Oldra. *in cons.* 86. *quæritur. vers. Incontrarium.* hoc intelligit verum si ecclesiasticus inuocet ad hoc auxilium brachij secularis, quem sequitur Anc. *in d. c. cum sit generale. n.* 11. *vers. in contrarium.* sed dicam in seq. c. Quæ opinio non habet
6 difficultatem, quando laicus † apostolicas literas falsas præsentaret coram iudice ecclesiastico, quamuis non aliter constaret ipsum falsas effecisse, poterit tamen ipse laicus capi, & detineri, cum sit contra eum iuris præsumptio, *c. super eo. de crimine falsi.* & puniri poterit, nisi doceat de suo auctore, & purget suam innocentiam, *l. iubemus. C. de probat.* Alex. *cons.* 205. *vol.* 6. idem est si scripturam rasam produxerit in loco suspecto, Dec. *in cons.* 175. vbi quod contra eum est suspicio falsi, & potest puniri.
7 Item posset laicus † per iudicem ecclesiasticum capi, & puniri, si falsitas de iure ciuili præscripta esset. Nam cum accusatio falsi, sicut cæterorum criminum regulariter duret spacio viginti annorum, & hoc tempore
8 elapso de delicto † cognosci non potest, *l. querelam. C. de fals.* vbi gl. & omnes Doct. hanc firmant, Ang. *de malefi. in ver. falsario. in qu. vsque ad quantum tempus.* Gand. *de malefi. in ti. qui accus. possunt. n.* 28. & hanc opinionem esse magis com. probat Boer. *dec.* 26. *n.* 5. *&*
9 *seq.* Viuius *li.* 1. *opin.* 19. tamen de iure canonico † nunquam præscribitur. Rom. *sing.* 185. *tu scis quod crimen.* & sequit. Ab. & Fel. *in c. licet causam. d. prob.* vbi Dec. *n.* 23. & Bero. *n.* 28. Balb. *in tract. de præs. part.* 4. *prin. in* 1. *limit.* 2. *q.* & ita est casus, vt per Capell. Tolos. *dec.* 189. imo post annum permanens in excõmunicatione habetur suspectus de hæresi, tanto magis per longius tẽpus, quo casu posset iudex ecclesiastic. huiusmodi suspectos capere, & animaduertere, per ea quæ dixi supra *c.* 9. nec sufficeret inquisito docere de absolutione
† per literas absoluentis, ex his quæ dixit Rota *in dec.* 10
11. *de sent. excõ. in antiq. per c. sicut nobis. de sent. excõ. & ibi* Ab. & Fel. & Franc. Marc. *dec.* 680. *part.* 2. quia quatenus delictum fuisset occultum & per priuilegium alicuius congregationis, vt solebat fieri, potuisset absolui (quæ priuilegia omnia hodie per sanctissimũ D. N. Clem. VIII. fuere sublata) tamen cum delictum factum est publicum, & venit in iudicium, absolutio illa non prodest, sicut absolutio quæ datur à quolibet in casu mortis, quia pro pœna excommunicationẽ pati debet, vt absolutionẽ à summo Pontifice obtineat, sed illam obtinere non potest, nisi dignè pœnituerit, & cum publicũ sit delictum, publicam pœnam patiatur.

Videmus igitur quæ pœna † pro huiusmodi cri- 11
mine à iudice laico imponi debeat, tam ipsi clerico degradato, & curię seculari tradito, quàm etiam laico: in quo articulo distinguendum est, aut loquimur in falsum committente, aut in falso vtente. Primo modo imponitur pœna deportationis, & publicationis bonorum, *l.* 1. *in fi. ff. de falsis. §. item lex Cornelia. de falsis. Inst. de publ. iud.* Ias. *in l. si duo patroni. §. fi. in fin. ff. de iureiur.* Grammat. *dec.* 27. Capyc. *dec.* 30. & late scribit Syntagma comm. opin. *tom.* 3. *loc.* 8. *c.* 2. quo casu bona clerici confiscanda, essent applicanda fisco seculari, ex his, quæ dixi infra *centur.* 2. *casu* 32.

Alij dicunt pro hoc delicto esse imponendam pœnam mortis naturalis, gl. *in d. c. falsariorum. in ver. legitimis. & ibi* Ab. *n.* 9. Anc. *n.* 2. Affli. *in dec.* 404. *n.* 21.

Quam opinionem aliqui vellent confirmare ex his, quæ dicit Sal. *in l. maiorem ante. n.* 2. *C. de fals.* nã qui vtitur falso † rescripto principis, debet pati maiorẽ pœ- 12
nam, sed duæ pœnæ reperiuntur impositę, sc. deportationis, & mortis, *d. l.* 1. *§. fi. ff. de falsis.* ergo dicẽdo maiorem debet intelligi de morte naturali, & hanc tenet gl. *in l. vbi falsi. C. de falsis.* sed ista confirmatio destruitur per tex. *in c. ad audientiam. de crimin. fals.* vbi qui falsificauit literas Regis Francorum nec punitur pœna mortis, nec membri abscissionis, & *d. l. maiorem.* † 13
debet intelligi quo ad inquisitionem, non autem quo ad punitionem, secundum intellectum Angel. ib. quẽ sequuntur Gramm. *in d. dec.* 27. *nu.* 10. & Afflict. *in dec.* 21. *nu.* 3. & ideo gl. *in d. c. ad falsariorum*, dicit quod speciale est in literis Papæ, vt committens in eis falsitatẽ puniatur pœna mortis naturalis, & sequitur Afflict. *in d. dec.* 21. *n.* 6 *vers. sed ista decisio.*

Sed posset distingui dupliciter: vel secundũ Gomes. *in tractatu de Breuibus n.* 7. 8. *&* 9. qui distinguit de literis gratiæ, & iustitię, & probat sub dicta constitutione † non omnes literas comprehendi, quo casu pœna
quę datur pro falsitate cõmissa in literis aliorũ prin- 14
cipũ, deberet imponi falsas reddentibus literas Papæ, quæ nõ cõprehenduntur, vt ibi vide: vel posset distingui, quia aut falsitas in literis Papę non est ab omni parte absoluta, aut est absoluta: Primo modo tripliciter cõtingere potest. Primo quãdo falsitas in literis apostolicis est præscripta, quo casu de iure ciuili nõ esset vlterius de delicto quærẽdum, sed quia de iure canonico proceditur, vt dixi, si iudex ecclesiasticus † laicũ cõ- 15
demnasset, eiusq; brachium seculare implorauerit, de

iure

iure ciuili tantùm puniet ex his quæ dico supra *in prima parte c.fi.*& ita deportatione,& bonorum publicatione: sed quia deportationis pœna hodie recessit ab aula,& non est in vsu, ideo imponetur pœna arbitraria,vt dicit Angel.*de malefi.in ver.& falsario.col.pen.*i-
16 tem si in literis † legati apostolici falsitas commissa est, tunc non aliter pœna mortis naturalis est imponenda,sed mitior,vt est notabilis decisio Ab.*in c.olim ex literis.nu.2. in fin.de rescript.* & ibi addentes *in ver. literas legati.* probant hoc dictum per aliqua similia. Tertio potest esse non ab omni parte absoluta,quãdo delictum non est consummatum. Et tunc iterum distinguendum est:aut loquimur in persona priuata,aut publica:si priuata,aut laicus,aut clericus est: laicus in-
17 cipiens falso scribere literas † apostolicas nullam incurrit pœnam:nam cum huiusmodi literæ perfectionem habeant ab ipsa bullatione annuli piscatorij, sine qua literæ apostolicæ non dicuntur; ergo nec falsitas dicitur commissa in literis apostolicis, & ad hoc est tex.*in §.item lex Cornelia de falsis Inst. de publ. iud. in ver.scripserit, & signauerit.* vbi signationis perfectio requiritur, & ad falsitatis essentiam requiritur vt ad perfectionem ducatur,*l.qui falsam. in prin. & l.si quis legatum.in prin.ff.de falsis.*sed cũ priuatus incipit scribere has literas nihil dicitur fecisse, quia perfectius superest agendum,*l.pen.in fi.ff.ad Syllanian.§.ex eo.Inst.quib.mod. testam. infirm.* & principium illius scripturæ,cum in vsu esse non possit,non dicitur scriptura,*l.ædificia.§.perfecisse.ff.de verb.sign. l. Quintus.§.cui. ff.de aur.& arg.leg.l.ex his.in fi.ff.quand.dies l.ced.l.stipulatio.§.opus.ff. de noui oper. nuntiat.* nec censetur actum id quod non est per propriam formam in consummationem adductum,*l.si is qui.§.sed si opus.ff.ad l. Falcid.*nec obstant, quæ diximus supra *in vers. tamen.*
18 vbi quod ne punctum † quidem, vel literam licet apponere in literis apostolicis, quia procedit quando literæ sunt apostolicæ,sunt autem huiusmodi per bullationem,vt dixi,sed priuatus incipiens sibi scribere,nihil dicitur addere literis apostolicis,& sic nullam pœ-
19 nam incurrere debet. Clericus vero † id faciens,licet ordinariam pœnam neque pati debeat, tamen non liberarem ab extraordinaria arbitrio iudicis, siquidem negari non potest, quin principium huius falsæ scripturæ sit mali exempli, quod cum publicum factũ sit, ex eo generatur scandalum laicis,qua ratione grauius
20 puniuntur clerici † quàm laici in omnibus, *c.sicut dignum de homicid.c.præcipuè* 11.*q.3.* & scribit D. Thom. *in 2.2.q.186.art.vlt.* & faciunt scripta per Archidiaco. *in c.1.in fi.de vita & honest.cleri.lib.6.* & ad hoc est exemplum Danielis *c.3.*vbi sacerdotes, qui deposuerunt falsum testimonium non iurati,& sic inualidum,lapidati fuerunt,Daniele sic iudicante. Sed hic casus non esset mixtæ iurisdictionis,quia neque depositio, neq; traditio imponitur,sed leuiter ad exemplum esset pu-
21 niẽdus:& pro hoc facit,quia si esset† persona publica, puta notarius,& conficeret falsum instrumentum, licet non perficeret,neq; sigillauerit,vel altera persona publica deputata ad scribendum literas apostolicas,& falso inciperet aliquas,licet non perfecerit,tamen ordinaria pœna falsi est plectendus,ex congestis ad hoc per Luc.de Pen.*in l.1.col.4.vers. solutio dico notarium, & col.5.C.vt nemo ad suum patrocinium,lib.*11.

Aut ipsa falsitas est ab omni parte absoluta, & tunc vera est opinio glossæ, Abb.& aliorum,quod speciale est in literis apostolicis,vt falsitas in eis commissa puniatur pœna mortis,quia de iure canonico imponitur degradationis pœna,vt per Inno.*in c.qualiter & quando.de accus.*& per Ab. *in c. at si clerici.de iud.* quo casu clericus degradatus an possit coram iudice laico dicere se iniustè degradatum, scripsi infra *centuria 2. casu* 47.& quod possit à seculari† corporaliter puniri,scri- 22
psi *in eadem centur.casu* 57.& quod ab hac sentẽtia pœnæ per iudicem laicum impositæ non amplius possit† 23
clericus ad ecclesiasticum iudicem appellare, sed debeat ad superiorem iudicem ipsius laici,si superiorem habet,scribit Diaz.*in summa pract.crimin.canon.c.*134. *& seq.& ibi latißimè addentes.* Clarus *in pract.crim.§. fi.q.36.ver.scias autem.& seq.*Couar.*pract.q.c.*31.

Siquis autem falsis literis† apostolicis vtetur,mitius 24
erit puniendus,*d.c.ad falsariorum.in §.fin.* & ratio est, quia qui conficit,delictum suum perfecit, sed ei, qui vtitur,parcitur, si ab vsu abstinet, quia delictum non est consummatum,Ancar.*ib.n.*9. Marsil. *in consi.*24.*n.* 20.*& 29.& consi.*30.*n.*17.*& consi.*39.*n.*52. *& cons.*43.*n.* 48.quo casu, quo ad clericos non erit mixti fori. Licet clericis† & laicis commune sit, vt causam amittãt, 25
si in iudiciis vtentur,Guido Pap.*singul.*616.Alex.*in l. diuus.nu.6.ff.de re iud.*Couar.*in c.quamuis.num.6.vers. item punitur.de pact.lib.6.*Boer.*decis.*291.*nu.*2. & licet aliqui dicant hoc locum habere,quando causa sit contra fiscum,tamen magis communis opinio est,etiamsi causa sit contra priuatum,vt per Ruyn. *in consi.*15.*nu.* 3.*vol.*5.Clar.*in §.falsum.vers.item propter.*

CAPUT XXIX.

Episcopum in suæ iurisdictionis casibus habere capturam personæ contra laicos.

SUMMARIA.

1 *Episcopus in quibus casibus habeat capturam & punitionem personarum laicarum.*
2 *Ecclesiam habere vtrumque gladium.*
3 *Clerici non puniuntur pœnis legalibus.*
4 *Episcopus habet auctoritatem fustigandi,& torquendi per proprios ecclesiæ ministros.*
5 *Episcopum habere capturam personæ laicæ, qui teneant & qui dicunt contrarium,n.*13.
6 *Episcopi cur non teneant familiam armatam.*
7 *Episcopus in sua diœcesi habet imperium.*
8 *Episcopus habet territorium per totam diœcesin.*
9 *Imperium habens,potest habere familiam armatam.*
10 *Episcopus potest habere carceres.*
11 *Intrusio in carcerem de iure canonico quæ pœna sit.*
12 *Episcopus potest in pecunia punire laicos, & sibi applicare.*
14 l.episcopale.C.de episcop.audient.*declaratio.*
15 *Episcopi habentes merum imperium habent cognitionem contra portantes arma,sicut princeps.*
16 *Brachij secularis imploratio an impediat posse haberi familiam armatam.*
17 *Iudex delegatus non habet proprios executores.*
18 *Episcopus quando imploret brachium seculare.*
19 *Iudici laico impedienti ecclesiasticum quid fit.*
20 *Iurisdictio qualis acquiratur consuetudine.*

Episcopus† in quibus casibus habet iurisdictionem 1
in laicos, potest exequi suam sententiam contra ipsos,etiam per capturam,& punitionem personalem, quod probatur ex dispositione *sacr.concil.Trident.sess.* 25.*cap.3.de reformatione, in vers.per suos proprios, vel alienos executores.* quam sententiam tot sapientissimorum hominum,qui in sacram Oecumenicam,&generalem

ralem synodũ conuenere, & diuini spiritus afflati instinctu, non humano iudicio sunt moti, decreto confirmatam, nemo est, qui cõmuniorem opinionem nõ fatebitur. Item probatur ex iis, quæ sacræ Theologiæ professores *in 4. lib. sentent. dist.* 37. dicunt penes ecclesiam
2 † esse vtrumque gladium, quod sanè negantes in hæresin incurrunt, vt habetur *in extrauag. Vnam sanctam.* & nos supra *in prima parte, c.* 8. in eius relectione diffusè hanc conclusionem probauimus.

Item probatur per textus punctuales, qui nullam bonam responsionem pati possunt, *c. contra dolorũ. & ibi gl.* 26. q. 5. & *c. attendendum.* 16. q. 4. & *c.* 2. *de adult.* in quibus casibus episcopus potest laicos capere, & corporaliter coërcere; ergo nemo dubitat, quin tenere possit ministros armatos. Nec potest dici quod est speciale in casibus dictorum iurium, quia non potest reddi specialitatis ratio. Nec valet, quod *d. c. attendendum.* nõ exprimit laicos, vt disputamus, quia loquitur de sacrilegis indefinitè, & nos supra *c.* 16. probauimus, quemlibet sacrilegũ esse mixti fori, & posse animaduerti ab ecclesiastico, & *in d. c.* 2. *de adulter.* oportuit illum esse laicum, qui puniendus erat pœnis legalibus,
3 quibus † clerici non puniuntur, Innoc. *in c. ad reprimẽdum. de offic. ord.* tanto magis, quia tex. loquitur de matrimonio contrahendo, quod non fit per clericos. Itẽ
4 Episcopus habet † auctoritatem fustigandi, & torquendi per proprios ecclesiæ ministros, *c. nemini. dist.* 49. *c. in archiepiscopatu. c. cum voluntate. de sent. exc. cap. his, c. protestatur. c. illo qui* 5. q. 5. vbi Turrecrem. *post alios n.* 3. & probat Diaz *in sua pract. crim. cau. in ver. Verberari. c.* 125. *pœna verberum. ver. per ministrum ecclesiæ, & n.* 6. *vers. sed aduerte quod iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem fustigandi, & verberandi, & sententiam super his potest mandare executioni.*

5 Et quod Episcopus † habeat capturam personæ contra laicos, etiam per proprios ministros, tenent Bald. *in l. nam salutem. §. ait. ff. de offic. præfecti vig.* dicens se putare episcopos posse habere familiam armatam. Idẽ tenet Bald. *in l.* 1. *C. de seruit. & aqua. num.* 68. & 69. vbi quærit, an Episcopi possint mouere arma, & dicit quod non, subdit, armari tamen posse, quoties sine armis, seu vt ipse loquitur, ratio tuta esse non possit; ergo secundum ipsum pro tuenda iurisdictione, & exequenda iustitia, rectè poterit armari, & armatam familiam habere, quam opinionem sequuntur Brixiens. *in suo repertorio. in v r. Arma. ver. officiales communis.* Marian. Soc. *in c. cùm sit generale. in fin. vers. vtrum autem ecclesia in criminib. ecclesiasticis possit capere laicos, & punire. de foro compet.* Dec. *in c. significasti. n.* 19. & *n.* 21. *de offi. deleg.* Geminian. *in c. cùm episcopus. de offi. ordinar. li.* 6. *quæst.* 5. *vers. sed quæro an episcopus possit laicum.* Stephan. Aufrer. *in clement.* 1. *in* 5 *quæst. de offic. ordinar. & in tractat. de potestat. ecclesiastic. super laicis. cas.* 24. *vers. Episcopus potest habere familiares, aut seruientes armatos.* & ita est casus decisus in Capella Tholosan. *decis.* 379. & ibi Stephan. Aufrer. in additionibus sequitur eandem opinionem, Ioan. Vanquel. Coloniensis *in d. c. cùm episcopus. vers. vltima conclusio. de offic. ordinar. lib.* 6. Gundissaluus *in tractat. de hæretic. qu.* 11. *numer.* 17. *in fine.* qui dicit hanc opinionem Baldi esse communiter vsu receptam. Lælius Iordan. *in tractatu de Romanæ sedis origine, cap.* 8. *per totum.* Barbatia *in c. cùm non ab homine. de iudic. num.* 34. & 40. qui miratur Panormitanum, tenentem contrarium, non vidisse Baldum, &
6 dicit quosdam Episcopos † non tenere familiam armatam pro executione gladij ecclesiastici, quia oportet eis dare stipendia, & tempore nostro contingit Episcopos esse tenaces, & habere manus aduncas, & reuera Episcopos tenentes familiam armatam maiori esse in honore, & reuerentia. Soto *in tractatu de iustitia, & iure art.* 8. *quæst.* 1. *num.* 5. *vers. ad tertium.* dicit licere episcopis pro sui episcopatus iurisdictione, & iure non solum armis ecclesiasticis, sed ense, & aliis armis materialibus vti, Innoc. *in cap. venerabilem. de sentent. excomm.* Angel. *in l. vnic. num.* 3. *C. nequis in sua causa. vers. plus dicto, &c. & vers. & etiam armis corporalibus.* Oldradus *in consil.* 89. dicit magistratus, & officiarios Regios libenter velle sequi opinionem Abbatis Panormitani, sed opinionem Baldi obseruari, Næuizan. *consil.* 83. *materiam saluæ guardiæ. num.* 7. *vers. quod contrarium.* Marsil. *in pract. criminal. §. pro complemento. num.* 5. *vers. item vsus.* Diaz *in pract. criminal. canonic. cap.* 114. Antonius Massa *ad formulam Cameralis obligationis, §. Reliqua de processu. num.* 48. & *seq.* Gregor. Lopez *in gl.* 7. *in fi. l.* 59. *partita* 1. Nauarr. *in consi.* 1. *de foro compet.* Belluga *in speculo prin. Rubr.* 12. *§. quædam. num.* 101. & *plur. seq.*

Et mouentur omnes præcitati, quia Episcopus † in 7
sua diœcesi habet imperium; ergo potest habere proprios ministros, & executores, & armatam familiam, antecedens probant Bald. *in authent. causa quæ fit cum monacho num.* 6. *Cod. de episcop. & cleric.* Dec. *in d. c. significasti. nu.* 19. *vers. sed contrarium.* Hostiens. *in c. cum contingat. in prin. de foro compet. vers. † Episcopus autem* 8
habet forum, siue territorium per totam diœcesin, & ideo omnes delinquentes intra ipsam potest punire. Innoc. & alij *in c. venerabili. de censib.* Geminian. *in d. c. cum episcopus. de offi. ordinar.* Ioan. de Anan. *in c.* 2. *de adulter. & in c. qualiter, & quando. in* 2. *§. ad corrigendos. col.* 8. *de accusation.* Brixiens. *in suo repertor. in ver. Episcopus in tota diœcesi. vers. habet etiam merum imperium.* Bertachin. *in tractat. de episcop. in* 3. *parte. quarti libri. nu.* 3. & quod valeat consequentia, habet imperium; † ergo 9
potest habere familiam armatam, probat text. *in l. illicitas. §. qui vniuersas. & ibi Alberic. dicit ff. de offi. præsid.* vnde quia carcer significat merum imperium, vt dicit Bald. *in d. authent. causa quæ fit cum monacho, nu.* 6. ideo potest † habere carceres, vt dicit tex. *in d. c. cum* 10
episcopus. de offi. ordin. libr. 6. & *in c. nouimus. de verb. significat. & in clement.* 1. *de hæretic. in vers. capi seu arrestari.* qui tex. secundum Dec. *in d. c significasti. num.* 8. *de offi. delegat. vers. non obstat clement.* non loquitur solum de casu speciali. Lælius Iordan. *in d. cap.* 8. *nu.* 29. Bellug. *in d. §. quædam. num.* 103. & 104. qui de hoc dicit esse casum *in d. authent. causa quæ fit cum monacho,* quia nuntij aberrantes sunt laici. Item quia intrusio † 11
in carcerem de iure canonico est terminus pœnæ alicuius delicti, vt notat Innocen. *in d. c. qualiter & quando in* 2. *de accusation.* Diaz *cap.* 129. Franc. *in d. c. cum episcopus.* & facit pro confirmatione huius opinionis, quia episcopus † potest temporaliter punire laicos, 12
Nauarr. *in d. consi.* 1. *de foro compet.* etiam in pecunia, & sibi applicare pœnam, *c. statuimus.* 16. *quæst.* 1. *c. quisquis* 17. *quæst.* 4. Roman. *singul.* 532. *fui interrogatus.* & ibi addentes alios cumulant, Abb. *in c. licet. & c. ad aures. de pœnis.* latius Felyn. *in c. irreparabili, num.* 5. *per duas columnas. de offi. ordin.* & latissimè dixi supra *parte* 2. *centur.* 2. *casu* 32.

Et licet contrariam † partem teneant Abb. *in d. c. significasti. n.* 10. *de offi. deleg.* vbi quod si Episc. nõ habet 13
temporalem iurisdictionem, non potest tenere familiam armatam pro executione suę sententię, & Fel. *ib. nu.* 4. Capra *prope finem.* Berous *num.* 32. Afflict. *in constitutione regni incipien. Intentionis. num.* 7. *vers. decimo ter-*

*tertio.*Palatius Rub.*in c.per vestras.de donat. inter vir. fol.*80.*& seq.*Decian.*in tract.crimin.parte* 2.*li.*8.*c.*3.*nu.* 46.Immo.*in d.c.cùm episcopus.de offi.ordin.li.*6. Ancar. *In regula,ea quæ.in* 11.*qu.li.*6.

Pro qua opinione allegatur Guid. Pap. *singul.* 770.
14 per text. *in l.episcopale.* † *C.de episcop.audient.* sed ibi contrarium probatur, vt per Odofred.Salyc. & alios, dicentes illum text.loqui de episcopo iudicante vt arbitro, & sic per iurisdictionē prorogatam,non autem ordinariam:Imò ipse Guid.Pap.*in dec.*437.*nu.*6.*vers. an cognitio portationis armorum.* tuetur episcopos ha-
15 bentes † merum imperium, habere cognitionem in causa cognitionis armorum, quam etiam habet Rex, & ideo,vt contrarius pro neutra parte est allegandus. Eodem modo Ancar.*in cons.*340.*viso themate.n.*1.sibi contradicit: Vult enim quod Episcopus dicatur officialis communis, & ideo sicut cæteri officiales possit carcerare & punire subditos suæ iurisdictionis, qua ratione etiam vtitur Dec.*in d.c.significasti.n.*21.

Item quantum attinet ad auctoritatem prædictorū in contrarium allegatorum, non obstant, postquam opinio pro ecclesia maiori doctorū numero fulcitur; imo fortiorib.rationib. nā vltra enumeratos pro hac vera nostra opinione,munitur dispositione dicti concilij Tridentini,ad cuius cōpilationem, doctores grauissimi qui interuenerunt, fortè quatuor folia implerent:& eandem sequitur D.Thom.*in* 2.2.*qu.*40.*art.*2. & D.Bonauentur.*in* 4.*lib.sent.dist.*37.

Imò dicta opinio cōtraria non habet rationes, quæ non possint dissolui.Nam quod dicunt Abb. *in d.c.significasti.*& cæteri allegati in contrarium,quod tenen-
16 tur ecclesiastici † inuocare auxilium brachij secularis. Ad hoc respōdent variis modis,Dec.*in d.c.significasti. prope finem,vers.non obstant.* non procedere argumentum, quia vt omnes concludunt inquisitores possunt habere familiam armatam, & tamen aliquando inuocant brachium seculare Item potest inuocari hoc brachium quando ecclesiasticus per se facere non potest, Oldrad.*in cons.*89.sed in rei veritate hæc procedunt in
17 delegato, † qui non potest habere proprios executores neque familiam armatam, & ita dicit esse comm. opin. Palatius Rubeus *in d.c.per vestras. in* 1.*not.nu.*5. *cum aliis per eum adductis.*propterea debet prius inuocare auxilium Episcopi iudicis ordinarij,quam implorare brachium seculare,Cardin.*in clem.*1.*in* 10.*quæst.de offi.deleg.*Roland.*in cons.*37.*n.*6.*vol.*1.Alciat.*in c.perniciosam,num.*17.*de iudic.*sed episcopus iudex ordinarius potest exequi suam sententiam per suos ministros, & mulctare, Host.*in summa tit.de sentent.excomm.§.quis possit.*

18 Et licet Episcopus†etiam imploret brachium seculare,tamen hoc fit,aliquando ad adiuuandum,quando indiget; ergo non semper opus est, & tunc exequitur suam sententiam,aliquando vt puniat degradatum, & seculari curiæ traditum, & tūc quia ecclesia non habet vltra quid faciat,vt dixi,*in* 1.*parte,c.*11.iudex laicus imponet pœnam corporalem,& suam exequetur sententiam,de cuius brachij imploratione latè scribo *in d.*1.*parte,c.fi.*& hoc non impedit,quin Episcopus suā possit exequi sententiam: & hoc voluit dicere Oldrad. *in cons.*86.quem allegaui in præcedenti capite; ad episcopum spectare laicum non solum corrigere,& punire dum tamen secundum canones, & inuocet brachium seculare,idem quando Episcopus habet pœnam condignam,tūc corrigit & punit secundum canones; cùm verò eius iurisdictio finita est,tunc brachium seculare implorabit.

Retenta hac opinione, quæ vera est de rigore iuris, si iudex laicus impediet ecclesiasticum † sua vti iurisdi- 19
ctione,poterit moneri,vt non impediat sub pœna excommunicationis,& statim declarare excommunicatum.Sed quia stylus parlamenti Franciæ hoc non admittit,vt *in rubr.quorum cognitio specialiter pertinet ad Regem,* & ideo hoc casu dicunt aliqui esse obseruandam consuetudinem,Bellug.*in d.§.quadam.num.*104. Clar.*in §.fi.quæst.*37.*vers.vnum adde.*tanto magis,quia ex consuetudine † acquiritur iurisdictio, quæ acquiri 20
potest,Rota *dec.*793.*in prim.parte,in nouissim.*ideo videtur, quod episcopi ad euitandum scandalum, & de Vrbanitate, hanc debeant sequi consuetudinem, pro vt de vrbanitate debere intelligi communem hanc opinionem Doct. testatur Lælius Iordan. *in tract. de origine sedis Apostolicæ.c.*8.*num.*10.sed episcopus debet saltem magistratus Regios aduertere ne incurrant *Bullam,Cœnæ domini.*contra quam nulla potest opponi præscripta consuetudo.

CAPVT XXX.

An restitutio in integrum, concedenda ecclesiæ,sit mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia coram quo iudice restituatur in integrum.*
2 *Ecclesiam restitui in integrum coram iudice ecclesiastico,qui teneant.*
3 *Ecclesia restituitur contra laicum coram iudice ecclesiastico.*
4 *Fori priuilegio an possit renuntiari per clericos aliquando.*
5 *Laicus ratione fructuum prabendæ sibi locatæ debet conueniri coram ecclesiastico,& n.*21.
6 *Opinio ex quibus causis sit amplectenda.*
7 c.cum sit generale. de foro competenti. *quomodo procedat.*
8 *Ecclesia debet sequi forum rei.*
9 c.restitutus. de in integr. restit. *an procedat contra laicum.*
10 *Ius retractus an comprehendat clericum agentem contra clericum.*
11 c.pen.de rebus eccles.non alienand.*declaratur.*
12 *Ecclesia quando possit esse iudex in causa propria.*
13 *Lis inter dominum, & vasallum de feudo coram quo debeat terminari.*
14 *Innoc.*in c.cum sit generale.de foro compet.*non rectè allegatur ab aliis.*
15 *Ecclesia restituitur coram iudice ecclesiastico stante fraude & oppressione.*
16 *Ecclesia restituenda contra laicum regulariter, debet sequi forum rei.*
17 *Patrimonialia clericorum præscribuntur spatio quo præscribuntur patrimonialia laicorum.*
18 *Restitutio in integrum ad pinguius probandum quando concedatur clerico.*
19 *Clerici quando habeant electionem, & variationem fori.*
20 *Patrimonialia clericorum quando habeant priuilegia ecclesiæ.*

Ecclesia † aut restituitur contra ecclesiam,aut contra priuatum,*c.auditis.& ibi Abb.col.*2.*de in integ. restit.*Roman.*consi.*166.*in fine.*primo modo non dubitauimus de iudice,tum ex qualitate personarum in iudicio existentium,tum ex regula generali, quod actor sequa- 1

sequatur forũ rei, *c. si clericus. & c. cùm sit generale. de foro compet. l. actor. C. vbi in rem act.* quin debeat esse ecclesiasticus. Sed contra priuatum secularem est difficultas: hoc autem dupliciter contingere potest, aut si circa principale in integrum restitutio petatur, aut circa incidentia puta omissionem probationis, *vt c. cùm venissent. de in integr. restit.* & Canonistæ, atque moderniores Ciuilistæ non aliter huiusce rei distin-
2 ctione considerata, dicunt Ecclesiam † coram ecclesiastico iudice hanc in integrum restitutionem contra laicum petere posse.

Cuius opinionis primus auctor citatur Innoc. *in d. c. cùm sit generale. in fin.* & not. hoc Abb. *in c. 1. de rest. in integr. n. 18. & in c. constitutus. n. 1. vers. sed speciale est in ecclesia. cod. tit.* per *cap. pen. de reb. eccles. non alien.* & ibi Anton. de Butr. *n. 9.* Roman. *singular. 113.* quid si ecclesia qui citat Innoc. Rodoan. *in tract. de reb. eccles. non alienand. q. 23. §. restitutio coram quo petenda sit.* Franch. *in c. 1. de restit. in integr. lib. 6.* Baptista de sancto Blasio *in rubrica decreti.* vbi tractat de differentiis legum & canonum, *nümer. 231.* & nouissimè Oddus *in tractat. de*
3 *restit. in integr. quæst. 32. art. 15.* & ampliant, † etiam si peteretur ab ecclesiastico contra laicum, Abb. Butr. & Roman. *ibid.* quia clerici gaudent eodem priuilegio in patrimonialibus, quo gaudent in rebus ecclesiæ, *c. fin. de vit. & honest. cler.* & Aufr. *de potestate secular. in ecclesiast.* ab his ecclesiasticis arguit ad ecclesiam.

Et cùm hoc sit speciale in ecclesia, & ecclesiasticis, & sic vt priuilegium in eorum fauorem inductum, possunt huic fauori renuntiare, *l. si quis in conscribendo, C. de episc. & cler. & l. eadem. C. de pact.* & ita poterunt agere coram seculari, & erit mixti fori: tanto magis,
4 quia hæc renuntiatio † fori non est, vt se submittant laicis in re noua, sed vt de regula etiam à iure canonico sancita, actor sequatur forum rei, quæ non est censenda derogata, ex reg. *l. præcipimus. C. de appellat. & l. sancimus. C. de testament.* cùm iurisdictio in dubio cumulatiuè censeatur concessa, non priuatiuè, vt notant Hostiens. Ioan. Andr. & Abb. & cæteri *in c. pastoralis. de offi. ordinar.* Bald. *in l. 1. §. sin autem. C. de caduc. tollend.*

Supradicta opinio confirmari potest ex simili, quia
5 laicus † ratione fructuum præbendæ sibi locatæ conueniri debet coram iudice ecclesiastico, nec potest remissionem petere ad iudicem secularem, Innoc. quem sequitur Abb. *in c. si clericus laicum. in 1. not. & col. 4. de foro compet.* vbi habetur quod clericus potest conuenire laicum pro rebus ecclesiæ coram iudice ecclesiastico, idem pro rebus suis, siue agat actione reali, siue personali.

6 Sed ro diligentius perspecta hæc opinio † non est amplectenda: tria sunt enim, quæ opinionem sequi faciunt: textus, item auctoritas doctorum, quæ ex multiplici numero fulcitur, & casus similes, quorum decisionibus aliquando vtendum est, ex reg. *l. non possunt. ff. de legib.* sed quantum pertinet ad textus, pro hac opinione allegantur *c. cùm sit generale. de foro compet. c. constitutus. de restit. in integr. & c. penult. de reb. eccles. non alienand.* quæ iura si diligenter perpendantur, non fa-
7 ciunt ad quod allegantur. Nam *d. c.* † *cùm sit generale.* loquitur data violentia, rapina, vel fraude, alias cessan-
8 tibus his, ecclesia † non habet fori electionem, sed debet sequi forum rei, ita dicit Ioan. Andr. quem citat Alexand. *in consil. 103. in fin. vol. 5.* & Afflict. *decis. 257. nu.*
9 *2.* Item *in c. constitutus.* † non constat quod illa restitutio petebatur contra laicum, vt ibi dicit Immol. & Ancharan. *in princip. vers. & aduerte.* quo casu dicit Couarr. *lib. 1. variar. resolut. cap. 4. n. 3.* quod cùm imaginemur illam esse petitam contra laicum, vt imaginatio sit iusta, debemus interpretari, quod disponebat in ditione temporali ecclesiæ, & tenendo, quod ibi agebatur contra clericum, prout Ioan. Andr. *ibid.* videtur sequi, illa opinio, quæ habet consuetudinem iuris † 10
retractus comprehendere clericum agentem contra clericum (de qua per Napodan. *in consuetud. Neapolitan. incip. si ecclesia. vers. sed quid de clericis. & in consuetud. incip. vbi domus. in ver. ecclesiæ.* & per Afflict. *in constitutione regni: Sancimus, numer. 8.* & Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 13. nümer. 2.*) potest iure fundari per *d. c. constitutus.* Item *c.* † *pen. de reb. eccles. non alien.* 11
loquitur de feudo ecclesiæ, concesso laico, sed cum cõtrouersia est inter dominum & vasallum de feudo ligio, iudex competens est ipse dominus, Curt. iun. *in tractat. de feud. part. 1. q. 8. col. 2. in 2. effect.* post Iason. *in prælud. feud. num. 112. vers. quartus.* Franc. Sonsbecc. *in tractat. de feud. part. 4. num. 26.* Petr. Gregor. *in tracta. concess. feud. part. 5. q. 8. col. fin.* Capyc. *in inuestit. Rubric. feudo general. col. 48. vers. ligium. conclus. 11.* quia cùm ecclesiæ † sit promissa fidelitas, nulla alterius fidelitate 12
seruata, habeaturque supremus princeps, iure optimo potest esse iudex in causa propria, Bart. *in l. proximè. in princip. num. 1. ff. de his quæ in testam. delent.* quamuis regulariter quando vertitur lis † inter dominum & va- 13
sallum de feudo, pares curiæ sint iudices, non autem dominus, Federic. Scheck. *in tract. de feud. lib. 1. tit. 10. num. 4.* per *c. 1. de controuers. feud. inter par. termin. c. 1. §. pen. de prohib. feud. alien. per Feder.* Oldrad. *cons. 234. in fine.*

Quantum † ad Innocent. *in d. c. cùm sit generale.* ab 14
omnibus citatum pro hac opinione, si rectè legatur, non dicit id, ad quod allegatur: Nam retentis terminis *d. c. cùm sit generale.* scilicet agentem oportere explicare in libello fraudem & oppressionem, dicit, quod aliter non audietur, nisi coram ordinario iudice rei, per *c. si clericus. eod. tit.* deinde subdit hæc verba. (Tamen quidam dicunt, & non malè, quod etiam si dicatur cõtractus aliquis teneré, si petat restitutionem, corã ecclesia agetur, & idem si dicat alicuius canonici non interueniſſe consensum argumento capitulorum prædictorum) quæ verba non sunt intelligenda simpliciter, & sola de per se, sed retentis supradictis terminis, scil. fraude, & oppressione, nam addit argumento capitulorum prædictorum, sed prius allegauerat *c. nulli licet prædia 12. q. 2. & c. de laicis. cod.* quæ loquuntur de rapina, & oppressione ecclesiæ. Item allegauit *c. in canonibus 16. q. 1.* vbi etiam, si negetur rapina, cognoscet ecclesia; ergo illa verba; *tamen quidam dicunt, & non malè, &c.* debent intelligi, vt coram † ecclesiastico agatur, 15
retentis terminis fraudis & oppressionis. Tanto magis, quia idem Innoc. in vltimis verbis dicit. Nec obstat *d. c. si clericus.* quia loquitur, vbi agitur de rei vendicatione, & deposito, & similibus, in quib. nullo speciali iure iuuatur ecclesia, quasi dicat, quod cùm desit illa qualitas, quam dixerat exprimendam esse in libello, scil. oppressionem & fraudem, propter quam ecclesia hoc speciali iure vtitur, quoad cæteras restitutiones, ecclesia sequitur forum rei, & sic, vt manifestè apparet, nullus adhuc rectè Innoc. allegauit; & ita præfati Doctores non videntur confirmare supradictam opinionem ex numero, quia debent intelligi secundum veram Innoc. opinionem, quam nos explicauimus, per doctrinam Bart. *in l. non solum. §. si liberationis. ff. de liberat. leg. cum vulgaribus.*

Ideo verior est contraria opinio, quod ecclesia † re- 16
stituenda contra laicum, debeat sequi forum rei, &

hanc opinionem tenet Bero. *in c.1.nu.162. de restit.in integr.*Immol.*in d.c.constitutus.nu.3.* Couar.qui multa congerit *in d.c.4.à num.2.infra.* ego puto pro hac disputatione esse casum *in d.c.si clericus.* quod aut sumus certi,res,de quibus indiciis tractatur, esse ecclesiæ, & decidit textus coram iudice ecclesiastico tractandas esse,aut per reum negantur,& tunc procedit regula,& sequitur illius forum. Fallit in casu *d.c.cùm sit generale.* & si petatur restitutio retentis terminis *d.c.conuenissent.*iudicium erat cœptum coram laico ; ergo incidens probationum coram eodem fieri debet ex reg.*l.nulli prorsus.C.de iudic.*nec debet ecclesia quæ est iustitiæ cultrix ægrè ferre, continuari iudicium restitutionis coram eodem iudice,ne fiat præiudicium tertio ex his,quæ congerit Surd.*dec.110.in fine.*

Sed hæc opinio nullo modo procedit in patrimonialibus clericorum,vt tenet Spec.*in tit.de restit.in integr.§.qualiter.vers.sed nunquid.* Item gloss.*in c.posses-*
17 *siones.16.q.4.*dicit patrimonialia†clericorum præscribi tempore quo præscribuntur bona laicorum , nec obseruatur tempus à iure statutum ad vsucapiendas res ecclesiæ,latè Balbus *in tractat.de præscription. in 5.*
18 *parte princip.q.5.*item restitutio†in integrum,quæ datur ad pinguius probandum, & in regno Neapolis bis conceditur , & vocatur primum beneficium , vel secundum beneficium,conceditur clerico agenti nomine ecclesiæ , secus si ageret pro suis patrimonialibus, Felyn.*in c.ecclesia S.M.n.8.de consti.*Afflict.*decis.390.*& ibi Vrsill.*nu.1.* item electio † fori , quæ datur miserabilibus personis , de qua *in l.1.C.quando Imper. inter pupill.& vid.*& variatio fori eisdem in regno permissa multoties,etiam lite incepta, per *Constitutionem regni,incip.statuimus.* permittitur clericis agentibus pro bonis ecclesiæ,non autem pro patrimonialibus,Andr. *in d.constit.statuimus.vers.item clericus.*& ibi Affl.*n.16.* & idem Affli.*in constit.incip.iusti cultores.nu.5.* qui respondet contrariis,Capyc.*decis.160.*Franch.*decis.234.* ergo gl. *in c.fin.de vit.& honest.cleric. & in c.ecclesia S. M. in ver.ex literis.de pignorib.*quę volunt patrimonia-
19 (see above)
20 lia†clericorum habere eadem priuilegia,quæ habent ecclesiæ , intelligi debent in casibus specialiter à iure expressis,vt per Couarr.*in d.c.4.n.2.prope finem.*& hãc esse comm.opin.testatur Viuius *in suis commun.in ver. Clericus in bonis.* alios allegat Rimin. iun. *in cons.2.nu. 12.vol.1.* vel per consuetudinem introductis, vt est in Regno Franciæ, & Aretio, vbi clerici pro quacunque causa possunt trahere laicum eorum debitorẽ coram iudice ecclesiastico , vt testatur Specul. *in tit.de cess.actionin princ.vers.quarto præsumitur.n.8. & in titul.de competent.iudic.aditione, in princip.*

21 Nec est vera illa opinio , quod † laici ratione fructuũ præbendæ sibi locatæ debeant conueniri coram iudice ecclesiastico, quia isti fructus sunt quid temporale,*c.vestra.de locato.*Abb.*in c.si.de rerum permut.* ideo laicus est iudex competens,vt latè scripsi supra *cap.14.vers.item iudex laicus.*& ad hoc sunt decisiones Pedemontanæ , vt per Caccher.*dec.32.* & per Thessaur. *decis.22.*

CAP. XXXI.

Clericatus cognitionem solum ex priuilegio esse mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Clericatus cognitio pertinet ad iudicem ecclesiasticum, ad quem remitti debet.*
2 *Iudex laicus quã cognitionem habeat super clericatu.*
3 *Clericus in Regno Neapolis quomodo debet comparere coram iudice laico.*
4 *Clericus opponens declinatoriam fori quid debet probare.*
5 *Bullæ clericatus possunt probari per testes.*
6 *Clericatus an probetur per testem singularem,& nu.8. & n.10.*
7 *Clericatus probatur cõmuni opinione , & æstimatione.*
9 *Iurisdictionis negotia sunt magni præiudicij.*
11 c.si iudex laicus.de sent.excomm. *non fuit receptum in regno Franciæ.*
12 *Veneti quomodo cognoscunt in clericos.*
13 *Iurisdictio quando quæratur præscriptione.*
14 *Clericos nullo modo posse cognosci à laicis de consuetudine.*
15 *Iudex secularis qui potest ex priuilegio cognoscere de clericatu,cur debet statim id facere.*
16 *Clericatus cognitio regulariter non est mixti fori.*
17 *Prima tonsura an sit ordo.*
18 *Prima tonsura habet omnia priuilegia iuris.*
19 *Iudex ecclesiasticus debet definire an prima tonsura sit ordo.*
20 *Clericatus cognitionem quomodo posit sustineri esse mixti fori secundum aliquos, cuius contrarium probatur.*
21 *Iudex secularis potest recipere testes pro sua informatione an sit clericus.*
22 *Clericatus cognitio an remittatur ad ecclesiasticum retenta persona præuenta per iudicem laicum.*
23 *Clericus constituitur in possessione clericatus per habitum.*
24 *Iudex laicus an cognoscat an quis sit habitus clericalis, & n.26.*
25 *Iudex laicus cognoscit si clericus coniugatus per ipsum detentus contraxerit cum vnica,& virgine.*
27 *Iudex laicus cognoscit an clericus debeat remitti vigore illius habitus,quem deferebat.*
28 *Iudex articuli principalis quando sit etiam iudex incidentis.*
29 *Statutum quod fiat compromissum comprehendit etiam hunc articulum,an debeat causa compromitti.*
30 *Iudex laicus cognoscit de habitu si captus per ipsum incesserit in habitu laicali,& diceret se clericum.*

Licet regulariter clericus reus captus à iudice seculari , si opponat exceptionem clericatus , † de illa debeat cognoscere iudex ecclesiastitus , ideo ad illum remitti debeat, vt dicit tex. *in c.si iudex laicus.de sent.excom.lib.6.vbi gl. & communiter Doct.*Ant.& Butr.*in c.ex parte,in 3.in fin.de priu.* Bald. *in l.si qua per calum. vers.sed pone quod iste.C.de epis.& cleric.* Cæp. *in cons. 11.vers.de 1.q.n.2.* 1

Tamen iudex laicus,qui † præuenerit per capturam personæ laicæ , poterit adhibere aliqualem causæ cognitionem de clericatu ad ipsius instructionem, vt dicit Bald. *in d.l.si qua per calumniam,* & Archidiac.*in c. frequent.dist.54.*Bellug.*in speculo prin.rubr.11.§.videamus.n.4.vers.& quod dictum.* Gramm.*dec.81.* Franch. *dec.189.& 329.*Capyc.*dec.161.*Boss.*in tit.de foro compet.n.156.* 2

Et in regno Neap. obseruatur Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 235.vt nullus clericus†possit cõparere,nisi personaliter,cũ documentis clericatus,alias nõ auditur in declinando forum ipsius Curiæ,& ipso veniẽte, datur terminus ad probandũ de clericatu,oblata per eũ quadã petitione declinatoria fori. Quo casu probare debet, 3

4 bet, † quod ipſe inceſſerit in habitu & tonſura, vt ha-
betur per alterum Ritum 65. eiuſdem Curiæ. Item
quod ſeruiuit in diuinis, cap.pen.de vit.& honeſt.cleri.
quæ poſtea fuerunt diſpoſita per ſacroſanct. Concil.
Tridentin.ſeſſ.23.cap.6.incip.nullus prima tonſura.alias ſi
talia non probentur, nullo modo gaudebunt priuile-
gio fori eccleſiaſtici, ſed animaduerſio fiet per iudi-
cem laicum, iuxta diſpoſitionem dicti Concilij, & hic
ſtylus obſeruatur in regno Neapolis ab anno 1410.
vel circa, cùm dicti Ritus poſtea fuiſſent compilati
anno 1425. & audiui à ſenioribus & peritioribus re-
gni, dictos ritus fuiſſe confirmatos per ſummum Pon-
tificem Clementem VII. de quo ſcribo infra cap.39.
n.37.

5 Si bullæ † clericatus fuerint deperditæ, poſſunt pro-
bari per teſtes, gloſſ.in ver.fecerit.in fi.in d.cap.ſi iudex
laicus.& l.teſtium.ff.de teſtam. l.ſi ſolemnib.C.de fid.in-
ſtrum.Guido Pap.dec.474.Couarr.in lib.pract.quæſt.c.
33.n.3.Iaſ.in l.admonendi.in repet.n.186.ff.de iureiur.&
in l.hac conſultiſſima.C.de teſtament.Rebuff.in practica
beneficial.in tit.de forma literarum tonſuræ.num.24.&
ſeq.Boer.deciſ.171.num.3.Prob.in addit.ad Ioan.Mona-
6 chum in d.c.ſi iudex laicus.nu.12.quo caſu dicunt † ſuffi-
cere etiam vnum teſtem, Bald.in c.nuper.de teſtib. Bal.
& Felyn.in c.licet vniuerſis.in fi.de teſtib.Iaſ.in conſi.77.
placet.col.2.vol.3.Anna.ſing.408.Boer.dec.127.quia eſt
caſus deciſus in Rota vrbis, vt per Caputaquenſ.deciſ.
277.parte 1.quod poſſit probari per publicam vocem,
& famam. Item quia ſufficit aliquo tempore fuiſſe in
poſſeſſione clericatus, licèt non probetur alio modo,
Rota dec.8.de cauſ.poſſeſſ. & propriet.in antiq. qua ra-
tione receptum fuit in Rota, & vſu obſeruatum, vt
7 clericatus † probetur communi opinione, & reputa-
tione, niſi ſit admodum recens, & multo magis ſi diu-
turna, Inno.in cap.innotuit.de eo qui furtim ordin.ſuſce.
Geminian.in conſ.91. & ita obſeruat Rota non ſolùm
in poſſeſſorio, ſed etiã in petitorio, niſi ordinatus fue-
rit illegimus, aut aliqua alia ratio ſuadeat, Gabriel. in
conſ.181.n.16.vol.2.

Quorum opinionem, quantum pertinet ad præſen-
tem caſum iuriſdictionis, vbi tractatur de iudicis, &
partis præiudicio, inſequendum non eſt, quia videtur
contra tex.in c.tuæ.de cler.peregrin.vbi probatur, quod
8 clericatus debet probari per literas aut per teſtes, † &
pluralis locutio ad minus requirit numerum duorum,
c.pluralis.de regul.iuris, li.6.vnde Inno.in c.1.de cler.pe-
regrin. dicit, quod in probatione clericatus requirun-
tur duo teſtes, quamuis requirantur quinque ſigilla e-
piſcoporum; ergo licet clericatus nulli præiudicet, ta-
men hoc non fit alio reſpectu, niſi vt laicus pro cleri-
co non reputetur. Item ne permittatur celebrare pu-
blicè propter ſcandalum populi, ſi appareat poſtea nõ
eſſe ordinatum. Item quando tractatur de iuriſdictio-
9 ne † abſorbenda eſt res magni præiudicij, c.peruenit.in
fi.11.q.1.& Nauarr.in conſ.4.de præſumption.& conſil.3.
de ſucceſſ.ab inteſt. dicit, quod quando agitur de inter-
eſſe tertij, plura requiruntur, & non ſufficere proba-
tionem per vnum teſtem, probat diffuſè Couar. in d.
c.33.practicarum.nu.3.ſed poſſet dici, quod quando quis
longo tempore fuit habitus vt clericus, tunc propter
10 argumenta præcedentia, vnus teſtis † probabit illum
eſſe clericum, arg.not.per Io.Andr. in c.inter quatuor.
de cler. peregrin. quia poteſt eſſe quod omnes teſtes,
qui interfuerunt ſuæ ordinationi, ſint mortui, præter
vnum, & iſto caſu procedat opinio præfata: aut non
fuit longo tempore habitus vt huiuſmodi, & tunc ſe-
cus ſit dicendum, præſertim ſi ſit aduena, & ignotus,
per totum tit.de cler. peregrin. & qualiter debeant de-
ponere teſtes ad probandum clericatum, vide Bald. &
Felyn.in c.cùm cauſam.de teſtib.

In regno Franciæ deciſio d.c. † ſi iudex laicus. non 11
fuit recepta, vt teſtatur Matthæus Boys in additionib.
ad Steph. Aufrer. in tract.de poteſtat. ſeculari in eccle-
ſiaſt.n.24.& Ioan.Gallus q.38.& Guido Pap.dec.138.&
in ſuo conſ.110.Couarr.in d.c.33.n.1.verſ.apud Gallos.I-
gnatius Lopez in pract.crim.c.62.n.14. Domini † Ve- 12
neti ex priuilegiis à diuerſis Romanis Pontificibus ſi-
bi conceſſis cognoſcunt in clericos, prout de priuile-
giis in atrociſſimis delictis teſtantur Dec. in conſ.82.n.
8.vol.2.& Men.qui teſtatur ſe legiſſe huiuſmodi priui-
legia in conſ.557.num.11. Gigas in tract.de crimine læſæ
maieſtat.q.68.§.vidimus.nu.20.qui etiam dicit, quod in
cæteris criminibus ex indulto Clem.VII.poſſunt pro-
cedere contra clericos, dummodo non ſint in ſacris
ordinibus conſtituti, vel beneficiati.

Ex quo inferunt aliqui cùm hæc iuriſdictio † ſit pri- 13
uilegio quæſibilis, ergo etiam ex præſcriptione quæri
poſſet, vt tractant Doct.omnes in l.imperium.ff.de iu-
riſdict.om.iud. & ad hoc allegantur l.quod prin.ff.de a-
qua pluuia arc.l.quo minus.ff.de flum.l.fluminũ. in prin.
ff.de dam.infect. Io.de Plat.in l.2.C.de fundis limitroph.
lib.11.l.& quia.ff.de iuriſd.om.iud.quę ſecundum Io.de
Plat. ibi intelligitur de conſuetudine ordinariã iuriſ-
dictionem præbente, ſed melior eſt expoſitio gloſſæ
ibi, quod intelligitur de lege ſcripta, facit c.cùm cõtin-
gat.de foro comp.quem tex. dicit ibi Hoſt.nõ eſſe alibi,
qui de priuato loquatur, ſed certè ibi non loquitur de
priuato, qui præſcriptione iuriſdictionem acquiſiuit,
ſed de capitulo Belluacen.& quod iuriſdictio præſcri-
ptione acquiri poſſit, eſt tex. in l.magiſtratus.ff.ad mu-
nicip.in verſ.verum & ſi non ſit datum, & ſi non denega-
tum morib.competit.l.probatorias.C.de diuerſ.offi.lib.12.
verſ. niſi ex his ſint, quos ſolis auctoribus apparitioni ag-
gregari vetuſta conſuetudo perdocuit.c.fi.extra de offi.ar-
chidia.verſ.de pacifica ſic obtenta cõſuetudine iuriſdictio-
nem aliquam, &c. Item c.cùm contingat.in ver.conſue-
tudine ſpeciali. de foro compet. & c.1.de offi.ordin. lib.6.
verſ.niſi aliud Remenſis eccleſia, circa talium officialium
inſtitutionem de cõſuet.obtineat ſpeciali. loquitur enim
de officialibus, qui à Remenſi Epiſcopo in ſuorũ ſuf-
fraganeorum territorio inſtituebantur ad faciẽdas ci-
tationes & inhibitiones poſt appellationes à ſuis ſuf-
fraganeis interiectas, & c.Romana.de appell.li.6.in ver.
conſuetud.ſed hæc omnia procedunt † reſpectu iuriſdi- 14
ctionis laicorum, cuius alij laici capaces exiſtunt, ſed
iuriſdictionis eccleſiaſticæ ſunt incapaces; illam igitur
nulla temporis præfinitione acquirere poſſunt, vt dif-
fuſè ſcribo in 4.parte, caſ.64.ergo in iuriſdictione ec-
cleſiaſtica non procedit argumentum de priuilegio
ad præſcriptionem.

Aduerto tamen, quod † iudex ſecularis, qui ex priui- 15
legio poteſt de clericatu cognoſcere, ſtatim id nego-
tium expediat, Boer.dec.103.nu.12. alias ſi vellet longo
carcere clericum afficere, in non expediendo, ſtatim
incideret in excommunicationem, c.nuper.in 1.reſponſ.
de ſent.excom.li.6.ſumma Syluestrina in ver.excommu-
nic.6.n.3.ver.2.n.14. quia ex retentione clerici in car-
ceribus, oſtenditur, quod captura nõn fuit facta ad bo-
num finem, nec pro bono publico, nec ſuadente Deo,
& vt ſeruaretur iuriſdictio regia, ſed vt extorqueretur
pecunia. Videndus ad hoc Nauarr. in ſumma.cap.27.n.
83.

Sed circumſcripto priuilegio, clericatus † cognitio 16
nõ eſt mixti fori, ſed iudex eccleſiaſticus debet de hoc
articulo cognoſcere, per d.c.ſi iudex laicus. & ita diffi-
nitum eſt in Rota in dec.3.de ſent.excom.in nouis. & in

senatu Delphinali, vt per Franc. Marc. *decis.* 1063. *parte* 1. *& dec.* 268. *num.* 5. *parte* 2. & hanc opinionem tenent, Franc. *in c. vnico. col.* 3. *de cler. coniug. lib.* 6. Ripa *in c. decernimus. num.* 4. *vers. sed coram quo iud.* Alex. *in consi.* 8. *col. pen. vers. & cognoscere an sit clericus. vol.* 1. Roland. *consi.* 4. *nu.* 20. *vol.* 1. Couar. *practic. quæst. c.* 33. *nu.* 1. Boss. *in tit. de foro competenti, num.* 151. *& seq.* Clar. *in practic. q.* 36. *vers. dixi clericum.* cum aliis per Mascard. *conclus.* 689. *numer.* 6. *ad finem & conclus.* 962. & per Farinac. *in tit. de inquisitione, quæst.* 8. *num.* 33. *& seq.* & per Stephan. Aufrer. *in tract. de potestate secular. in ecclesiast. nu.* 24. *in* 20. *fallentia.* & ratio communiter ponitur ab omnibus, quia opus est tractare de ordine, sed de re ecclesiastica & spirituali solum ecclesiasticus cognoscit, *vt d. c. decernimus. & cap. quanto. de iud.* atque ita apud Hispanos hæc sententia omnino seruatur, vt per Couar. *in d. c.* 33. *n.* 1.

17 Et licet aliqui † teneant primam tonsuram non esse ordinem, sed dispensationem ad alios ordines, cùm in ipsius tonsione nulla detur potestas tonso, vt per D. Anton. *in sua summa. tit.* 14. *de ordinib. §.* 6. *incip. de prima tonsura.* Turrecrem. *in c. clerici. distinct.* 23. Soto *in* 4. *lib. sentent. dist.* 24. *q.* 2. *art.* 1. & ita restringendo quęstionem ad clericos primæ tonsuræ, videtur posse per iudicem secularem cognosci. Tamen verior opinio est, quod prima tonsura sit ordo, per text. *in c. cùm contingat. & ibi gloss. de ætate & qualit. & c.* 1. *de apostat. in ver. ordine demisso.* & est communis opinio inter Canonistas, vt testatur summa Syluestr. *in ver. ordo ecclesiasticus. in prima qu.* quia Canonistæ tenent, quod nouem sunt ordines, summa Angelica *in ver. ordo. n.* 1. & illa contraria opinio est Theologorũ, vt dicit Io. Lup. *in tract. de libertat. ecclesiastic. parte* 2. *c.* 5. quæ ea ratione procedit, quia dicunt primam tonsuram non habere officium spirituale, sicut cæteri ordines, vt per Innoc. *in d. c. cùm contingat. prope finem.* sed Butr. *ibi nu.* 1. tenet, quod recipit officium cantandi, Abb. *n.* 1. *vers. quæro an psalmi status.* Ioan. Andr. *num.* 12. vbi quod est
18 ordo, & habet omnia † priuilegia iuris, Anchar. *in fine,* & fuit opinio originalis Host. quem omnes citant, Cardin. *in clem. dudum. in* 8. *quæst. de sepultur.* & quod per primam tonsuram clericus gaudeat priuilegio fori, Grammat. *voto crimin.* 33. & quando hic articulus dubitaretur, ideo dubium esset de iurisdictione, tunc
19 iudex ecclesiasticus † propter maiorem auctoritatem debet iurisdictionis quæstionem diffinire, Felyn. *in c. pastoralis. nu.* 4. *& ibi* Dec. *de rescript.* Couarr. *d. c.* 33. *nu.* 1. Boss. *in d. tit. de foro compet. nu.* 155. qui dicit hoc fieri debere audito iudice seculari, vt habetur *in d. c. si iudex laicus.*

20 Aliqui dicunt cognitionem † clericatus esse mixti fori, & posse sic diffiniri. Aut delinquens qui erat clericus, tempore delicti, & capturæ personæ non incedebat in habitu, & sic vt laicus fuit captus à iudice seculari, & sic ipsum debere hunc articulum diffinire, quia habet fundatam suam intentionem, quia præsumitur laicus in dubio, Dec. *in cons.* 125. *n.* 6. & si vult dicere se clericum debet probare, vt Innoc. *in c. super his. de accus.* ergo coram eo iudice, à cuius iurisdictione vult
21 liberari, & quod iudex † secularis potest recipere testes pro sua informatione an sit clericus, Bonifacius *in consi.* 50. quia potest ex notorio facti sibi constare, de quo ipse iudex laicus potest cognoscere, Geminian. *in c.* 1. *§. fin. in fin. de cler. coniugat.* Cyn. *in d. l. si qua, per calumniam. in fi. C. de episc. & cler.* & ibi Iacob. Butrigar. Ioan. Campeg. *in tract. de testib. regula* 427. *limitatione* 6. *prope finem.*

Aut incedebat in habitu clericali, & tunc procedit supradicta opinio, vt cognoscat iudex ecclesiasticus, & si iudex laicus pręuenisset debeat remittere, vt cognoscatur ab ecclesiastico an sit clericus, *d. c. si iudex laicus.* sed Afflict. *in constit. regni. incip. Apostatantes, nu.* 11. dicit, quod retenta persona, donec † diffinitum fuerit, de- 22
bet remitti articulus, Farinac. *in d. q.* 8. *n.* 36. dicit, quod debeat remitti etiam persona, si captus fuerit in habitu clericali, per *d. c. si iudex.* sed opinio Afflict. procedat si in habitu laicali fuerit captus, Franch. verò *in d. dec.* 189. in fine dicit, fuisse decisum, vt remitteretur assertus clericus ad iudicem ecclesiasticum, cum conditione, vt restitueretur eidem iudici laico, quando fuisset iudicatum non esse clericum.

Sunt etiam qui addunt hanc rationem, quia cùm ipse reperiatur in possessione clericatus per habitum, ideo ecclesiasticus debet cognoscere; quia habitus constituit † eum in possessione clericatus, vt de ea est 23
casus *in d. cap. si iudex laicus. in §. idem esse.* Probus *in additionib. ad Ioan. Monach. ibi, non contentatur hac ratione,* quia ista possessio habet præcedentem veritatẽ ab initio scil. quod ipse fuerat laicus, & qualitas clericatus non potuit inesse à natura, sed ab accidenti, ideo probanda, ad quod allegat glo. *in c. si fortè in ver. scientiæ. de elect.* Chassan. *in cons.* 44. *n.* 13. & Abb. *in cap. si. de præsump.* sed potest defendi, quod hoc debeat probari, retenta dispositione *d. §. idem esse.* & sic coram ecclesiastico.

Ex quo infertur alter casus, quod si delinquens fuerit captus in habitu clericali, quem negetur esse habitum clericalem, tunc de illo habitu debeat cognoscere iudex laicus, † de quo per Guido. Pap. *dec.* 138. *& in* 24
cons. 110. *n.* 2. & per Rip. *in d. c. decernimus. nu.* 4. Clarus *in d. q.* 36. *vers. dixi cleric. in fin.* & Masc. *in d. concl.* 689. dicit, quod hoc facilè cognoscet iudex laicus, si denudato capite, contrarium cognouerit, quia poterit tunc denegare remissionem, tanquam calumniosè petitã, idem sequitur Farin. *in d. q.* 8. *n.* 34. imò hoc sentit Rota *in decis.* 3. *de sent. exc. in nouis.* vbi habet, quod iudex laicus cognoscit, † si clericus coniugatus per ipsum de- 25
tentus contraxerit cum vnica, & virgine, & detulerit habitum clericalem priusquam remittatur, idémque sequitur Aufrer. *in additionib. ad decis.* 117. *Capell. Tholosan.*

Alij tenent contrariam partem, † quod etiam con- 26
trouersia super vestibus clericorum debeat per iudicẽ ecclesiasticum terminari, Geminian. *in c. si. in fi. de cleric. coniugat. li.* 6. Cæpoll. *in d. consi.* 11. *nu.* 30. Roland. *in consi.* 4. *n.* 33. *vol.* 1. vnde Stephan. Aufrer. *in d. tractat. de potestate secul. in eccles. in* 20. *fallent.* distinguit, aut controuersia est super habitu, aut controuersia est, an debeat remitti † vigore illius habitus, & hoc secundo ca- 27
su debeat cognoscere iudex laicus. Ego autem distinctionem non admitto, quia cùm malefactor incedit in habitu non notoriè laicali, quia portat aliquas vestes, quæ pertinent ad clericos, aliquas, quæ ad laicos, & sic non euidenter apparet laicus, tunc ecclesiasticus cognoscit, ita habetur *in d. §. idem esse. in vers. pro laico publicè non gereb.* & ibidem *in §. non sic autem. vers. pro laico publ. se gerebat, & pro tali publicè habebatur.* nec valet supradicta distinctio, quia quando tractatur de extinguenda iurisdictione alicuius iudicis, ille qui est iudex † articuli principalis, est etiam iudex competẽs 28
articuli incidentis ad illum principalem, vt si extat statutum quod fiat compromissum inter coniunctos, & alter eorum conuentus coram iudice ordinario, peteret fieri compromissum, auctor autem negaret, tũc in casu dubij, debet etiam compromitti † iste articulus, 29
sc. an causa debeat compromitti, nec poterit ille iudex ordi-

ordinarius de hoc articulo cognoscere, *l. penult. & ibi Bar. & alij. C. de pact.* Cast. in *l. si quis in conscribendo. n. 11. C. de pact.* Ias. n. 21. Dec. n. 33. *& ibi gl. in fin. & gl. fin. in l. cum proponas. C. de reb. cred.* & late scribit de hoc Pisanell. super *Pragmatica regni edita Thori, n.* 43.

30 Et ideo teneo, quod in tantum iudex secularis potest cognoscere de habitu, in quantum malefactor incederet in habitu laicali, quia clerici possunt ex causa iusti belli habitum intermittere cum licentia sui superioris, puta bellum gerendo contra hæreticos & Hugonotos, *c. cler. de vit. & honest. cleri. & clem. quoniam. eo. tit.* quo casu si dimisisset habitum, & postea maleficium perpetrasset, & captus à seculari, opponeret declinatoriam ad suum forum, prout in hoc casu alias fuit remissus, vt est decisio Rotæ Auenionen. 125. hoc casu iudex laicus de habitu dicitur cognoscere, non clericali, quia circa ipsum non se intromittit, sed an per dimissionem ipsius poterit ad ecclesiasticum remitti.

CAP. XXXII.

De Remissione ecclesiasticorum facienda à laicis, in diuersis casibus.

SVMMARIA.

1 *Remissio ad iudicem ecclesiasticum in quibus casibus fieri debeat.*
2 *Equitum religionum qui sint merè laici.*
3 *Ordo aurei velleris quando fuit institutus, & à quo, & penes quem resideat.*
4 *Ordo sancti Michaelis in Francia quando fuit institutus, à quo, & penes quem resideat.*
5 *Ordo equitum Hierosolymitanorum ab initio fuit tripartitus.*
6 *Ordo templariorum, & Theutonicorum fuit sublatus.*
7 *Equites Hierosolymitani quando fuerint instituti.*
8 *Dicuntur verè religiosi.*
9 *Clericus solemniter degradandus est, sed equites sunt degradati ipso facto.*
10 *Equites per statutum degradati, statim dicuntur exuti priuilegio clericorum.*
11 *Religiosus factus post delictum quando gaudeat priuilegio clericorum.*
12 *Religionem vouens an euadat pœnam mortis probando votum solo iuramento.*
13 *Equites Hierosolymitani non remittuntur ad ecclesiasticum ante impressum characterem.*
14 *Religionis ordines militares quot sint.*
15 *Equites ordinum qui non iurant tria puncta substantialia religionis non sunt propriè religiosi.*
16 *Pensio non vacat per clericalem militiam Hispaniæ, & sancti Stephani.*
17 *Equites Hispaniæ, & sancti Stephani non gaudent priuilegio fori.*
18 *Papa potest eximere religiosos non exemptos à foro laicorum.*
19 *Exemptio religiosorum non exemptorum potest fieri in præiudicium Principum.*
20 *Constitutio regni Neap. incip. Ascriptitios. est directò contra libertatem ecclesiæ.*
21 *Episcopus quando possit cogere laicos ad accipiendos ordines sacros.*
22 *Commendæ equitum dicuntur beneficia Ecclesiastica.*
23 *Commenda habet affinitatem cum prælatura.*
24 *Commendæ non gaudent priuilegio fori, vbi non gaudent equites.*
25 *l. creditoris arbitrio. ff. de distract. pigno. non habet locum in feudis, nec in commendis.*
26 *Argumentum à feudis ad beneficia ecclesiastica quando valet.*
27 *Creditoris arbitrium in exequendo, quando procedat.*
28 *l. à diuo Pio. ff. de re iudic. procedit in actione personali, & hypothecaria.*
29 *Clericus coniugatus cum vnica, & virgine cognoscitur ab Ecclesiastico.*
30 *Clericus coniugatus quando gaudet in causis solũ criminalibus.*
31 *Clerici coniugati non debent se immiscere negotiis secularibus.*
32 *Clericus coniugatus non amittit priuilegium fori sine monitione.*
33 *Clericus primæ tonsuræ, etiam non incedens in habitu, an gaudeat fori priuilegio, si non fuerit admonitus.*
34 *Monitio generalis sufficit in multitudinem.*
35 *Iudex ecclesiasticus & secularis in administranda iustitia debent esse concordes, & iuuari adinuicem.*
36 *Iurisdictio ecclesiastica & secularis debent sibi inuicem suffragari.*
37 *Episcopus debet esse facilis ad monendum clericos ad instantiam Principum.*
38 *Clericus non incedens in habitu, etiam non admonitus in regno Neapolis non gaudet priuilegio fori, ex bulla Papæ.*
39 *Clericus delinquens vt laicus, si postea reassumpsit habitum, debet remitti ad ecclesiasticum.*
40 *Clerici recuperant priuilegium si dimittunt negotia.*
41 *c. ex parte in 3. de priuileg. quomodo procedat.*
42 *Clericus delinquens vt laicus, citatus vt laicus, si cõparet cum habitu & tonsura non remittitur ad ecclesiasticum, contrarium probatur inferius.*
43 *Clericalem habitum mutat solum capputium.*
44 *Clericus se suspendens est remittendus ad ecclesiasticum.*
45 *Pensio non venit appellatione beneficij ecclesiastici.*
46 *Clericus habens pensionem tenetur dicere officium paruum.*
47 *Pensionem potest habere etiam laicus.*
48 *Remissio clericorum cur fieri debeat sine dedecore, & ignominia.*
49 *Clericorum remissio debet fieri expensis petentis.*
50 *Remissio delinquentis debet fieri expensis carcerati.*
51 *Processus fabricatus à iudice laico an faciat fidem coram ecclesiastico.*
52 *Remissionis cognitione pendente, supersederi debet in causa.*
53 *Clericus homicida, & si postea ducat vxorem, tamen debet remitti ad ecclesiasticum.*
54 *Clericus effectus miles non amittit priuilegium fori.*
55 *Bigamus est exutus omni priuilegio clericorum.*
56 *Clericus assumens clericatum postquam laicus est captus à seculari, non debet remitti, sed executio spectat ad Ecclesiasticum.*
57 *Causa quando debeat terminari per iudicem secularem, sed exequi per ecclesiasticum.*
58 *Clerici ioculatores, & buffones amittunt priuilegium clericorum.*
59 *Clerici tabernarij, carnifices, & macellarij non gaudent priuilegio clericorum.*

1 MOdò videamus quæ personæ remitti debeant, vel non ad forum ecclesiasticum, vt sciamus quando inhibitio sub excommunicationis pœna fieri possit, & ad alias pœnas progredi, si non pareatur, de qui-

quibus scripsi supra. *c.2.*

Ordines militares, quia sunt ab ecclesia approbati
sub aliqua religione, & religiosi nuncupantur, pro-
pterea dubitatur; An equites ipsorum cōuenti coram
iudice laico possint cognosci, & iudicari, vel eidem in-
hiberi debeat, vt remittat. Istorum ordinum alij sunt
2 mere laici, alij verò ecclesiastici. Mere † laici sunt, qui
nullis religionis regulis ligantur; huiusmodi sunt, or-
3 do † aurei velleris, vulgariter nuncupatus del Tosone,
qui non excedit numerum quinquagenarium, & fuit
institutus à Philippo Duce Burgundiæ, translatus per
successionem in Inuictissimum Carolum V. Roma-
norum Imperatorem, & Regem Hispaniarum, &c.
deinde in Philippum II. Regem Catholicum, & ho-
die residet penes potentissimum Regem Philippum
III. in quorum numero multi sunt ascripti Reges, &
principes non recognoscentes superiorem, quos re-
censet Petrus Calefatus *in tract. de equestri dignitate,*
4 *num.43.* Item Ordo † sancti Michaelis apud Christia-
nissimum Regem Francorum, qui fuit institutus à
Ludouico XI. Gallorum Rege, vt testatur Chassa-
næus *in catalogo gloriæ mundi, parte 9. considerat.10.* in
quo non solent admitti nisi proceres, & principes su-
premi.

Alij sunt ecclesiastici, & istorum aliqui iurant tria
substantialia vota religionis, alij verò non: qui iurant
5 sunt equites Hierosolymitani, quorum ordines † tres
cœpisse Hierosolymis scribit *Historia Volaterrana lib.
21. capit. ordines militares, videlicet sancti Ioannis Bapti-
stæ, qui Rhodij sunt appellati, hodie Melitenses: item Tem-
plarij. Item equites sanctæ Mariæ Theutonicorū:* sed quia
6 Templarij † propter iustas causas fuerunt sublati, in
concilio Viennensi, vt scribit Remundus Freguier. *in
tractatu de religiosis sectis, col.3.* & Platina in vita Cle-
mentis V. sub anno 1312. & Ordo militum sanctæ Ma-
riæ Theutonicorum est nobis incognitus, postquam
Prussiam occupauit, vt ibi refert Volater. Ideo soli mi-
7 lites sancti Ioannis hodie vocantur † Hierosolymita-
ni, qui cæteris sunt antiquiores, instituti enim fuerunt,
sub Imperatore Phoca, qui fuit anno salutis 700. vt
idem Volater. *lib.23.* à Godofredo Rege regnante eis
fuit concessa Rhodus, inde expulsi fuerunt à Solyman-
no Turcarum Imperatore anno 1523. sed eisdem post-
ea data fuit insula Melite ab Inuictiss. Carolo V. Im-
peratore de anno 1530. vt dixi supra in prima parte,
& ideo appellantur equites Melitenses, & propter tria
vota religionis quæ iurant, dicuntur fratres, & sic etiã
se subscribunt. Isti equites † dicuntur verè religiosi,
8 & ecclesiasticæ personæ, secundum gloss. *in c. quisquis.
17. quæst.4. in cap. ex parte. in 1. de decimis. & in c. sciant
cuncti. de election. lib.6.* & probatur etiam in libro sua-
rum constitutionum, cuius titulus est, *stabilimenta mi-
litum sacri ordinis Diui Ioannis Baptistæ Hierosolymita-
ni.* præsertim in procœmio, & in aliis multis capitulis,
in quibus se vocant religiosos: Imo sunt verè religiosi
regulares, quia profitentur paupertatem, castitatem,
& obedientiam, quæ sunt tria substantialia veræ & re-
gularis religionis, *cap. cùm ad monasterium. de statu mo-
nach.* & computantur inter personas ecclesiasticas,
cap. duo sunt genera. & ibi gloss. 12. quæst. 1. habent cer-
tum & limitatum ordinem viuendi à Pontificibus in-
stitutum, ideo religiosi sunt ex reg. *clement. 1. de reli-
gios. domib.* & quod gaudeant omnibus priuilegiis cle-
ricorum, Bartol. *in l. semper. §. quibusdam. ff. de iure im-
munitat.* qui dicit etiam ipsos habere hoc ex priuile-
gio, & se vidisse multa consilia excellentium Docto-
rum ad hoc probandum, Ioan. Maurit. *in repetition. l.
vnic. C. quo loco mul. mun. subire deb.* Petrus Duen. *in
regula 99. nu.5.* Dominus Franciscus de Ponte *in con-
sil.14.*

Est tamen aliqua differentia inter equites Hiero-
solymitanos, & clericos aut alios religiosos circa hu-
iusmodi fori priuilegium. Primò, quia clericus † 9
committens delictum, propter quod degradandus
sit, solemniter degradandus est, sed si quis ex istis mi-
litibus committeret aliquod delictum propter quod
à religione intelligitur ipso facto degradatus, non a-
liter requiritur solemnis degradatio, ad hoc est tex-
tus *in cap. degradatio, de pœnis, lib.6.* vbi in primo re-
sponso in clerico carente sacris ordinibus sufficit ver-
balis degradatio, Specul. *de accusation. §.2. numer.4.*
Bertachin. *in tractat. de episcop. libr.4. parte 8. capite; de
causa formali degradationis. numer.2.* & ideo quando † 10
à statuto degradatus est, statim intelligitur exutus pri-
uilegio clericorum, *cap. nouimus. 27. & ibi gloss. & om-
nes Doct. de verbor. significat.* Bald. *in l.1. numer.2. ver.
prius degradatur. C. an seruus ex facto suo.* Item si quis
fecit votum † religionis, & post votum delinquit, de- 11
inde efficiatur religiosus, gaudet priuilegio ecclesia-
stico, Bald. *in dict. l.1. in fine. Cod. an seruus ex facto
suo,* Iason *in l. cùm quædam puella. colum.3. vers. vltimo
hæc lex facit. ff. de iurisdict. omn. iudic.* quod multum
extollit, quia ex hoc quis † posset euadere pœnam 12
mortis, & eius iuramento stabitur se vouisse, vt ibi
per Iason. & sequitur Cotta *in suis memor. ver. Laicus.*
licet Claud. ibi *col. penult. vers. secundo inducitur.* hoc
non admittat in practica, nisi factis plenis probatio-
nibus. Secus est in milite Hierosolymitano, qui fe-
cit suas probationes pro admissione ad ipsam reli-
gionem, soluit viaticum solitum, & se præparauit ac-
cedere ad insulam Melitæ pro assumptione habitus, &
sic omnia fecit, † sed postea deliquit ante assumptio- 13
nem habitus, & professionem religionis, & ideo cùm
non adhuc sit impressus character, non est extra iu-
risdictionem iudicis secularis, & ita fuit decisum & iu-
dicatum Neapoli, vt per Franch. *decis.449.* per ratio-
nes, vt ibi.

Sunt etiam alij ordines † militares, de quibus scri- 14
bit Remund. Freguier. *in dict. tractat. de religiosis se-
ctis,* & Historia Volaterr. *ibid.* videlicet in Hispania
milites sancti Iacobi de Spata, ordinis sancti Augusti-
ni; Item milites de Calatraue, ordinis Cisterciensis
anno 1120. à Sancto Rege instituti, in regione Tole-
tana, à prouincia Calatraue nuncupati, vbi fuerat cœ-
nobium Templariorum. Item milites Iesu Christi in
Lusitania anno 1526. apud Tomarium oppidum, sub
Dionysio Rege per Ioannem vigesimum secundum,
quibus cuncta bona Templariorum in Lusitania con-
cessa sunt. Item in eodem regno milites eiusdem or-
dinis apud Auisium oppidum, quorum caput in re-
gno Castellæ apud Alcantaram oppidum iuxta Ta-
gum amplissimum cœnobium id videtur. Item in
Aragoniæ regno, duo militum ordines, primus san-
ctæ Mariæ de redemptione captiuorum, seu de mer-
cede, cuius auctor fuit Iacobus ille, qui Baleares insu-
las subegit, anno 1212. Gregorio IX. probante. Alter
ordo Montesiæ dicitur in regno Valentiæ, ordinis Ci-
sterciensis, eodem ferè tempore initiatus sub magi-
stro, & militia de Calatraue. Item Milites sancti se-
pulchri, Milites sancti Thomæ, vt per Remundum
ibidem. Item complures militum ordines ere-
cti à summis Pontificibus, vt Milites sancti Pe-
tri, sancti Pauli, Lauretani, sancti Georgij, sancti
Lazari, Liliati, & Milites Pij, à Pio IV. sub
anno

anno 1560. cum amplissimis priuilegiis, & prærogatiuis erecti sunt. Item milites sancti Stephani sub ordine sancti Benedicti erecti sunt anno 1561. à Cosmo Medice Magno Duce probante eodem Pio IV. Pontifice, cuius ordinis primus magnus magister fuit ipse Cosmus, & post eius successores, qui militis satis prudenter fuerunt instituti ad fidei Catholicæ defensionem, marisque mediterranei ab infidelibus custodiam, & tuitionem, & vt singulis annis videmus, multum conferunt Christianæ religioni.

15 Sed isti ordines † non iurant tria puncta substantialia religionis, ideo equites non sunt verè, & propriè religiosi, Specul. *de statu monach. q. 36.* D. Thom. *in 2. 2. qu. 86. artic. 4. in fine.* & fuit conclusum in Rota vrbis, in vna Lucana plebis, sub die 23. Maij, 1579. e-
16 quites Suptos Hispaniæ, † & equites sancti Stephani non esse propriè religiosos, & ideo per hanc militiam clericalem nō vacare pensionem, sicut per ingressum veræ, & propriè religionis, in qua emittuntur illa tria vota substantialia, post professionem ipso iure vacant beneficia prius obtenta, *c. beneficium de reg. lib. 6.* Ideo
17 † non gaudent priuilegio fori, vt latè probat Ancaran. *in regul. ea quæ in 15. q. de regul. iur. lib. 6.* Soto *lib. 7. de iust. & iur. quæst. 5. artic. 3.* & ad hoc faciunt notata per *gloss. 3. in fi. in clem. ex eo. de sent. excom.* & per Bartol. *in l. commodissimè & ibi additio* Alex. *ff. de liber. & posthum.* & idem Alex. ad Bart. *in l. semper §. quibusdam ff. de iure immunit.*

Hæc conclusio non procederet, quando Papa per
18 priuilegium eximeret huiusmodi religiosos † à foro laicorum (prout vidi exemisse equites Calatraue, quorum verba priuilegij ponit Borgnin. *in decis. 32. nu. 17. & 36. parte 2.* & equites sancti Stephani) quia, vt dixi in præcedenti capite, potest hoc facere inconsulto Imperatore, per rationes quas scripsi *in parte 1. c. 8.* Nec ob-
19 stat, quod hæc exemptio† sit meri iuris positiui quæ si moribus vtentium non recipitur, à certo genere personarum, non recipientes non peccant, saltem post multa tempora, Abb. *in c. cum olim n. 4. de cleric. coniugat.* & dicta exemptio, tanquam præiudicialis Regibus & Principibus, in quorum regnis, & statibus fierent tales equites, non videtur admittenda; quia quæ pertinent ad exercitium religionis, possunt etiam fieri in præiudicium domini, ex reg. tex. *in §. ascriptitios in aut. de sanctißim. episc. & auth. ascriptitios. & auth. seq.*
20 *C. de episc. & cleric.* non obstante *constitutione Regni † incip. Ascriptitios.* quæ est de directo contra libertatem ecclesiasticam, quia possunt pro beneficio reipublicæ
21 Christianæ laici † cogi & compelli per episcopos ad accipiendos ordines sacros, vt fiant ministri sacramētorum, & rerum ecclesiasticarum, vt post multas rationes concludit Alfonsus Hoieda *in tract. de Benefic. compatibil. parte 2. c. 9. nu. 22.* Nisi dicamus, quod cum hoc priuilegium exemptionis fori concedatur ex causa, non auditis illis Principibus, de quorum interesse tractatur, poterunt ipsi audiri coram sanctissimo Papa, & demonstrare quod illa causa non militat in eorum regnis, & in regno Neapolis multoties fuit conclusum cum summis Pontificibus, vt quantum pertinet ad ea, quæ sunt iurisdictionis, ipse Rex conseruetur in sua possessione, & nihil innouetur.

22 Tamen istorum equitum † commendæ dicuntur beneficia ecclesiastica *c. dudum in 2. de elect. c. qui plures 21. q. 1.* Innoc. & Doct. *in c. si constiterit de accusat.* gloss. *in d. cap. dudum in ver. commendare vers. dic. quod non de elect. lib. 6.* & ad hoc multos congerit Arnulphus Ruzeus *in tractatu de iure regal. in 3. priuileg. num. 2. & 6. & plur. seq.* Guido Pap. *decis. 152.* & ita fuit declaratum per Bullam Papæ Hadriani, quam verbotenus recensset Probus *in addition. ad Ioan. Monac. in c. nemo. de elec. lib. 6.* & scribit D. Alexan. Raudens. noster Collega in studio Pisano, *in consi. 17. nu. 19.* quod commenda † ha- 23
bet quandam affinitatem cum prælatura, vbi multos allegat; ideo qui beneficiorum est iudex competens, erit & commendæ, de quo dixi supra *c. 14.*

Et licet in regnis, vbi equites religionum non gaudent priuilegio fori, nec eorū commendæ † gaudeant, 24
prout vidi practicari in regno Neapolis, vbi ad instātiam creditorum commendatarij, solent vendi, tamen negari non potest, quin istæ commendæ habeant separatam naturam ab aliis bonis, quo casu regula *l. †* 25
creditoris arbitrio ff. de distract. pign. non procedit directò, & immediatè contra has commendas, sed eo modo, quo dicimus in feudis, & eorum fructibus non habere locum, nisi in subsidium, vt consuluit Anna *allegatio 141.* ex regula *l. stipendia C. de execut. rei iudic. & constit. Regni Incip. si quis post litem.* vbi Andr. Idē And. *in c. 1. §. quid ergo. de inuestit. de re alien. fact.* Bald. *in l. si certarum. ff. de test. milit.* textus in simili *in l. hinc quæritur. vers. cum enim. ff. de pecul.* Brun. *in consi. 104.* Iacobin. *in inuestitura vers. dictique vasalli num. 39.* Ita dicendum est in beneficialibus, quia feudum est beneficium, *c. 1. §. beneficium in quib. caus. feud. amit.* & in terminis quo ad executionem in fructibus, quod valeat argumentum à feudis ad beneficia ecclesiastica, consuluit Brun. *in consil. 107.* Sic in simili materia maioratus, quod non possit ad ipsius executionem deueniri, 26
nisi facta discussione super aliis bonis, & tandem in subsidium contra maioratum, probat Ludouic. Valas. *in repet. l. Tauri l. 49. gl. 9.* Item tenet Salyc. *in l. 2. C. de pign. in 2. opposit.* Negusant. *in 2. membro 5. partis nu. 51.* gloss. Parisiens. *in § 11. num. 31.* quæ dicit creditoris arbitrium † procedere, quando non sunt alij creditores, 27
qui contradicant creditori primo eligere volenti, & omnes tenent eo casu non habere locum creditoris arbitrium, sed debere regulari secundum leges quæ à vilioribus rebus initium habere debent, in exequendo, vt per glo. Bart. & alios *in l. quandiu. C. de distract. pignor.* Ergo licet ordo legis † à diuo Pio procedat in 28
actione personali, idem dicendum est in hypothecaria, vt per Capyc. *in inuestitura feud. in ver. feud. exequutionis.* cum quo concordat Liparulus *in addition. ad And. in §. quid ergo. de inuestit. de re alien. fact. vers. quid vero, si actum sit hypothecaria.* & Anna declarat in his terminis *in d. allegat. 141.* & ad hoc sunt punctuales decisiones tribunalium. Minadous refert ita fuisse iudicatum per Consil. Neapolit. & per Regiam Cameram, *in constit. regni incip. In aliquibus vers. Comitum, & Baronum, nu. 42.* & idem Minadous facit ad hoc *decis. 13.* & per Menoch. *de arbitra. iud. lib. 1. q. 13.* qui etiam alia cumulat ad hoc.

Item clericus † coniugatus si contraxit cum vnica, 29
& virgine incedens in habitu, & tonsura, habet priuilegium vt cognoscatur à iudice ecclesiastico, *cap. 1. de cleric. coniugat. lib. 6.* cuius dispositio procedit etiam in orientalibus, & Græcis, qui vxores ducunt, vt per Bald. *in consil. 23. orientalibus volum. 3.* & Remigium de Gonis *in tractatu charitatiuo subsidio, quæstion. 65. numero 8.* Sed per Concil. Tridentin. *sess. 23. capit. 6.* additum est, vt isti clerici gaudere possint, deberant ab episcopo alicuius ecclesiæ seruitio deputari, eidemque ecclesiæ seruiant. Et hoc intelligitur † de causis criminalibus criminaliter siue 30
ciuiliter motis, Geminian. *in dict. capitul. 1. §. 1.*

puta si ageretur actione iniuriarum ciuiliter, Marant. *in speculo parte 4.dist.1.*& licet aliqui teneant, quod in causa ciuili tantum potest cōueniri coram iudice laico, licet non possit pro illa causa ab eodem capi, vel carcerari, Couar.*in lib.practic.qu.c.31.nu.7. vers.prima igitur.* Nauarr.*in libro de horis canonicis,c.7.nu.15.* contrarium tamen defendo *part. 8.casu* 153. clericus igitur coniugatus habens hæc requisita non potest detineri, vel cognosci à laico absque incursu excommunicationis, ideo contra iudicem laicum canonica inhibitio procedere potest.

31 Sed quia clerici coniugati ✝ in habitu,& tonsura incedentes,& alicui ecclesiæ seruientes, secularibus negotiis,& armis immiscere se non debent, gl.*in cap.si quis dist.32.*gl.*in c.tua 20.qu.1.*Innoc.*in c.fin.de vita,& honest.cleric.* Io. Monach. & Gemin.*in d.c.1.in princip. de cleric.coniug.lib.6.* quid si occasione talium negotiorum caperetur à iudice laico, an remitti debeat,distinguendum est: Aut captus est cum habitu,& tonsu-

32 ra,& remitti debet, pro vt dixi supra *c. 37.* quia non ✝ amittit priuilegium fori sine monitione, Alex.*in cons. 8.videtur super primo vol.1.& consil.149.vol.6.* Admonitio enim semper debet præcedere vindictam, *c.indigne 12.q.2.c.omnes decimæ 16.q.7.c.sacro.de sen.excom.* & notatur *in c.si.in ver.tertio de vita,& honest.cleric.*& Abb.& Anton.de Butr.*in c.1.de apostatis.*& Gramma-

33 tic.*in voto* 33.in causa clerici firmat,quod clericus✝ de prima tonsura,etiam si non incedat in habitu, & tonsura, gaudeat priuilegio fori, & remitti debeat ad ecclesiasticum iudicem,nisi tertio fuerit admonitus,qui multos allegat, & testatur sic pluries fuisse iudicatum in regno Neapol. Quo casu numquam vna citatio, etiam peremptoria habet vim trinæ monitionis, Abb. & cæteri *in d.c.fin.de vit.& benefi.cleric.* Nisi hoc Papa faceret per viam legis condendæ, Abb.*ibid.col.2.* Præposit.*in c.cleric.dist.23.*quia lex semper monet,*l. Arriani.C.de hæretic.* & licet gl.*in ver.nominatim, in clem.1. de vita & honest.cleri.*dicat clericos debere specialiter nominari,quia quilibet particulariter læditur propter amissionem priuilegij;ergo particulariter est monendus,arg.*l.nam ita diuus ff.de adopt. & l.fi. C.si per vim, vel alio modo.* tamen quantum pertinet ad huiusmodi materiam, quando clerici non incedentes in habitu, &c.vel se immiscentes negotiis secularibus sunt mul-

34 ti, & incerti, tunc admittitur admonitio ✝ generalis, iuxta not.*in auth.si omnes.C.sicut se ab heredi.abstin. & in c.cum in tua,qui matrim.accusa.poss.& in c.inter quatuor.de maior.& obed.* Et quod monitio generalis in multitudinem sufficiat,propter causam incertitudinis probat tex.*in c.sacerdotibus.ne clerici,vel monachi.* Vbi clerici inuoluētes se secularium procurationibus post admonitionem perdunt priuilegium clericale, & tamen ibi tex.dicit sufficere admonitionem generalem.

35 Et quia iudex ✝ ecclesiasticus, & secularis in administranda iustitia debent esse concordes, & alter alterum iuuare debet, *c.administratores.23. qu.vltim.& c. princeps seculi eadem caus. & quæst.& c. cum ad verum dist.90.& c.1.& c.quoniam.de offi.ordinar.* & habetur *in*

36 *c.dilecto.in fine de sent.excom.* quod iurisdictio ✝ ecclesiastica,& secularis consueuerunt, suadente necessitate, sibi adinuicem suffragari, & in iuuamen alterius subuentione mutua frequentius exerceri. Ideo iudex secularis, siue melius Princeps poterit per suas literas requirere iudicem ecclesiasticum, vt clericos nō incedentes in habitu,& tonsura, atque negotiis secularibus,& armis se immiscentes,moneat sub pœna priuationis priuilegij fori,vt incedant in habitu, & tōsura, & à dictis negotiis se abstineant,& data negligentia illius ecclesiastici, supplicare etiam sanctissimo nostro Papæ. Et hoc propter publicam vtilitatem ne delicta remaneant impunita, *l.ita vulneratus.ff.ad l. Aquil.c. vt famæ.de sent.excom.l.licitatio §.quod illicitè.ff.de publican.& vectigal.*& dicit Andr. *in Constitutione regni incip. Apostatantes,in fine,& ibi* Afflict.*col.3.*quod Episcopus ✝ seu Prælatus debet esse facilis ad faciendum 37 talem monitionem.

Sed ista non procedunt in Regno Neapolis,vbi specialiter fuit dispositum per Clementem Papam VII. in sua Bulla extrauaganti, directa Hieronymo Centelles tunc temporis Nuntio Apostolico,ad supplicationem Ludouici de Corduba Ducis Suessæ tūc temporis pro Inuictissimo Carolo V.Imperatore,ac Rege Catholico apud suam sanctitatem Oratoris, quod nulla requiratur ✝ monitio.Per hæc verba. 38

Discretioni tuæ per præsentes committimus,& mandamus vt dictis primæ tōsuræ,& minorum ordinum clericos in dicto regno Siciliæ citra Farum existentes, per edictum publicum,vel intra terminum duorum mensium, quos illis pro termino peremptorio, & trina monitione canonica aßignabis,moneas & requiras, vt habitum, & tonsuram honestè,ac alia solemnia iuxta canonicas sanctiones deferant:alioquin dicto duorum mensium termino elapso,si in habitu decenti clericali incedere, & tonsuram deferre, ac alia sollemnia obseruare,vt supra neglexerint, & eosdem foro seculari subiectos fore, & tanquam laicos per curiam secularem,& vsq; ad vindictam sanguinis, vltimiq; supplicij pœnam puniri posse, in dicta monitione, auctoritate nostra declares,& denunties, & quos etiam nos ex nunc prout ex tunc & è conuerso declaramus seculares, & per curiam secularem puniendos decernimus ipso iure, nulla alia noua declaratione super hoc requisita, vel requirēda. Non obstantibus,&c. Datum Romæ die 19. Ianuarij, 1524. quæ bulla eodem mense, & anno fuit executa, & publicata Neapoli per dictum Nuntium Centelles.

Aut dimisit ✝ habitum, & incedebat vt laicus, sed 39 postea pœnitentia ductus habitum,& tonsuram reassumpsit,quo casu, si delictum commisisset hoc medio tempore, adhuc fori priuilegio gaudere debet, & ad ecclesiasticum iudicem remitti,*clement.1.de vit.& honest.cleri.*nam in illis casibus clericus est priuatus post monitionem priuilegio clericali, & tamen si illam artem dimittit,& vt clericus incedit, recuperat priuilegium,& ibi not.gl.*in ver.quandiu.*Innoc.*in c.si.de vita & honestat.clerc.*dicit clericos ✝ priuatos priuilegio 40 clericali, dum se negotiationib. implicant, & reassumere priuilegium, dum negotiationes dimittunt, & videtur probari *in cap.vnic.de cler.coniugat.lib.6.* qui tex.non dicit,perdant priuilegium,sed quod non gaudeant,& ideo dicit Ioan. de Lignano quod iure antiquo istud priuilegium erat concessum characteri ordinis,& ordini clericali, ergo cum Pontifex *in d. c. vnic.de cler.coniugat.lib. 6.* non disponat de nouo, sed loquatur declaratiuè,intelligitur,quod gaudeat priuilegio cum illa conditione, vt si non portat habitum, suspendatur priuilegium, & non perdatur, ita tenent Archidiac.Ioan. Monach. & Geminian. *ib.* & Ant.de Butr.*in c.Ioannes.de cler.coniugat.* Alex.*in d.consi.149. vol.6.*qui allegat ita tenere Ioan. Andr.*in d.c.Ioannes.* qui dicit ita fuisse iudicatum Paduæ, & sequuntur ibi communiter Doct.& cum hoc fundamento respōderi potest *ad c.ex parte in 3.de priuileg.*& ad similia contraria, quia paria sunt portare, & reassumere quo ad tempus reassumptionis,&pro hoc est casus *in c.cler.in 2.de vita,& honest.cler.* vbi duxerat vxorem, & dimiserat tonsuram,& tamen dicitur quod iterum tondeatur,& sic gaudebit priuilegio,reassumpta tonsura.

Et

Et licet secundum alios fallit quando habitum reassumeret in fraudem, & ita dicunt procedere tex. *in d.c.* † *ex parte.* prout intelligunt Archidiac. & Gemi-
41 nian. *in d.c.vnic.§.& cùm de cleric.coniugat.lib.6.* fraudem dicunt, si facto crimine in habitu laicali, habitum & tonsuram reassumpsisset ad euadendum punitionem iudicis secularis, tunc enim reassumptio non prodest vt per Archidiacon. & Geminian. *ibid.* & ibi etiam Franc. Bellug. *in speculo Princip.rubric.11. §.vi-*
42 *deamus.num.3.* Vnde si † citatus post delictum vt laicus, quod perpetrauerat vt laicus, compareat coram iudice laico vt clericus, & sic cum habitu & tonsura, non remittitur ad ecclesiasticum, sed à iudice seculari animaduertitur, quia clericatus dicitur in fraudem reassumptus, prout est casus decisus in Cappella Tholos. *decis.144.*

Idem est, si incedebat indutus vestibus, quæ magis pertinebant ad laicos, quàm ad clericos: puta quia portabat omnes vestes clericorum præter capputiũ, quia
43 capputium † solum mutat habitum clericalem, quia est vestis laicalis, quo casu captus huiusmodi vestibus indutus, non remittitur ad ecclesiasticum, ita est casus decisus in Cappella Tholos. *decis.228.& in decis.253.* vbi sunt etiam alia multa similia. Tamen contrarium est verius, quod validissimis rationibus defendo infra *in parte 4.casu 121.*

44 Item clericus † se suspendens est per laicum remittendus ad ecclesiasticum, sicut remitteretur si superuixisset, vt scribit Benedict. *in c.Raynutius. tit. de success. ab intest.ver.& vxore.nu.242.* quia iudex ecclesiasticus cognoscit contra clericos viuos & mortuos, siquidem character est impressus in anima, & ossibus, ideo non euellitur, vt scribunt Doct. *in c.degradato, de pœnis, lib. 6.* & ita scribit etiam Aufrer. *in lib.de stylo parlamenti, arresto 109.*

Item habens pensionem beneficij ecclesiastici, si habeat ordines minores gaudet priuilegio fori, & est
45 remittendus, quia licet pensio † non veniat appellatione beneficij ecclesiastici, Io.de Selua *in tract.de benefic.parte 1.qu.3.num.11.* Felyn. *in c.ad audientiam.in 2. de rescriptis.* Geminian. *in cap.quamuis, in primo.de præbend.li.6.* Capyc. *decis.200.n.5.* tamen æquiparatur beneficio, vt post multa scribit Sarnens. *in regula de annali possessore, qu.21.* vbi multos citat ad hoc: quia pensio cùm sit pars substantialis beneficij, multoties capitur loco ipsius, & habet eandem vim, Rebuff. *in practica benefic.tit.de dispensation. super defectu ætatis. nu.82.* Et hodie dispositum est per Bullam Pij V. vt quicun-
46 que habens pensionem vt clericus † teneatur dicere officium paruum Beatæ Mariæ Virginis, de quo per Nauarr. *in summa cap.2.num.122.* & ideo si pensionem retinet vt clericus, & docet de ordinibus minoribus, vtique remittendus est, prout multoties fuit iudicatum Neapoli, secus si pensionem haberet vt laicus:
47 quia laicus † etiam potest habere pensionem, vt *cap. cum M.Ferrariensis, & ibi gloss.in ver.receperunt.* Ioan. de Selua *in d.q.3.num.4.& in 3.parte, q.5.nu.27.casu 17.* Sarnen. *de expectatiuis, num.42.* & tamen non remittitur.

In his casibus remissionis faciendæ ad purgandam inhibitionem, & euitandam excommunicationem
48 plura aduertenda sunt: Primò quod remissio ipsa † fiat sine dedecore, aut ignominia, & ista est iustior, & honestior consuetudo, vt scribit Clar. *in practic.quæst.36. vers. quæro quomodo.* Nam si iudex laicus ignominiosè faceret remissionem, vt cum tubis, in cleri opprobrium, magnam iniuriam dicitur facere ecclesiæ, ex regula *c.quem pœnitet.vers.oportet ei.de pœnitẽt. distinction.1.* & esset excommunicatus, vt notatur *in c.si quis suadente 17.quæst.4.* per *cap. nuper.de sent. excommunicat.* Secundo quod dicta † remissio fieri debeat ex- 49
pensis petentis illam fieri debere, Carauita super *Ritu 235.numero 13.* qui multa adducit, Menoch. *de arbitrar. casu 228.* Viuius *in communibus opinionibus, opinione 162. Iudex laicus.* Stephan. Aufrer. *in reper.clem.1.numer.75. de offic.ordinar.* Ioann. Baptist. Asin. *in sua practic. in tractatu de expens.§.32.ampliatione 61.numero 2.& seq.* Boer. *decis.303.* Farinac. *quæst.7. numero 39.* Ex quibus elicitur ista resolutio, quod remissio † fieri debeat ex- 50
pensis carcerati, qui si non sit soluendo, expensis accusatoris, & in eius defectum iudicis requirentis, & in subsidium expensis iudicis requisiti, & de hac resolutione est casus *in l.lex Cornelia.in fine princip. Digest. ad Syllan.* vbi expresè habetur illas informationes debere fieri expensis carcerati, & si non sit soluendo expensis accusatoris, & vltimo loco ipsius curiæ: quo casu licet soleat remitti ad ecclesiasticum cum processu fabricato † à laico, tamen non debet stari illi pro- 51
cessui, tanquam à non competenti fabricato, *l.fin.Cod. si à non compet.iudic.* & ita est comm. opinio, de qua per Dec. *in cap.at si clerici.colum.3.de iudi.* Clar. *in dict. quæstion.36.vers.quæro vltimo.* Guido Pap. *decis.202. numero 6.& decis.419.numero 1.* Tertio aduertendum est, quod sicut iudex laicus aliquando remittit ad ecclesiasticum, ita & ecclesiasticus aliquando remittere debet ad iudicem laicum, quod potest contingere quando tractatur de causa sanguinis, quia regulariter ecclesiasticus de omni incidenti temporali cognoscit, vt per Ancar. *in cap. ea quæ numero 26. vers. tertio ibi quærit.de regul.iur.lib.6.* Denique quod pendente cognitione remissionis † coram alterutro iudice ab al- 52
tero petita, supersederi debeat in causa principali, tex. & glossa *in cap.si iudex laicus.in fine de senten. excomm. lib.6.* Innocent. *in cap. vt famæ numero 1. de sentent. excomm.* Couar. *libro practicar. quæstion.cap. 37. numero 3. & 4.*

Item clericus † committens homicidium tempore 53
clericatus, si postea ducat vxorem, per quem actum videtur clericatui renuntiare, & esse de foro laicorum, nihilominus de dicto homicidio commisso tempore clericatus debet cognosci à iudice ecclesiastico, & ideo debet remitti, quia tempus status delicti attenditur, & non præsens, Bald. *in l. affinitatis iure Cod.commun. de success.* vbi per gloss. singularem *in l. nemo potest.de legat.1.* tenet, quod debet attendi tempus commissi delicti, quando erat de foro ecclesiastico, idem sequitur Alexand. *in dict. consil. 8.volum.1.* & ita fuit pluries decisum, Grammat. *decis.10.* & Franch. *decis.417.*

Item clericus † effectus miles non amittit priuile- 54
gium fori, *c.seriatim, & c.si quis verò, dist.32.* Archidiac. *in c.si quis in glo.in ver.adde 13.q.4.* Innoc. *in c.1.de apostat.in gl.1.circa medium.* Specul. *in tit.de legat.§.iuxta propositum, ver.miles autem.* & ad hoc est decisio Rotę Auenionens. *125.* præsertim *nu.9.* licet amittat priuilegium *canonis, si quis suadente.* Socin. *in consil.12.num.19. vol.1.* & hoc est, quia non incedit in habitu; ergo reassumendo habitum remitti debet ad iudicem ecclesiasticum, vt per Rot. Auen. *ibid.*

Sequitur modo videre de casibus, in quibus Ecclesiasticorum remissio fieri non debet. Bigamus † est 55
exutus omni priuilegio clericali, *c. altercationis.de bigam.lib.6.* & quando fallat, consulendæ sunt *decisiones Capellæ Tholos.235. & 254. & 255. & 256.* & etiam *decis. 64.* Item clericus † assumens clericatum post- 56
quam fuit captus à iudice seculari, non debet remitti,

quia

quia iurisdictio est præuenta, & videtur fecisse in fraudem, Stephan. Aufrer. *de potestate secul. in ecclesiastic. in ti. fallent. nu.* 19. Abb. *in c.1. de obligat. ad ratiocin.* Ias. *in l. cum quadam puella. ff. de iurisdict. om. iudic.* Costalius *in l. si quis postea. ff. eo. tit.* Couar. *lib. practic. q. c.* 32. Cap-
57 pella Tholos. *decis.* 147. quo casu, causa † debet terminari per iudicem ciuilem, sed executioni mandari debet per ecclesiasticum, Specul. *in tit. de reo. §.1. vers. sed quid si est criminalis.* Anchar. *in d. c. ea quæ, in 14. q.* quos sequitur Aufre. *in addition. ad d. decis.* 147. *Cappel.* Itē
58 clerici † ioculatores, & buffones amittunt priuilegium clericorum, *c.1. de vita, & honestat. cleric. li.6.* vbi quod si per annum in ipsa arte durauerint ipso iure, sin autem minori tempore, tertio moniti si nō resipuerint, non possunt gaudere priuilegio clericorum, & ad hoc multos allegat Diaz *in pract. crimin. canon. c.62.* & habetur *in d. c. si iudex laicus.* isti namque histriones sunt infames, & ideo ipsis non datur sacramentum eucharistiæ, *c. pro dilectione. vbi* gl. *de consecr. dist.2.* Item cle-
59 rici † tabernarij, carnifices, vel macellarij non gaudent priuilegio clericali, Paul. de Leazar. Gulielm. de Monte Laudun. & Bonifac. de Vitalin. *in clem.1. de vit. & honest. cleric.* Diaz in *d. pract. crimin. c.63.* Lambertin. *de iure patronat. lib.2. art.26. q.9. parte 1.* & de hoc est dispositio *Concil. Trident. c.12. de reformat. sess.24.* Nec obstat tex. *in l.2. C. de episc. & cleric.* quia vt ibi glos. *in ver. tabernis.* dicit, quod clerici poterunt eorum tabernas locare, & sic eorum priuilegio non priuantur, & Geminian. *in d. c.1. col.2. vers. nota istam glossam, de vita & honest. cleric. lib.6.* dicit, quod hoc procedit de clerico personaliter tabernam exercente, secus si per alium faciebat vendi vinum, quod recolligebat in possessione ecclesiæ, Rodoan. *in tract. de spoliis, q.2. n.42. & 47.*

CAP. XXXIII.

Principes seculares nullo modo posse se intromittere circa electionem ecclesiasticorum, & aliter posse inhibere sub pœnis.

SVMMARIA.

1 *Electionem prælatorum facessunt seculares.*
2 *Principes non debent se ingerere circa electionem prælatorum sub pœna anathematis.*
3 *Clerici sub qua pœna non debent habere inuestituras dignitatum, & beneficiorum à laicis.*
4 *Beneficium ecclesiasticum recipiens à laico, nisi Papa exprimat, impetratio est surreptitia.*
5 *Consuetudo electionis vt fiat de consensu secularis potestatis non valet.*
6 *Electio quomodo dicatur turbari à secularibus potestatibus.*
7 *Electores non debent esse astricti requirere consensum principis secularis.*
8 *Electionem perturbant solæ principum preces.*
9 *Electio per seditionem, violentiam, & oppressionem est nulla.*
10 *Consuetudo electionis de supponendo capiti factionis, an sit delenda.*
11 *Negotiationes consultoriæ de episcopatu an sint prohibendæ.*
12 *Schisma quid sit.*
13 *Papa potest statuere de futuro Pontifice eligendo.*
14 *Episcopus in synodo potest apponere pœnam vbi ius cōmune non apponit.*
15 *Iurisdictionis est apponere pœnam statutis.*
16 *Episcopus in synodo potest creare nouum delictum, & illud prohibere sub pœnis, & censuris.*
17 *Capitulum sede vacante habet ordinariam iurisdictionem.*
18 *Capitulum quando possit excommunicare, & absoluere, & omnia quæ potest prælatus facere.*
19 *Capitulum sede vacante potest prohibitiones & inhibitiones etiam pœnales facere.*

QVia totius mundi præcipua negotia ad electionem prælatorum ecclesiæ reducuntur, multi ex secularibus † magnatibus prælatum facessunt, & vt ait 1
D. Hieronym. ad Titum *in c. Moyses 8. q.1.* non quęrunt eum in ecclesia erigere columnam, quem plus cognoscant ecclesię prodesse posse, sed quem vel ipsi amant, vel cuius sunt obsequiis illiniti, aut pro quo maiorum quispiam rogauerit: ex Principum enim iussu, vel precibus aut ad dignitatum culmina illiterati iuuenculi, aut malè morigerati, & quandoque irregulares, & multos patientes defectus assumuntur, iura ecclesiastica pereunt, & ecclesię gladius eneruatur, vt tota ecclesiastica iurisdictio aboleatur. Hinc multi indigni, qui vix legere sciunt ad sacerdotale officium prouehuntur, & quia literarum sunt ignari, mercibus sese implicant, vsuris student, & reliqua id genus scelera perpetrantur, sic vt verè de eis dici possit: *Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum,* Daniel c.13. Quo enim ore, quóve animo Prelatus illiteratus, confusus vitiis & auaritia irretitus ordinandum scrutabitur, & ad literas, ac virtutum culmen in examine hortabitur, cum ignorante cæcitate ipse ducatur, contrariáque virtuti exequatur, sibique dici possit, tu eadem commisisti, quæ corripis, pro quo est tex. *in c. primum itaque dist.25.*

Statutum fuit *in 7. Synodo Constantinopolitana,* sub anathematis pœna, vt omnes Principes † sileant, & attendant vsque quo à collegio ecclesiæ finem suscipiat electio futuri Pōtificis, *c. nullus, c. Hadrianus. dist.63.* ad hoc est tex. *in c. nullus laicorum principum dist.62.* vbi habetur ad literam, quisquis secularium principū, vel potentum, vel alterius dignitatis laicus aduersus communem consonantem, atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit, anathema sit, donec obediat, & cōsentiat quicquid ecclesia de electione, & ordinatione proprij præsulis se velle mōstrauerit. Item in Synodo generali prohibitum fuit per hæc verba: *Decernimus, vt nullus † clericorum inuestituras episcopatus, vel abbatiæ, vel ecclesiæ de manu Imperatoris, vel Regis, aut alterius laicæ personæ viri, vel fœminæ suscipiat, quod si præsumpserit, recognoscat inuestituram illam apostolica auctoritate irritam esse, & se vsque ad dignam satisfactionem excommunicatione subiacere.* & habetur *in c. quoniam inuestituras 16. q.7.* Imo recipientes beneficia ecclesiastica à manibus Principū sunt fures, & latrones, cum sine titulo illa possideant, quia laicus illa conferre non potest, ita dicit Præposit. *in c. imperium, col.2. distinct.10.* per tex. *in c. dudum. de elect.* Imo si recipiens † dignitatem à laico, postea à Papa illam impetraret, non facta huius receptionis expressione, esset subreptitia impetratio, Abb. *in c. præterea in 1. de iure patronat.* Aufrer. *in addit. ad* Cappell. Tolosan. *in decis.* 483. Petrus de sancto Baisio *in directorio electionū, parte 1. cap.10.* Et qui inuestituram de manu laici recipit, nullatenus inter episcopos haberi debet, *cap. si qui deinceps, & cap. constitutiones 19. qu.7.* quia hæc electio est contra canonicam libertatem, *cap. quisquis. de elect.* Nec valet consuetudo quod electio † fieri debeat de 5
volun-

voluntate potestatis secularis, aut alterius cuiuscunque laici, *capit. cum de terra, & capit. Messana de electio.*

Caueant igitur Principes ne ecclesiarum ordinationes impediant, quod si fecerint, potenter tormenta patientur, *c. illud 8. qu. 1.* Sic fecit Valentinianus Imperator, quem Diuo Ambrosio dixisse legitur: *Noli timere, quia Deus te elegit, ipse semper te adiuuabit, & ego ero adiutor tuus, vt meum ordinem decet, c. Valentinianus distinction. 63.* & habetur *Actuum c. 20. & in c. Ephesiis distinction. 43.* mundæ sunt manus meæ à sanguine omnium prælatorum, quoniam nullum indignum promoueri feci, nec aliquem litium anfractibus vexari permisi.

6 Multipliciter autem dicitur turbari electio † à secularibus potestatibus. Primo si domini temporales compellant eligentes pro eorum voto, etiam per capturam temporalitatis, *c. abbas & ibi gl. in ver. coactus. de his quæ vi aut met. caus. fiunt. & ibi* Abb. Bona enim temporalia sunt alia vita, gloss. *in l. aduocati Cod. de aduocat. diuers. iud.* Item si domini temporales cum diuersis medijs capi, aut in carceres detrudi faciant electum, donec iuri suo renuntiauerit; quia excommunicationem incurrunt, *clem. mulierum. de pœnis.* Item si minis alicuius personæ potentis aliquem eli-
7 gant, *c. quisquis. de election.* Item si electores † aliquo modo astricti sint requirere consensum principis secularis super certa persona eligenda, *d. c. cum de terra. de election.* Vel conuocare laicos, vt intersint electioni episcopi, aut alterius prælati, qui recipiantur ad electionem, *d. c. Messana.* Item si grauent aliquam personam ecclesiasticam, vel consanguineum, aut spolient ecclesias, vel monasteria ipsorum bonis, quia non eligitur is, pro quo rogant, *c. sciant cuncti de election. li. 6.* & ibi Geminianus & Franch. probant quod metus consanguineorum suorum, dicatur metus cle-
8 ricorum eligentium. Item solæ † principum preces perturbant electionem, quando solent malè tractare sibi non obtemperantes, quia tunc dicitur fieri per impressionem, Ioan. Andr. *in c. insinuante in gloss. sua metu regio, qui cleri. vel vouent.* Vnde Franc. Marc. *in decis. 106. part. 1. in fine.* dicit, quod non debent interuenire literæ, vel preces principum, nisi vtantur precibus benignis, & beneuolis, absque comminatione,
9 alias electio † fieret per seditionem, violentiam, & oppressionem, & esset nulla, *c. in nomine domini. distinct. 23. d. c. Messana & d. c. quisquis & c. bonæ, in primo de election.* Bald. *in tract. tu de schismat. in rubr. C. si quis aliquem testari prohib.* Item perturbatur futura electio, si viuente Pontifice, Principes facessunt futurum eligendum, quo casu committitur crimen læsæ maiestatis, vt voluit Ioan. Andr. *in c. veniens de testib.* Alexand. *in l. 1. Digest. ad l. Iul. maiest.* Marsil. *in consil. 1 num. 23.* & scribit Cardinal. Alberic. *in tractatu de Cardinalibus, q. 30.*

Quare imprimis considerandum est, an expediat
10 delere † consuetudinem supponendi capiti, quod vocant factionis, atque prouidere, vt sic omnis priuatæ affectionis inordinatio deponatur, capita factionũ in singulis electionibus prohibendo, ac detestando, liberum esse vnicuique, prout melius inspiratur, vota præstare: singuli enim inter ipsos optimum recognoscũt cui suffragia præstare non valent: An ingratitudini ascribendum est eligere potius ad salubritatem ecclesiæ, quam ad proprium commodum? Non in se reciprocent eligentes considerationis intuitũ, vel in suos, quæ sua sunt quærant, non commodis priuatis intendant, sed nullo arctante ipsorum in eligendo iudiciũ, nisi Deo, puris, ac liberis mentibus, nuda electionis conscientia, vtilitatem publicam liberè prosequatur, & eorum ministerio idoneum celeriter ecclesiæ constituant. Item considerandum est an expediat prædictas de episcopatu, † etiam consultorias negotiationes 11
prohibere quibuscunque quæ iure hucusque prohibitæ non sunt, sicut prohibentur tractatus deliberatorij, siue diffinitorij, Conrad. *de Pont. Maxim. qu. 2. nu. 2.* Sic enim nimia in suffragiis complacendi libido eripetur, schismatisque potior causa auferretur: Nam cum schisma † sit illicita eorum discessio, inter quos 12
vnitas esse debet, hæc autem Christi vnitas in optimo persistere, quis non videt, de victis erga Reges suffragiis, Christo fidem debitam non adhiberi. Et si præmissa seruabantur ex legibus tabularum, in Rectoribus & Reipublicę administratoribus, qui diuinę legis notitiam non habebant: An non sunt seruanda in illis, qui fide illuminati, ceu præsides à Deo constituti, alios corrigere, & reformare debent? Et possunt multæ nouæ formæ inueniri ad remouendos tractatus, & factiones, atque partialitates reformare, vt qui sanctior, qui iustior, qui administrationi ad vtilitatem ecclesiæ aptior videtur, ab eiusdem filiis eligi possit.

In futurum vltra prouisiones iam factas, si quæ aliæ sibi fortè viderentur vrgentiores, potest summus Pontifex † statuere, vt sacri canones decreuerunt, *cap. vbi periculum de elect. lib. 6. & clem. ne Romani, & cap. licet eod. tit.* & notatur *in cap. his omnibus 8. quæst. 1.* latè 13
scribit Cardinal. Alban. *in tractatu de Cardinalibus. quæst. 31.* omnia enim quæ consummationem, & effectum sumunt in vita Papæ durant etiam post mortem, vt sunt statuta, sententiæ, contractus, & similia, *cap. fin. de offi. leg. l. g. ff. ff. de re iudic.* & notatur *in c. querelam ne prælati voces suas.* Sic est constitutio de futura electione sanctissimi Papæ, quæ ipso viuente vires continet in perpetuum, Immol. *in d. clem. ne Romani, nu. 29.*

Item Episcopus † potest statuendo in Synodo ad- 14
iuuare ius commune, scilicet apponendo pœnam vbi ius commune non apponit, vel aggrauando pœnam à iure impositam, *cap. innotuit, vbi Butr. & Abb. notant. de eo qui furtim ordin. suscepit. c. 2. §. statuto de constitut. lib. 6.* nota gloss. *in ver. tolli in d. clem. ne Romani* quæ est communiter recepta, *c. à nobis in primo, & ibi Abb. in 1. not. de senten. excomm.* Hostiens. Ioann. Andr. Zabarell. & Butr. *in cap. fin. de offi. Archipresbyt.* Felyn. *in c. quod super his, vers. fallit septimo de maior. & obed.* vbi plura allegat Geminian. & Cardinal. Alexand. *in summa 18. distinction. colum. 1. & 2. & in cap. mancipia in princip. distinction. 54.* quia pœnam † apponere sta- 15
tutis, est iurisdictionis, Abb. *in cap. quæ in ecclesiarum colum. 2. vers. tertio vero casu de constit.* & ibi Dec. *vers. secunda conclusio.* qui multos allegat, & Felyn. *in cap. irrefragabili §. cæterum versi. limita tertio de offi. ordina.* Sed episcopus habet non solum iurisdictionem, sed etiam merum imperium, Bald. *in rubri. de constitut. col. 2.* & scripsi supra *in cap. 35.* & in dicto statuto poterit apponere pœnas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, absque quo præmittat trinam monitionem, Henric. Boich. *in c. sacro de sen. excom.* Federic. de Sen. *in consil. 108. quæst. magis.* Socin. iun. *in consil. 174. pro facto. in fin. vol. 2.* etiam statuta latæ sententiæ, gloss. fin. *in c. nullus 3. q. 4.* gloss. *in c. Romanã §. caueant, in ver. pro futuris de sent. excom. lib. 6.* vbi Geminian. & Franch. *in ver. 7. differentia.* Ioann. Andr. *in cap. quod translationem columm. 1. de offic. legat. in nouell.*

Alberic.

Alberic. in dictionario, in ver. Episcopus. Et super casibus non dispositis de iure communi, potest in synodo sua facere statuta † creando nouū delictum, & prohibendo sub pœnis, & censuris ecclesiasticis, c. 2. de cōstit. lib. 6. facit c. catholica dist. 11. Ab. in c. 1. in 1. not. de locato. Felyn. in c. cum dilecta in 1. ampliatione de rescript. vbi respondet contrariis, Barbat. in clem. ne Romani col. 7. vers. 1. casu de elect. Tanto magis posset declarare excommunicatos eos, qui aliquo modo turbauerunt electionem Ecclesiasticæ personæ, & prouidere prius per inhibitiones, & monitiones pœnales, ne supradicta impedimenta fierent.

16

Et si sede vacante, inspecto præsenti statu, impedimenta fierent liberæ electioni, possunt inhibitiones

17 fieri ab ipso Capitulo † quod sede vacante ordinariam à iure communi habet iurisdictionem, gl. 2. in cap. 2. ne prælati vices suas, & notat Io. Andr. in c. si. in gl. sua pen. de supplend a neglig. prælat. in nouell. & latè scribit de hoc Io. Francisc. Pauin. in tractat. de officio & potestate Capituli sede vacante, parte 1. q. 2. prin. & quia hæc ordinaria iurisdictio est apud ecclesiam, cuius appellatione venit Capitulum, c. cum cleri. de verb. significat. c.
18 antiquos 10. q. 1. & potest excommunicare, † & absoluere, & omnia quæ ipse Prælatus faceret exercere, vt per eundem Pauin. in d. tract. 2. parte q. 6. tanto magis
19 monitiones † istas pœnales, item inhibitiones, atque declarationes excommunicationis incursæ, quæ ad ordinariam pertinet iurisdictionem, in executionem tot constitutionum Pontificalium.

CAP. XXXIV.

Principes seculares nullo modo posse in episcopos, licèt seditiosos, animaduertere.

SVMMARIA.

1 *Rex quando possit episcopos pacem turbantes de regno expellere.*
2 *Membrum à corpore quando debeat abscindi.*
3 *Homo periculosus communitati, an occidendus.*
4 *Pacis perturbatio est crimen flagitiosissimum.*
5 *Eccl. si pœnam mortis non imponit.*
6 *Pacis perturbatio, vbi est notoria non requiritur causæ cognitio.*
7 *Archiepiscopus qui fuerit furcis suspensus à Florentinis.*
8 c. olim, de iniuriis. *limitatio.*
9 *Assassinio priuantur episcopi, & Cardinales dignitatibus.*
10 *Diffidere est dare cuilibet licentiam offendendi.*
11 *Cardinales an comprehendantur in dispositione* c. 1. de homicid. lib. 6.
12 *Dispositio correctoria, & odiosa qunado extendatur.*
13 *Dictio,* quicunque, *geminata extenditur etiam ad maiora expressis.*
14 *Cardinales & episcopi cur non nominentur verbo tenus in dispositione* c. 1. de homicid. lib. 6.
15 *Digniores oportet à fraudibus plus esse alienos.*
16 *Clerici quando occidi poterunt sine dispositione.*
17 *Assassinij pœna procedit, etiam non secuta morte occidendi.*
18 *Reipublicæ expedit capita factionum occidere.*
19 *Reipublicæ conturbationi obuiandum.*
20 *Iustum quale proprium dicatur in actibus humanis.*
21 *Dauid non aliter potuit habere pacem, nisi occiso Absalone filio.*
22 *Seditionis peccatum nunquam Deus voluit relinquere inultum.*
23 *Legem naturalem omnes gentes habent.*
24 *Episcopum seditiosum posse expelli de regno secundùm aliorum opinionem.*
25 *Episcopos expellere incurritur in* bullam, Cœnæ domini.
26 *Et alios canones.*
27 *Episcopus expellens feudis ecclesiæ priuandus est.*
28 *Papa solus habet potestatem in episcopos.*
29 *Leges Codicis si non sunt approbatæ de iure canonico sunt nullæ ipso iure.*
30 *Legem condere super ecclesiasticis excedit secularem potestatem.*
31 *Leges principum secularium non ligant clericos ad eorum obseruantiam.*
32 *Leges contra priuilegia clericorum auferunt libertatem ecclesiasticam.*
33 *Leges auferentes competentia clericis de iure communi non valent.*
34 *Idem si auferunt competentia de consuetudine.*
35 *Eleemosyna quæ datur de consuetudine non potest statuto tolli.*
36 *Lex iusta propter pacem ligat aliquando clericos, & quomodo.*
37 *Clerici etiam primæ tonsuræ non possunt expressè distingui in legibus secularibus.*
38 *Mala non sunt facienda, vt inde veniant bona.*
39 *Lex super titulis ecclesiasticorum an possit condi à Principe seculari.*
40 *Titulos recipere ecclesiasticæ personæ nullo iure prohibentur.*
41 *Clericis dicitur conueniens omnis habitus honestus.*
42 *Tituli quibus iuribus sint concessi prælatis.*
43 *Honestas est præceptum iuris.*
44 *Honorem potest quis petere sibi exhiberi.*
45 *Cardinales sunt illustrissimi.*
46 *Cardinales excedunt episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas.*
47 *Honor est diuersus iuxta excellentiam.*
48 *Episcopi appellantur reuerendissimi, & quot alios titulos habeant.*

QVæsitum est, si Rex possit in aliquo casu episcopos de regno expellere, & certè si posset, non deberet, id faciens excommunicatione damnari; ideo circumscriptis omnibus Doctoribus excellentissimis Hispanis, & Gallis, quos in fine quæstionis recensebo, videndum est quid de iure ciuili, & canonico statuatur, Doctoresque Itali senserint, ac exempla nostrorum temporum fieri permittāt. Omnium igitur propugnantium pro seculari iurisdictione vnica est sententia, Regem ipsum † posse episcopos, si cōtra custodiam, vel quietem publicam demoliti fuerint deprehensi, procul ab ea vrbe, quam conturbauerint, expellere, l. quicunque C. de epis. & cleri. vbi id tenet Paul. de Castro, & Saly. Item in §. si clericus de pace tenenda. statuitur, clericum turbantem pacem priuari posse, & tāquam proscriptum haberi, vbi id tenet Bal. n. 2. Aluarott. n. 2. qui respondet Andreæ, & Baldo dicentibus non potuisse Imperatorem hanc legem condere in d. n. 2. vers. sed hoc videtur. & ib. nu. 3. Quod autem supradicta iura videantur iustè, ac rectè cōdita, ex doctrina D. Augustini probatur, qui contra Parmenianum dicit, sic enim si saluti † totius corporis humani expediat præcisio alicuius membri, puta cum est putridum, vel corrup- 1 2

corruptiuum aliorum membrorum, laudabiliter, &
3 salubriter absciditur, ita cùm aliquis homo † periculosus est toti communitati propter aliquod scandalum & peccatum, laudabiliter & salubriter occiditur, vt bonum commune conseruetur. Ad quæ adaptari possunt notata per D. Thom. *in 2.2.qu.64. art.2.* vbi quod hoc habet locum in omnibus criminibus; ergo
4 multo magis perturbãdo pacem † vniuersalem, quod crimen flagitiosissimum est, ideo resecandum est à principio ne intima cordis corrodat. Et cùm dicat D. August. licitè occidi poterunt, intelligendum est à laico,
5 quia ecclesia † pœnam mortis non imponit, vnde dicit tex. *in c.nouimus.de verb.significat.* quod quando Ecclesia tradit clericum degradatum iudici seculari, debet efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum eum sententia moderetur: & licet cognitiõ saltem videatur pertinere ad ecclesiam, *c.quoties,24.q.1.* tamen quia hoc crimen resecandum est à principio, ne
6 pax violetur; vbi perturbatio † pacis est adeo notoria: non requiritur causæ cognitio, vt in simili deciditur de filiis presbyterorum. Imò dicit D. August. quẽ citat Franciscus Arrias *in tractatu de bello, & bellator. num.101.& seq.* quod quando vult Deus concitare aliquam potestatem aduersus hæreticos, schismaticos, dissipatores Ecclesiæ, & exsufflatores, ac blasphematores Christi, ac pacis perturbatores, ipsi non mirentur, quia Deus concitat, vt à Sara verberetur Agar, cognoscat se Agar, supponatque ceruices; Non esse mirandum ait, cur potestates Christianæ sic mouentur, quomodo enim redderent rationem de imperio suo: & propterea præcedentem conclusionem tenet Gratianus in glo. *in ver.violentas.vers.sed cùm aliquis in c. si quis suadente,17.qu.4.* Socin. *in consi.20.inter consilia Francisc.Curt.senioris,n.50.vers.possumus tertio.* qui con-
7 suluit super morte Archiepiscopi † Pisani furcis suspensi à Florentinis, & idem Francisc. Curt. *in consi.21.* super eodem facto consuluit Ruyn. *in consi.4.lib.5.* & hanc tenet Archidiacon. *in c.de fama,24.q.5.* limitari e-
8 tiam possunt, *c.† olim.de iniuriis.& clem.1.de pœnis.* vt non habeant locum in assassinio, vt *in c.1.de homicid.*
9 *li.6.* tunc enim quilibet clericus, etiam Episcopi, † & Cardinales dicuntur priuati ipso iure, dignitate, ordine, vel beneficio, & à populo Christiano diffidati, & tanquam diffidati possunt à quocunque offendi, adeo, vt nec treuga aliqua eis fuisset seruanda, vt dicunt Hostiens. & Ioann. Andr. *in d.c.1.* & communiter omnes Doct. dicunt ibi, quod tanquam diffidati possunt à quocunque occidi impunè, vt Cyn. *in l.reos.C.de accusat.* & Angel. in terminis *in consi.13. in quæst.præmissa.*
10 Clar. *in §.assassinium. vers.sed quæro.* quia diffidare † idem est quod dare licentiam cuilibet offendendi, Bald. *in l.3.C.ad l.Falcid. & in l.cùm mulier.ff.sol.matrim.* etiam absque incursu excommunicationis, vt dicit Syluestr. *in summa.in ver.assassinium.nu.3.* Et quod in dispositione *d.c.1.* comprehendantur etiam Cardi-
11 nales, † probatur ex multis: Primo, quia quando agitur de salute animarum, & euitando peccato disposi-
12 tio correctoria, † & odiosa de tali materia loquens, extenditur ex rationis identitate, vt per Ioan. Andr. *in c.ex tenore, qui fil.sint legit.* quem sequitur ibidem Butr. & Abb. & idem Abb. *in c.quæsiuit.de diuort.* Bart. *in auth.sacramenta puberum.vers.quæro vtrum ista.* Sed dispositio *d.cap.1.* respicit fauorem animarum, vt dicit ibi tex. & ideo licet dicatur de principe, Ioann. Andr. extendit ad personas etiam maximi gradus supra principem, quia constitutio illa respicit fauorem animarum, & reipublicæ secundum eum, & Capyc. *decisio.55.* *numer.23.* Secundo propter dictionem *quicunque* † 13 geminatam, quæ extenditur ad maiora expressis, & comprehendit etiam odiosiora, Socin. *in consi.47.nu.30.vol.4.& consil.3.num.23.volum.3.* Corn. *in consi.237.num.16.vol.4.* Dec. *in consi.599.num.2.* Crauett. *in consil.308.num.3.* Roland. *in consil.5.num.44.& consil.61.num.40.li.1.* maximè in materia fauorabili, vt per eundem Roland. *in consil.12.num.39.lib.4.* Item quia *in d. cap.1.* non nominantur Episcopi & Cardinales † pro- 14
pter honestatem religionis, ne detur scandalum quod Episcopi, & Cardinales possunt ista delicta facere, & idcirco dicitur quicunque princeps, prælatus, seu quæuis Ecclesiastica persona, & per supradicta concluserunt præcitati consulentes, comprehendi etiam Archiepiscopum Pisanum, Capyc. *d.decis.55.numer.22.* & est doctrina gloss. Ioan. Andr. & communiter scribentium *in d.c.1.* ideo dicendum est comprehendi etiam Cardinales, vt probat Felyn. *in c.cùm cures.nu.31. de rescript.* & Cassiador. *decis.38.nu.5.super regulis Cancellariæ.* Et est ratio, nam cum maiori dignitate sint præditi, oportet eos plus aliis à fraudibus esse alienos 15
iuxta notata *in c.cùm quidam.de iureiur. & in l.presbyteri.C.de episc.& cleric.* facit tex. *in clem.1. de renuntiat.* & ideo Senens. super *reg.de infirmis non resignantibus,* alios citans concludit *in d.cap.1.* comprehendi etiam Cardinales.

Quo casu etiam sine depositione occidi poterunt, 16
vt dicit Lap. *in d.cap.1.* quia ipso iure sunt degradati, & data cuique potestas capiendi, *cap.1.de schismatic.li.6.* Paris. *de syndi. in ver.inquisitio.cap.5.num.13.* Boss. *in ti. de foro compet.numer.142.* Stephan. Aufrer. *in tract.de potest.secul.contra eccles.reg.1.fallent.18.* Grammat. *votum 8. & 9.& 11.* Marsil. *in tractat.de bãnit.versi.atrocioribus,numer.12.& sequ.* etiam non sequuta sententia declaratoria ipsius assassinij, Alberic. *de stat.quæst.94. in vltima parte,* & Socin. *in d.consil.20.in 4.quæst.in fin. inter consilia Curtij Sen.* Etiam non sequuta † morte 17
principis, contra quem volebat committi assassinium, vt dicit gloss. *in versi.mandauerit.* & ibi glossell. *in d.c.1.* Gonius *in tractatu de immunit.eccles.fallent.15. post numer.8.* Angel. *in dict.consil.13.* & ita seruatur Lugduni ex iussu senatus Parisiensis, vt dicit Antonius Columb. *singular.4.* & ex istis Henricus III. Rex Francorum supplicabat sanctissimo Domino nostro Papæ absolutionem pro occisione Cardinalis de Guisa, qui coniurauerat in Regis necem cum toto Populo Parisiensi ad complacentiam dicti Cardinalis, & D. Ducis eius fratris. Humana ratione, & experientia videtur propter periculum, quod est in mora non solùm licitum, sed necessarium expellere, atque etiam occidere, quem alias leges occidi vetant, *l.si quis filio. §. hi qui. Digest. de iniusto testament.* Hieronym. de Tortis *in consil. vnic. numer. 14. inter consilia Butris.* Expedit enim reipublicæ † capita factionum occide- 18
re, Franc. de Aretin. *in consil.163.numero 19.* & propter metum periculi, vel scandali permittitur magistratibus aliquando leges transgredi, *d.§.si qui,* & dicit Immola *in cap.1.de constit.* & Bald. *in l.quid ergo.§.pœna grauior. Digest.ex quib.caus.infam.irrog.& in d.§.hi qui.versi.nota quod ratione.* Nec quis debet expectare † actum facti, scilicet se percuti, vel rempublicam conturbari: Vndè Terentius dicit; *malo nos ante prospicere, quàm vlcisci,* & monemur exemplo Scipionis 19
Nasicæ relato per Valerium Maximum *lib.3. capitul. de fortitudine.* vbi cùm Tiberius Gracchus profusis largitionibus fauore populi rempublicam oppressam teneret, conuocatis patribus conscriptis in ædem

Fidei à cõsule Mutio Scæuola quidnam in tali potestate faciendum esset deliberant, cunctisque censentibus, vt consul armis rempublicam tueretur, Scæuola negauit se quicquam vi esse acturum, tunc Scipio Nasica, quoniam, inquit, consul dum iuris ordinem sequitur, illud agit, vt cum omnibus legibus humanum imperium corruat, ego memet priuatus voluntati vestræ offero, ac deinde læuam apertè manum circumdedit, sublataque dextera proclamauit, qui rempublicam saluam esse volunt, me sequantur, eaque voce, cunctatione bonorũ ciuium discussa cum scelerata factione quas meruerat, pœnas persoluere coegit.

20 In actibus humanis in tantum aliquid est iustum, † in quantum iuri naturali est consonum, D. August. *in lib.1. de libero arbitrio* translatiuè *in c. quo iure, distinct.* 8. quod ius naturale diuinum est, *dist.1. in princip.* Sed in iure diuino pluries exempla traduntur propter seditionem & coniurationem, etiam proprios occidi
21 debere: Non enim meruit † aliter pacem habere domus Dauid, nisi Absalon filius eius à Ioab tribus lanceis fuisset occisus, 2. *lib. Reg. c.* 18. Adonias etiam contra patris voluntatem, per coniurationes regnare tentans à Salomone fratre suo occisus est, 3. *lib. Reg. c.* 2. Et
22 seditionis peccatum † neque Deus omnipotens inultum relinquere voluit. Nam cùm filius Bocri clamauit coram omni populo Israel, non est tibi pars in Dauid, &c. feceritque seditionem, vt tribus Israel recederet à regimine Dauid, permittente Domino Ioab procedens contra ipsum, fecit decapitare, 2. *lib. Reg. c.* 20. Ipse idem Deus O.M. puniuit omnes adhærentes coniurationi Absalonis, & ex peste propterea mortui sunt septuaginta millia virorum, 2. *lib. Reg. c.* 22. quod fuit propter coniurationem & seditionem populi, vt dicit D. Thom. 2.2. *quæst.* 40. *art.* 2. Et de seditione etiam Choræ qualiter fuerit, & qui in seditione puniti à Deo habetur *Numer. c.* 16. Vnde super dicto Apostoli *ad Roman. c.* 2. cùm gentes quæ leges habent, quæ legis sunt faciunt, ipsi sunt sibi lex, dicit glossa. Legem
23 non habent scriptam, habent tamen legem † naturalem, qua quilibet intelligit, & sibi conscius est, quod bonum & malum est, & optimum videtur, vt membrum corruptiuum aliorum statim abscindatur, vt bonum commune conseruetur.

Ex his concluserunt Doctores Hispani, & Galli Re-
24 gem † posse Episcopum seditiosum, vasallosque conturbantem de regno expellere, Boer. *in tract. de seditiosis, c.1. col.1.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubric.1. §. 5. in gloss. se il n'aggrace. n.* 81. Auendanus *in tractatu de exequendis mandatis Regis parte.2. cap.6. nu.12.* Couarr. *practi. quæst. cap.* 35. *n.* 3. Benedict. *in c. Raynutius. in vers. & vxorem nomine Adelasiam in 2. decis. nu.* 460. Carol. de Grass. *lib.2. Reg. Franc. iure 7. col. pen.* Io. Fab. *in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport.* Bellug. *in suo spec. in tit. de official. laic. §. vlt. & in tit. de proposit. rubric.11. §. dubitatur. nu.18.* Salsedo *in addit. ad pract. criminal. Berandini Diaz cap.102. in 1. addit.* vbi intrepidè dicit contra Nauarr. *in suo manual. c.27. n.67.* qui Na-
25 uarrus † *in 10. casu* tenet *Bullâ, Cœnæ Domini*, hunc casum fuisse diffinitum, vt nullo modo liceat iudicibus secularibus episcopis non parentibus suis iussis præcipere, vt de regno exeant, Salsedo putat hunc casum minimè potestati Regiæ derogare, sed tunc procedere quando Episcopi & alij prælati sine causa expellantur, cuius opinio à fortiori procedit in maioribus sui regni ecclesiis, quarum Reges ipsi sunt domini, vt per Archidiacon. *in c. lectis. dist.63.* per illum tex. cum tribus capitulis præcedentibus, Corsett. *in tr. ct. de potestate Reg. parte 3. q.34. num.60.* Sic Genuenses Episcopum Petrum à Balma expulerunt, & Alphonsus Estensis vltimus Dux Ferrariæ, Episcopum Ferrariæ nostris temporibus expellit; sed ista facta non sunt trahenda ad exemplum: Nec causam scire possumus cur sanctissimus Papa, qui maxima cum consideratione Principes excommunicatos denuntiare debet, non fecerit.

Sed ego non video quomodo præcedens opinio possit citra excommunicationem † legi, ne dum susti- 26
neri, & vltra quod *in bulla, Cœnæ Domini.* hic casus diffinitus sit, vt latè per Nauarr. *in d. c.27. n.67.* Sunt certè decretales stabilitæ aduersus bannientes Episcopos, & alios clericos, & pro eorum opinione scribentes excommunicatione damnantur, & decretales sunt in corpore iuris canonici integraliter receptæ, nec inficiari possunt, quas placuit verbotenus inserere. Nam dum Florentini eiecissent Episcopum Fesolanũ propter eorum rationem politicam, conditum est *c. olim. de iniuriis.* [Olim scribentibus nobis episcopo Mutinen. vt potestatem & consiliarios & populum Ciuitatis Florentiæ ad satisfaciendum de damnis, & iniuriis irrogatis Episcopo, & Ecclesiis Fesulan. censura ecclesiastica coarctaret, idem testes lite non contestata recepit: quare nos, eius processu penitus reuocato, commune Florentin. quia bannierat Episcopum Fesulanen. contra Deum, & ecclesiasticam libertatem, propter iniuriam banni, expensas, & damna tali occasione secuta taxatione iuramento præmissa in mille libris vsualis monetæ prædicto Episcopo sententialiter duximus condemnandum.]

Clem.1. de pœnis. [Si quis suadente diabolo in hoc sacrilegij genus proruperit, quod quamuis pontificem iniuriosè, vel temerè percusserit, aut cœperit, seu banniuerit, vel hæc mandauerit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, vel socius in his fuerit faciendis, aut consilium in his dederit, aut fauorem, seu scienter defensauerit eundem in illis casibus de prædictis, in quibus excommunicationem per iam editos canones non subiret, si huius nostræ constitutionis auctoritate (non obstante quacunque consuetudine, quam reputamus, approbante sacro concilio potius corruptelam) anathematis mucrone percussus à quo nequeat, nisi per summum Pontificem (præterquam in articulo
mortis) absolui. A feudis † insuper, locationibus, of- 27
ficiis, & beneficiis spiritualibus, siue temporalibus, quæ ab Ecclesia, cui sic offensus præest episcopus, obtinet, cadat hoc ipso ac ad eandem ecclesiam liberè reuertatur. Ipsius filij per masculinam descendentes lineam vsque ad generationem secundam (omni spe dispensationis adempta) reddantur ipso facto inhabiles ad ecclesiastica beneficia in ciuitate & diœcesi, in quibus idem Episcopus præsidet obtinenda. Terra quoque ipsius (dum tamen vltra vnam diœcesin non contineat) vsque ad condignam satisfactionem eiusdem, nec non locus, aut loca, in quibus captus Episcopus detinebitur, quandiu detentio ipsa in eisdem durauerit, ecclesiastico subiaceat interdicto. Quod si terra eiusdẽ duas diœceses, vel vltra cõtineat, diœcesis domicilij principalis ipsius, & illa etiã in qua fuerit delictũ cõmissum, si sua sit, & duæ aliæ, quæ sub ipsa sint eidem loco magis vicinæ interdicto subiaceant supradicto; & quia eo maior erit ipsius confusio, quo sua fuerit culpa,

culpa patetior, quo vsque dignam satisfactionem præstiterit, per omnes illius loci, in quo commissum est facinus, nec non ciuitatum & diœcesium vicinarum ecclesias quibuslibet diebus dominicis & festiuis, pulsatis campanis, & candelis accensis, excommunicatus publicè nuntietur: & cùm absoluendus fuerit, idoneè caueat quod inferendæ pœnæ parebit, & auxiliante Domino pœnitentiam peraget iniungendam. Ciuitas autem, quæ præmissa, vel eorum aliquod in episcopũ suum commiserit, interdicto, donec satisfecerit subiaceat memorato. Potestas verò, consiliarij, Balliuus, scabini, aduocati, consules, rectores, & officiales ipsius, quocunque nomine censeantur in præmissis culpabiles existentes, similiter excommunicationis sententię, à qua (nisi vt præmittitur) non valeant absolutionis obtinere beneficium, sint subiecti. Quæ omnia tantò magis in Episcoporum interfectoribus sunt seruanda, quantò in eos seuerior, quàm in præfatos pœna debet exurgere, & grauioris indignationis aculeus desæuire.]

Cap. nouerit. de sent. excomm. [Nouerit fraternitas tua (& infra.) Excõmunicamus omnes hæreticos vtriusque sexus, quocunque nomine censeantur, & fautores, & receptatores, & defensores eorum: Nec non & qui de cætero seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas cõtra Ecclesiæ libertatem: Nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sententiæ fecerint amoueri. Item excommunicamus statutarios, & scriptores statutorũ ipsorum, nec non potestates, consules, rectores, & cõsiliarios locorum, vbi de cætero huiusmodi statuta, & consuetudines editæ fuerint, vel seruatæ, nec non & illos qui secundum ea præsumpserint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata.]

Non solum sunt excommunicati, sed & feudis, quæ ab ecclesia tenent, priuari debent, *c. grauamen. in fin. de sent. excom.* gloss. notat. *in d. c. nouerint. in ver. scriptores. c. ... & d. clem. 1. de pœnis. in vers. à feudis insuper.*

28 Potestas † in episcopos pertinet ad solum Papam, quod disponitur in multis conciliis generalibus, vt ex postrema *Tridentina synodo* constat, *canone vltimo tertiæ sessionis*, sub Iulio Papa III. celebratæ, & fuit etiam decretum sub *octaua sessione eiusdem concilij*, sub Pio Papa IV. celebrata, inter decreta *reformationis canone* 5. vbi statuitur summum Pontificem oportere per seipsum causas episcoporũ cognoscere, & statuere; Aut Metropolitanis, vel episcopis Papæ ipsius manu signato rescripto eligendis, cognituris tantùm, & facti instructionem sumpturis, processumque confecturis, & statim ad Romanum Pontificem transmissuris delegare, seruata eidem diffinitiua sententia. Item probatur ex quampluribus decretis canonum, ipsorum Episcoporum causas à solo summo Pontifice, & non ab alio finiri oportere, aut ab aliis iudicibus apostolicæ sedis auctoritate constitutis, quod dignosci poterit ab ipsis primis ecclesiæ initiis, vt traditur *in c. inquisitores. de hæretic. li. 6.* & ita ab omnibus Pontificibus Romanis sancitum esse reperitur, *c. nullam. 2. q. 5. & c. omnis. c. ad Romanam. c. si quis putauerit. c. si quis Episcopus. 2. qu. 6. & c. audum. 3. q. 6. & c. 1. & seq. 6. q. 4. & c. maior. s. de baptism. & c. vltra prouinciæ. 3. q. 6. & c. synodũ. 17. dist. & c. ipsi canones, & c. cuncta per mundum. 9. q. 3.* in quib. dicitur difficiliores, & maiores causas ad sedem apostolicã referre oportere. & *cap. præceptis. dist. 12.* vbi Gregorius statuit in hæc verba: *Nulli dubium esse, non solum pontificalem accusationẽ, sed etiã omnẽ sanctæ religionis relationẽ ad sedem apostolicam, quasi caput ecclesiarũ debere referri, & inde normam accipere, vnde sumpsit exordium.*

Item probatur summorum Pontificum Epistolis, Anacletus Papa Petri discipulus in epistola prima de oppressione episcoporũ, & de accusatione eorũ, missa ad omnes Episcopos, ita scripsit: *quod si difficiliores ortæ fuerint quæst. aut Episcoporum, aut maiorũ iudicia, ad sedem apostolicam referantur.* quæ epistola ponitur *in 1. tomo conciliorum. fol. 54.* & recensetur à Burcando Episcopo VVormacien. Christianæ religionis defensore *in li. 1. de primatib. eccles. decret.* 178. Euaristus Papa, tẽporibus Domitiani, & Neruæ Traiani in quadam sua epistola *in eodem 1. tomo conciliorũ fol. 68.* quæ est secũda, directa ad omnes per Ægyptum conglutinatos fratres, post multa dicit: *quoniam iniuria Episcoporum ad Christum pertinet, &c.* sin autem aduersus eos aliquam querelam habueritis, his peractis inquirendum erit, & auctoritate huius sanctæ sedis terminandum. Alexander Papa I. scripsit epistolam ad omnes orthodoxos de sacerdotibus non vexandis, & Episcoporum causas ad sedem apostolicam remittendas; quæ habetur *in eod. tomo 1. concil. fol. 71.* & ibi *in d. 1. tomo concil.* sunt multæ epistolæ Pontificũ de hoc, quæ ad exemplũ inducta sunt, ad ostendendum, quod nunquã in alio fuit potestas Episcopos inquirendi, iudicandi, & expellendi, nisi penes ipsum summum Pontificem, & ideo rectè *in Bulla Cœnæ domini.* singulis annis excommunicantur, vltra priores censuras sacrorum conciliorum.

Nec obstant supradictæ leges † Imperatorũ in Codice, & alibi allegatæ; quia omnes leges Codicis positæ sub titulo de sacrosanctis ecclesiis, & de Episcopis, & clericis, & alibi de ista materia in toto iure ciuili, si non sunt approbatæ de iure canonico, vel merè priui- 29
legiatiuè, sunt nullæ ipso iure; quia legem † condere super ecclesiasticis, est res excedens quamcunq; potestatem secularẽ, *c. nunquam. dist. 96.* Bald. *in c. ecclesia S. M. n. 5.* Et super rebus secularib. non possunt expreslè distingui priuilegiatiuè, vel imperatiuè, *c. 2. de foro comp. c. cùm non ab homine. de iudic.* cum aliis per Alex. *in cons. 211. & 212. vol. 2. & cons. 149. in princip. vol. 6.* etiã si illæ leges essent iustæ, & rationi consonæ, quia ex defectu potestatis sunt nullæ, & ab ipsis reclamare, vel appellare non est necesse, *c. bonæ. dist. 96.* Alex. *in d. c. ecclesia S. M.* quem sequuntur ibi alij, præsertim Dec. *n. 84.* Fely. *n. 4. in prim. limit.* Idem Dec. *in c. in præsenti. de probat.* vbi Paris. *n. 109.* post Salyc. *in auth. cassa. n. 9.* Alex. *in cons. 81. vol. 1.* Cagnol. *in l. 1. nu. 20. C. de sacros. eccles.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 3. n. 42. & seq.* 30

Ideo dicunt Doct. quod leges † Principũ secularium siue auferãt clericis quæ ipsis competunt de iure communi, siue competant de consuetudine, vel ex priuilegio Papæ aut Imperatoris, vel aliter quomodocũque, nõ ligant clericos, vt ad earũ obseruantiam teneantur. 31
Quod autem attinet ad ea, quæ ex priuilegio † aliquo clericis competunt, indubitati iuris est, si legibus secularium tollantur, leges illas tanquam cõtra libertatem ecclesiasticam non valere, vt concludunt omnes Canonistæ *d. c. nouerit. de sent. excomm. & c. ecclesia S. M. de constit.* & Legistę omnes *in auth. cassa. C. de sacros. eccles.* 32
Ea autem, quę competunt clericis † de iure communi, licet controuersia sit apud Doct. an si tollãtur, dicatur fieri contra libertatem ecclesiasticam, vt locus sit pœnis, *d. c. nouerit. & ad auth. cassa.* tamen in hoc conueniunt quod leges huiusmodi aliquid auferentes clericis ex his quæ sibi licita sunt de iure cõmuni, non valeant, ita Dec. *in d. auth. cassa. n. 2.* Bart. *in l. filiusfam. § diuin. 84. de leg. 1.* Dec. *in d. c. ecclesia S. M. n. 6. & 7.* & ibi Felyn. *nu. 69.* Idem videtur de legibus secularium, quæ clericis auferunt ea quæ de consuetudine † eis competunt, cùm consuetudo nihil aliud sit, quàm lex, 33 34

seu ius non scriptum, *§.ex non scripto.Instit.de iure natur.gent.& ciuil.* Vnde dicit Alberic.*in auth.similiter.C.ad l.Falcid.n.6.*quem sequitur Dec. *in d.c.ecclesia S.M.n.231.*consuetudine sit introductum, vt populus tri-
35 buat aliquam eleemosynam †clericis, huiusmodi consuetudo non poterit statuto tolli, *c.ad apostolicam. de simonia.c.vnic.de consuetud.* Quæ procedunt, etiam si lex nihil præciperet, aut prohiberet ipsis clericis, sed solum legem imponeret laicis, in qua præiudicium clericis afferretur, *c.fin.de immunit.eccles.li.6.* Anchar.
36 *in cons.155.* Et licet lex iusta † & honesta, præsertim propter pacem & bonum publicum simpliciter lata liget quandoq; clericos, vt post Canonistas, D.Thom. & alios concludunt Dominic. Soto *in 4.lib. sent. distinct.25.q.2.art.1.& 2.*& Victoria.*in lib, de potestate ecclesiastic.& ciuil.*Couar.& plures alij. Tamen, id intelligi debere existimo: Primo vbi non sit contra libertatem ecclesiasticam, aut non sit in dedecus, aut præiudicium honestæ reuerentiæ clericorum iuxta gradus prærogatiuam ex his, quæ supra deducta sunt, & in specie dicit Frater Bartholomæus de Medina *in 4.lib. sent.dist.12.quæst.96.art.9.*ibi à legibus, quæ ordinantur ad bonum commune, & non dedecent clericos. Secundo procedit vbi de clericis nominatim non fit mẽtio, Deus enim distinxit iurisdictiones, & potestates, & summo Pontifici assignauit sacerdotium & iurisdictionem in spiritualibus, & in rebus, & personis Ecclesiasticis, Imperatori autem, & Regibus in secularibus, *c.cùm ad rerum, distinct.96.in auth.quomodo oport. episcop.& ibi not.per Doct.*cum aliis congestis per Alex. *in consil.8.col.1.& 2.vol.1.* Et ideo clerici etiam primæ
37 †tonsuræ non possunt expressè distingui, aut comprehendi in legibus secularibus super rebus ecclesiasticis, & in fauorem clericorum editis, quia legem condere super ecclesiasticis est res excedens quamcunque potestatem secularem, *d.cap.nunquam.dist.96.* Alphonsus de Castro *de potestate legis pœnalis, c.6.* Existimo igitur in hoc casu, & in cæteris, vbi personæ ecclesiasticæ tangendæ essent, quod debeat consuli summus Põtifex, cuius est communibus vtilitatibus prouidere, vt in Concilio Lateranensi statutum est, *c.aduersus.de immunit. eccles.* & ad ipsam sedem apostolicam spectat declarare an ipsi Principes possint super istis condere leges, vel ne, Abb.Aretin.Felyn.& Dec.*in c.cùm om-*
38 *nes. de constit.* Nec sunt facienda mala †, vt inde veniant bona, & mandata domini diligenter sunt custodienda, vt dicit Samuel. *in lib.1.Reg.c.13.* & Deus Opt. Max. cùm sit omnipotens profitetur nihil iniustum, vel inhonestum posse fieri, vt ait D.Augustin. cum aliis cumulatis per Crauett. *in tract.de antiquitate tempor.parte 1.n.26. & seq.*

Et ex prædictis dum eram Aduocatus in vrbe annis
39 præteritis contigit disputare; An †licuisset Principi seculari Pragmaticam sanctionem condere absque auctoritate sedis apostolicæ super titulis, qui tam in familiaribus, & quotidianis sermonibus, quàm in epistolis, & vbique solent dari Cardinalibus, Episcopis, & aliis personis ecclesiasticis, & quid si in Pragmatica nõ essent nominati expressè tales personæ. Et pro nullitate talis legis, & pro defensione honoris sanctæ nostræ matris Ecclesiæ, adducebam vltra prædicta, quæ
40 obiter hic iussi inserere, quod nullo † iure diuino, aut pontificio prohibentur Prælati, & cæteri clerici recipere huiusmodi titulos, illisque sese inuicem honorare iuxta gradus cuiuscunque prærogatiuam, in signum honoris, & reuerentiæ, quæ Prælatis, & superioribus debetur, *l.libertas.ff.de statu hom.* cum aliis per Felyn. *in d.c.ecclesia S.M.qu.6.de constitut.* Vbi dicit quod lex secularis, quę hoc prohibet, nouum inducit vinculum, & aufert hanc libertatem & facultatem, vt ex definitione libertatis Alexand. post alios *in consi.49.num.12. vol.6.* quod omnis habitus † honestus iuxta gradus 41
prærogatiuam dicitur conueniens clericis, dummodo non sit à iure, vel consuetudine reprobatus: sed nedum tales tituli † non videntur his Prælatis à iure diuino, 42
aut humano interdicti, sed potius expressè concessi: legitur enim *Ecclesiast.cap.7. Honorifica sacerdotes, & in medio fratrum rectorum eorum in honore: & Exodi c.28. in princip. Facietis vestem Aaron in gloriam, & honorem, quibus sanctificatus ministret mihi.& in c.dominus.distinction.94.*Cyprianus ex dictis institutionem procedere ostendit, vt sacerdotes legitimè, & plenè honorentur, tanquam ideo instituti, dictique ministri, ac mediatores inter Deum, & populum, vt latè cumulat Chassan. *in tract.gloriæ mundi.parte 4.considerationibus 2.4.& 6.* Honestas † enim, & reuerentia collocatur inter iuris 43
præcepta, *l.iustitia est.§.1.ff.de iust.& iur. §.iuris præcepta.Instit.eod.*cum aliis per Crauett. *de antiquit.tẽpor. parte 4.nu.120.ante finem.* Et de reuerentia Episcoporum & aliorum parentum, *l.1.§.prætor ait, & ibi plenè not.ff.de in ius voc.* Achill.de Graff.*de exemptione diu. prima.* Gerardus de petra sancta *singul.82.* dicit, quod ea, quæ lædunt famam, & existimationem, & quietem, dicuntur non esse in nostra potestate, & *singular.33.* quod nobiles †possunt cogere inferiores, vt sibi debi- 44
tum exhibeant honorem, & reuerentiam. Et propterea Innocen.III.*in c.solitæ.de maior.& obed.*conqueritur de Imperatore Cõstantinopolitano, quod Patriarcham suum, cui assurgere debebat, minus in sedendo honoraret, quàm esset conueniens, & tamen Imperator non omnino inhonoratum relinquebat Patriarcham, cùm apud se, licet in sinistra parte sedere faceret, quod est non modicum honoris signum, vt notat Chassan.*in catalog.glor.mundi, parte 1.considerat.11.& 12.* Et de consuetudine & ritu adorationis pedum, & de osculatione manus Episcoporum bene Iosephus Stephanus in tractatu quem in specie edidit *de adoratione pedum*, & scripsi supra *in 1.parte, capitul.9.artic. fin.*

Et de titulo Illustrissimi † expressè quoad Cardi- 45
nales, Doct.*in l.1.ff.de offic.eius.* conueniunt, vt Cardinales sint Illustres, Illustris autem, & Illustrissimus in iure aliquando pro eodem vsurpantur, vt not.Ias.*in d.l.n.2.ff.de offic.eius.*sunt enim senatores, & patritij, iuxta tex.*in c.ecclesia habet, 16.q.1.* cum aliis per Anchar. *consil.116.*Roman.*in consil.498.*Dec.*in c.canonum statuta.in 2.lect.nu.2. de constit.* latè Lancellot. Couar.*in suo templo iudicum.lib.2.c.2.quæst.1.num.18.*senatores, & patritij in numero superillustrium, qui est primus ordo dignitatis, ponitur à Doct.*in d.l.1.* vt per Ias.*nu. 1.*Dec.*nu.6.* & cùm hodie ex communi omnium sententia Cardinales † excedant dignitate Episcopos, Ar- 46
chiepiscopos, & Patriarchas, vt latè idem Lancellot. *d.cap.2.§.3.*conuenire videtur, vt aliquo insigniori titulo ab illis distinguantur, cùm honor, qui debetur ratione † ecclesiæ sit diuersus iuxta diuersitatem ex- 47
cellentiæ secundum D.Thom.*in 2.2.qu.81.art.4.*Certum autem est, post summum Pontificem, neminem maioris honoris, aut dignitatis luce præfulgere, vt dicit Host.quem etiam sequitur Io.Andr. *in c.dilectus.in 1.de præbend.*

Item Episcopus expressè † appellatur Reueren- 48
dissimus, *cap.in nomine domini.dist.23.* & *in l.nulli.C.de episc.& cleric.*& in multis aliis locis, *c.generaliter 16.q.1.* Aliquando sanctissimus, *clement. plerisque. & ibi*

Car-

Cardinal.in 4.not.de elect. Aliquando dux, c.si officium. dist.59. Aliquando Illustris, cap.fin.de re iudi.lib.9. Aliquando spectabilis, Bald.in l.1.§.1.ff.de offic.prætor. Aliquando pater animarum, c.esto subiectus.distin.85. Aliquando persona egregia, l.ad egregias.ff.de iniur. quare cum his titulis à Pontifice Maxi. & ab Imperatore decoratus reperiatur; & sic tam iure canonico, quàm ciuili, videntur ei debiti, quod etiam colligitur ex traditis per Doct.in d.l.1.ff.de offic. eius. Vbi dum volunt probare quis magistratus sit superillustris, & quis illustris, non alio vtuntur argumento, quàm quod magistratus ille illustris, aut superillustris in iure reperiatur: & honor pro reuerentia Episcoporum maximè commendatus est à Principibus secularibus; & saltem hi tituli illis competunt de consuetudine ab vniuerso Christiano orbe approbata, quæ consuetudo eo magis est valida, ex quo à iure fomentum, & robur sumit, vt de Illustrissimis & Reuerendissimis mox dictũ est, & ex honesta & rationabili causa procedit, & ideo reuocari non potest, c.ad apostolicam.de simonia. c.1.eo tit.in extrauag.comm. Egid. in consil.31. cum aliis per Cassador.in d.c.vnic.de consuetudin.

Caueant igitur Principes seculares expellere, vel parum honorare episcopos, vel alios prælatos & ecclesiasticos, si volunt eorum Regna & status longo tempore possidere.

CAP. XXXV.

Iudicem laicum ad effectum publicationis bonorum hæretici, nullam habere huius criminis cognitionem, etiam ratione feudorum.

SVMMARIA.

1 *Inquisitor debet præsentare literas suæ commissionis Principi seculari.*
2 *Delegatus debet probare suam delegationem.*
3 *Excommunicatio relaxata à delegato, quando sit nulla.*
4 *Delegatio etiam Papæ, & Imperatoris, debet probari per literas.*
5 *Delegatus non potest visitare, ni ostenderit literas suæ commissionis.*
6 *Iudex laicus nullam habet cognitionem super crimine hæresis.*
7 *Iudex laicus non potest declarare qualitatem hæreticalem.*
8 *Iudex laicus non cognoscit de hæresi ad effectum bonorum.*
9 *Hæreticorum bona quomodo publicentur.*
10 *Iudex competens in causa feudali est dominus.*
11 *Iudex Ecclesiasticus est competens super publicatione bonorum, etiam feudalium hæretici.*
12 *Feudalia bona hæretici an publicentur.*
13 *Fiscus succedit ad feuda quoad vsumfructum, durante vita hæretici.*
14 *Vsusfructus quando non potest peruenire ad fiscum, saltem peruenit commoditas.*
15 *Feudum an publicetur, publicatis bonis per quodcunque delictum.*
16 *Feudum delinquentis an reuertatur ad Dominum, vel ad agnatos.*
17 *Primus acquirens potest præiudicare filiis tam alienando quàm delinquendo in feudalibus.*
18 *Feudum hæreditarium quam qualitatem habeat.*
19 *Crimen hæresis, & rebellionis hodie sunt æquiparata.*
20 *Feudum ex pacto & prouidentia paternum qui teneant ad Dominum reuerti propter delictum commissum in dominum.*
21 *Feuda cum qua conditione ab initio censeantur concessa.*
22 *Feuda ex pacto & prouidentia paterna non reuertuntur ad dominum propter delictum, viuente feudatario.*
23 *Agnati non excluduntur à feudo ex pacto, & prouidentia paterno, propter delictum agnati.*
24 *In feudo ex pacto & prouidentia paterna tot sunt concessiones, & donationes, quot sunt personæ.*
25 *Agnatus non excluditur à feudo antiquo ex facto alterius.*
26 *Statutum & pactum non valent, vt propter delictum filij pater priuetur feudo.*
27 *Feudum quod reuertitur ad dominum solum in vita delinquentis.*
28 *Prælatus feudatarius committens in dominum quomodo perdat feudum.*
29 *Feudatarius delinquens amittit feudum in eius vita tantum.*
30 *Iura quot loquantur de amissione feudi in consuetudinibus feudorum & omnia declarantur.*
31 §.si vasallus culpam. si de feud.fuerit contentio inter dominum, & agnatum, *declaratur.*
32 *Lis quando possit esse inter dominum & agnatum.*
33 §.denique. quæ sit prima causa benefic. amittend. *declaratur.& nu.35.*
34 *Verbum vnum secundum diuersitatem casuum diuersimodè accipitur etiam in vno textu.*
36 *Casum diuersificare in vno textu an liceat pro eius intelligentia.*
37 *Verbum,* reuertatur, *aliquando intelligitur temporaliter.*
38 c.1.si vasallus feudo priuetur, *declaratur.*
39 *Dictio,* quandoque, *posita in lege, quando referatur ad tempus, & non ad casum.*
40 c.1.an ille qui interfec.fratrem dom. sui, *declaratur.*
41 *Feudum ob culpam in dominum commissam non reuertitur ad dominum, si potest apparere ex tenore inuestituræ.*
42 §. denique. quæ sit prima caus. benefic. amittend. *quando non habeat locum.*
43 *Feudum ex pacto & prouidentia antiquum non reuertitur ad dominum.*
44 *In feudo ex pacto, & prouidentia paterno, quot res considerantur.*
45 *Filius est eadem persona cum patre culpante.*
46 *Publicatio bonorum hæretici ad quem fiscum pertineat.*
47 *Feudi vsusfructus siue commoditas habet naturam allodialium.*
48 *Feuda laici hæretici, quæ recognoscit ab ecclesia, in totum reuertuntur ad ecclesiam.*
49 *Feuda clerici feudatarij, quæ recognoscit à laico, si est hæreticus applicantur ecclesiæ.*
50 *Clerici delinquentis bona publicanda semper applicantur fisco ecclesiæ.*
51 *Inquisitor solus potest cognoscere de publicatione bonorum etiam feudalium delinquentis in crimine hæresis.*

1 Licet inquisitor † sancti officij, datus à Papa, antequam officium suum incipiat exercere, debeat literas suæ commissionis Principi seculari illius loci præsentare, vbi officium suum exercere satagit, requirens ipsum, eiusque iudices, qui iuxta commissionem prædictam criminis reos citare, vel capi facere intendit: quousque enim Principi suas literas ostenderit, poterit in eius officio retardari, vt latè scribit Nicolaus Eymericus *in suo directorio Inquisitorum, c.1.* & ibi D. Pegna *in suis commentariis, vers. poterit. & meritò.*
2 quia nemo creditur delegatus, † nisi probet delegationem, *c. cùm in iure. de offic. deleg.* Itaque dicit D. Pegna, si virtute mandati sibi facti procedere cupit, mandatum ostendere, & probare debet, allegat quæ copiosè tradit Conradus Brunus *in tract. de legationib. li.1. c.8.*

Tamen ex hoc nullam potest iudex laicus prætendere superioritatem vel iurisdictionem, quia hoc ponitur pro regula in quolibet delegato; vnde dicit Innocent. *in c. venerabilis, num.5. de censib.* quod excom-
3 municatio † lata à delegato, qui copiam suæ commissionis petenti noluit dare, non solùm est iniusta, sed etiam nulla, quem refert, & sequitur Felyn. *in d. c. cùm in iure. nu.3. & c. in sacro. de sentent. excomm.* & ibidem tenet Abb. *in d. c. cùm in iure. col.2.* & idem videtur sentire Rota *in decis.15. de dolo & contumac. in nouis.* De-
4 legatio † quælibet, etiam summi Pontificis, & Imperatoris debet probari per literas, Rota *in decis.5. num.3. de offic. vicar. in nouis.* Bellamer. *decis.110.* tex. *in c.1. de fide instrum.* Specul. *de probationib. §. videndum restat. n.1. & in tit. de legat. §. superest. vers. quid si de legati iurisdictione, nu.14. & seq.* Anton. de Butr. *in c. venerabilis. num.10. vers. quartus casus. de censib.* inferens delega-
5 tum † huiusmodi visitare non posse, absque eo, quod ostenderit literas, & si excommunicauerit, non tenet excommunicatio, neque visitatio, debet enim probare iurisdictionem suam vt lege ciuili etiam sancitum est, *l.1. C. de mandat. princip.* vbi omnes Doct. & scribit Cæphal. *in consil.236. in princip.* Vt autem hæc omnia locum habeant etiam in Cardinale, cui, nisi ostenderit literas, non sit credendum, probat Mascard. *de probation. conclus.491. col.2. cum suis ampliationibus, & limitationibus.*

6 Et specialiter prohibitum est laicis † habere aliquam cognitionem super crimine hæresis, *c. inquisitionis, §. prohibemus. de hæretic. lib.6. c. excommunicamus. §.1. c. ad abolendam.* vbi Abb. *nu.7. & 12. de hæretic. c. vt officium. c. cùm secundum. eod. tit. in antiqu.* Gundissalu. *in tract. de hæretic. c.15.* Episcop. Squillacen. *in tract. de fide catholic. c.23. & c.30.* Villalob. *in comm. opin. ver. hæresis. n.42.* Alphons. de Castr. *in li.1. de iusta hæretic. punitione, c.5.* & latius *c.24.* vbi pluribus rationibus probat, secularem iudicem non posse de hæresi iudicare, neque declarare, nisi ex delegatione Papæ ad extirpationem tanti criminis, Milleus *in practic. fol.94. nu.38.*
7 Ergo non potest † iudex laicus declarare qualitatem hæreticalem, vt si quis contrahat binas nuptias, est de hæresi suspectus, & criminaliter contra eum procedi potest per Inquisitores, vt probat Arnaldus Albiensis *in tract. de cognoscendis assertionibus catholicis, qu.23. per totam.* præsertim *n.64.* Nisi ab aliquo impetu prauorum morum procederet, quo casu est mixti fori; ergo vbi ecclesiasticus præuenisset iudicem laicum, ille de hac qualitate hæreticali cognoscere debet, de quo inferius in particulari capite scribam.

8 Quare non potest iudex laicus † prætendere iurisdictionalium cognitionem super crimine hæresis saltem quoad effectum bonorum, ex reg. *c. vergentis. de hæretic.* vbi Principes seculares publicant bona hæreticorum sui status; quia diffusè probaui supra *in parte 1. cap.51.* hoc spectare ad iudicem ecclesiasticum, & ibi probo, quod cùm bona † hæreticorum publicanda, ex 9
constitutionibus summorum Pontificum diuidenda sint in tres partes, quarum vnam tantùm Domino têporali esse applicandam summi Pontifices decreuerunt, huius negotij declaratio spectat ad Inquisitores, quia cùm publicatio bonorum hæretici ipso iure fiat, facta declaratione talis criminis, diuisio bonorum publicatorum est pars sententiæ; ergo ad eosdem Inquisitores pertinere debet.

Et licet aliàs in feudalibus Dominus † feudi sit iu- 10
dex competês, Curt. *de feud. part.1. q.8. col.2. in 2. effect.* Ias. *in prælud. feud. n.112. vers. quartus.* Francis. Sonsbec. *de feud. part.4. num.26.* Petr. Gregor. *in tractat. de concess. feud. part.5. q.8. col. final.* Capyc. *in inuestitura, versi. Feudorum generalia, conclus.11.* quia cùm fuerit promissa fidelitas, nullius alterius fidelitate seruata, habeaturque supremus dominus, potest iure optimo esse iudex in causa propria, Bart. *in l. proximè. in princip. ff. de his quæ in testam. delent. & in l.1. nu.1. C. ne quis in caus. propria.*

Tamen in causa confiscationis bonorum hæretici, etiam si fuisset feudatarius directi Domini laici, iudex competês huius confiscationis est † Ecclesiasticus, quia 11
d. c. inquisitionis, cum similibus nuper allegatis generaliter loquantur, ergo prohibent laicis etiam in causa feudali cognitionem ipsam.

Neque obstat quod bona † feudalia hæretici non 12
publicantur, sed ad directos Dominos reuertuntur, ad tradita per Host. *in c. excommunicamus. §. moneantur. de hæretic.* & per Specul. *in tit. de feudis, n.62.* quia præsupposito etiam, quod feuda non veniant generali bonorum publicatione, in quo fundatur supradicta opinio, dicendum est quod non statim reuertantur ad Dominos directos, vel ad eos, qui proximè successuri erant, nisi post mortem hæretici; ergo interim fiscus † 13
succedet ad feuda quoad vsumfructum, Andr. *in cap.1. §. denique. & §. præterea. quæ sit prima caus. benefic. amitt.* quia regula *l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci.* habet locum in feudis, Loffred. *in consi.1. num.143.* Thom. de Marin. *in tract. de feud. in titulo de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, num.88.* Molin. *de primogen. Hispan. lib.4. cap.11. num.12.* vbi quod etiam stante prohibitione alienationis bonorum, vel maioratus delinquente possessore, licet ad fiscum vsusfructus † 14
peruenire non possit, per regulam *d. §. Cornelio Felici.* tamen fiscus poterit percipere commoditates, etiam si in specie prohibitum esset, nequid ad fiscum perueniret, quia in fraudem fisci id prohiberi non potuit.

Sed vt hoc negotium clarius innotescat, ipsum diuido per tres articulos, primus est: An feuda veniant in generali bonorum publicatione. In quo longior ero, quàm conueniat stomachis delicatis, qui vno flatu volunt negotium expeditum, sicut de sacco exit triticum, & quia isti termini magis innotescunt Neapolitanis, vbi semper aguntur causæ feudales. Secundus articulus est: Ad quem fiscum pertineat vsusfructus bonorum feudalium viuente condemnato, an ad fiscum Principis, vel ad fiscum ecclesiæ. Ex quibus clarior fiet tertius articulus, quis sit iudex in huiusmodi articulo publicationis vsusfructus feudorum, viuente condemnato.

Primus articulus diuiditur in duas partes. Altera est si bonis † confiscatis per quodcunque delictû, feudum 15
publi-

publicetur, & tunc illa ratione; quia feuda non sunt transitoria ad hæredes extraneos, non publicantur, de quo articulo, Bart. Immol. Roman. & Alexan. *in l. si finita. §. si de vectigalib. ff. de damn. infect.* latè pertractat, & est comm. opin. de qua per Boer. *in decis. 264. num. 7.* altera est, quando vasallus committit delictum principaliter in dominum, & idem sit Dominus directus,
16 & fiscus, si feudum † delinquentis, quod redit in dominum in vltionem suæ iniuriæ, *c. 1. §. denique. quæ sit prima caus. benefic. amitt.* in perpetuum, vel temporaliter redeat in præiudicium agnatorum: & tunc aut loquimur de feudo ex pacto, & prouidentia nouo, & si
17 cut pater primus † acquirens, potest alienando filiis, & descendentibus præiudicium facere, vt dicit Andr. *in c. 1. §. si libellum. num. 10. de alien. feud. patern.* quem sequitur Aluarott. *in c. 3. col. in fin.* & in *c. 1. §. final. quæ sit prima caus. benefic. amitt.* & Thomas de Marinis qui alios adducit *in tractatu de feud. in tit. de feud. ex pact. & prouid. nouo.* ita pater delinquendo præiudicat descendentibus, Andr. post Iacob. de Bellouis. *in d. c. 1. §. fin. quæ sit prima caus. benefic. amitt.* & idem Andr. *in cap. 1. §. si verò pacis. de pace tenenda.* item alios adducens hanc opinionem confirmat idem Thom. *in dicto titulo, numer. 23.*

Quæ conclusio locum habet etiam in feudo hære-
18 ditario: hoc enim † feudum habet naturam, & qualitatem, vt qui in eo succedere vult, siue filius, siue agnatus sit, semper debet esse hæres & primi acquirentis feudum, & vltimi morientis, vt idem Andr. *in c. 1. vol. 1. an agnatus. & in c. 1. §. quid ergo. n. 8. de inuestit. de re alien. fact. & in c. 1. §. hoc quoque. n. 4. de success. feud.* quo fit, vt tam contrahendo, quàm delinquendo, & contemnendo, possit successoribus præiudicare, vt idem Thomas, ex dictis Andreæ in pluribus locis manifestè demonstrat *in titulo de feudo antiquo, siue paterno, & hæreditario, n. 26.*

Maxima autem est difficultas, an istæ conclusiones habeant locũ in feudo ex pacto, & prouidentia paterno, quãdo delictum principaliter committitur in Do-
19 minum, vel in Deum: (quia hodie crimen † hæresis crimen rebellionis sunt æquiparata, vt firmarunt omnes post gloss. *in l. Manichæos. in vers. vbi re. C. de hæret.* Decian. *in cons. 18. n. 43. vol. 1.* qui alios refert.)

In qua Doctores diuersimodè loquuti sunt; alij di-
20 cunt communiter teneri, feudum † ad Dominum reuerti, vt hanc habeat suæ iniuriæ vltionem, *c. 1. §. denique. quæ sit prim. caus. benefic. amitt. in vers. non ad proximos, sed ad dominum beneficium reuertatur.* & ibi proximos intelligunt de agnatis, *l. 1. §. proximi. ff. vnde agnat. & §. si plures. Instit. de legit. agnat. success.* quinimo ex quo nõ dubitatur de descendẽtibus, quin ob delictum patris feudo priuentur, *c. 1. si vasallus feud. priuetur.* & dubitabilis sit illa constitutio, *d. §. denique.* erit intelligendus de agnatis. Item ratio *d. §. denique.* vt sc. habeat suæ iniuriæ vltionẽ, vt generalis est, non solum debet cõprehẽdere filios, sed etiam agnatos, & ad hoc suffragatur tex. *in c. 1. an ille qui interfec. fratr. dom. sui feud. amit.* quo in loco, cùm in initio fuerit dictũ, quod si vasallus nõ delinquit cõtra personã domini, sed cõtra aliũ, feudũ amittit, & illud nõ acquiritur Domino, sed agnatis. Deinde subiũgit hæc verba: cùm aũt ad Dominũ respicit felonia, tunc feudum Domino aperitur: ex quib. iurib. & rationib. hãc opinionẽ tenuerũt, gl. *in d. c. 1. §. deniq. ver. ad proximos,* gl. *in c. 1. §. si vasallus culpã, in ver. reuocabũtur. in fin. si de feudo defunct. controu. fuer. inter dom. & agna.* Ioan. Reinald. *in c. imperialem. in ver. pœna. n. 5. de prohib. feud. alien. per Feder.* Bart. *in l. 3. ff. de interdict. & relegat.* Afflict. *in dec. 265. nu. 31.* Alex. *in cons. 30. n. 9. vol. 6.* qui dicit communem opinionem. Curt. iun. *in tract. de feud. in 5. parte principal. nu. 2.* Iacobin. *in verb. dictique vasalli promiserunt non committere felloniam. n. 80.* nã dum feuda † ita à principio 21
data censeantur, vt si ingratitudo, vel offensa contra Dominum committatur, per quemlibet successorẽ, ad ipsum Dominũ reuertatur, quæ conditio tacitè ab initio traditionis feudi ascripta præsumitur, vt dicit Curt. *in d. 5. parte n. 2.* & Curt. sen. *in cons. 49. n. 25.* iccirco affirmant feudum ad dominum perpetuo reuerti.

Ego verò hanc opinionem non affirmo: quinimo contrariam teneo, quam veriorem, † & humaniorem, 22
nedum iuribus, & rationibus, verum etiam auctoritatibus magnorum virorũ feuda profitentium antepono: quæ fundatur primo ex *c. 1. §. si vasallus culpam. si de feu. defunct. controu. sit inter dom. & agnat.* vbi datur pro regula, quod si vasallus culpã cõmiserit, propter quã feudum amittere debet, neq; filius, neq; eius descendentes ad id feudum succedunt, sed agnati, qui quarto gradu sunt, dũmodo ad eos pertineat: ex quo colligo regulam generalem, vt in feudo ex pacto, & prouidentia † paterno, agnati minimè excludantur ob 23
delictũ agnati, sed tantum filij, & eius descendentes & proinde erit intelligendus generaliter, neque restringẽdus aliqua distinctione an in dominũ vel in alium, quia esset contra tex. *l. de pretio. ff. de publican. l. 1. ff. de aleatorib.* regula enim istius textus est fũdata in ratione, quæ militat ne dum quando committitur in aliũ, quàm in personam domini. Etenim in hoc feudo † ex 24
pacto, & prouidentia paterno, lex ipsa feudi arguit, vt tot censeantur donationes, quot sunt personæ, & feudum ipsum præsumitur concessum ordine successiuo, nimirum vt durãte vita habeat vnus, & eo mortuo alter, sic dicit Andr. *in c. 1. §. quoq; de success. feud. col. 3. n. 6.* in tantum, quod in qualibet persona feudum ipsum, non alieno iure, sed proprio stabit, vt is, qui principaliter fuit cõsideratus in initio generationis ipsius feudi per prouidentiam primi concedentis, & pactũ primi acquirẽtis, quod facit, vt vnusquisque ad vitam, & propria donatione feudũ capiat, illudque recuperet actione rei vẽdicationis. *l. 2. & l. 3. C. de do. quæ sub modo.* item post And. aliis iuribus, & rationibus comprobauit Camerar. *in c. imperialem. de prohibita feud. alienat. per. Feder. fol. 95.* & stante generalitate illius textus, agnatus † à feudo excludi nõ debet, ex quo facto alterius 25
grauari non debet *l. si quis in suo. §. legis. C. de inoff. test. l. non debet. de reg. iur. c. non debet. de reg. iur. lib. 6.* hinc dicit Bal. *in l. 1. in 5. opposit. C. de his qui potent. no.* neque statutum, † neque pactum valere, vt propter delictum 26
filij pater priuetur feudo, quem sequutus est Ias. *in d. l. quis in suo. §. legis. C. de inoff. test.* & alibi Imperator statuit pœnã suos tenere auctores, *l. Gracchus. C. de adult.*

Hæc opinio firmatur auctoritatibus gl. *in c. 1. §. quoque. de success. feu. ver. partem. vers. si quis vasallus.* Iacob. de Ardizon. *in sua summa, vers. sed expreßior.* vbi declarando se dicit, quod feudum, quamuis † ob culpam va- 27
salli in dominum reuertatur, istud est intelligendum, dummodo delinquens vixerit, & eius descendentes, quibus mortuis, ad agnatos feudum deuoluitur. Idem firmat Spec. *in tit. de feu. n. 63.* vbi recitatis opinionib. aliorum, in hãc inclinat sententiam, vt feudum perpetuo non amittat, sed ad tempus, & allegat tex. *in c. si de capitu. Corradi.* vbi prælatus committens † culpã in do- 28
minũ, feudum ad dominum deuoluitur, donec prælatus vixerit, eo demũ mortuo ad successores. Huius opinionis est Host. *in rubr. de feu.* itẽ gl. *in c. si vasall. feu. priu. cui defer. in ver. vasal.* relatis hinc inde opinionib. dicit hanc opinionẽ esse æquiorem. Hanc opinionem

sequitur Andr.*in c.1.n.4.vers.si directè.si vasallus feud.*
priu. vbi disputando articulum tres opiniones refert:
Primam, vt statim admittantur agnati: secundam,
quod reuertantur ad Dominum: Tertiam,vt tempo-
29 raliter ✝tantum admittantur agnati,videlicet quandiu
vita naturali delinquens vixerit, post cuius mortem
naturalem ad agnatos deuoluatur, ex regula *l.Statius*
Florus.§.Cornelio Felici.ff.de iure fisc. item eandem opi-
nionem firmauit *in d.c.1.§.denique.quæ sit prima caus.*
*benefic.amitt.n.*50. eandem tenet *in c.1.nu.3. an ille qui*
*interfec.fratr.*Domini *sui.& in c.Imperialem.§.firmiter.*
vers.& cùm dicat.de probib.feud.alienat.per Federic. &
in c.sancimus.quo temp.mil.& in c.1.nu.4.in fin.de inue-
stit.de re alien.fact. & in c.1. §. sed quia vidimus.nu.14.
vers. quid autem.de his qui feud.dare poss.& dum *in d.c.*
1.si vasall.feud.priuet. articulum latè disputat, respon-
det obiectis, quod in crimine læsæ maiestatis feuda
confiscantur,dicit hoc habere locum quoad feuda de-
linquentis, sed tale feudum non est suum, nisi donec
viuit, ergo illud tantum publicabitur, nimirum vt il-
lud teneat in vita delinquentis,ex reg.*d.§.Cornelio Fe-*
*lici.*Hanc opinionem sequutus est Bald.*in l.placuit.C.*
*de liberal.caus.*dicens quod ob feloniam in Dominum
commissam, filij non autem agnati priuantur, Alua-
rot.*in d.§.denique.nu.*8. Afflict.*in §.si vasallus culpam.si*
de feud.def unct.mil.contouers.inter dom. & agnat. &
in cap.1.n.6.si vasall.feud.priu. & in tit.quæ sint regal.in
*verbo: committentium crimen læsæ maiestatis.n.*4.Pa-
ris.*in d.§.denique.& in d.§.si vasall.culpam.& in d.c.1.si*
vasall.feud.priuetur,cui defer. Frecc. *in 29.auctoritate.*
dicens ita fuisse iudicatum in causa Comitis sanctæ A-
gatæ per Regiam Cameram Neapoli.Clarus *in §.feu-*
*dum,q.*66.Roland.*in cons.1.n.* 31.*& nu.*44.*vol.*3.Cuia-
cius *in lib.3.de feud.rubric.ad quem feud.amiss.red.* ad-
dentes ad Afflict.*in decis.*282.*n.*20.*& seq.* Thomas de
Marin.*in tit. de feud.ex pacto,& prouid.antiquo,nu.*88.
qui relatis opinionib. resi det cum opinione Andreæ,
Episcopus Nicoteræ in Ad ditionibus ad Andream *in*
*d.§.denique.n.*50.*litera* D.Incertus auctor *in tractat.de*
crimine læsæ maiestatis.in 3.*q.n.*4.Gratus *in cons.*2.*n.*15.
& seq.vsque ad 60.*vol.*1. qui loquitur in feudo, quod
tenebatur ab ecclesia, Camerar.*in cap.1.an agnat.in* 11.
opposit. per totum. vbi respondendo obiectionibus
contradicentium,firmat opinionem Andreæ.Quibus
recitatis apparet Iurisconsultos antiquos & moder-
nos, qui verè feuda professi sunt, in hanc concurrisse
sententiam.

Denique in hac quæsti one pro responsione *ad d.§.*
deniq. & ad similia, in quib us se fundant contrariam
partem tenentes:præsupp onendum est,in consuetudi-
30 nibus ✝feudorum reperiri sex iura,quæ de feudi amis-
sione loquuntur propter delictum agnati, nimirum *c.*
1.§.vasallus culpam. Item *c.1.§.denique.* Item *c.1.an ille*
qui interfec.fratr.domini sui. Item *c.1.si vasall.feud.priu.*
Item *c.1.§.si de capitulis Corradi.*

31 *In §.si vasallus ✝ culpam.si de feud.defun.cont.sit inter*
*dom.& agnat.*datur regula, quam diximus, qui textus
loquitur de feudo ex pacto, & prouidentia paterna,
per illa verba,sed agnati,& per alia,dummodo ad eos
pertineant, & facit regulam generalem, vt culpa v-
nius agnati,alteri non noceat, sed tantum filiis,& de-
scendentibus ab eo:& iste textus est intelligendus,ne-
dum quando culpa committitur in alium, quàm in
personam domini, sed etiam quando ipse Dominus
directò offenditur,& hoc nedum propter sui genera-
litatem, sed quia se conformat cum dispositione iuris
communis,quæ est,vt nemo ex facto alterius incom-
modum sentiat,ex regula *d.l.non debet.* quinimo si ex
rubrica arguere licet,pro vt diximus in Lecturis *in l.*
1.ff.si cert.pet. necessario erit dicendum,textum *in d.§.*
*si vasallus.*comprehendere casum,quando culpa com-
mittitur in Dominum,quod probatur,quia d.text.est
situatus sub rubrica; *si de feudo defuncti militis conten-*
*tio sit inter Dominum,& agnatos vasalli.*sed non potest
esse aliqualis ✝ inter istos, nisi quando culpa directò 32
committitur in dominum;etenim quãdo culpa com-
mittitur in alium,contentio non est cum domino,sed
inter descendentes agnati culpantis, & agnatos trans-
uersales,& ideo dum dicit tex.quod neque filij,neque
eius descendentes ad id feudum reuocabuntur, sed a-
gnati,qui quarto gradu sunt:necessario est intelligen-
dus,quando vasallus in dominum delinquit. Cuius §.
dispositioni,ex his,quæ ibi tradunt Doct.non obstant
illa tria iura, nimirum *d. §. denique.quæ sit prima caus.*
benefi.amitt.& d.c.1.an ille qui interfec.fratrem dom.sui,
*& d.c.1.si vasall.feud.priu.*nam *dict.§.denique✝ in vers.* 33
*proximos.*debet intelligi de descendentibus,vt ibi per
gloss.& Andr. in quo non insisto, sed remitto me ad
Gratum *in d.cons.2.num.*50.vbi dat hunc intellectum,
& illum fundat multis rationibus. Nec obstat,quod
sicut in secunda parte textus non potest intelligi illud
verbum *proximos* de descendentibus, ita nec in pri-
ma,ex regula,quod vnum verbum ✝ secundum diuer- 34
sitatem casuum diuersimodè accipiatur. Vnde quan-
do est diuersa ratio,præcedentia non intelliguntur se-
cundum subsequentia, *d.l.si seruus plurium.§.final.* I-
tem dico,quod *d.§.denique*, dum in prima parte, ex-
clusis proximis,dicit,feudum domino aperiri, intelli-
gitur scilicet temporaliter,durante vita feudatarij de-
linquentis,& intelligunt dictum✝text.Andreas & cæ- 35
teri Doct.supra citati, concordando cum regula text.
in d.§.Cornelio Felici. nec dicatur,quod sicut in secun-
da parte,quando dicitur, spectare ad agnatos, hoc in-
telligitur perpetuo; ita etiam intelligitur in prima,
dum dicit spectare ad Dominum, alioqui esset diuer-
sificare casum à✝principio textus ad finem,quod non 36
licet,*argum.l.si putaui.ff.ad l.aquil.*quia casus expressè
diuersificatur à textu, vnus est casus delicti in domi-
num,alter casus delicti in alterum,sed bene est diuer-
sificare intellectum verborum, quæ adeo secundum
subiectam materiam intelligenda sunt, vt aliquando
improprientur,*l.si vno anno.ff.locati.cum simil.* quia
ratione stante,tollitur illud,quod verbum *reuertatur,*
stet ✝ perpetuo, quia secundum subiectam materiam 37
non est inconueniens,quod intelligatur temporaliter
ad hoc vt conformetur dispositioni iuris communis,
& concordetur cum aliis iuribus.

Minus obstat text. *in cap.1.si vasall. ✝ feud. priu.* si- 38
quidem cum ex textu non dicatur aliud,nisi quod feu-
dum vasalli delinquentis,quandoque ad agnatos per-
tineat, ad filios verò nullatenus, semper quod detur
casus, in quo verificatur supradicta distinctio, textus
ille non obstabit:Etenim,si dicimus illam dictionem,
quandoque, intelligi, id est,in feudo antiquo, ad diffe-
rentiam noui, in quo nec etiam agnatus succedit, &
rectè potest intelligi, quia in antiquo agnatus admit-
titur,filius verò nec in antiquo,nec in nouo.Denique
non erit inconueniens illam dictionem *quandoque*, ✝ 39
referri ad tempus, & non ad casum, quod posse fieri,
probat ipse Gratus *in d.cons.2.num.*31.& sic ex istis in-
telligentiis saluatur text.vt non officiat text. *in d. §.si*
vasallus culpam.

Ad textum *in c.1.✝ an ille, qui interfec. fratrem.dom.* 40
sui. vel est respondendum vt ille text. intelligatur de
descendentibus,videlicet, vt ipsi non priuetur feudo,
quando culpa non committitur in dominum, quam
re-

sponsionem ipsemet Gratus comprobat variis rationibus, videlicet, vt textus iste penitus de agnatis transuersalibus loquatur, vel vt idemmet Andreas dicit, quatenus in secunda parte loquatur de agnatis in trãsuersalibus; intelligendus est vt vadat ad dominum temporaliter, non autem perpetuo.

Sed vt magis pateat veritas huius rei, corroboro opinionem Andreæ, & sequacium, etiam ex dictis de-
41 fendentium feudum † ob culpam in dominum commissam, perpetuo reuerti, & dum ita concludunt, hanc conclusionem limitant, quando aliter ex inuestitura apparere posset, vt puta si feudum erit concessum pluribus; item si fuerit dictum, vt de vno deueniat ad alterum, vel quod vnus alteri succederet; vel si concessio esset facta generi, & familiæ, tunc enim dicunt tex-
42 tum *in d. §. denique.* non † habere locum, vt sic delictũ agnati non noceat alteri cognato, Aluarott. *in d. §. denique. in 2. conclus.* vbi etiam Præposit. & Martin. Laudens. Bal. *in c. 1. col. 3. vers. ego autem. si vasall. feud. priu.* Iacobin. *de feu. ver. dictique vasalli. n. 58. in 4. & 5. limit.* Curt. *in 5 parte princ. col. 2. vers. tertio videretur.* Caccheran. *dec. 29. n. 20.* Curt. sen. *in d. cons. 49. post nu. 88. debet limitari:* quam opinionem esse cõmunem, probat Dec *in cons. 606. n. 15.* Alex. *in cons. 105. num. 8. vers. quinimo* qui loquitur de feudo concesso cum clausula; reuertendo ad eos, & denuo in alium; *vol. 1.* & huius opinionis fuit Decian. *in consi. 23. n. 38. & seq. vol. 1.* ex qua limitatione dico, quod est omnino fatendum, vel quod prædicti Doctores superius nominati, dum affirmarunt culpam vnius nocere alteri, quando dire-
43 cto offenditur dominus, non intellexerint † de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, sed nouo, & de feudo hæreditario, in quibus cadit, vt culpa vnius agnati, alter grauetur: Vel quod si intellexerunt de feudo ex pacto antiquo perperam locuti sunt, siquidem non considerauerunt qualitatem, & substantiam feudi ex pacto, & prouidentia; vel cum in eo non ita minus cõsideratur illa qualitas, vt deueniatur ad vnum, mox eo mortuo ad alium, quæ in casibus traditis in limitatio-
44 ne. In feudo enim ex pacto † paterno considerantur plures res, nimirum donationes; item qualitas iuris proprij; item qualitas fideicommissaria, vt vnus alteri restituat, vt vnus alteri succedat, vt vnus tandiu habeat, quandiu vixerit, Andr. *in c. 1. §. hoc quoque. vers. &* Hostien. *in summa, de success. feudi.* idem Andr. *in c. 1. §. quid ergo. nu. 7. vers. & sic. de inuestitur. de re alien. fact.* Dec. *in consi. 445. n. 47.* idem And. *in c. 1. nu. 1. vers. siue ergo admittatur. de alienat. feudi paterni.* quare opinio contraria nõ potest procedere, si ex eorum limitatione, multo magis confirmatur opinio Andreæ, quam sequimur nimirum, feudum ad dominũ reuerti temporaliter, ad damnum agnatorum, perpetuo autem in præiudicium filiorum, & aliorum descendentium: &
45 ratio cur sic dispositum sit, est, quia cum filius † sit idẽ cum culpante, & à quo esse deducit, & propter identitatem vnius ad alterum, *l. final. C. de impub. & aliis subst. §. ei qui Instit. de inutilib. stipulat.* ideo paterni criminis, & hæreditarij exempla metuuntur, *l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.* quæ considerauit Andr. *in c. 1. n. 5. si vasall. feud. priu.* ergo hæc opinio non solùm est verior, sed etiam maiorum virorum auctoritatibus fulcita.

46 Secundus articulus est, ad quem fiscum † pertineant bona condemnati de hæresi, & cum conclusum sit in præcedenti articulo in præiudicium filiorum & descẽdẽtium feuda venire cum bonorum publicatione; ergo hic casus est expeditus vt feuda sicut cætera allodialia publicentur, & applicentur secundum constitutiones Pontificias, de quibus dixi nuper, atque scripsi *in d. parte 1. cap. 51. &* infra *in parte 4. casu 137. & casu 138.* in præiudicium verò agnatorum, cum publicentur tantum temporaliter, durante vita ipsius condemnati, & hic vsusfructus, † siue commoditas ex feudo 47
prouenicus, etiam habeat naturam bonorum allodialium, ex traditis per Franch. *in decis. 8.* ergo eandem regulam sequi debent, atque tripertitam diuisionem.

Declaratur tamen hic articulus, vt non procedat in feudis laicorum hæreticorum, quæ laici † recogno- 48
scunt ab ecclesia: laico enim possidente feudum, siue emphyteusim ab ecclesia, quomodolibet contingat eius bona publicari, eidem ecclesię in eorum applicanda sunt, vt diffusè probaui *in dict. casu 138. num. 6. ad finem.* item declaratur, vt non procedat ista tripertita diuisio in feudo, & emphýteusi, quæ clericus † feuda- 49
tarius, siue emphyteoticarius recognoscebat à directo domino laico. Nam hoc etiam casu feudum, & emphyteusis sunt applicanda fisco ecclesiæ, vt etiam probaui *in d. casu 137. art. 3.* & quod in omni casu, quo
† clerici delinquentis bona publicanda sunt, debeant 50
regulariter applicari fisco ecclesiæ, diffusè scripsi *in d. parte 4. casu 15. n. 19. & plur. seq. & casu 85. articu. 3.* quo me remitto, ne bis eadem repetantur, quæ propter coniunctionem principiorum oporteret millies repeti, & quasi in omni articulo.

Tertius articulus necessario infertur ex præcedentibus: nam cum laici nihil possint cognoscere super hoc crimine: item cum feuda etiam publicentur, siue perpetuo, siue temporaliter, cum distinctione, quam supra probauimus, & in hoc sequuntur naturam allodialium, sequitur necessario, vt cum Inquisitor † tan- 51
tum debeat de hac bonorum publicatione cognoscere, & tripartita diuisione, vt idem ipse sit iudex, etiam respectu feudorum.

CAP. XXXVI.

An clericus incorrigibilis sit mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus habet iurisdictionem in personis clericorum incorrigibilium.*
2 *Incorrigibilis quis propriè dicatur, & quot modis existit.*
3 *Incorrigibilis vt quis sit, an requiratur, vt moneatur ab episcopo, & nu. 5.*
4 *Fori priuilegium non perditur, absque trina monitione. & nu. 7.*
6 *Incorrigibilitatis sententia declaratoria an requiratur.*
8 *Clericus primæ tonsuræ delinquens, quando sit omni priuilegio destitutus.*
9 *Incorrigibilitatis monitio, an requiratur in clerico diu perseuerante in miscendo se læuis.*
10 *Clericus committens delictum atrocissimum, an possit cognosci à iudice laico.*
11 *Delicta atrocissima quæ sint in materia incorrigibilitatis.*
12 *Clericus assumens militiam quando possit puniri à iudice seculari.*
13 *Clericus quando etiam sine monitione possit à iudice seculari puniri.*
14 *Clericus volens relictum committere an possit capi à iudice laico.*
15 *Monitio pro incorrigibilitate, an sufficiat fieri per verba reprehensiua.*

Gloss.

Glossa in c.principes seculi.23.qu.5. septem enume-
rat casus, in quibus iudex laicus habet intra eccle-
1 siam iurisdictionẽ in personis ecclesiasticis. Primus †
est in personis clericorum qui incorrigibiles sunt: est
2 autem † incorrigibilis ex propria nominis etymolo-
gia, qui non vult à suo superiore corrigi, & hoc mul-
tipliciter contingit; Primo, quando delicto commisso
pro correctione clerici, retinetur in carceribus, à qui-
bus si aufugerit, incorrigibilis dicitur, Felyn. *in c.cum
non ab homine.n.11.in fine de iudic.* item quando delicto
commisso, pro eius correctione imponitur pœniten-
tia, quam si agere contemnat, incorrigibilis dicitur,
Abb. *in d.c. cum non ab homine. nu.30. vers.quandoque.*
quia contemptus est nouum delictum, Felyn. *in c.2.n.
7.de maior.& obed.* Calderin. *in cons.4. de sent. excom-
munic.* item quando peracta pœnitentia reuertitur ad
priora delicta, vel in illis perseuerat, Abb. *in d.c. cum
non ab homine.nu.30.in princ.vers.quæro.*
3 Sed quæstionis est; † an ad esse incorrigibilem re-
quiratur monitio illi facta ab Episcopo? Vna opinio
est negatiua, quia text. *in c.vt famæ.de sent.excommuni.*
qui particularis est huius materiæ locus, trinam hanc
monitionem non requirit, & licet à Doctoribus alle-
getur text. *in c.in audientia, & c.cõtingit.de sen.excom.*
4 vbi per eos disponitur, quod priuilegium † fori absq;
trina monitione non perditur, Belluga *in suo Specul.
princip.rubr.11.§.dubitatur, num.4.& seq.* tamen aduer-
tendum esse rogo, has decretales non loqui de alicu-
ius ex supradictis modis incorrigibilitate, sed de eo
clerico, qui armis militaribus se induerit, an clericale
priuilegium perdat. Imo *in d.c. in audientia.* loquitur
solum de priuilegio canonis, & *in d.c.contingit,* solum
de priuilegio fori: quod suaderi potest, quia *c.cum non
ab homine.de iudic.* quod per extensum de incorrigibi-
li disponit, de hac trina monitione non loquitur: dicit
ergo hæc opinio, particularem esse hunc incorrigibi-
litatis casum in clericis arma portantibus, vt si tertio
commoniti non obtemperauerint, de clericorum v-
troque priuilegio sint destituti.
5 Altera opinio est, & quidem communior, † & ve-
rior, clericorum incorrigibilitatem ex hac trina mo-
nitione dependere, sine qua incorrigibilis dici non
potest, ad effectum vt sit de iurisdictione laicorum:
quam opinionem amplexi sunt Hostiens.& Ancaran.
in c.1.de apostat. Cardin.& Ab. *in c.perpendimus.de sent.
excom.* Alciat. *in d.c.cum non ab homine.nu.8.de iud.* A-
lex. *in cons.9.vol.1.* Roland. *in cons.4.n.29.& seq.vol.1.*
Vasquius *in tract.de success.creat.lib.3.§.22. limit.17. n.
63.* Decian. *in tract.crimin.lib.4.c.9.n.88.& seq.* & hanc
esse communem opinionem attestatur Viuius *in suis
comm.opin.ver.clericus apostata.* Alberic. *in tract.de sta-
tutis.parte 2.quæst.42.* qui dicit se vidisse ita communi-
ter seruari, & quod requiratur monitio, quia etiam in
clerico facinoroso, & incorrigibili, aliquæ remanent
reliquiæ Clericatus, quæ absque hac trina monitione
deleta non censentur, & secundum Felyn. *in d.c.cum
6 non ab homine.nu.9.* etiam declaratoria † incorrigibili-
tatis sententia requiritur.
7 Difficilius † enim perditur priuilegium fori, quàm
canonis, quia primum est de iure diuino, *c.quamquam
de consu.lib.6.* gl. *in c.si Imperator.dist.96.* Innoc. *in c.2.
de maior.& obed.* & dixi supra in eadem *parte, cap.6.* &
ideo perdi non potest, secundum vero est de iure po-
sitiuo ab Innoc. Papa II. vt *in rubr. c.si quis suadente
14.q.4.* maior est igitur ratio fori priuilegij, ad quod
non valet argumentum à priuilegio canonis, *d.c. per-
pendimus.*
Dicunt tamen fallere istam communem senten-
tiam, † si clericus sit de prima tonsura, qui dimisso ha- 8
bitu, perpetrauerit aliquod delictum, tunc enim antè
monitionem, clericorum priuilegio destitutum esse
asserunt Ioan. Lup. *in tract.de libert.ecclesiast.q.4.nu.2.
vers.quod clerici tantum.* Ant. de Butr. *in c.1.de apostat.*
Auendañus *in tract.de exequend.mandat. reg.c.22.n.2.
in fine,* Andr. *in constit.regni incip. Apostatantes.* Lucas
de Penn. *in l.iudices vers.quid ergo C.de dignit.lib.12.*
Sed quicquid sit in puncto iuris de veritate huius
articuli, de qua inferius exarabo, etiam in hac parte,
cùm agam de iis, qui remittendi sunt ad iudicem ec-
clesiasticum, & *in 4.parte* cùm agam de casibus depo-
sitionis, & traditionis clerici incorrigibilis ad iudi-
cem laicum: Hodie iste articulus, est resolutus ex di-
spositione sacrosancti *Concilij Tridentini sess.23.c.6.* v-
bi habetur clericos in minoribus constitutos fori pri-
uilegio non gaudere, nisi habeant beneficium eccle-
siasticum, aut deferentes habitum clericalem, & ton-
suram, deseruiant alicui ecclesiæ de mandato episco-
pi, aut versentur in seminario clericorum, aut in ali-
qua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi.
In altero articulo asserunt non requiri monitio-
nem, † vbi videlicet clericus dimisso habitu, diu perse- 9
uerauerit in miscẽdo se sæuis, & enormitatibus & de-
lictis, Alex. *in cons.61.vers.si vero reliquit.vol.4.* Steph.
Aufrer. *in tract.de potest.secular.super eccles.reg.1.n.27.*
qui allegat alios, & probat esse com. opinionem, atque
etiam narrat casus, qui euenerunt, quia perseuerantia,
siue temporis qualitas ad effectum monitionis non
requirendæ, sufficit esse per spacium vnius anni, *c.1.de
vit.& honest.cler.lib.6.& ibi gl. in ver.annum,* quia hæc
monitio fieri debet clerico, verum elapso anno, cleri-
cus, qui sine habitu, & tonsura incesserit præsumitur
desiisse habere animum essendi clericus; ergo nulla
monitio requiritur, vt à seculari cognosci possit, & ad
hoc est tex. *in c.ex parte.in 3.de priuil.* item dicunt non
requiri † monitionem, vbi clericus commiserit deli- 10
ctum atrocissimum, tunc enim posse à iudice laico co-
gnosci, etiam absq; depositione, attenta dispositione
d.c.cum non ab homine. Ioan. Andr. ibi Ancar. *in consil.
157.col.5.* Marl. *in cons.9.nu.17.* gl. *in d.c.vt famæ.vers.de
mandato.in fine.de sen.excom.* addentes ad Alexan. *in d.
cons.8.vol.1.in ver. Admonitione.* & quæ sint delicta † a- 11
trocissima respectu ecclesiæ in terminis incorrigibi-
litatis, latè ponit Cepolla *in cons.11.n.24. vsque ad 30.*
quia cum clericus commiserit delicta adeo grauia, ec-
clesia non habet pœnæ depositionem condignam, i-
deo absque admonitione, dicũt punire posse iudicem
secularem, Guglielm. de Benedict. *in c. Raynutius.ver.
& vxorem.n.440.* Chassan. *in consuet.Burgund.rubr.1.
§.5.nu.66.* Carrer. Regin. *in practic. crimin. §. homici-
dium, in 5.num.11.*
Et quod clericus sæuis & enormibus se immiscens
contra statutum clericale assumendo † militiam possit 12
puniri à iudice seculari, tenet Bernard. Lauren. *in trac.
de quibus casibus iudex secularis possit cognoscere in cler.
n.9.* pro quo allegat text. *in auth. clericos.§.sed in ciuili.
C.de episc.& cler.* qui canonizatus est *in c.si quis clerico.
§.quod si de criminali 11.qu.1.*
Sed hæc limitatio iure expresso non fundatur, neq;
possunt Doctores facere communem intelligentiam
in præiudicium iurisdictionis ecclesiæ, ad tradita per
Doct. *in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de constit.* ideo istam li-
mitationẽ intelligo, iuxta veros terminos iurisdictio-
nis, videlicet, monitionem † non requiri, quandiu 13
clericus fecerit actum clericatui contrarium, vt quia
ducat secundam vxorem vel primam corruptam, vel
effectus sit miles, & sæua exerceat, tunc enim sine mo-
nitione

nitione efficitur de foro secularium, Hostien. & cæteri *in c.1.de apostat.* Doct. *in c.1.de bigamis.li.6.& c.quisquis.dist.84.* Alex. *in d.cons.8.numer.3.vol.1.* Afflict. *in Constitut.regni incip.Apostatantes.* Gramm. *voto* 33. Alber. *in tract.de statu, parte 3.q.42.* idem si factus sit goliardus, ioculator, buffonus, *c.1.de vita & honestat.lib.6.* sunt enim actus incompatibiles, per quos censentur clericatui renuntiare, & effici de foro laicorum.

Dicunt etiam non requiri mutationem, ad effectum
14 vt clericus † capi possit à laico, si voluerit delictum committere, vt dicit Felyn. *in d.c.cùm non ab homine.* quia cùm tractatur de delicto committendo, inferior potest corrigere superiorem, Archidiacon. *in c.si putauerit. in 4. col.2.qu.1.* sed hæc limitatio ordini casuum particularium est annectenda, de quibus tracto *in 4. parte.* neque ipsam admitto, cùm hodie quomodocunque captant clerici, etiam si in fragranti crimine, incidant in excommunicationem *Bullæ, cœnæ Domini*, vt ibi declaro.

Denique notant, quod cum requiratur monitio ad
15 esse incorrigibilem sufficit † ipsam esse factam per verba reprehensiua, vt dicit Felyn. *in d.cap.cùm non ab homine.n.12.vers.Dominicus.in c.neminem.* qui alios allegat, ex quorum opinione inferunt iudices seculares sufficere clericum criminosum ter fuisse remissum ad iudicem ecclesiasticum, vt quarto delinquens, tanquã inobediens, & incorrigibilis à laico cognosci possit. Sed hæc illatio satis debili innitur fundamento, & quando esset vera, illa correctio reprehensiua non esset facienda per laicum, sed per ecclesiasticum: neque trina remissio laici inducit correctionem: sunt enim principia satis diuersa, quæ non sunt ponenda in præiudicium iurisdictionis.

CAP. XXXVII.

Iudex laicus in quibus casibus cognoscat super crimine simoniæ.

SVMMARIA.

1 *Principes seculi an cognoscant de simonia clerici.*
2 *Simonia an sit de iure positiuo.*
3 *Papa quomodo est supra omne ius positiuum.*
4 *Papa non potest sibi legem præfigere à qua non liceat discedere.*
5 *Papa potest tollere ius positiuum sine causa.*
6 *Papa in quo foro non possit incidere in labem simoniæ.*
7 *Simoniam an committat dans aliquid Papæ pro beneficio.*
8 *Ecclesiæ status vniuersalis turbatur propter venditionem beneficiorum.*
9 *Simonia an sit de iure diuino.*
10 *Simoniæ auctores duo.*
11 *Papa potest incidere in labem simoniæ. & nu.13.*
12 *Officia emi non posse.*
14 *Papa dispensat super iure diuino: item super quibus aliis dispenset.*
15 *Papa de hæresi redargui potest.*
16 *Renuntiatio, quæ fit facto, vel verbo æquiparatur.*
17 *Catholici omnes possunt insurgere contra Papam hæreticum.*
18 *Hæreticus est minor quolibet catholico.*
19 *Pontifices quomodo se purgauerint coram Principibus ad euitandum scandalum.*
20 *Concilium debet conuocari auctoritate Papæ.*
21 *Et quando fallit.*
22 *Concilium generale quando possit conuocari per Cardinales.*
23 *Concilium generale quando possit conuocari per Imperatorem, & alios principes seculares, & numer. 25.*
24 *Interpellatio requiritur ad effectum acquirendi facultatem in casu negligentiæ.*
26 *Imperatores qui conuocauerunt concilium generale.*
27 *Concilium generale quomodo possit conuocari à Principibus.*
28 *Concilij, etiam conuocati per Principes, duæ partes quam auctoritatem habeant.*
29 *Concilium quando conuocatur per seculares, dicitur fieri per viam requisitionis.*
30 *Papam posse incidere in hæresin qui teneant.*
31 *Papam posse incidere in hæresim secundum communem opinionem.*
32 *Concilium non potest conuocari propter simoniam Papæ canonicè electi.*
33 *Papa an possit canonicè admoneri.*
34 *Papa subditus est legi euangelicæ.*

SVnt qui putent, Principes seculi de simonia † clerici cognoscere posse, gl. *in verb. intra ecclesiam.in c. principes seculi 23.q.5.* allegat *c.si quis pecuniam.distinct. 79.* vbi si quis per pecuniam, aut humanam gratiam, seu popularem, militarémve tumultum Papa sedi Apostolicæ intronizatus esset, non Apostolicus, sed Apostaticus est habendus, & Cardinalibus cum clericis & laicis licitum est eũ à sede repellere, super quo diffuse disputat Petrus Andreas Gambanis *in relectione extrauagantis Iulij Papæ II.de simoniaca Papæ electione.* 1
Ego diuido tractationem istam in duos articulos, in primis Papa an possit incidere in crimen simoniæ: deinde à quibus sit concilium generale indicendum.

Primus articulus habet duas partes, imprimis videbimus an simonia sit de iure diuino, vel positiuo: Deinde sequitur facilè an Papa incidat in ipsam, & quomodo. Vna opinio est, simoniam esse de iure positiuo, quia † à D. Petro prohibita, & Simon Magus damnatus est, à quo nomen assumpsit, vt *in actib. Apostol.c.8.nõ est tibi pars, neq; sors in sermone isto, quia existimas donum Dei posse pecunia possideri.* secũdum istam opinionem, cum Papa † sit super omne ius positiuum, *c.proposuit.de concess.præbend.* quia ipse est contra ius, supra ius, & præter ius omnia potest, Bald. *in c.super col.1.de caus.poss. & propriet.* allegat *l. qua in prouincia §.diuus ff.de ritu nupt.* idem Bald. *in c.1.col.2. vers.pone prælatus.qualit.Dom.feud.prop.priu.* Dec. *in cons.588.n.5.* ergo nulla populi constitutione ligatur, quia non potest sibi legem † præfigere, à qua non liceat eidem recedere, *l.digna vox C.de legib.l.pen.ff.de recep.arbitr.c.final.& ibi gl.in ver.temporibus.de rescript. lib. 6.c.innotuit.de elec.gl.in c.nulli.in vers.nitere.de sent. excom.* Pari. *in cons.11.n.5.& seq.vol.2.* sunt enim constitutiones iuris † positiui, quas potest tollere etiam sine causa, & indistinctè, Paris. *in cons.5.num.84.vol.4.* post Innoc. & Fely. quos ipse refert, tanto minus ligatur constitutionibus aliorum, quas potest ad libitum propter varias temporum mutationes atque necessitates corrigere, & moderari. 2 3 4 5

Sed quando † hæc opinio sit vera intelligo illam procedere quo ad forum militare ecclesiæ, in quo nõ licet disputare de factis suis, quia ipse iudicat solus, à nemine iudicatur, non quo ad Deum, nam eius scriptum est fundatum super bono communi, *cap.erit autem lex.distinct.4.* & si Papa est negligens remissus, aut 6

non

non attentus circa bonum publicum punietur à Deo, vt maximè si circa bona ecclesiastica, quæ sunt Dei, *c.1. ex eo.de electio.li.6.* Innoc. *c.cùm super.de cauſ.poſſ. & propriet.* item intelligo, quod & si Papa non incurrat
7 pœnas iuris positiui, tamen incurrit is qui recipit † beneficium, nisi expressim secum dispensetur, secundum Abbatem *in c.extirpandæ.§.si verò.de præbend.* quod nõ inconuenit, vt vnum correlatiuorum incurrat pœnã, alterum verò non, sicut Esau commisit simoniam vẽdendo ius primogenituræ, non Iacob, *c.quàm periculosum, 7.q.1.* item Giezi, non Naam Syrus, & sicut Episcopus non est excommunicatus à sua sententia siue canone, aut statuto, vt latè per Ioan. Andr. *in regula, cui licet.li.6.* licet Cardin. *in c.latorem.1.qu.1.* faciendo actum illicitum ex certa scientia super quo potest dispensare cum inhabili, videtur tacitè dispensare, Innoc. & alij *in c.diuersis fallaciis.de cler.coniugat.*

Et inter tenentes opinionem, quod Papa nõ potest incurrere simoniam, Anchar. *in c.1.de constit.in 11.oppo-*
8 *sit.* dicit, sed facere beneficia † ecclesiastica venalia, est denigrare statum ecclesiæ vniuersalem, allegat text. *in l.si quemquam.C.de episc.& cler.* vbi dicitur, profectò enim quis locus tutus, & quæ causa poterit esse excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur, & si denigratur status vniuersalis ecclesiæ; nec videtur Pontifici permissum: nec credo esse verum quod spirituale concedatur gratis, sed pretium recipiatur pro temporali, quia hæc sunt adeo connexa, vt vendito vno, aliud venditum censeatur, *c.si quis obiecerit.1.q.3.* imo etiam quando per pecuniam confertur illi beneficium, qui erat ordinatus ad sacros ordines, aut ex dispensatione habenti aliud beneficium censetur vendita executio ordinis in illo loco, vbi non habebat talem potestatem, & cùm spiritualium venditio iure diuino prohibita sit, cuicunque inseparabiliter adhærebit, incapax erit venditionis.

9 Alia opinio est, quod simonia † est de iure diuino, quia vt habetur in Matthæi *cap.21.* Christus Dominus noster eiecit ementes, & vendentes de templo columbas, quod intelligitur de venditione spiritualium, ex quo intelligitur diuina lege simoniæ labem prohibitam esse, vt dicit Præposit. *in c.studet.1.q.1.* & dicit Alexander Anglus *in suo destructorio vitiorum, parte 4.c.*
10 *2.col.1.* cuius peccati † duo leguntur fuisse principales auctores, nimirum Giezi, qui erat Præpositus vendentium, & Simon Magus, qui videtur esse præpositus ementium: vnde Giezi gratiam sanitatis Naaman Syro mendaciter vendidit, & ideo eandem gratiam sanitatis Helisæo vendicante, factus leprosus emisit, vt *in 4. li. Reg.c.5.* Simon vero Magus videns Apostolos dantes spiritum sanctum per impositionem manuum, obtulit eis pecuniam ad spiritualem potestatem emendam.

11 Et propterea Papam † posse incidere in Simoniæ crimen, tenet D.Thom. *in 2.2.qu.100.art.1.* nam licet sit principalis rerum ecclesiæ dispensator, non tamen est dominus, *c.non liceat Papæ.12.q.2.* & qui tenent Papam à simonia excusari posse, dicunt etiam esse peccatum toto Christiano orbi perniciosum, & vniuersa-
12 lem ecclesiam scandalizans: nam si turpe † est iudicem constituendum in aliquo loco emere magistratum, eo quod lex præsumat eum venditurum iustitiam, qui iudicandi munus emit, vt *in auth.iusiurandum quod præstatur ab his.& c.iudicet.1.q.1.* quanto magis in eo, qui est iudicaturus vniuersum orbem, & ideo maximè denigrat statum vniuersalem ecclesiæ Dei, vt tradit Inn. *in c.sedes apostolica.de rescript.* & Abb. *in c.de multa.de præbend.* & dicit D.Hieronym. *in d.c.iudicet.1.q.1.* quod Hierusalem subuersa est propter simoniam sacerdotum, quem textum præ oculis habeant, qui dicunt simoniam non habere locum in Romana Curia, per *text.in l.1.ff.ad l.Iul.de ambitu.*

Eandem † opinionem tenet D.Thom. *in 4.lib.sen-* 13
tent.distinct.25.qu.15. videlicet Papam posse simoniam committere, quam opinionem etiam alij distinguendo determinant, Gemin. *in cap.1.distinct.12. & in c. in nomine domini.distinct.23.& in c.si Papa.distinct.40.* tenet indistinctè quod Papa possit illaquearі hoc peccato, idem tenet *in c.altare.1.q.3.& in c.non debet, dist. 12.gl.in c.cum pridem.in verſ.illicitæ pactionis.de pact.* Summ.Syluestrina *in verbo Simonia, qu.4.* Abb. *in d.c. extirpandæ.nu.13.de præbend.*

Sed prima opinio est verior in iure, gl. *in c.presbyter. dist.82.in ver.denarium.* Ioan.Andr. *in c.pro humani.in gl.spiritualibus.n.2.verſ.non obstat.de homicid.lib.6.* gl. *in c.ex parte.in 1.de offi.delegat.* vbi Felyn. latè defendit hanc conclusionem, & dicit esse communem opinionem; item dicit esse communem *in c.1.de simonia.* respondens omnibus rationibus Abbatis contrarium sentientis. Item tenendo etiam quod sit de iure diuino, Papa † dispensat super eo, vt in simoniam incurre- 14
re non dicatur, *c.super eo.de vsur.c.gaudemus.de diuort.* nam de plenitudine potestatis dispensat contra Apostolum, *c.lector.distinct.34.* & contra canones apostolorum, *c.presbyter distinct.82.* & contra vetus testamẽtum in decimis non dandis, *c.ex parte.de decimis.* item in voto, *c.1.de voto,& voti redempt.* & in iuramento, *c.secundo 15.q.6.& c.constitutus.de rescript.* item super euangelio, *c.sicut.distinct.14.* nam potest euangelium declarare, Parif. *in conſ.68.col.3.& ſeq.vol.4.* item dispensat contra præcepta decalogi in concernentibus ius positiuum, Franc. de Selua *in tract.de benefi.parte 4.q.9.n.54.* & de plenitudine potestatis omnia potest. Decet tamen nolle facere, quæ boni Pontifices facere non consueuerunt, vt dicit Francisc. Pauin. *in tract.de visitationibus, parte 1.qu.10.num.28.*

Ista autem procedunt post legitimam electionem in papatu, secus si mediante pecunia in papatum peruenerit (quod absit) quia Papa † de hæresi redargui 15
potest, *d.c.si Papa dist.40.* sed crimẽ simoniæ est hæresi maius, *c.eos.1.q.1.* vnde D.Thom. *in 4.lib.senten.distin. 13.art.15.* dicit, sicut hæreticus dicitur qui contra fidem sentit; ita Simoniacus operatur ac si contra fidem sentiret, dum pretio sacramenta vult adipisci, vel dare, ac si existimaret posse donum spiritus sancti pecunia possideri: Plus, vel tantum valet renuntiatio † quæ fit 16
ipso facto, quantum verbo, *c.ex ore.de his quæ fiunt à maiori parte Capituli.c.final.de vita & honest.cler.l.de quibus propè finem ff.de legib.* plus est factis demonstrare, quàm verbis, vt not. *in d.c.dilecte fili.in 1.de appell.* vnde licet non verbo quis dicat simoniam non esse peccatum, tamen ex quo dicit facto, seu opere, idem est, Francisc.Squillacenſ. *in tract.de fide cathol.cap.15.n.3.* operatur enim simoniacus, ac si existimaret donum spiritus sancti posse pecunia possideri, quę existimatio est hæretica, vt dicit Gregor. in registro, cum omnis auaritia sit idolorũ seruitus, & quisquis hanc in ecclesiasticis dignitatibus dandis, vel recipiendis non præcauet, infidelitatis perditioni subiicitur, etiam si fidẽ quam negligit, tenere videatur, D.Thom. *in 4.li.sen. distinct.25.art.10.* cum hæreticus sit infidelis, vt ibi in argumento, *& in 2.quæst.de fide.quæſt.85.art.1.in princ.* & hæreticus dicitur, qui fidem Christi confitetur, sed eius dogma corrumpit, *c.qui in ecclesia 24.q.3.* quo casu, omnes Catholici † insurgere possunt cõtra Papam 17
hæreticum (quod absit) quia præceptum est diuinum, rela-

relatum in Deuteronomio, vt Principes seculi insurgant aduersus docentes vel asseuerantes falsum dogma cōtra fidem, 23.q.5.c.fi. audiens. vbi Matathias iustè interfecit illum, qui idolis sacrificaturus ad aram accesserat; ergo possunt catholici ex precepto diuinę legis insurgere contra Papam hæreticum, quia & ipse etiam naturali legi, & diuinæ subiectus est, c. sunt quidam, 25.q.1.
18 & not. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. item † hæreticus minor est quolibet catholico, c. auctius, 24.q.1.& c. scimus. 12.q.1. & ideo Papa hæreticus posset à quolibet redargui, & probatur exemplo D. Pauli, qui redarguit D. Petrū Apostolorū principem, ad Gal.c.2.& c. Paulus. 2.q.7. & tamen Paulus erat inferior Petro in administratione, quia tamē Petrus malè de fide sentiendo, euaserat inferior, iusta fuit redargutio. Item quia sum-
19 mi Pontifices † de similibus notati; ad euitandum scādalum, se purgauerunt; c. nos si incompetenter, 2.q.7. vbi Papa se emendat coram Imperatore, & c. Menna, 2.q.1. vbi Menna, quem coepiscopum, & fratrem Gregorius nominat, denuò iubetur, obiectum crimē diluere coram Brundechilde Frācorum Regina, item Sixtus Papa III. se purgauit apud Valerian. c. mandatis, 2.q.1.

Propterea succedit tractatio secundi articuli, circa quem multi cogitant generale cōcilium esse indicendum, Ant. de Rosell. in tract. de potest. Imperat. & Pap. §.
20 abundè vt arbitror. n.22. & licet Papæ † auctoritate hoc cōcilium conuocari debeat, c. ideo, 2.q.6.& c. generalia. dist.17. & sic legitimè conuocatum, debeat à Papa approbari, §. hin. etiam. dist.17. & latè scribit de hoc Cardin. Iacobat. in tract. de concil. li.3. art.1.n.23.& plur. seq. tamen quando notoriè est hæreticus, non possessor,
21 neq; receptus, vt c. si Papa. dist.40. Concilium † poterit sine eo congregari, & cognoscere, & iudicare, quia nō est verisimile, quod Christus ascendens in cœlū, hunc casum reliquerit indecisum, & in simili dicit Inno. in c. ad apostolicæ. in fin. de re iud. lib.6. & gl. in c.1. de schismat. li.6. ideo dicit Egidius Bell. in clem. dudū. in prin. ver. quarto nota. de sepultur. quod in istis casibus, & in specie quando Papa non est canonicè electus, & in similibus, in quibus desinit esse Papa, quibus debet obuiam iri per vniuersalem ecclesiam, non est necessarium quod concilium congregetur per Papam, cùm concilium sit supra eum, & sufficit quod conciliū congregetur, etiam si vnus solus fidelis catholicus, illud Deo adiuuante, procuraret congregari.

22 Sed hoc casu congregationem † concilij spectare ad Cardinales & Patriarchas, & alios prælatos gradatim, & deinde ad Imperatorem, & alios Principes, firmarunt Catald. de Boncompagnis in tract. de potestate Papæ, nu.63. Ant. de Rosell. in tract. de conc. §. sed ex prædictis, nu.25. Card. Iacob. in d. art.1.nu.62 & seq. & Cataldus vbi supra dicit, potestatem conuocandi cōcilium
23 his casib. † spectare ad Imperatorem, & alios principes seculares, nimirum negligētibus Cardinalibus & aliis Prælatis, & cōsiderandum est, an possint declarari negligentes, quando huiusmodi defectus Papę essent notorij, & ipsi non statim cōuocarent, ex reg. c.1.§. notoria. de censib. li.6. ego autē credo, in hoc casu negligen-
24 tiæ † ad effectū deuoluendæ facultatis ad Principes seculares, requiri interpellationem; nam Inno. quē ibi sequuntur Abb. & alij in d.c. extirpandæ, de præbend. dicit, vbi pœna imponitur à iure pro negligētia, seu culpa in non faciendo, opus est, quod præcedat monitio, siue interpellatio, vt incurratur illa pœna, c. ex parte. cū tribus c. sequentib. de cleric. non resident. l. si ex causa. ff. de verb. oblig. Io. de Imm. in l. non solum. §. morte. ff. de noui oper. nuntiat. Ant. de Butr. in c. cùm in cunctis. col.9. de elect. Afflict. in dec.370.n.8.& seq. & hic est casus notabilis † vt propter negligentiam ecclesiastici, potestas 25
conuocandi concilium deuoluatur ad laicos, de quo per Catald. vbi supra n.63; ad limitationem c. qualiter. de iud. quia Principum munus est, vt suis temporibus pacatam velint habere sanctam matrem ecclesiam, vnde spiritualiter nati sunt, c. quando 23.q.4.

Et quod concilia multoties fuerint congregatā † ab 26
Imperatoribus, adducuntur multa exempla: nam tempore Constantini fuit congregatum concilium, vt habetur in c. habeo librum. dist.16. & in libro Conciliorum, in libro Africani concilij. & notat historia tripertita in li.1.c.fi.& in li.2.c.13.& in lib.3.c.1.& c.3. Item c. Valentinianus. dist.63. vbi Valentinianus congregauit Episcopos in concilium. Item de licentia Principis fuit conuocatum concilium Chalcedonense, vt in li. Chalcedonensis concilij, in prin. cuius concilij verba sunt hęc: sancta, & magna, & venerabilis Synodus, quæ secundum gratiam Dei, decreto piissimorum Imperatorum congregata est. item Synodus Constantinopolitana tempore Constantini Constantis filij, & patris Iustiniani, anno salutis 670. secundum Imperialem sanctionem cōgregata est, vt legitur in principio singularum actionum. Item patet in gestis Antiocheni concilij, c.1. itē in gestis Syluestri Papæ, & habetur in d.c. habeo librum. dist. 16.& in c.1. dist.15.& in c. futuram, 12.qu.1. & in c. continua. §. item Constantinus, 11.q.1. item de his sunt similes casus, in c. sexta. §. quinta. dist.16.& in c. nunc autem. dist. 21.& c. mandatis, 2.q.4.& c. Valentinianus. dist.63.& cap. nos ad fidem. dist.96.& c. continua, 11. qu.2.c. Adrianus, in 2. dist.93 & c. sancta Rom. dist.15. item in l. nos reddentes. C. de summa trinit. vbi fuit congregatum concilium sine scientia Papæ, & decretum eius mittitur ad Papam confirmandum.

Sed si Imperator neglexerit concilium conuocare, tunc quilibet Princeps ipsum † conuocare posset per 27
viam requisitionis, non autem citationis, Ant. de Gos. in d.q.4.n.28.& nu.43. & legitur quod Ottho primus Theutonicorum Rex deposuit Ioannem XII. c. in synodo. dist.63. licet Leonis auctoritas prius id comprobauerit, vt dicit Marc. Mantua in tract. de concilio. n.58. allegans c. quia sancta. §. verum. & c. sacrorum canonum. §. ex constitut. dist.63. & quod possit conuocari per Reges per viā requisitionis, est tex. in d. §. hinc etiam. dist. 17. & in casu negligentiæ Imperatoris, & aliorum Regum, quod vnus solus possit concilium cōuocare, (intelligendo semper vt ille cæteros interpellet) & tunc si duæ partes † erunt, eorum qui in concilio interesse 28
debent, quod ipsęmet duæ partes possunt auctoritatē dicto concilio impartiri, & deficientem tertiam partem, etiam sub pœnis, & censuris ecclesiasticis citādo, & conuocando monere, latissimè scribit Petrus à Mōte in sua monarchia conciliorum. in c. de generalis concilij celebratione, per totum. item quomodo quando conuocatur † concilium per seculares, dicatur conuocari per 29
viam requisitionis, non autem per modum auctoritatiuæ citationis, quo casu debeat ad constituendum requisitos in contumacia inferi iusta causa; item quod debeat postea idem concilium quomodolibet cōgregatum per seculares auctorari per ipsos eosdemmet coadunatos, latissimè scribit Card. Iacob. in d. tract. de concilio li.3. art.1. ad quos me remitto, quia non pertinet ad præsens caput.

Et retenta hac opinione posset dici, quod si Papa esset simoniacè electus, (quod Deus auertat) tunc saltem in casu negligentiæ Cardinalium, & aliorum prælatorum, possit per ipsos seculares Principes gradatim modo prædicto animaduerti in illum Pontificem, saltem generale concilium requirendo.

Y Sed

30 Sed contrarium videtur verius; nam cùm †Christus Dominus noster, orauit pro Papa, ne deficeret fides sua, vt fratres suos in fide nutantes confirmaret, iniquum videtur posse dici Papam aliquando in heresim incidere posse. Hoc priuilegium personale est Romani Pontificis, ex assistentia Spiritus S. non permittentis in heresim ipsum labi posse, quamuis in alia quæuis delicta possit ex humana fragilitate incidere: & ideo grauissimi viri tenent, Papam non posse hæreticum fieri, Albertus Pigius Campensis *in li.4.c.8.de ecclesiastica hierarchia.* cuius sententia satis videtur probabilis, & consona rationi, cogitans omnes Romanos Pōtifices qui in hæresim incidisse commemorantur, posse ab hæresis nota liberari, atque ostendere rem aliter se habuisse.

Et licet communis omnium Theologorum, & Canonistarum

31 sit in contrarium, nimirum Papam † in hæresim incidere posse, Guttieres *in summa.de eccles. li.2.c.93.& sequ.* Caietan. *in opuscul.de auctorit.Papæ,& concilij.* Card. Alban. *in lib.de potest.Papæ, part.1.* Sotus *in lib.4.sent.dist.22.q.2.art.2.vers.dubium autem.* Alphonsus de Castr. *in li.2.c.23.in princ. de iusta hæreticorum punitione.* Melchior Canus *in lib.6.cap.vlt.de locis Theologicis.* Syluestrina *in ver.Papa,q.4.n.4.* Canonistę omnes *in c.si Papa,dist.40.* Ioan. Royas *in singular.146. incip.Papa de crimine,* August. de Ancona *in summa.de potestate ecclesiæ.q.5.* Simancas *de catholicis institutionib. tit.12.n.13.& tit.45.de Papa.num.35.* & alij multi, quos longum esset repetere.

32 Tamen procliuior sum in eam sententiam, vt†propter simoniam Papæ post canonicam supremæ dignitatis adeptionem generale concilium indicendum non sit, sed solum in causa hæresis congregatur concernentis articulos fidei. Item in casu simoniacæ electionis ipsius, vt dictum est. Pro simonia enim Papa deponi non potest, vt notat gl. *in c.siquis pecuniam.distinct.79.* Præposit. *in c.si Papa.n.14.dist.40.* Abb. *in c. quoties. de simonia.* de nullo crimine redargui potest, *c.eiectionem.dist.79.c.oues.2.q.7.* per textum concilij *in c.nunc autem.distin.21.& §.hinc etiam.dist.17.& §.item cùm baleam.2.q.7.* quia superiore caret coram quo posset accusari, *d.c.nemo.& c.ipsi sunt.& c.aliorum. & cap. cùm ita per mundum, 9.qu.3.& c.licet, & c.significasti.de election.* facit glos. *in c.mandastis.2.q.5.* etiam si esset incorrigibilis (quod absit,) & perseueraret in peccato notorio, etiam, vt dicit Præposit. si turbaret statum vniuersalem ecclesiæ; sic enim asserit *in d.c.si Papa,n.14. vers.& est ratio.dist.40.* quia talia gesta in scandalum ecclesiæ non tenent, eique resistitur per ipsam, sicut Paulus resistit Petro, nec ei esset in talibus obediendum, vt dicit Innoc. *in c.inquisitioni. & ibi etiam* Abb. *de sent.excom.* & scribit Cardin. Palæott. *in libro de sacri consistorij consultationibus.*

33 Sed an posset admoneri †iuxta regulam *c.si peccauerit.2.q.1.* ex quo nō potest ab alio iudicari, frustra esset denuntiatio, & admonitio, quo casu, secundū aliquos, possent illa verba (dic ecclesiæ) exponi, id est Deo, vt ilium conuertat, vel dic ecclesiæ triumphanti, vt oret pro eo; sed hoc procedit, quando peccatum est occultum, propterea sæpius oratur pro eo, ne, si is qui vnctus est, peccauerit, totus populus propter malum exemplum, in peius corruat, *c.magnæ.de voto.* sed certè

34 Papa†subditus est legi euangelicæ, *c.ad mensam.11.q.3.* Abb. *in d.c.proposuit.n.18.de concess.præbend.* & propter eius scandalum, posset iuxta regulam *d.c.nouit.de iud.* admoneri per eos, qui circa eius latus sunt, sed reuerēter, non per modum correctionis æqualis, sed per reuerentem charitatis admonitionem, D. Thom. *in 2.2. q.33.artic.4.& in 4.lib.sententiarum, distinct.14. & distinct.19.*

CAP. XXXVIII.

Clerici schismatici, an sint mixtæ iurisdictionis.

SVMMARIA.

SI potestates Christianę nō mouētur aduersus schismaticos, quomodo reddent rationem de imperio suo? ita dicit D. August. quem citat Franc. Arrias *in t. de bello, & bellatorib.n.101.* propterea gl. *in c.prin.seculi. 23.q.5.* certos cumulando casus, in quib. laici habēt cognitionem intra ecclesiam, tertium vocat, cùm fidem volunt subuertere, *c.nec licuit.dist.17.* quintū vero cū schisma†faciunt, & excommunicationem contemnūt, 1
c.de Ligurib.23.q.5. de quo etiam scribit Card. Iacob. *in tract.de concilio li.3.art.1.n.195* inter hæresim, & schisma †hoc interest quòd hæresis habet diuersū dogma, 2
schisma verò post discessionem episcopalem, ab ecclesia separat, *24.q.3.c.inter hæresim.* ideo schisma †diffinitur, est illicita diuisio per inobedientiá ab vnitate 3
ecclesiæ, *c.loquitur.c.alienus.24.q.1.* de ratione ecclesiæ est, vt sit vna ratione membrorum inter se, & cum suo capite, quam vnionem schismaticus tollit, dum se à communione capitis, & aliorum membrorū separat. Sed multiplex vnitas†inuenitur in ecclesia, vel ratione 4
eiusdē principij, id est Dei vocantis alios, Ioan. *c.6.*

Nemo

Nemo venit ad me, nisi quem pater traxerit ad me. vel ratione eiusdem vltimi finis, quod significatum est Matthæi *c.20.* in illo vno denario omnibus operantibus promisso. Vel ratione eorundem mediorum, id est fidei sacramentorum, iuxta illud *ad Eph.c.4. vna fides, vnum baptisma.* vel ratione eiusdem Spiritus S. à quo tanquam externo rectore ecclesia gubernatur, *1. ad Corinth.c.12. diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus.* vel ratione eiusdem capitis tanquam interni rectoris: omnis enim ecclesia eidē Christo, & eius Vicario paret, *ad Eph.c.1. ipsum dedit caput super omnem ecclesiam.* vel ratione connexionis membrorum inter se, & præcipuè à capite, quod est principale membrum *ad Rom. c.12. vnum corpus sumus, alter alterius membra.* Schisma autem opponitur his vnitatibus, & tunc propriè est, quando vnum membrum nō vult amplius esse membrum illius corporis, & sub illo capite, scilicet sub Papa Christi Vicario, & tunc tollit vnitatem essentialē, atq; ecclesiam ipsam, Cardin. Bellarmin. *in tract. de ecclesia*
5 *militante, c.1.* ergo nullum schisma est, quod † in se aliquam hæresim non sapiat, vt rectè ab ecclesia recessisse
6 videatur. Item hęresis, † & schisma distinguuntur per eorum opposita, siquidem hæresis opponitur fidei, schisma verò vnitati ecclesiasticæ charitatis, & ideo sicut fides, & charitas sunt diuersæ virtutes, ita schisma & hæresis sunt diuersa vitia, licet omnis hæreticus sit schismaticus, sed non est contra; & sicut amissio charitatis via ad amittendum fidem iuxta illud D. Pauli *ad Timoth.c.1.* à quibus quidem aberrantes, scilicet charitate, cōuersi sunt in vaniloquium; & ita schisma est via ad hæresim. Itaque dicit gl. *in d.c.* principes seculi, in hoc tertio casu, cùm fidem volunt subuertere, quia per subtractionem charitatis sequitur destructio fidei. In *d.c. de Liguribus.* episcopi volebant congregare concilium synodale contra generale concilium, sed Pelagius Papa prohibuit, pœnamq; subiunxit, vt contra facientes laicorum iurisdictioni supponantur; recedentes enim à Papæ obedientia, schismatici poterunt sic puniri.

7 De schismaticorum pœnis † latè scribunt Card. Turrecrem. *in summa ecclesiæ, parte 1.c.8.* & Palatius Rubeus *in tract. de regno Nauarræ, parte 5.§.7.* & de ipsorū materia copiosè tractant D.Thom. & Caietan. *in 2.2. q.39.* Alex. de Ales *in part.2.q.182.* Bonauentura *in lib. 4. sent. dist.13.* & latius Gabriel Biel, & Petrus de Palude, & alij. Aug. de Anc. *in summa, de potest. eccles. qu.25.* D. Antonin. *in summa, parte 2.tit.3.c.11.* Abb. & alij *in c. quia diligentia. de elect.* Paul. Grilland. *in tract. de hæret. q.2.n.6. & seq.* Bermond. Diaz *in pract. crim. canon. c.105.* Gundissalu. *in tract. de hæret. q.7.* Summistæ omnes, & Repertorium inquisitorū, Locatus *in opere iudiciali, ver. schisma.* Simanchas *de Catholicis institutionib. titulo 5. in 8. enchiridio.* Ioan. Royas *in tract. de hæret. parte 1.n.498. & seq.* Conradus Brun. *in tract. de hæret. c.16.* item Episcopus Mileuitanus sex libros scripsit contra libros Donatistarum, in quibus copiosè tractat de hac materia.

8 Item *in d.c. nec licuit.* † Papa Pelagius prohibet congregari particularem Synodum contra generale Concilium:
9 siquidem particularia † concilia, ex communi sententia errare possunt, testis est Carthaginense concilium sub Cypriano, quod fuit episcoporum, quorum pleriq; martyres, vel confessores laudantur, vt patet ex epistola Cypriani ad Iubaianum, & tamen errauit. Item testis est quinta Synodus Romana sub Symmacho, vbi legimus concilia prouincialia, quia præsentiā Papæ non habent valetudinem perdidisse. Item Prosper *in Chronico anni 420.* dicit Hæresim Pelagianam à Concilio Aphricano 217. Episcoporum damnatam, nec prius ab ecclesia totius orbis damnatā, quam Zozimus Papa decreta concilij illius reprobasset. Vnde etiam D. August. *in li.2. retractationum, c.50.* non dicit hæresim Pelagianam à Conciliis Africanis, quæ particularia erant, damnatam, sed à Pontificibus Innocentio, & Zozimo, cooperantibus Africanis conciliis: sed generalia concilia † errare non possunt, quia totam ecclesiam repræsentant, quæ errare non potest, vt latè 10
scribit in specie Card. Bellarm. *in 2. lib. de conciliorum auctoritate, c.2. & sequ.* item quia Concilium generale non fit sine summo Pontifice, cuius fides nūquam potest deficere, propterea nulla ratio subest, cur concilium particulare à Papa non approbatum, quod errare potest, corrigere possit generale, quod errare non potest. Multi enim eo tempore, aut ignorantia, aut animi peruersitate adducti, volebant quintum cōcilium recipere, vt ait D. Aug. *in li.7. epistola 53.* & particularem synodum vniuersali præferebant; imò etiam sedis apostolicæ auctoritati anteponebant; quare istud iure statutum est, & qui contra faciunt, contumaces existunt; ergo nulla requiritur monitio, vt statim subsint † iurisdictioni laicorum, Alex. Anglus *in* 11
destructorio vitiorum, parte 6.c.40. sub titulo de schismate, col. final. & ad hoc est decisio Delphinalis, Fran. Marc. *in dec.497. nu.11. parte 1.* vbi allegat Baldum dicentem hos schismaticos debere per iudices laicos furcis suspendi, Oldrad. *in consi.62.* Milus *in repertorio in ver. citatio partis, vers. item fallit.* quod magis procedit in crimine notorio, Ioan. Andr. *in c.1.n.6. de excess. prælat.* cognitio † pertinet ad ecclesiam *c. quoties 24.q.1.* 12
sed si crimen est notorium, causæ cognitio non requiritur, *c. quoniam. de filiis presbyter.* item aliud est hæreticare in facto, vt si quid fit, quod verè hæreticum fuerit diffinitum, & per vtrumque ius, sub diuersis pœnis temporalibus, & spiritualibus prohibitum, sicut est percutere imagines saluatoris Domini nostri Iesu Christi, atque gloriosissimæ virginis, & aliorum sanctorum, de quo *in c. si canonici. de offic. ordinarij, lib.6. & in l.1.C. nemini licere signum Saluatoris.* & tunc quando acciderit casus, est mixtæ † iurisdictionis, gloss. *in d.c. si* 13
canonici. in ver. vltrix. vers. vel iudicis officio. pro quo vide Brunum *in tract. de imaginib. c.20.* & hic casus cùm acciderit Neapoli, fuit per iudices laicos præuentum, & malefactor ad furcas condemnatus, & ita executum, vt per Franch. *in dec.504.*

Aliud esse hæreticum esse, vel schismaticum, quorum declaratio pertinet ad ecclesiam, *c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. li.6.* item *in d.c. nec licuit.* † con- 14
gregabatur particularis Synodus contra generale concilium; ergo schisma in facto notorio apparebat, propterea cognitio fuit laicis demandata, Stephan. Aufr. *in tract. de potest. laicor. super ecclesiasticis, regula 1. nu.11.* item habetur *in d.c. nec licuit.* quod ibi erant obstinati, & cōtumaces, propterea se subtraxerunt à capite, id est Papæ obediētia; non ergo mirum si statim conceduntur secularibus. Item quia in pœnam imponitur vt à laicis comprimantur, Anc. *in c. accessorium. n.22. de reg. iur. li.6.* & cùm pœna à iure imponitur, non requiritur monitio, † *c. licet canon. de elect. li.6.* Doct. *in l. impera-* 15
tor. ff. de iure fisc. latè Anchar. *in consi.65. in fi.* tantò magis, quia textus dicit per seculares comprimi potestates, ne aliorum perditio esse possint, & ita ad euitandum mali occasionem fauore animarū, propter quod, omni mora postposita occurrere debemus: nam & ignorantes facilè credunt, licet excusentur, Caietan. *in 2.2. quæst.2. art.6.* quam excusationem admitto, quandiu non fuerint ab Episcopo admoniti, vel ab alio, cui ad-

admonendi ius competit; vel deciperentur in his, quę nō sunt in ecclesia tam vulgata, secularibus ergo sunt
16 suppositi potestatibus: nam & ipsi † sunt pars ecclesię, sua interest ecclesiam esse vnitam, quorum interest,
17 committitur, quod si neglexerint, poterunt † nō solum per episcopos excommunicari, sed imò per Papam absolutis subditis à fidelitatis iuramento, eorum terras à catholicis occupandas exponi, de quo est tex. *in c. excommunicamus.* §. *moneantur. de hær.* & ibi Abb. Itē Eymeric. *in suo directorio Inquisitorum. parte 1. c. 13.*

18 Item quod nec Episcopus † possit dispensare contra generalia concilia, neq; episcopi Synodus, habetur per Host. *in c. si. de filiis presbyter.* quē omnes ibi sequūtur, facit gl. *in c. cùm dilectus. in ver. ætate. de elect.* quæ dicit Episcopū non posse dispensare contra concilia generalia, *c. post translationem. de renunt.* Io. de Anan. *in c. cū diœcesi. col. fin. de vsur.* Fel. *in c. nonnulli. col. 4. vers. ratio huius. de rescr.* Doc. *in c. at si cler.* §. *de adul. de iud.* & notat Bald. *in l. humanum. C. de legib.* vbi quod decretales cōciliares sunt maioris auctoritatis, quā decretales Episcopales, facit *c. prudētiā. in pr. de offic. deleg.* facit etiā,
19 quod legatus † nō potest derogare statutis concilij generalis, Spec. *in tit. de iud. de legat.* §. 8. *vers. quid si Papa.* propterea Episcopus non potest statuere quod minor triginta annis possit eligi in episcopū, cōtra tex. *in c. cū in cunctis. de elect.* vel quod minor 25. annis possit assumi ad curā animarū, *d. c. cùm in cunct.* §. *inferiora.* nec quòd possit obtinere duo beneficia curata, *cap. de multa. de præb.* nec contra *c. quia in omnib. de vsuris.* nec contra *c. quanquam. de vsur. li. 6.* nec contra *clem. 1. eo. tit.* vt scribit Io. de Anan. *in c. cū in diœcesi. in fi. de vsuris.* licet Episcopus sic faciēs non esset schismaticus, de quo tex-
20 tus non loquitur *in d. c. nec licuit.* nisi cū particularis † synodus ad corrigendum, vel declarandū generale cōciliū indiceretur. Itē nisi id crederet facere posse, quo casu schismaticus in secundo gradu est iudicandus, Eymericus *in d. directorio Inquisitorum, parte 2. c. 48.*

21 In aliis casibus schisma † facientes excommunicantur, *d. c. de Ligurib. 23. q. 5.* & si excōmunicationem cōtempserint, per potestates seculi coerceri debent; ergo casus *d. c. nec licuit.* particularis est, vt statim per seculares comprimi possint. Hic autem non ante excōmunicationē, neq; ante eius contemptū. Multipliciter
22 aūt excōmunicatio † contemnitur: primo per facientes schisma, & non obstante excommunicatione in schismate perdurauerint, quo solo casu mandatur coerceri per laicos, *d. c. de ligurib.* ad euitādum malū, quod multis posset accidere, factiosi schismatis capita insequendo, fauore animarū, & ideo pœna debet violenter imponi, quia ecclesia non imponit tam acrem pœnam, *c. principes seculi, 23. q. 5.* Steph. Aufr. *in tract. de potest. laic. super eccles. n. 11.* & de pœna habetur per Card. de Turrecr. *in summa de ecclesiast. libert. lib. 4. parte 1. in 15. capitulis.* & per Palatium Rubeum *in tract. de regno Nauar.*
23 *part. 5.* §. 7. in cæteris casibus ecclesia † habet sua remedia, & eorum cognitio non censetur demandata, quia expressè prohibita, *d.* §. *prohibemus.* latè Afflict. *in const. regni. incip. Constitutionem diuæ memoriæ, nu. 58.* notant Doct. *in c. sciscitatus. de rescr.* & *in l. 1. C. de dignit. li. 12.* Innoc. *in c. cùm super. de offic. deleg.* & *in c. cum literis. de rescr.* sic econtra, quod quibusdam prohibetur, cæteris videtur permissum, *l. cùm prætor. ff. de iud. l. ex eo. ff. de testib. l. quæsitum.* §. *idem respondit. ff. de fundo instru. l. possess.* §. *a. ff. ex quib. caus. in possess. eatur. c. qualis. dist. 25.*
24 Item contemnitur excommunicatio † à perdurantibus in ipsa per annum, & sic in causa fidei, vt quia citati responsuri super fide non comparuerunt, & ideo excōmunicantur, *c. cum contumacia. de hæret. li. 6.* vel quia impedierunt officium Inquisitionis, *d.* §. *prohibemus.* vel quia aliquo modo fauerunt hæreticis, *c. excommunicamus itaque.* §. *credentes. de hæret.* & isti post annum, tanquam hæretici sunt condemnandi, Archidiac. *in c. accusa. in ver. orta. in prin. de hær. li. 6.* si verò excommunicatus † quis fuerit propter aliam contumaciam, licet 25 non sint statim, vt hæretici condemnandi, non tamen carent suspicione hæresis, *c. grauem. de pœnis.* & ibi gl. *in ver. hæret. prauitatis.* quæ loquitur de anno, gl. *in d. c. excōmunicamus itaque.* §. *qui autem. ver. condemn.* Host. *in summa. tit. de hær.* §. *qualiter quis deprehendatur.* Anno elapso † potest citari responsurus super fide infra 26 certum terminum, quo elapso in contumaciam condemnari, vt hæreticus cuius praxim ponit Eymericus *in d. directorio Inquisitorum, part. 2. q. 47. n. 7.* item contemnitur excommunicatio per lacerantes cedulones censurarum, qui casus, cùm sapiat hæresim, per Inquisitores sanctæ Inquisitionis coerceri debet.

Age, cùm in hoc capite tractemus de schismaticis, placeat subnectere omnia schismata, † quæ hucusque 27 fuerunt in ecclesia Dei, & quomodo sedata fuerint, etiam aliquando per Principes seculares.

Primo modo schismata sedata fuerunt per Concilium generale, *c. iudex. dist. 79.* vt inter Vrsinum & Damasum, & Concilium decreuit Vrsinum ab vrbe expelli, & fuit factus Archiepiscop. Neapolitanus, & Damasus Papa. Item eodem modo inter Symmachum & Laurentium. §. *hinc etiam. dist. 17.* item in concilio Cōstantiensi, priuato Benedicto, & Ioanne, accedente Gregorio fuit electus Martinus V.

Secundo si contendentes de Papatu committant alicui potestatem discutiendi eorum iura, & pronuntiandi cum cautione de stando illorum sententiæ, *cap. nos si incompetenter, 2. q. 7.* & *ibi gl. 1.* & videtur gl. aperta *in cap. in synodo. dist. 63.* hoc modo sedatum est inter Bonifacium I. & Eulalium vrbis Romę presbyterum, quia iussu Imperatoris ambo contendentes vrbem egressi sunt, & facta inquisitione de electione certa, Bonifacius obtinuit.

Tertio si isti contendentes compromittunt in arbitros, & arbitratores, & cùm hoc statuant, quod pronūciatio det titulum, & ius alterius habetur pro trāslato in alium, pro quo fuerit laudatum. Hoc modo fuit sedatum quintum schisma per compromissum factū in Theodoricū Regē, qui pro Symmacho sentētiā tulit.

Quarto, vt Antipapa cognoscat errorem suū, & cedat vero Papæ, hoc modo sedatum fuit decimum tertium schisma; quia Bened. X. qui per Romanorū violentiam intrusus fuerat, conscientia ductus, renuntiauit Papatui, & electus fuit Nicolaus II. item schisma inter Alexandrum II. & Cadulum, qui deficiente sibi fauore Henrici Imperatoris, destitit à prosecutione Papatus. Item schisma inter Nicolaum V. & Amadeum Ducem Sabaudiæ, qui fuerat creatus Papa in concilio Basiliensi, & Felix vocatus, & cessauit à prosecutione Papatus, recognoscens in Papam ipsum Nicolaum, & ille remansit Cardinalis.

Quinto, vt conueniant omnes Cardinales, electores tam veri Papæ, quàm Antipapæ, etiam si essent creati aliqui Anticardinales, vt omnes simul eligant vnum canonicum pastorem, & hoc de voluntate contēdentium, aliàs secus.

Sexto, si mortuo vno ex condentibus collegium ipsius defuncti expectet mortem alterius, vel alterum contendentium si sunt plures, & tunc ex omnib. collegiis fiat electio summi Pontificis, sed si Collegiū defuncti vellet administrare, est ei permittendum, ne per hoc obedientia eius detrimentum patiatur.

Septi-

Septimo si per contendentes fiat vna constitutio, quod vno mortuo, vel canonicè amoto, alius contendens superstes possit ius verum, vel prætensum defuncti, vel deiecti administrare, vel ipso facto acquirat absque vlla electione, quæ constitutio subscribatur ab omnibus electoribus vtriusque contendentium, Papa enim licet non possit eligere successorem, potest tamen statuere super electione, *c.in nomine domini.dist.* 23.præsertim ad euitandum schisma.

Octauo si conueniatur, vt moriente altero ex contendentib.alter superstes eligatur ab altera parte. Hoc modo sopitum est schisma inter Syluestrum, & Viglium, qui Syluestro, in exilio pro fide Christi mortuo Viglius est in Papatu receptus: itē inter Felicem, & Liberium, quia Felix martyrio coronatus est, Liberius autem alio modo vocatus Leo, occupauit Pontificatum pluribus annis, quo tandem mala morte mortuo, Damasus est electus.

Nono, si per contendentes fiat vna cōstitutio, quod post eorum cessionem, vel mortē, alius ex eis, pro hac vita eligi non possit. Hic coarctatur electio ad vnum de certis personis, quod potest fieri non solum per Papam, sed etiā per consuetudinem, *c.dilectus de consuet.*

Decimo, quod vterque ex contendentibus cum suo collegio, decernat, quod se moriente, vel cedente, non possint Cardinales ad electionem alterius procedere, sed teneantur vel adhærere superstiti, & ei cedere, & habere pro Papa, vel expectare alterius mortem, & tunc vtrunque collegium conueniat, & eligat.

Vndecimo, vt contendentes de Papatu aliquos sibi fidos eligant, qui post eorum cessionem, soli, seclusis omnib. Cardinalibus, possint Papam eligere, qui modus in præiudicium Cardinalium posset tolerari pro vna vice, ad euitandum scandalum schismatis.

Duodecimo, si reconcilietur Papa cum Imperatore, & Principibus, quorum fauore schisma fouetur. Hoc modo sopitum est schisma inter Alexandrum secundum, & Cadulum: item schisma inter Alex. III. & alios quatuor Antipapas, & fuit bonum pro tollendo schismate inter Iulium II. & Regem Francorum.

Decimo tertio, per capturam intrusi, vel intrusorū. Hoc modo fuit sopitum schisma inter Calixtum II. & Burdinum. Nam Calixtus cœpit in sutrio Burdinum, & schisma sedatum est: item inter Ioannē XXII. & Petrum de Corbario qui fuit captus, & ductus ad Ioannem, & cessauit schisma.

Decimo quarto, via armorum adhibita contra intrusos: Hoc modo sopita sunt multa schismata inter Eugenium II. & aduersarium eius: item inter Leonem V. & Christophorum: item inter Leonem VIII. & Benedictum V. & multa alia.

Decimo quinto, vt cogantur cedere tā Papa, quàm antipapa, & si nolunt, subtrahatur eis obedientia, vt sic per indirectum ad vnionem compellantur, quia vnionem subterfugiētes sunt digni omni pœna, cùm propter ambitionem infinitas animas perdant, vt per Anc. *in tract. schismatis.* & per Cardinal. *in tract. de concil.li.9.*

CAP. XXXIX.

An possessorium causarum beneficialium sit mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Beneficia quæ sint de iure diuino, & quæ de iure positiuo.*
2 *Cardinalatus an sit de iure diuino, vel positiuo.*
3 *Ecclesia Romana regitur consilio Cardinalium.*
4 *Cardinales ab initio dicti sunt consiliarij.*
5 *Cardinalatus dicitur pars Papatus.*
6 *Cardinales non iurant fidelitatem Papæ.*
7 *Episcopatus est beneficiū, & fuit ante aduentū Christi.*
8 *Episcopi sunt presbyteri, & quare sic dicti.*
9 *Apostoli quomodo repræsententur per Cardinales, & per Episcopos.*
10 *Beneficia quæ sint de iure positiuo.*
11 *Papa habet plenißimam potestatem in beneficialibus.*
12 *Beneficia quælibet sunt spiritualia, & n.14.*
13 *Spiritualia quot modis sint.*
15 *Iudex laicus an cognoscat de possessoriis beneficiorum.*
16 c.causam quæ in 2. qui fil. sint legit. *declaratur.*
17 *Possessorium & petitorium possunt tractari coram diuersis iudicibus.*
18 *Possessorium rei spiritualis an differat possessorio rei prophanæ.*
19 *Ius canonicum quomodo differat à iure ciuili circa possessorium.*
20 *Possessorium beneficiorum an poßit cognosci per iudicem laicum.*
21 *Lites sunt immortales coram iudicibus ecclesiasticis.*
22 *Possessorium beneficialium inter clericos debet cognosci solum à iudice ecclesiastico.*
23 *Titulus cognoscendus est in quolibet possessorio.*
24 *Iudex laicus cognoscit de titulo beneficij.*
25 *Titulus coloratus sufficit in possessorio beneficialium.*
26 *Possessorium beneficialium quare debeat cognosci à iudice ecclesiastico.*
27 l.nulli prorsus.C.de iud. *loquitur de delegato.*
28 *Continentia causæ an & quando diuidi poßit.*
29 *Possessorium & petitorium quando diuidi nō possunt.*
30 *Possessorium & petitorium sunt diuersi effectus.*
31 *Sententia lata in possessorio non solet exceptionem parere in petitorio.*

Beneficia alia † sunt de iure diuino, alia de iure positiuo. Primo modo est Papatus, *c.1.de maledi. in ver. per depositionem officij, & beneficij nostri.* & prob. Matth. *c.16.quodcunque ligaueris, & c.* & Ioan. *c.vlt.pasce oues meas. & c.significasti.de elect.* item Cardinalatus † est de iure diuino, *c.venerabilem.§.rationib.qui fil.sint legit.* And. Barb. *in tract. de præstātia Cardin.q.1.* & scriptum est *in Deuteron. Recurre ad sacerdotes Leuitici generis. & in d.§.rationib.* habetur, sacerdotes Leuitici generis sunt fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt, & *in 1.li.Reg.c.2.* dicitur, *Domini sunt Cardinales, & posuit eos super orbem:* quod Host. intelligit de Card. *in c.2.de cle.non residentib.* & sicut officiū regitur in Cardine: itē ecclesia Romana † regitur consilio Cardin. Archid. *in c.vbi periculum. & ibi* Io. Andr. *de elect.li.6.* gl. *in clem. ne Romani, de elect.* & antequā iura positiua vocassent, eos Cardinales † simpliciter vocati fuerūt Consiliarij, *c.ecclesiasticis.12.q.2. & c.in parrochia.vers.consiliarij nostri.16. q.1. & c.conuenientib.1.q.7.* Bald. *in suo tract. de schismate* (quem ponit post titulum *C.si quis aliquē testari prohibuerit*) appellat cœtū Cardinalium senatum diuinum. Item appellatur gremium ecclesiæ, *c.in nomine domini, dist.23.* & ecclesia est de iure diuino, *Apoc. c.3.* vidi Hierusalem descendentem de cœlo. Itē Cardinalatus † dicitur esse pars Papatus, *c.fœlicis.de pœn.li.6.* Archidiac. Ioan. Andr. & Ioan. Monach. *in cap.2.de schismat.* Host. *in c.antiqua.de priuil.* dicit, licet Episcopi iurent summo Pontifici fidelitatem, *c.ego. de iureiur.* tamen Cardinales † non iurant, quia sunt mem-

bra & pars corporis Papæ, & debent reputare se præ cæteris astrictos esse ad seruandum Papæ fidelitatem, atque Papa debet eos diligere sicut seipsum.

7 Item Episcopatus † est beneficium, *c. cleros. dist. 21.* & est de iure diuino, vt probat Andr. Barbat. *in tract. de præstant. Cardin. qu. 1.* erat Episcopatus ante aduentum Christi inuentus, *Psal. 118. Fiant dies eius pauci, & Episcopatum eius accipiat alter.* & habetur *in Act. Apostol. c. 1. & in 1. ad Timoth. c. 3.* etiam apud gentiles ante Christi aduentum, *l. munerum ciuilium in 2. §. item: opc. ff. de muner. & honor.* quorum officium erat præesse cunctis necessariis, & rebus pro humana natura sustentanda, *c.*
8 *1. de empt. & vend.* sed omnes episcopi † post Christi resurrectionem aliquando presbyteri vocabantur, *c. legimus. dist. 93. & c. olim. dist. 95.* orta autem discordia inter eos, dum vnus volebat alteri præferri, dicendo ego sum melior te, quia baptizatus sum à Petro, alter, quia baptizatus sum à Paulo, fuit ordinatum per Apostolos, vt vnus ex eis alteri præponeretur, qui vocaretur Episcopus, cui alij obedirent, ergo episcopatus, prout est hodie, fuit ordinatus & distinctus Apostolorum ordinatione, & non de iure positiuo, ita cõcludit D. Hieron. *in d. c. legimus. dist. 93. & d. c. olim. dist. 95.* & Dionysius Papa I. Pontifex in ordine XXIV. sub anno à natiuitate Domini, 274. parrochias, & diœceses distribuit, vt quisque finibus & limitibus suis cõtentus esset. Creatio igitur episcopatuum, ordinatio, & institutio personarum, atque limitatio diœcesum procedit ex ordinatione Ecclesiæ, & de iure positiuo. Vt autem ipsi Episcopi repræsentant Apostolos, *c. in nouo. dist. 22.*
9 sic sunt de iure diuino: nã & Apostoli † ipsi dupliciter repræsentantur, nimirum ante Christi resurrectioné, & tunc solum per ipsos Cardinales assistẽtes personæ Papæ sicut Apostoli assistebant personæ Domini. Item post Christi resurrectionem, & tunc fuit ordinatũ per Ecclesiam: *ite, & prædicate Euangelium omni creaturæ,* vt in *Actibus Apostolorum,* & de hoc scribit Romanus in illo suo sermone, impresso post sua consilia.

10 Alia verò beneficia † sunt de iure positiuo, non diuino, Abb. *in c. constitutus. de religios. domib. & in disputatione sua incip. Episcopus. col. 2. vers. ad propositum.* per tex. *in c. 1. & 2. dist. 22.* vbi dicit textus, quod Papa instituit Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos & alios in dignitate constitutos, allegat tex. *in c. in illis. dist. 80. & in c. 1. dist. 90.* Inno. *in c. nisi cùm pridem. de renuntiat. & in c. 1. de simonia.* tex. *in c. olim. dist. 95.* Archidiac. *in c. omnes. dist. 22.* Felyn. *in c. cùm accessissent. de constit.* Geminian. *in c. 1. dist. 22.* Cardi. *in c. 1. dist. 44. col. 4. vers. & quantum postea.* Speculator *in rationali diuinorum, li. 2. c. 1.* tex. cum gl. *in c. 1. dist. 23.* & probatur *in c. 2. de præ-*
11 *bend. lib. 6. & in clem. 1. vt lit. pend.* vbi Papa † habet plenissimã potestatem in beneficiis, per *d. c. proposuit. de concess. præbend.* quod secus esset, si beneficia essent de iure diuino, per *c. sunt quædam, 15. qu. 1.* tex. *in c. cùm de beneficio. de præbend. li. 6.*

12 Sed beneficia † quælibet sunt spiritualia, gl. *in summa 1. q. 1.* vbi dicit, quod spiritualia sunt omnia iura ecclesiastica, vt administrationes, & præbendæ. Item spiritualium multiplex est differentia, secundum Io. Andr. Abb. & Ananiam *in c. consulere. de simonia.* gl. & Archi-
13 diac. *in d. c. 1. 1. q. 1.* quædam enim sunt spiritualia † secũdum essentiam suam, & istorum aliqua sunt incorporalia, aliqua corporalia: incorporalia, vt virtutes, dona Dei, & similia: corporalia autem, vt sanctorũ reliquiæ: item quædam sunt spiritualia per causam, vt sacramẽta, per quę consequimur gratiam, & sic sunt causa gratiæ: Quædam sunt spiritualia per statutum, vt religio: Quædam sunt spiritualia, quæ dependent à causa spirituali, vt absolutio peccatorum, *c. ad aures. de simonia.* item quædam sunt spiritualia ratione officij, *d. c. ad aures.* vt quæ competunt clerico ratione ordinis, vt pulsare campanas, claudere ostia ecclesiæ: Quædam sunt spiritualia, quia deputata ad vsum spiritualium, vt vasa sacra, vestes sacerdotales, & beneficia, Archid. autem *in d. c. 1.* dicit in summa concludendum esse, quod sicut anima viuit secundum seipsam, corpus autem propter vnionem animæ, ita quædam sunt spiritualia secũdum seipsa, vt sacramenta: quædam spiritualia eo quod spiritualibus adhærent.

Et quod ipsa Beneficia † sint spiritualia, firmarunt 14
Felyn. & Abb. *in rubr. de simonia. & in c. nemo. & cap. ad nostram. per illum tex. eod. tit.* quia simonia committitur in causa spirituali, vel dependente ab illa, Doct. *in rubr. de simonia.* gl. *in summa 1. q. 1.* sed simonia committitur in beneficiis, *d. c. nemo, & d. c. ad nostram. cum simil. lib.* & quasi per totum titulum de simonia; ergo beneficium, saltem ratione officij, est spirituale, facit tex. & ibi Abb. *in 5. not. in cap. dilecto. de præbend.* vbi quod præbenda est ius spirituale, quando habet canonicatũ annexum, gl. *in c. cum M. de constit.* tex. *in cap. 1. de statu monach. & ibi* Abb. *in 1. not.* vbi monachatus est spiritualis, quia simonia committitur, si pro eo aliquid tẽporale datur. Idem in monialibus, *c. veniens. & c. dilectus. in 1. de simonia.* facit *c. quæsitum. de rerum permut.* ibi commutationes præbendarum de iure fieri nõ possunt cum pactione præmissa, quia circa spiritualia, vel spiritualibus connexa labem continet simoniæ, facit *c. cùm pridem. & c. pactiones. de pact. & c. præterea. de simonia.*

Sed laici non possunt se intromittere de rebus spiritualibus: nam separatum est negotium, & iurisdictiones distinctæ; ergo Iudices laici non possunt cognoscere de beneficiis, & eorum annexis, quæ spiritualia sunt: Ideo ecclesiasticus rectè poterit inhibere, ne procedat super huiusmodi causis.

Dicunt multi iudicem † laicum cognoscere de pos- 15
sessoriis beneficialium & spiritualium, vel quasi, quia huiusmodi possessoria sunt temporalia, quam opinionem firmauit Vincent. *in c. fin. de iud.* ab omnib. allegatus, Bal. *in c. 1. apud quẽ, vel quos cõtrouers.* gl. & Doct. *in c. cùm dilectus. in ver. iuramẽt. de elect.* Card. *in clem. dispendiosam. nu. 17. in fin. de iud.* Bened. *in c. Raynutius. ver. & vxorem. in 2. n. 351. de test.* Steph. Aufr. *de potestat. secular. super ecclesiast. reg. 2. fallent. 24.* Milus *in suo repertorio, ver. beneficium. vers. beneficialis causa.* Men. *de recuperãd. remed. 15. q. 18.* Item *de retinend. possess. remed. 3. q. 52. n. 323. & n. 327.* Crauett. *in cons. 258. vol. 1. & 2.* Ferrett. *in cons. 1.* & ita pluries fuit decisum, Guid. Pap. *decis. 1. & 85. & 207. & 552.* Boer. *decis. 69. num. 23.* Capell. Tholosan. *dec. 420.* Gramm. *dec. 78.* Caccher. *decis. 116.* Thessaur. *dec. 117.* item super hoc articulo latè scribit Ioan. de Selua *in tract. de benefic. parte 1. qu. 7. per tot.* & est magis communis opinio Ciuilistarum, & Canonistarum, vt probat Couar. *in lib. pract. q. c. 35.* quã defendunt etiam Ant. de Butr. *in d. c. literas. de iuram. calumniæ.* Lapus *allegation. 56.* Bald. sibi contrarius *in l. omni inuocatione. C. de sacrosanct. eccles.* Dec. *in c. decernimus. de iud.* cum aliis per Alexand. *in l. Titia. ff. sol. matrim.* & hanc opinionem videtur sequi Rota, vt per Put. *in dec. 361. li. 1.*

Cuius opinionis fundamẽta sunt, primo per text. *in c. causam † quæ in 2. qui fil. sint legit.* vbi dũ summus Põ- 16
tifex mandauerat iudicib. suis ante initiũ causæ principalis, quæ super legitimitate matrimonij erat, spoliatũ esse restituẽdũ, Rex Anglię cõquestus est, & nõ permisit illos iudices de huiusm. spoliatione cognoscere: ideo

id eo Papa rescripsit, & mandauit Regi possessoriũ iu-
d icium relinqui,& ibi dicit rationem: *Nos attendentes*
qu od ad Regem pertinet, non ad ecclesiam de huiusmodi
pos essionib. iudicare,ne videamur iuri Regis Anglorũ de-
tra here,&c. Quare iudiciũ possessorium nimirum spo-
liationis in causa spirituali, ad iudicem laicum dicitur
17 per tinere. Vbi textus vult iure licere possessoriũ † iu-
dicium eiusdẽ rei tractari corã vno iudice,& corã altero
petitoriũ diffinire: Nã in illa decretali possessoriũ Re-
ctoriæ Castri de Sina corã potestate Florẽtiæ decisum
fuit, corã quo volebat cõmunitas etiã super proprie-
tate procedere,& Papa mandat iudicibus delegatis,vt
cõmunitatem moneant,& cõpellant,electũ ab Abba-
te & conuentu sanctæ Mariæ de Florentia,in cuius fa-
uorem sententia super possessorio Rectoriæ lata erat,
in possessione remanere,donec super illius proprieta-
te diffinitum erit, quib. iudicib. eandem proprietatis
causam terminandã cõmittit. Item *c.litteras.§.præter-*
ea.in ver.iuramento.de restit.spoliat. vbi in iudicio re-
stitutorio vult iuramentũ deferri calumniæ, in spiri-
tualib. aũt causis iura antiqua canonica exigi prohibẽt,
neque deferri permittunt, calumniæ ergo iudicium
possessorium inter causas spirituales non numeratur.
18 Item probatur,quia natura possessorij † rei spiritua-
lis non est diuersa à natura possessorij rei prophanæ:
Vtraque enim lex possessori fauet si iustum habeat i-
nitium, vel saltem coloratum, vel si iustã habeat cau-
sam possidendi,non autem violentam aut aliter vitio-
sam; prout in beneficialibus probatur *in clem.vnic.de*
sequestr.possess.& fruct.& c.licet.de præbend.lib.6. gloss.
in c.contingit.de dolo & contumac.& in regula cancella-
riæ de triẽnali possessore,& in altera regula de annali
possessore,& vtrobique Sarnens. per multas quæstio-
nes declarat:idem est in re prophana, *l.3.§.genera.ff.de*
acquir.possess. in quibus non sufficit dicere, possideo,
quia possideo. *l.nunquam nuda.ff.de acquir.rerum dom.*
& in d.§.genera.& l.1.& final.ff.pro suo. In hoc solo dif-
19 fert ius † canonicum à ciuili,quia ius ciuile initium so-
lum adeptæ possessionis considerat an bonæ fidei, vel
malæ fidei sit, *l.nam ergo.ff.quod vi,aut clam.l.vnic.C.*
de vsucap.transformand. l.clam possidere.in princip.ff.de
acq. possess. sed ius canonicum omni tempore vult bo-
nam fidem, *c.si diligenti.c.final.de præscriptionib. c.pos-*
sessor.de reg.iur.li.6. præsertim in beneficialib. Innoc.
in c.constitutus. in gloss. *in ver.irritum.de rescript.& in*
c.illud,& ibi Felyn. *de præsumptionib.* Item conueniũt,
quia omnia interdicta personalia sunt, *l.1.in fi.ff.de in-*
terdict. Item quia vtrobique opus est interuenire titu-
lum,& possessionem non vitiosam saltem ab initio, *l.*
1.ff.vti possideris, & d.l.clam possidere, in princ. & §.qui
ad nundinas. Io.Andr. post Hostiens. *in c.quoniam fre-*
quenter. Vt lite non contestata,possessio enim violen-
ta nihil iuris habet, *l.fin.C.si per vim alio modo.* Item
20 possessorium † beneficiorum quæstio facti est, ergo
iudex secularis potest cognoscere,tanto magis,quia in
hoc vertitur vtilitas Ecclesiasticorum, quia lites co-
21 ram Ecclesiasticis † iudicibus motæ solent fieri im-
mortales, *c.1.de iuram.calum.lib.6.vers. nos tamen quia*
frequenter calumniari videmus,&c. & c.finem litibus. de
dolo, & contumac. & habetur ista ratio *in §.si verò con-*
tigerit. in auth. vt differentes iudices. & in auth.si verò
contigerit.C.de iudic.& in §.1.auth.vt omnes obediãt iu-
dic.prouinc. Et dũ beneficia diu litigiosa manẽt,solent
ruinis ædificia deturpari atque reformari, diuinusque
cultus diminui, *d.clem.vnic.de sequestr. possess. & fruct.*
& beneficium est Ecclesiæ, vt quãto citius huiusmodi
possessoria expediantur, quod celeriter fiet coram iu-
dice laico. Item in hoc possessorio ecclesia habet duos
iudices,vt firmarunt Roman. *in l.Titia ff. solut.ma-*
trim.& Felyn. *in c.causam quæ col.6.in fi.de præscript.ex*
reg.cum sit generale.de foro compet.
Sed ista opinio procedit, quando clericus conuenit
laicum,ex regul. *d.c.cum sit generale,& clem. final.§.fi.*
de pœna. Verum si ageretur de possessorio beneficia-
lium inter clericos,† iudex competens est Ecclesiasti- 22
cus,non autem laicus,vt probant Ferrett. *in d.cons.1.n.*
15. Ripa *in l.naturaliter.§.nihil commune nu.19.ff.de ac-*
quir.posses. Dec. *in l.final. col.5. C. de edict.diui Adrian.*
tollend.& in cons.200.& probat Couar. *in d.lib.practic.*
qu.c.35. & ita practicatur Neapoli, & in toto Regno
Franciæ,& in Pedemontio, Tessaur. *in decis.82.* de qua
re latius scribo infra *parte 4.casu 38.* vbi respondeo o-
mnibus,quæ in contrarium adduci possunt.
Et pro hac opinione facit,quia in quolibet possesso-
rio † necessarium est cognoscere de titulo,gl. *in c.li-* 23
teris & c.ex transmissa de restit.spolia.& c.1. vt lit.pend.
lib.6. sed de titulo † beneficij laicus non est iudex cõ- 24
petens,Immol. *in cle.dispendiosam.in fi.de iud.* Bero. *in*
rubr.de iudic.n.52. Couar. *in lib.pract.q.c.35.n.1. vers.ex*
quo patet. & ideo in huiusmodi possessorijs non pos-
sunt deduci articuli coram iudice laico,qui respiciant
petitorium, Io.Ferrett. *in cons.10.in fi.* Et licet sufficiat
docere † de titulo colorato, vt latè scripsi supra eadem 25
parte *in c.5.* de quo iudex laicus potest cognoscere,vt
firmarunt Menoch. *de retinend.possess.remed.3.n.331.&*
333.& 336. Farinac. *in q.8.nu.21.vers.amplia iterum.* A-
car. *in regula,ea quæ n.9.de reg.iur.lib.6.* Tamen quan-
do possessorium † beneficiorum habet secum anne- 26
xam causam spiritualem, & ideo debet sapere causam
spiritualium,propter vtriusque continentiam,qui co-
gnoscit de vno debet cognoscere de altero, ex regula
l.nulli prorsus C.de iud.& in l.cognitio ff. de liberali cau-
sa.in vers.ne variè in vtroque iudicio iudicetur, & in l.
fi.§.quoniam.C.de re milit.lib.12.
Et licet regula *l.*† *nulli prorsus C. de iud.* loquatur in 27
iudicibus delegatis, *in vers. pœna ei ex officio iudicis im-*
minente,qui contra hanc supplicauerit sanctionem, & in
vers. alium super principali qu. iudicem postulauerit. &
ita tenent Salyc.& Alex.ibi. Afflict. *decis.354.n.6.& 7.*
& Saly.& ferè omnes dicunt pœnam illius legis extra
casum suum non extendi,ergo secus dicendum est co-
ram iudicibus ordinariis,vt coram vno petitorium,&
corã altero possessoriũ prosequi liceat,ex regu. *§.nihil*
commune ff.de acquir.possess. Tamen hæc non procedũt
† in iudicibus diuersi fori, nam cum causa sit in totũ 28
spiritualis,nõ potest corã laico possessoriũ, & Eccle-
siastico cõpetitoriũ diffiniri. Itẽ licet inter alios mo-
dos ne cõtinẽtia causæ diuidatur, ponitur quãdo con-
currit idẽtitas personarũ,& rei,licet nõ actionis,vt est
in petitorio,& possessorio, vt declarat Iacob.de Bel-
louis.quẽ refert Alberic. *in d.l.nulli.*& Afflict. *in d.de-*
cis.354.n.13. Tamẽ hoc intelligitur, quãdo possessoriũ
† est adeo annexũ petitorio,vt sententia in vno pariat 29
exceptionem rei iudicatę in altero,ex reg. *l.fundi & l.*
fundum ff.de excep.rei iud.& ideo Anton.de Butr.post
multa in hanc sententiam inclinauit *in c.final.col.4.de*
iud. Vbi possessorium,& petitorium compatibilia nõ
reperiuntur coram diuersis iudicibus tractari posse,&
sic procedat *d. c. final.* quod de directo contradiceret
dict.l.nulli prorsus, si aliter intelligeretur, ergo posses-
sorium, & petitorium non sunt semper adeo inter se
continentia,vt coram eodẽ iudice terminari debeant;
sed hoc intelligo de diuersis iudicib. propriæ iurisdi-
ctionis ad materiam pertinẽtis,præsertim cum diuer-
si sint effectus †. Nam in causa possessoria actor sequi- 30
tur forum Rei,nec alibi conueniri potest, *l.vnic.Cod.*

vbi de possess.agi oport. sicut etiam de quibuscunque aliis personalibus dicitur, *l.quod legatur.in princip.ff.de iudic.* Si de proprietate quæstio sit coram iudice loci, vbi res sita est, terminari potest, *l.fi.C.vbi in rem actio, & d.l.quod legatur.in fi.& l.sedes si susceperit.in fi.ff.de iudic.* Item non omnis qui in possessione obtinet, in petitorio obtinebit. Pone quod is qui agit interdicto post annum agat, certè inutiliter agit, *l.1.ff.de interdict.* quia interdictum illud annale est, *l.vnic.C.vti possidetis.* Item quod actor de possessione non doceat, & propterea reus in possessione conseruatus est: ob id tamē iure proprietatis non priuabitur, quia si in petitorio rectè de dominio probabit, obtinebit, & ideo non solet

31 sententia lata in possessorio † exceptionem rei iudicatæ parere in petitorio, de quo latissimè scripsi *in §.nihil commune.* & ita sentiunt Bart.Bal.Ioan.de Immol.Paul.de Castr.& omnes *in l.Titia.ff.solut.matrim. & in l.omni in vocatione.C.de sacros.ecclef.* Ioan.Andr. *in clem.dispendiosam.de iudic.* Butr. *in c.final.de iudic. & in cap.cùm sit generale.de foro compet.* Bald. *in l.si de proprietate, col.3. C.si non à compet.iudic.* Felyn. *in cap. causam quæ col.6.in fi.de præscription.*

CAP. XL.

An aliquæ causæ beneficiales possint esse mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Causas beneficiales aliquando posse cognosci per seculares qui teneant.*
2 *Papa potest concedere laicis facultatem conferendi beneficia.*
3 *Beneficiorum collationis ius an possit consuetudine acquiri.*
4 *Beneficia possunt conferre Reges ex Priuilegio Papæ.*
5 *Rex Apuliæ habet priuilegium conferendi beneficia.*
6 *Imperator quod priuilegium habeat in ecclesiis Alemaniæ.*
7 *Comes Rheni præsentat ad beneficia, vacante Imperio.*
8 *Reges aliqui conferunt præbendas in suis regnis ex priuilegio Papæ.*
9 *Rex Franciæ habet priuilegium conferendi beneficia, & in quibus locis, & à quo habuerit dicta priuilegia.*
10 *Pragmatica sanctio de beneficiis ecclesiasticis, ex quibus causis facta in Francia.*
11 *Pragmaticam prædictam, qui probent fuisse hæresin manifestam & scissuram Ecclesiæ.*
12 *Rex Franciæ quot Archiepiscopatus, & Episcopatus habeat in sua ditione.*
13 *Rex Hispaniæ in omnibus Episcopatibus Hispaniæ potest nominare successores.*
14 *Regem Hispaniæ maximo fauore prosequitur Ecclesia Romana.*
15 *Rex Hispaniæ quot ecclesias cathedrales habeat in sua ditione.*
16 *Rex Catholicus, & Rex Christianißimus possunt dare priuilegium originis quoad nominationem beneficiorum.*
17 *Argumentum à iure collationis ad iurisdictionem super beneficialibus non valet.*
18 *Collationis beneficiorum ius est de regalibus.*
19 *Reges habent priuilegia nominationis, non autem collationis beneficiorum.*
20 *Præscriptione centum annorum multa priuilegia non acquæruntur.*
21 *Consuetudo à iure reprobata non habet vim priuilegij.*
22 *Priuilegia collationum Regibus concessa, præsumuntur coactè concessa, & ad importunas preces.*
23 *Principes seculares cum multo periculo animæ se intromittunt in conferendo beneficia.*
24 *Priuilegia Principum cum iure conferendi debent restringi ad ius præsentandi, siue nominandi.*
25 *Verba priuilegij sunt ciuili modo intelligenda.*
26 *Priuilegia nominationum ad ecclesias quare sint Regibus concessa.*
27 *Princeps secularis quando possit non admittere Prælatum electum.*
28 *Episcoporum causæ à solo Papa diffiniendæ sunt.*
29 *Fructus Episcopatus sede vacante, non debere reduci ad manus Regis.*
30 *Concordata Franciæ fuere facta in locum pragmaticæ sanctionis.*
31 *Fructus ecclesiarum vacantium debent reseruari futuro successori.*
32 *Capitulum succedit in omni iurisdictione sede vacante.*
33 *Fructus spiritualium rerum possunt locari, & vendi.*
34 *Fructus beneficiorum quando poßint peti coram iudice laico.*
35 *Colonus Ecclesiæ non potest opponere fori declinatoriam.*

SVnt qui putent iudicem † secularem esse competentem super causis beneficialibus, etiam si de proprietate tractetur, dummodo beneficiorum illorum collatio pertineat ad Regem, Stephan. Aufrer. *de potestate secular.super Ecclesiast.regn.fallent.25.* Costalius *in l.de quib.ff.de legib.* & mouentur, quia Papa potest † huiusmodi facultatem conferendi beneficia laico cōmittere, Bald.Ancaran.Io. Andr.& omnes *in cap.2.de iudic.ibi* Dec.latius *aliis.col.7.* & de communi attestatur Abbas *in c.quanto col.2.de consuetud.* Dec. *in consil.134.viso puncto col.2.* Alex. *in consi.74.nu.8.vol.4.* Bald. *in l.rescripta. C.de precibus Imper. offer.* Martin. Laudens. *in tract.de priuileg.& rescript.q.2.* Anton.Corsett. *in tract.de potest. Regia parte 2.q.11.* Ideo inferunt aliqui; ergo consuetudine † potest acquiri ius collationis, Ioan. Andr. quem sequitur Geminian. *in cap.2.de præbend.lib.6.* & consuluit Cardinal. *in consi.58.proposita quæstio.* Gemini. *in c.catholica circa finem dist.10.* Butr. *in c.peruenit.col.6. de censibus.* Abb. *in d.c.quanto in 1.not.& in d.c.ad aures in 1. not. & in c. causam.de præscriptio.& in c.dilecto.de præben.& dignit.* Rota decis.11. *de consuetud.in antiquis.* 1 2 3

Item quod Reges † possint conferre beneficia ex priuilegio Papæ, dixit glossa *in c.imperium dist.10.c.dilectus in 3.de præbend.& ibi Io. And.in 1.not.* Et quod Rex † Apuliæ habeat hoc priuilegium conferendi beneficia, testatur gl. *in ver.ecclesia in fine 7.q.1.in summa.* Item in fœdere inito inter Clementem VII.& Carolum V. de anno 1529. fuit data facultas ipsi tanquam Regi Neapolis nominandi, & præsentandi prælatos ad 24.ecclesias regni Neapolis. 4 5

Item Imperator † habet priuilegium quod in qualibet ecclesia Alemaniæ posit facere vnum recipi, Specul. *in tit.de præben.§.restat, col.final.vers.item nota,* vbi testatur se vidisse hoc priuilegium bullatū, & Petrus de Monte *in sua Monarchia in princip.capitis 4.* Restau. *in tract.de Imperatore, q.100.n.14.* Conradus *in templo* 6

iudicum lib. 1.c.2.§.3.n.16.in fin. Boer.in decis.32.nu.8. Et vacante Imperio præsentat ad Ecclesiastica bene-
7 ficia Comes † Palatinus Rheni, vt cauetur *in Bulla aurea Caroli IV.* de qua testatur Restaur. *in d.tract.de Imperatore.q.8.vers.26.*
8 Item Rex † Vngariæ, & Rex Anglorum conferunt in suis regnis præbendas ex priuilegio Papæ; Bald. *in d.l.rescripta col.2.* Archidiacon. *in d.c.imperium.distin. 10.& in c. Adrianus in 1.distinct.63.* Abb.& Doct. *in c. dilectus.de testib.* Confert Decanatum, & præbendas Ecclesiæ Cenomanen. in Normandia; *c. cum inter in decisione textus de elect.* Ideo Archidiacon. *in d.c.imperium.* dicit hoc de Regibus Normandiæ & Angliæ, & de omnibus tractat Ioan.de Selua *in tracta. de benefic. parte 2.q.23.n.23.*& Restaur. *in d.q.100.*
9 Item Rex Franciæ † habet priuilegium conferendi beneficia ex concessione apostolica, vt probant Anton.de Butr. *in d.c.quanto.de iudic.* Geminian. *in cap.licet colum.3.de præbend.* dicit Romæ, tempore Nicolai III. plurimum fuisse disputatum propter Reges Franciæ, & Angliæ, qui in plerisque Ecclesiis suorum regnorum asserunt habere ius conferendi præbendas sede vacante, Archidiacon. *in d.c.imperium distin.10.& c.lectis,distinct.63.* Specul. *in tit. de legatis §.nunc tractemus* gl. *in c.concilia in ver.reuerentia dist. 17.* dicit Regem hoc ius conferendi præbendas ex priuilegio, & consuetudine habere, iuxta *c.hinc etiam.16.q.1.* idem dicit gl. *in c.bene quidem in ver. præter Romanum Pontificem dist.96.* gloss. *in c.laicis 16.q.7.* multa ad hoc allegat Felyn. *in c.dilecto in princ.de testib.& in c. de hoc de simonia.* Boer. *decis.32.*& latius per Io.de Selua. *in d.tractat.de benefi.parte 2.q. 23.*& per Restaur. *in d.qu.100. tractatu de Imperatore.*

Innocentius Papa VI. in primo anno sui Pontificatus, 9. Februarij concessit gratiam Regi Franciæ, quod posset nominare sexaginta personas idoneas in totidem ecclesiis regni sui, mandando certis executionibus, vt statim conferant, atque reseruent præbendas vacantes, vel vacaturas, quas illi per se, vel alios infra mensem ducerent acceptandas, de quibus sibi postea prouiderent. Item sub eadem data consimilem gratiam fecit Reginæ Franciæ, & Nauarræ viduæ de viginti personis per eam in viginti Ecclesiis dicti regni nominandis; Idem concessit Reginæ Ioannæ vxori Regis de aliis viginti personis; Idem concessit Reginæ Nauarræ de aliis viginti personis in eodem regno Franciæ nominandis sub eadem data. Postea eodem anno 1. Aprilis idem Pontifex ampliauit gratiam eidem Regi Franciæ de aliis quadraginta personis per eum nominandis in totidem ecclesiis, sed hæc secunda gratia de quadraginta fuit restricta ad duas prouincias duntaxat, videlicet Senonensem, & Remensem, in quibus poterat Rex in quadraginta Ecclesiis totidem nominare personas de quibus priuilegiis mentionem fecit Rota *in decis. 11. de concess. præbend.in antiquioribus.*

Ex quibus concessionibus licet euenisset multum malum in Ecclesia Dei; nam Carolus VII. Rex Fran-
10 corum pragmaticam † illam ediderit, declarando omnium beneficiorũ, & Ecclesiarum collationes ad ipsum Regem pertinere, & ideo suos seculares iudices competentes deputauit tam super petitorio, quam
11 super possessorio. Aduersus † quam pragmaticam Andr.Barbatia scripsit, *in c.mandatum col.5.de rescript.* probando esse hæresim manifestam, scissuram ecclesiæ, & membra diaboli. Tamẽ post multã Dei misericordiã facta sunt concordata inter Regem Christianissimum, & summum Pontificem. Nam Leo Papa X. dictam pragmaticam reuocauit, cassauit, & annullauit, & postea fuerunt facta dicta concordata, de quibus per Rebuffum *in suo particulari tractatu concordatorum.*

Habet igitur Rex † Christianissimus duodecim 12
prouincias sub ditione sua, quæ totidem Archiepiscopis subsunt, vt testatur Ioann. Ferrald. *in tractatu de iuribus,& priuileg.regni Franch.numer. 6.* quorum ista sunt nomina, Remens. Senonens. Rothomagen. Turonen. Burdegalen. Vienen. Bisuntinen. Sed *in tractatu de titulis,& numero Cardinalium, Patriarch. Archiepiscop. & Episcoporum.& in tractatu de taxis Episcopatuum regni Franciæ;* sed alij Archiepiscopatus in regno existentes prædictis adduntur, videlicet Tarantasien. Treueren. Erebduen. Aqueń. Arelaten. & Auenionen. & ita decem, & octo Archiepiscopatus in eo regno nominantur, & Episcopi centum, & quatuordecim colliguntur, quorum nomina breuitati consulendæ omittimus.

Item Rex Hispaniæ † potest in omnibus Episco- 13
patibus Hispaniarum nominare successores, qui si digni esse probentur, in prædecessorum sedibus præficiuntur, prout *in 12. Concilio Toletano* fuit declaratum, & habetur *in c.cum longa distinct.63.* & ibi glossa dicit, quod nihil hodie subtrahitur Regi Hispaniæ, quia sicut prius eligebat; & nominabat, ita & modo, Restaur. *in tractatu de Imperatore quæst.100.numer.16.* Conradus *in templo iudici.lib.1.cap.2.§.3.num.14.* Ioan. de Selua *in tractatu de benefic.parte 2.quæst.23.num.44.* Corsett. *in tractatu de potestate regia quæst. 55.* cum aliis per eos allegatis, & hoc iure vtimur, quia eccle-
sia † Romana magno fauore prosequitur Regem ca- 14
tholicum, qui propter suam, & suorum ministrorum religionem, ea maiori fruitur potentia, ditione, & magnitudine, quam nemo huc usque Rex, vel Imperator fuerit consequutus, de cuius regnorum; & statuum titulis scribit Sebastianus Munsterus *in Cosmographia vniuersali, de Hispania capit. secundo.*

Et quantum ad hunc articulum pertinet, si Eccle-
siæ † cathedrales in eius sitæ ditione computentur, 15
iuxta collecta *in tractatu de titulis,& numero Card.Patriarch.&c.* in quorum maiori parte habet nominationem. Sunt in Hispania sex Archiepiscopatus, nimirum Taraconensis, Cęsar-Augustanus, Toletanus, Compostellanus, Vlixisponensis, Granatensis. Item in Regno Portugaliæ Episcopus Bracharensis, & isti præsunt aliis quadraginta sex Episcopis Item in Regno Neapolis viginti sunt Archiepiscopatus, qui præsunt centum, & septem Episcopis, quos recenset Freccia *in 1.lib.de subfeudis in cap.de prouinciis,& ciuitatibus regni fol. 71.* Item in Insula Siciliæ tres sunt Archiepiscopatus, Panormitanus, Montis regalis, & Messanensis, qui præsunt decem aliis Episcopis. In regno Sardiniæ tres sunt Archiepiscopatus, Calaritanus, Turitanus, Aborensis, qui præsunt quindecim aliis Episcopis. In Ducatu Mediolanensi est Archiepiscopus Mediolanensis, qui decem & octo præest Episcopis, licet non omnes sint in ditione Regis Catholici.

Isti potentissimi Reges, Catholicus, † & Christia- 16
nissimus quantum ad Regna Franciæ, & Hispaniarum pertinet, habent etiam priuilegium nominandi subditum naturalem loci, vt per Restaur. *in d.q.100.n.19.* & Seluam *in d.cap.23.n.94.* possunt tamen alienigenas habilitare, & dare priuilegium originis, vt præcitati dicunt,

dicunt,& de Rege Hispaniæ scribit Lopez.in l.3.gloss.
14.partit.4.& in l.5.gloss.2.ead.partit. & scripsi de hoc
in lecturis in rubrica de legatis primo.
17 Sed certè non valet argumentum † à iure collatio-
nis hoc asserto ad Iurisdictionem super eisdẽ benefi-
ciis,quia sunt differentia , & cum vtrumque sit de re-
gali bus,concesso vno,non venit alterum.Item asserta
priuilegia sunt potius nomin ationis , quàm collatio-
nis.Vnde dicit Ioan.Andr.in additionib.ad Spec.in tit.
de præbend.§.restat.quod tales beneficiati,dicuntur re-
cepti ad primarias preces Imperatoris , & remittunt
se ad ea quæ dixit in titulo de legatis in §.nũc tractemus
ver.sed nunquid legatus.vbi etiã loquitur de aliis mul-
tis regibus,& probat Benedict. in c. Raynutius in ver.
& vxorem decis.2.nu.70. quod Reges sic priuilegiati,
debent ad minus nominare tres ex quibus summus
Pontifex debet vnum eligere,& insti tuere.
Nec obstat præscriptio in qua se fundãt aliqui, for-
18 te non bonæ conscientiæ. Quia hoc ius collationis †
beneficiorum est de regalibus,Stephan. Aufrer.de po-
testate secul.regula 2.nu. 25. & non potest spectare ad
alios seculares,nisi ex priuilegio expre sso Papæ,c.Mes-
sana c.sacrosancta.de election. Ioan. Andreas in c.2.n.7.
de præbend.lib.6.Specul.in tit.de præbend. in d.§.restat.
19 num.7.& cum vt dictum ista priuilegia† sint nomina-
tionis,non autem collationis,qui aliter cogitant, sunt
in errore iuris,qui inducit malam fidem, cum qua nõ
currit præscriptio,l.nunquam in princip.& ibi not.ff.de
vsucap.Dyn.in c.possessor.de reg.iur.lib.6.Tanto magis
quia lex resistit actori ab initio,Caccheran.in decis.Pe-
demont.65.col.final. Item quia multa sunt priuilegia,
20 quæ centum annorum præscriptione † non quærun-
tur,vt not.in c.2.de præbend.lib.6.& in c.causam.&c.ac-
cedens de præscriptionib.ergo possessio immemorabilis
non habet vim priuilegij vbi nõ sumus in priuilegio
habili,quia deest habilitas personæ,Cardinal.in consil.
57.& consi.89.Socin.in consil.260.nu.22.vol.2.Plut.de-
21 cis.365.in fin.parte 1.Item quia consuetudo † à iure re-
probata non habet vim priuilegij, l.hoc iure §. ductus
aquæ ff.de aq.quot.& æstiu.Franc.in c.1.in 50.notab.ver.
imo tradit Hostiens.de consuetud.li.6. tantominus præ-
scriptio , quia consuetudo est plenioris iuris quàm
præscriptio,c.olim de consuetud. Innoc. & Butrius in c.
dilecto,de offi.archidiac.Cardinal.in clem.1.de supplenda
neglig.prælat.li.6.in consuetudine consideratur ęqui-
tas,in præscriptione rigor,& odium ,Bald. in l. scimus
prope finem C.de inoffic.testament. Ergo qui vsurpaue-
runt hoc ius conferendi , spoliarunt ecclesiam iure
suo,ideo possessio non est interrupta,Put.decis.170.n.
3.part.1.
22 Et quatenus priuilegia†collationum beneficiorum
essent Regibus concessa: tamen videntur potius coa-
ctè data ad importunas preces eorum , ita firmarunt
Cardinal.Iacobat.in tractat. de concilio lib.10. art.8.in
fine.& Restaur. in tractat. de Imperatore,qu.100.nu.28.
qui deplorant angustias nostrorum temporum, post-
quam gladius temporalis non videtur datus ad tuitio-
nem ecclesię,sed ad eius depressionẽ. Vnde Boerius,
qui Regum partibus semper fauit,in decis.32.n.7. dicit
23 multo cum periculo Principes†seculares se intromit-
tere in conferẽdo beneficia Ecclesiastica. Nec pariter
Papæ tolerantia illos iuuat , quia in gestis ita exorbi-
tanter per ipsos Potentes , præsumitur potius Papam
dissimulasse propter scandalũ vitandũ, quã propterea
factis eorum assensum præstitisse.Item verba conces-
sionis regulantur à persona cui conceduntur , c.1.§.E-
piscopum, vel Abbatem & ibi Bald. & impropriantur
secundum subiectam materiam, l.si vno anno ff.locati
ergo quatenus Principes habuerunt bullas,& cum iu-
re†conferendi,ista verba debent restringi ad ius præ- 24
sentandi,siue nominandi,quia præsentans,siue nomi-
nans aliquem,conferre dicitur,vt notatur in c.nobis.de
iure patron.Baldus etiam in c.1.de capit.qui cur.vendid.
restringit concessiones Principum , prout ius intelli-
git,quia verba†ipsa sunt ciuili modo intelligenda , vt 25
in titulo de controu.inuestit.in fine.& verba Principum
redduntur ad intellectum legis,Andr. in titulo de pace
tenenda,§.fin autem. Paris de Puteo in tract.de reinte-
gratione feudorum,in c. An facta concessio feudalium, n.
10.ergo si non potest stare ius conferendi , debet esse
ius nominandi,siue præsentandi.
Tanto magis quia præcipua causa propter quam
fuere concessa huiusmodi priuilegia,† fuit,quia de iu- 26
re rex potest obiicere quod Episcopum electum ha-
bet suspectum,& si potest hoc probari , debet electio
retractari,vt dicit Innoc.in c.super his.de accusat.quod
refert Abb.in multis locis,& singulare dicit in d.c. su-
per his col.3.& in c.1.col.3.de electione. Felyn.in c. super
his,multos allegat,Geminia.in c.1.in nouo col.final.dist.
22.& ideo Abb.in c.quod sicut.de elect.dicit,Princeps† 27
secularis potest non admittere Prælatum per Papam
institutum,si habet suspectum, quod est valdè notan-
dum , pro quo multos cumulat Igneus in l.necessarios
§.non alias n.325.ff.ad Syllanian.& Petrus à sancto Bla-
sio in suo directorio electionum,parte 1.cap.6. Sed pro-
pter hanc causam prudenter agitur , si in Ecclesiis li-
mitrophis , Regibus conceditur facultas nominandi
plures suos confidẽtes, vt ex illis vnus per Pontificem
eligatur , & instituatur , ergo quatenus verba conces-
sionis & priuilegij essent & cum iure conferendi , de-
bent intelligi secundum aptam materiam,& restringi
ad personas,& ad causas propter quas conceduntur,à
quibus causis regulatur intentio concedentis.
Ex quibus infertur valde errare laicos , qui præten-
dunt iurisdictionem super Episcopis, quibus Episco-
patus per ipsos Reges collati fuerint. Nam & si ex su-
prascriptis appareat id fieri non posse:tamen speciali-
ter fuit diffinitum in Concilio Tridentino,vt causæ † E- 28
piscoporum à Solo Papa terminentur,in sess.13.c.8. de
reformation.& sess.24.c.5.de reformat.Vel in conciliis, vt
sess.25.c.22. Ex quo potest desumi argumentum, quod
nec de aliis beneficiatis à Rege possunt ipsi iudices
laici cognoscere.Quare nullo modo potest subsistere
illa opinio,quod causæ beneficiales sint mixti fori,eo-
rum quorum collatio pertineat ad Reges.
Item infertur errare eos,qui tenent mortuo episco-
po,sede vacante,fructus †Episcopatus tanquam rega- 29
lia reduci debere ad manus Regis,prout fieri testatur
Francisc.Marc.in decis.Delphinali 373.& decis.44.par-
te 2.& decis.98.parte 1.Nam quantum attinet ad illam
pragmaticam fuit sublata,& in eius locum concorda-
ta†facta sunt,& ita huiusmodi omnia abrogata:qua i- 30
gitur temeritate, eadem facienda sunt ? quare fructus
Episcopatuum , & cæterorum beneficiorum iure re-
galium exigi non possunt. Item quia prohibitum est
c.quia sæpe.de elect.lib.6.vbi Domini temporales,qua-
cunque dignitate præfulgeant , prohibiti sunt aliqua
de dictis bonis occupare sub pœna excommunicatio-
nis , etiam si prætendatur eis competere iure regaliæ,
guardiæ,aut custodiæ,c.generale eo.ti.lib.6. sed debent
dici fructus † & bona inde prouenientia futuro suc- 31
cessori reseruari,c.cum vos.de offi.ordinar.Non obstan-
tibus statutis,cõsuetudinibus,vel priuilegiis, d.c.quam
sæpe,& clem.statutum.de election.vbi etiam emolumẽ-
tum sigilli , & iurisdictionis debet futuro successori
reseruari,de quo etiã scribit Tessaur,in decis.131.item
qua

32 quia sede vacante, custodia pertinet ad Capitulum,† quod succedit in omni iurisdictione, Innoc. *in c. vt nostram, vt ecclesiastic. benefic.* Geminian. *in cap. cupientes §. ad hæc. de elect. lib. 6.* & latè scribit Rodoan. *in tract. de reb. eccles. non alien. rubric. 30. casu 2. nu. 3.* Io. de Selu. *in tract. de benefic. part. 2. q. 10. & q. 11.* Vel ab eodem, siue altero superiore deputandus est Oeconomus, qui recuperet omnia iura ecclesiæ sede vacante, *c. cum res. de offi. ordinar.* Hostiens. *in c. ea nostra. de statu Monach.* Archidiacon. *in c. præsenti. de offi. ordinar.* ergo satis religiosè faciunt Reges qui à fructibus Ecclesiarum sede vacante abstinent, prout verè abstinere debent, ne incidant in censuras Ecclesiasticas.

Propterea succedit altera quæstio de fructibus beneficiorum; An possint peti coram iudice laico; quod
33 videtur affirmandum, quia fructus † qui ex spiritualibus proueniunt possunt locari, & vendi, *c. nostra. de locato. c. fin. ne prælati vices suas.* Ancaran. *in reg. ea quæ num. 12. vers. in contrarium de regul. iur. lib. 6.* Sed hoc
34 intelligo, † si causa sit agitanda contra laicum, puta colonum iuris beneficialis, aut inquilinum domus beneficij, quem colonum alter laicus, clerici beneficiati creditor, conuenisset coram iudice laico ad facien-
35 dum depositum: Colonus enim † fori declinatoriam opponere non potest, sed coram iudice laico conueniri debet, Federic. de Senis *in consi. 11.* alias est 13. *num. 9.* Specul. *in titul. de competent. iudic. aditione §. 1. num. 27.* vbi si isti conueniuntur ex delicto, vel contractu sortiuntur forum laicorum, Abb. Felyn. & Aretin. *in c. 2. de foro compet.* Præposit. post Geminian. *in c. primo 11. qu. 1.* Caccheran. *in decis. 32.* Tessaur. *in decis. 22.* Lapus *allegation. 81.* Guido Pap. *decis. 1.* Francisc. Marc. *in decisione 45. part. 2.* Sed de hac quæstione iterum tractabo infra *in 4. parte*, inter quæstiones practicas.

CAP. XLI.

An causæ iurium patronatuum, & sepulcrorum aliquando possint esse mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus quid sit.*
2 *Causa iuris patronatus debet terminari coram iudice ecclesiastico.*
3 *Ius patronatus an sit spirituale in prima sui erectione.*
4 *Iudex laicus non cognoscit de iure patronatus.*
5 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de iure funerandi.*
6 *Ius funerandi quid sit.*
7 *Ius funerandi non est sub proprietate laicorum.*
8 *Iudex laicus cognoscit de iure patronatus cum agitur de priuando patrono.*
9 c. significauit. de testib. *declaratur.*
10 *Patronus Ecclesiæ expulsus, agit actione iniuriarum.*
11 *Iudex laicus cognoscit de iure patronatus cum vniuersitate rerum, & n. 3.*
12 *Iudex laicus in sententia nihil exprimere debet de iure patronatus.*
14 *Vniuersitas bonorum quæ sit.*
15 *Ius patronatus quando publicari possit cum vniuersitate bonorum.*
16 *Iudex laicus est competens super iure patronatus in actione personali.*
17 *Compromissum quando possit fieri de iure patronatus.*
18 *Iudex laicus cognoscit de expulsione violenta à sepultura.*
19 *Iudex laicus cognoscit de iure sepulcrorum ad instantiam creditorum.*
20 *Sepulcra vendi, vel pignorari non possunt sine consensu Episcopi.*
21 *Simonia est si pro obtinenda capella in Ecclesia aliquid annuum detur.*
22 *Leges ciuiles an sint correctæ circa dispositionem locorum religiosorum.*
23 *Iura familiarium sepulcrorum vendi non possunt.*
24 *Sepulcra acquiruntur familiæ sine episcopi consensu.*
25 *Iura patronatuum & sepulcrorum an possint obligari.*
26 *Ius patronatus non transit cum venditione omnium bonorum.*
27 *Iuris patronatus fructus in quibus consistant.*
28 *Creditorum priuilegium ad quæ non extendatur.*

IVs patronatus † est auctoritas, siue potestas proueniens ex beneficiis antè consecrationem Ecclesiæ 1
collatis, secundum Goffred. quem defendit Lamberti. *de iure patronat. part. 1. lib. 1. q. 1.* Et ideo est quoddam mixtum ratione spiritualitatis, & tēporalitatis, vt per Abb. & cæteros *in rubr. de iudiciis.* participat enim de vtroque, neque præcisè accedit ad alteram extremorum, cuius simile est, cum agitur de crimine ciuiliter, vt *c. tuæ. de procurator. & c. quarto. de iudic.* expresè dicitur, causam † iuris patronatus ita coniunctam esse 2
spiritualibus causis, quæ non nisi Ecclesiastico iudicio valeat diffiniri, *c. de iure. de iure patronat.* cum inconueniens sit vendi, quia est spirituali annexum. Et licet satis altercetur inter Doct. an sit spirituale † in prima 3
sui erectione, vel temporale, aut ipsa erectione fuerit creatum annexum, de qua qu. scribit latissimè Lambert. *in lib. 3. qu. 9. principal.* & hanc opinionem concludit, ipsum tamen assumit sibi naturam à digniori, & potentiori, quod trahit ad se minus dignum, *cap. in dubiis. de consecratio. eccles. vel altar. l. quæritur ff. de statu hom. l. Titiæ de legat. primo.* Qua ratione concluditur regula iudicem † laicum non esse competentem 4
super causis de iure patronatus, & hanc opinionem firmarunt Abb. *in dict. cap. quanto col. final. de iudic.* Dec. à *num. 6. ad 30.* Felyn. *ibid. in fin.* & facit *c. final. in princip. de iudic. lib. 6. & clem. dispendiosam. de iud.* Vbi quod de nouo disponitur in iudiciis causarum spiritualium, habet etiam locum in causis dependentibus & connexis, gl. *in cap. accusatus. in ver. iudicari de hæretic. lib. 6.*

Idem intelligit Abbas de iure funerandi †, quod 5
huius iuris cognitio ad iudicem Ecclesiasticum spectet, *d. c. quanto in fin.* & hanc opinionem firmarunt, Host. *in summa. de iure patronat. in §. final.* Cardinal. *in d. cap. quanto*, Lambertin. latè *de iure patronat. libr. 3. quæst. 9. artic. 10.* Sebastian. Medic. *in tractatu de sepulturis parte 1. quæst. 16. num. 44.* Est enim hoc ius † com- 6
petens Ecclesiæ ad sepeliendum in cœmeterio, proueniens ex Episcopi assignatione, *cap. ecclesias 13. quæst. 2.* Et hoc ius competit parrochiali Ecclesiæ, vel ei, cui à iure, vel priuilegio concessum est, non autem aliis, D. Antonin. *in 3. parte summæ. titul. 10. capit. 5. §. 2.* Vnde ipsi laici non possunt † habere ius sepeliendi re- 7
spectu proprietatis, loca enim religiosa non sunt in alicuius dominio, licet habere possint quo ad vsum, vt ipsi, & sui in sepulcro sepeliantur, nec patronis inuitis, possit extraneus sepeliri, *l. 3. §. si vsufructu D. gest. de religios. & sumptibus funerum.* Potest tamen Prælatus in sepulcro particulari aliquem sepeliri

facere

facere, Syluestr. *in ver. sepultura nu.* 3. Summa Pisanella *in ver. sepultura in* 1. §. 1.

Sunt autem multi casus, in quibus in hoc negotio iudices laici possunt se intromittere. Primus articulus
8 est, cum agitur † de priuando pa trono suo iure præsentandi, casus est *in c. significauit. de testib. vbi Felyn. in col.* 1. ita illum textum interpretatur, & sequitur Lambertin. & omnes citati ab eo, *de iurepatronat. lib. 3. q. 9. princ. artic.* 3. & ita dicit Bal. *in c. quanto de iudic.* multos ad hoc allegat Igneus *in repetit. d. §. non alias nu.* 504. *& nu.* 552. *ff. ad Syllanian.* Nam cum tractetur de excludendo patrono ab ipso iure patronatus, causa ipsa non est adeo amica spiritualibus, ideo laicus iudex potest cognoscere. Nec dicatur quod *in d. c. significauit.* causa
9 ipsa † fuerat commissa clerico: quia de clericatu non constabat, neque præsumitur, nisi probetur, *c. ex literis & ibi notatur de transact.* & notatur *in c. adeo. de rescrip.* Propterea communem opinionem asserit Lambertin. vbi supra, quod caus. prædicta fuerat commissa laico. Vnde Bal. *in d. c. quanto* dicit, quod si patronus
10 ecclesiæ est expulsus per vim de custodia Ecclesiæ vacantis poterit agere actione iniuriarum coram iudice laico, & ita dicit non solum pro expulsione, sed etiam pro turbatione competit actio iniuriarum, *l. seruus. ff. de action. & obligat.* & hoc sequitur Andr. Barbat. *in d. c. quanto col.* 10. *vers. sed Baldus hic.*

11 Secundus articulus est, iudex laicus † cognoscit de iure patronatus accessoriè cum vniuersitate temporali, in qua includitur ipsum ius patronatus, Cardinal. *in d. c. quanto. de iudic.* allegat gloss. *in c. filiis vel nepotibus* 16. *q.* 7. quæ loquitur secundum eum in materia confiscationis, de quo scripsi supra, & sequitur Ab. *in d. c. quanto.*

12 Declaratur articulus, dummodò neque in libello, † neque in sententia fiat mentio de iurepatronatus, vt notat Io. de Anania *in c.* 1. *de iure patron. lib.* 6. quia in hoc iudicium partes veniunt voluntariè ad tractandũ de tota vniuersitate, cum qua transit ipsum ius patronatus, *c. ex literis. de iure patronat.* Et hanc opinionem tenuit Paul. de Cittadinis, *in tract. de iure patrona. parte* 9. *qu.* 16. & Lambertin. *in lib.* 3. *q.* 9. *art.* 5.

13 Et propterea iudex laicus † tacitè iudicat de iure patronatus cum ipsa bonorum vniuersitate publicata, de quo per Gigant. *in tractat. de crimin. læsæ maiest. quæst.* 4. *in princip.* qui probat hanc esse communem opinionem, & hanc tenet Paul. de Cittadin. *qu.* 20. *in* 10. *parte principal. nu.* 20. Lamberti. qui post omnium opiniones relatas, & glossas contrarias explicatas, declarat articulum per decem conclusiones, *in lib.* 3. *qu.* 8.
14 *C. principal. articulis* 8. *&* 9. *&* 10. Item vniuersitatem † intelligo, vt Castrum, villam, vel hæreditatem, secus si publicaret vniuersitatem non veram, vt si per sententiam publicaret omnia eius bona, quia hoc signum omnium bonorum non dicitur quid vniuersum, multò minus si publicaret omnia iura, quæ habet in aliqua villa, quæ sua non est, licet inibi certos habeat fundos. Multo minus si publicaret feudum, & palatium patroni, in quibus esset ius patronatus, vt declarat Lambertin. *in dict. art.* 8. *num.* 14. Item hoc intelligitur de ea bonorum vniuersitate, quæ comprehendit
15 ius patronatus, † quæ ad hæredes extraneos transire potest, hæc enim in fiscum transit, Lambertin. *in dict. art.* 8. *num.* 8. Et si non transit in extraneos, saltem fiscus viuente condemnato præsentabit, Gigas *in lib.* 2. *de crimine læsæ maiest. tit. de pœnis. qu.* 4. *num.* 4. Roch. de Curte *in verb. ipse, vel is à quo, quæstione* 29. *col.* 3. *vers. vel dicamus.* Et faciunt quæ scripsi supra in eadem parte c. 35.

Tertius articulus est, iudex laicus † potest cognosce- 16
re super actione personali pro iurepatronatus promisso donari, & condemnare promissorem ad obseruantiam promissionis & sic ad donandum, Anton. de But. & Abb. *in dict. c. quanto in fine de iudic.* Federic. de Sen. *in consi.* 192. *facta est lex.* Aufrer. *in tract. de potest. secular. in Ecclesiastic. regula* 4. *fallentia* 21. Lamberti. *de iure patronat. lib.* 3. *q.* 8. *artic.* 8. *num.* 6. *vers. & quia iudex secularis.*

Quartus articulus est, licet causa iuris patronatus regulariter sit de foro ecclesiæ, *d. c. quanto.* Et propterea
non possit compromitti † in laicos, vt probat Lam- 17
bertin. *in* 2. *parte lib.* 2. *q.* 3. *art.* 7. *& in lib.* 3. *q.* 9. *art.* 4. Et probat Ioan. Baptista, *in tract. de arbit. lib.* 4. *cap.* 15. Tamen quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, *l.* 1. *ff. de arbit. c. quinta vallis. de iureiur.* Ideo in omnibus supradictis causis, in quibus iudex laicus potest cognoscere, poterit etiam fieri compromissum, & transactio, Felyn. *in d. c. quanto col.* 2. *de iud.* Idem intelligitur de iure sepulcrorum, vt videlicet possit in casibus compromitti, Lambertin. *in d. l.* 3. *q.* 8. *art.* 6. de quibus potest iudex laicus cognoscere.

Quintus articulus est; iudex † laicus cognoscit de ex- 18
pulsione violenta à sepultura, nimirum quando erit inter laicos, omnis enim violentia dicitur personalis iniuria, vt notatur *in l. neque fullo ff. de furtis.* & probat Lambertin. *in d. q.* 8. *art.* 7. Sebastian. Medic. *in tractat. de sepultur. q.* 15. *n.* 46. Decian. *in tract. crim. lib.* 6. *cap.* 41. *col.* 5.

Sextus articulus est, Iudex laicus † cognoscit de iure 19
sepulcrorum ad instantiam creditorum, vt probatur *in l. monumenta C. de legat.* & latè scribit Asinius *in l. familiaria ff. de religios. & sump. funer.* Decian. *in tractat. criminal. lib.* 6. *c.* 40. *nu.* 26. Et ita passim iudicatur in Prætorio Neapolis.

Sed de iure canonico hoc non procedit, quo sepul-
cra † vendi, vel pignorari non possunt sine consensu, 20
& auctoritate Episcopi, Ripa *in l. obligatione generali n.* 52. *ff. de pign. c. post quam* 13. *q.* 2. *& c. abolendæ. de sepultur.* Paul. de Castr. *in consil.* 363. *in princ. vol.* 1. Vnde infert Gregor. Lopez. *in l.* 1. *titul.* 13. *partit.* 1. *in gl. in ver.*
vendere. simoniacas † esse eas pactiones, quæ solent 21
fieri cum clericis, vel religiosis, vt pro capella aliquid annuum, vel aliquod pretium eis præstetur, & sequitur Molina *de primogenit. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 40. Et licet Ioan. Fab. *in §. religiosum Inst. de rerum diuis.* dicat, cir-
ca loca religiosa † leges ciuiles, quoad effectum iuris 22
remansisse incorrectas à iure canonico, tamen hoc non procedat quo ad vẽditionem, & pignorationem, quod specialiter est de iure canonico prohibitum. An autem possint vendi familiaria sepulcra, idem iudex cognoscit, quia de familiæ agitur præiudicio aduersus alios laicos, & hoc non alio modo, quàm per viam exceptionis opponi solet.

Quod autem iura † familiarium sepulcrorum ven- 23
di non possint, textus est ad literam *in l. familiari. 1. ff. de religios. & sumpt. funer.* Ius sepulcrorũ omnibus de familia, etiam non hæredibus est acquisitum, probat Sebast. Medic. *in tract. de sepultur. cap.* 15. *col.* 1. & in hac
familiæ † acquisitione alter Episcopi consensus non 24
requiritur, sed qui in limine fundationis, & cõtractus interuenit, etiam pro translatione ad familiam sufficit ex regula *l. quoties C. de donat. quæ sub modo.* Lambertin. *in* 2. *art.* 2. *qu. principal. in* 2. *parte lib.* 1. Et quod hoc ius acquiratur etiam filiabus, probat Sebastia. Medic. *in d. c.* 15. *num.* 26. allegat Roch. *in ver. ipse, vel is à quo num.* 14. Natura ipsorum iurium † est, quod obligari 25
non possint, Bartol. *in l. si is qui §. iura vers. sed extra*

gloss. ff. de pigner. vbi distinguendo dicit, alia esse iura in re, vt iuspatronatus ecclesiæ, & similia, vnde si nihil percipitur commodi, non possunt obligari, c. cùm Bertoldus, & quod ibi not. de re iudic. Lambertin. in 9. quæst. principal. in 2. parte li. 1. quia iuspatronatus non transit cum vniuersitate obligata, Roch. in d. verbo, ipse, vel is à quo, qu. 27. Lambertin. in artic. 2. d. quæst. 9. Item cum
26 vẽditione † omnium bonorum non transit iuspatronatus, Ioan. Andr. in c. ex literis. de iure patronat. Felyn. in c. causam. de præscriptionib. Neque ius sepulturæ venit cum vniuersitate pignori data creditori, Sebast.
27 Medic. in d. c. 15. nu. 32. Fructus † iurispatronatus consistunt in quadam honorificentia, vt ius præsentandi; Item affixio armorum; Item oblatio cerei; quæ quia non sunt proportionata ad sustentationem onerum matrimonij, ideo non transeunt in maritum, sicut non transirent in creditorem occasione pignoris dati, & tales fructus nõ sunt compensabiles cũ debito, Roch. in d. verb. ipse vel is à quo. n. 62. Ex quo non videtur vera opinio Rotæ Antiquæ aliter sentientis, licet Rota nouissima iudicauerit contra antiquam sequendo Rochum, vt in decis. 625. part. 3. in nouißimis. Et responderi potest etiam ad Tiraquell. de legib. connubial. in fine operis insequentem Rotam antiquam, & quæ procedunt de iurepatronatus Ecclesiæ, procedunt etiam in iure sepulchrorum, Medic. in d. c. 15. n. 34.

Quæ iura neque vendi possunt ex limitato priuile-
28 gio † creditorum, quod non extenditur ad ea, quę sunt posita honoris causa, etiam à priuato, l. Aufidius. ff. de priuileg. credit. Arcus triumphales, statuæ, insignia armorum ad hunc finem insculpebantur in Vrbe, vt in illorum memoriam, qui gloriosè vixerant, & honores gesserant, conseruarentur. Item iudicis extat officium, tueri memoriam defunctorum, l. Quintus. §. Põponius. ff. de annno legat. Per armorum insignia denotatur, & cõseruatur familia domus eius circa diuinum cultum, quæ per impressionem aliorum armorum confunderetur, & in modico tempore ignorari posset, quis dictam Ecclesiam, seu capellam fundauerit, vel quæ domus, & sic non conseruaretur agnationis dignitas, quę debet esse salua, l. 1. §. 1. ff. de liber. agnosc. per signa enim cognoscuntur signata, c. in nouellis. de iudic. & propterea armorum alienorum impressio est prohibita in alienis rebus, l. 1. C. vt nemini liceat. & l. basilicam. C. de noui oper. nuntiat. Et quando finiretur familia, vt quia nullus de domo superesset, tunc non debet extingui memoria, sed extendi per aspectum ædificiorum templi Dei, & similia.

CAP. XLII.

Inhibitio Iudicis Ecclesiastici in quibus casibus, & quomodo possit fieri iudici laico.

SVMMARIA.

1 *Crimina Ecclesiastica præuentione non acquiruntur.*
2 *Iudex Ecclesiasticus quando inhibet laico sub pœna excommunicationis.*
3 *Inhibitio non valet sine causæ cognitione.*
4 *Iudex Ecclesiasticus an posit inhibere laico sine causæ cognitione.*
5 *Iurisdictio laici in quibus casibus sit suspensa.*
6 *Citatio quando non requiratur super inhibitione facienda.*
7 *Inhibitioni si non vult parere iudex, quid sit faciendũ.*
8 *Inhibitio quando non valet, non citata parte.*
9 *Inhibitio quando non habet effectum rei iudicatæ.*
10 *Inhibitio quando resoluitur in simplicem citationem.*
11 *Acta post inhibitionem facta sunt nulla.*
12 *Inhibitio contra ius, & iurisdictionem est nulla.*
13 *Inhibitio non canonicè facta, non inducit nullitatem actus.*
14 *Inhibitio contra formam statuti non valet.*
15 *Inhibitio minus canonicè decreta non ligat manus iudicis.*
16 *Inhibitio quando non sit obseruanda.*
17 *Inhibitio siue iusta, siue iniusta, quando sit timenda.*
18 *Iurisdictio quando non suspenditur per exceptionem declinatoriam.*
19 *Inhibitio facta æquiualet decreto irritanti.*
20 *Iudex laicus inhibitus, si procedat, quid patitur.*
21 *Inhibitio quando non fiat laico, nisi parte citata.*

NVnc dicendum de inhibitionibus Ecclesiasticis, primo simpliciter, & de per se, deinde iunctis cũ aliquibus casibus mixtis subsequentibus, in crimini- 1
bus † igitur Ecclesiasticis, & generaliter vbi Ecclesiastico iudici est reseruata cognitio, etiam si laicus præuenisset, quia nec præuentione potest acquirere iurisdictionem, potest iudex Ecclesiasticus mandare, & in-
hibere † iudici laico ne procedat, etiam sub pœna ex- 2
communicationis, Innoc. quem ad hoc allegat Bald. in Margarita, in ver. Iudex, & ver. laicus si reum. Cæpol. in consil. criminali 10. n. 2. allegat gloss. in c. decernimus. de sent. excommunicat. li. 6. Bal. in l. consulta diualia. nu. 1. C. de testam. & ibi Angel. & Salyc. nu. 3. Boer. in decis. 114. n. 2.

Et licet alias inhibitio † non valeat sine causæ co- 3
gnitione, c. non solum. in fi. vers. canonicè. de appellat. lib. 6. & c. Romana. §. si verò. eod. tit. l. 2. & l. iudex. & l. fi. C. communicationes vel Epistolas. text. in auth. in medio litis non fieri sacras iußiones. Et canonica inhibitio est quæ fit causæ cognitione, & partis citatione, vt cõmuniter tenent Doct. & testatur Couar. in lib. practic. q. c. 24. n. 3. vbi alios allegat, Rota in decis. 58. nu. 2. de appellat. in nouis, & decis. 75. de appellat. in antiqu. Marat ta parte 4. dist. 11. n. 55. Felyn. in c. dilectus. n. 14. de rescr pt. Caccheran. in decis. Pedemontana. 5. num. 5. num. 7. versi. non obstat. Roland. in consil. 77. num. 24. vol. 2. Ruin. in consil. 71. num. 28. vol. 5. Socin. iun. in consil. 47. col. 1. vol. 4. Parisiens. in consi. 108. col. 2. volum. 1. Riminald. iun. in consil. 149. num. 4. Vitalis in tract. de clausulis, versic. nihil innouari appellatione pendente, numer. 3. Herculan. in tract. de attentatis, c. 18. col. 1. & 2. Lancellot. in tract. de attentatis, c. 20. de attentatis post inhibitionem, versic. circa secundam inspectionem per duas columnas. Ias. in l. nec quicquam. numer. 30. vers. contrarium est verius. ff. de offic. proconsul. qui allegat Alex. & est in consil. 69. vol. 7. & Ancharan. in cons. 234. & Rodulph. in tract. de vsuris, q. 131.

Tamen in præfatis causis, potest iudex Ecclesiasti-
cus † inhibere iudici laico etiam sine causæ cognitio- 4
ne, Abb. in c. tuam. in vltimo not. vers. quæro nunquid. de ordine cognit. Butr. ibid. n. 9. Lapus allegat. 63. Stephan. Aufr. de potest. Ecclesiastic. super secular. c. 1. n. 7. vers. necmo potest. Bald. in l. presbyteri, col. penult. C. de episcop. & cleric.

Sed prima opinio est communis, & magis recepta, etiam quando Ecclesiasticus inhibet seculari. Sed in hoc articulo distinguendum est: Aut sumus in casu

Z noto-

notorio de iurisdictione Ecclesiastici, puta quia iudex laicus vellet se ingerere super administratione sacramentorum, vel similium sibi expressè prohibitorum, & tunc si procederet contra prohibitionem canonum peccaret, & ratione peccati Ecclesiasticus est competens, & procedit contra quoscunque. Item quia iurisdictio iudicis † laici in similibus est suspensa, ideo statim poterit fieri huiusmodi inhibitio, ne vlterius procedat sub pœna excommunicationis, & hæc inhibitio erit potius quædam declaratio, quam actus disponens,
5
6 quo casu nunquam requiritur citatio, † *arg. c. pastoralis. de appellat.* & ita consuluit Federic. de Sen. *in consil.* 211. Et si iudex inhibitus noluerit inhibitioni parere,
7 † poterit Episcopus, admonita prius vniuersitate, vt consulat de remedio oportuno, submittere locum interdicto, vbi degunt officiales temporales obedire recusantes, *c. canonici. de offic. ordinar. lib. 6. c. licet. de iureiur. c. si iudex laicus. de sent. excom. li. 6.* Aufrer. *in d. c. 1. n.* 10. Rebuff. *super concordatis Franciæ, in tit. de interdictis non leuiter puniendos.*

Secundo casu, quando dubitatur, tunc ex parte vtriusque iudicis adest interesse iurisdictionis, & partium. Nam si ex forma statuti peto executionem instrumenti contra Titium debitorem, ille autem coram Ecclesiastico dicit instrumentum vsurarium, & petit inhi-
8 beri iudici laico, non valet inhibitio, † non citata parte, vt consuluit Federic. de Sen. *in cons.* 300. Abbas & Immol. *in c. debitores. de iureiur.* Idem Immola *in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.* Ancharan. *in d. cons.* 234. quia cùm contractus vsurarij plerumque fiant ita occultè, vt vix cognosci possit an sint vsurarij, vel non, vt dicit tex. *in clem. 2. §. cæterum. de vsuris*, consentaneum est, vt illa inhibitio non fieret, nisi citata parte, & præhabita discussione, an instrumentum quod allegabatur vsurarium esset tale, & hanc opinionem sequitur Riminald. *in d. c. quæ in Ecclesiarum. n. 282. de constitut.* Et quia exceptio requirens altiorem indaginem non debet executionem iuratæ confessionis impedire, vt considerat Ancharan. *in d. consil.*

9 Quo casu dicta inhibitio † non habebit effectum rei iudicatæ, *l. iudex. l. programma. C. comminationes vel Epistolas, &c.* sed resoluitur in vim citationis, vt dicit Abb. *in d. c. tuam. num. 11. in fin.* & dicit Bald. *in rubric. num. 4. C. comminat. vel Epistol. vers. breuiter dic.* Aut inhibitio est inualida, & resoluitur in communicationẽ, & sic nullum habet effectum. Aut est valida, & tunc
10 aut pars inhibita † comparet, & resoluitur in simplicem citationem, aut non comparet, & stat præceptum firmum. Ego autem dico: Aut inhibitio emanat in casu iurisdictionis, super quo regulariter iudex laicus non solet cognoscere, & tunc statim sibi intimata, suspenditur ad vlteriora processus, sed pars, quæ habet interesse, si comparet coram iudice inhibente, & petit audiri in suis iuribus, sic resoluitur in vim citationis tam respectu partis, quàm respectu iudicis. Quod probatur, quia si pars inhibita obtineret reuocari inhibitionem, & altera pars inhibens appellasset ab ea reuo-
11 catoria, adhuc iudex inhibitus † non posset procedere, & si procederet, esset nullum, Butr. *in d. cap. tuam. in 2. quæst. de ordin. cognit.* Alex. *in consil. 63. in causa, & lite vertente inter. vol. 3.* Ias. *in l. 1. col. 1. C. de bon. possess. sec. tab.* ergo comparitio inhibitæ partis, deseruit etiã pro iudice seculari, postquàm comparitionem non impediretur iudex laicus ad vlteriora procedere: Nisi vel in illa inhibitione apposita esset clausula; supersederi, donec cognoscatur de causa inhibitionis; vel iterum inhiberetur, vt pendente iudicio dictæ inhibitionis non procedatur, quorum alterutrum si factum fuerit, adhuc remanet in sui validitate si fuerit appellatum.

Aut inhibitio † relaxatur contra ius & iurisdictionem casus, de quo iudex laicus est, in possessione cognoscendi, & tunc ipsa inhibitio vti non canonicè facta est nulla; ergo & excommunicationis pœna, Bald. *in l. consulta diualia. nu. 1. C. de testam. & ibi* Salyc. *nu. 3.* Borgnin. *decis. 9. num. 4. & seq. parte* 1. & latè scripsi de hoc infra *in 3. parte c. 7.* Item inhibitio † non canonicè 13 facta non inducit nullitatem actus contra eam, ideo neque causat attentata, etiam si ab huiusmodi decreto non fuisset appellatum, Abb. *in c. cùm venissent. num. 4. not. de restit. in integr.* Dec. *in consi. 460. nu. 20.* Paris. *in cons. 108. nu. 11. & seq. vol. 1.* Roland. *in d. cons. 77. nu. 26.* Idem si inhibitio † esset contra formam statuti à Papa 14 confirmati, quia cùm iurisdictio Ecclesiastici hoc casu non esset priuatiua, & iudici seculari esset præuentione acquisita; ergo & inhibitio & excommunicatio esset contra ius, & sic vtrumque nullum. Item inhibitio minus † canonicè decreta, manus iudicis non ligat, Ro- 15 ta *decis. 58. de appellat. in nouis.* Milus *in repertorio, vers. Appellatione in Curia interposita.* Paris. *in d. cons. 108. nu. 9. & n. 21.* Et si de nullitate inhibitionis constat in prõptu, ipsa tamque non canonicè facta, non est obseruanda, † Rota *decis. 75. de appellat. in antiqu.* Bellamera 16 *decis. 239.* Vestrinus *in practica Cur. Rom. li. 8. c. 4. nu. 16. vers. & quamuis. & c. ne captandæ. & ibi* Gemin. *in vltimo not. &* Franch. *super gloss. fi. de concess. prebend. lib. 6.* Boer. *decis. 61. n. 4.*

Nec obstat quod inhibitio † siue iusta, siue iniusta timenda est, Rota *decis. 26. de appellat. in antiq.* quia hoc 17 procedit in illis casibus, in quibus secularis iudex habet iurisdictionem ab Ecclesiastico, vt firmarunt Bal. *in l. 1. in fi. C. quomodo, & quand. iud.* Socin. *in cons. 99. n. 2. vers. vnam tamen non omitto. vol. 3.* Afflict. *decis. 30. n. 3. vers. imo dicebat Baldus.* Marsil. *singular. 490. incip. mos iudicum.* & quando istorum opinio esset vera, eam intelligendam esse puto, præterquam in prohibitis de iure canonico, in quibus & si non habeat iurisdictionem ab Ecclesiastico, tamen ab eo est priuatus ex traditis, *in c. si iudex laicus. de sent. excom. li. 6.*

Denique est aduertendum, quod cùm articulus incidens spiritualis accidit coram iudice laico, aut statim coram eo pars opponit declinatoriam fori, & statim est suspensa eius iurisdictio, † nisi opponat frau- 18 dulenter, Capyc. *decis. 7.* & tunc si antiquam iudex laicus inciperet cognoscere de tali exceptione, superueniat inhibitio iudicis Ecclesiastici, valet etiam sine citatione, saltem quoad præueniendum iurisdictionem, quia quatenus ille articulus consisteret in facto, vel alio modo posset cognoscere iudex laicus, tamen poterit etiam Ecclesiasticus, cui per comparationem partis, & citationem erit iurisdictio præuentione quæsita, vt dixi in præcedentibus capitibus. Quo casu, si procederet, duo consideranda sunt, primùm acta sua esse nullius momenti, quia inhibitio † facta 19 æquiualet decreto irritanti, *cap. cùm dilectus, vbi gloss. & Doct. de iurepatronat. cap. præsenti. in 1. responso. de offic. legat. libr. 6.* Lapus *allegatione 16. an valeat. post numer. 2. & ibi Addentes, versicul. ille.* Cassador. *decisione 2. numero 7. alias 3. de recept. spoliat.* Nec obstat *l. nulli prorsus. Codic. de iudic.* quia loquitur in iudicibus delegatis, vt probaui superius, Afflict.

decis.

20 *decis.354.n.7.* Secundum, quod ipse iudex laicus † iterum citari debet ad dicendam causam, quare non debet declarari incurrisse pœnas inhibitione contentas, *c.licet.in 2.in fi. de præbend.lib.6.* & est communis opinio, vt per Doct. *in c.2.de sponsalib. vbi* Felyn. *à n.1.ad 6.*& notat Bart. *in l.vnic.n.6 ff.si quis ius dic.non obtemper.* Cassador. *in decis.6.post nu.10.vers.& declaratur, de caus.possess.& propriet.*

Aut pars non opposuit istam exceptionem declinatoriam coram laico, & sic eius iurisdictio viget, & tunc si ecclesiasticus vult inhibere ad effectum procedendi ad viteriora, debet prius citare, siquidem cùm possit cognoscere de multis articulis, præsertim in facto cõsistẽtibus, nec possit priuari sua iurisdictione sine cau-
21 sa: Ideo non potest † ille procedere, nisi parte citata, Socin. *in cons.16.col.pen. & cons. 166. vers. sextus casus. vol.2.& cons.27.col.3.& cons.59.vers.sexto,& cons.63.& cons.87.& cons.120.vol.3.* Dec. *in cons.498.in fi.& consi.528.vol.2.* quos citat Crauett. *in tract.de antiquitate tẽpor.parte 1.n.8.*& per eundem *in cons.5.col.2.* Nec valet dicere hic adesse causam, quia laicus non se intromittit de spiritualibus, *c.decernimus. de iudic.argum.l. solemus.§.si latrunculator.ff.de iudic.* quia hoc procedit in spiritualibus de iure, secus in aliis multis, in quibus iudex laicus potest cognoscere; ergo quoties istius iurisdictio viget, & non est suspensa, non potest inhibitio fieri sine causæ cognitione, & si fieret, fortè non obseruaretur, quod multum debent aduertere iudices Ecclesiastici, ne suprema eorum iurisdictio postea videtur sperni.

CAP. XLIII.

Decimæ an sint de iure diuino, vel humano et an inhibitio ab ecclesiastico super ipsarum causis possit fieri laico.

SVMMARIA.

1 *Homines in principio saluabantur per oblationes, & sacrificia.*
2 *Primitiæ, oblationes & decimæ vnde habuerunt originem.*
3 *Decimarum solutio, quale præceptum sit.*
4 *Decimæ an sint de iure diuino.*
5 *Decimas deberi an probetur ex testamento nouæ legis.*
6 *Decimæ debentur ex præcepto Ecclesiæ.*
7 *Decimas deberi de iure diuino, qui teneant.*
8 *Decimæ personales debentur de iure positiuo, non autem diuino.*
9 *Consuetudo excusat à non solutione decimarum.*
10 *Decimas prædiales non soluentes peccant, & possunt excommunicari, & n.14.*
11 *Concionatores in prædicationibus debent persuadere solutiones decimarum.*
12 *Iudex laicus non est competens super solutione decimarum.*
13 *Fructus, qui ex spiritualibus perueniunt sunt temporales.*
15 *Quæstio de iure decimarum est de foro ecclesiæ.*
16 *Clericus tenetur soluere decimas.*
17 *Clericus non tenetur ad solutionem decimarum de bonis ecclesiæ.*
18 *Iudex laicus est competens super solutione decimarũ, quando conuenitur laicus.*
19 *Decimarum detentores, fautores, & consultores sunt fures, & quomodo puniuntur.*
20 *Sacrilegium punitur etiam per iudicem secularem.*
21 *Crimen sacrilegij est mixti fori.*
22 *Decimas subtrahentes sunt excommunicati excommunicatione maiori.*
23 *Decimas non soluentes excusantur à peccato, si est de consuetudine non soluendi.*
24 *Decimæ etiam pro præterico solui debent, quando à clericis petuntur.*
25 *Decimas non soluentes quot modis puniantur.*
26 *Fiscus accipit quod non datur Christo.*
27 *Decimas non soluentium exempla pœnarum.*
28 *Muscarum plurimæ oriuntur in æstate propter non solutionem decimarum.*
29 *Decimas malas soluentes quomodo puniantur.*
30 *Decimæ quæ soluuntur debent esse optimæ.*
31 *Decimæ soluuntur vt census pro tenimento vitæ æternæ.*
32 *Homo est decima creatura inter intellectuales.*
33 *Decima personalis de quibus non est danda, & quare.*
34 *Decima non est soluenda, vbi rei dominium non transfertur.*
35 *Decima prædialis debet dari etiam ab iniusto possessore.*
36 *Decimæ animalium computantur inter decimas prædiles.*
37 *Decimæ animalium sunt soluendæ im parrochia vbi pascuntur.*
38 *Decimarum in solutione attenditur consuctudo loci.*
39 *Decima non adiudicatur si non est solitus percipere in vno fundo, etiam existente in parrochia.*
40 *Decimæ debent solui Episcopo de omnibus rebus suæ decœcesis.*
41 *Decimæ debentur in signum vniuersalis dominij.*
42 *Decimæ in regno soluuntur à Baronibus etiam de feudalibus.*
43 *Constitutio regni mandat solui decimas.*
44 *Constitutio Regis non posset auferre solutionem decimarum.*
45 *Dictio, prout, in dubio stat causaliter, & non conditionaliter.*
46 *Episcopus percipiens decimas in aliquibus corporibus acquirit quasi possessionem decimæ vniuersalis in omnibus.*
47 *Possessio in vno, quando fundet intentionem iuris vniuersalis in omnibus, & n.50.*
48 *Decimæ debentur de toto territorio, si in vna parte est effectum decimale.*
49 *Decimarum ius est reale concernens non speciem fructuum hanc vel illam.*
51 *Episcopus si est in possessione iuris decimæ in certis corporibus debet habere eam in omnibus.*
52 *Decima debetur de ea parte fundi, quæ postea reducitur ad culturam.*
53 *Episcopi pro decimis habent intentionem fundatam in toto territorio.*
54 *Decima prædialis non minuitur per expensas, siue meliorationes.*
55 *Decimæ debentur de noualibus, & de nouis introitibus.*
56 *Decimarum quota an præscribi posit.*
57 *Papa potest hoc ius decimarum aliis concedere.*
58 *Patientia cum longo tempore non minus operatur quã vera concessio.*
59 *Papa post concilium Lateranense non potest concedere decimas.*

60 *Decimarum concessionem fuisse factam ante conciliũ Lateranense, quomodo probetur.*
61 *Papa est super omnia concilia, quæ interpretatur, tollit, corrigit, & mutat.*
62 *Papæ sententiæ est standum, etiam si contradicat Ecclesiæ.*
63 *Papa in quibus dispenset, & in quibus non possit.*
64 *Decimæ concessæ laicis ante concilium Lateranense, possunt eisdem in feudum dari.*
65 *Præscriptio centenaria habetur loco tituli legitimè constituti.*
66 *Præscriptio non procedit contra id, quod specialiter à tota ecclesia fuit statutum.*
67 *Consuetudo minuens quotam decimæ est valida.*
68 *Decimæ debent solui iuxta solitum, & consuetum.*
69 *Decimæ possunt diminui per priuilegium, & per præscriptionem.*
70 *Consuetudine antiqua approbata tolerabilia sunt.*
71 *Lex positiua potest distinguere, & modificare legem diuinam.*
72 *Decimæ præscribi possunt non in totum, sed in quantum.*
73 *Decimarum quantitatis quæstio est temporalis.*
74 *Iudex laicus potest cognoscere de quantitate decimarum, quæ debetis.*
75 *Quæstio spiritualis incidenter tractatur coram iudice laico.*
76 *Matrimonium potest probari, in causa summaria alimentorum coram iudice laico.*
77 *Alimenta habenti non sunt præstanda, & quomodo fallit.*

VT sciamus vtrum Ecclesiasticus possit inhibere
iudici laico ne se intromitat super causis deci-
marum, & an in aliquibus earum iudex secularis ha-
beat iurisdictionem, præmittendum est an ipsæ sint de
iure diuino, vel positiuo debitæ. In principio igitur
mundi in lege naturæ saluabantur homines solũ per
1 oblationes † & sacrificia, vt dicit Magister sententiarũ
in 4. lib. sicut patet de Cain, & Abel, qui offerebant
domino manipulos messium, & primogenita ouium:
Crescente autem cultu Dei, iussit Deus dare primitias
ministris domus suæ, qui sunt propriè sacrificia offe-
rentes, vnde Sacerdotes sacra dantes; vel sacrificia of-
ferentes dicuntur oblationes non tollendo, sed primi-
2 tias † addendo. Postea cultu Dei magis triumphanter
crescente, propter multitudinem ministrorum addi-
dit illis decimas, & reseruauit sibi decimam partẽ re-
rum omnium, quę crescunt, & renouantur, & acqui-
runtur omni anno, quas præcepit dari suis ministris,
Malachiæ *c. 3.* Inferte omnem decimationem in hor-
reum meum, vt sit cibus in domo mea pro ministris
3 meis, & sic præceptum de solutione † decimarum est
partim morale inditum ratione naturali, quia conso-
num est rationi naturali, vt operarius sit dignus mer-
cede sua, 1. *ad Corinth. c. 10. & etiam nunc* 281. *q. 1. & cap.
Ecclesias. §. quia verò 4. qu. 1.* Et quod seminantes spiri-
tualia debent metere carnalia secundum Apostol. vt
sit æqua ratio dati, & accepti secundum Aristotelem,
partim etiam ex diuina institutione sumens robur, D.
Thom. *in 2. 2. q. 87. art. 1.* & ibi Caietanus Archidiaco.
4 *in c. decimæ, n. 3. 16. q. 1.* Ad quod allegatur † textus *Exodi
c. 22.* quo vndecim tribus Israel iubentur soluere de-
cimam omnium fructuum duodecimæ tribui Leuita-
rum, diuino cultui addictæ. Idem habetur *Leuitic. cap.
27. & Deuteronom. ca. 13. & Paralipom. c. 22. & Numer. c.*
4. In quibus locis omnibus mandatur laicis generali-
ter, vt de cunctis rebus soluant decimam partem. Ad
hoc allegantur etiam textus † noui testamenti, Lucæ *c.* 5
*11. Væ vobis Pharisæis, qui decimatis mentam, & rutam, &
omne opus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei, hoc
oportuit facere, & illa non dimittere.* Matthæi *c. 10. Di-
gnus est operarius mercede sua.* & D. Paul. 1. *ad Corinth. c.*
9. dicit: *Quis militat vnquam stipendiis suis, aut quis plã-
tat vineam, aut de fructibus eius non edet.* & Luc. *cap.* 18.
Decimas do omnium quæ possideo. & Matthæi *c. 5. Nisi a-
bundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum, & Pha-
risæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Sed ad ista
loca respondet Io. Andr. *in regula, qui prior. num. 13.* in
mercurialibus, quod nõ sunt verba Christi, vel Euan-
gelistæ, sed potius ostentatiua narratio Pharisæi, vt ex
nouo testamento non habeatur certus textus de solu-
tione decimarum.

Item debentur † ex præcepto Ecclesiæ, Alex. Papa 6
II. *in 32. dist. c. præter hoc.* vbi argumentatur de sancta
synodo, & fuit constitutum *in concilio Maguntino 16. q.
1. c. si quis laicus. & c. questi. & q. 7. c. decimas. & per Conci-
lium Rotomagen. ead. caus. q. 7. c. omnes decimæ. & per Cõ-
cil. Gregor. c. quadragesima. de consecrat. dist. 5. & c. in ali-
quibus. de decim.* vbi ex generali concilio totius Eccle-
siæ debentur, idem fuit statutum in sacrosancto *Con-
cilio Tridentino sess. 25. c. 12.* pro quo habes in iure ca-
nonico, *dict. c. decimas, 16. q. 1. & c. decimas, & c. seq. 16. q.
7. c. parrochianos. c. ex transmissa. cap. tua. de decim. cap. o-
mnes decimæ, 16. qu. 7. c. peruenit. c. non est. cap. tua. de de-
cim. & dict. cap. in quibusdam. & clem. 1. eod. tit.* Et quod
decimæ † debeantur de iure diuino, voluerunt Gloss. 7
Archidiacon. Anchar. Franc. Aret. Dominic. Philipp.
Franc. & alij *in c. 1. de decim. lib. 6.* Ioan. Andr. *in rubric.
eod. tit.* Innoc. *in c. fin. de parroch.* Cardinal. *in cap. in ali-
quib. de decim.* Rota *decis. 1. de decim. in antiqu.* Alex. *in
consi. 60. volum. 4.* Afflict. *in constitutione regni, Quanto
vers. tertio quæro.* tex. *in d. c. parrochianos. ibi; sed ab ipso
domino sunt institutæ, in c. tua, eod. tit. vers. diuina consti-
tutione debentur in d. cap. in aliquibus, vers. quæ debentur
ex lege diuina.* Marcus Antonius Cucchus *institut. ca-
nonic. li. 2. tit. 15. in princ.* Dominic. de Soto *de iustitia,
& iure. lib. 9. q. 4. art. 1.* & est communis opinio, vt per
Benedictum Capram *in regula 98. per totam.* latè Re-
buff. *in tract. de decim. qu. 1. num. 6.* Bursatt. *in consil. 50.
num. 9. volum. 1.* Menoch. *in consi. 9. num. 11. vol. 1.* & sic
fuit decisum in Rota Perusina, vt per Ioseph. Ludo-
uic. *decis. 106. num. 53.* sed hoc intelligo de decimis rea-
libus, & prædialibus; non autem de decimis † persona- 8
libus, quia istæ non sunt debitæ de iure diuino, sed de
iure humano, & positiuo introductæ, & ideo consue-
tudo † eas non soluendi prodest, & excusat non sol- 9
uentes, Ant. de Butr. *in d. c. parrochianos*, Abb. *in d. c. in
aliquibus, vbi gloss.* Hostien. *eod. tit. §. quod sint, & seq. &
§. qualiter tangit,* Felyn. *in cap. causam quæ. de præscript.*
Archidiacon. *in c. quicunque 16. q. 7.* & Anton. *in d. cap.
parrochianos.* refert Theologos non tenere contrariũ,
sequitur Balb. *in tract. de præscript. 1. parte 5. partis prin-
cip. q. 7.* vbi latissimè, *vers. 1. conclusio est.* Et propterea
qui decimas † prædiales non soluunt, peccant morta- 10
liter, & possunt excommunicari, *c. cùm non sit. in fin. de
decim.* & non solùm anima, sed corpore affliguntur, i-
ta vt soluere denegantes, pauperes efficiantur, *c. reuer-
timini, 16. q. 1.* & erunt etiam infirmi, *cap. decimæ. eadem
causa, & quæstione.* & carent denique Ecclesiastica se-
pultura, *c. prohibemus. de decim.* Vnde mandat Papa, *in
c. 1. de decim. lib. 6.* nequis persuadeat populis vt à deci-
marum solutione desistãt, & *in clem. cupientes. de † pœ-* 11
nis. afficit pœnis prædicatores, qui certis temporibus
non incumbunt persuadere in prædicationibus, sol-
uendas esse decimas.

Ergo

12 Ergo super causis decimarum † iudex laicus non erit
competens, quia spirituales sunt, *c. tuam. & c. quanto. §.*
prohibemus. & c. si iudex laicus 10. 11. q. 1. *in summa.* Ioan.
Andr. & Archidiac. *in c. fi. de decim. lib. 6.* Et licet fru-
13 ctus, † qui ex spiritualibus proueniunt, sint tempora-
les, quia locari possunt & vendi, *c. nostra. de locato. c. si-*
ne prælati vices suas. & permutari, *c. vt super. in gloss. 1.*
de reb. eccles. non alien. c. fin. de rerum permut. Nihilomi-
14 nus denegantes † soluere decimas possunt astringi per
cēsuras Ecclesiasticas, *clem. dispendiosam. de iudic.* quod
non est secularium munus. Propterea Federic. de Sen.
in cons. 23. quem sequitur Anchar. *in reg. ea quæ. n. 12. li.*
6. distinctione concordant, & est opinio D. Thom. *in*
15 *2. 2. q. 87. art. 3.* Aut est quæstio † de iure decimarum,
quia dicit possessor se ad decimas non teneri ex priui-
legio, compositione, vel alia ratione, & tunc quæstio
est de foro ecclesiæ, ius decimæ in dubium reuocatur,
causa omnino spiritualis est, non est merum factum,
Concil. Trident. sess. 25. c. 12. de reform. Couar. *pract. quæst.*
c. 35. n. 2. vers. 2. dico, poterit igitur Ecclesiasticus iudex
secularis, qui procedere satageret, inhibere atque etiā
sub excommunicationis pœna prohibere, ne super
spiritualibus se intromittant, videlicet super iure deci-
mandi, si verò super solutione earum quæstio cōtin-
gat, quia est super obuentionibus, & fructibus tempo-
ralibus, qui ex spiritualibus proueniunt. Aut clericus
conuenitur, & tunc debet cognosci in foro suo eccle-
siastico toto titulo de foro competenti. Nam & cleri-
16 cus † tenetur soluere decimas de propriis bonis, siue
patrimonialibus, *c. si quis laicus. 16. qu. 1.* Gloss. *in c. 2. de*
decim. debentur etiam à clericis conductoribus bono-
17 rum alterius, *c. dilecti. de decimis.* Non tamen † tenentur
ad solutionem decimarum de bonis dotalibus eccle-
siæ, text. cum gloss. *in d. c. 2. de decim. & clem. 2. vbi gloss.*
eod. tit. & constitutio Bonifacij VIII. *in c. vnico. eod. tit.*
in extrauagant. communibus. vbi an ecclesia teneatur
ad decimas summo Pontifici, & quo casu, pro quo vi-
de Marc. Anton. Cucchum, *in institutionib. canonicis li.*
18 *2. c. 15. in fi.* Aut laicus † conuenitur, qui decimas tenet,
& cum mala fide, & tunc laicus est iudex competens,
Federic. de Sen. *in consi. 245.* Calderin. *in consi. 45. de fo-*
ro competenti. Decimarum subtractio est sacrilegium,
c. inquirendum. de peculio cleric. & non solum decimarū
19 † detentores sunt fures, latrones, & sacrilegi, sed etiam
fautores, consultores, & auxiliantes eis, quia pari pœ-
na punientur, & grauissimè peccant, quod sint sacrile-
gi, testatur D. Thom. *2. 2. q. 87. art. 3. & 16. q. 4. cap. sicut*
quisquis. vbi dicitur, qui per furtum & vim aufert in
20 ecclesia dedicata, sacrilegus iudicatur: sacrilegi † autem
puniri possunt etiam per iudicem secularem, *l. si quis*
in hoc genus. C. de episc. & cleric. gloss. *in c. cùm sit gene-*
rale. de foro compet. vbi Hostiens. videtur velle, quod
quando agitur ad pœnam corporalem laicus est iudex
competens, si verò ad spiritualem, tunc Ecclesiasticus.
Abbas verò dicit ibidem, sin autem agitur ad restitu-
tionem rei subtractæ, vel ad pœnam nō corporalem,
sed pecuniariam, iuxta *d. c. quisquis. 17. qu. 4.* tunc etiam
21 laicus est iudex competens, & si crimen † sacrilegij
est mixti fori; est ergo locus præuentioni, *c. proposuisti.*
de foro compet. & quod sacrilegi sint excommunicati,
patet 11. q. 3. *c. canonica, 17. q. 3. c. omnes ecclesiæ.* & est hæc
excommunicatio maior, quia separat ab ingressu ec-
clesiæ, sepultura Ecclesiastica, atque fidelium commu-
22 nione, *3. q. 4. c. ego itidem.* & quod subtrahentes † deci-
mas & bona ecclesiæ sint excommunicati excommu-
nicatione maiori, est textus apertus *in c. hoc consultissi-*
mo. de reb. eccles. non alien. li. 6. Nisi sit de consuetudine
23 † patriæ quod decimæ ipsæ non soluantur: tunc enim
ex hac Pontificis taciturnitate oritur excusatio à pec-
cato, Abb. *in c. à nobis. & in d. c. in aliquib. de decim.* Fe-
lyn. *in c. causam quæ. de præscript.* isti non peccant, quia
cum eis Papam dispensasse credendum est: Nisi à cle-
ricis fuerint ipsæ decimæ petitæ, Abb. *in d. c. in aliqui-*
bus, & in c. ex parte. de decim. Syluestrina *in summa. in*
ver. decima. Afflict. *in constitutione regni, quanto.* Quod
si clerici † petierint, etiam præteritæ soluendæ sunt, 24
Rota *in d. decis. 1. de decimis. in antiquis.* Abb. *in d. c. per-*
uenit. debitores autem non tenebuntur ad pretium
quanti plurimi, sed ad illud pretium quod tunc tem-
poris valebat, Bart. & Doct. *in l. diuortio. §. donatione.*
ff. de soluto matrimon.

Qui igitur decimas † Deo non persoluit, quadrupli- 25
citer à Deo punietur, primo per penuriam rerū tem-
poralium, secundo per incidentiam in peccatū, tertio
per perditionem regni cœlorum, quarto per deiectio-
nem ad æternū supplicium. De primo scribit D. Au-
gust. & ponitur *16. q. 7. c. maiores.* quia nolimus cū Deo
partiri decimas, totum tollit hoc fiscus, † quod nō ac- 26
cipit Christus, & meritò, nā *Sapientiæ c. 11. Per quæ pec-*
cat, per hæc & torquetur. & *Prouerb. c. 11. Alij diuidūt pro-*
pria, & ditiora fiunt, alij rapiunt nō quæ sua sunt, & sem-
per in egestate sunt. Cuius exemplum † ostēdit Prosper 27
in libello suo de dono timoris. narrat de sancto Anselmo,
qui certo tempore viderat diabolum in horreo suo
semipleno super garbam suam sedentem, qui iterum
decimari fecit omnia, quo facto; vix nouem partes in
horreo potuerunt recondi. Narrat etiam idem quod
Beatus Ignatius quodam tēpore vidit diabolum super
horreum suū sedentem, qui admirans à suis ministris,
quæsiuit, si rectè garbam suam decimassent, & dixit si-
bi vnus seruorum suorum, quod septem garbas de de-
cima, vt horreum repleret, ibidem reposuit, quo audi-
to, accessit vir sanctus ad horreum, & adiurauit diabo-
lum, vt diceret, quare ibi sederet, qui respondit se in
horreo illo iurisdictionem habere: cui sanctus Igna-
tius, tu, inquit, iurisdictionem tuā exerce, at ille statim
summitatem domus asportauit, & supercecidit ignis,
& totum residuum incinerauit. Hęc Prosper. Et in cō-
firmationem prædictæ sententiæ dicit dominus per
Prophetam Malach. c. 3. *Reuertimini ad me, & ego re-*
uertar ad vos, dicit dominus exercituū, & dixistis, in quo
reuertemur, si affliget homo Deum, quia vos cōfigistis me,
& dixistis, in quo configimus te in decimis, & in primitiis,
& in penuria vos maledicti estis, & vos me fraudatis, &
cōfigitis gens tota. Super quo vide quæ scribit D. Hier.
in c. reuertuntur 16. q. 1. Vnde Holcot. *in lectura libri sa-*
pientiæ, in lectura 206. qu. 6. Fertur, inquit, quod quædā
patria in Anglia, quæ Norfolchia nominatur, contin-
git quod blada in æstate creuerant, & ecce appropin-
quante tempore messium, venit genus muscæ † in ma- 28
xima multitudine, quod totum illud bladum pulcher-
rimum in tantum consumpsit, quod vix infra quinque
miliaria vnum quarterium inueniretur, homines ve-
rò illius patriæ quasdam de muscis ceperunt, & diligē-
ter inspicientes quales erant, quia nunquam prius cō-
similes viderant, inuenerunt eas habere literas depi-
ctas in alis suis, in vna ala scribebatur, Ira, & in alia
Dei, vt manifestum esset, propter demerita populi,
vindictam fuisse, iuxta illud Hieremiæ, seminauerunt
triticum, & messuerunt spinas, hæreditatem accepe-
runt, & eis non proderit, confundimini à fructib. ve-
stris propter iram furoris Domini. Secundo puniun-
tur malè decimantes † per incidentiam in peccatum, 29
vnde legitur *Genes. c. 4.* quod Abel iustus obtulit Deo
de primogenitis gregis sui, & de apibus eorum, &
respexit dominus ad Abel, & munera eius, ad Cain

verò,& munera eius non respexit, quia Cain de deteriorib. & malis obtulit: Abel verò de optimis,& ideo Cain derelictus,& maledictus à Deo incidit in fratricidium, & damnationem æternam. Et ideo dicit propheta *Malach.c.1.* si offeratis claudum,vel languidum nónne malum est, offer illud duci tuo,si placuerit ei, & sequitur,Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum,& votum faciens immolat debile domino,
30 & ideo dicitur *Numer.c.18. Omnia † quæ offertis ex decimis,& in donaria domini separabitis optima,& electa cunctáque erunt.* Item *Numer.1.cap.35. Noli offerre munera praua,non enim suscipiet illa dominus.* Tertio puniũtur malè decimantes per perditionem regni cœlorũ,vnde Lir.*super euangel.parte 3. c.44.* Hæc est,inquit,ratio quare homo dat decimas Deo,ad designandum quod per eum ruinæ decimæ partis Angelorum restaurabitur. Et sciendum est,quid gloria illa,ad quam peruenturus est,tenimentum eius est,decima † verò tanquam
31 census,est,quem soluere debemus Deo pro illo tenimento,quam si nõ soluamus pro perpetuo illud tenimentũ amittemus. Quarto puniuntur malè decimantes per eiectionem ad æternum supplicium, vnde D. August.*in sermone de decimis.* Attẽde, inquit,quod de-
32 cima creatura † inter intellectuales creaturas est homo,quia angeli in nouem ordinibus cõstituuntur,decimus autem ordo est hominum; & ideo hominis est decimam soluere, vt ruinam valeat angelorũ supplere, & qui non vult debitè decimam soluere, iustũ est, quod iungatur decimæ parti angelorum, qui ad supplicium ceciderunt; ad quod vide *c.decimæ.16.q.1.*

Duæ sunt autem decimarum species, aliæ personales,quæ personam concernunt,vt de stipendiis,lucris,
33 mercatura, militia, & similibus, & quia decima † est danda de omni lucro honestè acquisito, ideo non erit danda de meretricio, neque histrio natu, licet in ipsis transferatur dominiũ,ne videatur ecclesia ipsa appro-
34 bare. Nec est danda, † vbi rei dominiũ non transfertur,quia de iniustè acquisitis,ecclesia Dei decimã non recipit,vt in furto,violentia,rapina,simonia, vsura, & similibus, nec de ludo taxillorum, sententia iniqua, scriptura falsa,bello iniusto,oppressione pauperum,& captione, siue spoliatione ipsorum, ista.n.Ecclesia nõ approbat,*c.ex transmissa.de decim.* gl.*in summa 14.q.6. & c.decimæ.16.qu.1.* vbi arguit pro vtraque parte Ioan. Andr.*in c.cũ in voluntate.de sent.excom.*& vide Cyn.*in l.2.C.de condit.ob caus.* Prædialis † autem debet dari nõ
35 solum à iusto,sed etiam à violento prędone,& possessore,etiam à Iudæo,Sarraceno,& hæretico, etiã si seminet ex semine furtiuo,quia nõ datur ratione personæ,sed ratione prædij,*c.de terris.de decim.* Certum est
36 etiam quod decimæ † animalium computandæ sunt inter decimas prædiales, & ideo in quacunque parro-
37 chia † pascantur continuè animalia, ibi decimæ sunt persoluendæ, etiam si per medietatem anni fuerint in vna parrochia, & per alteram medietatẽ in parrochia alterius ecclesiæ,æquum erit igitur decimas diuidi inter easdem parrochias,*arg.c.relatum.in fin.de testam.& c.fi.1.q.3.* eodem modo si continuè iaceant in vna par-
38 rochia,& pascantur in alia, licèt in hoc seruetur † loci consuetudo,*c.quãtum.de decim.c.de quarta.de præscript. c.dudum.in gloss.2.eod.tit.* Astensis *in sua summa.lib.6. tit.35.vers.cum terminis.* Host. *in summa. eod.tit. §.cui danda sit.* Decimam igitur si quis perceperit in tota
39 parrochia excepto † vno fundo, non adiudicabitur ei decima in illo fundo, quia debet probare percepisse decimã in singulis fundis, decisio est Innoc.*in c.tua.in primo.de decim.*sed hoc intellige in diœcesi aliena, sic loquitur etiam Io.Andr.*in c.cũm cõtingat.vers.in præ-*
*scriptione verò.de decim.*sed Episcopus † in omnib. re- 40
bus suæ diœcesis habet fundatam suam intentionem, vt decimæ debeantur, & consuetudo non operatur in contrarium,vt post alios Boer. *in consuetud.Bituricẽs. in rubrica.de consuetud.prædior.§.12.*qui refert fuisse decisum pro Episcopo Albiense petente decimas de crocis contra subditos,allegantes nunquam de illis fuisse solutam,& sequitur Petr.Rebuff.*in tract.de decim.q.8. n.30.& q.13.n.41.* Decima † enim debetur in signum 41
vniuersalis dominij Dei optimi Maximi,*c.tua.in 2.& c.cùm non sint.de decim.* ergo debetur de omnibus fructibus,*c.nuntios.& c.ex parte.in 2.eod.tit.*& de omnib. bonis, *c.non est.eod.tit. & c.quadragesima.de consecrat. dist.5.*etiam de feudalibus,Paris.*in cons.101.n.29.vol.1.* Et in Regno Neapolis specialiter est constitutũ,quod
decima † soluatur à Baronibus de bonis feudalibus.I- 42
mò Capitula Papæ Honorij IV. & Regis Caroli respectu bonorum, de quibus decimæ solui debent generaliter,& indistinctè loquuntur,ibi. Pro bonis,quæ tenent,& solum respectu temporis quo solui debent,
se referunt ad solitum.Constitutio † verò Regni licet 43
mandet solui decimas, quia antecessores præstiterunt tempore Regis Gulielmi; Non tamen sumi debet argumentum à contrario sensu,quod si aliqua bona non soluissent decimas, de illis non deberi, quia esset contra iuris dispositionem, qua deberi de omnibus cautum est, vt in specie dixit Afflict. *in d. constitutione quanto in 9.notabili.n.35.*præsertim,quia illa constitutio voluit augere iura Ecclesiæ, non diminuere: Nec
constitutio † Regis posset hoc facere, quia decimæ vt 44
probatum,debentur de iure diuino.Item dicta *constitutio,quanto* iubet soli decimas prout tempore Regis Gulielmi,qui prædecessor fuerat constituentis,exolutæ fuerunt; sed non constat quantæ exolutæ fuerunt.
Ergo in dubio, dictio, † *prout*, stabit causaliter, non 45
conditionaliter, *c.abbate.de verb.significat. l.pen.vbi omnes. C.de condit.instit.in l.admonendi*, Bart. Paul.de Castr.*& latè Ias.de iureiurando.l.eum qui.§.item si mihi.vbi* Bart.*ff.de constit.pecun.*latissimè Felyn. *in c.2.de rescript.*Constitutio est clara,facta ab eo qui voluit,& potuit disponere in beneficium ministrorum Dei, non poterat disponere contra, stabit igitur illa dictio causatiuè,non autem conditionaliter, & pro hoc vide Bart.*in extrauag.ad reprimendum.in ver.prout.* Alex. *in consi.9.in fin.vol.5.* Aret.*in cons.76.col.2.* & subtilius quàm omnes alij *in l. si testamentum. C.de consti.institu.*super qua dictione, *prout*, in priuilegiis posita Reuerterius facit decisionem quam posui secundam in ordine,& super ea latè scripsi in additionibus. Quare
Episcopus † percipiens decimas in aliquibus corpori- 46
bus acquirit quasi possessionem decimæ vniuersalis in omnibus in toto territorio, vt dicit Anton.de Butr. *in c.fin.sub num.47.vers.& aduertendum. de causa poss. & propriet.* allegat tex.*in cap.1.de relig.domib.* vbi Abb.*num.3.* dat regulam, quod in propria diœcesi,in qua ius commune non fundat intentionem alterius,
quàm possidentis, possessio † in vno fundat intentio- 47
nem totius iuris vniuersalis. Et communis opinio est,quod si quis percipit decimam in certis fructibus, nullo alio existente in possessione percipiendi de aliis quod debetur ei decima de omnibus, postquam 48
territorium † est effectum decimale, non debet diuerso iure censeri, decimale in parte, & in parte non, vt per Abb.*num.6.*Anchar.*in 3.notab.& in fin.*Ant.de Butr.*sub num.5.vers.puto etiam.in cap.cùm in tua.de decim.* Abb. *in consil.71. col.2. vers.secundo principaliter. volum.2.*Balb.*in tract.de præscript.in 2.parte tertiæ partis principalis, numer. 18. vers. quod intellige.* Aymo

de

de antiquitate tempor. in 4. parte princip. n. 57. & est ra-
49 tio, quia decimæ † ius, est ius reale concernens nō speciem fructuum hanc vel illam, ita dixit Anchar. *in d. c. cùm in tua.* & est ius vniuersale respiciens totum terri-
50 torium, & ideo qui est in possessione decimę † in parte territorij, alio non existente in possessione, dicitur in parte territorij, alio non existente in possessione totius, vt per Corsett. *in addit.* ad Abb. *in c. bonæ. in 2. de postulat. prælat. n. 4. in vers. etiam ius postulādi. in 11. addit.* Aymo *in d. parte 4. n. 57. & seq.* & in his terminis vnum territorium, atque vna res dicitur tota diœcesis respectu episcopi, quia tota sub vno iure vniuersali cōprehenditur, vt voluit Ant. de Butr. *in d. c. fin. n. 47. vers. & aduertēdum. de caus. possess. & propriet.* vnde suf-
51 ficit quod in sua diœcesi fuerit in possessione † iuris decimæ in certis corporib. & tunc episcopus habet intētionem fundatam in aliis. Idem si soluta est de parte
52 fundi, quæ colebatur, si altera pars † fundi reducta sit postea ad culturam, de ea parte etiam decima debetur, Abb. *in d. cons. 71. in 2. parte.* & sequuntur Felyn. *in cap. causam quæ. circa fin. & in c. auditis. sub n. 19. & 20. de præscript.* Claudius Seissell. *in l. 3. nu. 15. ff. de acquir. possess.* Petr. Rebuff. *in d. tract. de decim. q. 14. n. 20.* & licet iidē doctores loquantur quādo eiusdē fundi pars erat culta, altera verò inculta, tamen idem dici debet, cùm tra-
53 ctatur de decima Episcopi † habentis intentionē fundatam in toto territorio, cuius tota diœcesis pro vno
54 fundo habetur, & vna re, vt dixi. Nec à decima † prædiali deducuntur expensæ, quæ fieri occurrunt in recollectione, *c. non est. & c. tua. in 2. & c. pastoralis. vers. expensas autem. de decimis.* & est casus decisus, vt per Capyc. *dec. 20.* & Franc. Marc. *in dec. 198. n. 1. parte 2.* & vide Afflict. *in d. constitutione, quanto nu. 19. vers. nono quæro:* meliorationes etiam neq; deducuntur; quia sunt expensæ pro recollectione fructuum ad cōseruationē, vel ad maiorem redditum, vt *d. c. pastoralis.* aut consistunt in aliis corporibus aggregatis, & non debent à
55 decima separari. Item decimæ † debentur de noualibus, *c. quoniam. & c. cùm contingat. de decim.* ratio colligitur ex *c. quia circa. de priu.* ne idem territoriū diuerso iure censeatur, & tanto magis debentur decimæ de nouis introitibus, si sunt constituti in territoriis, de quibus Episcopus colligit decimas; nam cùm essent antea inculta, & pascua, exigebatur in eis fida animalium, de qua fida Episcopus percipiebat decimam, si nunc eadem corpora sunt culta, & in eis constituti sunt noui introitus, de his etiam debetur decima, text. *in c. commissum. de decim.* vbi dicit Ant. de Butr. *nu. 4. vers. & quanquam.* quod debetur nunc decima inspecta quantitate nouorum introituum. Idem si in territorio colligebantur certi fructus, v. g. frumentum, & nunc colliguntur alij fructus, puta milium, etiam de eo debetur decima, vt per Io. Andr. Anchar. Zabarell. Butr. Abb. *in cap. cùm in tua. de decim.* rationem assignat ibi Anchar. quia ius decimæ est reale concernens terram, non speciem fructuum hanc vel illam.

Superest videre si laicus sit iudex competens super declaratione quantitatis decimarum, sed inducamus,
56 primo, an decimarum † quota præscribi possit. Potest
57 Papa † hoc ius decimarum aliis concedere, vt latissimè disputat Belluga *in suo speculo. rubr. 13.* & post multa ita concludit *n. 36. & seq.* D. Thom. *in 2. 2. quæst. 87. art. 4.* notatur per gl. & Doct. *in c. quamuis. de decim.* Doct. *in c. causam quæ. de rescript. in c. 2. de iudic.* ergo possunt
58 præscribi, quia non † minus operatur animi patientia firmata longitudine temporis, quàm vera concessio, *l. venditor. §. si constat. ff. commun. prædior. l. si pupillus alterum. ff. de administr. tut.* Bald. *in l. 1. n. 5. C. ne rei dominicæ vel templ.* sed hoc procedit ante concilium Lateranense, postmodum † verò etiam ex iustissima causa 59
non potest, *c. ad apostolicam. de his quæ fiunt à prælatis.* Doct. *in d. c. quamuis.* quod Lateranense cōcilium fuit celebratum anno domini 1189. ab Alexādro Papa III. Doct. *in d. c. cum apostolica.* & vide *decis. Capellæ Tolosanæ 440.* & Guidonem Pap. *dec. 288.* latè Felyn. *in c. causam quæ. de præscrip.* & quomodo probetur concessionem † fuisse factam ante concilium Lateranense, ple- 60
nissimè scribit Mascard. *de probat. conclus. 483.* & Borrellus *in addit. ad Specul. princip. super rubr. 13. in vers. restat. in additione. quæ incipit inexpugnabilem.*

Sed ego credo concilium Lateranense non posse impedire, quin ipse Papa † possit ex iusta causa hoc ius 61
decimandi laicis concedere: quia est super omnia cōcilia, *c. sicut. dist. 15. c. quodcunque 24. q. 1.* statuta enim cōciliorum interpretatur, & tollit, *d. c. sicut. & c. nec licuit. dist. 17. c. statutum. de elect. lib. 6. c. statutum. de resc. li. 6. clem. ne Romani. §. sane. de elect. c. constit. & c. statutum. de sent. excom.* quia concilia ipsa corrigit, & mutat, *d. c. statutum.* & per Doct. *in c. significasti. de elect.* vbi dicit Io. Andr. *super verbo, robur,* quod Papæ † sententiæ est stā- 62
dum, etiā si contradicat ecclesiæ, vel concilio, *c. in istis. dist. 5. & d. c. sicut, dist. 15. & c. pen. dist. 19. & c. nemo. 9. q. 3.* ideo dispensat † in omnib. etiam contra apostol. *c. lect.* 63
dist. 34. etiam in decimis non dandis, gl. latè *in ver. dispens. in c. proposuit. de concess. præbendæ.* Bonaguida de Aretio *in tract. de dispens. nu. 61.* præter quam in certis casibus, de quibus per Io. Radei. *in tract. de dispens.* vbi turbaretur status Christianorum: & propterea decimę † concessę à Papa laicis ante concilium Lateranen- 64
se, possunt de nouo laicis in feudum dari, Card. *in c. 2. de feud.* cuius opinionem dicit esse communem Immol. *in d. c. 2.* & licet contrariam opinionem insectetur Calderin. *in cons. 1. in tit. de decim.* cuius opinionem veriorem, & tutiorem dixit esse Immol. & Præposit. *in c. 1. §. sciendum. de feudi cognit.* concordantur tamen opiniones quod scilicet noua infeudatio fieri possit, quando decimę ad ecclesiam rediissent non per se sed accessoriè, vt puta cum vniuersitate castri, tunc enim cum castri concessione possent de nouo concedi, sicut dicimus de iure patron. *c. ex literis. & c. cum seculum. de iure patron.* præsertim cum ecclesia decimas retinuerit vt domina castri, non vt ecclesia, vt volunt Doct. *in d. c. cum apostolica.*

Potest dictum cōcilium præscriptionem ipsam impedire, quia licet præscriptio † centenaria habeatur lo- 65
co tituli legitimè constituti, *l. hoc iure. §. ductus aquæ, vbi gl. ff. de aqua quoti. & æstiua.* & habet vim priuilegij, vt probat *in c. super quibusd. §. præterea. & ibi gl. de verb. sign.* & etiam habet vim legis, *l. 1. §. fin. & l. in summa in prin. ff. de aqua pluuia arcen.* not. Card. *in cons. 38.* Ab. *in cons. 71. vol. 2.* Fran. Curt. *in cons. 24. col. 2. & cons. 56. col. 11.* Ias. *in l. de quib. col. 13. ff. de leg.* Fel. *in rub. & in c. cum nobis. & in c. si diligenti. col. 7. de præscr.* nihilominus præscriptio † non procedit cōtra id, quod specialiter à 66
tota eccl. super spiritualib. fuit statutū, atque decretū, quia esset cū peccato maximo, vt dixi, & credere posse præscribere contra præceptum eccl. saperet hæresim.

Sed consuetudo † minuens quotā decimæ est valida, 67
ergo quota decimæ præscribi potest: vt determinat sanctus Doct. relatus à Cyno, & Bald. *in l. comperit. C. de præscr. 30. ann.* & probatur per tex. *in c. in aliquib. in vers. vel loci consuet. approbat.* vbi Ab. dicit valere cōsuetud. Theutonicor. qui pro decimis soluunt certas mensuras, siue coloni aliquid recipiant, siue non, & idē tenet ibi Io. Andr. & Ant. de Butr. pro quo facit tex. *in c. commissum. de decim. vers. cum ea integritate soluant,*

qua prius. & tex. *in c. dilecti, verſ. de quib. conſueuerunt, & c. ſint. verſ. ad conſuetudinem duximus recurrendum. eod. tit.* per quæ iura conſuluit Socin. *in conſ. 145. circa primum conſultationis articulum, col. 2. in fi. vol. 1. & in conſ. 297. viſo priuilegio. col. 5. volum. 2.* vbi loquitur de præſcriptione cuius non extat memoria hominis in contrarium, qua probata, præſumitur Papam exemiſſe non ſoluentes integram decimam; & ibi concludit, quod ex tali præſcriptione præſumitur, quod ex conſenſu & conuentione inita cum parrochianis, talis ſolutio diminuta facta fuerit, ſiue quod legitima cōpoſitio præceſſerit, ad formam *c. ſtatuimus. de tranſact.* & ita etiam conſuluit Paul. de Caſtr. *in conſ. 324. in cauſa*
68 *decimali.* vbi concludit decimam † debere ſolui iuxta ſolitum, & conſuetum, allegando Bart. *in l. litibus. C. de agric. & cenſit. li. 11.* & faciunt conſulta per Fulgoſium *in conſ. 166. in quæſt. quæ vertitur. col. 1.* dicens quod ſicut
69 decima † poteſt diminui per priuilegium, vt notatur *in c. à nobis. de decim.* ita etiam per lapſum tanti temporis cuius initij non extet memoria in contrarium, quæ præſcriptio æquiparatur priuilegio, vt dixi: nam tole-
70 rabilia † ſunt, quæ antiqua conſuetudo approbat, *l. imperatores. §. fi. de pollicit.* & contra antiquam conſuetudinem in præſtandis cenſibus nihil debet innouari, *l. cum ſatis. §. caueat. C. de agric. & cenſit. li. 11.* & quod talis conſuetudo valeat, firmat ſumma Angelica *verſ. 10. §. 2. circa finem.* & poteſt approbari. Nam & ſi decimæ
71 de iure diuino debeantur, ipſam tamen † legem diuinam poteſt poſitiua lex diſtinguere, & modificare: nō autem in totum tollere, vt notat gl. *in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. public.* & in terminis eſt tex. *in c. à nobis, de decim.* & ibi notant Doct. quod per priuilegiū quota decimæ remitti poteſt, ergo poterit conſuetudo, Alex. *in conſ. 74. videtur quod tota difficultas. col. 2. vol. 4.* ex quibus infertur veram eſſe concluſionem quod cōſuetudine decima diminui poteſt. Et quia iſtud eſt contra ius, requiruntur anni quadraginta, vt notatur *in c. ſi. de conſuet.* quanto ergo fortius introducetur per præſcriptionem cuius initij memoria non exiſtat, quæ habet effectus ſupradictos, & iſte eſt caſus pluries ſic deciſus,
72 quod ſcilicet ipſæ decimæ præſcribi † poſſint, non in totum, ſed in quantum, Francil. Marc. *in dec. 205. parte prima, & in dec. 198. n. 9. parte 2.* Guid. Pap. *in dec. 294. n. 2.* Rota *dec. 2. in fi. de iudiciis. in nouis.*
73 Quæſtio † quantitatis decimarum eſt temporalis, Anc. *in regula, ea quæ. n. 12. verſ. in contrarium. de regul. iur. li. 6.* quia iſti fructus, qui ex ſpiritualib. perueniūt, poſſunt locari, & vendi, *c. noſtra. de locato. c. ſi. ne prælati vices ſuas.* Item præſuppoſito quod decimæ ipſæ debentur, cuius reſolutio ad eccleſiaſticum duntaxat iudicem pertinet, ſi forte poſſeſſor ex priuilegio vel cōpoſitione, aut alia cauſa ſe ad decimas non teneri oppoſuerit, quia reuocatur in dubium ipſum ius ſpirituale videlicet decimarum: quantæ verò debeantur decimæ, ſiue ex priuilegio, ſiue ex præſcriptione eſt quæſtio facti, Feder. *in conſ. 23.* allegatus ab Anchar. *in d. n.*
74 *12.* ideo † iudex laicus poteſt cognoſcere, Couar. *pract. quæſt. d. cap. 35. n. 2.* Gomeſ. *in c. ſi annuum. nu. 15. & 16. de iud. li. 6.* Aufr. *de poteſtate ſeculari ſuper eccleſiaſtica, regula 3. n. 12.* Bart. *in l. Titia. ff. ſolut. matrim. & in l. 2. ff. de iuriſdict. om. iud. & in l. omni innouatione. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. quoties. C. de iudiciis.* tenet quod quando
75 incidit quæſtio † ſpiritualis incidenter coram iudice ſeculari, tunc poteſt cognoſcere per modum quæſtionis facti, non autem iuris, vt ſi negaretur coram ſeculari fuiſſe matrimonium contractum per verba de præſenti, pars vult probare, poteſt iudex laicus admittere probationes, ſecus ſi eſſet quæſtio iuris, quia fortè allegaretur impedimentum conſanguinitatis, Bald. *in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.* diſtinguit:
aut ſumus in cauſa † ſummaria, vti alimentorum, & 76
poteſt probari matrimonium coram iudice ſeculari, neque præiudicat principali quæſtioni, *l. pen. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.* aut ſumus in cauſa requirēte plenam cognitionem, & tunc, aut eſt quęſtio de potētia, ſc. an potuerit eſſe matrimoniū, & hæc eſt iuris, aut eſt quæſtio de actu, ſc. an fuerit factum matrimonium, de qua iudex ſecularis poteſt cognoſcere. Alias Chriſtiani eſſent peioris conditionis, quam Iudæi, & pagani, qui probant eorum matrimonia coram eorū poteſtate. Et hanc partem tenent Capyc. *dec. 7. nu. 2.* Ferrat. *cautela 53.* Aymo *in conſ. 253. n. 2. & conſ. 258. n. 1.* Ab. *in c. poſt miſerabilem. de vſuris. & in c. cum ſit generale. vbi etiam* Felyn. *col. 3. de foro compet.* Ripa *in c. 2. n. 17. de iud.* Afflict. *in dec. 219.* Rolan. *in conſ. 12. nu. 24. vol. 2.* Vantius *in titulo de nullitate ex defectu iuriſdictionis. n. 54. in fin. verſ. quamuis ſi eſſet quæſtio non iuris, ſed alicuius facti.* Petra ſancta *in ſingulari 96. & ſing. 58.* vbi æquiparat in hoc quæſtionem facti, & quæſtionē iuris municipalis. Et iſta eſt communis opinio, vt per Couar. *in epitom. de ſponſal. c. 8. §. 12. n. 3.* Turzan. *in com. opin. 90.* Villalob. *in com. opin. verbo Iudex ſecularis. n. 107. & ſeq.* ſecus ſi inter clericos quæſtio facti de rebus ſpiritualibus incideret, nam tunc ſolus eccleſiaſticus cognoſcet, vt latè ſcripſi *in 1. parte operis, c. 4.*

Nec eſt verum quod laicis iudicibus aſcribunt, poſſe cognoſcere, ſi epiſcopi habeant alimenta, vt ipſis non integraliter decimæ debeantur, ex regula iuris,
habenti alimenta † non dantur, de qua per Alex. *in* 77
conſ. 27. viſo themate. vol. 4. & in conſ. 48. n. 2. vol. 3. Dec. *in conſi. 476. col. 1.* quia hoc eſſet cognoſcere de iure diuino, quod non poteſt, vt demonſtratum eſt. Nec eſt vera ipſa regula, quod habenti alimenta denegantur, quia ſi hodie habenti denegantur per ſententiam, cras eidem carenti, ſi petierit, obſtabit exceptio rei iudicatæ. De cuius regulæ interpretatione vide Aymon. *in conſ. 199.* & Roman. *in conſ. 344.* vbi conſuluit, quod clericus etiam debeat habere alimenta, ſi ipſa ex ſuis operis habere poteſt, atque parrochiani ipſis clericis adhuc tenentur ad oblationes, quem ſequitur Aymo *in d. conſi. 100. nu. 5.*

CAP. XLIV.

Epiſcopum debere præcipere ſtatuentibus, & Vniuerſitati, vt declarent eorum ſtatuta non comprehendere clericos, & contra libertatem eccleſiæ facta caſſari.

SVMMARIA.

1 *Statuentes contra libertatem eccleſiaſticam, ſcriptores ſtatutorum, conſulentes & rectores ſunt excommunicati.*
2 *Epiſcopus poteſt tollere ſtatuta contra libertatem eccleſiæ, & declarare.*
3 *Epiſcopus tenetur ex debito officij præcipere ſtatuentibus contra libertatem eccleſiæ, vt illa ſtatuta caſſent.*
4 *Epiſcopus non ſatisfacit debito officij ſi declaret tantum ſtatuta eſſe contra libertatem eccleſiæ.*
5 *Epiſcopus debet prouidere animabus eorum, qui in excommunicationem inciderunt.*
6 *Epiſcopus ſub quibus pœnis debet præcipere ſtatuentibus, vt dicta ſtatuta caſſent.*
7 *Vniuerſitas an poſſit excommunicari, & quomodo.*
8 *Vniuerſitas quot modis delinquere poteſt.*

9 *Vni-*

1 QVia statuentes † contra libertatem ecclesiæ sunt excommunicati: Item scriptores statutorum, consiliarij, potestates, consules, atque rectores locorum, vbi statuta edita sunt; item iudicantes secundum illa, atque redigentes iudicata in publicam formam, *c. nouerint. de sent. excom.* vbi hoc notant Innoc. Io. And. Abb. & cæteri, & *c. grauem eod. tit.* Card. *in clem. 1. q. 7. de vit. & honest. cler.* & quæ statuta sint nulla & contra libertatem ecclesiæ, scribo infra *in parte quarta per centum prima capita*, ideo ad conseruandam ecclesiasticæ immunitatis auctoritatem iuris remedia prodita
2 sunt. Imprimis igitur, Episcopus † potest dicta statuta tollere, & declarare esse contra ecclesiæ libertatem, atque mandare sub excommunicationis pœna ipso facto incurrendæ illa non esse obseruanda, etiam non citatis statuentibus, ex his quæ scribit Felyn. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 108. de constitut.* cum aliis allegatis per Ioan. de Arnono *in singular. 73. incip. clericis.* item
3 quia Episcopus † tenetur ex debito officij præcipere statuentibus contra libertatem ecclesiæ, vt de libro statutorum illa cassent, Archidiac. *in cap. quæ Lotharius secunda quæst. prima.* Franch. *in c. final. col. final. vers. dicens quod statutum. de immunit. eccl. lib. 6.* Fel. *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 109.* nec sufficit si permittat illa reuocari tantum, quia tenetur ex debito officij illa cassari facere, vt post Bart. *in authen. cassa in fine. C. de sacros. eccles.* probat Fely. *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 109. de constit.* & ad id sunt iureiurando astricti, *cap. ego. §. de iureiurand.* ideo non satisfacit debito episco-
4 palis officij, si tantum declarauerit † esse contra libertatem ecclesię, quia hoc non est exequi canones mandantes dicta statuta cassari debere, & sicut non adimpletur dispositio Imperatoris, si iidem statuentes in fine voluminis statutorum alterum conderent, declarantes statuta contra libertatem ecclesiæ inibi posita nullius esse effectus, vt dicit Bartol. *in d. authen. cassa. in fin.* ita Episcopus suum non implet officium, si ipse declaret duntaxat, non esse obseruanda dicta statuta, quæ contra ecclesiæ sunt libertatem, vt scribit Lapus *allegatione 92. incip. an constitutio. in fine.* item quia de iure ciuili punitur factum in statuentibus contra libertatem ecclesiæ, *d. authent. cassa.* sed per dictum statutum vltimum, quod attenderetur, non posset fieri, vt illud primum statutum non fuisset scriptum; ergo cum non sit imposita pœna condigna, opus est vt deleatur: item quia de iure canonico Episcopus non solum debet videre, ne libertas ecclesiæ impediatur, sed
5 etiam vt prouideatur † animabus eorum, qui excommunicationem inciderunt, cui prouideri non posset concedendo absolutionem, nisi verè, & realiter dicta statuta cassata fuerint.

Quare debet præcipere statuentibus † quibus ab vniuerso populo commissum est, vt dicta statuta cassent, & nisi obedierint, censuris affectos esse declarandi sunt, atque eorum loca interdicto supponenda, donec obedierint, & pœnitentiam condignam egerint. 6

Non obstat quod vniuersitas † censuris affici non possit, *cap. Romana. de sentent. excommunicat. lib. 6.* quia in hoc casu Papa posset vniuersitatem excommunicare, qui non est illi canoni suppositus, vt notat summa Syluestrina *in ver. excommunicatio, in primo, numer. 10.* item Episcopus posset excommunicare vniuersitatem, dummodo alios non includat, quàm culpam habentes. 7

Vniuersitas † autem multipliciter delinquere, & esse in culpa potest. Vel committendo, & hoc quando pulsata campana, & conuocato consilio in loco solito, & eleuato vexillo, præuia deliberatione aliquid commiserit, Bartol. *in l. aut facta. §. final. numer. 9. ff. de pœnis.* Boer. *in tractat. de seditiosis quæst. final.* Cyn. *in l. siquis in tantam. Cod. vnde vi.* Ioann. Andr. *in cap. fælicis. de pœn. lib. 6.* Cornel. *in consi. 224. volum. 4.* Oldrad. *in consi. 315. circa istud. numer. 3.* Parisiens. *in consi. 21. numer. 30. volum. 4.* Curt. iun. *in consi. 174. nu. 33.* Roland. *in consi. 66. numer. 5. volum. 2.* vnde & si omnes homines vniuersitatis † aliquid committerent, delictum non est vniuersitatis, sed deliquisse dicuntur particulares, & singulares homines, *l. semper. §. in sepulchro. ff. quod vi, aut clam.* vbi Bartol. & Angel. Paul. de Castr. *in l. siquis id quod numer. 14. ff. de iurisdict. omn. iudic.* gloss. *in l. sicut. §. & ibi Paul. de Castr. ff. quod cuiusque vniuers. nom.* gloss. Bartol. & cæteri *in l. aliud. §. refertur. ff. de regul. iur.* Innocent. *in cap. grauem. de sentent. excommunicat.* item delinquit ratificando † quod eius nomine gestum est; nam ratificatio etiam in delictis mandato comparatur, *l. 1. §. sed & si ff. quod vi, aut clam. cap. 1. de homicid. in libr. 6.* gloss. *in capit. ratihabitionem. de regul. iuris. libr. 6.* Ancaran. *in consil. 58.* Iason *in consil. 130. volum. 4.* propter quam ratihabitionem tacitam, vel expressam, aliquo interuallo factam, post dicta statuta condita, vniuersitatem † in excommunicationem incidere, probat Francisc. de Plat. *in tract. de excommunicatione, §. 30. in princip.* per *cap. grauem. de sentent. excommunicat.* item quia vniuersitas negligendo, & non desistendo † à delictis, successiuis temporibus permanentibus, dicitur delinquere, vt per Ancaran. *in dict. consil. 158.* quem sequitur Natta *in consil. 449.* & Rota Bononiens. *in decis. 70.* quo casu non requiritur solemnis congregatio, de qua *in dict. l. sicut.* sed sufficit sola scientia † popularis, quæ præsumitur ex qualitate facti, quando est tale, quod solet in notitiam deuenire, *capit. quanto. de translation. prælatorum. capit. illud. de cleric. excommunicat. minist.* imo etiam scientia certitudinalis sufficit, *l. manifestissimi. §. sin autem nescius. Codic. de furt.* Bald. *in cap. 1. §. vasallus. in princip. si de feud. fuer. controuers.* Felyn. *in capit. cum contingat. numer. 5. vers. dixit etiam Bald. de rescript.* præsertim quia publicè notum est in ciuitate, ideo omnes præsumantur scire, Bartol. *in l. si tutor. Codic. de pericul. tut.* & ibi addentes probant. 8 9 10 11 12 13

Potest etiam Vniuersitas † interdicto affici, vel à iure, *capit. 1. de vsur. libr. 6. capit. & si pignorationes, de iniuriis. libr. 6. capit. vbi periculum. §. ciuitas. de election. libr. 6. capit. felicis, de pœnis. libr. 6. clement. si quis suadente* 14

dente.de pœnis.vel ab homine,c.sanè.in 2.& c.ex literis. de offic.delegat.c.quærenti.de verb.significat. c. inter viuos.de consuetudine c.transmissam.de elect.c.cum & plãtare.§.excommunicatos.de priuileg. c.cum ab ecclesiarum de offi.ordinar. at si ab homine propter contumaciam
15 interdicto supponendo est,necessaria † est monitio,vt forma,quæ traditur in c.1.de sen.excom.lib.6. & sic intelligitur c.reprehensibilis.de appellat.&c.sicut.& c.si autem.de cohabitat. cler. & mulier. si propter delictum fertur,non est necessaria monitio,c.in loco 8.q.4.& sic intelliguntur notata per Innoc.& alios in c.adhæc quoniam.de appellat.in c.1.de excess.prælat.

16 Poterit etiam aliis pœnis † damnari, de quibus per Carrer.in sua pract.criminal.in tit.de homicid. & assass. §.circa tertium dic.num.9.& seq. & vltra pœnas aratri, ignis,vel desolationis,de quibus ibi per Carret.potest priuari Episcopali dignitate in certis casibus,vel quãdo turbatur electio Papæ, d.c.vbi periculum.§.ciuitas. de elect.lib.6. vel quando occiditur Cardinalis siue episcopus illius ciuitatis, d.c.fœlicis. de pœnis. libr.6.vel quando impeditur inquisitor hæreticæ prauitatis,c.ad abolendam.§.si ciuitas.de hæret. lib.6. de quibus & aliis pœnis,etiam per Farinac. in titulo.de delictis & pœnis, q.28.n.122 & seq.

17 Sed cur possit interdicto † affici,& censuris minimè condemnari,causam puto,quia absurdum,& iniquum est, admittere pœnam qua infantes minores, & mulieres,qui culpa carent, damnentur in æternum: Per
18 interdictum † non sic puniuntur, quia baptisma paruulorum potest interdicti tempore celebrari,c.non est de sponsal.lib.etiam adultorum, cap. quoniam.de sent.excomm.lib.6. etiam confirmatio, vt ibi, & Chrismatis confectio; Item & pœnitentiæ morientium imponi possunt, c.final.de pœnitent.distinct.vltim. item extrema vnctio potest interdicti tempore celebrari, Anton.de Butr.in d.cap.non est. & ibi Præposit.nu.7. item potest contrahi matrimonium,cap.final.de sentent.excomm.lib.6. item collatio ordinum, etiam sacrorum, vt per Præposit.ibid.item interdictis non prohibetur communicare aliis nec alij secum,Præposit.in c.adhæc num.3.de appellat. vbi ponit omnes conuenientias, & differentias inter excommunicationem, & interdictum.

Si statuta sunt dubia an sint contra libertatem ec-
19 clesiæ,Doctores firmarunt,Episcopum † debere præcipere laicis statuentibus, vt declarent illa ecclesiasticis non afferre præiudicium,Ioan.Andr. in c. final.col. 2.vers.nec esset absurdum.de immunit.eccle.lib. 6. & ibi Geminian. in col. final. versi. imo non esset absurdum. Franch.col.final.versi.potest episcopus. Francisc.de Plat. in tractat.de excommunication.§.30. Immol. in cap.1.de consuetudin. Ancaran.in rubr.de regul.iur. lib.6. sub nu. 9.& in c.ea quæ,in 26.quæst.eod.tit. Felyn.in d.c. ecclesia.S.M.num.107.de constitut. Hippolyt.Rimin.in repetitione cap.quæ in ecclesiarum.num. 280. de constitut. & ratio est secundum Bald.in authent.statuimus. num. 5.C.de episc.& cleric. quia similia statuta præstant causam delinquendi,& ideo pertinet ad officium episcopi,vt corrigantur. Nisi paruerint,supradicta practica obseruanda est.

CAP. XLV.

Ecclesiasticus an inhibeat seculari ad impediendam executionem instrumenti guarentigiati.

SVMMARIA.

1 Iudex ecclesiasticus an inhibeat seculari ad impediendam executionem instrumenti guarentigiati.
2 Inhibitio,ex causa falsitatis clerici, de qua coram episcopo,non potest fieri iudici laico super causa principali.
3 Exceptio vsurarum potest opponi ad impediendum executionem laudi.
4 Iurisdictio iudicis laici non impeditur si pendet lis de vsura in contractu.
5 Instrumentum guarentigiæ quid dicatur continere.
6 Promissio iurata prius est exequenda, quam de vsuris cognoscatur.
7 Officium iudicis quando implorari non possit.
8 Debitor qui prius tenetur soluere, & postea repetere quæ remedia habeat.
9 Obediendum non est superiori,qui officium suum egreditur.
10 Fideiussor tenetur soluere vsuras.
11 Fideiussor,& iuramentum æquiparantur.
12 Fideiussor soluens vsuras potest illas repetere, etiam si nihil opposuerit aduersus creditorem.
13 Vsuræ quando debentur etiam in foro poli.
14 Inhibitio contra ius,& æquitatem non valet.
15 Iudex Ecclesiasticus quando inhibet iudici laico,& impedit executionem instrumenti.
16 Exceptio litis pendentiæ impedit alibi conueniri posse.
17 Inhibitio quando sit de æquitate ad impediendum executionem instrumenti.
18 Instrumentum vsurarium exequi non debet.
19 Litis pendentia super nullitate impedit executionem sententiæ.
20 Inhibitio à quo iudice fieri debeat.
21 Ius præcipiendi dependet à iurisdictione, & superioritate.
22 Iudex ecclesiasticus procedens super vsuris, non potest impediri per laicum procedentem super executione instrumenti.
23 Iudex ecclesiasticus quando potest inhibere ex officio laico super executione instrumenti procedenti.
24 Inhibitio quando fiat creditori, etiam per viam denuntiationis.

SI petatur executio instrumenti habentis executionem paratam vigore statuti coram iudice seculari, & debitor per viam actionis proponit coram iudice ecclesiastico, quod contractus fuit celebratus in fraudem vsurarum:sæpissimè contingit dubitari an ecclesiasticus † possit inhibere in forma seculari iudici, & 1
impedire prædictam executionem & quod nõ possit inhibere,tenet Bald.in l.1.in fine. C. quomodo & quando iud.vbi si clericus † contra laicum produxit falsos 2
testes, & deinde accusatur de falso coram episcopo, quod Episcopus propter pendentiam litis de falso, non potest inhibere iudici seculari, ne fungatur officio suo,licet accusatio falsi sit præiudicialis, & maior, & hoc accidit propter diuersitatem magistratuum; quorum quilibet habet iurisdictionem principalem diuersi fori, & sequitur Benedict. de Barziis in tractatu de guarentigiis,in 2.parte qu.22.Alex.in cons.91.visis actis.num.2.vol.2.vbi quod licet exceptio vsurarum sapiat spiritualitatem,† tamen nõ potest opponi ad im- 3
pediẽdum executionem laudi,& in hoc sequitur Ancar.in consi.98.istam quæstionem.& ibi Alex.in d.consil.

91.nu.

91.*num.7.vers.ex quibus*.concludit quod facta fide coram iudice ecclesiastico de dicto cōpromisso, & laudo emologato, nullatenus erat inhibendum iudici seculari, ne procederet ad executionem dicti arbitramenti. Barbatia *in consi.45.mandato, & iussu.num.10. vers.* & ideo dixit Angel. *vol. 2.* quod non suspendatur
4 iurisdictio † iudicis laici, quia pendet quæstio de vsurario contractu coram ecclesiastico, Cæpoll. *in consi.18.in ciuilibus*, Socin. *in consi.99.serenißimus, num. 21.& in consi.237.difficultatem.per totum.* & quod talis inhibitio fieri non debebat, & facta non tenuit, Berous *qu.77.* & scripsi supra *in cap. 3.* præsertim *à num. 14.ad finem.*

5 Instrumentum † guarentigię semper continet iuramentum de soluendo, & pactum de nihil opponendo nec se defendendo, sed ratione iuraměti, præcisè tenetur eo tractum adimplere & soluere; quia iuramentum est præcisè obseruandum, *c.debitores. & c.ad nostram in fine.de iureiu.* & antè adimpletum contractum iudex ecclesiasticus non potuit iudici seculari exequěti inhibere, quia ius canonicum resistit, quod mandat
6 prius seruādam † esse promissionem iuratam, quàm de prauitate vsuraria cognoscendum, *d.c.debitores.* & ibi Doct. & Abb. *in cap.1.col.2.eo.tit.* item per pactum de non opponendo, debitor non potest aliquid opponere, nisi prius soluat, quia per tale pactum sunt denegatæ
7 defensiones, quo casu nec iudicis † officium implorari potest, licet secus esset, si denegarētur tantum exceptiones, vt tunc iudicis officium denegatum nō videatur, vt est commun.opinio Bart. Bal. Cast. & Ang. per illum tex. *in l.planè.ff.de petit.hæredit. & l.fi.ff.eo. tit.* Alex. *in consi.75.col.pen.vol.3.& consi.113.vol.5.* Abb. *in c.cum quis.de restit.spoliat.* & tunc ecclesiasticus non potest inhibere, quia eius officium implorari non potest, propter pactum iuratum, & ratione iuramenti debet prius soluere. Et hoc casu debitor duo solum
8 remedia habebit: Primum, † vt soluat, & postea repetat, Bar. *in l.1.§. & parui.ff.quod vi, aut clam*, per *d.c.debitores.* licet Felyn. *in c.ex parte.in 2.nu.18.de offic. delegat.* multa allegat in contrarium: Secundum quod cōqueratur apud iudicem ecclesiasticum per viam denuntiationis euangelicæ, secundum omnes Doct. *in c. nouit.de iud.* Cæpol. *cautela 285.statuta quandoque.* Felyn. *in d.c.ex parte in fin.* ergo antè solutionem inhibitioni ecclesiastici resistit ius canonicum, & superiori †
9 non est obediendum, quando officium, & potestatem eius egreditur, gl. *in l.non videtur.§.qui iussu. ff. de reg. iur.* & notat Innoc. *in cap.ad aures.de tempor.ordinat.* & sequitur Ab. *in c.siquando.in fine.de rescrip.* Bald. *in l.filiusfamilias.§.diui.de legat.1.* nisi per inobedientiam, & vsum iurisdictionis secularis turbaretur iurisdictio ecclesiastici, Soc. *in d.consi.237.*

10 Item solet accedere fideiussor, † qui ratione iuramenti, & periurij metu, nec scienter poterat excipere contra creditorem vsuras petentem, *d.c.debitores.* vbi notant omnes. Afflict. *decis.49.n.3.* allegat Bar. *in l.atqui natura.§.cum me absente.n.6.ff.de neg.gest.* nā bene facit fideiussor, si suo parcēs pudori, soluit vsuras promissas, quæ sunt verba tex. *in l. Quintus Mutius. ff.mādati.* & sicut ad vsuras soluendas obligat iuramentum,
11 ita & fideiussoris adiectio, cum ista † duo æquiparentur, *c.grauis. de censib.* imo fortior est obligatio per fideiussorē, vt probatur *in aut. vt nulli iudicū. §. si vero crimen.* per not. *in c.per vestras.de donat. inter virum & vxor.& in c.fi.de pign.* hinc est quod si soluerit vsuras
12 † etiam sponte, nulla opposita exceptione vsurarum, potest à debitore repetere, *l.si mādato meo.§.si fideiussor.vbi gl.ff. mandati.l.atqui natura.§.non tantum.ff.de neg.gest.* Innoc. *in c.1.de vsur.* Bald. *in l.2.C.eo.tit.* Card. *in c.peruenit.de fideiussor.* & hoc † verum etiam in foro 13
poli, Io. Andr. *in regul. damnum.* in mercurialibus: quia fideiussor videtur habere mandatum à reo de soluendo, *l.indebitum.ff.de condict.indebit.* & dum reus debitor mandauit sibi, vel passus est, vt fideiubeat, videntur etiam alia mandata, quę sequuntur, *l.quod procuratorem.ff.de procurator.* gl. *in d.l.indebitum.* & si ecclesiasticus posset inhibere iudici laico cum conuenitur principalis debitor à creditore, posset etiā prohibere cum conueniretur à fideiussore, qui vsuras soluit, & vsuras repetit, & in foro poli etiam repetere potest, vt dixi, & talis inhibitio † esset contra ius, & æquitatem, 14
vt fideiussor qui vsuras soluere cogitur, non possit illas repetere à principali. Alberic. *in l.1.col.fi.vers.hanc quæstionem habui de facto.C.de summa trinit.* Bart. *in l. 1.ff.quod quisque iur.* Io. Monach. *in c.licet Episcopus.& ibi Prob.in addit.de præbend.lib.6.*

Sed quia crimen vsurarum est mixti fori, vt scripsi supra *capit.8.* ideo distinguendum est: aut ecclesiasticus est præuentus super declaratione instrumenti vsurarij, aut non. Primo casu potest inhibere iudici laico, † ne procedat, & impedire executionem, & de hoc 15
est casus *in c.tuam.de origine cognit.* vbi quæstio natalium præiudicialis prius fuit intentata, quam successionis, vt probatur ibi *in vers.succeßionis causam, &c.* & exceptio litis † pendentiæ coram vno iudice impedit 16
litem agitari coram altero, plenè Socin. *in consi.33. volum.1.* maximè quia sententia coram vno pareret exceptionem rei iudicatæ coram altero, Bald. *in cap.1.in fine de controu.vers.feud. apud pares terminand.* & esse commun.opin. quod hoc casu per inhibitionem impediatur executio instrumenti testatur Marin. Frecc. *in tractat.de præsentatione instrument. parte 9.quæst.13.* quā tenuit primo loco Federic. de Sen. *in consi.300.factum quod proponitur.* Lapus *allegat.63.* Abb. *in dict.c. tuam.colum.4.& 5. & ibi cæteri Canonistæ. & in cap.lator qui fil.sint legit.* Doct. *in l.Titia.ff.solut.matrimon.* Angel. *in l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.* & dicit Laurent. de Rodulphis *in tractat. de vsur. quæst. 129. vers. contrarium.* quod de † æquitate est in vsu, vt si verisi- 17
militer appareat iudici, contractum esse vsurarium, & verisimiliter timet de nouitate facienda debitori, non sine dispendio animæ creditoris, cui ex officio præcauere debet, inhibeat iudici laico ne procedat, quæ inhibitio cum non dicatur fieri ad partis instantiam, nō requirit causæ cognitionem, ex his quæ scripsimus supra *capit.2.* ne aliter, dum tractaretur corā ecclesiastico, an inhibitio concedenda esset, ipse iudex laicus exequutus fuisset suam sententiam. Et Hostiens. *in dict.capit.ad nostrum.de empt.& vendit.* dicit quod hæc opinio æquior sibi videtur, & sæpè practicatur contra alteram contrariam, & sequitur Grammatic. *in consil.ciuil.88.numer.3.* & inhibitio est obseruanda, quia cum iudex secularis impediatur de exceptione vsurarum cognoscere, propter vim statuti impedientis opponi aliquam exceptionem, ante factam solutionem, ideo ecclesiasticus præuentus, qui de hac causa cognouit, rectè inhibebit; & ita puto intelligenda esse allegata per Socin. *in consil. 77. licet pendeat.volu. 3.* & per Capyc. *in decis. 165.* quod quando † constat 18
per informationem captam instrumentum esse vsurarium, exequi non debet, Frecc. *in dict.parte 9.quæst. 7.* præsertim *numer. 7.* vbi latè. & si iudex laicus post inhibitionem ad vlteriora procederet, diceretur nulliter procedere, & reuocari deberet tanquam executum post inhibitionem, & posset per Ecclesiasticum procedi ad vlteriora, de quibus scripsi

ſcripſi ſupra *capit.2.* & comprobatur iſta opinio, quia ob præuentionem, & inhibitionem ſubſecutam pen-
19 dentia ✝ litis ſuper nullitate impedit executionem ſententiæ, per text. & ibi not. per Doct. *in cap. non ſolum. de appellat. lib. 6.* & ita firmat Caſtrenſ. *in auth. quæ ſupplicatio. nu.3. verſ. & ita vidi ſeruari Florentiæ. C. de precib. imperat. offerend.* & ſequitur Rip. *in l.4. §. condemnatum. num. 28. verſ. tu conſidera ff. de re iudic.* Vant. *in tractat. de nullit. in tit. quot, & quibus modis nu. 30. verſ. quamuis fortè.*

Secundo caſu quando Eccleſiaſticus non fuit præuentus, tunc non poteſt inhibere ipſi iudici laico, quia potuit etiam ſuper inſtrumento vſurario cognoſcere,
20 quia inhibitio ✝ debet fieri à iudice maiore, gloſſ. *in c. licet. de excep. lib.6.* Rip. *in d. §. condemnatum. num. 28. & ſeq.* & ſi iudex laicus declarauerit ſe competentem in cognoſcendo, iudex eccleſiaſticus non eſt ille ſupe-
21 rior, vt ſcripſi ſupra *cap.3.* ius præcipiendi ✝ dependet à iuriſdictione, & ſuperioritate, *d. c. tuam de ordine cognit.* Soc. *in conſ. 119. vol.3.* Bero *in conſ. 117. nu.2. vol.3.* vbi quod delegatus Papæ non poſſit facere præceptum iudici laico, quia Papa in temporalibus illius loci nullam habet iuriſdictionem in actu, & ideo iudicem laicum, dicit poſſe non obſtante inhibitione, ad vlteriora procedere.

22 Sed iudex eccleſiaſticus ✝ non poſſet impediri per laicum preuenientem ſuper executione inſtrumenti, quia ſententia laici non poſſet in hoc afferre præiudicium eccleſiaſtico, ſicutècontra, vt dixi, ideo ſimul & ſemel procedetur coram eodem iudice, quo caſu ſi reus diligentior erit coram eccleſiaſtico, & compilato ſummario proceſſu citata parte, clarè cognoſcitur
23 contractum eſſe vſurarium, poteſt iudex ✝ Eccleſiaſticus inhibere ex officio, ne permittat creditorem peccare in ſcandalum aliorum, iudicemque, & executores retrahere à prædicta executione non adhuc facta, & iudex parere debet, ad euitandum eas pœnas, de
24 quibus ſcripſi *in dict. cap.2.* vnde inhibitio ✝ fiet creditori vigore proceſſus compilati, in cuius executionem intentatur iudicium denunciationis, vel ad impediendum executionem, vel ad reſtitutionem ſolutorum, ſecundum Bart. *in d. l.1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. argum. dict. c. debitores de iureiur.* quem ſequuntur ibi Abb. Butr. & Immol. Nec obſtat repetenti exceptio ſententiæ, & prioris debiti, quod iterato per inſtrumentum probatur, contra quod nihil poteſt opponi, & ſic obſtaret repetenti altera exceptio, videlicet dolo facis petere quod reſtituturus es, & hanc opinionem tenet Bald. *in l.1. C. de condit. inſert.* & Sal. *in l. ita nobis. C. ad l. Iul. de adulter.* quia quando hæc vltima opinio eſſet vera, tunc procederet iudicium denunciationis, ne creditor in ſcandalum aliorum locupletaretur cum aliena iactura, vt per Canoniſtas *in d. c. nouit.* & illa opinio Ciuiliſtarum ſolet diſtinctione concordari: aut ſtatutum conſiderat executionem inſtrumenti, aut inſtrumentum, vt primo caſu procedat opinio Bartoli, vt ſi ſtatutum dicat, quod ſententia mittatur executioni omni exceptione reiecta, tunc fiet executio, quia non poteſt audiri, ſed facta executione poterit agere, & ſi conſtabit de exceptionibus poterit obtinere inhibitionem, de hoc eſt caſus *in clem.1. de re iud. & ibi gl. in ver. donec.* Bald. & Spec. *in tit. de appellat. verſi. quod ſi iudex.* ſecundo vero caſu procedat opinio Saly. vt ſicut non poterat opponere ante, ita nec poſt executionem inſtrumenti.

***

CAP. XLVI.

Eccleſiaſticus, coram quo pendet lis ſuper abſolutione iuramenti, an poſsit inhibere iudici laico, procedenti ſuper cauſa principali.

SVMMARIA.

1 *Abſolutio à iuramento eſt cauſa ſpiritualis.*
2 *Iudex cauſæ præparatoriæ an ſit iudex cauſæ præparatæ, & nu.7.*
3 *Citatio partis an facienda ſuper abſolutione à iuramento, & n.15.*
4 *In abſolutione iuramenti concedenda debent fieri probationes.*
5 *Iudex præparatorij non eſt iudex præparati in præiudicium iuriſdictionis.*
6 *Vaſallus non poteſt prorogare iuriſdictionem in præiudicium domini.*
8 *Iudex præparatorij quando inhibeat iudici cauſæ præparatæ.*
9 *Iudex Eccleſiaſticus ex officio poteſt inquirere contra vſurarios.*
10 *Epiſcopus non poteſt abſoluere periurum.*
11 *Abſolutio quando dicatur calumnioſè petita, vt non valeat.*
12 *Abſolutio iuramenti poteſt dari etiam per nuntium petita.*
13 *Argumentum de contractu ad diſtractum, non valet in materia iuriſdictionis.*
14 *Abſolutio iuramenti à quo epiſcopo dari debeat.*
16 *Abſolutio iuramenti ad effectum agendi, & ad effectum reſcindendi contractum quæ ſint.*
17 *Abſolutio iuramenti quando requiret cauſæ cognitionem.*
18 *Abſolutio iuramenti quando perficiatur.*
19 *Iudex eccleſiaſticus procedens ſuper abſolutione iuramenti non inhibet laico ſuper executione inſtrumenti procedenti.*
20 *Creditor poteſt remittere iuramentum ſuo debitori.*
21 *Iuriſdictio non prorogatur per abſolutionem facti.*
22 *Creditor quando dicatur remittere iuramentum debitoris in præiudicium iuriſdictionis eccleſiaſticæ.*

QVia abſolutio ✝ à iuramẽto eſt cauſa ſpiritualis, 1
& ideo pertinet ad eccleſiaſticum, *c. venerabilẽ. in fine de elect. c. nouit. de iud. c. cum contingat. de iureiur. c. ſi. de foro compet. lib.7.* Canoniſtæ *in c. tuam. de ordine cognit.* gl. *in c. ex tenore. in ver. eccleſiaſticum. de foro compet.* quæ enumerat cauſas ſpirituales. Felyn. *in c. cum ſit generale. & ibi cõmuniter omnes. de foro comp.* Abb. *in c. 1. nu.3. de iureiur.* Fel. *in c. præterea. nu.28. de ſponſal. vbi com. omnes Doct.* Franc. *in c. quamuis. nu.3. de pact. lib.6.*
ideo ſi coram eo pẽderet lis ſuper ✝ abſolutione præ- 2
dicta, dicunt coram eodem tractandum eſſe iudicium cauſæ principalis, per illam regulam, quod iudex cauſæ præparatoriæ ſit iudex cauſæ præparatæ, quam eſſe cõmuniter receptã dicit Dec. *in rubr. de iud. col.1. verſ. ſimiliter ad ſuperius dicta.* per tex. *in l. ordinarij. & ibi gl. in ver. exhibiti. C. de rei vend.* per quẽ tex. Bald. primus dixit hanc opinionem; quem ſequuntur Alex. *in conſi. 58. vol.1. & conſ. 63. n.1. vol.3. & in l. quoties, & ibi Iaſ. C. de iud.* Caſtrenſ. *in l.2. C. vbi, & apud quem.* Curt. iun. *in rubr. C. de ædend. n.14. & in conſi. 152. nu.9.* cum aliis per Couar. *in li.1. var. reſolut. cap.4. nu.8.* item quia in prædicta ✝ abſolutione concedenda, citanda eſt pars ad- 3
uerſa.

uersa. Ancar. *in consil.198.& 382.* Feder. de Sen. *in cons.*
300. Calderin. *in cons.1.tit.de feriis.* Alexã *in cons.222.*
col.3.vers.preterea.vol.2. Soc. *in cons.59.col.3.& vol.3.*
& hanc esse magis comm.opin.testatur Vrsill.ad Af-
flict. *in dec.220. num.14.* ita etiam probant Viuius *in*
tractat.comm. opin. parte 2.cap.1. & Tiraquell. *in tract.*
Res inter alios acta.limit. 30. Emanuel Zoares *in suo*
Thesauro comm.in ver.citatio num.54. Turzan. *in com-*
mun.opinion.47. & ita est casus decisus Guido. Pap.
dec.140. Cappella Tolos. *dec.62.* & quia pro iustifican-
4 da causa † absolutionis concedendæ, requiritur fieri
probationes, ex his quæ congerit Crauetta *in cons.7.*
ideo coram ecclesiastico introducitur iudicium, & e-
ius iurisdictio præuenitur super principali, quo casu
si creditor coram iudice laico introduceret iudicium,
posset vtriq; inhiberi, etiam sub pœnis, & censuris,
quia vnusquisque iudex suam potest tueri iurisdi-
ctionem, etiam pœnali iudicio, vt dixi supra *cap.3.*
5 Nec videtur posse applicari limitatio, vt iudex † prę-
paratorij non sit iudex præparati, quoties fieret præ-
iudicium iurisdictioni alterius, quam dant Afflict.
decis.155.nu.6. & Caccher. *dec.78.nu.11.* cum aliis per
eos allegatis. Quia illa procedit in subditis baronis,
6 † qui non potest prorogare iurisdictionem in præiu-
dicium sui domini, & consensus in illam habetur
pro non præstito, Ias. *in l.1.§.& post operis.ff.de oper.li-*
bert. Capyc. *dec.9.* Boer. *dec.14.* & ita intelligitur *c.ex*
tenore.de foro compet. allegatũ per Caccher. *in d.nu.11.*
vnde quia iurisdictio dicti domini est præuenta per
legem, ideo potest prohibere subdito, ne coram alio
litiget, vt dixi supra *ca.38.* sed nos loquimur de subdi-
to imperij, qui potest vbilibet litigare, & idem est de
subditis illorum principum, qui repræsentant iura
imperii, & habent subfeuda.

Veritas huius quæstionis est: aut loquimur de dua-
7 bus causis, pręparatoria, & pręparata † simul spiritua-
libus, puta si absolutio iuramenti peteretur super cõ-
tractu vsurario, & tunc si notoriè constat vsuram esse
cõmissam, vel ex inspectione instrumenti, vel aliter,
in promptu pro absolutione obtinenda; iudex eccle-
8 siasticus † ex officio inhibet iudici laico ne procedat
super causa principali, quia dubitat aliquid innouari
in pręiudicium animæ creditoris, & in scandalum
populi, cui ex officio ecclesia prouidere debet, *c.ipsa*
pietas. vers.item si per potestatem 23.q.4.& c.ex literis.
de sponsal.& ibi gl.in ver.compellas. & ad hoc est text.
in c.ad nostram.in 2.de iureiur. vbi not. Inn. quod iudex
9 † ecclesiasticus ex officio potest inquirere contra vsu-
rarios, ad vsurarũ restitutionem; quia vertitur pręiu-
dicium animę: item *c.exceptionem. de except.& c.pia.*
eod.tit.li.6. vbi iudex ex officio repellit excommuni-
catum agentem, etiam si non petatur, fauore animę,
vt rubore confusus, redeat ad gremiũ ecclesię, & hanc
opinionem, omissis multis aliis similibus, quę addu-
ci possent, probaui in pręcedenti capite, & sequitur
Gramm. *in cons.88.n.1.in ciuil.* circa absolutionem cõ-
tractus vsurarij, vel simili, Steph. Aufr. *in tract.de po-*
testat.secul.in ecclesiast.lim.21. & Afflict. *in dec.30.n.4.*
qui dicit per sacrum consiliũ fuisse conclusum, quod opi-
nio Angeli *in l.4.§.condemnatum*, habet locũ in casu
illius decis. & quod opinio Feder. de Sen. sit vera in
casu suo: sed Feder. quẽ prius allegauerat *in cons.300.*
loquitur de absolutione à iuramento super cõtractu
vsurario, in qua causa dicit iudicẽ laicũ supersedere
debere, & ideo nos conclusimus posse illi inhiberi.

Fallit ista conclusio, quando non constat notoriè
de contractu vsurario, vt dixi supra cap. pręcedenti. I-
tem fallit quando debitor incurrisset periurium, quia
tunc Episcopus † nõ potest absoluere, Berous *in cons.* 10
50.nu.74.vol.1. Rim.iun. *in cons.203.n.77.* qui multos
allegat, nisi solus Papa, vt per eosdem, & Gramm. *dec.*
66. itẽ fallit quando dicta absolutio † calumniose pe- 11
teretur, puta si immediatè ante diem solutionis, quo
casu nõ valet, & perinde est, ac si post terminũ solu-
tionis, & post incursum periuriũ petiisset, vt conclu-
dunt Ioan. Andr. Butr. & Abb. *in c.debitores.de iureiur.*
quos ad hoc allegat Afflict. *in dec.31.* vbi est casus de
hoc, & quia absolutio † datur debitori, etiam si per nũ- 12
tiũ peteretur, *l.Labeo, vbi gl.ff.de iureiur.* Fel. *in c.ad-*
ministrationis.nu.30.de iureiur. debitor, cuius nomine
est impetrata absolutio, infra illum terminum debet
ratificasse absolutionem, infra quẽ debuisset petere,
alias nec ratificatio prodesset, prout ad hoc multos al-
legat Gagliard. *in tract.de absolut.à iuramẽto §.2.n.10.*

Aut loquimur de causis, quarum præparatoria est
spiritualis, sed præparata est tẽporalis, quia de re pro-
fana, puta de obligatione cõtractus, & similib. & ec-
clesiasticus nullo modo est iudex, neq; potest inhibe-
re: Quia nõ valet argumentũ † de cõtractu ad distra- 13
ctũ in materia iurisdictionis, *l.2.& ibi not. Bart.&*
Bald.C.vbi,& apud quẽ. vbi agens ad rescissionẽ con-
tractus debet sequi forũ rei, vt probat Dec. *in rubr.de*
iud.n.19.in prima lect. vnde quia absolutio † à iuramẽ- 14
to potest dari ab Episcopo originis absoluendi, & ab
Episcopo loci sui domicilij, Io. Vinc. de Anna. *alleg.*
83.part.2. cum aliis congestis à Gagliard. *in d.tr.de ab-*
solutione à iurã.cap.4.num 35. non autem ab Episcopo
creditoris, Capyc. *dec.18.n.6.* Fel. *in c.1.n.31. de iureiur.*
si Florentinus commoratur Pataiuj, vbi contraxit, &
obtinuit absolutionem ab Archiepiscopo Florentiæ,
quæ valet, & debeat conueniri Pataiuj, corã cuius E-
piscopo nihil est actũ, neq; iurisdictio eius proroga-
ta, debebit agi coram iudice laico ipsius rei conuenti.

Nec obstat quod vbi petitur absolutio, † ibi debet 15
citari creditor, propter qualitatem absolutionis con-
cedendæ. Quia licet ista sit magis comm.opin. tamen
contrariũ obseruatur in practica, pro vt testantur Vr-
sill. ad Afflict. *in d.dec.220.* Couar. *li.1.var.resolut.c.4.*
n.5.& 6. Cacch. *dec.125.* Capella Tolos. *dec.62.* Ioseph.
Ludou. *in dec.Perusina 18.* Borgnin. *dec.9.n.24.* & Ne-
uizan. *in cons.22.n.54.* qui testatur hunc esse stylũ Cu-
riæ Romanæ, & in conflictu harum opinionũ, in du-
bio Episcopi debẽt sequi stylum Curiæ Romanę. Et
ego credo illam communem non esse veram, quia si
dicta absolutio potest dari per nuntium, *d.l.Labeo.ff.*
de iureiur. vtique si requireretur citatio, requireretur
mandatum. Nisi diceremus quod duplex considera-
tur absolutio, † altera ad effectũ agendi, & excipien- 16
di; altera ad effectum rescindendi contractum, vt latè
per Fel. *in c.1.& c.debitores de iureiur.* Crauett. *cõs.7.n.*
7.& seq. Couar. *in d.cap.4.n.6.vers.ecõtrario autẽ.* Ro-
ta Bononien. *in dec.14.* & quod in prima nulla requi-
ratur causę cognitio, quia solũ conceditur ex causa ca-
pitul.& si Christus.de iureiur. quia sc. iuramentum nõ
debet esse vinculũ iniquitatis: sed in secunda paratur
præiudicium † creditori, ideo requiritur causę cogni-
tio, partis citatio, & fieri probationes, Guido Pap. *dec.* 17
125. Oldrad. *cons.120.* & ita intelligatur illa communis,
vt in ea absolutione requiratur causæ cognitio, in qua
fit præiudiciũ parti, pro vt pręcitati intelligunt. Sed
certè ista absolutione ad effectũ rescindendi non in-
digemus, quia per illam primam poterit quis agere,
& reagere, vt concludit Afflict. *in dec.322.n.12.* & licet
sit imperfecta in sui initio ad inualidandum contra-
ctũ, tamen perficitur † postea, quando reus absolutus 18
vult agere ad rescindendum, & declarandum nullum.

In contractu igitur adest duplex vinculum, scilic. iuramenti & eiusdem contractus; primum obstat ad agendum, remissum est ex causa *d.c. & si Christus.* opus est vt rescindatur contractus, hæc rescissio nihil spiritualitatis continet, ideo non pertinebit ad iudicem ecclesiasticum.

19 Ergo iudex † ecclesiasticus nõ poterit inhibere iudici laico, ne procedat super executione instrumenti, Alex.*cons.83.vol.5.& cons.9.vol.4.* Afflict.*in d.dec.30. n.2.*& ibi Gramm.*in addit.& dec.31.*& vtrobiq; Vrsil. aliquos allegat, & probat Ant.Gagliard. *in d.tract.de absolut.à iuram.§.3.nu.46.*& dixi supra in præcedenti *cap.& in cap.12.*prope finem.

20 Aliqui dicunt, quod si creditor † remittit iuramentum suo debitori, quod facere potest, Bart. *in l.1.§.& post operis.n.7.ff.de noui oper.nuntiat.& in d.l.Labeo n.5.ff.de iureiur.*tunc ipse debitor, qui absolutione non eget, nõ potest ire pro ea ad forũ ecclesiasticum, ꝗ notant ad euadendũ forum ecclesiæ, vbi causæ fiunt immortales, & ita tenuit primus Paul .de Castr.*in d.l.ordinarij.C.de rei vindic.& in cons.71.visis & põderatis. vol.2.* quem sequitur Aufr. *in d. lim.21. in fine.* & pro dicto notabili ponit Gerard. de Petra sancta *in suo singul.88. incip. qui est iudex.* quod dictum est verum in causa profana, in qua cum absolutio non possit fieri nisi de facto, postquam est iuramentũ remis-

21 sum à creditore, absolutio † facti non prorogat iurisdictionem, Gramm.ad Afflict.*in d.dec.30.ver.certè id fieri non potuit.* sed in causa spirituali, puta vsurarũ, vel similium, in quibus debet cognoscere iudex ec-

22 clesiasticus, remissio † iuramenti per creditorem, censeretur facta in præiudicium iurisdictionis ecclesiasticæ, quod fieri non potuit, ad impediendam reformationem morum, correctionem peccatorum, atque scandalum vitandum, vt sæpius dixi supra.

CAP. XLVII.

Episcopus an possit inhibere ministris iustitiæ, vt permittant, damnatos ad mortem suscipere sacramentum.

SVMMARIA

1 *Suspensis in patibulo non est deneganda communio, nec ecclesiastica sepultura.*
2 *Pœna sufficiens pro delicto prodest, vt in altera vita non puniatur.*
3 *Creditores non possunt impedire cadauera mortuorum ne sepeliantur.*
4 *Consuetudo denegans suspendendis communionem, & sepulturam an sit valida.*
5 *Episcopus potest cogere ministros iustitiæ, vt permittant damnatos ad mortem suscipere sacramentum.*
6 *Iudex ecclesiasticus cogit seculares, & ministros iustitiæ ad obseruantiam canonum.*
7 *Damnati ad mortem an liberentur propter susceptionem sanctissimi sacramenti.*
8 *Priuilegium immunitatis ecclesiæ procedit in his, qui sunt extra carceres.*
9 *Damnati ad mortem, recipientes sanctissimum sacramentum, nisi post tres dies suspendi non debent.*
10 *Crudelitas magna est laqueo strangulari, & vbi id non obseruatur, laudabile.*
11 *Bannitorum & deportatorum cadauera non possunt sepeliri in ciuitate, sed debent extra ciuitatem.*

1 SVspensis † in patibulo ꝓ suis sceleribꝰ, si verè pœniteant, non est deneganda communio, nec ecclesiastica sepultura, ita fuit dispositum in Concilio Maguntino, translatiuè *in c.quæsitum 13. q.2.& c.2.de furtis & c.super eo.de hæret.li.6. & clem.1.de pœnit.& remiss.gl.in c.siquis de corpore 26.q.6.*& gl.*in d.clem.1.*vbi hoc intelligit, si ipsi petierint, & ibi Card. *in 1.notab. & in q.11. & 13.*Archid.*in d.c. quæsitum.*& ibi Turrecrem.Steph.Aufr.*in tract.de potest.secul.in ecclesiast.n.58.*Chassan.*in consuet.Burgund.rubr.2.§.1.in ver.il confis que les biens n.5.*Damhauder.*in pract.cri.c.150.*Abb. *in c.ex par.in 2.de sepult.n.4.*Marant.*in repet.l.is potest.nu.11.ff.de acq.hæreč.*Franc.Marc.*in dec.10.parte 2.*

Et ratio ponitur *in d. c.quæsitum.* nã & illa † pœna si sufficiẽs est pro delicto, prodest, vt in alia vita non puniat de eodẽ delicto, quia scriptũ est: *non iudicabit Deus bis id ipsum.* & habet.*in c. quid ergo 23 q.5.* altera ratio consideratur ab Imperatore *in §. meminimus in auth.vt cũ de appell.* cognosc. per illa verba: *ideoq; pium & humanũ esse perspeximus talẽ crudelitatẽ hac lege pijssima coercere, &c.* qui tex. licet loquat. de debitorib. & sic in ciuilib. tamen eadẽ debet esse dispositio in suspẽsis ꝓ delictis, postquã tã crudeli pœna patibuli afficiuntur, & esset magna crudelitas eosdẽ communione, & sepultura priuare. Pro hac igitur opinione facit, quòd creditores † nõ possũt impedire cadauera debitorũ ne sepeliantur, *l.ne corpora.ff.de religio. & sump. funer.*Butr.*in c.ex part.in 1.de sepult.& ibi Abb.nu.5.*latè Geminian.*in c.quamquam.col.6.de vsur.lib.6.* 3

Ex quibus apparet, quòd illa consuetudo † quæ est in Hispania, de qua testatur Cou.*in li.2.var.resol.ca.1.n.1.*item quæ est in Gallia, vt testatur Matth. Boys *in addit.ad Aufr.in d.n.58.*itẽ quæ est in multis locis Italiæ, de qua testatur Clarus *in pract. quæst. pe.n.3.*quod criminoso, qui suspendi debet sanctissimũ sacramentũ eucharistiæ denegatur, & per consequens sepultura: quia cuicunq; datur sacramentũ pœnitentiæ, concedenda est etiã sepultura, *d.c.quæsitum.* est contra ius canonicum, & nimis crudelis, atq; contra omnem humanitatẽ, & ideo non obseruanda, *c.fin.de consuet.*ita in specie probat Petr.Rauen.*in rub.de pœnit.& remiss.in clem. & in alphabeto suo iuris.* huiusmodi est etiam consuetudo Angliæ, quod corpora debitorum sepulturæ non tradantur ad instantiam creditorum, de qua per Abb.*in d.c.ex parte in 1.nu.5.in princip.* 4

Ergo per iudicem † ecclesiasticum loci ordinariũ, iudices seculares, & ministri iustitiæ compelli possunt vt permittant ipsum damnatum ad mortem suscipere sacramentum; quia si isti procederent contra prohibitionem canonum peccarent, & ratione peccati ecclesiasticus est competens, & procedit contra quoscunq; *c.nouit. de iud.* item gesta contra canones inducunt contemptũ clauium ratione cuius inobedientiæ possunt excõmunicari, vt dixi infra *in tract.de excom.* item quia iudex † ecclesiasticus cogit iudices seculares, & ministros iustitiæ ad obseruantiã canonũ, quæ statuta sunt ad prouisionem animarum, pro vt de hoc sunt iura clara *in c.licet de iureiur.in c.fin.de foro compet.li.6. in c.fin. de except.in c.decernimus de sen.excomp.lib.6.*Zabarell.*in d.clem.de pœnit.& remiss.* 5 6

Nec potuit fundari illa consuetudo, ex quo ꝓpter honorem † sacramenti eucharistiæ videntur gaudere immunitate ecclesiæ ex his quæ scribit Host.*in sũma de immun.eccl.§.in quantum vers.quid ergo si quis.*& dicã infra latiꝰ, quia sicut ecclesia liberat quemlibet fugientem ad eum, præter publicum latronem, ita & corpꝰ Christi quo nihil est dignius: quia corpus Christi est cib. animæ, non corporis *c.non iste.de consecr.di.2.ergo tantũ* liberat animã, nõ autẽ corpꝰ, nec pœnas corporales remouet. Itẽ quia ec. quẽlibet liberat, q.ad eã confugiat, nõ distinguendo an fidelis sit, vel infide- 7

lis,

lis, præter publicum latronem, & nocturnum depopulatorem, c. inter. de immunit. eccles. sed corpus Christi non datur infidelibus. Item aliud est recipere corpus Christi, aliud confugere ad aliud, & priuilegium immunitatis respicit hunc secundum casum. Item aliud est esse carceratus, aliud extra carcerem, & priui-
8 legium immunitatis † procedit in iis qui sunt extra carceres, & posset hoc casu ministrari sacramentum Eucharistiæ detentis in carceribus in vna camera existente intus carceres, cuius porta sit barrata, & carcerati videant, & audiant missam ab extra, & presbyter eos communicet, sicut fit singulis diebus in carceribus Neapolis, tam in carceribus nobilium, quàm plebeiorum, qui distincti sunt.

Non tamen nego, quin recipientes † sanctissimum
9 eucharistiæ sacramentum, gaudere debeant aliquo priuilegio, quia post communionem sacram ad vnum diem, aut duos vel tres, ad supplicium trahi nō debēt, sed tandiu expectandum est, vt probat Host. *in summa in tit. de immun. ecclesiarum. §. in quantum. n. 11.* Addentes ad Abb. *in c. sanè, de celebrat. miss.* & Franc. Marc. *in d. dec. 10. n. 4. part. 2.* quo verò ad eos, qui ꝓpter criminis immanitatem exuruntur, peti possunt, vt eorum ossa, & cineres sepeliantur, pro vt dixit text. *in l. 1. ff. de cadauer. punit.* & inibi etiam Vlpianus gentilis dicit, nunquam deneganda esse, si petita fuerint, nisi maiestatis crimine rei fuerint, quod iudices Christiani propter humanitatem & fraternitatem in Christo, permittere non debent sed recordari debent, quod
10 qui laqueo † strangulantur crudelissimè pereunt, vt demonstrant conuulsiones & cōtorsiones, quę illis accidunt, & ob id leges satis crudeliter disposuisse, & laudabiliorem esse Venetā consuetudinem vt cuilibet delinquenti, nisi enormissimus fuerit, ceruix vno ictu amputetur, quæ pœna non sine cruciatu est, sed minore, quam in his, qui suffocantur laqueo, celeriusque absoluitur, in quam vtinam illa prima commutaretur, ad maiorem spem salutis animarum in patibulo morientium.

Huc etiam pertinet, quod licet sit dispositum, vt banniti, † & deportati, qui viui in ciuitate non possunt permanere, nec in eadem eorum cadauera sepeliri possint, per text. *in l. si quis insulam. & ibi Bart. ff. de cadauer. punit.* & not. *in l. 1. C. ex delict. defunct.* Marant. *in d. l. is potest num. 121.* Couar. *in d. cap. 1. nu. 11. vers. hinc expendi poterit*, tamen possunt sepeliri in alio loco, & sic non denegatur.

CAP. XLVIII.

Episcopus quando possit cogere laicos contribuere pro reparatione ecclesiæ.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiæ ex quibus debeant restaurari.*
2 *Laici patroni an possint cogi per Episcopum ad reparationem ecclesiarum dirutarum.*
3 *Rector ecclesiæ tenetur succurrere toti familiæ patroni de alimentis.*
4 *Ius patronatus quando possit acquiri per extraneum in reparatione ecclesiæ.*
5 *Interpellatio requiritur cū tractatur de iure perdēdo.*
6 *Ecclesiam liberam an teneantur laici reficere, vel reparare.*
7 *In ecclesiæ reparatione qui teneantur contribuere.*
8 *Clerici totius diœcesis quando teneantur contribuere reparationi ecclesiæ.*
9 *Populus ex consuetudine tenetur contribuere in refectionem ecclesiæ.*
10 *Ecclesiæ reparationi quando tenetur contribuere laici parrochiani.*
11 *Laici diœcesani quomodo dicuntur subditi Episcopi.*
12 *Episcopus quando possit exigere à laicis charitatiuum subsidium.*
13 *Confratres quando tenentur contribuere ad charitatiuum subsidium.*
14 *Clerici tenentur ad contribuendum in opera publica ciuitatis.*
15 *Iudex quis erit competens quando laici vel clerici tenentur actione subsidiaria ad reparationem ecclesiæ.*
16 c. filiis vel nepotibus 16. q. 7. *intelligentia.*

DIsponit sancta Tridentina synodus *sess. 21. de re-
formatione cap. 7.* vt parrochiales ecclesias † Epi- 1
scopi refici instaurarique procurent, etiam si prædictę ecclesiæ sint iuris patronatus, ex fructibus, & prouentibus quibuscūque ad easdē ecclesias quomodocūque pertinētibus, quod si nō fuerint sufficiētes, omnes patronos, & alios qui fructus aliquos ex dictis ecclesiis prouenientes, percipiunt, aut in illorum defectū parrochianos omnibus remediis oportunis, ad prædicta cogant, quacumque appellatione, exceptione, & contradictione remota. Quod si nimia egestate omnes laborent ad matrices, seu viciniores ecclesias transferantur, cum facultate tam dictas parrochiales, quàm alias ecclesias dirutas, in profanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi cruce, conuertendi: ex quibus apparet, quod seculares patroni, & alij, qui fructus ex ecclesia percipiunt, in subsidium tenentur ad eius reparationem, deficiente fabrica ipsius ecclesiæ.

Hic autem considerandum est, dupliciter cum pa-
tronis † ecclesiarum dirutarum agendum esse: primo, 2
actione, de qua disposuit Concilium, quando fructus percipiant; siquidem, si patroni in necessitatem deuenerint, debent ali ab ecclesia, *c. quicunq; 16. q. 7. c. nobis. de iure patr.* & quod rector † ecclesiæ hoc casu teneca- 3
tur de alimentis succurrere toti familię ipsius patroni latè scribit Lambertin. *in tract. de iure patr. libr. 3. in 3. quæst. princip. art. 6.* qui fructus debent prius expendi in reparationem ecclesię: secūdo interpellatione, quia ecclesia diruta, si quis extraneus vellet ędificare, & reparare † cū consensu episcopi, & sic acquireret ius pa- 4
tronatus, gl. *in c. 3. de iure patronat.* Geminian. *in c. cum accessissent. de constit. lib. 6. & ibi gl.* Roch. *de iure patronat. in ver. construxit. num. 12. vers. aut vero est funditus.* Lābertin. *in 3. art. 6. quæst. princip. primæ partis. li. 1. n. 18.* & hanc non considerauit concilium, quo casu ecclesia diruta ęquum est, vt Episcopus priusquam consētiat, interpellet patronum, vt ipse ędificet, vel reficiat, alias dabitur alteri facultas id faciendi cum acquisitione iuris patronatus, ita dixit prius Host. *in d. c. 3.* quem diffuse sequūtur Lambertin. *ibid. nu. 19. & 20.* & Roch. *in d. n. 12.* addo rationem, quia cum tractetur † de iure
perdendo in totum, cum extraneus penitus dirutam 5
ædificare vult, vel in partem, si possit refici tantum, & pro eo euadat compatronus, interpellatio fieri debet, ad constituendum patronum in negligentia, & culpa, ex his quæ dicit Innoc. *in c. extirpandæ §. quia vero. de præbend.* & ibi sequuntur Abb. & cęteri, per *c. ex parte cum trib. c. seqq. de cleric. non resident.* & ex his quę latè scribit Afflict. *in dec. 370. in 2. dubio.*

Sed an laici † teneantur reficere, vel reparare ecclesiam liberā, communis resolutio est pro negatiua, gl. *in c. quatuor 12. q. 2.* dicit. Item ex omnibus his capitulis

collige laicos nō esse compellendos ad reparationem fabricæ, sed tantum clericos. Item text. *in c. decreuimus. 10. q. 1.* dicit, & si qua forte basilica fuerit reperta destituta, ordinatori eius reparari præcipiatur, & ibi gl. intelligit, id est, sacerdoti. Et hanc opinionem probant tex. *in c. si monachus, & ibi gloss. final. 16. q. 1. & in c. 1. & c. de his. de eccles. ædific.* ex quo textu, & ex rubrica illius tituli probatur idem esse, quando ecclesia de nouo fieri debet: Hanc opinionem tenent Innoc. ibi, & Abb. *nu. 3.* & Archidiacon. *in d. c. quatuor.* Alberic. *in l. ad instructionem nu. 1. C. de sacros. eccl.* Cæpoll. *in tr. de seruit. vrban. præd. c. 59. nu. 22.* Andr. de Isernia super *Constit. regni incip. quando vers. sed si clericis.* & quia canonici
7 & cappellani tenentur contribuere † pro rata redituum, *d. c. si monachus, & c. fin. de his quæ fiunt à maio. parte C.* & ita tenet Feder. de Sen. *in cons. 217.* quem refert & sequitur Card. Flor. *in c. ad audientiam. de eccl. ædificand.* & hoc intelligi debet detractis alimentis necessariis prælati & clericorum, *d. c. de his.* ideo si istorum bona non sufficiunt, tunc episcopus, & capitulum pos-
8 sunt facere statutum, quod omnes clerici † diœcesis teneantur ad cōtribuendum, & ad hoc cogi possunt, Io. Andr. *in c. si propter. in gl. sua in ver. ecclesiæ suæ fabricæ. de rescript.* Anc. *in d. c. 1. n. 3. de eccles. ædificand.* item possunt deputare fructus beneficiorum vacantium ad fabricam ecclesiæ, Io. Andr. ibid. Abb. *in d. c. 1. nu. 6.*

Abbas *in d. c. 1. num. 3.* dicit quod si est consuetudo,
9 quod populus † contribuat in refectionem ecclesiæ seruetur talis consuetudo, si ea non sit, ecclesia reparetur ex redditibus suæ fabricæ, & si non habeat, vel minus sufficientem, quod clerici illius ecclesiæ contribuant ex eo, quod eis supererit deducto necessario, & si nihil superest eis, aut quod superest, non sufficiat ad reædificationem, debent vltimo loco compelli par-
10 rochiani † huiusmodi ecclesiæ ad contribuendum ratione sacramentorum, quæ sibi ministrantur, & diuinorum officiorum, quę ibi audiunt. Hanc opinionem Abb. sequuntur Rip. *in responsis 1. 2. & 3. sub titulo de ecclesiis ædificandis.* grauissimi Doctores Hispani, Gregorius Lopez. *in l. 11. gl. scando. lege 10. partita. 1.* Auendanus *in tractatu de exequendis mandatis Regum libr. 1. cap. 10. nu. 29. & lib. 2. cap. 14. nu. 19.* & Io. Guttieres, *in sua allegatione 10.* qui loquuntur extra casum consuetudinis, quia vbi adest consuetudo coguntur actione primaria non subsidiaria. Et probatur primo, quia lai-
11 ci † diœcesani dicuntur subditi Episcopo, quo ad quædam, vt notat gl. *in clem. 1. in ver. subditos. de foro compet.* & habetur *in c. nuper. de sent. excom.* ideo laici tenentur ad procurationem episcopi visitantis clerum, & populum, *c. cauendum. 10. q. 3.* & ibi gl. *in ver. subditos.* exponit laicos, & Archidiac. ibi in princip. dicit quod poterit prima die esse in sumptibus laicorum, & hanc opinionem dicunt esse veriorem de iure, licet de consuetudine non seruetur, Guglielm. de Monte Lauduno *in c. Romana ver. populor. de censib. li.*
12 *6.* & ibi Imm. & Franc. item potest exigere † charitatiuum subsidium à laicis, quando imponeretur pro vtilitate publica totius terræ, vt dicit Collectarius *in c. cum apostolus. de censib.* nisi laici vellent consulere Pa-
13 pam, vt ibi dicit Collect. & de illis laicis, qui sunt de aliqua confraternitate, † quod debeant contribuere ad charitatiuum subsidium, tanquam partes loci pij, est resolutum in Rota Romana, vt per Caputaquensem *dec. 328. part. 1.* ex quibus apparet quod laici propter sacramenta, quæ sibi ministrantur, & diuina officia quę ibi audiunt, & ideo propter hanc publicam vtilitatem, in subsidium teneantur ad refectionem, & reparationem ecclesiæ, nec poterunt renuntiare, dicentes se nolle eis vti in dicta ecclesia, vt probat Abb. *in d. c. 1. nu. 4.*

Item sicut clerici † tenentur in subsidium, ad con- 14
tribuendum in opera publica ciuitatis, quæ sunt communia omnibus, pro vt est refectio viarum, murorū, & pontiū, per *l. ad instructionem, C. de sacrosanct. eccles. c. non minus. & c. aduersus. de immunit. eccle.* & latè scripsi supra *part. 2. cent. 1. casu 11.* & sic fuit diffinitum per sanctissimum Dominum nostrū Clem. VIII. hoc anno 1600. quod clerici diœcesis Pisanæ teneantur in subsidium laicorum ad purgationem, & reparationē fluminis. eodem modo laici teneri debent contribuere ad reparationem, & reædificationem ecclesiæ, quia & hæc est causa pia & publica, & communis omni- 15
bus, imo est maior ratio de ecclesia, quàm de aliis.

Præsupposita igitur hac laicorum † obligatione subsidiaria, quis erit iudex cōpetens contra illos. Non inueni hucusque scriptum ab aliquo, videtur in dubio standum esse regulæ vt actor sequatur forum rei, præsertim cum tractetur de interesse omnium clericorū, Episcopi, videlicet, an debeat contribuere pro duabus quartis, etiam applicādo illam, quæ debetur pauperibus, quousque ecclesia perficiatur, prout videtur expediens. Item omnium clericorum an debeant contribuere etiam respectu bonorum suorum patrimonialium, pro vt dicit Innoc. *in d. c. de his. de eccles. ædific.* & licet Abb. ibid. *n. 4.* dicat cōtrarium, tamen est opinio falsa, quia si secundum ipsum, laici tenentur cōtribuere in subsidium, ergo patrimonialia clericorum saltē debent concurrere cum hac actione subsidiaria, alias in iis quæ immediatè pertinent ad clericos, laici essent peioris cōditionis. Ideo episcopus videtur aliquo modo suspectus. Item videtur, quod saltem debeant eligi arbitri, sicut dicimus quod quando est contentio inter Episcopum, & clerum de solutione subsidij, eliguntur arbitri, vt per Host. Io. Andr. & Butr. *in d. c. cum apostolus. de censib.* per tex. *in c. si clericus 11. q. 1.* & dicit Io. Andr. sic fuisse de facto obtentum, idem dicit Archidiac. *in §. iuxta sanctionem 16. q. 1.* per *d. c. si clericus.* & subdit ibi Archid. quo si clerici nollent eligere arbitros, Episcopus eos compellet, vt latè scribit Bart. Beller. *in tract. de charitatiuo subsid. q. 17.* huius articuli veritas est decisa per supradicta verba concilij Trident. vt parrochiales ecclesias episcopi refici, instaurarique procurent, &c. quæ licet videantur procedere quando lis est inter Rectorem, & patronum, & sic nō cesset præfata ratio suspicionis, tamen inducitur, quod huius rei cognitio est episcopalis, qui si impeditus fuerit recurritur ad archiepiscopum, *c. filiis vel nepotibus 16. q. 7.* & si Metropolitanus etiam, recurretur ad Papam, & ideo Collectarius *in d. c. cum apostolus. de censibus.* dicit, nisi laici vellent consulere Papam quia in hoc casu absque recursu ad Metropolitanum, po- 16
test immediatè recurri ad Papam. Nec obstat quod *in d. cap.* † *filiis, vel nepotibus.* dicatur, & si Metropolitanus neglexerit, recurratur ad Regem, & sic ad iudicem laicum. Quia vt dixi supra, habetur recursus ad Regem, quando minatur ruinam, & propter longam distantiam ab vrbe, non potest ita celeriter à Papa obtineri prouisio, & vt dicit gloss. ibi *in ver. Regis.* regulariter secularis non se intromittit, *c. placuit 11. q. 1.* & dicit Innocent. *in d. c. cum apostolus.* & ibi etiam Hostiens. quod hoc fiet per superiorem, superior autem erit Episcopus, vel Metropolitanus, vel Papa, cum aliis allegatis ad hoc per Boer. *dec. 136. per totam.*

CAP.

CAP. XLIX.

Iudex Laicus an aliquo caſu poſſit cogi per eccleſiaſticum, vt iudicet ſecundum Canones.

SVMMARIA.

1 Iudex laicus in cauſis eccleſiaſticis ordinatoriis iudiciorum debet ſequi ius ciuile, ſecus in deciſoriis.
2 Iuramentum non tenet, ſi inducat peccatum etiam veniale.
3 Conſuetudo, vel lex inducens peccatum, non valet.
4 Ius ciuile non eſt ſeruandum in foro ciuili, quando ex illius obſeruantia inducitur peccatum.
5 Iudex laicus quando cogi poteſt ad obſeruantiam iuris canonici.
6 Leges permittentes necem in aliquibus caſibus, inducunt peccatum.
7 Papa poteſt tollere leges inducentes peccatum.
8 Peccatum auctoritate legis factum, quando non obliget.
9 Geſta per iudicem contra leges inducentes peccatum ſunt nulla ipſo iure.
10 Iudex eccleſiaſticus imperitus poteſt in cauſis eccleſiaſticis petere conſilium à laico.
11 Peccatum quod notoriè inducitur, facit acta nulla.
12 Ius canonicum ſeruandum eſt in præſcriptione malæ fidei.
13 Præſcriptionem in cauſis allegare, eſt impium refugium.
14 Iudex eccleſiaſticus præcipit laico, quando notoriè conſtat de mala fide præſcribentis.
15 In criminibus mixti fori, vterque iudex poteſt leges condere.
16 Iudex laicus poteſt diſponere, vt vſura præſumatur ex aliquibus coniecturis.
17 Iuramentum an poſſit tolli per laicos, ſaltem ratione confirmationis contractus.
18 Ius ciuile debet ſeruari, ſi clericus conueniat laicum pro re ſua temporali.
19 Ius canonicum parum, aut nihil tractat de contractibus ſtricti iuris.
20 Ius ciuile debet ſeruari inter eccleſiaſticos in contractibus ſtricti iuris.
21 Iuri ciuili quando ſtandum ſit, etiã in foro canonico.
22 Ius canonicum quando ſeruandum ſit in cauſis feudalibus.
23 Papa poteſt reſoluere dubia inter Legiſtas.

QVia ex ſupradictis apparet, in animaduerſionibus mixti fori duplicis generis cauſas interuenire, ſcilicet concernentes peccatũ, & eccleſiaſticas, ideo ſupereſt videre, cum id accidit, ſecundum quod ius ſecularis iudex iudicare debeat, canonicum videlicet, an ciuile. Pro cuius quæſiti vera reſponſione eſt ſic diſtinguendum: Si cauſæ ſpirituales in facto, aut quomodolibet concernentes peccatum tractari contige-
1 rit corã laico, aut loquimur in ordinatoriis † iudicio-
rum, aut in deciſoriis: primo caſu ſemper ſeruatur ius ciuile, etiamſi diſcordet à Canonico, gloſſ. *in clem. diſpendioſam. de iudic.* vbi quod cauſa vſuraria tractatur coram iudice laico non de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſed iuris ordine ſeruato, & ſic ſecundum conſuetudinem fori, vbi tractatur, & ita Abb. *in c. eccleſia in 5. nu.* 19. intelligit dicta per gl. *in c. quod cleric. de foro compet.* Archid. *in c. ei qui. §. nominationes. 2. q. 6. & in c. continua. 11. q. 1.* & dixi latius ſupra *cen. 1. caſ.* 43. ſecundo caſu ſemper debet ſeruari ius canonicum, ſiue in terris eccleſiæ, ſiue imperij, *c. fin. & ibi notant omnes. de præſcript.* Abb. *in d. c. eccleſia S. M. n. 8. & nu. 14.* Dec. *n. 9. & ſeq.* Bart. *in l. priuilegia n. 2. & ibi omnes ſequuntur. C. de ſacroſ. eccleſ.* gl. magiſtralis *in c. poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6.* Fel. *in c. in cauſis. n. 1. verſ. & ſcias. de teſtib.* Dec. *in conſ. 432. cum ſit. nu. 19.* Ceph. *in conſ. 40. nu. 16.* latè Berous *in conſ. 11. viſo inſtrum. depoſit. vol. 3.* Butr. *in c. cleric. in fine. de iud.* Afflict. *dec. 322. n. 5.* & ibi Addentes alios cumulant, & probant eſſe receptiſſimam ſententiam, Imm. *in repet. d. c. fin. de præſcript. in 1. not.* dicit, quod debet ſeruari ius canonicum etiam ſi lex ciuilis nutriret peccatum veniale, vt ibi in fine
dicitur, quod iuramentum † non tenet, etiam ſi indu- 2
cat peccatum veniale, gl. & Archid. *in c. ſi aliquid 22. q. 4.* Io. Andr. *in c. quamuis. de pact. li. 6.* Butr. *in c. ſi verò. de iureiur.* & eſt ratio, quia remittere peccatum pertinet ad ſolũ Deum, *c. verbum. de pœnit. diſt. 1.* & habetur *in clem. ſi dominum, de reliqui. & venera. ſanct. & in c. abuſionib. de pœnit. & remiſſ.* Fel. *in ſumma de pœnit. & remiſſ. §. 1.* ideo omnis conſuetudo, † compoſitio, iu- 3
ramentum, lex, priuilegium, & ſtatutum per quæ nutriri poſſit peccatum, non valet, & ad Papam eſt recurrendum pro talium reformatione, Io. Andr. *in c. extirpandæ. de præbendis. in gl. in ver. conſuet.* & in iſtis leges obediunt canonib. *l. fin. C. de ſumma trinit. aut quomodo oporteat epiſcop. in 1. reſponſo. & §. ſi vero Canonicus. in auth. de mandat. princ. & §. ſi vero eccleſiaſtici. in auth. vt cler. apud propr. epiſcop. & auth. de eccleſiaſt. tit. in 1. reſponſ. & l. priuil. C. de ſacroſ. eccleſ. & auth. caſſa eodem titulo.* quorum iurium mente ponderata emanauit *auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit.* & ita limitatur ſupradictus primus caſus, vt in
ordinatoriis litis, † ius ciuile non ſit obſeruandum in 4
foro ſeculari, quando ex illius obſeruantia induceretur peccatum, Franc. *in c. licet. in 3. notab. & ibi Gemin. in verſ. nota quod canones. de iureiur. lib. 6.*
Et quod in ſimilibus caſibus iudex † laicus poſſit co- 5
gi ad obſeruantiam iuris canonici, ſunt iura expreſſa *in c. fin. de foro compet. li. 6. c. fin. de except. licet de iureiur. & c. decernimus. de ſent. excom. li. 6.* per quæ iura poſſe compelli etiam per cenſuram eccleſiaſticam, tenent Aufr. *de poteſtat. ſecul. in eccleſiaſt. nu. 35. & n. 58. verſ. ad quod facit.* Fel. *in d. c. eccleſia S. M. nu. 41.* Gemin. *in d. c. licet in 1. oppoſit.* Ancar. *in regula 3. ea quæ in 3. q. d. reg. iur. li. 6. verſ. in qua diffinitione.* Maran. *part. 4. diſt. 11. nu. 56.*
Ideo leges † permittentes viro occidere adulterum 6
vxoris deprehẽſum in adulterio ſi eſt perſona vilis, & cui non debetur reuerẽtia, *l. merito. in 1. reſponſo. & l. ſi adulterium ff. de adulter. & l. Gracchus. C. eo. tit.* & ſimiliter permittentes patri, qui habet filium in poteſtate occidere adulterum filiæ, in domo filiæ, & è conuerſo permittentes patri occidere adulteram filij, & generi, & occidere filiam, *l. pater. l. nec in ea. & l. quod ait ff. de adulter.* non valent, nec ſunt ſeruandæ, gloſſ. *in c. inter hæc 32. q. 2.* quam ſequitur Abbas, *in c. veniens in 2. de ſol. & in repet. c. cum eſſes. col. 3. de teſtam.* Richard. *in 4. libr. ſent. diſt. 37. q. 2. art. 1.* & Papa † ratione peccati poteſt
iſtas leges tollere, Abb. *in c. ad noſtrã. in vltimo not. per* 7
illũ text. de prob. Dec. *in d. c. eccleſia S. M. n. 97.* & quod
dicitur, peccatum, † auctoritate legis factum, nõ obli-
gat, intelligitur quando illa lex non eſt nutritiua pec- 8
cati, Bald. *in c. omni. poſt princ. de teſt.* vel auctoritate iuris pontificij, Dec. *d. n. 97.* melius intelligitur quantum ad pœnas introductas de iure ciuili, per ea quæ habẽtur *in l. nec in ea in §. ius occidendi. & in l. merito. & in l. ſi adulterium. in §. imperatores ff. de adul. & in l. ſi quis in graui. §. ſi tamen. ff. ad Syllanian.* item prohibetur

maritus tenere vxorem in adulterio deprehẽsam, *l. crimen, & l. castitati. C. de adulter.* sed ius canonicum permittit sine vlla pœna, dummodo ipsa velit ab adulterio recedere, *c. illud verò. §. hic subaudiendum 31. q. 1.* item filius vnius germani coniungi potest matrimonio cũ filia alterius germani, *§. inter eas. Instit. de nupt. & l. nemini. C. de nupt.* sed ius canonicum permittit eas separari, *c. nõ debet. de cõsanguinit. & affinit. & c. progeniem 25. q. 3.* item rapta non potest contrahere matrimonium cum raptore, *l. vnic. C. de raptu virgin.* sed de iure canonico nouissimo potest, *c. fin. de raptor.* item licitum est concubinam retinere, *ff. de concubin.* & multis casibus vxorem repudiare, vt *C. de repud.* quæ tanquam inducentia peccatum iure canonico prohibita sunt, *c. lege. dist. 10. c. sunt qui dicunt 27. q. 2.* item quia duellum ratione peccati prohibitum est de iure canonico, vt latius scribo *in tractatu de excom. cap...* & cum iudex contraueniens excommunicari possit, er-
9 go & gesta † per eum, secundum leges inducentes peccatum, sunt nulla ipso iure: nam cum virtus legis ciuilis in materia peccati sit sublata, & dispositio iuris canonici vigeat, quod etiam in foro seculari seruandum est, vt dixi; ergo sententia in prædictis, vel similibus casibus, contra ius canonicum lata, est nulla ipso iure, ex regula *l. si expressim ff. de appellat. & l. 2. C. quando prouoc. non est necess. & c. 1. de sent. & re iudic.*
10 Ex his infero, quod si iudex † ecclesiasticus imperitus in similibus causis peteret consilium à laico, vt potest, secundum communior. opinion. Doct. de qua per Doct. *in c. decernimus nuper. 132. de iudic.* & est casus *in l. quidam decedens. §. 1. ff. de administr. tut.* & ideo tenetur sequi consilium illius, vt est not. doctrina Ant. de Butr. *in c. cum olim num. 18. vers. puto etiam quod arctetur. de arbitris.* quem sequitur Alex. *in l. si conuenerit. col. pen. ff. de re iud.* & Dec. *in d. c. decernimus n. 136.* si laicus rogatus acceptauerit, quo casu cogi potest, *l. 3. §. tametsi. l. litigatores §. 1. l. non distinguemus. §. 1. ff. de arbitr.* & notant gloss. & Doct. *in l. fin. C. de contrah. empt.* cogi poterit sicut ordinarij iudices ad præstandum consilium de iure canonico.
11 Declaro supradicta procedere quando † peccatum notoriè induceretur & nutriretur quod posset puniri de iure canonico saltem per viam denuntiationis, vtendo in subsidium remediis censurarum. Vt in præscriptione malæ fidei, *l. sicut. l. omnes. C. de præscript. 30. ann.* quæ sunt correctæ de iure Canonico, *c. fin. de præscript.* & ibi notant communiter omnes scribentes, quod
12 standũ est dispositioni † iuris canonici, gloss. & omnes Doct. *in c. possessor. de regul. iur. lib. 6.* Io. Andr. *in mercurial. in vltima opposit.* Host. *in summa de præscript. rerũ immobil. §. verum col. 1. & 2.* Bald. *in l. quibus diebus §. dominus. ff. de cõdit. & demõstr.* Ang. & Imm. *in l. sequitur §. si viam. ff. de vsu.* Alex. *in cõs. 188. viso tit. ver. venio ad secundum dubium. vol. 2. & cons. 34. viso processu causæ vol. 3.* quod est verum non solùm in actionibus realibus, sed etiam personalibus, reprobata opinione Bart. *in d. l. sequitur.* vt ibi per omnes scribẽtes. Et ideo præ-
13 scriptionem † in causis allegare est impium refugium, Afflict. *dec. 37. & dec. 329.* vbi Vrsill. in additionibus in fine dicit, quod toto tempore, quo ipse exercuit officium aduocationis, nunquam potuit videre quod feratur sententia ex causa præscriptionis, idem dicit *in dec. 13. & d. dec. 37. nu. 2. circa finem.* ergo quando noto-
14 riè constat de mala † fide præscribentis, posset ecclesiasticus præcipere seculari iudici pro obseruantia canonum, vt dixi, ne permitteret præscribentẽ esse in peccato, iuxta allegata per Paris. *in cons. 27. n. 117. & seq. vol. 1.* & quando actor nõ posset obtinere, habet remediũ denuntiationis euangelicæ contra præscribentem, quia præscriptio non potuit tollere obligationem naturalem, per quam potest intentari dictum remedium, vt latius scribo *infra cap. 2.*

Secus induceretur peccatum puniendo, non autem nutriendo. Nam in criminibus † mixti fori vter- 15
que iudex tam secularis, quàm ecclesiasticus potest disponere, præsertim leges condendo, quia legem condere regulatur ad metus iurisdictionis statuẽtis, Bald. *in c. 1. de rescript.* Belluga *in specul. princip. rubr. 12. §. quadam n. 66.* & dixi supra *in 1. parte cap. 9. art. 2.* vsura punitur de iure ciuili, & est mixti fori, vt dixi *c. 8.* potest
igitur laicus † disponere, vt vsura punita per leges suas, 16
præsumatur ex aliquibus] coniecturis pro vt est commun. opin. Doct. *in d. c. ecclesia S. M.* Dec. *nu. 144.* Fel. *num. 64. vers. hanc declarationem.* Abb. *nu. 18.* vbi omnes concludunt, quod licet dispositio laici non valeat, si esset directò circa actum spiritualem, tamen valet, quando dirigitur circa actum tẽporalem, ideo statuere quod contractus præsumatur vsurarius, non est nutrire peccatum, sed punire contrahentes, & annullare contractum, & si super eo apponitur iuramentum eidem ratione, & modo potest super eo disponere, ita dicunt præcitati *in d. c. ecclesia S. M.* Bartol. *in l. omnes populi. num. 25.* & ibi Crotus *nun. 47.* Roman. *in consil. 12. per totum.* & Mandos. ibi alios citans, probat esse magis communem. Non potest tollere † iuramentũ 17
quod ad religionis vinculum, vt est magis comm. de qua per Couar. *in c. quamuis pactum. in 2. parte: §. 1. nu. 7. de pact. libr. 6.* potest tamen tollere effectum confirmationis contractus, Couarr. *ibid. nu. 8.* & hoc quia est mixti fori, vt dixi *c. 12.* ideo potest statuere quod non extendatur ad casus illicitos, Bellug. *in d. §. quædã num. 66.* & per legem remittere iuramentum, Ancar. *in c. ea quæ. in 3. quæst. de regul. iur. lib. 6.* nec nutriret peccatum, sed puniret dolum ipsum præsumendo, qui vitiat iuramentum, *d. c. quamuis. & authent. sacramenta puberum. Cod. si aduers. vẽd.* nec valet obiectio Croti *in d. l. omnes populi. numer. 47. in fine.* quod non est permissum directò, nec etiam per indirectum, *c. tua. de procurator. c. cum quid vna via. de regul. iur. lib. 6.* quia hoc procedit in casibus simplicis iurisdictionis, secus in casibus mixti fori, in quibus laico non est prohibitum per indirectum, vt probatum est.

Secunda distinctio principalis huius quæsiti est: aut tractatur de rebus temporalibus clericorum, aut de rebus temporalibus ecclesiarum; (omitto de personis, quia regulariter non subiiciuntur laicis, nisi in casibus supradictis) primo casu, cum clericus † conue- 18
nit laicum coram iudice seculari pro re sua temporali, seruari debent leges, *ex reg. c. si clericus. de foro compet.* & hanc opinionem tenet gloss. *in clement. dispendiosam. de iudic. & in c. 2. de regul. iur. lib. 6.* Butr. *in c. quod clericis. nu. 6. de foro compet. & ibi* Abb. *nu. 6. & in c. 1. numer. 8. de noui oper. nuntiat. & in d. c. ecclesia S. M. num. 14. & ibi* Felyn. *num. 43.* Ancaran. *in c. 1. num. 44. & seq. & ibi communiter omnes. de consit.* Bartol. *in l. priuilegia, num. 2. C. de sacros. eccles. & ibi* Bald. *num 3. &* Salyc. *num. 1.* qui mouentur per *c. per venerabilem. qui fil. sint legit.* Ancar. ibid. testatur de communi, & de eadem testatur Coras. *in lib. 2. commun. opinion. tit. 9. casu 30. num. 159.* intelligit tamen Dec. quando leges ciuiles generaliter loquerentur, & canones non contradicerent, nec de clericis mentionem facerent *in d. c. ecclesia S. M. nu. 106. & seq.*

Et licet hæc sufficerẽt ad probationẽ huius articuli sic generaliter pertractati, tamen casib. etiam particulari-

19 laribus confirmari potest. De iure canonico † parum, aut nihil tractatur de cōtractibus bonæ fidei, aut stricti iuris, puta commodati, depositi, locati, mutui, de pignoribus, de fideiussoribus, &c. vt dicit Archidia-
20 con. *in c. quo iure. dist.* 8. Ideo ecclesiæ, † & ecclesiasticæ personæ postquā sunt prædictorū titulorū capaces, in acquirendo, retinendo, & disponendo, debēt secundū leges ciuiles diiudicari, Ancar. *in d. c.* 1. *n.* 46. & de hoc est tex. *in c.* 2. *de arbit. lib.* 6. *in c.* 1. *&* 2. *de noui oper. nuntiat.* & ibi notant Doct. & *in c. cū esses. de test.* Felyn. intelligit hanc cōclusionē etiam si leges & canones adinuicem sint cōtrariæ, in allegato *n.* 43. Luc. de Penn. *in l. vnic. C. de conductor. & procurator. lib.* 11. *col.* 5. *vers. quarto quæritur.* intelligit etiam si coram iudice ecclesiastico agendum sit, stante prædicta repugnantia, & causa agatur inter duos laicos, de quo latius scripsi infra *centur.* 2. *casu* 92. Ratio ab omnibus assignatur, quia leges sunt diuinitus per ora principium promulgatæ, & Ecclesiastici secundum diuinam, & humanam legem iudicare debent, *c. summopere.* 11. *q.* 3. Et ideo
21 etiam in his quæ spectant † ad forum canonicum, vbi ius canonicum statuit rigorem, ius autem ciuile æquitatem, standum est iuri ciuili, vt per Archidiacon. *in c. quod à patribus dist.* 95. ergo si clericus iurat dare intra decem dies, etiam quo ad pœnam periurij inspicimus pœnam à media nocte, secundū ius ciuile, vt notatur *in l. moræ. ff. de feriis.* & secundum ecclesiam à vesperis, vt ibidem not. & æquius est ius ciuile in hoc, ad euadendum periurium. Sicut econtra, quando in causa feudali non reperitur casus decisus de iure feudorum, recurrimus ad ius commune, *c.* 1. *de feud.* & tūc si repe-
22 ritur contrarietas inter ius ciuile, & canonicum, † ratione iuramēti, quod præstatur in feudo, debet obseruari dispositio iuris canonici, vt determinat Bald. *in c. imperialē. §. fin. de probib. feud. alien. per Feder.* & ratio est, quia quando dubitatur de opinione inter legistas,
23 recurritur ad Papam † pro decisione, per tex. *in c. per venerabilem. vers. rationibus qui fil. sint legit.* Butr. *in c. super literis de rescript.* per illum tex. *& in c.* 1. *de iuram. calum. & in c. fraternitatis de testib.* ideo dicit quod cum *clem.* 2. *de testib.* decidat id, de quo erant magnæ altercationes inter Legistas seruanda erit etiam inter laicos in foro seculari, notant etiam Doct. *in c. licet ex suscepto. de foro compet. & in l. quanquam C. ad l. Falcid. & in c. Raynutius. de testam.*

Idem intelligo in secundo casu, cum clericus conuenit laicum coram iudice seculari, de re temporali ecclesiæ, per easdem rationes. Sed quid in casibus mixti fori, si ageretur conta laicum coram iudice ecclesiastico, vide *in d. casu* 92.

CAP. L.

An cognitio immunitatis eorum, qui ad ecclesias confugiunt, sit mixti fori.

SVMMARIA.

1 *Papa potest concedere facultatem extrahendi reos ab ecclesiis.*
2 *Immunitas ecclesiæ est de iure positiuo introducta.*
3 *Immunitas ecclesiarum infra quem ambitum duret extra ecclesias.*
4 *Iudex ecclesiasticus solus cognoscit de iure immunitatis ecclesiarum.*
5 *Immunitate ecclesiarum qui non gaudent, non extrahuntur sine licentia.*
6 *Confugientes ad ecclesias nemō potest extrahere sub Pœna excommunicationis.*
7 *Officialibus creditur in pertinentibus ad eorū officiū.*
8 *Satellitibus quando non credatur circa capturā reorū.*
9 *Iudex laicus qui extraxit ab ecclesia sine licentia episcopi, debet remittere captum ad eundem locum.*
10 *Iudex laicus relaxans captum in ecclesia; non potest illum iterum capere.*
11 *Immunitate qui nō gaudet, si admittitur ad laicum, debet capi cum iuramento de non imponenda pœna sanguinis.*
12 *Confugiens ad ecclesiam, si portat arma, potest capi à laicis propter arma.*
13 *Priuilegium immunitatis amittitur propter delictū.*
14 *Saluus conductus extinguitur propter delictum postea patratum, vt de vtroque puniri possit.*
15 *Iudex laicus propria auctoritate extrahit eum qui non potest gaudere immunitate ecclesiarum.*
16 *Iudex laicus extrahens ab ecclesia aliquem, an cognoscat de immunitate ecclesiarum.*
17 *Notorium facti plus operatur quàm notorium iuris.*
18 *Delicti qualitas probanda est, an quis gaudere debet immunitate ecclesiarum.*
19 *Cognitio immunitatis ecclesiarum est mixti fori.*
20 *Confugiens ad immunitatem ecclesiæ debet custodiri per vtrumque iudicem.*
21 *Iudex vterque cognoscet an quis gaudere debeat immunitate ecclesiarum.*
22 *Iudex vterque si discordant circa cognitionem immunitatis, eligendus est tertius, & tandem recurrendum ad superiorem.*
23 *Iudex præueniēs dicitur habere fortiorē iurisdictionē.*
24 *Iudex secularis cognoscit de immunitate ecclesiæ stante qualitate concernente suam iurisdictionem.*
25 *Iudex secularis non potest procedere contra bona confugientis ad ecclesiam.*
26 l. præsenti §. cum autem C. de his qui ad ecclesi. confug.
27 *Immunitate ecclesiarum gaudent etiam confugientes ad sanctissimum eucharistiæ sacramentum.*
28 *Immunitatis priuilegiū quare sit concessum ecclesiis.*

DE Iudice immunitatis ecclesię perscrutantes, circumscribimus Bullas summorū Pontificū; nam & ipsi possunt cōcedere † laicis facultatem extrahendi 1
reos ab ecclesiis, per tex. *in c. vxor Felicis* 17. *q.* 4. & firmat Io. de Visch. *in tract. de immunit. ecclesiar. n.* 14. Quia dicta immunitas † est de iure positiuo introducta, vt probat Couar. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 20. *in princip.* 2
Igneus *in l.* 1. *n.* 42. *ff. de senatusconsult. Claud.* & Papa est super omne ius positiuum, *c. proposuit. de concess. præbend.* & hanc facultatem concedendi prædictam extrahendi potestatem principibus, & suis subditis, solet etiam concedere suis delegatis, vt testatur Gigas *in tract. de crimine læsæ maiestat. in rubric. qualiter & à quibus q.* 10. *n.* 4. quos sequitur Decian. *in tract. criminal. lib.* 6. *cap.* 37. *nu.* 4. Et Sixtus V. temporibus nostris per suam constitutionem largissimè concessit laicis. Sed Gregorius XIV. reuocauit, & reduxit ad terminos iuris communis.

Retētis igitur terminis iuris communis si dubitatur, an cōfugiens ad ecclesiā gaudere debeat immunitate ecclesiarum, puta si sit de casibus exceptis eorum, qui gaudere non debent, de quibus in sequēti capite: vel si delictum cōmissum est infra spatiū immunitatis. Nam ecclesiæ † maiores habent immunitatem infra 3
quadraginta passus, & ecclesiæ minores infra triginta, vt *c. sicut antiquitus & c. quisquis* 17. *quæst.* 4. & de

modo cõputandi istos passus habetur gloss. *in d. c. sicut antiquitus.* & notatur *in l. vicena millia passuum ff. si quis caution.* Quod non habet locum in capellis, quæ sunt
infra ambitum castellorum, vel in modicis populationibus, propter loci angustiam, *d. c. quisquis. & c. quæstio. ead. caus. & quæst.* Item si hospitalia, cemeteria, & multa alia loca huiusmodi gaudere debeant immunitate
prædicta, quis igitur est iudex competens.

Io. de Vischis *in d. tract. de immunit. Ecclesiar. nu.* 17.
4 dicit, † quod solus Ecclesiasticus, & firmat etiam Fráncisc. Marc. *decis. Delphinal.* 168. *n.* 5. *parte* 2. quorũ opinio potest fundari his testibus, *c. fin. de immunit. eccles.*
vbi Papa mandat publicari delinquentes in Ecclesiis
non debere gaudere immunitate prædicta. Item *c. ad Episcopos* 17. *quæst.* 4. vbi Gelasius Papa ad Epiphaniũ
Episcopum dicit: Ad Episcopos cæteros direximus
iussionem, vt eos, qui Ecclesias violasse perhibentur,
accessu earum iudicent esse indignos. Item *c. ex parte.* 21. *de verb. signific.* vbi est casus de hoc, nam tractatur an territorium ecclesiæ sit violatum, & habetur
quod huius cognitio spectat ad iudicem Ecclesiasticũ,
imo Comitissa habens interesse appellat ad Archiepiscopum; & hoc casu seruandum esse ius canonicum, etiam si contradicat ciuili, & simus in terris imperij, tenent Fulgos. *in l. fideli C. de his qui ad eccles. cõfug.* Ioan. Fab. *in §. sed hoc tẽpore Instit. de his qui sunt sui, vel al. iur.* quos sequitur Alex. *in consil.* 145. *vol.* 7. *n.* 4. *vers. & quod in hac materia, & num.* 9. *vers. non obstat vltimum.*
Oldrad. *in consil.* 154. *in princip.* Decian. *d. lib.* 6. *cap.* 25. *nu.* 7. Et pro hac opinione facit altera illi proxima,
5 quod rei ad Ecclesiam † fugientes, quando dicta immunitate gaudere non debent, tunc extrahi non possunt, nisi prius requisita licentia Episcopi, quam tenuit
Stephan. Aufrer. *in tract. arrestorum Parlamenti, parte* 2. *tit. de forma arrestorum, arresto* 216. Octauian. Vulpell. *in tract. de libert. ecclesiastic. parte* 1. *nu.* 29. qui dicit
sic obseruasse in practica, & scribit Boerius *in decis.* 109. Cyn. & Salyc. *in auth. si quis ei C. de adulter.*

Primo ex hoc sequitur quod nullus poterit ad ec-
6 clesiã cõfugientes reos extrahere † quacunque dignitate fulgeat, *c. miror.* 17. *q.* 4. vbi Rex ꝓpterea excommunicatus, non prius fuit absolutus, quàm extractum hominem restituisset, & *c. frater. eadem caus. & quæst.* & satellites extrahentes dicerentur facere contra libertatẽ
ecclesiasticã, *c. inter alia. & c. fin. de immunit. eccles.* qui-
7 bus † licet regulariter credatur, sicut cæteris in pertinentibus ad eorum officium, vt firmat Bartol. *in l.* 1. *§. cura carnis ff. de offic. præfect. vrb. & in extrauag. ad reprimendum in ver. per nuntium.* tamẽ si dicerent se cœpisse reũ extra locũ immunitatis, & ipse reus hoc ne-
8 garet, ac iuramento cõfirmaret, ipsis satellitibus † nullo modo esset credendum, prout in specie probat Decian. *d. lib.* 6. *cap.* 29. *nu.* 10. & faciunt scripta per Tiraquell. *de retract.* § 8. *gloss.* 6. *nu.* 16. vbi alios refert. Nec
sunt ipsi extractores excõmunicati ipso iure, sed veniunt excommunicandi, *c. si quis contumax, & c. quis-*
9 *quis* 17. *q.* 4. Nec satis facit † iudex laicus, si dimittat illum liberum, sed debet illum restituere ad eũdem locum, i. ad ecclesiam, Nauarr. *in consil.* 3. *de immunit. eccles.* aliàs subiacebit pœnis in monitorio sibi facto à
10 iudice Ecclesiastico: quo casu si relaxat † à iudice seculari, non posset iterum capi ab eo, Bartol. *in l.* 1. *§.* 1. *per illum tex. & in l.* 3. *ff. de acquir. rerum dom. & in l.* 1. *per illum tex. C. de nauicular. lib.* 11. *vers. sequitur in tex.* Felyn. *in c. fin. de truga & pac. & in c. ego col. fin. de iureiur.* Abb. *in c. accedens. in princip. per illum tex. num.* 2. *de procurator.* ratio est, quia non est liberatus iudex laicus,
quousque reduxerit extractum ad locum tutum, Alex.
in d. consil. 147. *in fin. vol.* 7. Igneus *in d. l.* 1. *num.* 25. *& seq. ff. ad Syllanian.*

Item sequitur, quod si ecclesia † quæ cognouit, velit 11
reum consignare, debet prius iudicẽ laicum iurare facere ad sancta Dei euangelia, quod illum non puniet
pœna sanguinis, vt *in c. id cõstituimus & c. reũ.* 17. *q.* 4. & *c. inter alia. de immunit. eccles.* & si non esset confidendum de illius iuramẽto, etiam maior cautio esset exigenda, Inn. *in d. c. inter alia.* Guido Pap. *decis.* 12. *fin.* licet Rebuff. *in constit. Reg. tit. de immunit. eccles. art.* 1. *gloss.* 3. *nu.* 3. dicit, quod hæc hodie non obseruantur.

Denique cũ esset vera ista opinio, falleret, si confugiens † ad ecclesiam portaret arma, quia tunc posset 12
capi à laicis propter arma, etiam in ecclesia, Foller. *in pract. crim. canonic. cap. Miscellanea quædam num.* 30. Couar. *lib.* 3. *var. resolut. cap.* 20. *nu.* 18. *vers.* 36. & ratio
est, quia cum portare arma sit delictum, *l.* 1. *C. vt armorum vsus lib.* 11. *c. clerici arma. de vit. & honest. cleric.* ipse confugiens ad ecclesiam portans arma dicitur delinquere, propter quod delictum amittit priuilegium
† immunitatis, casus est *in c.* 1. *§. si clericus. in fin. de pace* 13
tenend. & pro hoc facit quod si quis obtinuerit saluum conductum à Principe pro delictis patratis infra certum tempus, si infra tẽpus securitatis delinque-
rit, puniri potest tanquã nõ † assecuratus tam de nouo 14
delicto, quã de ante securitatem patratis, quia amittit
priuilegium salui conductus, Roman. *in l.* 3. *§. si seruus col. fin. vers.* 7. *casu ff. de acquir. possess.* Vital. *in tract. clausularum in clausul. nil innouari securit. pend.* Gregor. Magald. *in tract. de securitate, & saluo conduct. parte* 2. *col.* 2. *vers. sed hoc limitatur.* Menoch. *casu* 337. *num.* 13.

Altera opinio est, quod si delictum est tale, pro quo
confugiens † ad ecclesiam non possit gaudere immu- 15
nit. eccles. iudex secularis propria auctoritate illũ extrahit, Benedictus *in c. Raynutius. ver. & vxorem n.* 444. testatur se vidisse ita pluries obseruari. Guido Pap. *decis.* 121. *in fin.* Boer. *in d. decis.* 109. *n.* 2. Clar. *in §. fin. q.* 30. *vers. quæro nunc.* Coua. *d. cap.* 20. *n.* 18. *vers.* 34. qui alios
multos allegant. Sed præfati Doct. non explicant, an
idem iudex † laicus extrahens cognoscat de prædicta 16
immunit. quod nos quærimus: & Boer. *in d. decis.* 109. *num.* 2. dicit, id de facto fieri: ideo pro confirmatione
huius opinionis, & quod secularis iudex possit de hoc
cognoscere, potest iudicari, tex. *in auth. si quis C. de adult. in vers. si tamẽ in sacro oratorio* Vbi si maritus inueniat vxorẽ suam loquentẽ cum aliquo in Ecclesia,
debet eos tradere defensori ecclesiæ, aut aliis clericis,
vt ad eorũ periculum seruentur diuisim, donec iudex
cognoscẽs hoc, mittat Episcopo, vt isti ei tradãtur, &
sic secularis cognoscit, & dicit Angel. *in §. quia vero. in auth. vt liceat matri, & auiæ.* vnde *d. auth. si quis.* est desumpta: quod Imperator vult, vt iudex secularis cognoscat, & tamen delictum fuit cõmissum in ecclesia,
& pro hac opinione faciunt, quæ sæpius supra adnotauimus, quod iudex secularis cognoscit de causa Ecclesiastica in facto consistente, quæ contigerit pertractari super causa suæ iurisdictionis, Confirmatur etiã,
quia publici latrones, & depopulatores agrorũ statim
extrahuntur, nec requiritur sententia, quia notorium
facti idem † operatur quod notorium iuris, quod ori- 17
tur ex sententia, imo aliquando plus operatur notoriũ
facti, quàm iuris, per not. per gloss. *in clem.* 1. *in ver. publicè. de sepultur.* & per Abb. *in c. peruenit. de appellat.* &
in talibus notoriis negatio non facit rem dubiam,
not. Abb. *in c. clericus laicum. de foro compet.* & hanc opinionem tenet Io. de Visch. *ibid. num.* 23. præsupponens etiam quod ecclesiasticus cognoscebat. Confirmatur melius, quia etiam in casu, quo non constaret
noto-

notoriè de delicto, propter quod non meretur immu-
18 nitatem,† nihilominus non requiritur probatio delicti, sed sufficit probatio qualitatis, id est tituli, propter quem gaudere non debet, vt est casus pluries decisus in supremo senatu Regni Lusitaniæ, vt per Gamara *decis. 281.* qui respondet Auendano *in tract. de exequendis mandat. Regum. cap. 22.* & Aretino, *in c. cum non ab homine. de iudiciis.* qui tenebant contrarium.

Petrus Belluga *in Speculo Princip. in d. rubric. 11. §.* sed quia loquimur à *num.* 19. ad finem, concludit co-
19 gnitionem † immunitatis prædictæ esse mixti fori, Iudex quidem secularis, vt possit illum extrahere, tanquam non gaudentem immunitate &, sic punire, vt hominem sui fori: Iudex autem ecclesiasticus ad effectum defendendi immunitatem, vel remittendi sine cautione præfata, de qua *in c. diffiniuit. 17. q. 4.* &
20 ideo, qui ad immunitatem confugit† ponitur in compedibus, & catenis, & custoditur per vtrumque iudicem. Item cognitio si deliquerit infra immunitatem, vel extra pertinet etiam ad vtrumque iudicem, quia Ecclesiasticus cognoscit, ad effectum puniendi sacrilegium, si in loco immunitatis deliquerit, & iudex laicus ad effectum puniendi de crimine principaliter commisso, nam cum immunitas sit violata per malefactorem, licitum est illum extrahere, vt dixi, & sic quilibet pro suo interesse cognoscit, & interim criminosus ponitur in compedibus, vt dictum.

Remigius de Conis *in tractatu de immunit. eccles. in d. q. 2. num. 6. vers. quarta opinio.* ex quo dictum est secundum Bellugam, custodiendum esse per vtrumque
21 iudicem, ideo infert quod vterque † iudex ecclesiasticus, & secularis simul cognoscent, an gaudere debeat immunitate, vel non, cum enim per ambos custoditur, ideo ambo debent esse iudices causæ præparantis, & præparatæ, per regulam vulgarem, de qua per gl. *in c. parrochianos. de sent. excomm.* & per Felyn. *in c. cum sit generale. vers. quinto amplia de foro compet.* & si isti
22 iudices † discordant, tunc debent eligere tertium, & si in hac electione etiam discordarent, tunc recurrendum esse ad superiorem.

Ex omnibus prædictis apparet, tam ex dispositione iuris scripti, quàm ex interpretatione iurisconsultorū, vtrumque iudicē posse de hac immunitate cognoscere, & sic mixti fori fatendū est: sed quia peruētio etiā per citationem realem inducitur, vt scripsi supra eadē
23 parte *c. 1.* ideo ecclesiasticus† qui cognoscit pro suo interesse præuenisse dicitur iudicem secularem, & fortiorē habet iurisdictionem circa ipsam immunitatē: ergo non debet per vtrumque iudicē custodiri, sed ꝑ ecclesiasticum duntaxat, qui super cognitione immunitatis habet preuentionem propter personā, & sic cessat fundamentum Remigij de Conis, & totū, quod sequitur corruit, immunitas ipsa nō debet spoliari, arg. *c. si iudex laicus. de sent. excomm. lib. 6.* ecclesiasticus etiā habet iurisdictionem, præuenit realiter, ergo ipse debet cognoscere. Et hanc opinionē teneo cum hac di-
24 stinctione: At qualitas delicti,† id est ipsius titulus est talis, per quem gaudere nō debet, & secularis cognoscit, imo extrahit, vt dictum est, & detentio criminosi debet fieri per ecclesiasticū nomine iudicis secularis, *d. auth. si quis C. de adulter.* & tunc procedit secunda opinio. Aut titulus nō impedit immunitatem, & tunc ecclesiasticus cognoscit ad effectum consignandi iudici seculari cum iuramento, vel cautione supradictis:
25 Et in hoc casu interim secularis †nec contra bona delinquentis procedere potest, & si procederet, iudex ecclesiasticus posset illi inhibere, & si nollet obedire, potest procedere ad excommunicationem in monitorio contentam, ita firmat Io. de Visch. *in tract. de immunit. eccles. nu. 57. vers. nunquid autem,* & pro hoc tex. *in c. diffiniuit 17. q. 4.* diffiniuit concilium, vt nullus audeat confugientes ad ecclesias, vel residentes inde vi abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, seu spolij residentibus in loco sancto inferre: Sed hoc debet intelligi in casu, quo potest gaudere immunitate ecclesiæ, vt dixi: quia titulus non repugnat, & sic non obstat tex. *in l. præsenti.* † *§. cū autē C. de* 26
his qui ad eccles. confug. qui videtur directo contradicere *d. c. diffiniuit.* licet *d. §. cum autem,* loquatur de eo, qui propter debitum aufugit ad ecclesiam, vt aduertit ibi Io. Fab. *in ver. priuato.* & probat Remig. *in d. tract. de imm. eccles. quæst. 13.*

Quæ autem dicta sunt circa immunitatem ecclesiarum, sunt etiam vera si confugerint ad† sacratissimum 27
Eucharistię sacramētum, dum ducitur per ciuitatem, & hanc opinionem firmat Archidiac. *in c. quæsitum 13. q. 2.* Abb. *in c. sane. de celebrat. miß.* Albert. *in c. 1. de hæretic. lib. 6.* Io. Andr. *in d. c. sane, vbi* Anton. de Butr. & cęteri, Host. *in summa de immunit. eccles. §. in quantum.* Roma. *singular. 335.* Corsett. *singular. in ver. Card.* qui dicit hanc esse communem opinionem, Gomes. *in §. pœnalis n. 50. Instit. de action.* qui dicit hanc esse comm. Cotta *in memor. in ver. rationis identitas.* quicquid dixerit Couar. *in d. cap. 20. nu. 6.* hæc est communior, & magis pia opinio. Nam vt dicit Ancar. *in consil. 329. nu. 1.* hæc immunitas † est concessa ecclesiæ propter ho- 28
norem, qui ei debetur, & nulli debetur magis quam Christo saluatori domino nostro, & hanc opinionem latè probat Vasquius *de success. creat. lib. 3. §. 22. limitatione 17. num. 55.*

CAP. LI.

De his, qui non gaudent immunitate confugientium ad ecclesias.

SVMMARIA.

1 *Immunitate ecclesiarum non gaudent qui delinquunt sub spe immunitatis.*
2 *Delinquentes si statim confugiunt ad ecclesiam, præsumuntur deliquisse animo gaudendi immunitate.*
3 *Animus cognoscitur ex facto subsecuto.*
4 *Homicida voluntarius & appensate non gaudet immunitate ecclesiarum. & n. 6.*
5 c. 1. de homicidio. *loquitur etiam de laico, & eius intelligentia.*
7 *Assassinus non gaudet immunitate ecclesiarum.*
8 *Veneno interficiens alterū non gaudet immunitate ecclesiarum.*
9 *Homicida rixosus gaudet immunitate eccles.*
10 *Exceptio quando non firmet in exceptis.*
11 *Casus excepti possunt extendi ad casus similes ex identitate rationis.*
12 §. neque autem homicidis. in auth. de mandatis princip. *intelligentia. & n. 14.*
13 *Imperator potest super immunitate ecclesiarum legem condere.*
15 *Immunitas ecclesiæ conceditur solum pro pœna corporali.*
16 *Securitas delinquentibus non est concedenda in territorio proprio.*
17 *Damnati ad triremes confugientes ad ecclesias non gaudent immunitate.*
18 *Immunitas ecclesiæ reddit tutum à pœna infligenda, non autem ab imposita.*

19 Ex-

19 *Fugiens ad ecclesiam à triremibus erit tutus pœna mortis.*
20 *Damnati ad triremes si aufugerint quando non debeant pati pœnam mortis.*
21 *Latrones publici, & agrorum nocturni depopulatores non gaudent immunitate ecclesiæ.*
22 *Latro publicus quis sit.*
23 *Fures quilibet confugientes ad ecclesiam, immunitate non gaudent.*
24 *Delinquentes in ecclesia, vel extra ecclesiam immunitate non gaudent.*
25 *Delinquens in vna ecclesia, ab omnibus est exclusus.*
26 *Delinquere qui dicantur in ecclesia.*
27 *Delicti mandatum quando est factum in ecclesia impedit immunitatem.*
28 *Clericus qui potest cognosci per secularem confugiens ad ecclesiam, debet extrahi per ecclesiasticum.*
29 *Delinquentes contra ecclesiam non gaudent immunitate ecclesiarum.*
30 *Simoniaci æquiparantur hæreticis.*
31 *Blasphemus homicida confugiens ad ecclesiam à quo cognoscatur, & quid si est præuenta iurisdictio alterius iudicis.*
32 *Iudæi non gaudent immunitate ecclesiarum.*
33 l.1.C.de his qui ad eccles.confug.*intelligentia.*
34 *Iudæus apostata, & hæreticus confugientes ad ecclesiam possunt cognosci per inquisitores.*

Videamus igitur qui criminosi ad ecclesiam confugientes hac immunitate non gaudeant, ad effectum iurisdictionis, de qua in præcedenti capite, quos sub duabus regulis enumeremus. Prima est:
1 quando † quis deliquit spe immunitatis ecclesiæ, confugiens ad eandem, gaudere non debet; quia frustra legis auxilium quærit, qui in legem committit, *c.quia frustra.de vsur.c.fin.de immunit.eccles.l.auxilium in fin. ff.de minor.*& ita tenet Iohan de Visch. *in tract.de immunit.eccles.num.*27.& Menoch.*lib.5.præsumpt.*10.*n.*5. sub hac regula comprehenduntur omnes illi, qui ap-
2 pensatè delinquunt, cum enim post delictum † ad ecclesiam statim confugiant, præsumuntur antea habuisse animum delinquendi, vt ad illam recurrerent, Alciat.*regula 3.præsumpt.*33.quem sequitur Menoch.*in d. præsump.* 16. *num.* 10.& probatur quia ex facto subse-
3 cuto animus† præcedens præsumitur, *l.reprehendenda C.de instit.& substit.* & fortiora sunt facta ad demonstrandum animum quàm verba, Grammatic. *voto* 10. *num.*1. quia sæpe verba proferuntur contra intentionem proferentis, *c.dilecti.de appellat.c.existimant.* 11. *quæst.*3. ideo dicit Hostiens. *in c. fin. de immun.eccles.* quod qui delinquit in ecclesia habet præsumptionem iuris, & de iure contra se, & sic gaudere non debet, quia ex facto præsumitur animus ad faciendum sub spe veniæ.

4 Sub hac regula comprehenditur, primo † homicida voluntarius, qui consulto & appensatè delinquens, statim ad ecclesiam confugit, vt per supradictã rationẽ, licet communiter scribẽtes firment hanc opinionem
5 per alteram rationem, inducendo tex.*in c.*1.*de* † *homicid.* cuius verba sunt: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur.* Et opinio Abbatis, *in c.cum non ab homine & in c.at si clerici. n.*39. *de iudic.*quod loquatur de laico communiter reprobatur prout probant Couar.*lib.* 2.*var.resolut.cap.*20.*nu.*7. Decian.*in tract.cũ tomo* 2.*li.* 6.*cap.*28.*nu.*13. Farinac. *in tit.de carceribus, & carceratis, q.*28.*nu.*24. qui alios citant. Generaliter enim loquitur ille tex. per dictionem *si quis.* ergo comprehendit laicũ, probatur etiam, quia dicit morte moriatur, quæ pœna cum non imponatur de iure canonico, *c.nouimus, de verb.significat.* Ideo Butr.*in d.c.*1.inter varios intellectus, dicit quod verba illa sunt *Exodi cap.* 21.per quam legem sæpe imponebatur pœna mortis, & dixit etiam Hostiens. ibi, & inseritur in decretalibus vt illa lex innotesceret, non autem vt seruetur, & hunc esse meliorem intellectum *d.c.*1.dicit Guido Pap.*decis.*121. *vers.vel quinto.* ergo comprehendit etiam laicum fugientem ad altare: Nam eo tempore qui confugiebat ad altare sacrificiorum, siue holocaustorum tutus erat.
6 Vnde Ioab † quia proditoriè occiderat Abner 2. *Reg.* 6 *cap.*3.Item per insidias occiderat Amasem, 2. *Reg.c.* 20. tandem ne occideretur à Salomone, cõfugit ad tabernaculum domini, & apprehendit cornu altaris, vt habetur 3.*Reg.cap.*2. & cum nollet egredi, Salomõ iussit ibi eum interfici, & sic *d.c.*1.est lex *Exodi*, quæ fuit exequuta in Ioab laico, qui erat Dux exercitus Dauid. Et quod homicida voluntarius nõ gaudeat immunitate ecclesiarum per *d.c.*1. est communis opinio Doct.de qua testatur etiam Vasquius *de success.creatione.lib.3.§.* 22.*limitatione* 17.*num.*53.*vers.illud autem.* Decian.*in d. cap.*28.*num.*15. Alciat.*regula* 7.*præsumpt.*33. *& in lib.*5. *parergon iuris, cap.*6. Nauarr.*in suo manuali cap.* 25.*n.*21. Guido Pap.*d. decis.*121. Boer.*decis.*109. Francisc. Marc. *decis.*268.*parte* 2. Ioseph. Ludouic.*in decis.Lucens.* 16.*n.* 33.& ita obseruatur in tota Italia, vt testantur Farinac. & Couar. præcitati. Clarus *in §.fin.q.*30.*vers.punctus est.* & omnes intelligunt tam de homicidio volunta-
7 rio, & appensato, quàm si per insidias †, proditionem 7 commissum fuerit, imo etiam per pecuniam, quod assassinium vulgariter nuncupatur, vt per Doct. *in c.* 1.*de homicid.lib.*6.& quantum ad hanc immunitatem pertinet, colligunt quotas Doct. Decian.*in d.c.*28.*n.* 18. Farinac. *in d. q.* 28.*n.*34.& Couar.*in d.cap.*20.*n.*9. Eisdem rationibus intelligẽdum est, eum qui veneno 8
†alterum occidit, hac immunitate gaudere non posse, & comprehendi etiam sub dispositione *d.cap.*1. *de homicid.in antiquis.* & ita tenet Io. de Anã.ibid.& Boer. *in d.decis.*109. *nu.*5. quia negari non potest, quin animo deliberato, & dolose id faciat, & qui animo præmeditato hominem occidit, non est tutus in ecclesia vt ibi dicitur, & ad hoc Decian.*ibid.num.*19.

Declarant igitur hoc non procedere in homicida rixoso, † qui in rixa repente suborta, calore iracundiæ, 9
& impetu homicidium commisit, nam & hic si ad ecclesiam confugit, ab ea abducendus non est, quia non potuit considerare spem immunitatis, nec proditoriè, aut aspẽsate, vel per insidias cõtigit, ideo immunitate gaudere debet, & hanc esse comm. opin. testatur, Couar.*in d.cap.*20.*nu.*7.*in fin.* Clarus *in d.quæst.*3. *vers. scias tamen.* testatur de obseruantia, & sic esse decisum Decian.*in d.cap.*28.*num.*16. Hæc autem opinio fundatur efficaci ratione, quia iure canonico in multis locis enumerantur omnes casus excepti, in quibus delinquentes non gaudent, *c. inter alia c.fin.de immunit. eccles.& d. c. de homicid.* sed homicida in rixa non enumeratur, ergo gaudere debet.

Et licet posset responderi, quod vbi lex aliquos casus excipit, † non firmat regulam in non exceptis, qui 10
alia lege sunt excepti, imo suppletur per illam, *c.ad audientiam.de cleric.non resident.*gloss.& Bartol.*in l.serui ff.de vsucap.c.quoniam frequenter vt lite nõ contest.* Imo casus † excepti possunt extendi ad casus similes ex 11
identitate rationis, gloss.& Io. Andr.*in c.si postquam.de elect.lib.*6.& latius scripsi in mea methodo consulendi in regulis extensionis. Sed de iure ciuili specialiter est

est decisum, vt homicida non gaudeat, per tex. *in §.* 12 *neque autem* † *homicidis in auth. de mandat. princip.* ideo ius canonicum debeat suppleri per legem ciuilem ex regula *cap. 1. de noui oper. nuntiat.*

Tamen Doctores perdunt intellectum pro respõsione ad *d. §. neque autẽ.* in primis dicũt in materia immunitatis standum esse iuri canonico, non ciuili, quia pertinet ad honorem, & reuerentiam exhibenda locis sacris, quorum cura pertinet ad Pontifices, & alios ecclesiasticos, Couar. *in d. cap. 20. nu. 7. in fin. & num. 3.* allegat quotas Doct. quos postea allegauit Farinac. *in d. q. 28. nu. 6.* & dixi in præcedenti cap. & ita etiam respondent allegati per Decian. & Clar. in dictis locis. Sed hoc non procedit, quando de iure canonico non est expresse dispositum, quod est dispositum per ius ciuile, quia tunc standum est dispositioni iuris ciuilis, si non nutriat peccatum, etiam in foro canonico, *d. c. 1. de noui oper. nũtiat.* Nec potest dici, quod *d. §. neq; autem,* sit nullus, quia contra libertatem ecclesiasticam, ex reg. *c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* quia, vt firmaui in precedẽti c. cognitio immunitatis ecclesiæ est mixti fori, & iudex laicus potest de ea cognoscere quod ad 13 effectus procedentes de iure ciuili; ergo † Imperator potuit super illa immunitate legem cõdere, quod regulatur ad metas iurisdictionis statuentis, Bald. *in c. 1. de rescript.* Bellug. *in Spec. princip. rubric. 11. §. quædam n. 76.* & dixi supra *cap. 46.* Item dicunt quod *d. §. neque* 14 † *autem.* loquitur de homicidiis commissis in ecclesia, vt concordet cum *c. fin. de immunit. ecclesiar.* vel de homicidiis consulto, & appensatis, vt concordet cum *d. c. 1. de homicid.* prout intelligit Io. de Lignano, & Imola *in clem. 1. de pœnit. & remiss.* & dixit Alex. *in consil. 145. nu. 3. vers. 3. probatur vol. 7.* quod ita ex communi practica semper fuit intellectus ille tex. Et ꝓbat hoc Decian. *in d. cap. 28. nu. 16. in fin.* quia in *d. §. neq; autem.* referuntur duo alia crimina, quæ fieri nõ possunt sine consultatione, & appensamento, ideo dicit hunc esse communem intellectum illius tex. Sed iste intellectus est diuinatiuus, & successit inter Doctores, sicut inter aues volando, quia noluerunt diu cogitare super illo.

Verba d. §. sunt hæc: *Neq; autem homicidis, neq; adulteris, neq; virginũ raptoribus delinquentibus, terminorum custodies cautelam, sed etiam inde extrahes, & suppliciũ eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere conuenit, sed hoc patientibus, vt non talia à præsumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus sed læsis datur à lege, & non erit poßibile vtrumque tueri cautela sacrorum locorum, & lædentem, & læsum.*

Ego dico quod *d. §. neq; autem.* loquitur de securitate præstanda à iudicibus. nam *in §. sed neq;* qui immediatè præcedebat disponitur, debitori posse dari triginta dierum securitatẽ, mox sequitur, neq; autem homicidis, &c. & disponitur homicidis, adulteris, & raptoribus securitatem non esse præstandam, per illa verba, Neque terminorum custodies cautelam, id est non obseruabis illam promissionem termini triginta dierum, deinde dicit, Sed inde extrahas, & supplicium inferas, exponit Bartol. ibi *nu. 2. in fin.* extrahas ab ecclesia, & inferas pœnam, quæ expositio est diuinatiua, quia non loquitur de ecclesia. Nec obstat, quod *in §. sed neque.* qui præcedebat, loquitur de securitate, quæ præstatur ei, qui erat in ecclesia, quia illa securitas non præstatur ad effectum, vt gaudere possit immunitate 15 ecclesiæ, immunitas † enim ipsius conceditur solum pro pœna corporali, & ille, contra quem corporalis pœna non est infligenda, non est tutus in ecclesia, Oldrad. *in consil. 54. num. 2.* Igneus *in l. 1. n. 55. ff. ad Syllanian.* Decian. *in d. cap. 28. n. 27.* ideo *d. §. sed neq; in fi.* dicit, quod durante termino securitatis, expedito negotio, si assecuratus noluerit parere sententiæ, renuntiando d. securitati, etiam in ecclesia executionem inferas, qui tex. expresse dicit pro debitis ciuilibus non esse locum dictæ immunitati; ergo non potest interpretari, quod isti delinquentes, quibus securitas præstari non potest fuerint in ecclesia.

Sed ille versiculus: sed inde extrahas, interpretãdus est, si est in territorio tui iudicis, probatur, quia immediatè subdit, & supplicium eis inferas, sed ex territorio alieno extrahi nõ potest. Vnde Iacob. de Bellouisu *in d. §. neq; autẽ.* & Cyn. *in l. præsenti C. de his qui ad eccles. confug.* quærẽtes, an securitas præstari potest huiusmodi delinquẽtibus, sic distinguũt, aut sunt in territorio iudicis, & securitas † danda non est, & proce- 16 dit *d. §. neq; autem,* quia quando citius pœna est imponenda, vt innocentes & læsi non tradantur exitio, *l. 3. vers. sed ab his secernimus C. de episcop. aud. l. prouinciarũ præsides, C. de feriis,* & est contextus *in §. nõ permittas in ead. auth. de mandat. princip.* Aut sunt in alieno territorio, & quia inde inuiti extrahi non possunt, hoc casu tenent securitatem dari posse: quia circa cognitionem delicti data est iudici potestas, vt aliquando possit etiam rei partes assumere, *l. & si non defendantur ff. de pœnis.* & hanc etiam tenet Gregor. Magalott. *in tract. de securitate, & saluo conduct. parte 1. nu. 60.* Nec obstat *vers. deinde templorum cautela, & vers. tueri cautela sacrorum locorum.* quia non loquitur de ipsa immunitate ecclesiæ seruanda, hæc enim conceditur reis lædentibus, & illi versiculi loquuntur de læsis. Sed dicit, quod hæc templorum cautela, quæ datur à lege, id est ipsa securitas, quæ conceditur iis, qui verisimiliter lædi possunt, Guglielm. de Cun. *in tract. de securit. num. 3.* non conceditur à lege lædentibus, sed læsis, & non est possibile per hanc securitatem sacrorũ locorum, supple quæ conceditur per legem, defendere vtrumque, scilicet lædentem, & læsum, & sic vsque ad finem Imperator prosequitur materiam securitatis præstandæ per iudicem lege permittente, nunquam verò loquitur de ipsa ecclesiæ immunitate non concedenda in illis casibus; ergo non obstat dispositioni iuris canonici, & malè hucusque fuit allegatus.

Sub hac regula comprehenduntur etiam damnati ad † triremes in perpetuum, nam cùm isti à triremi- 17 bus aufugerint, & ad ecclesias statim conuolauerint, non possunt gaudere, supra dicta ratione, quia præsumuntur sub spe immunitatis aufugisse. Idem intelligo si post multum tempus fugæ in ecclesia capti fuerint, & ita est casus decisus in Senatu Lusitaniæ, vt per Gaman. *decis. 362.* Addo aliam rationem, quia ecclesia confugientem ad eam reddit tutum à pœna † infligẽda 18 corporali, *c. reum 17. quæst. 4. c. reos 23. quæst. 5.* non autem à pœna iam imposita, ideo cum fugit ad eam, non potest saluare à pœna imposita, sicut dicimus quod si captus à curia duceretur per ecclesiam ad carceres, quod non est tutus, sed extrahi potest, Archidiacon. *in d. c. sicut antiquitus 17. q. 4.* Oldrad. *consil. 54. num. 4.* Decian. *d. cap. 28. num. 30.* secus intelligerem de altera noua pœna imponenda, puta si statutum, vel sententia diceret, quod si aufugeret à triremibus puniatur pœna mortis, quo casu aufugiens † ad ecclesiã, erit 19 tutus à noua pœna, sicut dicimus de bannito, Decian. *d. cap. 28. nu. 8. in fine,* & quod damnati † ad triremes in 20 perpetuum, si non sit apposita clausula in sententia; si reperiantur extra triremes, puniantur pœna mortis naturalis, & aufugerint, non debeant mori, sed iterum ad triremes condemnari, vide Franch. *in decis. 149.*

Item

21 Item publici latrones, † & agrorum nocturni depopulatores non gaudent, prout est casus expressus *in c. inter alia. de immunit. eccles. & in c. sicut antiquitus 17. q. 4.* & vtrobiq; per gloss & p. Doct. Boer. *d. decis.* 109. *n.* 3. Franc. Marc. *decis.* 987. *n.* 3. *parte* 1. *et decis.* 554. *part.*
22 2. Est autẽ publicus † latro, qui in itinere publico cõmisit furtũ & insidiose, vt per Remig. *de immunit. eccles. fallent.* 2. etiam si semel commiserit; nã ex quo sic cõuictus potest vt publicus latro puniri pœna legis, *l. capitaliũ §. famosos, & grassatores ff. de pœnis.* ergo est publicus latro in rei veritate, & nõ debet immunitate gaudere, quicquid dixerit Ludouic. Peguer. *in decision. crimin.* 40. ad hoc vt gaudere non possit, requiri plura furta commissa, si. n. esset hoc verũ, non posset vt publicus latro puniri, si semel ꝑpetrauerit, cuius contrarium tota die experimur, & faciunt quæ scripsi supra
23 *cap.* 22. Et hæc procedũt etiã in furibus † hodie, vt de consuetudine omnium laicorum, & clericorũ ab ecclesia extrahantur, Couar. *d. cap.* 20. *n.* 3. *vers.* 19. Clar. *in d. q.* 30. *ver. quæro an fures.* cũ aliis per eosdẽ allegatis.
24 Secunda regula est; delinquentes † in ecclesia, vel cõtra ecclesiam gaudere non debent: circa primã partem ratio est, quia ecclesiã violat, arg. *c. de viro* 12. *q.* 2. & de hoc est casus *in c. fin. de immunit. ecclesiar.* & dicit Host. *in summa eiusdem tit. §. in quantũ col.* 3. Innoc. *in c. inter alia eod. tit.* Couar. *d. c.* 20. *n.* 15. *vers.* 24. Ioan. de Visch. *in tract. de immunit. n.* 64. Remig. *in eod. tract. in* 3. *fallẽt.* nemo. n. ad supplicandũ debet admitti, vbi sacrilegiũ commisit, *c. frater* 17. *q.* 4. Ista immunitas non est concessa vni ecclesię † in specie, sed omnibꝰ in vniuersali, ergo qui in vna sacrilegiũ cõmisit, ab omnib. debet esse exclusus; ideo qui furatur in hospinali non
25 est tutus, si ad ecclesiam cõfugiat, pręsupposito quod hospitale habeat immunitatis priuilegiũ, vt per Nauarr. *in suo manuali, cap.* 25. *nu.* 17. & ita consuluit Angel. inter cõsilia Paul. de Castro *in consil.* 458. *vol.* 2. Et pro hac regula est etiam textus iuris ciuilis, *in §. quia vero ita comperiuntur. in auth. vt liceat matri, & auiæ.*
26 Sub hac regula comprehenduntur † qui ex ecclesia exiens alterum extra ecclesiam existentẽ percutit; Item qui existens extra ecclesiã percutit stantẽ in ecclesia, vt per Abb. & cõmuniter scribentes *in d. c. fin.* Item qui existens intra ecclesiã, iussit extra ecclesiam
27 delictum fieri; quia † mandatum delicti factum est in ecclesia, ꝙ delictũ est, Remigius *in d. tractatu fallent.* 5. Itẽ si deliquit in eũ quẽ ꝑ vestes extraxit ab ecclesia, licet commiserit extra ecclesiam, Remig. *ibid. fallẽt.* 4. *vsq; ad* 11. Item personæ ecclesiasticæ, quæ in ecclesia delinquunt, hac immunitate nõ gaudent, Abb. *in d. c. fin.* sed debent extrahi per iudicem ecclesiasti-
28 cum, vt ibi per Doct. Verum si esset clericus † in minoribus constitutus, qui iuxta dispositionem *Concil. Tridentin. sess.* 23. *c.* 6. posset cognosci à iudice seculari, adhuc debere extrahi per iudicẽ ecclesiasticum, dicit Nauarr. *d. cap.* 25. *num.* 22. quod propter auctoritatem hominis sequendũ est, quando reperiretur in habitu clericali, secus si in habitu laicali, vt dixi supra. Item comprehendũtur multi alij casus, extendendo rationes *d. c. fin.* quæ generales sunt ad casus similes, qui ex identitate rationis dicuntur mente cõprehensi, ꝑut latè disputant hunc articulũ Ioan. de Visch. *in d. tractatu num.* 31. *& plur. seq.* & Remig. *in eod. tract. in* 3. *fallent. num.* 5. qui testatur esse communem opinionem pro hac extensione, citant alios, & [illegible]ent casus.
29 Circa secundam, qui delinquunt † contra ecclesiã, non gaudent immunitate prędicta: isti enim indigni reputantur, vt possint gaudere priuilegio ecclesiæ, qui sunt ipsius hostes. Sub hac regula comprehenduntur hæretici, vt per Boer. *decis.* 110. *num.* 6. Gundissalu. *de hæretic. q.* 11. Bouar. *d. c.* 20. *n.* 11. *vers.* 14. Item apostatæ, *c.* 1. *de apostat. & l.* 1. *C. eod. tit.* Item simoniaci, qui † æquiparantur hæreticis, *§. verum* 6. *quæst.* 1. Item 30
blasphemi, † Boer. *d. decis.* 110. Nec in hoc sequor limi- 31
tationem Deciani *lib.* 6. *cap.* 26. *n.* 6. vt non procedat, quando aufugeret ad ecclesiam ꝓ altero delicto, puta homicidio puro: quia cum inquisitus est de blasphemia apud iudicẽ laicum; & sic præuenta est eius iurisdictio, si homicidiũ commiserit, pro vtroq; delicto simul puniendus est, & si blasphemia est præuenta iurisdictio ecclesiastici, poterit ꝑ eum extrahi,
Item Iudæi, † *l.* 1. *& ibi gloss. C. de his qui ad eccles. cõfug.* 32
§. publicorũ. vbi gloss. in auth. de mand. pt. princip. Abb. *in c. inter alia nũ.* 6. *de immunit. eccles.* Boer. *d. decis.* 110. *n.* 4. Couar. *ibidem nu.* 11. cum aliis relatis per Remigiũ *ibid. fallent.* 18. & per Decian. *d. cap.* 26. *num.* 2. qui omnes probant hanc esse veram opinionem, ne in Iudæos perfidissimos hostes Christiani nominis aliquã humanitatem elargiamur. Nec est verum ꝙ aliqui
dicunt, tex *in. d. l.* 1. † *C. de his qui ad eccles. confug.* exci- 33
pere eos Iudæos, qui vellent fieri Christiani: quia imo dicit, quod simulant velle fieri, nec recipi debere iubet, nisi purgata innocentia, & solutis debitis, & si omni tempore fuerit difficillimum cognoscere veram voluntatem pessimorum, & fœtidorum hominum; est tamen longè difficilius nostris temporibus, cum pluries videamus Iudęos factos Christianos iterum & sæpius iudaizare, prout occasio permanendi in aliqua ciuitate sese obtulerit, & sanctissimè fuit dispositum ꝑ Extrauagant. Martini directã inquisitoribus Franciæ, vbi cauetur quod si hęreticus, Iudęus,
† vel apostata confugiet ad ecclesiã, non ad remediũ 34
salutare, sed causa euitandę pœnę, quod inquisitores possunt eosdem ab ecclesia abstrahere, & contra illos procedere, sicut si non anfugissent ad ecclesiam,

CAP. LII.

Episcopus, quando scribit ad secularem iudicem, an vtatur literis requisitoriis, vel præceptoriis. Et quid econtra.

SVMMARIA.

1 *Iudex ecclesiasticus scribens ad iudicem laicum an vti debeat literis requisitoriis vel præceptoriis.*
2 *Spiritualia sunt digniora temporalibus.*
3 *Præcepta fiunt cum causæ cognitione.*
4 *Literæ præceptoriæ hodie non sunt in vsu.*
5 *Citatio vnica requiritur vbi par citat parem, quæ dicitur requisitio.*
6 *Potestas temporalis, & spiritualis vt sunt distinctæ.*
7 *Iurisdictio vna tenetur adiuuare alteram, & nu. 9.*
8 *Iudex vterque in casibus mixtæ iurisdictionis procedit à pari.*
10 *Iudex debet requiri ex processu alieno.*
11 *Literæ requisitoriæ an differant à monitoriis.*
12 *Literis requisitoriis quando scribendum sit.*
13 *Iudex laicus requirit iudicem ecclesiasticum literis hortatoriis in casibus suæ iurisdictionis.*
14 *Vicarius coruscat radiis Episcopalis dignitatis.*
15 *Vicariatus non est dignitas ecclesiastica.*
16 *Vicarius est spectabilis.*
17 *Vicarius habet præeminẽtiam ratione iurisdictionis.*

POstquam in multis casibus accidit, vt iudex ecclesiasticus debeat scribere ad laicũ pro executione alicu-

alicuius ſententiæ : quæro quem modum obſeruare
1 debeat,an ſc.vtatur literis † præceptoriis,vel requiſi-
toriis & monitoriis : Et quid econtra. Circa primum
articulum præſupponendum eſt, quod licet ſpiritualia
2 †ſint digniora temporalibus,*c.inter corporalia.de trãſ-
lat.epiſc.& §.1.auth.de defenſor.ciuit.* vbi quanto quis
præeſt melioribus,tanto maior ipſe, & honeſtior eſt,
& facit *l.2.C.vt digni.ordo ſeru.li.12.* & ex quibus ma-
ioritas dignoſci ponit Geminian. *in c.1. de offic.legat.
li.6.*& ordo naturalis eſt,vt minor ſeruiet maiori,*c.eſt
ordo,34.q.5.* Tamen Eccleſiaſticus quantum pertinet ad
executionem ſuæ ordinationis faciendam per laicum,
3 non debet vti literis præceptoriis ; quia præcepta †
fiunt cum cauſæ cognitione , Cyn.*in l.quoties.C.de fi-
deicommiſſ.* Bart. *in l.ſi filiusfamilias.§.diui.in fin.& ibi*
Iaſ.*in 1.lect.n.115.& in 2.lect.num.5.& n.157.de legat.1.*
Bertrand.*in conſi.247.vniuerſitas.nu.3. vol.2. & conſil.
64.egregiè.vol.3.*& non poteſt ex abrupto citari ad vi-
dendum ſibi fieri præceptum , quia ignoratur an velit
4 obedire : Ideo iſtæ literæ † præceptoriæ hodie non
ſunt in vſu in Curia Romana , niſi quando Papa ſcri-
bit pro receptione alicuius monialis, vt dicit Abb. *in
c. ex inſinuatione. de reſcript.* & Staphil. *de literis iuſti-
tiæ.§.1.n.2.*

Et ſic regulariter vti debet literis requiſitoriis. Nã
5 vbi par citat † parem,ſufficit vna citatio, quæ propriè
dicitur requiſitio, puta ſi ſunt plures electi arbitri , &
vnus ſe abſentat,nolens arbitrari,tunc cæteri citabant
collegam quę propriè requiſitio dicitur,ita dicit gloſ.
ſingular.*in ver.requiſiuerunt.in clem.1.de hæretic.* cuius
non meminit Angel. *in l.ad peremptorium.ff.de iudic.*
& ibi Bald.tenet hoc per d.gloſſ. & *in conſ.155.quidam
in terra.vol.5.*&Iaſ.*in l.cùm quædam puella.n.18.ff.de iu-
riſdict.omn.iudic.* & ibi notant omnes. & *in l.2.ff.de in
ius voc.* vbi tractatur materia literarum requiſitorialiũ.
6 Item quia poteſtas † temporalis & ſpiritualis ſunt di-
ſtinctæ,*c.cùm ad verum.diſt.96.* & temporalis depẽdet
à Deo,vt *in auth.quomodo oport.epiſcop.col.1.in princip.*
& licet dependeat etiam ab eccleſia , vt notant Doct.
in c.nouit.de iudic.& in c.cauſam.qui fil.ſint legit. & di-
xi ſupra *parte 1.c.8.*tamen ſummus Pontifex dicitur ap-
probaſſe iuriſdictionem temporalem , vt nihil præiu-
dicetur illi in temporalibus per ſpiritualem , & ideo
7 habetur quod vna † poteſtas tenetur adiuuare alterã,
c.adminiſtratores.23.q.5. & ſi hoc eſt magis debitum in
iuriſdictione tẽporali,quia eſt inferior : tamen negari
8 nõ poteſt,quod in caſibus † mixtæ iuriſdictionis pro-
cedant à pari,& cùm par in parem non habet imperiũ,
l.cùm magiſtratus. ff.de arbitr.l.ille à quo. §.tempeſtiuũ.
9 *ff.ad Trebell.*Sed communiter vna poteſtas† alteri ſuf-
fragatur in iuris ſubſidium , requiſitis requirendis, *l.à
diuo Pio.§.ſententiam.ff.de re iudic.l.cùm vnus. ff.de bo-
nis auctor.iudic. poſſid. c.Romana. §.contrahentes. de foro
compet.lib.6.c.poſtulaſti.de foro compet.* ſequitur quod
hoc fieri debeat per literas requiſitorias. Et pro hoc
10 facit,quia ex proceſſu alieno† debet iudex acquiri,Bal.
in l.ſi.in 7.q.C.de edict.diui Adr.toll. & ita eſt caſus de-
ciſus,vt per Franciſc.Marc.*deciſ.367.parte 1.*
11 Non differunt iſtæ literæ† requiſitoriæ à monitoriis
in effectu ; nam &,*moneo,* verbũ idem ſignificat,quod
ſuadeo hortor,requiro, aduerto, doceo, vt per Mandoſ.*in
tract.de monitoriis.q.1.in princip.* ideo fieri poſſunt ſine
cauſæ cognitione,vt monitoria,vt per Mandoſ.*ibid.q.
2.*Solent differre in forma,quia requiſitoriæ ſolẽt ſcri-
bi,& mitti ſine appoſitione pœnę,ſed monitoria cum
appoſitione ſententiæ excommunicationis , vel ipſo
facto incurrendæ , vel abſque , & tunc habebunt effe-
ctum diuerſum,quia monitoria præcedent vindictam
ſpiritualem,*c.petimus 11.qu.1.verſ.vſque hodie commoni-
tus. c.dignè. & ibi gl. in ver.admonitio 12.q.2.c.literis.&
ibi gl.in ver.moneas.de ſponſalibus.* Requiſitoriis igitur
ſcribendum eſt,ſiue ſimus in caſibus mixti fori,ſiue in 12
quibus iudex laicus nullam habeat iuriſdictionẽ: nam
vbi requiſitus eſt pro executione , ſemper poteſt ali-
quam ſummariam adhibere cognitionem, vt ſcripſi-
mus *in 1.parte,c.final.*& vrbanitas id ſuadet,vt non ali-
ter Epiſcopus ad monitoria pœnalia perueniat , niſi
prius requiſitoriis vſus fuerit.

Multoties autem contingit ſecularem iudicem indi-
gere auxilio Eccleſiaſtici, vt ſi laicus poſt iudiciũ cœ-
ptum coram ipſo,factus ſit clericus,& quia potuit cõ-
demnari,vt dixi *in 2.centur.caſu 1.*& ſententia laici pa-
rit rem iudicatam coram eccleſiaſtico,*c.ſi.de except.lib.*
6.cùm non poſſint perſonaliter exequi contra clericũ,
† requirit iudicem Eccleſiaſticum, vltra requiſitorias 13
literas,non habet aliud quid faciat,ad monitorias pœ-
nales procedere non poteſt , quia hoc non facit infe-
rior.Item in regno Neapolis,quando Epiſcopus gra-
uat iuriſdictionem laicorum, ſolet Regium collatera-
le conſilium expedire quaſdam literas hortatorias de
hortando Epiſcopum , vt ceſſet ab inferendo mole-
ſtiam,non poſſunt apponere pœnam,quia tunc admo-
nitio tranſiret in naturam præcepti , & inferior iuriſ-
dictio hoc non facit addunt in admonitione , vt deſi-
ſtere debeat à moleſtiis inferendis in iuriſdictionem
vel ſubditos Regis , pro quanto habet caram gratiam
Regiæ Catholicæ Maieſtatis , audiui aliquando coe-
giſſe per ſubtractionem fructuum beneficiorũ, quod
eſſet malè factum,& directò contra libertatem eccle-
ſiaſticam,vt ſcripſi ſupra.

Quod dixi de epiſcopo, procedunt etiam in eius vi-
cario. Nam coruſcat † radiis epiſcopalis dignitatis,ita 14
Epiſcopo præſente,ſicut abſente, vt patet in Auguſta,
quæ ſic radiis coruſcat Imperatoris, *l.fœminæ. ff. de ſe-
nator.§.hoc ita.in auth.de conſulib.* ita arguũt Bart.Flo-
rian.& Cuman. *in l.quod principi.ff.de legat.2.* de Au-
guſta ad vicarium Epiſcopi, & licet vicariatus † nõ ſit 15
dignitas eccleſiaſtica,alioqui non expiraret per proui-
ſionem factam à ſuccedente in Epiſcopatum;eſt tamẽ
quædam præeminentia non determinata ad aliquam
eccleſiam,coruſcans ex radiis Epiſcopalibus,& eſt ſpe-
ctabilis,& de mediis magiſtratibus,vt dicit Specul. *in* 16
tit.de iuriſdict.omn.iudic.verſ.medij ſunt. & dicit gl. *in
clem.auditor.de reſcript.* quod dignitas eſt, eſſe vicariũ
Epiſcopi,& lata ſumpta ſignificatione vicarius dicitur
prælatus, vt notat Ant.de Butr. *in c.decernimus.de iu-
dic.*& præeminentia † eſt radicata in ipſo vicariatu ra- 17
tione iuriſdictionis, quæ de ſui natura habet dignita-
tem annexam,vt notatur *in c.licet is.de procurator.li.6.*
ergo eodem modo vicarius Epiſcopi poterit vti lite-
ris requiſitoriis & monitoriis , vt dictum eſt,pro exe-
cutione iuriſdictionis eccleſiaſticæ.

CAP. LIII.

Legatus Apoſtolicus,Patriarcha,& Archi-epiſcopus an poſſint habere baldachi-num,& excommunicare eos impedien-tes.

SVMMARIA.

1 *Baldachinum quæ vox ſit,& quid ſit,n.6.*
2 *Pallium,& baldachinum an ſint idem.*
3 *Legatus de latere vtitur eiſdem inſignibus,quibus Papa,
& n.18.*

QVæstionem nouam aggredior à nemine hucusque pertractatam, an Legati de latere, Patriarchæ,& Archiepiscopi possint habere baldachinum,& eis ad hoc impedimentum dantes,censuris afficere, vtilem operi,& necessitati horum temporum in Italia,
1 in quibus casus occurrit, Baldachinum † apud antiquos Romanos non inuenitur, & est vox Itala, quam solum inueni *in libro* 1. *sacrarum ceremoniarum ecclesiæ, c. de consecratione,& coronatione summi Pontificis,& c. de processione Pontificis, & Cæsaris per vrbem in pluribus lo-*
2 *cis*. Aliqui ex nostratibus pallium † appellarunt: Nam Alberic. *in rubric. C. de sacrosanct. eccles. nu.* 4. quærit an Principes benedicendi in nuptiis vti debeant palliis ecclesiæ, Gundissalu. de Villadiego *in tract. de Legato.*
3 *q.5. in princip.* quærit vtrum Legatus † de latere, qui vtitur eisdem insigniis, quibus Papa debeat processionaliter recipi sub pallio, qui voluerunt intelligere de baldachino,& Abb. *in rubric. nu.3. de auctoritate,& vsu*
4 *pallij*, dicit pallium † quod datur Archiepiscopis, scribendum esse per vnum l.& literam e.& dicendum est paleum, quod est propriè dignitatis, pallium verò est, honestatis,& honoris, quod etiam laicis competit, *c. suscepimus. de auctorit.& vsu pall.* Et intelligo quæsitum extra curiam Romanam, quia præsente Papa con-
5 quiescit † officium inferioris, *c. volentes. de officio legati.* & facit *c. denique. dist.* 21. vbi præsente Episcopo sacerdos non benedicit, & Host. *in d. c. volentes.* distinguit, quod potestas reuerentialis, siue vt ipse dicit insignialis est illa, qua non vtitur inferior coram superiore, licet aliquando vti possit potestate iurisdictionali, vt per ipsum.

Est † igitur baldachinum tegimen solij Principis in 6
throno stantis, siue incedentis, Regina Saba salutando Salomonem, 3. *lib. Reg. cap.* 10. *vers.* 9. dicit: *sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Israel, eo quod dilexit dominum, in sempiternũ, & constituit te Regem, vt faceres iudicium,& iustitiam.* dicit ibi glossa thronum Regis tegmine adornatũ est. Et *Prouerb. c.* 20. *vers.* 8. *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum.* Item Athen. *lib.* 12. *c.* 3. ait: *Persarum Reges, quamuis deliciis addicti, tamen ius in aureo solio,& purpureo tegmine cooperto dicebant.* Refert Boerius *lib.* 1. Galtherum Scotorum Regem in Hispania, in Brigantia vrbe, quæ hodie Compostella nuncupatur, ius dixisse sedentem in marmore in modum cathedræ supernæ coopertæ efformato,& ideo marmori illo tantam auctoritatem accessisse,&c. Est igitur ornamentum loci, vbi propriè per Principem sedentem iurisdictio exercẽda est: Hinc subsellia tribunorũ: Triumuirorum, quæstorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subsellis considebant: erant & subsellia iudicum, id est eorum, qui publicis iudiciis disceptandis operam dabant, Budæus *in annotationibus prioribus ad l.1. ff. de iudic.* Spiegell. *in suo Lexico. in ver. subsellia.*

Et ponitur solium, † quod Græcè thronum dicitur, 7
Alberi. *in dictionar. in ver. solium.* inter insignia ipsius Principis: Romanorum verò Regum insignia † nu- 8
merantur à Polydoro, quem refert Chassan. *de gloria mundi, parte* 1. *conclus.* 1. *&* 2. esse fasces cum securi, corona aurea, sella eburnea, trabeæ curules, phaleræ, annuli, paludamenta, prætexta, togæ pictæ, tunicæq; palmatæ,& omnia denique decora quibus imperij dignitas eminebat, quibus & antiquiores etiam vsos fuisse scribit Petr. Gregor. *in lib.* 6. *de republica, c.* 20. Romu- 9
lus † ex more 12. Hetruriæ populorũ, qui singuli Regi creato antea singulos lictores dabant, eosdem duodecim lictores assumpsit, qui magistratibus ministrabãt, fascesque virgarum allegatos cum securibus gestabãt. Item diadema, corona, & sceptrum sunt insignia Imperatorum, Chassan. *ibid. parte* 5. *considerat.* 19. Item 10
Imperatori † adoratio debetur pro salutatione de iure ciuili, *l.2. C. de fabricens. lib.* 11. *vers. per biennium adoraturus æternitatem nostram,& in l.1. C. de domestic.& protect.& in l.1. de præposit. sacri cubic. & in l.1. C. de silentiar. eod. lib.* Vbi Imperator eandem adorationem sedentibus in suo consistorio exhiberi iubet,& sic suum honorem alteri communicat, *in vers. nec non in nostro consistorio his honor omnifariam obseruetur. l.1. C. de præposit. labor. eod. lib.* & cum eadem laude, qua Princeps excipi debet, *l. vnica. C. de quæstor.& offic. magistr. officiorum. eod. lib.* Item auri † coronarij concessio Imperato- 11
ri debetur, *l. vnic. C. de aur. coronar. li.* 10. *l. Iudæorum. C. de Iud.* idque à Iudæis in iucunda imperij susceptione debetur: dicit tex. ei soli aurum spargere licet,& tamen aliquando consulibus & prætoribus concessum fuit, quod hodie non licet, *§.1.& §. fi. auth. de consulib. l.2. C. de consulib.& non spargendis ab ips. pecun. lib.* 12. quæ dicebantur missilia in vulgus, *§. hoc amplius, Instit. de rer. diuis.* vbi Accurs. dicit idem obseruari in Papæ coronatione.

Et quod insignia † Imperatoris sint aliis communi- 12
cabilia, probatur, ex quo fuerunt omnia cõmunicata proconsulibus: nam, vt ex Dione *li.* 53. scribit Frãcisc. Hottomann. *in lib. de magistratuum Romanorum descriptione. c. de Proconsulib. col.* 4. Ab ipso Cęsare inter alia iustum est, vt proconsules dicerentur, non modò illi duo,

duo, qui consulatu essent functi, sed etiam cæteri viri prætorij, quive pro prætore mitterentur, vt tot lictores vtrisque darentur, quot habere in vrbe legibus licebat, vt Imperij insignia quamprimum pomœrio egressi essent, acciperent, eaque vsque dum ex prouincia decederent, perpetuo retinerent, &c. Et hodie obseruatur, vt eisdem omnibus insigniis, quæ sunt propria

13 Regum, vtantur Proreges, † per tex. *in l.1.C.de silentiar.lib.12.in vers. vt tam in adoranda nostra serenitate, quàm in salutandis administratoribus, & reliquis, prædicti honoris priuilegiis*, nec non in *nostro consistorio his honor omnifariam obseruetur*. & facit c. *cùm inter vniuersas.in ver.vice regia.de elect.*

Item probatur ex *l.1.C.de metropoli Beryto lib.12.* &

14 insignia † Principis fuerunt communicata in feudis regalibus, vt sunt Ducatus, Principatus, Marchiæ, vel alterius dignitatis regalis datæ ab Imperatore, vel à Papa, *c.1.de feud.Marchiæ, c.1.quis dicatur Dux.* Bart. *in l.1.in fi.C.de dignit.lib.10.* Et dicuntur feuda Regalia, quia isti, quibus concessæ sunt istæ dignitates, in eorũ feudis tenent locum Regis, Paris. *de reintegrat. feud.c.1.de feudo regali:* & dicuntur habere Regiam dignitatem, & quia quælibet dignitas debet habere sua insignia, vt per Luc.de Penn. *in l.murilegulis C.de murile-*

15 *gul.lib.11.* Ideo Dux † ex communi vsu habet pileum circundatum quadam corona rotunda non erecta, nec ascendente in modum Zonæ circumdantis pileum, vt dicit Chassan. *in d.parte 1.conclus.9.* quod etiã affirmat de Marchione, & Comite, & ita communiter obseruatur, vt ex hoc cognoscantur ab aliis, & de origine Du-

16 cum, & quomodo † debeant habere sub se duodecim Comites, & quę sint alia eorum insignia scribit Frecc. *de subfeud.li.2. c.quis dicatur dux.* & hodie communis obseruantia est, vt quibus concessum est habere Coronam prædictam pro insigniis, iidem vti possint baldachino, & hoc vbilibet docet experientia; Et de aliis insigniis Principum, Marchionum, & Comitum, videndus Frecc. *in d.2.lib.de subfeud.cap. quis dicatur Comes.* & Lancellott. Conrad. *in templo iudic. li.1.c.3.4.5. & 6.*

17 Ita dicimus de Legato † de latere ipsius Papæ, quia gerit vices Papæ, *c.venerabilis.de consuetud.cap.1. & ibi* Abb. *in vltim.not.de offic.legat.* Specul. *in tit.de legat. §.nunc ostendendum, ver.legatus.* & est imago ipsius Papæ, *c.volentis.eod.tit.* & ideo tẽpore legationis in prouincia dicitur superillustris sicut & Papa, Petrus Gambar. *in tract.de Legato.li.2.§.quoniam.n.30.* ergo debet

18 vti † iisdem insigniis, quibus Papa, scilicet parafreno albo, & calcaribus auratis, & licet Hostiens. *in c.antiqua.de priuilegiis.* velit quod istis possit vti solum trãs mare, tamen videmus hodie quod vbilibet indistinctè vtuntur, ita testantur Gambar. *in d.tract.li.1.§.constituuntur,n.4.* & Gundissalu. de Villadieg. *in tract.de Legato.q.5.n.1.* & sic vidi seruari in Italia semper. Nam

19 eo ipso quod Papa † vices suas, vel plenę legationis officium alicui committit, in aliqua prouincia, videtur omnem iurisdictionem, & omne imperium commisisse, *c.valde.in princip.& §.legatum.& ibi* Archidiaco. *dist.94.c.mandata.de præscription.c.si abbatem, & ibi* Archidiacon. Geminian. & Franc. *de election.lib.6.* & id quod facit Legatus in prouincia censetur factũ à summo Pontifice, vt notat Cardin. Alex. *in c.regula.§.porrò.in princip.dist.3.* Et si Vicerex debet habere baldachinum, quia repræsentat personam Regis, an negandum erit Legato Papæ, qui repræsentat Papæ personam? aliàs destrueremus iura, & humanam concordiam, & ad hoc est tex. *in c.fi.dist.93.*

20 Item quia Legatus † de latere assimilatur proconsuli, & vicem proconsulis obtinet, *c.ex parte.de offi.legat.* & latius ad hoc cumulant Boer. *in tract.de Legato de latere.n.67.* Gambar. *in tract.de auctorit.Legat.li.1. §.debet.per totum.* Io.Brunell. *in tract.de dignitate, & potestate Legati, conclus.9.per totam.* Ergo cùm primũ egreditur portam Romæ potest vti insigniis proconsularibus: nam isto modo proconsules egressi Romã, ante ingressum prouinciæ sibi decretæ exercebant actus voluntariæ iurisdictionis, adoptionis, & manumissionis, *l.1.& 2.ff.de offic.Legat.* An non idem dicemus in Legatis, & proconsulibus Papæ, in quorũ honore, veneratur Ecclesia Romana, *c.si quis legationem.*

dist.94. Ideo Legato † ingredienti ciuitatem aliquã suæ 21 prouinciæ clerus, & totus processus processionaliter occurrit, & illum recipient sub pallio, sicut Iudæi Christo obuiauerunt intranti Hierusalem portantes ramos oliuarum, ita dicit Gundissalu. de Villadieg. *in tract.de Legato.parte 1.q.5.nu.1.* Gambar. *in tract.de auctoritate Legati.li.1.§.debet.n.5.* allegat ad hoc Bertachin. *in tract.de Episcopis.li.4.in princip.* qui licet loquatur de Episcopo, & archiepiscopo, prout hoc non habet difficultatem, quia experientia demonstrat, tamen idem esse intelligendum de Legato, dicit Gambar. *in d.§.*

debet.n.5. Et pro † vlteriori honore ipsius Legati, de- 22 bet populus acclamare; viuat talis legatus: ita probat Gundissalu. *in d.tract.de Legat.li.1.q.7.n.7.* per tex. cũ gloss. *in l.vnic.C.de q.li.12.* in argumentum, & *l.iustißimos.C.de offic.rect.prouinciæ.* Et sic est expeditum quod Legatus de latere, tum quia repræsentat Papam, & honorem ecclesiæ, tum quia obtinet vicem proconsulis, debet habere omnes honores, & insignia Pontificalia, & recipi sub pallio, id est, baldachino, sicut processionaliter recipiuntur Archiepiscopus, & Episcopus in ingressu ciuitatum suarum.

Quod autem legatus † de latere vti possit baldachino 23 in actionibus publicis suæ legationis probatur, quia legatus Papę habet supremam iurisdictionem ordinariam, Abb. *in c.1.de offic.ordin.* vbi dicit, quòd Legatus Papæ in prouincia sibi decreta habet ampliorem potestatem, quàm Episcopus, vel Archiepiscopus: imò est verè super ipsos, idem dicit Host. *in tit. de offic.Legat.§.nunc ostendendum.vers.Legat.* & quia hæc suprema † iurisdictio est ordinaria, *c.2.de offic.Legat.lib.6.* gl. 24 *in c.sicut vir. in ver.aut Legatum 7.q.1.* gl. *in c.igitur 25. q.2.* Io.de Deo *in quæstionib.suis. in princip.* Inn. *in c.licet.de offic.deleg.* gl. *in c.ex litteris.de rest.in integ.* Ideo sicut proconsules qui habebãt ordinariam in prouincia sua vtebantur omnibus insigniis Imperatoris, vt dictum est, ita & legatus vti debet omnibus insigniis Papæ. Nec obstat quòd legatus gerit vices Papæ vt dictum, & ideo non videtur habere ordinariam, quę radicatur in persona propria. Nã vt bene aduertit Brunell. *de dignitate & potestate Legati.conclus.10.* illa verba, *vices nostras*, non tollunt legatis iurisdictionẽ propriam, sed debent intelligi secundum qualitatem personæ, & ideo habebunt ordinariam sicut proconsules.

Idem intelligendum est de Patriarchis, † quia æquipa- 25 rantur Regibus, Bald. *in l.1.ff.de offic.præfecti prætor.* & ibi etiam quòd Archiepiscopi æquiparantur præsidibus prouinciarum, gloss. *in c.1.de offic.ordin.lib.6.* propterea idem dicendum est de Archiepiscopis, vt in actionibus publicis quas faciunt vt Archiepiscopi, † ita 26 in eundo, vt in processionibus solemnibus, sicut stando coram vniuerso populo debeant habere baldachinum, quia æquiparantur Ducibus, Corrad. *in templo iudic.li.1.c.4.nu.3.* Nam diximus Duces habere sub se plures Comites, ita Archiepiscopus habet plures episcopos, & sufficit etiam si vnum tantum habeat. Et

27 quòd Archiepiscopus † dicatur Dux Episcoporum, specialiter est dispositum per *legem* 15.*partitarum prima.tit.*5. Archiepiscopus tamen est minor Patriarcha, *c.cleros.dist.*21.*c.vrbes.& c.in illis.dist.*80. Abb.*in c.duo simul.de offic.ordin.in* 1. & 2.*not.* ideo Archiepiscopus promouetur in Patriarcham; ergo ad dignitatem maiorem, *c.legimus.dist.*93. gloss.*in c.*1.*de cleric.non resid.*
28 *lib.*6. non econtra. Nec facit quod Archiepiscopus † habet maiorem iurisdictionem, quàm Patriarcha; quia est iudex omnium suffraganeorum suorum Episcoporum, & Patriarcha est iudex solius Archiepiscopi, glo. *in c.prouinciæ.in ver.comitibus.dist.*99. quia Episcopus habet maiorem iurisdictionem quàm simplex pres-
29 byter Cardinalis, † & tamen Cardinalis præfertur in dignitate, vt notant Archidiacon.& Geminian.*in cap. quanquam* 2.*q.*7.& Abb.*in c.ecclesia. in* 2.*col.fi.de elect.* Io.Andr.& Immol.*in c.dilectus.in l.de præbend.*Felyn. *in rubric.de maior. & obed.col.*5. & hæc inducuntur ad
30 validandum quod legatus † de latere debeat habere Baldachinum, qui est maior, & dignior Patriarcha, & Archiepiscopo, & quod Archiepiscopus debeat habere Baldachinum, probat Gambar. *in d.tract.de auctoritate Legati,li.*2.§.*illud nosse.n.*249. vbi ex Sabellico *Eneadum* 8.*lib.in fi.*dicit Imperatorem Valentinianum illo vsum fuisse, & donasse Archiepiscopo Rauennatensi, & ibi dicit verisimile esse Constantinum, vel alios Imperatores donasse cæteris. Sed quantum
31 ad Archiepiscopos † pertinet, ego puto seruandam esse consuetudinem loci, quæ pro affirmatiua, satis iure fundari potest.

Modò videamus an impedientes huiusmodi supre-
32 mos † magistratus vti suis insigniis, quæ sibi de iure vel consuetudine debentur, possint censuris affici, & affirmatiuè est decisum *in c.siquis.dist.*94. Si quis legationem, id est legatum impedierit, non eius, sed multorum vtilitatem auertit, & sicut multis nocet, ita à multis est arguendus, & quia Dei causam impedit, & statum turbat Ecclesiæ, ab eius limitibus arceatur, & satis impedire legatum, qui non exhibet illi debitum honorem, quia in eius honore honoratur Ecclesia, cui non debet legatus renunciare. Vnde dicit Felyn. *in c.cum non liceat.circa princip.de præscript.* quod licet † Episcopus alicui Ecclesiæ exemptionem concedat, 33
vt illi obuiam processionaliter non eat, quæ tamen prius ire solita erat, concessionem huiusmodi in præiudicium Ecclesiæ non esse validam, per tex. *in l.fi.C. de bon.libert.* vbi ad hoc Bald. & notatur ibi *in ver.reuerentia.* quoniam neque † gratis, neque per pactum 34
huiusmodi reuerentialis honor remitti potest, *l.alia. §.eleganter.vbi hoc notat* Angel. *ff.solut.matrim.* cùm sit contra naturale vinculum, *l.venia. C.de in ius voc.c. constitutus.de religios.domib.* quia honestas & reuerentia collocatur inter iuris præcepta, *l....ff. de iust.& iur.*Crauett.*de antiquit.parte* 4.*n.*120.

Et quod possint excommunicari impedientes dari propria insignia, & debitum honorem præstari vt decet, probatur, quia censuræ relaxantur ex causa ardua, *Concil.Trident.sess.*25.*c.*3. & quæstio honoris † dicitur 35
causa ardua, per tex.in sui ratione *in l.inimicitia.in fin. ff.de his quib.vt indig.* & honor, & honestas in tanto pretio habendi sunt, vt pari passu cum vita ambulent, *l.iusta,ff.de manumiss.vindict.* & interesse honoris est maior omni alio honore, Chassan.*de glor.mundi,parte* 1.*considerat.*2. Tanto magis, quia de iure ciuili, qui non præstat honorem puniendus est, prout est casus *in l. singuli,& in l.sciant. C.de offic.diuers. iudic. & in l.*1.*C. de domestic.& protest.li.*12. pœna sacrilegij similis erit, si his honorificentia non deferatur. Ergo si non præstatur sibi debitus honor potest censuras relaxare, quia tunc non est iudex, sed iuris executor fore censetur, Innoc.*in c.ex parte. de verb.signific. & in c.nosti.de elect.*gloss.*in c.Romana.de pœnis.lib.*6. latè Gundissalu. de Villadieg.*in d.q.*7.*n.*37. Et potest interdicto afficere totam prouinciam, donec paruerint, Nicolaus Boer. *in tract.de potestate Legati de latere.* §. *de throno Dei.n.*17. Et ad hoc faciunt multa quæ scripsi supra *c.* 15. Sed an interim sit consulendus summus Pontifex: Non credo, ne minuatur opinio electionis, si ignoretur animaduertere diuersas resolutiones.

Finis partis secundæ.

TRACTA-

TRACTATVS

DE IVRISDICTIONE INTER IVDICEM ECCLESIASTICVM, ET LAICVM EXERCENDA.

Pars Tertia.

In qua tractatur de Excommunicationibus ferendis ob ipsam Iurisdictionem, & de earum validitate, atque tota practica ipsarum, & monitoriorum, declaratur.

DOCTORIS MARTÆ NEAPOLITANI IVRISCONSVLTI IN ALMA VRBE ADVOCATI.

DOCTORIS MARTÆ

NEAPOLITANI IVRIS-CONSVLTI, IN ALMA VRBE ADVOCATI,

Tractatus,

DE IVRISDICTIONE INTER IVDICEM Ecclesiasticum, & Laicum exercenda.

Pars Tertia.

Quæ tractat de Excommunicatione & Interdicto, Ad commodiorem vsum vtriusque Iurisdictionis.

CAP. I.

Episcopum posse quoslibet suam Iurisdictionem turbantes excommunicatione afficere.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictionem licet defendere pœnali iudicio.*
2 *Episcopus potest excommunicare statim turbantes suam iurisdictionem.*
3 c.dilecto.de sentent.excommunic.li.6.*habet locum etiam in turbante iurisdictionem prælatorum.*
4 *Monitiones non requiruntur in ferenda excommunicatione, contra turbantem iurisdictionem, contra Couarr.*
5 *Monitio episcopi non requiritur, quando quis est monitus per legem.*
6 *Excommunicationis declaratio potest fieri etiam in non citatos.*
7 *Episcopus potest excommunicare solum subditos suæ diœcesis.*
8 *Episcopo potest esse non subditus ex priuilegio.*
9 *Subditi quomodo fiant, qui non sunt, delinquentes intra diœcesim.*
10 *Acceptio personarum nulla est apud Deum.*
11 *Acceptio personarum habet respectum solum ad debitum iustitiæ, non gratiæ.*
12 *Excommunicatio fertur in pœnitentiam, sine personarum acceptione.*
13 *Pœna maior datur in dignitate constituto, quàm cæteris.*
14 *Reges confiteri debent peccata parrocho proprio.*
15 *Principes exempti debent reuerentiam Episcopo.*
16 *Episcopus est maior Imperatore in sua diœcesi.*
17 *Iurisdictio delegati conturbata per quē defendenda est.*
18 *Sententia in exemptum lata, non tenet.*
19 *Exemptio si non constat notoriè, tenetur comparere, & allegare.*
20 *Priuilegium vt quis non possit excommunicari ab episcopo, de qua excommunicatione intelligitur.*

OMNIBVS magistratibus secundum ius suæ potestatis concessum est, iurisdictionem † suam defendere pœnali iudicio, *l.1.ff.si quis ius dic.non obtemper.* Episcopus autem aduersus nimiam potentiam, sufficientem temporalem defensionem forte non habet: Propterea in Concilio Lugdunensi dispositum est, vt possit spiritualiter etiam, gladio vtendo ecclesiastico se defendere, & ad arma spiritualia recurrere, quæ sunt propria ipsius ecclesiæ, atque excommunicationis sententiam in suam iurisdictionem turbantes † ferre, prout est casus *in c.dilecto.de sentent.excommun.lib.6.* & hanc opinionem firmarunt ibi Ioan. Andr. Geminian. & Franch. item Socin. *in cap.perpendimus.numer.122.de sentent.excommunic.& in consi.237.colum.2.volum.2.* Lap.*allegat.37.* Capyc. *decis.124.nu.11.* Dec.*in cap.reprehensibilis.col.2.de appellat.* Anton.de Butr.*in c.venerabili.col.2.de censibus.* 2

Et quamuis *d.c.dilecto.* † loqueretur de defensione personæ prælati, & bonorum ecclesiæ, quos offendentes sunt excommunicati ipso iure, *cap.si quis suadente diabolo.17.quæst.4.& cap.2.de rebus eccles.non alienand.& in extrauag.communib.de reb.eccles.non alienand.* nihilominus multo magis procedit in defensione iurisdictionis ecclesiasticæ, cuius vsurpatio æqualiter considerata est cum vsurpatione bonorum ab Innocentio III. in Concilio generali, *in cap.final.de rebus eccles.non alienand.* imò magis conturbatur ecclesia in vsurpatione suæ iurisdictionis, & habet locum ratio *auth.multo magis.* quo casu posse eundem iudicem, qui turbatus fuit, in turbatorem excommunicationem ferre, dixit magnæ auctoritatis vir Innocent. *in capitul. dilectus.versic.nisi turbares iurisdictionem.de pœnis.* 3

Quo casu monitiones † non requiruntur, vt dixit Couarr. *in c.alma mater.part.1.§.9.num.6.de sent.excomm.lib.6.* quoniam cùm iurisdictionem ecclesiasti- 4

cam conturbantes,singulis annis *in Bulla,Cœnæ Domini* excommunicentur,ipsa lex,quæ maturè & prudenter excommunicationem indixit, quotidie admonet
5 † subditos, ne ecclesiasticam iurisdictionem conturbē.,propterea nulla altera monitio requiritur,ita probat tex. *in c.2.de constitut.li.6.& cap.à nobis.de sent.excom.& d.c.si quis sua dente* 17.q.4.& firmarunt Doct.*in c.sacro. de sent.excomm.* de quo vberius in sequentibus tractabo: Et debet statim Episcopus excommunica-
6 tos † declarare, ad euitandum scandalum,aliorumque medicinam,vt timore pœnæ caueant similia perpetrari,& ita fecit D.Paulus Apostolus, qui excommunicauit Corinthium absentem, & irrequisitum, de quo habetur *in c.cùm sit Romana,§.fi.de appellationib.* & D. Ambrosius prohibuit ingressum Ecclesiæ Theodosio Imperatori, eo quòd non pœnituisset tanti sanguinis innocentium hominum effusionis, *c.duo sunt.dist.96. c.apud Thessalonicam* 11.q.3. D.Antonin.*in summa historiali,parte 2.tit.9.c.8.§.3.*

Hæc excommunicatio non in omnes personas fie-
7 ri permittitur,per *d.cap.dilecto*:Nisi in suæ diœcesis † subditos,vt per Io.Andr.*ibid.in sua gloss.ecclesiasticum, vers.nisi homines suæ iurisdictionis.* Innoc.*in c.venerabili.n.3.vers.nihilominus pendente lite,de censib.*In nō subditos censuræ relaxatæ non ligant,Abb.*in c.cùm sit ge-*
8 *nerale.n.9.vers.sed fateor.de foro compet.*Item † Episcopo potest esse non subditus non solum si non est intra diœcesim, sed etiam ex Papæ priuilegio, *c.si Papa.*
9 *de priuileg.li.6.*Sed qui non sunt intra † diœcesim,sed in ipsa delinquunt,vt per literas efficiuntur subditi, *l.1.C.vbi de crim. agi oport.* ergo si per literas Episcopi iurisdictionem conturbauerint,possunt excommunicatione damnari.
10 Subditorum autem nulla debet esse personarum † acceptio,quæ apud Deum non datur, Deuter.*c.1.& c.16.* Matth.*c.22.* Luc.*c.20. c.nec quenquam. de consecrat. dist.4.c.nouit.de iudic.c.venerabilis.de præbend.*vbi non generis nobilitas,sed virtutum,vitæque honestas gratum Deo faciunt. Item Actuum *c.10.* & Iacobi *c.2.& ad Rom.c.2.§.illud.in auth.de monach.cum gloss.* Et licet gratiam suam non det reprobis, non tamen dici-
11 tur personarum acceptio, siquidem hæc acceptio † opponitur iustitiæ, ideo in illis duntaxat locum habet,quæ dantur ex debito,quod attendit iustitia,Deus autem non ex debito, sed ex gratia vocat, D.Paul.*ad Titum c.3.non ex operibus iustitiæ, &c. & ad Rom. c.11.si ex operibus,iam non ex gratia.* ergo neque apud iudices personarum acceptio esse debet, *d.c.venerabilis.de præbend.& c.final.distinction.*49.*& c.sacrorum.distinct.*63.
12 Item quia excommunicatio est sententia, † in cuius prolatione,personarum acceptio prohibetur, *c.necesse* 3.q.9. Item excommunicatio datur in pœnitentiam,& in istius impositione eadem acceptio prohibetur,*c.sacerdos,*27.q.7.Et quando esset habenda dignitatis personæ consideratio, id in eius damnum debet extendi;
13 quia plus punitur † in dignitate constitutus & peccans,quàm cæteri propter scandalum, atque malum, quod aliis præstant exemplum,*c.cùm quidam,vbi* Bald. *de iureiur.l.presbyteri.C.de episc.& cleric.* Bart. *in l.Pedius.§.diuus.ff.de incend.ruin.naufrag.*gloss.*in c.cùm non cogantur.*
14 Omnes Reges † debent confiteri peccata sua Parrocho eorum residentiæ,*c.omnes.& ibi glo.1.de maior.& obed.*ex priuilegio habent,vt possint eligere confessorem, Host.*in c.conquerente.de offic.ordinar.* Corsett.*in tract.de potestat.Regia,parte* 3.q.35. Cōsuetudo hoc nō posset inducere,*c.de secundo.de pœnitent.& remiss.li.6.* quia neruus Ecclesiasticæ disciplinæ ex hac consuetudine frangeretur,*c.cùm venerabilis.de consuetu.* & propter quas causas huiusmodi exemptiones conceduntur,ponit Baldus de Perigl's, *in tract.de exempt.* Sed quantumuis Principes † sint exempti semper debent 15
reuerentiam proprio Episcopo, ita dicit Bald.consuluisse Oldradum *in l.fi.n.5.C.de bonis libert.*& latè congerit Felyn.*in d.c.conquerente. de offic. ordinar.* quia in propria diœcesi Episcopus † est maior Imperatore,& 16
ipsum præcedere debet, *d. c. omnes.de maior. & obed.* ergo subditi Episcopali reuerentię de eius diœcesi dicuntur esse.

Quare conturbantes Ecclesiæ iurisdictionem, ac censuras Ecclesiasticas contemnentes in Cœna Domini fulminatos,ab Episcopo excommunicatione feriri posse, nulla distinctione personarum habita,siue potius censuris affectos declarari, non est dubitandum,si delegati iurisdictio † conturbata fuerit,est per 17
ordinarios hoc faciendum, Innoc.*in d.c.dilectus v.delegati n.per ordinarios de pœnis.* Bart.*in l.pen.in fin.ff.de falsis.* Nisi in literis id fuisset specialiter concessum. Si adeo exempti fuerint ab ordinario,de quo per Canonistas *in c.cum personæ.de priuileg.lib.6.* Papa, vel Legatus de latere animaduertit,vt notatur *in cap. quando translationi.de offi.deleg.*quod cęteris Legatis non permittitur;ergo neque sententia, † neque citatio coram 18
ordinario facta valebit, quia à non suo iudice, neque vti contumaces potuerunt censuris affici,*clem.pastoralis §.notorium.ver.Pisanæ.& ibi gloss.de re iud.gl.in cap. veniens.de accusa.c.si Episcopus 2.q.3.& ibi gl.in ver.conuocari,& in ver.propter contumac.* Innoc.*in c.secundo de dilationib.l.non videtur in prima ff.de iud.*Sed hoc procedit si notoriè sit exemptus,& diu toleratus in priuilegio exemptionis, sicut sunt religiosi mendicantes,si verò non constat,† tunc tenentur comparere & alle- 19
gare priuilegium, *d.c.cum personæ.de priuileg. lib.6.* & propterea ratione debitæ reuerentiæ, etiam in supra dicto casu censuris affici possunt, nisi speciale à Papa habuerint priuilegium, quod à nullo valeant excommunicari,† Riccard.*in lib.4.sent.dist.*18. Syluestrina *in* 20
*verb.exemptio §.8.n.6.*Sed ego hoc priuilegium intelligo in excommunicatione ex causa noua incurrenda, non autem de censuris,in quas incidunt in *Bullam Cœnæ Domini.* contrauenientes, quæ singulis annis ab ipso eodem summo Pontifice, consulente Concilio renouatur, atque publicatur, & Episcoporum est declarare,vt inferius vberrimè pertractabo.

CAP. II.

Excommunicatio qualis pœna sit in Ecclesia Dei.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatio est maior pœna in Ecclesia Dei.*
2 *Excommunicato vtitur diabolus velut pecore.*
3 *Excommunicatio iusta quid operetur respectu Dei.*
4 *Excommunicato Angelus deputatus minus operatur.*
5 *Excommunicati,& peccatoris differentia.*
6 *Excommunicatus non potest interesse diuinis,& quando possit orare.*
7 *Excommunicatio priuat à perceptione sacramentorum.*
8 *Excommunicatus cur non possit confiteri peccata sua.*

9 Ab-

9 *Absolutio à censuris cur detur à sacerdote ante absolutionem à peccatis.*
10 *Excommunicatus confessus peccata, quando teneatur iterum confiteri.*
11 *Excommunicatus tenetur alterum excommunicatum citare.*
12 *Excommunicatus in vna dioecesi debet vitari in omnibus.*
13 *Suspensus ab officio æquiparatur excommunicato.*
14 *Ordinarius, qui non excommunicauit, potest denuntiare.*
15 *Mulier se subiiciens excommunicato grauius peccat.*
16 *Excommunicatus non est vir bonus, nec honesta persona.*
17 *Excommunicatio quando imponitur de iure canonico, de iure ciuili mortis pœna esset imponenda.*
18 *Excommunicatio non est fulminanda, nisi tentatis prius alijs remedijs.*

1 NVlla pœna maior excommunicatione in ecclesia Dei dari potest, *c. corripiuntur. 24. qu. 3.* per quam excommunicatus Sathanæ traditur ad affligendum corpus, & sine consilio, atque auxilio relinquitur. Item frequenter causa mortis naturalis, quia excommunicatus citius moritur, *vt in d. c. corripiũtur.* & Pręposítus *in c. nemo 11. q. 3.* D. Thom. & Petrus de Palude *in 4. lib. sent. dist. 12. art. 1. qu. 1.* item diabolus habet maiorem potestatem in excommunicato, quàm ante 2 excommunicationem, quia excommunicato † vtitur tanquam quodam pecore, & sicut rusticus iumento, *c. audi denique. & ibi gl. in verbo Sathanæ 11. q. 3.* Hostien. & Io. And. *in c. ita quorundam. de iudiciis.* item & si ex- 3 communicatio † iusta quoad Deum nihil operatur, quia quilibet peccans incontinenti à Dei gratia separatur, *c. illud 11. q. 3.* & ideo Ecclesia excommunicando respectu Dei, solum dicitur denuntiare, quia manifestat illum esse extra gratiam Dei, gl. *in c. quodcumque verbo facit ecclesia 24. q. 1.* posset tamen dici quo respectu Dei, & ecclesiæ triumphantis hunc effectum operari, quia quandiu excommunicatus in excommunicatione obduret, multo magis à Dei gratia protectus est, Ab. *in rubr. de sentent. excommunicat. in fin.* sed respectu ecclesiæ militantis, semper ligat, etiam si iniuste lata est, vt dicit ibi glossa, & habetur *in c. 11. qu. 3.* i- 4 tem Angelus † deputatus ad custodiam hominis, qui postea excommunicatur, multo minus operationis agit. Hos enim misit, sicut inspirans ad hominum custodiam, & propter similitudinem substantiæ, quam habent cum anima rationali, & amorem, quo homines prosequuntur, summi illius boni cognitionem, quam per illuminationem, & superiorum angelorum participationem, ipsis hominibus, tum in somniis, tũ vigilia, & operibus impartiuntur: si anima in mortali peccato, atque excommunicatione obdurauerit, operationem nobilissimam in substantia, propter qualitatem repugnantem vigorosiorem, quam in homi- 5 nes amore satagunt, inducere non possunt: Plus est excommunicatus, quàm peccator; quia non potest sicut peccator per se resurgere, nisi absolutionem obtineat, *c. à nobis. & c. cum desideres. de sentent. excommunic.* & peccatores sine nouo peccato audiunt missam, quod non faciunt excommunicati. Propterea excom- 6 municatus † non potest interesse diuinis dum ipsa celebrantur, *c. pastoralis. in fine. de appellat.* sed dum ipsa non celebrantur in ecclesia orare permittitur, gl. notabilis *in c. qui studet in c. final. in fin. 1. q. 1. & ibi* Prępos. *n. 19. in fine.* quia non reperitur prohibitum, *d. c. cum nuper. de sentent. excommunic.* secus si orare vellet cum aliis, etiam priuatim, quia aliorum communio eis prohibetur, Archidiacon. Geminian & Præposit. *in c. presbyterum. distinct. 28.* secus in suspenso, *vt in d. c. presbyterum.* prædicti Doctores adnotarunt, vbi etiam quod clericus excommunicatus, vel suspensus, aut degradatus, horas canonicas recitare tenetur, ne melioris sit conditionis, Io. de Lignan. *in repetit. clem. 2. de celebrat. miss. q. 3.*

Item excommunicatio † priuat à perceptione sacramentorum. 7 Hinc est quod si excommunicatus sciens, vel inuincibiliter ignorans se esse excommunicatum, suscipiat aliquod sacramentum, peccat mortaliter, atq; est sacrilegus; si verò accedat bona fide, cũ ignorantia iuris, vel facti, excusatur à peccato mortali, de quo non est dubium, vt dicit Franciscus de Victoria *in sua summa titulo de excommunicatione, qu. 3. col. 2.* item excommunicatus excluditur à participatione sacramenti matrimonij, ecclesia autem hoc non irritat, sed si fiat, tenet, vt patet in eo, qui duxit in matrimonium quã polluit per adulterium, *c. significasti.* Alexan. *in consi. 56. nu. 4. vol. 4.* item excommunicatus † 8 secundum aliquos, etiam inuincibiliter ignorans se excommunicatum, si accedat ad sacramentum pœnitentiæ, nullum omnino sacramentum suscipit, quia excommunicatio tollit iurisdictionem, ita quod excommunicatus nullius est subditus sed nullus sacerdos potest absoluere non subditum, & licet ignorantia excuset à peccato, tamen non potest facere vt sit validum, quod omnino est irritum si fieret cum sciẽtia opposita, & propterea consueuit ecclesia † ante ab- 9 solutionem à peccatis, præmittere absolutionem ab excommunicatione, ne irritetur sacramentum: alij dicunt, quod si ad pœnitentiæ † sacramentum excom- 10 municatus accedat cum ignorãtia inuincibili, quæ excuset illum à sacrilegio, & suscipiat sacramentum, amplius de illis peccatis confiteri non tenetur, sed absolutionem quærere ab excommunicatione, & interim non commisceri diuinis: hæc est sententia Caietani *in sua summa. verb. impedimenta absolutionis.* Petr. de Palude *in 4. lib. sent. distinct. 18. qu. 4.* Adrian. *qu. 2. de confess. circa finem:* quia licet absolutio sacramentalis sit de iure excommunicato prohibita, nullo tamen iure est irrita, si de facto suscipiatur, nec vsus ecclesiæ habet contrariũ, & qui hoc cogitant, decipiuntur: alia autem sacramenta non annullantur per hoc quod ab excommunicato suscipiantur; ergo neque hoc, ne sententia videatur iniusta, si vellet inuincibilem condemnare.

Item excommunicatus † tenetur alterum excom- 11 municatum vitare, sicut alios fideles, neque potest cũ eo participare, atque æquè peccat participando cum excommunicatis, sicut cum fidelibus, omnesque excommunicati sic participando, minorem incurrunt excommunicationem, aliàs excommunicati melioris essent conditionis, quàm non excommunicati, qui conuersatione priuantur.

Item excommunicatus † in vna dioecesi debet vi- 12 tari in alia dioecesi, Scotus *lib. 4. sentent. distinct. 19. q. 5.* & omnes qui sunt in ecclesia Dei debent illum vitare in quocunque loco existat, *c. si quis à proprio. 11. qu. 3.* gl. *in l. ex ea causa. ver. non interrogat ff. de postul.* nec obstat quod Episcopus non habet iurisdictionem in aliena dioecesi, quia de iure diuino vbilibet vitari debet, vt patet Matth. *c. 18. si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.* Omnibus Christianis hoc dicitur, non illis tãtum qui de vna dioecesi sunt, Maiorin. *in 4. lib. senten. distinct. 18. q. 4.* dicit hanc obligationem non ex Episcopi sententia prouenire, sed diuini iuris dispositione, quod præcipit vbilibet vitandum esse, & habe-

habetur in Concilio Niceno *c.5.* & in Concilio Sardicensi *c.16.& c.17.* atque fuerunt p osita *in c. si quis presbyter.& c.quisquis* 11.q.3. idem dicendum est in suspen-
13 so†ab officio, qui æquiparatur excommunicato, *c.2. & c.3 de cler.excommunic.vel suspens.* Boer. *cons.21.n.6.* Francisc. Marc. *dec. 676.* vbi etiam quod nihil potest percipere, secus si esset suspensus à beneficio, quia tunc alibi posset beneficium obtinere. Ordinarius etiam †
14 qui non excommunicauit, denuntiare potest, Innoc.*in c.pastoralis.de appellat.* Præposit.*in c.cura n.3.11.qu.3.& ibi Geminian.*ad cuius officium spectat, excommunicatos vitari facere. Non idem videtur, si à delegato lata fuerit excommunicationis sententia, *c.vt nostrum. de appellat.* sed denuntiare ad ipsius requisitionem, *c.cum contingat.de rescrip.c.ex literis,de offi. delegat.* & ita seruat Rota Romana, quotiescunque executio ad partes committitur, requirit enim ordinarios, & prælatos, imo quoslibet clericos pro exequutione literarum.

Ego autem indistinctè credo, quemlibet ordinarium pro animarum salute posse quem excommunicatum scit, denuntiare, vt ab aliis euitetur *cap.illud.de*
15 *cler.excommunicat. minor.* item mulier † se subiiciens excommunicato, grauius peccat, quia prҽter malitiam sui corporis, aliquam circumstantiæ rationem ab excommunicatione habet.

16 Quare excommunicatus † magnopere dehonestatur, nec amplius vir bonus, aut honesta persona dici potest, Soc.*in cons.45.nu.1.vol.1.* propterea cum maxima consideratione est fulminanda excommunicationis sententia, nam mortis loco infertur, quæ iure canonum non imponitur, vt per D.Thomam *in 2.2.qu. 99.art.8.*ad primum. Vnde tex.*in c.nullus.11.qu.3.*non pro paruis, & leuibus causis aliquem excommunicari licere, sed solum in casibus, in quibus antiqui patres arceri ab ecclesia iusserunt: Nec immeritò igitur iura sanciuerunt, quod vbicunque de iure canonico ex-
17 communicatio†fulminatur ibi de iure ciuili naturalis mortis pœna esset imponenda, vt probat *text.in c.tua nos.de sent.excommunicat.& ibi gl.ver. incendia.*textus cum gloss.*in ver.titulos.in c.primo* 15.q.6. & facit text. melior secundum Abbatem *in c. per venerabilem. qui filij sint legit.in vltimo not.* alia remedia prius tentan-
18 da†sunt, ne qui excommunicentur, censuras contemnant, & alij ab eorum communione parum abstineant, quodque inuentum est in remedium, conuertatur in venenum, Io.Andr.*in c. Romana. §.sed nec. de senten.excomm.libr.6.& in c.constitutionem.in fi.eo. tit. & libr.& ibi Ancaran.* Hostiens.*in c.1.ver. cognoueris. & ibi* Ant.de Butr.*.col.penult.&* Immol. *in fine de offic.delegat.*monent prælatos, vt diligenter aduertant, ne ferant excommunicationis sententiam, quam viderint inutilem, & contemptibilem.

CAP. III.

Excommunicationem ob solam contumaciam fulminandam esse, peccatum solum non sufficere, & quis sit contumax declaratur.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatio ferri non potest absque trina monitione præcedente.*
2 *Fertur ob solam contumaciam.*
3 *Contumacia quale peccatum sit.*
4 *Excommunicatio fertur pro leui contumacia in non comparendo.*
5 *Contumacia est delictum & dolus.*
6 *Ordo diuinæ legis peruerti non debet.*
7 *Denuntiatio iudicialis quomodò prohibetur.*
8 *Monitiones coram testibus fieri debent.*
9 *Excommunicatio non fertur propter peccatum, nisi ob contumaciam.*
10 *Contumax quis sit.*
11 *Excommunicatio fertur in verum contumacem.*
12 *Contumax fictus quis sit.*
13 *Citatus per edictum contumax an sit excommunicandus.*
14 *Citatio per edictum quomodo sit exorbitans.*
15 *Excommunicatus quando non sit is, qui scit mortaliter se peccare.*
16 *Ignorantia canonis excusat à pœna excommunicationis.*
17 *Excommunicari non debet, nisi personaliter monitus, & apprehensus.*
18 *Citatio per edictum quando fieri debet, & quos afficiat.*
19 *Citari per edictum potest promitti per pactum.*
20 *Citationi non potest renuntiari.*
21 *Excommunicare citatum per edictum solus Papa potest.*
22 *Concessio facultatis citandi per edictum quando fiat.*
23 *Episcopus non excommunicat citatum per edictum, nisi habeat facultatem.*
24 *Absentes, & ignorantes non debent ab ecclesia expelli.*
25 *Citationis scientia quando præsumatur.*
26 *Excommunicatio quando feratur absque monitionibus.*
27 *Peccatum quando est notorium, monitiones non requiruntur.*
28 *Monitio vnica quando pro pluribus sufficiat.*
29 *Monitio an requiratur in excommunicatis à iure.*
30 *Denunciatio excommunicationis an requirat citationem.*
31 *Denunciatio non fit de excommunicatione manifesta.*

SI peccauerit in te frater tuus, ter monendum esse, docuit Christus Dominus noster, Matth.c.18.antequam ab ecclesia expellatur: Propterea excommunicationem†ferri non posse, nisi trina monitione prҽcedente, iure canonico sancitum est, *c.omnes decimæ 16. q.7.c.de illicita 24.q.3.c.notandum 18.q.4.& c.de presbyterorum.c.nemo episcopus 2.q.1.c.cum speciali.de appellat. c.sacro.& c.contingit.de sent. excomm.* quia per so- 1
lam†contumaciam ab homine excommunicatio fertur, *c.episcopi 11.q.3.& c. nemo episcoporum.eod.*pro solo autem crimine ab homine non excommunicatur, nisi fuerit contumax, Innoc.*in c.ex parte n.4.de verb.significat.c.illud.distinct.45.& c.tam sacerdotes 24. q.3.* quia potest se corrigere, Felyn.*in rubr.de sent. excom.n.1.& in c.2.n.1.in fine.de testib.cog.* 2

Contumacia † est maximum inobedientiæ peccatum, *c.sciendum 8.q.1.* & ideo contumax dicitur infidelis, *c.siqui sunt.in tertio.distinct.81.* Abb.*in c.1.nu.10.de iud.*facit dictum gl.*in l. in accusationibus.ff. de iud.* nimirum contumacem peccare in duobus, & quia non comparet & quia non obtemperat, sed qui est contumax in non obtemperando, in vno solo delinquit, Ab.*in d.c.1.n.10.de iud.c.cum haberet.& ibi gl.de eo qui dux. in matrim. quam polluit per adult. c. quoniam frequenter.vt lit.non contest.*pro leui contumacia†in non comparendo fertur excōmunicatio, non pro leui contumacia in non restituēdo, *l.creditores,§.iussus,ff. de appellat.* 3
4

pellat. glossa magna in clem. 1. de appellat. And. Barbat. in c. de causis col. 4. in fine. de offi. deleg. Dec. in c. 1. in prima lectura in 7. notab. de iud. quia quęlibet, vel minima in non comparendo cõtumacia, digna est excommunicatione, glossa est singularis in c. duo sunt. distinc. 46. & vbi pro minori re quis est cõtumax, maior culpa insurgit, Præposit. in d. c. duo sunt. in fine. sicut nimia subsequens contumacia facit cessare omne priuilegium, Tiraq. in tracta. de pœnis tempor. aut remitt. caus. 31. num. 33. per tex. in c. 2. in fine. de offic. delegat. lib. 6. ex quibus patet intellectus ad multa iura dicentia neminem posse excommunicari nisi propter crimen. Nam
5 & ipsa contumacia † crimen, & delictum est, & quidẽ punibile, l. contumacia. & ibi Doct. ff. de iud. Cephal. cõsil. 350. n. 29. & seq. vol. 3. Gratus consil. 100. nu. 12. vol. 1. Franciscus de Caldas in l. si curatorem, ver. læsis n. 13. C. de in integr. restit. vbi dicit minorem etiam, doli capacem, incurrere contumaciam absque aliqua exceptione, Tessaur. dec. 265. item contumax ipse multos offendit, gl. in c. 1. ver. nota, de dolo, & contumac. & vbicũque contumacia habet superioris contemptum, est reipsa dolus præsumptus, Aquens. in l. si mora col. final. ff. solut. matrim. Ceph. in d. cons. 350. n. 31. est igitur contumacia & ratione inobedientiæ, & ratione contemptus excommunicatione digna, de quo latè per Andr. Bar. in tract. de testibus parte 3. n. 9.

Hic est ordo diuinæ legis, Matth. c. 18. ergo præpo-
6 sterari nõ debet, neq; peruerti †, Ant. Fran. in additionib. ad Abb. in c. exhibita. de iud. in additione, quæ incipit, vtrum peruersio ordinis. corripe eum inter te, & ipsum solũ, hæc est denuntiatio euangelica, Speculat. in tit. de denuntiat. §. 1. n. 8. quæ fit ad emendationem inter corripientem, & delinquentẽ tantum, Bald. in auth. ad hæc n. 18. C. de vsur. Guid. Pap. dec. 754. Bart. in extrauag. ad reprimendũ. ver. denuntiat. nu. 5. & 6. & 17. si te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos, quia in ore duorum, vel triũ stat omne verbũ, hæc est iudicialis denũ-
7 tiatio, † & requirit testes. Imo etiam per iuramentum denuntiantis probatur, Bal. in d. auth. ad hæc. n. 18. Io. de Anan. in c. omni. de testib. Bart. in ver. denuntiationem. n. 17. ꝓbatio requiritur, vt tandẽ deueniri possit ad actũ tam maximè præiudicialẽ, vt sit ethnicus, & publicanus. Propterea in c. sacro. de sent. excom. cauetur, moni-
8 tiones † coram duobus testibus, & fide dignis fieri debere, vt probari possit, cur ecclesia ipsum verum contumacem, & excommunicatũ declarauerit: tertia denuntiatio est, quæ fit ecclesiæ, & hæc canonica dicitur à Speculator. in d. tit. de denun. quare ordo diuinę legis præposterari non debet. Vnde Host. & Io. Andr. in c. nouit. de iud. ver. audierit. dicũt, quod ꝑpter hoc ipsum quod noluit reus obtẽperare ecclesię, & sic contumax est, debet haberi ethnicus, & publicanus, Præposit. in d. c. si peccauerit. n. 39. vers. aut si non vult pœnitere, 2. q. 1.
9 Et quod peccatum † ad excommunicandum nõ sufficiat, nisi in peccato contumaciter præstiterit, tenet gl. in c. ex part. n. 1. de verb. sign. & ibi Inn. n. 4. gl. in ver. quidam in summa 4. q. 1. Beatus Ambros. in tr. de exco. c. 73. col. 1. Io. de Lignano in tract. de cens. eccl. c. 1. num. 3. Syluest. in summa ver. excom. in primo. n. 12. Franc. de Vict. in sua summa tit. de excom. q. 5. Ideo Marian. Soc. in c. nulli. n. 5. de sen. excom. solam probat contumaciam esse immediatam excommunicandi causam, si quis igitur pro crimine excommunicatur, intelligitur pro contumacia ex tali crimine descendente, c. certũ 11. q. 3.
10 Contumax † autem esse non potest nisi certificatus, & admonitus. Item fictè potest dici contumax, de quo per Bart. in c. fin. ff. de restit. in integr. Bart. & Alex. in l. ex consensu. §. final. ff. de appella. Alex. in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iud. Foller. in pract. criminal. ver. & si confitebuntur n. 3. Rota dec. 2. de dolo, & contum. in nouis. sed hic verè contumax esse debet, vt excommunicatio † feratur ab homine, erit autem, si personaliter 11
vocatus ad iudicem non venit, Bart. in l. 1. C. quorum appellat. non recip. vel qui dum citatur, respondet, nolo venire, gl. & Doct. in l. consentaneum. ver. contumacia. C. quomodo, & quando iud. & ibi Bart. col. 3. Bald. in d. l. ex consensu, §. final. ff. de appellat. & in l. 1. §. pœna in 4. q. ff. de liber. agnosc. Bald. in l. falsus. C. de furt. aut si venerit, respondere contemnit, c. certum. 11. q. 3. vel si discedit antequam debeat, d. c. certum. vel si sententiæ non obedit, c. quisquis. 2. q. 6. & de vero contumace habetur in d. decis. 2. num. 5. ad finem. & decis. 16. de dolo, & contumac. in nouis. decis. 46. de appellation. in antiquis. fictè autem † contumaces dicuntur, si ad domum fuis- 12
sent citati, d. decis. 2. & d. decis. 46. & hæc contumacia non facit indicium ad torturam, Blanch. in tractatu de iudiciis n. 193. Grammati. consil. criminal. 45. n. 26. item si citati fuerint per edictum, vt d. decis. 16. Franch. in c. bonæ n. 22. de appellat. Felyn. in c. quo ad consultationem. de re iud. idem si fuerint citati in loco beneficij, Felyn. ibid.

Sed an fictè contumax, de quo per gl. in c. ex part. in primo. de verb. significat. qui per edictum † citatus nõ 13
compar uerit, sit excommunicatione damnandus, Bellam. in dec. 188. ait, vt citatus excommunicetur, non sufficit probare, quod in vicinis partibus fuerit edictũ affixum, sed quod citato potuerit verisimiliter ad eius notitiam peruenire, probare oportet, per not. in c. si aduersus. de eo qui mitt. in possess. citato debet causa significari per literas, vt paratus ad respondẽdum accedat, c. si primates. 2. q. 7. neque debet iudicari absentes, nisi citati venire contempserint, c. relatum. c. de illicita. 5. q. 2. hæc citatio † per edictum est multum à iure ex- 14
orbitans & rigorosa, Roman. in consi. 364. quia absentes, & ignorantes afficit, excommunicatio autem non fulminatur ab homine, nisi ob contumaciam cum peccato, sed ignorans non peccauit, cap. 2. de constitut. rem quæ culpa caret, in damnum vocari non conuẽnit, neque potest dici contumax. Vnde siquis peccat mortaliter, † & excommunicatio non fit formaliter 15
lata pro illo facto, sententiam canonis non incurrit, id est si quis sciat se peccare mortaliter, sed ignoret inuincibiliter id, pro quo lata est sententia excommunicationis, non est excommunicatus: Vt si occidi Petrum, & ignoro inuincibiliter illum esse clericum, scio me mortaliter peccare occidendo, sed excommunicationem non incurro, quæ contra hominis percussorem non est lata, sed contra clerici percussorem tantum, vt est casus in c. si vero. in secundo. de sent. excom. itẽ si factum, pro quo excommunicatio lata est, sit aliàs licitum, vel de iure diuino non condemnatum, ignorantia canonis † excusat à pœna. v. g. si Papa nunc præ- 16
ciperet sub pœna excommunicationis, ne quis clericus vestiretur serico, & ego ignorem canonem istum, excommunicationis sententiam non incurro si clericus serico vestior; quia non pecco mortaliter, cum inuincibiliter ignorẽ, c. proposuisti. distinct. 81. propterea Rota concludit non debere aliquem excommunicatione † damnari, nisi personaliter fuerit monitus, & 17
apprehensus, Bellamera decis. 3. de dolo, & contumac. nisi in fraudem excommunicandus se absentet; vel nisi impediat, quin ad eum citatio peruenire possit; vel nisi citationis notitia, quæ ad ipsum peruenerit, constituat eum verè contumacem, vt notat Romanus

in

18 in conf.271. Bellamera dec.577. & tunc per edictũ † in aliquo loco publico citandus est, vnde ad eum, suorũque notitiam verisimiliter peruenire possit. Iccirco Rota dec.5.n.4. de rescrip. in nouis, concludit hoc modo citatum posse excommunicatione damnari. Quia Papa in extrauagante, Rem non nouam, sub ti. de dolo & contuma. decernit talem citationem afficere, ac si personaliter fuisset citatus, clem.1. de iud. qui tex. principaliter ad hoc emanauit, & facit c.1. §. contrahentes. de foro compet. lib.6. c. quoniam frequenter §. porro. & ibi scribentes. vt lit. non contest. ita etiam cantat, citationis illa forma per edictum, gl. in d. extrauagante; Rem non nouam. ver. personaliter: hoc dicit in specie, & in ver. per edictum citationis posse excommunicari. per textum in c. nemo episcoporum 11. q.3. de qua citatione per edictum, quomodo, & quando fiat, & quos afficiat, & quando ad notitiam ipsius citati præsumatur peruenisse; item quomodo probetur, ac demum vbi affigi edictũ debeat, latè per Rotam in dec.5. de rescript. in nouis. Vantium in tract. de nullitat. in ti. de nullitate ex defectu citationis. à n.120. vsq; ad n.145. Octauianus Vestrius in sua practica in titulo de exequutione citationis. Mascardus in tractatu de probationibus, conclusione 291. & seq.

19 Supradicta autem vera sunt, vbi etiam aliqui† promiserunt in stipulationibus in casu absentię posse per edictum citari; verisimiliter enim id nõ permisissent, nisi ex publico edicto citationis notitiam habere possent, sicut debitores aduenæ faciunt alibi ccontrahentes, amicorum domum, siue notarij curiam, & officiũ, vbi citari debeant, assignare solent, & vnde citationis 20 notitiam habere possint, licet citationi † renuntiare non possent, Specul. in tit. de libell. concep. §. nunc ostendamus n. 6. & iura quæ ob citationem per edictum ad excommunicationem deueniri posse dicunt, in solo 21 Papa † procedunt, vt habetur in d. extrauagante; Rem non nouam. & in d. clem. 1. de iudiciis. fallit igitur in Episcopis, & aliis inferioribus, vt dicit gloss. in d. clem.1. ver. Papa.

22 Cum autem Papa † concedit hanc per edictum citandi facultatem, clausulam apponere solet, videlicet cõstito de nõ tuto accessu, quo casu iudex debet summariè testes examinare super metu, potentia, atq; non tuto accessu, seu impedimento, quæ ex aduerso prætẽduntur quam testes satis est, quod dicãt, se credere impossibile fore, vel non esse tutos eosdem in personis, aut eorum bonis, aut illorum domiciliis stare, Bart. in Constit. ad reprimendum in ver. per edictum col.1. Fel. in c. quoniam frequenter. col.11. vers. pro pract. d. clem. vt lite non contestata. Cassador. dec.2. de dolo, & contumac. iuramentum partis non sufficit, vt ibi Fel. & processus contra hunc ordinem non valeret, Dec. in cons.460. n. 23 26. cum igitur Episcopi, † & alij Papa inferiores, excommunicationem inferre satagunt, considerationes quæ in hoc actu requiruntur animaduertere debent, nec incidere in ea, quæ dicit Præposit. in d. c. nemo episcoporum. 11. q.3. si personalem per edictum citandi facultatem non habent, personaliter non citatos, censuris afficere non possunt. Quare stante distinctione inter Papam, & eius inferiores, supradictæ decisiones nequaquam existunt inter se contrariæ.

In absentibus præsumitur ignorantia, l.1. ff. de decret. 24 ab ord. faciend. absentes † autem, & ignorantes non debent ab ecclesia expelli, esset enim valde graue, quem sic haberi, & reputari contumacem, vt excommunicari possit, qui verisimiliter se citatum ignorauerit, Rota dec.5. num.3. de feriis. in nouis. & latissimè in d. dec. c. de dolo, & contum. in nouis. sed hæc procedunt, si citatus supradictis modis notitiam citationis nequaquã habuerit, nam si quomodocumque habuerit notitiam venire contempserit, verus contumax efficeretur, Rota dec.16. de dolo & contumac. in nouis.

Hæc scientia † quo ad hunc effectum præsumitur, 25 si vltra citationem ad domum factam, siue ad supradicta alia loca, sententia etiam fuerit ad domum, vel ad supradicta alia loca intimata, quia sic concurreret duplex scientiæ præsumptio, ad Bald. in l. scire oportet. §. fieri in fine. ff. de excusat. tut. Fel. in c. quo ad consultationem. n.33. de re iud. Angel. in authen. hodie. C. de appell. Franch. in d. c. bonæ nu.22. de appellat. ergo vltra semel ad domum admoniti poterunt, velut veri contumaces excommunicatione damnari. Idem si citatio fuisset in duobus locis executa, puta in valuis palatij causarum, atque ad domum, tunc enim non est verisimile quod ad eius notitiam non potuerit peruenire, cap. quod dictis. dist.16. c. primo. de postulat. prælat. & facit optimè clem. causam electionis. de electione.

Aliquando autem † nulla monitio requiri videtur 26 in fulminanda ex communicatione, vt dicit Anton. de Butr. in c.1. de excess. prælat. nimirum quando relaxatur non pro contumacia, sed pro delicto, videlicet quando ipsum est notorium, vt dicit Io. Andr. in c.1. de offi. delegat. lib.6. licet contrarium sentiat in d. cap. sacro. ad quod inducitur exemplum Apostoli, 1. ad Corinth. c.1. excommunicantis Corinthium, nulla præmissa monitione: sed potest dici quod D. Paulus iudicauit ipsum tradi Sathanæ congregatis fratribus, fratrum autem congregatio in excommunicatione ferenda, fit in testimonium admonitionis, Matthæi c.18. Adhibe tecum vnum, vel duos. & in d. c. sacro, admonitio fit coram idoneis testibus. Sed quando peccatum † est notorium, & generatur scandalum, à regulis iuris recedendum est. Nam sanctus Ambrosius Episcopus Mediolanensis palam prohibuit ingressum Ecclesiæ Theodosio Imperatori, eo quod non pœnituisset tanti sanguinis, tot innocentum hominum apud Thessalonicam effusi, cap. duo sunt. distinct.96. cap. apud Thessalonicam 11. q. 3. & narrat D. Antonius in sua summa historiali parte 2. tit.9. c.8. §.3.

Si necessitas adest, poterunt interualla † dierum pro 27 monitionibus assignata moderari, & si fit monitio per iudicem præsenti, & intelligenti, sufficit vnica, Bald. in l. qui crimen. col.3. C. qui accus. non poss. gl. in l.2. C. quomodo, & quand. iudex. Abb. in c.2. de testib. Ioan. de Anan. in c.2. de accusat. vbi dicit, si de iure requiritur monitio, & extraiudicialiter fiat, trina esse debet, si iudicialiter, sufficit vnica, allegat gl. in clem.1. de hæret. Io. Immol. in c. cum causa. de offi. delegat.

In excommunicatis † à iure hæc conclusio non pro- 28 cedit, quia nulla monitio requiritur in excommunicatione ferenda, c. reprehensibilis. de appellat. siue potius declaranda, vel denuntianda, quæ monitiones non videtur requirere, Soc. in c. perpendimus num. 157. & in c. parrochianos. de sentent. excommunicat. licet citentur, vt cognoscatur an fecerint. Qui sententiam excommunicationis ipso facto, ipsóque iure incurrunt, satis sunt ab ipsa ecclesia admoniti, & à Christi lege, talia fieri prohibente vt percussores clericorum, c. si quis suadente. 17. q.4. item incendiarij, cap.1. de incendiariis. quæ est sufficiens admonitio. Denuntiatio autem, siue publicatio fit, vt magis innotescat magisque euitetur, neq; admittatur ad sacramenta, sed prius non fit, quam de excommunicatione quis confessus, aut conuictus fuerit: quo casu, ante denuntiationem est citandus, quia vt dicit Ioan. Andr. in c. statuimus. de sentent. excommunicat. etiam in sententia iuris constare debet de crimine, Doct. in c.1. de homicid. lib.6. & c. cum secundum.

dum.de hæret.& hoc tenet gloss.in d.c.sacro.de sent.excom.in ver.constiterit. & gl. in ver. quàm citò commodè. in clem.1.& gl.in ver.constiterit.in clem.2.de pœnis. Feder.in cons.116.l.eius qui delatorem.& ibi Bart.ff.de iu-
31 re fisc.si excommunicatio † manifesta est, non est necesse fieri denuntiationem, quia adepto fine cessant media, c.euidentia. de accusat. si excessus est notorius, non est necesse quod sentētia adhibeatur, potest enim denuntiare,& vitari facere absque citatione, c.peruenit.in primo.de appellat.& latè probat Socin. in c.auditis.de procurator.

CAP. IV.

In excommunicationibus ferendis, quot sint prius examinanda ex dispositione Concilij Tridentini.

SVMMARIA.

1 *Excommunicationes cum magna consideratione sunt fulminandæ.*
2 *Præcepta siue monitiones non debent fieri ex abrupto.*
3 *Præceptum quando tenet in vim comminationis.*
4 *Monitiones quando poßint fieri, remittitur ad arbitrium ecclesiastici.*
5 *Excommunicatus quando non sit, non obseruans præceptum.*
6 *Præceptum iustificatum quale sit.*
7 *Excommunicatio est remedium extraordinarium.*
8 *Remedium extraordinarium cessat, vbi actio potest intentari.*
9 *Monitiones sub pœna excommunicationis fieri non debent, quando actio ordinaria potest intentari.*
10 *Monitoriorum publicatione fit publicè præiudicium.*
11 *Monitionibus in concedendis debet constare de credito petentis.*
12 *Officium iudicis exuberat propter causam peccati euitandi.*
13 *Monitiones generales quando resoluuntur in vim simplicis citationis.*
14 *Excommunicatio medicinalis est, & quis modus adhibendus.*
15 *Causa quælibet examinatur per quatuor partes.*
16 *Excommunicatio non fertur propter quodlibet peccatum.*
17 *Excommunicatio non fertur pro peccato veniali.*
18 *Peccatorum mortalium quomodo datur differentia.*
19 *Peccatum mortale est damnum inferre alteri.*
20 *Culpæ quantitas non mensuratur ex nocumento, sed ex voluntate.*
21 *Excommunicatio si excedit quantitatem damni, non excedit quantitatem culpæ.*
22 *Excommunicatio pro qua quantitate damni ferenda est.*
23 *Damni quantitas arbitranda est ex circumstantiis.*
24 *Excommunicatio ferri potest contra contumacem etiam pro leuißima re.*
25 *Personarum acceptio quando est attendenda in iudicis.*
26 *Delicta non præsumuntur facta à positis in dignitate.*
27 *Monitiones generales facilius sunt concedendæ ad instantiam pauperum pro re parua.*
28 *Excommunicatio non fertur ab inferiore in superiorem, neque à pari in parem.*
29 *Delegatus præcipit ordinario etiam sub pœna excommunicationis.*
30 *Iustitia distributiua & commutatiua quales sint.*
31 *Excommunicatio an ferenda sit in mortuum.*
32 *Delicta quomodo distinguantur à loco.*
33 *Actione impedita ex lege ciuili, agitur coram ecclesiastico per viam denuntiationis.*
34 *Excommunicatio in quibus diebus non est ferenda.*
35 *Excommunicatio non fertur ab homine pro futuris culpis, secus à statuto n.39.*
36 *Debitor potest in futurum condemnari.*
37 *Contumax de præsenti potest condemnari ad futuras expensas.*
38 *Episcopus potest excommunicare clericos negligentes.*
40 *Excommunicationis causa est examinanda per Episcopum.*
41 *Causa quid sit, & quid lis.*
42 *Examinatio diligens quæ sit.*
43 *Peccatum potest esse in obligatione naturali.*
44 *Causæ cognitio an sit remissa, si est commissum conscientiæ iudicis.*
45 *Denuntiatio excommunicationis requirit causæ cognitionem.*
46 *Excommunicationem qui prælati poßint inferre.*
47 *Episcoporum munus quale sit.*
48 *Excommunicatio quando fertur in non subditos.*
49 *Episcopus & Vicarius faciunt vnum corpus.*
50 *Appellatio non permittitur à Vicario ad Episcopum.*
51 *Fallit in Vicario foraneo.*
52 *Vicarius Episcopi potest monitiones generales facere.*
53 *Capitulum sede vacante succedit in iurisdictione Prælati.*
54 *Capitulum sede vacante constituit Vicarium, & potest concedere monitiones generales.*
55 *Nuntius apostolicus quam iurisdictionem habeat.*
56 *Monitiones generales concessæ à Papa non differunt à concessis ab aliis ecclesiasticis inferioribus.*
57 *Episcopus non declarat capita monitionum generalium à Papa concessarum.*

Decernit Sacrosancta Tridentina Synodus *sess.25. c.3.de reformatione.* excōmunicationes † illas, quę monitionib. præmissis, ad finem reuelationis, vt aiunt, pro deperditis, siue subtractis rebus fieri solent, à nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decerni, & tunc non aliàs, quàm ex re non vulgari, causaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ eius animum moueat. Nec ad eas concedendas, cuiusuis secularis, etiam magistratus auctoritate adducatur: sed totum hoc in eius arbitrio, & conscientia sit positum, quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore decernendas esse iudicauerit. 1

In negotio tam maximi præiudicij decreuit Tridentina Synodus maxima consideratione procedendum esse: à præceptis † igitur, siue comminationibus nō licet incipere, *l.1.C.de execut.rei iud.toto tit.C.comminationes.vel epistolas.gl.Bar.& Doct.in l.de pupillo.§.meminisse.ff.de noui op.nūt.* Alex.in *l.filiusfamilias.§.diui. col.fi.de leg.1.* sed quando iudex præcipit † aliquid ad eius officium spectans, tale præceptum, in vim comminationis tenet, *l.1.§.si cùm patronus.ver.comminari.ff.de offic.præfect.vrb.l.nam salutem.§.1.ff.de offic.præfect.vigil.c.cùm cessante.de appellat.* potest ecclesiasticus † de quolibet peccato cognoscere, *c.nouit.de iud.* ad quem spectat animarum salus, propterea ad eius arbitriū remittitur, quādo comminationes istas sub excommunicationis pœna debet concedere, per tex. Concilij. Si mādatur † aliquid fieri sub excommunicationis pœna, contra faciens non erit excommunicatus, Steph. Aufr.de *potestate ecclesiast.super laic.n.53.vers.118.* quia pri- 2 3 4 5

præceptum in vim simplicis citationis resoluitur, Salyc. *in l.1.n.6.C.cominat.vel epistol.* Bald. *in rubric. eiusdem tituli. nu.6.* dicit quod iudici sic præcipienti, nihil
6 potest imputari, quia fecit præceptum † iustificatum, Hugo Celsus *in tract. de clausulis, c.1.nu.214.* sin autem ecclesiasticus voluit pœnam inferre, subiungendo, qui contra fecerit, sit excommunicatus ipso facto, tunc causæ cognitio præcedere debet, ex ipso textu concilij, & si præcessit, præceptum valet, atque executionem meretur, *l.ea quæ.C.comminat. vel epistolas.* idem si non præcessit, sed habet clausulam iustitiæ: *si quis senserit se grauatum:* sed hic nemo excommunicatur, Syluestr. *in ver. excommunicatio. in primo. n.21.* & qui sentit se grauatum, habet remedia iuris.

In primis igitur considerandum est, excommunica-
7 tionem † esse remedium extraordinarium, & subsidiarium. Nam idem Conciliũ *in d. cap.3. de reform. in vers. in causis verò.* decernit, quandocunque executio realis, vel personalis fieri potest, censuras non posse ferri, & ideo est via censurarum subsidiaria, atque extraordinaria, vt dixi etiam *in tract. de præuentionib. c.2.n.11.* sed
8 vbi actio † ordinaria potest intentari, cessat remedium extraordinarium, *l. quædam. ff. de edend. & ibi* Bart. *n.1.* gl. *in l. vinum. ff. si cert. pet.* Soto *in 4. lib. sentent. dist. 22. q.1. art.2. col.6. circa fin.* ne pereat temporalis gladij iurisdictio, & omnis causa deuoluatur ad forum ecclesiasticum, Abb. *in c. nouit. n.52. de iudic.* Item cessat officium iudicis, quod etiam est extraordinarium, Corn. *cons.18.n.11. vol.3.* vbi quod neque potest cumulari cũ actione; ipsam enim præsupponit obligationem, & datur in subsidium cùm deficit actio, *not. in l. Marcellus. ff. de fideicom.* Bart. *in l. qui collusionem. §. pretij. ff. de act. empt. & in l. quæro. in princ. ff. locat.* quo casu, ne mo-
9 nitoria † quidem excommunicationis fieri debere, dicit Geminian. *in c. fin. de elect. li.6.* & ibi Ancharan. Felyn. *in c. canonum statuta. num.8. vers. & idem consuluit.* Cardin. *de cõstit.* Io. de Neuiz. *in sylua nuptial. li.3.n.48.*

Item debet constare aliqualiter, & in genere de re, & eius quantitate, super qua censuras relaxari supplicatur, quia publicando monitoria, fit publico præiudi-
10 cium, videlicet † malefactores existere, ac peccatores: præsertim si sit solitum ante portam alicuius monitoria vociferare, & deinde aggrauare vociferando cum candela accensa, † abusus viget in ciuitate Neapolis; vel etiam per Cursores capita desideratæ reuelationis intimentur sub pœna excommunicationis, eisdemque etiam intimari solent, latam esse excommunicationẽ in scriptis generaliter contra scientes, & non reuelantes: ad quæ euitando, accuratius procedendo, debet
11 saltem † aliquid in genere constare, ad minus per iuramentum petentis, quod in summariis sufficit, Bart. *in l. siquis à liberis. § siquis ex his. ff. de liber. agnoscend.* idem *in l. Carbonianum. §. causæ. vers. item nota. ff. ad Carbon. & in l. iudices. in 1. opposit. C. de iud. & in l.2. col. penult. vers. item differunt. C. quorum bonor.* Bald. etiam *in d.l. iudices.* dicit, sufficere præsumptiuam probationem: sed aboleuit vsus, monitoria ex abrupto concedendi, propter prouentus Curiæ, licet abusus colorari pos-
12 sit, ratione peccati, † propter quod officium iudicis exuberat, Cardin. *in clement. dispendiosam. q.23. de iudic.* & licet pars accuset, dicitur tamen iudex procedere ex more iudicis officio nobili, & accusans dicitur stimulus instigans iudicem, Riminald. *in l. imperium. col.4. ff. de iurisdict. om. iudic.* imò facilius debent permitti ad denuntiationem peccati, ipsiusque correctionem, & extirpationem, & multo facilius debent concedi pro viduis, pupillis, & orphanis, *cap.1. & 2. & tota dist. 87.* quia non ita facillimè possunt in iudiciis iuuari, quo fit, vt etiam à lege ciuili plures habeant restitutiones.

Hæc monitoria † in vim simplicis citationis resol- 13
uuntur, statim ac comparet coram Episcopo qui habet interesse formatum, atque opponit, sicut in aliis iudiciis de legitimatione personæ, quæ in quantumuis summariis cognosci debet plenariè, gl.2. *in l. penult. C. de edict. diui Adr. toll.* reputata ab omnibus ibi singularis, Ias. *in rubr. C. qui admitti. col.1.* Maranta *in speculo. §. nonum membrum.* vbi tractat de exceptionibus. *col.1. & 2.* præsertim *nu.5.* opposita hac exceptione, cognoscitur de rei quantitate. Item si competit actio, aut si petenti excommunicari, aliter succurri potest; cautè enim prouidere debet ecclesiasticus, vt ostendat se prosequi quod corrigentis est, & medentis, non quod interficientis, quia excommunicatio † medicinalis est, 14
non mortalis, *c.1. de sent. excomm. li.6.* D. Bonauentura post Alex. de Ales *parte 4. q.81. membro 2.* in medicinalibus ait, duplex est modus curandi, videlicet per medicamenta lenientia, & per medicamenta exasperantia, curatur alter per emplastri appositionem, alter per membri sectionem: sic in mortalibus, duplex est corrigendi modus, alter per dulces monitiones, alter per asperas increpationes, & hoc secundum duo hominum genera: quidam enim sunt tractabiles, & placabiles, quidam verò duri, & rebelles, sic in diuinis, & ecclesiasticis iudiciis, in quibus est instructio, correctio, & curatio duplex reperitur modus instruendi, corrigendi, atque curandi, & ideo Dominus noster institutor, & fundator ecclesiæ, eidem dedit non tantùm medicamenta sacramentorum ad curandum accedentes, sed etiam gladium spiritus, quod est verbum Dei, & potestatem amputandi, & resecandi contemptores, & rebelles, & secundum eundem, *qu.2. parte 1. dist.18. in lib.4. senten.* sicut duplex est medicina, quædam præseruatiua, quædam curatiua, sic duplex est excommunicatio, quædam à iure, quædam ab homine, prima præseruatiua est, secunda curatiua, à iure fertur ad cauendum culpam, quia est quædam comminatio, ne culpa committatur, ab homine fertur, ad frangendum contumaciam, vt qui non potest trahi piis admonitionibus, metu pœnæ compellatur, iuxta illud Christi Domini nostri: *Compelle intrare.* ergo si potest aliter succurri, non est ad monitoria excommunicationis deueniendum, tanto minus ad excommunicationem ipsam procedendum.

In examinanda causa † consideranda sunt quatuor 15
ad quæ textus concilij restringitur, videlicet, Res, Persona, Locus, & Tempus.

Res ipsa comprehendit quantitatem, de qua *in l. aut facta. ff. de pœnis.* cuius ratio † multum operatur in 16
delictis, in contractibus, in iudiciis, *l. final. in princip. ff. de abigeis.* pro minimis delictis, non est exacerbanda pœna, *l. respiciendum. ff. de pœnis.* idem † excommuni- 17
catio non fertur propter quodlibet peccatum, quia D. Paulus *ad Roman. capitul.6.* excommunicationis meminit solum propter incestum: Pro veniali autem nulla fertur excommunicatio, † neque etiam minor 18
incurritur, *capit. nullus sacerdotum. vndecima quæstion. tertia.* pro mortali duntaxat actu fulminatur, *cap. nemo episcoporum, in secundo. eadem causa & quæstione.* mortalium verò peccatorum alia sunt grauia, id est valde enormia, *cap. de pœnitentibus. de consecratione. distinct. 3. & §. alias. distinctione 25. & capit. in cœna. de consecratione. distinctione 2.* alia leuia, id est minus enormia, propter quod aliquando maior, aliquando minor excommunicatio fulminatur, Præposit. *in capitul. rogo, vndecima. quæstione tertia*, res est consideranda, id est dam-

damnum temporale, quod alicui fit; nam damnificando
19 † aliquem corporaliter, vt in rebus corporalibus, mortaliter peccat, & contra charitatem agit, nisi credidisset propter suam necessitatem famis, aut nuditatis, cibaria, vestes, pecus & id genus effecta esse Dei voluntate communia, atque pro sua commoditate aliquid parui accipere Deum ipsum esse permissurum, quo casu minor pœnitentia imponitur, *c. si quis propter necessitatem. de furtis.* aut esset res modica, quia in his quæ minima sunt, homo non putat sibi nocumentum inferri, & ille qui accipit, potest præsumere hoc non esse contra voluntatem eius, cuius est res, ideo res minimas furtiuè accipiẽs, potest excusari à peccato mortali, secundum D. Thom. *in 2. secundæ, q. 1. art. 2. versic.*
20 *quo igitur ad primum.* in culpa est peccans, † & culpæ quantitas non mensuratur ex nocumento, sed ex voluntate, qua facit contra Dei præceptum, vnde etiam in rebus minimis si nocumentum proximo animum inferendi habet simpliciter, & absolutè, peccat mortaliter; si verò habet animum limitatum ad huiusmodi minima, vt quia paratus erat accipere aliquod notabile, sed non accepisset, nisi huiusmodi friuola, tunc hoc nocumentum non computatur ab humano animo inter nocumenta simpliciter, & propterea non est peccatum mortale, & perfectum, sed veniale, & imperfectum. Quare quamuis pœna excommuni-
21 cationis † excedat quantitatem damni, non tamen excedit quantitatem culpæ ratione peccati scilicet perfecti, etiam in rebus minimis, & per hanc pœnam excommunicationis corrigi potest, quæ medicinalis est.

22 Quantitas huius temporalis damni † à prudentissimis viris, in synodalibus constitutionibus diffinita est: Nequis excommunicetur pro re, quæ minoris centum dupondiis valeat, & alibi etiam statutum fuit: ne pro re quæ minus duobus regalibus, id est Carlenis valeat, excommunicetur, quorum Constitutiones, nisi aliter statutum appareat, amplectendas esse, habita consideratione personarum, latè scribit Nauarr. *in suo manuali, c. 17. n. 3. & plurib. sequentib.*

Sed quia sacrum Concilium determinauit id ex non re vulgari fieri debere, propterea vsu venit in Romana Curia, vt non concedantur censuræ nisi pro quinquaginta scutorum summa, per rationem Soti *in 4. lib. sent. dist. 22. q. 1. art. 2. & li. 4. qu. 7. art. 3. de iustitia & iure.* Couarr. *in lib. 1. var. resol. c. 3. num. 12. & in regula, peccatum. parte 2. §. 3.* Nouarr. *in d. cap. 17. n. 130. & num.*
23 *140.* vbi etiam quod quantitas † furti arbitranda est secundum circumstantias, licet in oppidis, & vtilis possit excommunicatio fulminari pro scutis decem, secundum qualitatem personæ, Nauarr. *in d. cap. 17. nu. 3. & infra.*

Quando Episcopo videretur pro leuissima re, mo-
24 nitoria concedere, tunc & contra contumacem † excommunicationem fulminare potest; nam & contumacia minima digna est excommunicatione, gloss. est singularis *in c. duo sunt. dist. 46.* & vbi pro minori re quis est contumax, eo maior culpa insurgit, Præposit. *in d. c. duo sunt. in fine.*

Personarum acceptio licet non sit apud Deum, *cap. nouit. de iudic.* præsertim quia excommunicatio datur in pœnitentiam, sed circa impositionem pœnitentiæ, personarum acceptio prohibetur, *c. sacerdos, 26. q. 7.* ta-
25 men † hic locus non inuestigat turpitudinem, quam Cicero in paradoxis non absurdè ad absterrendum homines per omnia delicta, parem esse disputat, sed considerat vtilitatem reipublicæ, atque humanæ societatis conseruationẽ, quæ exigit ordinem quendam politicum, ordo exigit differentiam personarum, & proinde differentia requirit diuersum ius tam in meritis, quàm in pœnis, nobilibus minor pœna imponitur, Dec. *in d. c. nouit. col. 4. de iudi.* & hoc respectu plebei diuites æquiparantur nobilibus, Lancellot. Corrad. *in templo iudi. li. 1. §. 3. verbo vigesimo. n. 2.* præsertim quod 26
sublimiores, atque in dignitate positi homines, atque vtiles reipublicæ non tam leuiter inducuntur ad delinquendum, sicut fex plebis, ideo in nobilibus contractus non præsumitur vsurarius, Bald. *in l. 1. n. 39. C. de his quæ pœnæ nomine.* vel hic consideratur persona, quia respectu pauperis non erit vulgaris res, quæ diuitis respectu minima iudicatur; facilius ergo ad instantiam pauperum concedendæ † erunt pro re parua, quã 27
ad instãtiam diuitum, ad quorum fauorem pro re parua fulminari non debent, gloss. *in l. & si susceperit. §. 1. ver. modica. ff. de iud.* modicum dicitur respectu personarum, & ponit exemplum de Regina Matilda, quæ aliquantulum terræ donauit Ecclesiæ, & per triginta miliaria extendebatur, Curt. *in repetitione l. admonendi, n. 67.* Bart. *n. 54.* Item Curt. *in l. 3. nu. 18. ff. si cert. pet.* hic non conuenit Ias. *in l. vt vim. n. 25. ff. de iust. & iur.* vbi quod res dicitur vilis, quæ non valet duobus aureis, de quo latè per Alciat. ad vtramque partem *in l. 1. n. 18. & seq. ff. de iudic.* cùm consideratio sit ad personas relata, earumque diuitias, & paupertatem. Neque passim minutiores quantitates spernendæ, pro quibus si excommunicatio non decerneretur, aliquando nec ecclesia haberet hoc competens remedium ad compellendos reos, eiusque iurisdictio elusoria fieret, & sine effectu.

Item inferior non excommunicat † superiorem, ne- 28
que par parem, *c. 1. de maior. & obed. c. cum animarum. de constitut. lib. 6.* delegatus Papæ maior est ordinario: *c. studuisti. de offic. legat.* & ideo potest ordinario † præ- 29
cipere, vt exequatur suam sententiam, etiam sub excommunicationis pœna, & non parem excommunicare, Abb. *in c. cùm in iure, nu. 3. de officiis deleg.* secus si ordinarius replicaret sibi de mandato fidẽ fieri, quod sibi permittitur, *d. c. cùm in iure.* nam interim non esset inobediens, & si excommunicaretur, censuræ essent nullæ, ob iurisdictionis defectum, Abb. *ibid.*

Quare ex Aristotele in Ethicis duplex † est iustitia: 30
altera distributiua, quæ vnicuique suum tribuit meritum, & pœnam, habita ratione personarum ad beneficium humanæ societatis, & aliquando ne veniant scandala; altera commutatiua, quæ rerum communicationem per formas constituit, æqualiter ab omnibus seruandas, neque aliter distinguens personas, quod & D. Thom. *in 2. secunda. q. 63. artic. 1.* & Alex. & Ales *in 22. tractatu.* de eodem sic explanarunt.

Demum est persona consideranda, id est, quæ viua sit, nam in mortuum excommunicatio † non fertur, 31
nisi in casu *l. 1. C. de Iudæis.* cùm scilicet Christianus aliquid Iudæo relinquit; nam post mortem poterit censuris affici, gloss. *in c. Iudæi. de Iudæis.* quam pro singulari allegat Roman. *in singulari 751. incipiente, Christianus non potest.* idem dicit Ludouic. Montalt. *in tract. de reprobat. sentent. Pilati. §. nos in quam perfidi. numer. 10.*

Locus facit, † vt furtum, vel sacrilegium sit, vnde *l.* 32
diui. ff. ad l. Iul. peculat. Martianus ait: Res priuatorum,

 si in

si in ædem sacram depositæ, surreptæ fuerint, furti actionem, non sacrilegij esse; nam ibi res priuatæ nō habent locum suum; ergo non potest delictum ex eo crescere, vt sit pœna capitis, iuxta *l. sacrilegi. eod. tit.* Item grauior est iniuria, quæ fit in domo propria, quā quæ alibi committitur, *l. plerique. ff. de in ius voc.* propterea Principes multo grauius solent punire vim armatam, quæ in aula, quàm alibi contingit, & locus vulneris atrociorem facit iniuriam, §. *atrox. Instit. de iniuriis.*

Tempus etiam dupliciter considerandum est; præteritum scilicet, & præsens: primum quidem cùm impeditur actio † de iure ciuili, præscriptione, aut peremptione instantiæ, vel alio modo, non impeditur posse agi coram episcopo per viam denuntiationis, & excommunicationis, ad quem finem possunt monitoria obtineri. Præsens verò, quia non omni tempore possunt censuræ fulminari, non enim in diebus † Paschatis, vel natiuitatis Saluatoris Domini nostri, in quibus solent Pij Episcopi absoluere, saltem cum reincidentia, & præsens tempus valde considerandum, ne in multitudine scandala oriantur.

33 (peditur actio) 34 (sunt censuræ)

35 Pro futuris culpis † excommunicatio in genere, vel in specie non est concedenda, v. g. excommunico tales, vel istos, si tale quid in futurum fecerint, aut etiam per viam commissi, si in futurum non se emendent infra tale tempus, *c. Romana. §. caueant. de sentent. excommunicat. li. 6.* nisi mora in exhibenda satisfactione, vel culpa seu offensa præcesserit, vel alia rationabilis causa subsit, quam in ipsis sententiis exprimant, *c. sacro. de sentent. excommunicat. c. statuimus. eod. tit. lib. 6.* & dicit Baccanus *in 2. lib. sentent. 18. qu. 2.* quod omnia in scriptis debent exprimi, quando excommunicationis sententia est de futuro, tractus temporis non spectat ad iudicem, gloss. *in d. §. caueant.* ergo pro futuris culpis non est à iudice excommunicandus: secus si est obli-
36 gatus, † nam potest in futurum condemnari, quòd adueniente tempore soluat, Afflict. *decis. 279.* vel in præ-
37 senti sit contumax, † quia potest condemnari ad futuras expensas: vbi mora, vel culpa, aut offensa præcessit, ibi ius est præsens, tractusque temporis ad iudicem spectat, ius quare excommunicatio fertur est præsens, quia obligatur ad interesse, si condemnatus non soluat, & tunc mora præcedente, poterit præfigi terminus ad soluendum, aliàs excommunicabitur. Item E-
38 piscopus † visitans clericos negligentes, poterit propter negligentiam commissam excommunicare omnes, qui non intersunt, aut officio diuino non interuenerint. Item qui tenuit concubinam, poterit propter offensam factam excommunicari, si eam vlterius tenebit. Supradicta fallunt in sententia excommuni-
39 cationis lata † per Canonem: nam per statutum potest ferri excommunicatio pro futuris culpis, hoc modo, *statuimus quod nullus id faciat, quod si fecerit, ipso iure sit excommunicatus.* item tempus distinguit emansorem à fugitiuo, & effractorem vel furem diurnum à nocturno.

40 Causa propter † quam excommunicatio fulminanda est, magna maturitate, atque diligenter per Episcopum examinanda est, in quo ipsum concilium Episco-
41 pi conscientiam onerat: Causa † est controuersia in dicendo posita cum certarum personarum interpositione, gloss. *in l. causas. C. de transact.* & si ante Episcopum deducatur, efficitur lis: iudex autem repellit à iudicio non solùm eum, cui non competit actio, sed eum cui competit inefficax, Felyn. *in c. ad aures. numer. 3. de præscript.* diligenter examinare † est de omnibus 42
per diligentem inuestigationem iudicem cognoscere, Laurent. de Rodulphis *in c. sine exceptione, in quæst. 9. in 12. quæst. secunda.* Rodoanus *in tract. de reb. eccles. non alienand. in tit. de causis vtilitatis, numer. 16.* gloss. *in c. 1. in ver. defensore. de reb. eccles. non alienand. lib. 6.* sed iudex in primis debet cognoscere personam actoris, maximè in tam præiudiciali actu excommunicationis. Actio dependet ab obligatione ciuili, non naturali, & pro hac etiam excommunicatio permittitur, Abb. *in cap. nouit. numer. 49. de iudic.* sed hic permittitur † ratione peccati, quod potest esse in obligatione 43
naturali, ne quis locupletetur cū aliena iactura, Abb. *ibidem.* Bart. *in extrauaganti, ad reprimendum. ver. denuntiationem. n. 10.* secus de obligatione naturali, quæ à consensu tacito, vel expresso non habet originem, vt ibi.

Et licet in hoc casu Concilium † grauet Episcopi 44
conscien[illegible]; ergo videtur remissa causæ cognitio, Iason *in §. sed istæ. numer. 100. vsque ad numerum 147. Institut. de actionibus.* hoc tamen procedit, vbi nulli fit præiudicium, vel monitionem tantùm commissio importaret: Sed hic de conscientia à iure informata debent intelligi verba Cōcilij, *c. ne innitaris. vbi* Doct. *de constitut. libr. 6.* Iason *in d. §. sed istæ. numer. 146.* aliud est committere negotium alicuius conscientiæ: aliud est conscientiam grauare, in quo omnia illa omitti non possunt, quæ ad omnem diligentiam pertinent, & magis strictum est mandatum, de quo per Menoch. *de arbitrar. iudic. qu. 8. num. 40. & seq.* & sensus est quod Episcopus aduertat, ne vllo modo contra conscientiam faciat: non autem quod possit omittere quæ ad inuestigationem iuris petentis excommunicari pertinent, illorumque præiudicium contra quos excommunicatio supplicatur, & hæc causæ cognitio, quæ † requiritur in excommunicando, est etiam 45
necessaria in excommunicatum denuntiando, vt probant Addentes ad Abbatem *in c. si sacerdos. de offic. ordinar.*

Examinatio causæ per Episcopum fieri debet, quia excommunicatio est mucro Episcopalis, *c. corripiuntur. vigesima quarta quæst. tertia. capit. visis decima sexta quæst. secunda.* & licet de iure communi † possint o- 46
mnes ecclesiarum prælati excommunicationem inferre, *c. cùm ab ecclesiarum. de offi. ordinar.* & ibi notant Ioan. Andr. Abbas, & cæteri, etiam qui præest collegio, vt Abbas non benedictus, vel qui præest vniuersitati ecclesiæ ab eo, qui habet administrationem cum iurisdictione, vt ab Episcopo, etiam qui est electus ab vniuersitate, siue collegio, tamen subest Episcopo, *c. 1. de elect. C. legimus. distinct. 93.* etiam ille, cui ex priuilegio, vel consuetudine competit excommunicandi facultas, vt Capitulum, *cap. ex parte decani. de rescript.* etiam Parrochi, *cap. si sacerdos. de offic. ordinar.* Hostiens. *de sentent. excommunicat. quis possit excommunicare. ver. nedum autem ius.* si ex consuetudine hoc haberent, præcedentibus monitionibus, & non essent ab Episcopo impediti, Angelic. *in ver. excommunicatio. in primo. n. 3.*

Sed hic de Episcopis † duntaxat fit mentio, quo- 47
rum proprium munus est animarum correctio, præcipuumque onus ligandi, & soluendi: idque possunt † 48
etiam in subditos alienæ diœcesis, si in propria deliquerint, vt dixi supra. Item in casu *capitul. 1. de raptor.* in quo excommunicari quis debet à Prælato loci, vbi

ci, vbi incendium, vel rapina commissa est. Ex quo ca-
pite non credo excludi Episcopum originalis diœce-
sis, quin possit etiam excommunicationem inferre ad
tradita per Doct. *in l. 1. C. vbi de crim. agi oport.* Ang. *de*
malefi. in ver. & iudex commisit. & ibi Addentes, cùm
etiam *in d. c. 1.* decernatur, postea Episcopo originis si-
gnificari debere, vt excommunicatum haberi publi-
cet, donec post damni emendationem, ab ipso excom-
municatore absoluatur, quod plus vrget Episcopum
loci delicti, vt suis diœcesanis satis fiat, quorum inter-
est etiam habere commodum.
49 Dicendo Episcopum, † dixit eius Vicarium, qui v-
num faciunt corpus, *cap. 2. de consuetud. li. 6.* Rebuff. *in*
praxi beneficior. c. de Vicarijs Episcoporum, & c. p. seq. pro-
pterea reprobanda est opinio Andreæ, *in Constit. Re-*
gni incip. officiorum periculosa, qui dicit Vicarium
50 non † esse iudicem Episcopi, sed loco assessoris, & pro-
pterea dicit à sententia Vicarij appellari ad Episco-
pum, tanquam à delegato ad delegantem, per *l. 1. ff.*
quis, & à quo. opinio praua, & contra textum *in c. 2. de*
consuetud. li. 6. Afflict. etiam *in d. Constitut. n. 12.* repro-
bat illum, posset procedere fortè in Vicario foraneo,
51 † aut deputato in vna parte prouinciæ ad certos actus,
qui non facit vnum cum Episcopo consistorium, & ab
eo posset appellari ad Episcopum, ad notata per gloss.
Claud. & Bonifac. *in Clement. 2. de rescrip.* Gemmin. *in*
c. Romana, de offic. ordinar. lib. 6. Calderin. *cons. 302.* per
quæ iura ita fuit decisum, Rota *dec. 1131. nu. 1 parte 3. in*
nouissimis. item eius opinio procederet in appellatio-
ne ab interloquutoria, à qua sicut prouocatur ad eun-
dem Vicarium vt illa reuocat, ita & ad Episcopum ha-
beri potest recursus, Franch. *in d. c. 2. in vltimo not. de*
consuetud. li. 6. Rota vt per Put. *dec. 503. parte 2.*
52 Quod igitur Episcopi Vicarius † huiusmodi moni-
toria & excommunicationes concedere possit, fuit
decisum in sacra congregatione Concilij per hæc
verba: Vicarius generalis, & ad id facultatem habens
ab Episcopo, potest sine præuia cognitione facti ab
ipsomet Episcopo, excommunicationes ad finem re-
uelationis pro deperditis rebus decernere, dum tamē
ipse Vicarius causæ cognitionem adhibeat, requiritur
autem, vt ad id habeat speciale mandatum, nisi verba
illa, & ad id facultatem habens, referantur ad faculta-
tem Vicariatus generalem.
53 Item quia Capitulum † sede vacante succedit in iu-
risdictione Prælati sui, & in administratione bonorū
temporalium, & spiritualium habet iurisdictionem
ordinariam à iure communi, potestque iudices dare
& constituere, & omnia, quæ ad iurisdictionem perti-
nent, expedire, vt diffusè probat Francisc. de Pauinis
in tract. de offic. & potest. cap. sede vacante. qu. 1. & 2. pri-
mæ partis principal. item Concil. Trident. *sess. 24. c. 16.*
de reformat. decreuit, quod Capitulum sede vacante
officialem suum, seu Vicarium infra octo dies post
mortem Episcopi constituere, vel existentem confir-
54 mare teneatur; ergo & ipsum poterit † monitoria siue
excommunicationes generales decernere, cùm hoc
ad iurisdictionem spectet, in qua sede vacante Capitu-
lum successit.
55 Et licet Nuntius † Apostolicus, Legatus à latere in
prouincia sibi commissa ordinariam habeat iurisdi-
ctionem, vnde post mortem Papæ mittentis non ex-
pirat, *c. 2. vbi gl. pen. de offi. Legati. lib.* & plenissimam, i-
mò maiorem post Principem in ea habeat potestatē,
Spec. *in tit. de legato. §. consequenter. in princip.* & omnia
videtur posse, quæ specialiter Papa sibi non reserua-
uit, *c. cùm venerabilis. de consuetud. c. 1. de offi. Legat.* Spe-
cul. *in titul. de Legat. §. nunc ostendendum. vers. Legatus.*
Boer. *in tract. de potestate Legati de latere. n. 16. & n. 65.*
nihilominus in decernendis monitoriis generalibus
committit Episcopo eiusque Vicario, vt re maturius
considerata, eas decernat, iuxta textum Concilij.
Neque est facienda differentia inter † monitoria 56
sub excommunicationis pœna à Papa fulminata, & ea
quæ ab Episcopis, eorumque vicariis feruntur: vnica
est potestas clauium, etiam Episcopis, aliisque Ordi-
nariis ecclesiasticis impartita: Si à Papa supplicantur,
quod sit Romæ in tribunali pro Illustrissimo, & Re-
uerendissimo Domino Cardinale Vicario Papæ de-
putato, expediuntur breuia commissionis excommu-
nicationis in partibus exequendæ à notariis dicti tri-
bunalis, super capite generali pro rebus hæreditariis
occupatis simpliciter. Quo casu Episcopus, † vti merus 57
executor particularia capita, generale illud à Papa
commissum, declarantia, subiicere non potest, neque
se intromittere, vbi summus superior manus impo-
suit, & ita sæpius controuersum dubium ab Episcopis
diuersarum ciuitatum fuit declaratum ab Illustrissimis
& Reuerendissimis Cardinalibus congregationis E-
piscoporum, & per literas Episcopis vniuersi orbis
manifestatum.

CAP. V.

In quibus casibus neque monitoria, neque excommunicationes ferri debent.

SVMMARIA.

1 *Monitiones generales non conceduntur contra personas nominatas.*
2 *Sacerdos quando celebrat coram excommunicato.*
3 *Monitiones generales conceduntur ad sciendum furem.*
4 c. qui cum fure. de furt. *declaratur.*
5 *Denuntiationis via agendum est, quando persona est certa.*
6 *Episcopus tradens delinquentem curiæ seculari, an sit irregularis.*
7 *Excommunicatus quando agit contra excommunicatorem ad pœnas.*
8 *Sed prius debet purgari.*
9 *Excommunicationes non feruntur, neque monitiones super capitibus infamatoriis.*
10 *Nec feruntur contra personas quæ tutæ sunt exceptione peremptoria.*
11 *Excommunicationes feruntur, solum quando de iure permittitur.*
12 *Excommunicatio non fertur pro peccato alterius contra alterum.*
13 *Dominus non debet excommunicare pro peccato populi.*
14 *Quod si est negligens in administrando iustitiam populo.*
15 *Pœna spiritualis nunquam est data alicui pro peccato alterius.*
16 *Excommunicatio non fertur contra vniuersitatem.*
17 *Excommunicatio vniuersitatis quomodo includit oppositum in adiecto.*
18 *Excommunicatio non fertur post mortem debitoris.*
19 *Creditor non impedit exequias defuncti debitoris.*
20 *Excommunicatio non fertur Romæ contra debitorem alibi obligatum.*
21 *Obligatio Cameralis potest fieri in priuata scriptura.*

22 *Excommunicatio non est ferenda contra debitorem impotentem.*
23 *Lata contra debitorem impotentem tenet in foro fori.*
24 *Periurus non est qui per impotentiam non soluit in tempore debito.*
25 *Creditor potest prorogare terminum excommunicationis.*
26 *Excommunicatio non fertur pro peccato quod non est commissum.*

1 MVlti autem sunt casus, in quibus monitoria omnino abnegare opus est: Primo si contra † personas nominatas supplicatur, *c. si sacerdos. de offi. ordina.* etiam si Episcopo notum esset has personas in peccato existere, sed sibi non constaret, vt iudici, debet enim moueri exemplo Domini, qui vti Deus sciebat Iudam se traditurum, & tamen eidem communica-
2 bat; ergo potest sacerdos † absque peccato sacramenta coram excommunicato ministrare, quem excommunicatum non potest probare, ne detur scandalum, Abb. *in d. c. si sacerdos. n. 5.* quare generaliter potest indicere, quod non licet in specie quando mali occasio tribuitur, arg. *l. 1. C. quæ res pignor. obliga. poss.*

3 Neque obstat, quod monitoria † ferri possunt ad sciendum furem, *cap. qui cum fure. de furt. & ibi* Innoc. *prope finem, vers. nota aliquem.* gl. *in ver. furti. in c. quod quidam. §. ex his* 1. q. 1. & diffuse hanc quæstionem tractat Ioann. Guttieres *in lib. canonicarum quæstionum, c.*
4 11. ex quo textus *in d. c. qui cum fure.* † licet loquatur de furto, tamen loquitur respectiuè ad furem, de quo proximè meminerat, & in furto fur comprehenditur, secus de iure ciuili, vt probat Ias. *in l. 4. §. si tibi ob indicium. col. 1. ff. de condit. ob turp. caus.* quia & si id possit facere Episcopus ex officio procedendo ad purgandum prouinciam malis hominibus, vt Io. Andr. *in d. c. qui cum fure. n. 5.* Abb. *n. 5.* nulla persona nominatur, & cum Episcopo constiterit, vt iudici, non potest ali-
5 ter, quàm per denuntiationis † viam ipsum furem corrigere. Si incorrigibilis est, poterit Curiæ seculari tra-
6 dere. Sed an erit Episcopus † irregularis? Nicolaus Plouius *in tract. de irregularitate in 5. regula. num. 4.* dicit quod sic, & generaliter loquitur de iudice ecclesiastico. Quod verum puto, si statim tradet, non cognito de illius incorrigibilitate, sed cùm canonicè tradiderit, debet efficaciter intercedere, vt citra mortem illum iudex laicus castiget, *c. nouimus. de verb. signif.* vtilis est etiam protestatio, de qua *in c. 2. de homicid. li. 6.* vt purget se, & prouinciam malis hominibus.

Si personas excommunicando nominauerit, contra
7 formam *d. c. si sacerdos.* an nominatus † aget contra excommunicatorem ad pœnas in ipsum statutas, per *c. sacro. de sentent. excommunicat.* non puto quia *in d. cap. sacro.* loquitur in casu suo, nisi nominatim excommunicatus agendo cumularet, etiam de iniusta excommunicatione, & tunc per superiorem excommunicantis, pœna grauior esset inferenda, de quo per Socin. *in d. c. sacro. nu. 341. & infra.* tum quia iniustè communicauit, quod prohibet illud, *c. sub pœna.* tum quia contra prohibitionem *d. c. si sacerdos.* quod licet pœnam non imponat, tamen auget culpam iusti excommunicatoris, si nominatim non excommunicatur, sed non obedit, est nominatim excommunicatus apud Deum, & si non quoad ecclesiam, Præposit. *in c. quidam. num. 3. 5. q. 1.* hoc etiam casu poterit agere de excommunicatio-
8 ne iniusta, sed nominatim † se censuris affectum confitetur, & interim repellitur à iudiciis, *c. decernimus. de sentent. excomm. lib. 6.* nec audietur pro interesse, nisi absolutus sit.

Item neque excommunicationes, neque † monitoria feruntur super capitibus infamatoriis alicuius personæ, Ioan. de Neuizan. *in sylua nuptiali. li. 4. num. 50.* Bernard. Diaz *in regula 243. limitatione 4.* 9

Item non feruntur contra personas, † quæ exceptione aliqua peremptoria tutæ sunt, Bald. *in authent. ad hæc. nu. 11. C. de vsur.* vt contra mulieres tutas Velleiano, aut filiofamilias tutos Macedoniano, aut vbi notoria rei iudicatæ exceptio opponitur, aut is contra quem supplicantur, potest ostendere clarè de sua bona conscientia, Bart. *in constitutione, ad reprimendum. ver. denuntiationem. per totum.* Bal. *in d. auth. ad hæc. C. de vsur.* 10

Excommunicationes † regulariter non feruntur, nisi quando de iure permittitur, quia est maior pœna quæ ab ecclesia dari possit, & non indicitur, nisi vbi de iure expresse cautum sit, Chassan. *in cons. 1. in 5. præsupposito. num. 45.* pro quo allegatur textus *in l. at si quis. §. diuus. & §. cum igitur. ff. de religios. & sumpt. funer.* Menoch. *de arbitrar. cas. 276. num. 19.* v. g. si quis peccatum non fecit, excommunicari non debet, 24. *quæst. 3. §. 2.* non pro vnius peccato † tota familia est excommunicatione damnanda, iccirco nec vxor, cùm peccatum mariti non sit peccatum vxoris, est pro mariti peccato censuris afficienda, nisi criminis particeps esset, & tunc pro suo delicto excommunicari dicitur. Item nec filius pro peccato patris, nec seruus pro peccato domini, 24. *q. 3. c. si habes.* item nec dominus † pro peccato populi, nisi aut committendo, aut omittendo particeps fuisset illius populi peccati. Si enim notabiliter negligens, † & remissus in regimine populi, vt propter eius negligentiam populus labatur in publica crimina, præsertim contra ecclesiam, si sufficienter admonitus negligentiam suam non curauerit iustè emendare, excommunicari poterit, & tunc pro subditorum peccato excommunicari non dicitur, sed pro suo. Nec obstat quod *in 1. libro Reg. cap. 2.* per Samuelem prædicta fuerit futura punitio Heli pro filiorum suorum peccato: quia imò fuit punitus pro peccato proprio, nam filios suos non correxit, vnde in eius redargutionem dixit sibi homo Dei ex parte Domini, magis honorasti filios tuos, quàm me. Item *Threnorum capit. vltimo, Christus Dominus captus est in peccatis nostris.* quod quædam glossa ibi exponit de Iosia; ergo Rex iustè à Deo punitur pro peccato suo, permissum est interfici, quia non acquieuerat sermonibus Necaho ex ore Dei, vt habetur *in 2. Paralip. c. 35.* vel potest dici, quod illud verbum Hieremiæ ad literam debet intelligi de redemptore nostro, quod verisimilius est. Iccirco glossa, quæ illud verbum exponit de Iosia, loquitur iuxta opinionem Hebræorum. Sic vbi autem legitur pro peccato † alterius, alterum punitum esse, nusquam spiritualiter intelligendum, nam & pro peccato patris filij puniti sunt corporaliter, *Exodi c. 20. Ego sum Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios vsque ad tertiam & quartam generationem.* de quo habetur *in 24. quæst. 3. in summa.* 11 12 13 14 15

Item excommunicatio non est ferenda contra † vniuersitatem, gloss. super illud Matthæi *cap. 13. Inimicus homo hoc fecit.* dicit, multitudo non est excommunicanda, nec Princeps Populi, & c. *comessationes, dist. 44.* dici- 16

dicitur, leuissimis & instantissimis comessationibus multitudo tangatur, sed excommunicatio non est admonitio leuissima, sed pœna grauissima, *c. Romana. §. final. de sent. excomm. lib. 6.* quia contingeret etiam obnoxios huiusmodi sententia irretiri, Magon. *decis. Lucens. 72. num. 7.* Ideo in vniuersitatem in vniuersum consideratam non cadit dispendium salutis æternæ, Natta *consi. 548. in fine.* Neque est concedenda si petatur contra omnes, & singulos de tali vniuersitate, quia idem esset. Et licet gloss. *in d. c. Romana. §. final.* teneat, in vniuersitatem excommunicationem latam firmam esse, quia multa contra prohibitiones fiunt, quæ facta tenent, sed contra prohibitiones faciens grauiter peccat: Tamen communiter Theologi tenent non valere, Petr. de Palud. *in lib. 4. senten. dist. 18. q. 1. art. 2.* quia sententia, quæ intolerabilem continet errorem, est ipso iure nulla, cuiusmodi esset in vniuersitatem lata sententia, contingeret enim innoxios excommunicari, qui est intolerabilis error. Item quia per constitutionem tollitur excommunicandi iurisdictio in vniuersitatem; ergo si in ipsam attentatur contra prohibitionem nihil fit, sicut in suspensione iudicis. Et si esset excommunicatio valida, non caueretur animarum periculo, quod propriè intenditur, Riccard. *in 4. libro sentent. distinct. 18. q. 2. art. 3.* Denique excommunica-
17 tio † vniuersitatis includit oppositum in adiecto: nam est separatio ab hominum communione, & non operatur à communione sui scilicet vniuersitatis, & sic poterunt de vniuersitate sibi communicare, & non poterunt, quia per excommunicationem sunt à communione separati, quæ opposita sunt.

18 Item excommunicatio † ferri non potest post mortem debitoris, quia si creditor exequias prohibet excommunicando debitorem, aut alio modo, priuatur suo credito, & aliàs punitur, *auth. item qui domum. C. de sepulchr. viol. & in auth. vt defunct. seu funer. §. sancimus in primo. & §. si verò.* Ripa *in c. cùm M. Ferrariensis. nu. 147. de constit.* Pet. Duen. *in regul. 397. vers. quinto.*
19 *qui exequias.* Imò si exequias † defuncti impedit, vexando hæredes debitoris pro consequutione sui crediti, omnia acta, & actitata intra dictum tempus sunt nulla, *auth. sed neque. C. de sepul. chr. violato,* Menoch. *de arbitr. casu 387. numer. 22.* Ripa *de remediis præseruatiuis contra pestem. n. 104.* Vbi etiam, quod cautiones præstitæ isto medio tempore per ipsos hæredes, vt se à vexationibus dictorum creditorum liberarent pro sepeliendo defuncti corpore, sunt nullius roboris, & momenti: ergo non possunt sepulturam impedire, Abb. *in cap. ex parte. de sepultur.* Felyn. *in c. sicut Iudæi. col. 2. vers. item nota. eod. tit.* Marsil. *in singular. 199.* Menoch. *in d. casu 387. n. 20.* Sebastian. Medic. *in tract. de sepult. part. 4. q. 14. nu. 9.* Duen. *in d. regul. 397. & primo,* quantumuis debitor esset obligatus in forma cameræ, & ita seruatur in curia Romana.

20 Item excommunicatio † ferri non potest in Romana curia contra debitorem extra Romam in forma Cameræ obligatum, nisi prius citato eodem debitore ad dicendum contra instrumentum, vel apocham in curia præsentatum, vbi obligatio scripta esset, & ad videndum iurare testes super illius recognitione, atque extendi obligationē Cameralem, quod si nō fiat, processus, & excommunicatio est nulla, Galles. *de obligat. Camerali, tit. de processu ipso, §. aggrediendo secundam. n. 2. & 3. & in titulo quæstionum post processum, §. ex dictis. n. 2.* Staphil. *quib. mon. lit. ad benef. n. 4. & 5. & in titulo de commission. & literæ iustitiæ, parte 2. §. spoliatus. num.* 11. Iacob. Buca. *in tractatu de stylo Cameræ c. 5.* Speciale est obligationis † Cameralis, vt cœpta etiam à priua- 21
ta persona sit valida, atque etiam in priuata scriptura possit quis iuxta formam Cameræ obligari, si post confessionem debiti, dixerit, & ita me obligo in forma Cameræ, & iuro, quod sufficit ad obligationem inducendam, & facta ipsius extensione possit ad censuras deueniri.

Item si debens adimplere, † non posset, non est fe- 22
renda excommunicatio, Bernard. Diaz *in regula 243. limitatione finali.* quia per excommunicationem nullus potest arctari ad impossibile, quæ infligitur solum pro peccato mortali cum contumacia, existente ergo impotentia, deficit contumacia, & non incurritur excommunicatio, quia impossibilium nulla est obligatio, nec excommunicatio. Vnde Soto *in 4. lib. sentent. distinct. 22. quæst. 2. artic. 3.* ait, excommunicationem ferri non debere pro debito, si nimia egestate debitor pressus sit, ita quod soluere non possit, & quod ista comminata excommunicatio contineat præceptum impossibile, & errorem manifestum, latè probat Didac. Perez. *in l. 1. titul. 5. lib. 5. ordinat.* Sed hoc procedit in foro Poli, vt apud Deum, si soluendo non est, nec excommunicatus sit, secus in foro fori, vbi excō-
municatio † tenet, nisi in actis constaret de soluendi 23
impossibilitate, Soto, vbi supra proximè. Vel est notoria debitoris impossibilitas, ad quam probandam debet admitti, data contritione, & intentione soluendi quàm primum potuerit, *cap. Odoardus. de solut.* Vnde Innoc. *in cap. P. & G. de offic. delegat.* dicit, inopiam ab excommunicatione excusare, Guido Pap. *in tractat. de appellat. quæst. 15. numer. 22.* Idem in eo, qui in certo termino soluere iurauerit, nam si per impo-
tentiam non soluit, periurus † non dicitur, vt ibi In- 24
noc. quia est excusatus, nec in peccato est. Sic excusatur hæres, licet defunctus fuerit in peccato, habet bonam fidem, quia illud in hæreditate inuenit; ergo non est censuris afficiendus, Bartol. *in constitutione ad reprimendum. ver. Denuntiationem numer. 19.* Nisi hæredi fuerit notificatum, ita quod per certam notitiam in peccato esse dici possit, Abb. *in d. c. nouit. num. 53. in fine.* Et nota quod ad excludendum excommunicationem, sufficit conuentum allegare iustam causam, V. g. titulum, nec tenetur illam probare, quia satis est non constare, quod contra conscientiam teneat, & nisi actor probet de læsa conscientia, præsumitur pro possessore, quæ præsumptio onus probandi transfert in aduersarium, Barbat. *in addit. ad Abbatem in d. c. nouit. num. 53.* si quærantur probationes, possunt fieri generales monitiones, atque excommunicationes fulminari. Si episcopus excommunicat debitorem soluere potentem, nisi soluerit infra mensem, *l. obligationum fere §. conditio ff. de act. & obligat.* Pars ad cuius in-
stantiam excommunicatio † fulminatur poterit pro- 25
rogare terminum, vt notatur per Innoc. *in c. præterea, in secundo, de appellat.* Bart. *in l. 1. §. & post operis nu. 6. ff. de noui operis nuntiat.*

Item vbicunque peccatum non est adhuc commis- 26
sum, † & si patrandum esse dubitetur, non est ferenda excommunicatio, quę solum pro peccato cum contumacia fertur, & futurum non est adhuc inesse deductum. Propterea monitoria pro futuris culpis non conceduntur, Alex. *in l. filiusfamilias §. diui column. penult. de legat. 1.* ad futura respicit constitutio, *cap. secundo, de consuetudin.* pro præteritis tantum peccatis fiunt monitiones ad correctionem, Syluestrina *in vers. excommunicatio, in primo numero 13.* Si quis promi-

promisit delictum facere, est impossibilis de iure promissio habeturque pro non facta; ergo non est in culpa, nec conceduntur monitoria.

CAP. VI.

Monitoria pro reuelationibus non esse concedenda in præiudicium iurisdictionis laicorum.

SVMMARIA.

1 *Monitiones generales non sunt concedendæ in præiudicium iurisdictionis laicorum.*
2 *Exceptio rei iudicatæ opponitur coram iudice alterius iurisdictionis.*
3 *Iudicum nullus debet impedire alterum.*
4 *Sententia in iudicio summario, quando non faciat rem iudicatam in plenario.*
5 *Monitiones generales non sunt concedendæ super capitibus impertinentibus in probationibus coram laico, & n.9.*
6 *Monitiones generales aliquando conceduntur ad solam præsumptionem inducendam.*
7 *Testes recepti didicitis testificatis an probent.*
8 *Restitutio ad pinguius probandum quibus, & cur, & quomodo detur.*
10 *Terminus ad probandum in quibus sit communis vtrique parti.*
11 *Monitiones generales non conceduntur vltra petita.*
12 *Litis contestatio quando possit fieri in articulis.*
13 *Sententia quando possit ferri vltra petita.*
14 *Iudex an possit pronunciare ex confessione voce coram se facta à partibus.*
15 *Testes ad futuram rei memoriam non examinantur per monitiones generales.*
16 *Testes ad futuram rei memoriam examinantur super articulis obiectiuis.*
17 *Testes ad futuram rei memoriam in quibus casibus examinandi, & quando pro eis examinandis monitiones generales concedendæ.*

1 NVnc de monitoriis † videndum est, quæ nullatenus in laicorum iurisdictionis præiudicium concedenda sunt. Vbicunque enim testes prohibentur recipi coram iudice laico: prohibentur etiam coram ecclesiastico per viam excommunicationis super eadem
2 causa, si eodem modo agi desideratur: quia † exceptio rei iudicatæ à laico, opponitur etiam coram ecclesiastico, *c. final. §. fi. de except. c. fi. §. similiter. de except. li. 6.* propter bonum publicum, ne delusoria sint decreta prætorum, *l. si prætor. in princip. ff. de iudi. l. res iudicata. ff. de re iudic.* Bald. *in auth. ad hæc. n. 15. C. de vsu.* quando absolutio sequuta est, secus si condemnatio, tunc enim ecclesiasticus potest alteram pœnam inferre, quę iure suo decreta sit, vt per Felyn. *in c. de his accusat.* & dixi pluries supra in secunda parte. Neuter iudicum
3 debet † esse impedimentum alterius iurisdictionis: sicut igitur testes reiici coram iudice laico multipliciter contingit, ita in illis eisdem casibus monitoria recusandum est.

Diuersus est modus agendi in iudicio summario à
4 plenario, ideo sententia † absolutoria cùm actum est vno modo agendi, non parit exceptionem rei iudicatæ, si altero modo agatur, etiam si eadem iura inducantur, Rota *decis. 7. nu. 6. de sent. & re iudic. in anti.* Cyn. *in l. 1. col. 3. vers. concluditur ergo C. quando ciuil. act. criminal. præiudic.* quod examinatur summariè non prohibetur postea plenariè in iudicium deduci, *l. pen. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.* gl. *in l. à diuo Pio §. si super rebus ver. præiudicare ff. de re iudic.* Bart. *in l. si quis à liberis §. solet in 1. not. ff. de liber. agnos.* & ita fuit iudicatum, Fran. *decis. 289.* si super exceptione pronuntiatur vbi summaria fuit cognitio, non obstat res iudicata, si illud idem postea in plenarium iudicium deducatur, Bart. *in l. qui Romæ §. duo fratres nu. 7. ff. de verb. obl.* qui citat Innoc. *in c. super spoliatione col. fi. in princ. vers. sed contra ponamus, de ordine cognit.* Paul de Cas. *in d. §. duo fratres n. 8. in 2. artic. vers. & tunc aut succubuit in summario, & non prohibetur in plenario.* Ab. *in c. cum dilectus nu. 26. de ordin. cognit.* Fel. *in c. causam quæ in 1. nu. 5. de testib.* licet contrarium teneat Abb. *in cons. 50. vol. 1.* sibi contrarius *in c. si clericus n. 15. de foro compet.*

Sed si in iudicio summario testes producti sint, & si in plenario iudicio agi non sit prohibitum, neque alios testes produci, *c. veniens, de testib.* Ab. *in d. c. fraternitatis n. 4. vers. septimo de testib.* Nihilominus propter timorem subornationis, didicitis testificatis, corã iudice laico articuli impertinentes reiiciendi sunt, *clem. 2. de iud.* vbi Cardinal. Canonistę omnes *in d. c. fraternitatis.* Bart. & cęteri *in l. per hanc C. de tempor. appellat.* ergo coram † Ecclesiastico iudice, super illis dun- 5
taxat capitibus generales monitiones concedendæ sunt, quæ capita primis testificatis non sint contraria, aut eadem, vel similia in causa appellationis, de quibus impertinentium regulis, à supracitatis Doctoribus latissimè pertractatur, nisi reuelationis capita, non ad probationem, sed ad solam præsumptionem † indu- 6
cendam supplicarentur, vt in causa matrimonij, Inn. *in c. cum dilecti. de accusa.* Angel. *in l. final. C. de testibus.* tunc enim monitoria concedi non prohibentur, sicut in cæteris casibus, in quibus etiam didicitis testificatis produci fas est, quos casus congerunt Addentes ad Ab. *in d. c. fraternitatis nu. 4. prope finem. de test.* Ecclesiasticus non prohibetur testes † recipere, sicut nec lai- 7
cus iudex didicitis testificatis, *c. cum clamor. de testibus.* prohibetur productio, quæ est relatiua ad partem aduersam, ideo ritè producuntur, si pars non opponit, sed non rectè, quia contra vtriusque prohibitionem, ergo in limine ferendæ sententiæ reiici possunt, *l. non dubium C. de legibus.*

Idem est, si cum personæ † priuilegiatæ restituun- 8
tur in iudiciis, etiam in summariis, Vrsill. ad Affl. *in decis. 271. num. 3.* Capyc. *decis. 13. & decis. 83. in fine.* etiam in causa attentatorum, Vrsill. *ad decis. Afflict. 35. in fine.* quia per procuratores, vel alios legitimos administratores in iudiciis læsæ sunt, & ad pinguius probandum restituuntur, *l. cum mandato ff. de minor.* gloss. *in l. cum ver. ex voluntate ff. de minor.* Afflict. latissimè *in constitutione regni; obscuritatem.* & tunc accuratè reiiciendi sunt impertinentes à laico; ergo accuratissimè ab Ecclesiastico iudice capita reuelationis pertinentia sub † 9
excommunicationis pœna non permittenda ne detur occasio falsitatis conficiendæ, aut detegendæ. Idem puto, si per testes scripturarum aliqua falsitas detegi potest, si personę priuilegiatę restituũtur ad probandum, hic probationis terminus, † etiam parti ad- 10
uersæ communis est, Vrsill. *ad Afflict. in decis. 89.* qui alios refert, si restitutio simpliciter fuisset petita; si verò limitatè, atque ita concessa fuisset, puta ad producendum de nouo, tunc altera pars non poterit veteribus probationibus alteram probationem addere, & ponere de directo contraria, Bald. *in l. 1. per hanc C. de*

tempor.

tempor.appellat. Franc. *decis.* 269. *in fin.* Vbi igitur probare potest, dummodo impertinentia non probet generales monitiones non sunt denegandæ.

Quid si vltra petita probationes postulantur, vtrum generales monitiones indicendæ? quod non vi-
11 detur, quia † in concernentibus priuatam vtilitatem non potest iudex parte non petente iudicare, Ias. *in l. ita demum in fin. Cod. de procurat.* & vide Bartol. *in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damn. infect.* Chassan. *in consuetud. Burg. rubric. 1. §. 6. num. 66. & plur. seq.* Contrarium credo verissimum, vbi in articulis etiam dedu-
12 cere potest, & super eis, si sint conclusorij † fieri litis contestationem. Nam *cap. vnic. de lit. contest. & l. 1. Cod. eod. tit.* procedit vbi articuli non sunt conclusorij, Rota *decis. 9. de probat. in antiq.* & articulorum copia datur parti, vt de iure canonico, & in terris ecclesiæ, & alibi de stylo: Aut vbi restitutio ad probandum, vel pinguius probandum conceditur, quo casu
13 posset iudicari etiam vltra primam † petitionem, sicut in multis aliis iudiciis, de quibus per Dec. *in l. vinum numer. 17. ff. si cert. pet. ad limitat. l. final. Cod. de fideicommiss. libert.* dummodo de negotio ipso, debito modo liqueat, Bartol. *in l. si filius, ff. de donat.* Parisiens. *de syndicat. in ver. sententia §. vtrum num. 10.* Et
14 iudici supremo potest constare † etiam per oblationem, viua voce factam, secundum quam, ad iudicandum moueri potest, Bald. *in l. 1. col. 1. Cod. de manumiss. vindict.* quam decisionem extollit Fel. *in c. cum venerabilis num. 42. de except.* sed hæc doctrina in plerisque tribunalibus carentibus arbitrio iudicandi non obseruatur.

15 Testes ad futuram † rei memoriam non sunt per monitoria examinandi, si testes adsunt, sed examinari non permittuntur: quia iudicis vsus non est adhuc intentatus, interim in testes, absfuturos, vel valetudinarios, propter periculum, habes remedia iuris. Ad
16 futuram † rei memoriam recipi possunt, etiam super articulis obiectiuis, & non admissibilibus, vel fortè nunquam admittendis, quia peccant in forma, secus si in materia, Rota *decis. 5. num. 3. de sequestr. possess. & fruc. in nouis.* Et ante inchoationem totius litis, recipi possunt, *c. quoniam frequenter. vt lit. non contest.* Et valet talis testium receptio, si post receptionem, ipsorum copia haberi non potest, aut quia sunt mortui, vel aliàs impediti, sin autem superuiuerent, & receptio facta fuerit à iudice ordinario, causaque tractetur coram delegato, hæc testium receptio irritatur, Rot. *decisione 3. de testib. in antiq.* si recusant deponere, habes remedium de testibus cogendis. Si est appella-
17 tum, possunt testes absfuturi, † & valetudinarij propter periculum examinari etiam ab ordinario, à quo est appellatum, Rota *decis. 11. de appellat. in decision. Bissignet.* Milus *in repertorio in ver. iudex appellationis.* Socin. *in consil. 244. considerata col. 1. vers. quarto contra eundem vol. 1.* Si coram iudice appellationis, quia velit cognoscere de impertinentibus, poterit testes absfuturos atrestare, ne illicentiati, quousque deposuerint, recedant, & si fuerit iudex ecclesiasticus etiam arrestare poterit sub excommunicationis pœna, à qua appellatio non est permissa, Rota *decis. 21. nu. 2. de testib. in nouis.* Sed quia testis veritatem celans, peccat mortaliter, *c. quisquis 11. quæstion. 3.* Est enim reus, qui veritatem occultat, *cap. 1. de crimine falsi.* poterit compelli ad deponendum, Rota *decis. 22. num. 2. de testibus in nouis.* & super eius depositione monitoria fieri, ad conuincendum illum de scientia, etiam sub excommunicationis pœna, vt illum corrigat, quin permaneat in peccato occultando veritatem.

CAP. VII.

Qui reuelare teneantur.

SVMMARIA.

1 *Coniux, descendentes, & alij consanguinei non tenentur reuelare sub excommunicationis pœna.*
2 *Priuilegium non reuelandi an excuset à toto.*
3 *Sacerdos, qui scit in confeßione, non tenetur reuelare.*
4 *Sacerdos quando celebret, etiam præsente excommunicato.*
5 *Confessor deponens in iudiciis non probat.*
6 *Reuelare quis tenetur, etiamsi est factum iuramentum de non reuelando.*
7 *Iuramentum temerarium non seruandum.*
8 *Veritas si potest taceri quando resultat scandalum.*
9 *Excommunicatus non est non reuelans, si resultat scandalum, & periculum reuelanti.*
10 *Socius criminis, non reuelans non est excommunicatus.*
11 *Principalis non tenetur reuelare.*
12 *Delicta sua nullus potest cogi publicare sub quacunque pœna.*
13 *Peccant publicantes delicta sua, etiam si metu pœnæ id faciant.*
14 *Sacerdos cur poßit celebrare si homicidium voluntarium commiserit occultè.*
15 *Excommunicatus quando poßit communicare ante absolutionem.*
16 *Principalis respondens contra veritatem cum iuramento, non punitur de periurio.*
17 *Furari quando liceat rem æqui valentem.*
18 *Creditor quando poßit furtiuè accipere rem sui debitoris.*
19 *Reuelari non debent, quæ legitimè fiunt.*
20 *Reuelari debet quodcunque factum quando est notorium, alias excommunicatur.*
21 *Principalis tenetur reuelare quando est infamatus sufficienter de delicto.*
22 *Reuelari non debent quæ vxor furata fuerit pro satisfactione arrarum, & dotis.*
23 *Aduocatus, & medicus non tenentur reuelare quæ sciunt intuitu officij.*
24 *Obstetrices non tenentur reuelare sub pœna excommunicationis.*
25 *Testis de auditu non tenetur reuelare.*
26 *Si reuelauerunt illi, à quibus audiuerunt.*
27 *Peccatum quando non est secretum an debeat reuelari.*
28 *Testes criminosi non admittuntur ad denuntiandum.*
29 *Repulsa est concedenda contra testes examinatos ad reuelationem excommunicationis.*

SEquitur videre quos afficiat excommunicatio reuelare recusantes: Omnis veritatem occultans, peccat mortaliter, *cap. quisquis 11. quæst. 1. cap. 1. de crimine falsi.* Si peccato additur contumacia non reuelandi, iustè excommunicatur, *capit. 1. de testibus cogend.* Sed

Sed hęc regulá illos nō videtur amplecti, qui sunt priuilegiati, vt *c.si testes §.item lege Iulia* 4.q.3. & notatur *in c.si qui testium.de testib.& attestationib.* propter quę priuilegia videntur excusari à peccato; ergo & à con-
1 tumacia. Coniux,† descendentes, & alij, quos enumerat summa Angelica *in ver. Denuntiatio nu.*13. non tenentur testificari; ergo nec propalare ob tales monitiones, Nauarr. *in manuali, cap.*25.*num.*46.*& in c.inter verba nu.*808.11.*q.*3. Antonius de Corduba *in libro sui quæstionarij, qu.*43.*vers. septimo & in tractat.delos casos de conscientia. qu.*64. *circa finem vers. el secondo caso es.*
2 Sed hoc priuilegium† nō excusat à toto, nisi alij testes haberi possint, Archidiac. *in c.statuendum* 2.*q.*6. & dicit, quod ita consueuit concludi *in c.dilectus de testibus cogend.* Ab. *in d.c.*1.*nu.*4.*eod.tit.* ergo qui ad ferendum testimonium compelli non possunt, vbi aliter veritas haberi nequit, possent excommunicari, quia & compelli non possent: sed regula multipliciter fallit respe-
3 ctu testiū, & principalis. Nam & sacerdos,† qui scit in confessione non tenetur reuelare, quia scit vt Deus, *c.sacerdos.de offic.ordin.* quo casu, si in foro contentioso diceret se nescire, non diceret falsum, Bald. *in d.c.si sacerdos num.*7. secus si aliter sciret, quàm per confessionem, quia tunc eo modo quo scit, tenetur reuelare, tenendo secretam confessionem, exprimendo causam scientiæ, vt scandalum euitetur, vt cum Alex. de Ales. docet Adr. *in* 4.*lib.de sacrament.confess. in vltimo dub. vers.quo ad hanc col.*2. Francis. de Victor. *in sua summa confess.qu.*186. quamuis cautius faciat, si omnino reticeat: & propterea etiam pręsente excommunicato ce-
4 lebrat, † quem vti Deus sciuisse excommunicatum, quandiu per alias probationes notum non sit, Abb. *in*
5 *d.c.si sacerdos, n.*5. Si vellet deponere vti Deus † in iudiciis, non probaret, Bald. *in l.an si gerentes C. de episc. aud.* Ias. *in l.*1.*§.huius studij n.*6.*ff.de iust.& iur.* Nisi vti Deus deponeret super causa matrimonij, glo. *in c.tua nos.de sponsalib.* quam singularem reputat Roman. *in l.si non speciali C.de testamen.* Ias. *in d.§.huius studij.* se-
6 cus si sciret, vt homo, quo casu reuelare debet, †etiam si esset factum iuramentum de non reuelando, quia iuramentum non extenditur ad casum cum producitur in testem, & icciırco non cogitauit, & si cogitasset, iu-
7 ramentum† esset temerarium, & non seruandum, Inn. *in c.qualiter, & quando in primo de accusat.& in c.ad nostram.de iureiu.* Abb. *in d.c.si sacerdos num.*7. quia non debet aperiri via iniquitatis ad delinquendum, nec ad impunitatem delicti, Inn. *in c.quia plerique.de immun. eccles.* Bald. *in c.*1.*§.item sacramenta de pace iuram.fir-*
8 *man.* Et quando potest veritas† taceri, si resultet scandalum, & maius malum, ponit Innoc. *in c.officij.de pœ-*
9 *nit.& remiss.* Et quod excommunicatione† non sit innodatus sciens aliquem commisisse furtum, vel habere rem furto sublatam, & non reuelans emanata excommunicatione contra scientes, & non reuelantes, si resultet periculum, & scandalum, ponit Foller. *in practic.criminal.in suis miscellaneis n.*41. Quod non credo bonum, nam ad saluandum alios, non debet ponere animā suam in periculo, excommunicatione emanata, & quæ dicuntur per Foller. vera esse possunt, quando resultat scandalum, & periculum reuelanti, ad tradita per Doct. *in c.si quis cum fure.de furt. & in l.inciuile C. eod.& c.nemo.de simon.c.*2.*de offic.ordinar. c.placuit.*6.*q.*2.*c.si peccauerit* 2.*q.*1.*& clem.*1.*de hæret.* late per Hier. Pauin. *in tract.regul.Cacellar.fol.*10.

Qua ratione circa excommunicationem potest ta-
10 ceri reuelatio à socio† criminis, sub excommunicationis pœna, quia principalis est, qui nullatenus tenetur ipsum prodere, nec reuelare, imo nec admittitur in testem neque pro sociis, nec contra eos, *l.quoniā liberi, & ibi Doct.C.de testib.l.final. C.de accus.c.veniens & ibi gl.de testib.c.*1.*& ibi omnes Canonistæ de confessis.*

Principalis † non tenetur reuelare, ne cogatur de- 11
tegere turpitudinem suam, nam lege naturali, & diuina omnes sumus liberi à manifestandis criminibus nostris secretis in foro exteriori, *c.si peccauerit* 2.*q.*1.*c. quis aliquando §.his auctoritatibus.de pœniten. distinct.*1. vt ait Diuus Chrysostomus: *Non dico tibi vt pandas te, id est peccatum tuū secretum publices*, & vt exponit ibi glo. hoc est priuilegium Dei, quod non potest ab inferiore tolli, *c.inferior.dist.*21. sub excommunicationis pœna, Abb. *in c.*2.*in fin.de confessis*, summa Angelic. *in ver.confessio delicti in prin.& in ver.inquisitio §.pœn.& in ver.denuntiatio §.*13. Syluestrina *in ver.accusatio §.*13. quam opinionem dicit esse communem Natta *in cle. sæpe §.& quia col.*7.*de verb.sign.* Diuus Thom. *in* 2.2.*q.*69.*art.*1.*&* 2.& ibi Caietan. Soto *de ratione tegendi, & detegendi secreta.in* 2. *membro qu.*7.*conclu.*1. *&* 2.*de iust.& iur.lib.*1.*q.*9.*art.*1.*&* 2.*& q.*7. Greg. Lopez *in l.* 4.*tit.* 29. *part.* 7. *in glossa iurar que diga la verdad.* vbi latè examinat, & ita resoluit Roderic. Suarez *in l.*4.*ti. delas iuras nu.*15.*lib.*2. Anton. Gomez. *in* 3.*lib.var.resol.c.*12.*de probat.delict.n.*5. Bernard. Diaz *in sua practica crimin.canonic.c.*118. Et de communi testatur Anton. de Corduba *in lib.*1.*sui quæstionarij, qu.*43.*fol.*350. & ad hoc solet allegari, *c.*1.*& ibi gl.in ver.nulli.de probationib.* Præterea nemo potest † à quolibet humano 12
iudice cogi sub quacunque pœna ad publicandum sua delicta, imo debemus peccata nostra, quantum possumus occultare, ne peccemus, *c. quam sit graue gloriari. de excess.prælat.c.non sunt audiendi* 11.*qu.*3. & si peccat, qui famam suam negligit, quanto magis qui dissipat, & hanc tenet Sanctus Antoninus *in* 3. *parte tit.* 8. *c.*4. *§.*1.*ver.primo modo.*& Caietan. *in* 2.*secunda qu.*73.*art.*2. dicentes, peccare eos, † qui seipsos infamant, etiam si 13
metu pœnæ id faciant, ita quod metus pœnæ non excuset propalantem sua secreta crimina. Nullus iudex, qui naturali legi, & diuinæ subditur *c. sunt quidam* 25. *q.*1. potest iustè cuiquam præcipere, vt sua peccata manifestet. Vnde D. Thom. *in* 2.*secundæ qu.*13.*art.*7.*ad* 5. dicit: *Prælato non est obediendum contra præceptum domini.& Actuum c.*5.*Obedire magis oportet Deo, quàm hominibus.* Icciırco quando prælatus præcipit, vt sibi dicatur, quod quis sciuerit corrigendum, intelligendum est præceptum, saluo ordine fraternæ correctionis, siue præceptum communiter fiat, siue specialiter, sed si Prælatus expressè præciperet contra hunc ordinem à Domino institutum, & peccaret pręcipiens, & ei obediens, quasi contra Domini præceptum agens, vnde non esset ei obediendum. Hæc ille. Item lege euangelica, & naturali prohibemur scandalizare proximum, Matthæi *c.*18.*c.nihil.de præscript. c.*2. *de noui oper. nuntiat.* Sed peccata publicare est proximum scandalizare, D. Thom. *in secunda* 2. *q.*44. *art.*2.& probatur *in cap. presbyter si à plebe.& in c.si mala* 5.*q.*4. Item ex præceptis decalogi vetitum est alteri detrahere, hoc autem est non solum falsum crimen imponere, vel imponēdi causa esse, sed etiam si crimē alterius aut proprium citra ordinem iuris detegit, vel est causa, vt detegatur, quare à nemine quis potest cogi ad publicandum sua peccata sub quacunque pœna.

Sicut † dicimus de sacerdote, qui homicidium vo- 14
luntarium occultè perpetrauerit, nam post confessionem, contritionem, & pœnitentiam potest celebrare, non impetrata dispēsatione super irregularitate, præsertim si esset parrochus, vel beneficiatus, aliquo modo ad celebrandum obligatus, maximè pro sui honoris, &

ris,& famæ conseruatione; est enim crudelis, qui famam suam spernit, *c.volo 12.quæst.1.* & posset de delicto haberi coniectura, in ciusque cognitionem deueniri per cessationem à diuinis, ita tenet Scanen. *in tractatu de censuris Ecclesiasticis, titulo de dispensationibus super irregularit.* ex mente Nauarr. *in summa cap.27. nu.239.* Frater Alphonsus de Castro *de potestate legis pœnalis lib.2.cap.15.* Ioann. Guttieres *in libro canonicarum quæstionum c.13.* Quia lex naturalis, & diuina de defendendo suam famam; præstat legi humanæ de abstinendo à sacro in irregularitate, *c.sicut.de consecrat. distinctione 1.* vbi vide Nauarr. & ita consuluit Bartolom. de Aneuia pro quodam excommunicato in periculo infamiæ constituto, & in moniali excommunicata excõmunicatione Papali, occultissimè ta-
15 men, vt possit communicare † ante moram petendi absolutionem, interesse choro, & aliis, à quibus abstinendo, fama monasterij, & sua periclitaretur, cum declaratione tamen quod dictus sacerdos faceret diligentiam pro obtinenda dispensatione; secus si diligentiam non faceret.

16 In iudiciis † principalis inquisitus, respondens cum iuramento contra veritatem non punitur de periurio, Alex. *in addit. ad* Bartol. *in l.1.ff. de bonis eorum qui ante sent.* Addentes ad Abb. *in c.1. de testib. cogend.* vbi dicitur paucos hoc scire, licet sic respondens peccet, vt dicit Abb. *in c.cum P. de testib.cogend.col.2.vers.& in quantum.* & facit gl. not. *in c.nequis arbitretur 22. qu.2.* quod mendacium benignitatis, quod fit ad salutem alicuius, non sit peccatum mortale.

Quid si iuridicè facit, tanto minus tenetur reuelare sub excommunicationis pœna, V.g. licet alicui rem
17 furari † æquiualentem, quando rem suam occupatam ab aduersario potenti, & opulento aliter habere non potest, glossa *in c.ius gentium. distinctione 1.* Innocent. *in c.olim in primo n.8. de restitut. spoliat.* Alexan. *in consil.135.n.1.vol.1.& in consil.127.num.8. vol.4.* Felyn. *in c.quoniam n.13. de simonia, & in c.2. de sponsalib.* Marsil. *in singular. 177. & in sua practica criminal. §.constante n.36.* Nauarr. *in suo manuali cap.17.n.112.& seq.* quod procedit etiam in vsura fraudulenta, rapina, & aliis damnificationibus, vt quis tunc in conscientia ab istis vsurariis, & damna inferentibus, aliud eiusdem valoris, furto subtrahere, atque accipere possit, D. Antonin. *in sua summa parte 1. titulo 1.c.15. sub verb. de furto in genere.* Cotta *in memor. ver. dolum bonum. prope fi-*
18 *nem.* vbi tenet, quod creditor † potest furtiuè accipere propria auctoritate rem sui debitoris, idem firmat Marsil. *in d.§.constante n.37.* Næuizan. *in sylua nuptial. lib.3.nu.43.* vbi concludit hoc etiam in conscientia licitum esse: quo casu, si post acceptionem occultè fa-
19 ctam † fierent monitoria contra scientes, & non reuelantes, non tenetur aliquo modo ea bona restituere, nec propalare, neque etiam alij hoc scientes reuelare debent, vt per eundem Næuizan. cum relatis per eum: summa Armilla *in ver. furtum n.15.* Secus tamen si testes dubitarent, licet recuperans eis dicat, quod ad recuperandum suum debitum tantum, quod iustum est, accepit. Nisi tanta fide, & virtute apud eos polleret, vt merito propter eius dictum certi redderentur, ita Nauarr. *in d.cap.17.n.114.& cap.25.num.46.* Medina *de restitut. quæstione 3.caus.12.& latius quæstione 11.* Soto *in 4.lib. sentent. distinctione 22. quæstione 1. artic.2.* Antonius de Corduba *in lib. 1. quæstionarij, quæstione 43.col.3. in 4.limitatione, & in quæst.64. in 4. limitation. & in tractatu de casos de conscientia, in 2. editione quæstione 181.* Hoc autem fallit, quando factum est † notorium, quia tunc omnino debet reuelari, vt 20
per Angelic. *in summa in ver. Confessio delicti. in princ.* sed tunc non debent ferri monitoria, neque excommunicatio, quę in subsidium tantum, vt dixi, & vbi deficit actio ordinaria, sed hic superest actio ordinariè agendi ex facto notorio coram seculari iudice, aut per viam intimationis coram ecclesiastico, si esset simpliciter infamatus, aut aliquibus indiciis affectus, & semiplena adesset probatio, possent monitoria emanari, tenereturque † principalis contra se deponere, Am- 21
bros. de Vignatte *in l.ciuile Cod. de furt.* Anton. de Corduba *in d. tractatu de casos de conscientia, q.64. in 2. puncto, & in lib.1. quæstionarij, qu.43.col.2.vers. at vero.* Quod intellige, si ageretur tantum ad pœnam spiritualem; secus si monitoria concederentur, ad procedendum iudicialiter, summa Angelica *in ver. Denuntiatio in fine.* Syluestrina *in ver. Confessio, in primo vers. primo in ista quæstione: hic aduertendum est.* Nam & si principalis non teneatur reuelare, tamen tenetur restituere quod possedit mala fide, *c.2. de regul. iur. lib 2.* D.Thom. *in 2. secundæ quæstione 62.* Syluestrina *in ver. Restitutio per totum. & §.6.*

Item si vxor † de bonis mariti aliquid in casu licito 22
propria auctoritate occultè acceperit pro satisfactione suæ dotis, vel arrharum, quando ea recuperare non poterat, non tenebitur ipsa, neque id scientes reuelare, Anton. de Corduba *in dict. tractatu de casos de conscientia quæst. 126. in princip.* Item Aduocatus & medicus † non tenentur reuelare secreta ad præce- 23
ptum superioris, ne dicantur præuaricatores, & proditores causæ, Petr. de Palude *in 4. lib. sentent. distinctione 28. quæst.1. in casu 7.* Nauarr. *in manuali cap. 25. num.42.& 46.* vbi quod aduocati, confessores; medici, & alij similes, quibus deteguntur secreta litium, dubiorum, & morborum, peccant testificando de secretis cum eis secreto communicatis, nisi aliunde illa nouerint, vel nisi sint talia, quæ non detecta in aliorum damnum redundarent, quo casu est detegendum solum necessarium, vt *ib id.* Nauarr. *in c.inter verb. num. 799.11. quæstione 3.& in Manuali cap.18.num.60.* Idem probat Anton. de Corduba *in d. tractatu de casos de conscientia quæst.64. in 2.puncto, vers. el tercero caso es, & in lib.1. quæstionarij, quæst. 43.* loquens etiam in obstetrice, † & quod supradictæ personæ etiam si sub 24
excommunicationis pœna, vel cum iuramento cogantur specialiter à superiore reuelare quod sciunt, nam reuelando peccant mortaliter, vel testificando.

Idem nec tenetur reuelare testis † de auditu, si id 25
audiuit à leuibus personis, non fide dignis, ita quod reuelaturus de leuitate notaretur, si id ideo crederet, vel denuntiaret, aut de auditu ab istis leuibus personis testificaretur, præsertim si crederet, quod ex eius reuelatione, iudex plus debito contra reum moneretur, hoc enim casu reuelare non tenetur. Item testes † non tenentur reuelare, quotiescunque illi, à quibus sciuerunt, reuelauerunt, Nauarr. *in cap. in-* 26
ter verba numer.790. 11. quæst. 3. & in Manuali cap.25. num.46.

Item si peccatum † est secretum, atque reus est omnino emendatus, vel speratur cum correctione fraterna posse emendari, non debet obediri Prælato præcipienti, vt denuntietur, absque dicta trina fraterna correctione, D.Thom. *in 2. secundæ, quæst.33. artic.7. ad 3.* Diuus Antoninus *in sua summa parte 2. titulo 9. cap.* 27

c.6.§.4. Nauarr.*in d.c.25.nu.64.* Nisi constaret reum, de illo crimine esse infamatum, cum sufficientibus indiciis, aut semiplena probatione, quo casu, si à iudice interrogatur, tenetur veritatem dicere, ergo ad euitandam excommunicationem reuelare.

28 Si testes † sunt criminosi, non admittuntur ad denuntiandum, quia propter malum zelum præsumuntur alios velle corrigere, cum ipsi essent corrigendi, & si admitterentur, generaretur scandalum in ecclesia Dei, Felyn.*in c.nouit.n.14.ver.soluere poterit.* pro quo est tex.*in c.dilectus.de accusat.*gl. *in c. personas.de testib. & in c.cum oportet. ver.ad denuntiandum.de accusat. & in c.cum in tua, ver.persona.de sponsalib.& in cap.cum in tua, ver.repellendus.qui matrim.accus.poss.& in c.cum ex iniuncto.ver.tenetur in fin.de hæretic.* Vnde contra te-

29 stes † huiusmodi debent concedi repulsa, & potest opponi, quod sunt criminosi, & in peccato mortali existentes, Bart.*l.in constitut.ad reprimendum ver. Denuntiationem nu.8.& ibi latè Apostilla.* Et tripliciter opponitur, scilicet, excommunicatio, expoliatio, & deprædatio, ita & aliæ præiudiciales exceptiones opponi possunt, gl.final.*in d.c.nouit.& ibi* Innoc. *n.1.* Specul.*de denuntiatione §.2.n.6.* Sed an coram Ecclesiastico iudice, vt laico obiectus dari debeat? Vtique ad denegandam copiam coram Ecclesiastico, quem constito de prædictis dare non debet.

CAP. VIII.

Denuntiationis iudicium quando fieri debeat coram Ecclesiastico, etiam in præiudicium iurisdictionis laicorum.

SVMMARIA.

1 *Recursus habetur ad ecclesiam ratione peccati.*
2 *Actione sublata per legem, petitur executio obligationis naturalis.*
3 *Causæ quomodo agantur coram iudice seculari, & quomodo coram Ecclesiastico.*
4 *Denuntiatur ecclesiæ, qui condemnatus non pœnitet.*
5 *Imperatori quando fuerit prohibitus ingressus ecclesiæ.*
6 *Peccati omnis causa pertinet ad Papam.*
7 *Iudex Ecclesiasticus quando aditur per viam denuntiationis.*
8 *Causa ciuilis, etiam ratione peccati quando non possit trahi ad ecclesiam.*
9 *Sententia in vno foro an, & quando pariat exceptionem rei iudicatæ in altero.*
10 *Pœna diuersa quando possit imponi ab vtroque iudice.*
11 c.felicis.de pœnis lib.6.*quando procedit.*
12 *Pœna condigna quando non imponitur per vnum iudicem, debet imponi per alterum.*
13 c.final.de exceptionibus lib.6.*quando procedit.*
14 *Denuntiatione agendum est, quando actio de iure ciuili non competit.*
15 *Denunciationis iudicium non procedit, quando superest actio de dolo.*
16 *Iuramentum extraiudicialiter interpositum non producit actionem, sed ob ipsum agitur coram ecclesiastico.*
17 *Statutum auferens actiones infra certum tempus, est validum.*
18 *Negligentia quomodo punitur de iure ciuili, & de iure canonico.*
19 *Actione sublata de iure ciuili, agitur per denuntiationem euangelicam.*
20 *Præscriptio cum mala fide potest induci auctoritate Papæ.*
21 *Mala fides non datur, vbi est auctoritas legis.*
22 *Peccatum an sit inductum, attenditur ius canonicum.*
23 *Adulteri possunt occidi in adulterio deprehensi.*
24 *Occidens adulterum, non excusatur à peccato.*
25 *Bannitum occidens vigore statuti, non excusatur à peccato.*
26 *Deceptio infra dimidiam iusti pretij est permissa de iure, sed non excusatur à peccato.*
27 *Deceptione quantumcunque minima, & dolosa, peccatum committitur.*
28 *Ecclesia non debet vendere rem pluris, quàm valeat.*
29 *Exceptio infra dimidiam iusti pretij an sit approbata de iure canonico.*
30 *Permissio iuris non omnis est honesta.*
31 *Papa non potest confirmare quod cum peccato fit.*
32 *Papæ auctoritas non excusat à peccato.*
33 *Filius contra patrem non agit de iure ciuili, sed potest agere ratione peccati.*
34 *Debitor iniquè absolutus à iudice, adhuc tenetur in foro conscientiæ.*
35 *Confessus suam sententiam iniustam, potest conueniri coram ecclesiastico.*
36 *Conscientia quid sit.*
37 *Princeps quando possit iudicare in causa propria.*
38 *Princeps à subdito conuenitur coram Papa.*
39 *Papa est iudex laicorum ob negligentiam iudicis laici.*
40 *Recursus habetur ad Papam propter malitiam iudicis laici.*
41 *Appellatio à laicis ad ecclesiasticum, an, & quando sit admittenda.*
42 *Serui contra dominum agere possunt coram iudice ecclesiastico.*

QVando iuris ciuilis obseruantia habet in se peccatum iuris naturalis, ad ecclesiam † habetur recursus, Bald.*in §.si quis per triginta annos.si de feud.defunct.fuer.controuers.* Vt in obligatione naturali, quæ oritur ex consensu: Aut cum quis locupletatur cum aliena iactura, Abb.*in c.nouit.nu.49. de iudic.* lex non potest veram iustitiam abolere, super qua fundatur euangelica denuntiatio, Bald.*in auth. ad hæc.vers.sed ponamus,n.29.C.de vsur.* Et ideo etiam quod actio † sit sublata, potest peti executio obligationis naturalis, Felyn.post Innoc. *in cap. quæ in ecclesiarum.de constit.* Quælibet causæ † coram quibusuis iudicibus semper super iniustitia vertuntur, quæ mortale peccatum est, coram secularibus quidem iudicibus, prout ipsa iniustitia est iniquitas contra rationem naturalem, coram Ecclesiasticis autem, quatenus ipsa est peccatum, occidens animam, & priuans eam vita diuinæ gratiæ, & ideo vbicunque potest denuntiatio fieri, potest Ecclesiasticus iudex adiri, etiam si præiudicium fiat laicorum iurisdictioni. V.g. 1 2 3

Si interfector iustè esset à seculari iudice punitus, citra mortem, sed peccati non pœniteret, vt si diceret, placere sibi id fecisse, poterit corrigi fraterna correctione, & si nõ corrigeretur, denuntiare † ecclesię: & si admonitus ab ecclesia non pœniteret, posset vt cõtumax excommunicari, quia secularis puniuit illum, vt homi- 4

homicidam offendentem proximum, & rempublicam, Ecclesiasticus autem quatenus est impeditiuum vitæ æternæ, quia per impœnitentiam & contumaciam impedit vitam spiritualem, quod lex ciuilis non facit, nisi in aliam id proximi offensionem extendatur, Diuus Ambrosius Episcopus Mediolanensis palàm prohibuit ingressum Ecclesiæ Theodosio Imperatori, † eo quod non pœnituisset tanti sanguinis tot
5 innocentium hominum apud Thessalonicam crudeliter effusi, *c.duo sunt, distinction.96.c.apud Thessalonicam,11.qu.3.* vt narrat D.Antonin. *in summa Historial. parte 2.tit.9.c.8.§.3.* ergo Ecclesiastica potestas potest procedere contra laicum sui Episcopatus, etiam Imperatorem super crimine merè prophano, quale fuit illud Theodosij ad cogendum illum pœnitere, Nauarr. *in cap.nouit.in 6.not.numer.4.de iudic.* dicit Papa
6 *in d.cap.nouit.* intendimus † decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus, & debemus, & paulo infra. Nullus ait, qui sanæ mentis est, ignorat, quin ad officium nostrum spectet de quocunque mortali peccato corripere quemlibet Christianum, quod cum summa iurisdictione fieri à Papa, cæterisque Episcopis, ostendit Nauarr. *in capitul. si peccauerit, 2. quæstion.1.*

Nec potest dici, per hoc remedium denuntiationis aperiri viam, vt omnes causæ fori secularis trahantur
7 ad Ecclesiasticum, † aut trahi possint, concludendo libellos petitorios, videlicet, reos ipsos peccare, atque in peccato perseuerare, quod certè euenit in omnibus contractibus, & cæteris, in quibus aliquid restituendum est. Quia tunc iudex Ecclesiasticus hac via inter laicos adiri potest, cùm aliud deest remedium coram iudice laico, vel quia non vult, vel quia non potest iustitiam ministrare, Hostiens. *in d.c.nouit.col.3.de iudic.* Imo etiam si superesset actio, & facultas iudicis laici, posset etiam coram Ecclesiastico laicum ratione peccati conuenire; nam per *d.c.nouit.* potest Ecclesiasticus de quocunque peccato cognoscere: Hoc intelli-
8 go, nisi reus excipiat actorem malitiosè † ipsum trahere ad forum ecclesiasticum omisso seculari iudice, & reus sic excipiendo offerat stare iudicio sui secularis iudicis, quia ecclesia debet exceptionem admittere, ne impediat iurisdictionem laicorum, cùm etiam ad remedium censurarum, & denuntiationis deueniri non possit, quotiescunque adest ordinarium remedium, vt quis coram suo iudice conueniri possit, vt latius superius explicaui. Mirandum certè, cur æmuli, detractoresque iurisdictionis Ecclesiasticæ in puncto iudicij denuntiationis Euangelicæ, quæ coram Episcopo fit, Ecclesiasticos iurisdictionis cupidos, omnia ad se trahere dicant, ratione peccati, idque non videri permittendum, ne impediatur laicorum iurisdictio. In illa autem ardua quæstione, quam explicauimus supra in parte prima; An Papa habeat iurisdictionem temporalem directo in temporalibus; cùm inducantur tot plurima exempla, in quibus summi Pontifices pro tempore tot Imperatores, Reges, Principes priuarunt ex causa merè temporali, respondent, id factum esse, rationes peccati, quam ipsi summi Pontifices habent omnimodam: ibi igitur omnino relaxant habenas ad velandum actus qui in casibus emergentibus continuò fiunt, hoc autem omnino peccati rationem violare, atque restringere conantur, ex quo magna contrarietas ostenditur, & propterea eorum scriptis detractoriis non esse credendum opus est.

Neque Baldo assentior *in d.§.si quis per triginta annos.si de feudo defuncti fuer.controuers.* vbi ait, ad ecclesiam recursum haberi non posse, si à iudice laico per sententiam fuerit negotium diffinitum, vt etiam firmat, *in auth.clericus.C.de Episcop.& cleric.& in auth. ad hæc.numer.15.C.de vsur.* Quia contrarium patet in delictis mixti fori, vt dixi supra in secunda parte: nam sententia † in vno foro, non obstat in alio, ob 9
varios respectus, castigatus à laico ob vulnus illatum in Ecclesia, poterit etiam puniri ab Ecclesiastico quatenus sacrilegium, quia ob varios respectus crimen est vtriusque fori, Bald. *in l.placet, C.de sacros.eccles.& in l.si quis in hoc genus.C.de episcop.& cleric.& in consil.260.volum.3.* Aretin. *in cap.de his.de accusat.* vbi Felyn. *numer.13.* alios congerit. Idem Aretin. *in consil. 58.in 2.dub.* Abb. *in capitul.1.de offic.ordinar.* Maranta *in titul.de inquisitione,numer.97.* Practica Corradi *in titulo de accusat.numer.11.versic.9.* Ioann.Marc. Montic. *in sua practica criminal.reg.1.numer.16.* Boss. *in titulo de foro compet.numer.84.* Foller. *in practica criminal. canonic.capitul.35.numer.23.* & est communis opinio, de qua per Couarr. *lib.2. var.resolut.cap.20. numer.6. vers.vndecimo, eadem constitutio.* & Alciat. *in c.1.num. 128.de offic.ordinar.* Clar. *quæst.57. vers. sed hic occurrit.* Boer. *decis.289.* Francisc.Marc. *decis.907.parte 1.& decis.19.num.4.part.1.* Pro quo est tex. *in c.felicis.§.final. de pœnis. lib.6.* vbi non obstante punitione † per ec- 10
clesiasticum, potest iterum per iudicem laicum puniri, quem textum dicit notabilem Abb. *in c.tuæ.de procurator.* nesciens alium æquè bonum, sequens distinctionem Ioann.Andreæ *in d.c.felicis id nouella.* vbi refert hoc fuisse disputatum Bononiæ, & conclusum, quod aut per diuersas leges imponuntur diuersæ pœnæ pro delicto, omnino separatæ, & tunc impositio vnius non tollit aliam, *l.qui sepulchro.C.de sepulcro violat.l.3.ff.de libero hom.exhibend.l.quoties.ff.de act.& obligat.* Aut pœnæ non sunt omnino diuersæ, quia vna lex imponit pœnam centum scutorum, alia mille, & tunc procedit opinio legistarum, de qua per Bald. *in consil.31.volum.4.* Aut pœnæ sunt omnino similes, quia quælibet imponit pœnam centum scutorum, & tunc non refert, quæ pœna assignetur, cùm sit eadem, Felyn. *in d.c.de his.num.13.* Boer. *in d.decis.289.num.6.* Stephan.Aufrer. *in tractatu de potestate ecclesiastic. super laic.num.54.vers.centesimo vigesimo.* Et licet tex. *in d.c. felicis.* † loquatur in offendente Cardinalem, ta- 11
men idem est in omnibus aliis delictis, vt per gloss. ibi.& August. *in addit.ad Angel.de malefi.in ver. & ad querelam.num.9.* quod est generaliter verum in omnibus delictis mixti fori, prout reprobata gloss. dicit Anton.Gomez. *in tit. de delictis, cap.1.num.40.tomo 3.* Couar. *in d.capit.10.vers.11.eadem constitutio.* Boss. *de foro compet.num.147.* Alberic. *in l.2.§.hoc edicto.ff.de vi bonor.rapt.* Abb. *in d.c.tuæ.col.2.de procurator. & in d.c. de his.de accusat.* Ancharan. *in regula, ea quæ, q.9.de reg. iur.lib.6.* Felyn. *in c.quod olim.de iudi.& in cap.cùm sit generale.num.27. de foro compet.* & ratio conclusionis sumitur ex *l.2.vers.sin autem.C.de sportulis,* vbi Bald. *& in l.si quid erit.ff.de offic.proconsul. & in auth. defensor ciuit.§.audient.* vbi quando ex defectu iurisdictionis non potest pœna † competens delicto per iudicem 12
imponi, recurritur ad alterum iudicem, qui competentem, & condignam imponat. Prima autem pœna computatur in secunda, & secunda suppletur per primam, Bartol. *in l.senatus.col.final.de accusat.* si secunda erit corporalis post primam pecuniariam, tunc pecuniaria debet restitui, Maranta *in d.tit.de inquisitione, num.100.* Neque obstat *c.final.* † *de except.li.6,* quia 13

loquitur quando iudex plenariè potest absoluere, Bal.
in conf.260.in fin.vol.1. vt episcopus in clericum, & lai-
cus in laicum de delicto merè ciuili; secus de aliis, in
quibus vnusquisque habet cognitionem, & quilibet
in foro suo maior est, *l.apud Deum.ff.de manumiss.*

Interdum iure ciuili actio non competit, vt ex pa-
cto nudo, *l.iurisgentium. §. sed cum nulla.ff.de pact.* &
14 tunc per viam † denuntiationis euangelicæ in foro
Ecclesiastico, etiam in terris imperij, potest executio
pacti modi peti, Innocent. & Compostellan. *in c.quæ*
in Ecclesiarum.de constitut. Doct. *in c.nouit.de iudi.* Bar-
tol. *in constitut. ad reprimendum, in ver. Denuntiatio-*
nem. Alexand. *in d.§.sed cùm nulla.prope finem. vers.I-*
tem secundum eum. Nisi ille cui factum est pactum,
15 posset exercere de dolo actionem, † iuxta tex. *in l.ele-*
ganter.§.seruus pactionis.& ibi Bart. *ff.de dolo.* Bald. *in l.*
cum mota.C.de transact. Angel. *in conf.1.* vt quia petere-
tur damnum, si pactum non obseruaretur, & nulla a-
lia superesset actio, tunc de dolo datur; ergo cessat ex-
communicationis & denuntiationis remedium, *l.quo-*
ties.ff.de præscript. verb.vbi gloss. eadem gloss. *in rubr.*
ff.eod.tit.& l.sancimus.C.de sacros.eccles. & vide Odo-
fred. *in lib. de formandis libellis in actionibus ciuilibus,*
c.41.

16 Item ex iureiurando † extraiudicialiter interposito
actio non competit, *l.si quis pro eo.ff.de fideiussor.* Non
loquor de iureiurando litis decisorio, de quo *in l.acto-*
ri.C.de iureiur.& l.si duo.ff.eod. Neque de iuramento
confirmatorio contractus prohibiti, vt *c.2.de pact.li.6.*
quod accumulat forum foro, & si præstatur inter lai-
cos potest in vtroque foro conueniri, *c. cùm laicus.de*
foro compet.li.6. Abb. *in c.cùm venissent.nu.25. de insti-*
tut. sed loquor de iureiurando obligationis inducti-
uo, V.g. iuro quod per te faciam certum quid, nullo
altero pacto præcedente inter nos, *d.l. si quis pro eo.*
quia si præcessisset pactum; competeret actio. Sed pro
hoc iuramento actione inefficaci, potest multipliciter
agi, vt dicit Abb. *in d.c.cùm venissent.in fine.* & inter a-
lios modos Innocent. ibi, & *in cap.nouit.de iudi.* posse
per viam denuntiationis agi, asserit, quia non seruan-
do iuramentum istud peccat: Aut etiam per viam inti-
mationis, vt intimetur iudici Ecclesiastico illum stare
in peccato: in vtroque casu debet de pacto, & iureiu-
rando constare, sicut in cæteris iudiciis, ex regula, *acto-*
re non probante, &c. quæ denique obseruatur in hac
materia, *c.si peccauerit.2.q.1.* Quid si non constat? Re-
gula est, Episcopus ad instantiam cuiuscunque peten-
tis generales monitiones per viam edicti publici con-
tra scientes, & non reuelantes, sub excommunicatio-
nis pœna, debet concedere.

17 Item si statutum auferat † actionem, quod est vali-
dum, gloss. *in c.1.§.porrò, & ibi* Bald. *qualit.olim feud.a-*
lien.pot. Bart. *in l.nemo potest.numer.22.de legat.1.* Vbi
quod similia statuta valent, quia sunt inducta propter
fauorem publicum in odium negligentis. Et idem te-
net *in l.sequitur.§.viam.ff.de vsucap.& in l.si.§.procu-*
rator.ff.rem rat.hab.& in l.ait prætor.§.planè.nu.3.ff.ex
quib.caus.maior.& in l.si is cui.§.Flauius.ff.de solut. Fe-
lyn. *in rubri.de præscript.numer.18.* Barbat. *in consil.36.*
volum.4. qui respondet contrariis, Bald. *in l.cùm acu-*
tissimi.C.de præscript.30.annor.& in auth.sed nouo iure.
C.de natural.lib.in c.debitores.de iureiur. Iason & Are-
tin. *Institut.de actionib.in princip.* Guido Pap. *decis.199.*
numer.4.& decis.319.& decis.409.& decis.416. Pari-
siens. *consil.49.numer.32.vol.2.* Angel. *in l.2.ff.de vsu-*
fruct. Paul. de Castr. *in d.l.sequitur.§.viam.num.6.& in*
l.hoc autem.numer.4.ff.de seruit.vrban.præd. Cuman.
in consi.67.& in consi.90. Corn. *in consil.267.volum.4.*
Ripa *in d.l.nemo potest.num.113.* qui dicit esse commu-
nem opinionem, Alberic. de Rosat. *in regula, possessor.*
de reg.iur.li.6. vbi latè se extendit statutum huiusmo-
di non oppugnare iuri naturali, quia finem litibus im-
ponit, neque iuri canonico, quia damnum, quod quis
sua culpa sentit, sibi imputare debet, *c.damnum.de reg.*
iur.lib.6. Negligentia punitur à lege, victor non tene-
tur expensas reficere victori, in quibus sua negligen-
tia fuit condemnatus, Alberi. *in d.regula, damnum.* Af-
flict. *decis.177.* Item negligentia † punitur à lege ciui- 18
li, *l.1.§.is.ff.de act.oblig.& in l.milites.ff.de custod.reor.*
Et propter negligentiam iure canonico quis priuatur
dignitate, *c.ad monasterium. de statu monach.c.2.de cle-*
ric.non resid. ergo non est absurdum, si statutum hoc
creditoris negligentiam in non petendo, puniat, pri-
uando actione, quam habet: in hoc statuto, mala fides
debitoris non est considerabilis, quia statutum non
tollit creditum in fauorem debitoris, sed impedit,
quia creditor negligens potest agere, nam quod quis
per longum tempus non petat, quod sibi debetur,
tanquam nimium negligens debet puniri, maximè ad
extinguendum lites, Parisiens. *consil.101.num.18.vol.1.*
Socin. *consil.17.volum.2.* Propterea cessante mala fide
debitoris, non incidit *in cap.final.de præscript.* vt dicit
Socin. iun. *in consil.145.num.65.vol.1.* Abb. *in cap.quod*
clericis.col.5.de foro compet. Si tollitur modus agendi
de † iure ciuili, non tollitur obligatio naturalis, & ipsa 19
veritas, siue iustitia naturalis, in qua fundatur Euange-
lica denuntiatio, & ideo semper poterit haberi recur-
sus ad ecclesiam non obstante statuto, Bald. *in tractatu*
de præscript.§.decimo quarto principaliter.num.1. versic.
non potest tollere. Nisi Papa statutum approbasset, quo
casu auctoritate canonis, seu Papæ ex causa rationabi-
li posset induci in certis casibus † præscriptio cum 20
mala fide, quod lex ciuilis, & statutum non posset in-
ducere, Abb. *in c.1.in 1.not.de præscript.* per textum cũ
gloss. not. *in cap.inter hæc.33.quæst.2.* Imo tutus aucto-
ritate canonis præscriptionem inducentis, non debet
dubitari de conscientia, Innoc. *in c.cura. de iurepatro-*
nat. quem inducit Bald. *in d.§.si quis per triginta an-*
nos.in princip.si de feud.fuer.controuers. Ancharan. *in c.*
significauit.numer.2.de censib. Et vbi est auctoritas le-
gis, ibi non datur mala fides, † *l.1.ff.de his qui ven.æ-* 21
tat.impetran. Aluarott. *in d.§.si quis per triginta annos.*
neque dicitur peccare, qui facit auctoritate legis, ad
quod citant, *l.Gracchus.C.de adulter.* vbi quod legitimè
factum est, pœnam legis non meretur de iure ciuili:
sed certè ad inducendum peccatum attenditur † ius ca- 22
nonicum, *c.qui peccat.33.q.4.* Ancharan. *in cap.canonum*
statuta, quæst.14. vers.in hac eadem materia.de constitut.
Roman. *in consi.214.col.1.l.is qui aggressorem. C.de sica-*
riis.vers.nullam calumniam metuendam. & Aristot. *in*
lib.5.& hic capitul.1.& 2. Iustum dicit, quod ex lege
est, quod contra legem violentum: sed certè ista con-
firmatio expressa, & specialis debet esse non obstante
peccato, inter cætera non sufficit, Abb. *in c.cùm contin-*
gat.de iureiur. Io. Andr. Ant. de Butr. & Immola *in c.*
dudum.de electione. dicunt, quod generalis confirma-
tio Papæ refertur ad actus validos, & non inualidos,
Alex. *in consi.59.vol.1.& in consi.122.vol.3.* Ias. *in l.legi-*
to.num.12.de legat.1.& in l.more maiorum.num.17.ff.de
iurisd.om.iudi. aliàs generalis legis auctoritas non opi-
tularetur.

Item per legem Longobardam licet viro permitta-
tur occidere vxorem in adulterio, † deprehensam, 23
quod

quod etiam est verum hodie per nouissima iura, vt notat gloss. *in c. inter hæc. 33. q. 2.* si tamen faciat, non ex-
24 cusatur † à culpa, vel peccato, quod sequitur Archidiacon. *ibid.* & Ioann. Fab. *in d. c. Gracchus. C. de adulter.* Immola *in l. quid ergo. §. 1. de legat. 1.* Abb. *in c. veniens. in 2. de sponsali. & in repetit. c. cùm esses. col. 5. de testam.* vbi dicunt illam glossam esse singularem, non tamen est singularis, quia altera glossa ciuilis hoc dicit *in l. quod ait lex. in gloss. 1. ff. de adulter.* Item Abb. *in c. si verò. in secundo. col. pen. de sent. excomm.* Roman. *in l. si ab hostibus. num. 14. ff. sol. matrim.* Felyn. *in c. 1. col. 1. de præscript. & in c. ad nostram. col. 1. & infra de probat.* vbi dicit illam glossam auream: sed eam faciunt singularem Abb. Io. Andr. & Felyn. *in cap. 2. de homicid.* Felyn. *in c. quæ in ecclesiarum. col. 5. de constitut.* Ias. *in l. vt vim. col. 5. vers. adeo ad primam partem. ff. de iust. & iure.* D. Thom. *in 4. lib. sentent. dist. 37. q. 2. art. 1.* vbi etiam Riccardus. Item licet ex statuto permittatur occidere ban-
25 nitum, † non propterea occidens excusatur à peccato, vt dicunt multi ex præcitatis, Bald. *in c. 1. col. 1. de iudi. & in cap. fin. in 2. not. de præscrip.* Ias. *in l. si ex plagis. col. 1. ff. de verb. oblig.* Alij dicunt non peccare quando occidit zelo reipublicæ, & animo exequendi statutum, secus si ex animo effundendi humanum sanguinem ex odio, Bald. *in l. vt vim. ff. de iust. & iur.* Sed quod nullo modo possit occidi in foro conscientiæ, probat Nicolaus Moron. *in tract. de fide, treuga, & pace, quæst. 107. num. 9.* Addentes ad Abbatem *in c. olim. sub num. 17. de restit. spoliat.* Alberi. *in tractat. de statutis, parte 4. quæstione 19.*

26 Item licet iura permittant deceptionem † infra dimidiam iusti pretij, tamen decipiens peccat, Bald. *cap. cum causa. in fin. de testib.* ex quo infert hæc verba: *Quò ergo vadit anima mercatoris?* Innocent. *in cap. in ciuitate. in princip. de vsur.* & ibi Anton. de Butr. *versic. venio ad glossam.* Abb. Ioan. de Anan. & Felyn. item Archidiacon. *in c. hoc ius. col. 4. 10. qu. 2. & in c. si cupis. 16. quæst. 1.* Abb. *in c. 1. de empt. & vendit.* Federic. de Sen. *in consil. 21.* Salyc. *in auth. ad hæc. num. 21. C. de vsur.* Aretin. *in consi. 92. col. 2.* Ias. *in l. si quis in conscribendo vltimo not. C. de pact. & in l. si quis non aliter. col. pen. ff. de verb. oblig.* D. Thom. *in secunda 2. qu. 77. art. 1.* Scotus *in 4. lib. sent. dist. 15. q. 2. art. 2. conclus. 3.* D. Antoninus *in 2. parte summæ. tit. 1. c. 16. vers. quantum ad tertium principale.* vbi reprehendit Durandum, qui tenuit contrarium, & idem tenet D. Bernard. *in li. 6. de Euangelio æterno, sermone 35. art. 1. cap. 2.* quorum plurimos citat Corradus *in tract. de contractib. q. 57.* vbi asserunt hoc procedere,
27 quantumcunque sit † modica læsio, & ratione peccati tenetur ad restitutionem, si deceptio ex dolo processit, & D. Thom. *in d. art. 1. q. 77.* Calderin. *in repetitione c. nauiganti. col. 4. vers. tertio oppono de vsuris, & ibi* Abb. *& in c. in ciuitate. & in c. cum causa. col. final. & ibi* Felyn. *in fin. de testib. & in c. 1. ne cleric. vel monach.* Salyc. *in auth. ad hæc. C. de vsur.* licet lex dicat, contra-
28 hentes posse se decipere, ecclesia † tamen non debet vendere rem pluris quàm valet, gloss. *in §. socius. 10. q. 2.* & ibi Archidiac. Roman. *singular. 755.* Ias. *in l. quoties. col. 5. vers. secundo principaliter. C. de rei vendic.* Anton. de Butr. *in cap. continebatur. col. 1. de his quæ fiunt à prælat. & in d. cap. in ciuitate. de vsuris.* vbi quod putat de personis ecclesiasticis, idem putat esse de laicis quo ad forum animæ, & idem voluit Anton. & Immola *in d. c. cum causa. de testib.*

Non obstat, quod ius canonicum, cuius principalis intentio est consulere animarum saluti, approbet contractum, in quo interuenit deceptio † infra dimidiam 29
iusti pretij, *c. cùm dilecti. de empt. & vendi.* & propterea hoc casu contrahentes sint tuti in foro conscientiæ, vt tenuit Ioan. Crotus *in repetit. c. vt animarū. in princip. de Const.* Bal. sibi contrarius, & *in c. si proponente. de rescript. c.* Aliter sequeretur, aliquem legis clypeo decipi, quod fieri non debet, *de viduis, 27. q. 2.*

Quia respondetur, quod licet leges, & canones id permittant, † non tamen caret vitio & dedecore, *c. hac* 30
ratione 31. q. 1. dicit Chrysostomus, quod permittimus, nolentes præcipimus, quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus, & *in c. nerui. dist. 13.* dicit textus, non sine vitio est quod ignoscitur, & non præcipitur, vt dicit Bald. *in l. 1. & 2. ff. ne quis eum qui in ius voc.* per illum tex. *in ver. non delinquit. & in ver. simili delicto.* cùm textus videatur sibi contrarius esse, Bald. declarat, non deliquit iuris interpretatione, quia non punitur, tamen verè deliquit quoad bonos mores, quod est simile delicto; nō omne quod permittitur honestum est, & sine vitio, *l. non omne. l. semper. ff. de reg. iur. l. semper. ff. de ritu nuptiar.* semper in contractibus non solùm quod liceat, sed quod honestum est, considerandum esse, & ideo gloss. *in d. regula semper.* dicit, & si licitum sit contrahentibus se inuicem decipere; hoc tamen non conuenit facere bono viro, quam glossam dicit Bald. singularem *in cap. si proponente. vers. & nota quod interdum. de rescript.* vbi, si infra dimidiam est deceptio, ius canonicum approbauit contractum, sed non specialiter dixit, non obstante peccato, generalis confirmatio refertur ab actu valido, ideo ad contractus huiusmodi si dolo caruerit, & peccatum abest. Nulli licet rem cum peccato retinere, quod facit, si contra Dei legem dicit, vel facit vel concupiscit, Alex. Angelus *in suo destructorio vitiorum, parte 1. c. 1. gl. in c. ille Rex. de pœnitentia. dist. 3.* quia facit contra rationem naturalem, ergo contra legem Dei æternam, Nauarr. *in sua summa. in præludiis, cap. 7. nu. 5.* Neque Papa, † neque ius canonicum posset con- 31
firmare quod cum peccato fit, quia non habent auctoritatem peccandi: Inno. *in c. inquisitioni. de sent. excom.* ergo Papæ auctoritas, quantumuis specialis, † non ex- 32
cusat à peccato, Abb. *in d. c. inquisitioni. num. 3.* Quare vbicunque adest peccatum, recurrimus ad ecclesiam, vt dixi, aut per viam denunciationis, aut per viam intimationis.

Filius contra patrem † non habet actionem, *l. fi. C.* 33
de in ius vocand. nisi in castrensi ciuiliter, *l. lis nulla. ff. de iudi.* & etiam in quasi castrensi, *l. si quis vxori, in 1. responso. ff. de furt.* non tamen de furto, sed actione in factum, *l. superstite. C. de dolo malo.* quod secus intelligit glossa, de iure canonico, *in c. quæritur. 2. q. 7.* sed hoc etiam iure, intelligas, quod agere potest solum ratione peccati, arg. *c. si annuum. de iudi. li. 6.* Vbi filius in spiritualibus non est in potestate patris, & propterea vbi superest peccatum, filius admittitur in iudicium contra patrem, Abb. *in c. non est. n. 2. de sponsalib.* & econtra, pater admittitur eadem ratione contra filium, Syluestrina *in ver. filiusfamilias. nu. 28.*

Item si quis iniquè absolutus est à iudice, potest ratione peccati † denuntiari ecclesiæ, quia iste peccat in fratrem suum, non soluendo naturale debitum, *l. Iu-* 34
lianus. ff. de condict. indeb. l. procurator. ff. rem rat. hab. cap. cùm æterni. de re iudi. li. 6. Innoc. *in c. quia plerique. nu. 2. de immunit. eccles.* Bald. *in l. cùm quis. C. de iur. & fact. ignor.* Immola *in l. nemo potest. de legat. 1. & in c. finali de præscript.* Sed contra quia obstat sententia iudicis laici, Bald. *in authent. ad hæc. numer. 15. Codic. de vsur.*

35 Propterea intelligo prædicta, si victor † confiteretur sententiam iustam, Innoc. *in d. cap. quia plerique. vers. nam & si scire.* Immola post Bald. *in l. si quis instituatur. in fi. ff. de hæred. instit.* Aut si constaret dolo, vel pecunia sententiam obtinuisse. In hac denuntiatione requiritur peccatum, & quod denuntiatus sciat, vel scire debeat, se teneri, arg. *l. quod te. ff. si cert. pet.* cùm scit, fa-
36 cit contra conscientiam, est enim conscientia † sensus animi cognoscentis bonum, & malum, cùm autem scire debet, habet conscientiam erroneam, & iccirco cogi potest ad correctionem erroris, siquidem peccatum est errare in eo, vbi non est peccandum, Bal. *in d. auth. ad hæc. col. 1.*

Interdum actio quàm difficillimè exerceri potest, vt
37 subditus contra † principem non recognoscentem superiorē, qui licet iudicare possit in causa propria, Bart. *in l. 1. C. nequis in causa sua.* Ias. *in l. qui iurisdiction. ff. de iurisdict. om. iudi.* Socin. *in regula 195. & regula 203.* gl. *in ver. anathema. in c. quilisarias 23. q. 4.* Abb. *in cap. cùm venissent. col. 2. de iudi.* Lancelot. *in templo iudi. lib. 1. c. 1. §. 4. vers. Decimo. per totum.* tamen hoc procedit, quādo superior agit contra subditum, Felyn. *in c. 1. n. 8. de probat.* Stephan. Aufrer. *in tract. de potestate ecclesiast.*
38 *super laic. n. 32. vers. quadragesimo.* Si subditus † vult agere contra suum superiorem, non recognoscentem alterum, potest conuenire ipsum coram Papa, canonistæ omnes *in c. 1. per illum tex. de prob.* Host. Abb. & cæteri *in d. c. nouit.* Inno. *in cap. licet ex suscepto de foro compet.* qui vult debere iri ad Papam, vbi non est alius superior & alij relati pro Fel. *in d. c. 1. n. 8. de prob.*

39 Eodem modo permittitur iri ad Papam, † si iudex laicus negligens fuerit in administranda iustitia, *c. ex transmissa. c. licet ex suscepto. de foro compet.* gloss. *final. in c. qualiter. n. 2. de iudi.* Sed in casu negligentię iudicis ecclesiastici non habetur recursus ad laicum, *d. c. qualiter. in fine.*

Quæ dicuntur de negligentia in genere, procedunt etiam si malitiosè agatur, & tunc ad Papam etiam per
40 viam † recursus, & appellationis posse iri, etiam si ipse Rex, qui superiorem in temporalibus non recognoscit, sic pronunciasset, firmauit Andr. *in c. imperialem. §. si inter duos. n. 81. vers. vel pone. de probib. feudi alien. per Federic. & in proœmio constitutionum regni. prope finem. §. in prologo. liquet igitur.* & hoc procedit in Regno Neapolis, vt ibi Andr. Item Afflict. *in proœmio constitutionum. q. 21.* Vbi etiam tractat quando talis appel-
41 latio sit † admittenda, ne fiat præiudicium iurisdictioni Regiæ, & retardandæ iustitiæ fortius procedit in aliis locis Romanæ ecclesiæ subditis, quæ non pro hæredibus quibuscunque, sed ad certum tempus concessa sunt.

42 Item serui † contra dominum non possunt agere, & tamen si opprimuntur ab eo per viam denuntiationis coram Ecclesiastico agere possunt, *l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. 1. §. quod autem. ff. de offi. præfect. vrb.* Bart. *in constitut. ad reprimendum ver. denuntiationem. num. 4.* vbi etiam de cæteris, qui agere impediuntur.

CAP. IX.

De effectibus excommunicationis in foro fori coram vtroque iudice.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatus repellitur à iudicio.*
2 *Non potest alterum reconuenire.*
3 *An & quando opponat exceptionem compensationis.*
4 *An & quando possit cedere actiones suas.*
5 *Cessionario an obstet titulus cedentis.*
6 *Excommunicatus nullo modo est capax iudiciorum.*
7 *An possit facere testimonium.*
8 *Non potest esse iudex delegatus, nec arbiter, nec accusator, nec denuntiator.*
9 *In iudiciis ciuilibus & criminalibus nullo modo interesse potest.*
10 *Excommunicatus suam appellationem negligens, non potest repelli.*
11 *Semper est admittendus, nisi legitimè appareat se esse talem.*
12 *Vbi interuenire potest, per se, & non per procuratorem potest.*
13 *Excommunicato omnis defensio conceditur per seipsum, non per alium.*
14 *Aduocatus an possit patrocinium præstare excommunicato.*
15 *Procurator excommunicatus non potest esse in iudicio.*
16 *Fallit si est excommunicatus post appellationem interpositam.*
17 *Excommunicatio reddit quem inhabilem in procuratorio.*
18 *Procurator excommunicatus an possit substituere.*
19 *Gesta per excommunicatum occultè an valeant.*
20 *Præscriptio semper currit contra excommunicatum.*
21 *Vasallus excommunicatus non excusatur, si non petit inuestituram tempore debito.*
22 *Clericus excommunicatus tenetur dicere officium, & alia facere.*
23 *Excommunicatus pro crimine hæresis est intestabilis.*
24 *Excommunicatus vltimas voluntates conficere potest.*
25 *Testamentum an possit conficere excommunicatus, à Papa dispensatus.*
26 *Executio an impediatur per exceptionem excommunicationis.*
27 *Excommunicatus non agit aliquo iudicio possessorio.*
28 *Excommunicatio non impedit restitutionem attentatorum.*
29 *Exceptio excommunicationis nunquam intelligitur exclusa.*
30 *Metus excommunicationis quando reddit actum nullum.*
31 *Dictio vniuersalis negatiua omne tempus includit.*
32 *Excommunicationis metus cadit in constantem virum.*
33 *Contractus cum excommunicato tenet.*
34 *Excommunicatus non agit ex contractu reciproco.*
35 *Contractus habens originem ab excommunicatione est nullus.*
36 *Solutio non potest fieri excommunicato.*
37 *Excommunicatus cogi potest ad soluendum.*
38 *Excommunicationis metus non facit præsumi renuntiationem actorum.*
39 *Metus censurarum non inducit præsumptionem renuntiationis.*
40 *Compromissum non potest fieri cum excommunicato.*
41 *Excommunicatus spoliatus non restituitur.*
42 *Non potest recipi ad religionem.*
43 *Excommunicatus qui non possit eligere.*
44 *Non potest habere dignitatem, neque clericatum.*
45 *Electio non valet ab excommunicato facta.*

46 *Excommunicatus quomodo repellatur ab electione.*
47 *Excommunicati non sunt sepeliendi, & aliquando exhumandi.*
48 *Exceptio excommunicationis an possit opponi contra mortuum.*
49 *Excommunicatus à canone non debet vitari ante declaratoriam.*
50 *Sepultura non est prohibenda nisi notoriè constet de exceptione.*
51 *De delicto an possit tractari post mortem.*

NVnc de effectibus excommunicationis in iurisdictionalibus dicendum est: In primis igitur ex-
1 communicatione denuntiatus † actor ab agendo repellitur, & sic in vim dilatoriæ, iuxta terminos *c. decernimus. de sent. excomm. lib. 6.* Bellam. *decis. 561. & decis.*
2 *86.* Item ei denegatur reconuentio, † *c. intelleximus. de iudi.* quia reconuentio est actionis species, *c. cùm inter. de except.* Item denegatur exceptio compensationis,
3 quia qui compensat, † agit, & petit, *l. amplius. ff. rem rat. hab.* & sic tenet gloss. *in c. cùm inter. de except.* & ibi communiter omnes Doct. nisi iudicatum oppositum esset liquidum, & actor compensationi consentiret, Capella Tholosan. *decis. 1.* vbi Aufrer. in additionibus alios congerit. Si actor compensationi non acquiescat, est tamen de æquitate admittenda, quia compensatio est defensio, & reus impeditus facto aduersarij non soluit, Abb. *in d. c. cùm inter.* & in simili Bart. *in d. l. amplius.* dicit in periurium non incidit qui iurat soluere, & compensat, ratione prædicta. Potest tamen cedere, † quia hoc vitium cohæret personæ, & nō trans-
4 it ad successorem, *l. an vitium. ff. de diuers. & temporal. præscript. l. vitia. ff. de acquir. possess.* Iacob. de Aret. *in l. doli. ff. de nouat.* infert, quod cessionario non obstat exceptio excommunicationis cedentis, per illum tex. qui loquitur in delegatione. Idem tenet Specul. *de procurator. §. fi. circa prin.* Sed Dynus distinguit, *in c. si quis*
5 *in ius. de reg. iur. lib. 6.* Nam cessionario † ex titulo lucratiuo obstat exceptio cedentis, ex titulo autem oneroso non obstat, *l. apud Celsum. §. si quis autem. & §. de auctoris, & §. si cùm legitima, ff. de doli except.* Alex. *in d. §. si cum legitima,* qui alios addit ad Bartol. Item ex-
6 communicatus † nullo modo est capax iudiciorum, nec vt iudex, nec vt aduocatus, nec vt notarius, nec vt testis, *d. c. decernimus.* Sed si excommunicatus produ-
7 ceretur in testem, † non petito per partem quod absoluatur, sicut absolui debuit, post publicationem absoluetur, & iterato producitur, Zabarell. *in clem. 2. n. 2. vers. Bertrand. de testib.* & ignorantia producentem excusat, Put. *decis. 4. nu. 20. lib. 3.* excommunicatus igitur non feret testimonium, *c. testimonium. de testib.* siue sit publicus, siue occultus, quia in his, quæ geruntur ratione priuati iuris, non est differentia inter publicum, & priuatum censuratum, sed sufficit quod ita sit in rei veritate: nisi adhiberetur ad solemnizandum actum retro factum, quando excommunicatus non erat, vt in testamento, Put. *d. decis. 4. nu. 17. lib. 1.* Item iudex de-
8 legatus esse † non potest, *cap. ad probandum. de re iudi.* Nec arbiter, quia arbitraria sunt redacta ad instar iudiciorum, *l. 1. ff. de arbitr.* Doct. *in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig.* Bland. *in tract. de compromiss. in 2. quæst. principal. nu. 9.* Neque iudex ordinarius, vt latè per Vant. *in tract. de nullit. ex defectu iurisdict. nu. 137. & in tit. de sentent. ex defect. iurisdiction. delegati, n. 61.* Nullo igitur modo in
9 ciuilibus † iudiciis interesse potest. Neque etiam in criminalibus, vt accusator, *dict. cap. intelleximus.* vbi Abbas generaliter loquitur: Nec vt denuntiator: Nec vt litis assistens, Abb. *in c. veritatis. num. 32. & seq. de dolo & contumac.* quod facit iudex, etiam parte non opponente, *c. exceptionem. de exceptionibus.* vbi Abbas *in column. final.*

Sed si appellauerit excommunicatus, † & appella- 10
tionem prosequutus non fuerit, non poterit appellatus propter negligentiam appellantis excommunicatum repellere, *c. significauerunt. de except.* Io. Andr. *in c. pia. n. 2. de except. li. 6.* dum enim dubitatur de validitate excommunicationis sic censuratus ad omnem actum admittendus est, glo. *in c. solet. in fin. de sent. excomm. li. 6.* vbi cùm apparebit † legitimè esse excom- 11
municatus, excludetur; ergo interim ad omnia supradicta admitti poterit, & hanc tenet Bald. *in l. lite. C. de liberal. caus.* per illum tex. vbi pendente lite de statu serui, ille potest esse in iudicio, pro quo allegat *c. 1. de rescript. li. 6.* Socin. *in c. sacris. num. 311. & seq. de sent. excomm.* distinguit, sed vtcunque de excommunicatione ista prius tractari conueniat, coram excommunicationis iudice tractandum est.

Vbi igitur interuenire † potest, an per se, vel per 12
procuratorem debeat comparere, Doct. *in d. c. intelleximus. de iudi.* variant. Ego indistinctè teneo, quod per se personaliter comparere possit, quia ad sui defensionem excommunicati persona non inhabilitatur. Item nullo iure cauetur, quod non per se, sed per procuratorem comparere debeat. Item textus *in c. significauerunt. de exceptionib.* omnem defensionem excommunicato concedit, & si per procuratorem duntaxat cōparere posset, & excluderetur per seipsum, non omnis † defensio concessa esset, & tunc quia vrgente neces- 13
sitate (sicut est in quolibet alio) cum excommunicato participat, in minorem excommunicationem incurrit, *c. quod antecessorum, 11. q. 3.* Dec. *in cons. 522. nu. 11.* & faciunt quamplurima, quæ in casu necessitatis permittuntur, quæ aliàs fieri sunt prohibita.

Postulans pro excommunicato † an incurrat ex- 14
communicationem: si enim extra iudicium, in non concernentibus defensionem, vtique incidit, quia hic casus non est à iure permissus: secus in iudicio, cui excommunicato nulla defensio sublata fuit, *d. c. significauerunt.* Fallit si aduocatus causam iniustam foueret; tunc enim communicat ei in crimine, & in excommunicationem incidit, arg. *cap. si concubinæ. de sent. excomm.* si defendit excommunicatum super crimine, super quo fuit excommunicatus, vtique procedit hæc opinio, & fuit Hostiens. quia communicat criminoso in crimine: Aut enim protegit in alia causa, licet iniusta, & tunc iniustè communicat, sed non communicat in crimine, pro quo fuit excōmunicatus; ergo in minorem tantùm excommunicationem incidit, *c. nuper. de sent. excom.*

Item procurator † excommunicatus in iudicio esse 15
non potest, *cap. per cessionem. de probat. c. prudentiam. de offic. delegat.* tam tempore constitutionis, quàm absumptionis, nā si à principio constitutionis actus fuit nullus, tractu temporis non reconualescit: A principio nullam recipit potestatem; ergo si postquam absoluens est dominus permaneat in eadem voluntate, nihil facit, nisi de nouo constituat, quod procedit, ne repellatur exceptione opposita, *d. c. pia. de except. lib. 6.* Speculator *in tit. de procurator. in princip.* Fallit in causa appellationis, post cuius interpositionem, † si ex- 16
communicatus fuerit, ipsamque prosequetur, & sic se

immiſceat, non peccabit ſecundum aliquos, cùm ſer-
uet fidem datam, *c. iuramenti, & c. de forma*, 22. q. 5. *& c.*
2. *& 3. de pactis.* Sed licet teneatur appellare, non ta-
men proſequi appellationem, *l. inuitus. C. de procura-
tor. c. non iniuſtè. eod. tit.* propterea peccat, niſi fidem in
hoc etiam dederit, quod intelligo, ſtatu promittentis
non mutato, arg. *c. quemadmodum. de iureiurand.* & ta-
lis promiſſio poſt cenſuras continet turpitudinem, *c.
in malis* 22. q. 3. Fallit in procuratore rei, cui omnis de-
fenſio conceditur, *c. cùm inter. & c. dilecti. de excep. cap.
intelleximus. de iudi.* Sed non eſt ſic, quia excommuni-
17 catio † reddit quem inhabilem in procuratorio, *d. cap.
poſt ceſſionem.* Item quia procuratorium eſt à princi-
pio voluntarium, *l. inuitus. C. de procurator. l. filius. §.
inuitum. ff. eod. tit.* & prohibito commercio, nullus à
principio voluntariè in prohibitionem incurrere de-
bet.

Quid ſi procurator à principio ſpecialem habuerit
facultatem ad ſubſtituendum, an valeat excommuni-
18 catus † ſubſtituere? ſubſtitutus enim videtur datus à
primo, *l. inter eorum. §. 1. ff. quod quiſque vniuerſit. no-
min.* gloſſ. *in clem. religioſus. de procuratoribus.* Credo
ſubſtitutionem valere antequam excommunicationis
exceptio fuiſſet contra procuratorem oppoſita, arg.
l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & notatorum *in deciſ. 1. de
officio Vicarij, per Creſcentium impreſſ.* & hanc tenet In-
noc. & Ioann. de Lignan. *in tract. de cenſuris eccleſiaſtic.
§. 4. n. 27. arg. c. iudex. de offic. deleg. li. 6.* oppoſita igitur
exceptione, poſtea ſubſtitutio non valebit.

19 Item geſta † per excommunicatum occultè in offi-
cio publico non valent ad beneficium illius, qui non
ignorabat eſſe excommunicatum, ſic Calderin. *in c. ad
probandum. de re iudic.* vbi Felyn. *n. 8.* & per totum ca-
pitulum latiſſimè diſputat, & ſequitur Dec. *in d. c. poſt
ceſſionem, n. 22.* ſed contra valere etiam reſpectu ſcien-
tis, tradit Felyn. *in c. Rodulphus. n. 40. de reſcript.* & hæc
opinio magis placet propter publicam tolerantiam,
& vide Chaſſan. *in conſuetu. Burgund. titul. des iuſtices,
rubric. 1. §. 6. n. 17.*

20 Item contra excommunicatum iuſtè, ſemper currit
præſcriptio, † ſiue ſit in mora petendi abſolutionem,
ſiue non, Abb. *in c. 1. de præſcript.* & hanc tenet Balbus
in tract. de præſcript. §. his itaque præmiſſis. nu. 24. licet e-
nim agere non poſſit, & non valenti agere non currit
præſcriptio. cùm non poſſit remouere impedimẽtum,
& impedimentum illud culpa ſui proceſſerit, nec ſibi
iuuare debet.

21 Item vaſallus † excommunicatus non excuſatur, ſi
intra annum & diem inueſtituram nõ petierit, Andr.
quem ſequitur Afflict. *in c. ſancimus. n. 7. quo temp. mi-*
22 *les.* Nam ſicut clericus † excommunicatus tenetur di-
cere officium, quod proprium ipſius eſt debitum,
Dec. *in d. c. intelleximus. in 2. not.* Item omnia alia de-
bita proſequi debet, & ſic inueſtituram infra debitum
tempus petere. Verum ſi Dominus fuerit excommu-
nicatus, excuſatur vaſallus, ſi ab eo inueſtiri non pe-
tierit, Afflict. *in d. c. ſancimus. nu. 69.* Sic econtra Domi-
nus excommunicatum recuſare poteſt, vt cum adeat,
propter eandem rationem, quam ponit Afflict. poſt
Andr. *ibid.*

23 Item excommunicatus † pro crimine hæreſis inte-
ſtabilis redditur, *l. Manichæos. l. credentes. C. de hæret. c.
excommunicamus. §. credentes. de ſent. excomm.* Idem ſi
fuerit excommunicatus pro crimine vſurarum, *capit.
quanquam. de vſur. li. 6.* Bald. *in l. fin. num. 7. C. ſi à non
compet. iudic.* Idem ſi ſolemniter, & publicè fuerit ex-
communicatus, Bald. *in l. 3. col. final. C. ſi pend. appellat.*
quia ſic anathematizatus in non leuem hæreſis ſuſpi-
cionem incidit, Franch. *in rubric. de teſtam. li. 6. num. 31.*
Craſſ. *in §. teſtamentum. q. 24.* ſecus eſt, ſi ex aliis cauſis
fuerit excommunicatus, quia retinet adhuc domi-
nium, & exercitium rerum temporalium, nec ob ex-
communicationem amittit, *c. cùm dilectus. de conſuet.*
propterea omnes vltimas † voluntates conficere po- 24
teſt de rebus ſuis, Federic. de Sen. *in conſil. 71.* Bart. &
Aretin. *in l. ſi quæramus. de teſtament.* Duennas *in regu-
la* 272. & eſt communis opinio, de qua per Clarum *in
§. teſtamentum. qu. 24.* Si tamen Papa dederit † mona- 25
cho licentiam teſtandi, non poteſt teſtari, ſi eſt excom-
municatus, ne in eodem ſubiecto ſint duo ſpecialia, vt
dicit Bald. *in c. intelleximus. col. 2. de iudic.* quem ſequi-
tur Felyn. *in c. ad probandum. nu. 1. prope finem. de re iu-
dic.*

Item exceptio † excommunicationis retardat etiam 26
executionem, quæ fit vigore rei iudicatæ, *c. pia. §. ſi poſt
rem. de except. li. 6.* Guido Pap. *deciſ. 215. n. 5.* Io. Baptiſt.
de Aſinaria *in ſua praxi iudiciaria. §. 31. c. 2. limitatione*
17.

Item non poteſt excommunicatus † agere in aliquo 27
poſſeſſorio, Milus *in ſuo repertorio, ver. excommunica-
tus licet non poßit.* Et propterea non poteſt intentare
poſſeſſorium reſtitutorium, Capella Tholoſan. *deciſ.*
172. Dec. *in c. cùm inter. n. 16. de except.* & ita pluries fuit
iudicatum in Rota vrbis: non tamen impedit † reſtitu- 28
tionem attentatorum, Dec. *in c. ex parte. in 2. nu. 24. de
reſcript.* cum aliis allegatis per Lancellot. *in tract. de at-
tentat. c. 24. q. 3. n. 10.* vbi atteſtatur eſſe communem o-
pinionem. Et licet iudicium attentatorum ſit iudi-
cium poſſeſſorium, Rota *deciſ. 1. vt lit. pend. in nouis. &
deciſ. 2. de re iudic. in nouis, & deciſ. 28. de re iudic. in an-
tiq.* hæc tamen eſt ſpecialis differentia inter ſpolium,
& attentata, & propter iſta fit etiam iniuria iudici, ide-
co agentis excommunicatio reſtitutionem non impe-
dit, propter iudicis etiam honorem conſeruandum.

Excommunicationis exceptio † nunquam excluſa 29
intelligitur per quamcunque diſpoſitionem quaſcun-
que exceptiones excludentem, vt probat Io. Baptiſta
de Aſinar. *in d. practica. §. 13. cap. 10. ampliat. 11. limita-
tionis ſecundæ principalis.* Ioan. de Anan. *in c. poſtulaſti.
de homicid.* vbi expreſſè negat, diſpoſitionem negan-
tem opponi exceptionem excommunicationis *eſſe*
validam, vt ſentit etiam Dec. *in cap. eccleſia ſanctæ Ma-
riæ. verſ. duodecimo. de conſtitut.* Lapus *allegation. 92.* v-
bi dicit non admittentem huiuſmodi exceptionem,
videri facere contra libertatem eccleſiæ, per *cap. decer-
nimus. de ſentent. excom. lib. 6.* licet aliter videatur ſen-
tire Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. numer.*
282.

Item metus excommunicationis † reddit actum 30
nullum: & licet regula ſit, valida ſunt, quæ per metum
fiunt, ſed poſtea reſcindenda actione quod metus cau-
ſa, vt not. *in capitul. Abbas. de his, quæ vi, metuſque cauſa
fiunt.* Tamen hic metus excommunicationis nullum
ipſo iure facit actum, Abb. *in cap. olim, in tertio. nu. 10.
verſ. ſed contra. de reſtit. ſpoliat.* vbi Addentes latiſſimè
ſcribunt. Metus, qui cadit in conſtantem virum ſim-
pliciter hoc facit, *l. 1. ff. de eo quod met. cauſ. l. metũ. §. ait
prætor. l. ſi mulier. §. quod metus. ff. eod. titul. verſ. nullo
tempore ratum habet.* ergo neque in præſenti, quod
tempus eſt, dictio *nulla*, eſt vniuerſalis † negatiua, gl. 31
in verſ. nullo modo. in clem. vt hi. de ætat. & qualit. Fe-
lyn. latius *in c. cùm acceßiſſent. nu. 8. de conſtitut.* & vni-
uerſale tẽpus, etiam præſens includit, *c. 1. c.* Abbas. *& c.
ad aures. de his quæ vi, metuſq. cauſ.* Excõmunicationis
eſt † iuſtus metus, qui cadere põt in cõſtantẽ virũ, *d. c.* 32
dile-

dilectus.de his quæ vi,met.cauſ. & *d.c.olim. in tertio. in gl.de reſtit.ſpoliat.* Archidiac.*in c.1.de ſent.excom.lib.6.* Innoc.*in c.inquiſitioni.eod.tit.* Luc.de Pen. *in l.quinque.col.2.verſ.vtrum autem pœna.C.de decur.lib.10.* ergo actum facit nullum,non reſcindendum. Cōtractus
33 † ab initio cum excommunicato tenet, Io. Andr. *in c. veritatis.nu.8.de dolo & contum.* qui poteſt in ſui præiudicium,non ignorata modò, ſed etiam notoria eius excommunicatione ſe obligare, Innoc.*ibid.*& eius doctrina eſt communiter recepta, de qua per Stephanum Coſtam, vt teſtantur Addentes ad Ioan.Andr. *in d.c. veritatis,in verſ.tenet.*atque agi contra eum poteſt,etiam excommunicatione durante.Sed in contractu re-
34 ciproco excommunicatus † non aget,niſi priùs abſoluatur,Io.Andr.*in d.c.veritatis.n.8.in fin.*Item iuramētum poteſt ab excommunicato præſtari, glo. *in c.paruuli 22.q.5.*& eſt communis opinio, de qua per Soc.*in c.ſacris.nu.98.de ſent.excom.* ſed ſi fuerit hoc metu extortum,nullum eſt, Saly. *in auth.ſacramenta.num.3.c. quemadmodum.& c.cùm contingat.de iureiur.*metus autem facti eſt, & coniecturis probatur, de quibus per
35 Caccheran.*in deciſ.*179.ſed ſi contractus † ab excommunicatione originem ducat, ad quam euitandam tranſigatur,nullus eſt,& notoria erit nullitas, ſi in eodem inſtrumento de excommunicatione mentio habeatur,nec eſt opus alia probatione,Io.Andr.*in d.cap. cùm dilectus.de his,quæ vi metuſque cauſ.* iuſtam ait excommunicationem non cauſare metum:nam regulariter ſi culpa præcedit,hic non excuſat, *l.ſi mulier.in 2. ff.quod met.cauſ.*& ita fuit deciſum,Rota *dec.32.de ſentent.excom.in antiq.* Roman. *in conſ.369.nu.10.& plur. ſeq.*Benedict.*in c.Raynutius.in ver.ſi abſque liberis.in ſecundo,n.38.*Rota *dec.10.num.2.de ſent.excomm.in nouis.* vtramque excommunicationem ſiue iuſtam,ſiue iniuſtam ſemper maximum timorem inconcutere, demonſtrat:maxima enim pœna eſt,inter homines non poſſe conuerſari, & hominum carere ſuffragio, *l. qui ſanctum.C.de apoſtat.* ergo quilibet iudex ſuper contractus validitate, vel nullitate iudicaturus de iuramento & excommunicationis timore, ad cauſæ iuſtitiam cognoſcere poteſt.

36 Neque ſolutio † fieri poteſt excommunicato, de eo quod ſibi detur, Abb.*in c.inter alia.n.6.de ſentent.excomm.*quia incurri non debet periculum animæ ex facto proprio,item quia vbi nulla petitio, ibi nulla mora,*l.ſi pupillus.ff.de verb.obligat.l.lecta. ff. ſi cert.pet.* & cum excommunicato nulla habenda eſt communio, niſi in iis quæ tangunt eius correctionem, *c. cum excommunicato 11.q.3.* imò etiam ſi iuraſſet ſoluere intra certum tempus, tacita ſubintelligitur conditio, ſi in eodem ſtatu permanſerit, *22.q.2.c.ne quis arbitretur.& l.cùm quis.ff.de ſolut.* ſed in hoc certior mihi viſa eſt Innocent.opin.*in c.veritatis.n.4.de dolo & contum.*vbi etiam Apoſtatæ debemus de omnibus ſuis iuribus reſpondere,*c.Iulianus.& c.Imperatores 11.qu.3.* debitum præcedens facit ceſſare dolum, & neceſſariò cum excommunicato tractando, periculum non incurritur:
37 ab excommunicato † autem debitum exigi poteſt, ad quod tenetur, ne cenſuræ commodum excommunicato afferant,*c.ſi verè,& ibi* Abb.*nu.2.de ſent.excomm.* ſoluit gl.*in c.nos ſanctorum 3.q.6.*ei non eſſe ſoluendū, ſed pecuniam in ædem ſacram deponendam. Poſtea dicit,quod licet nō habeat ius petendi, tamen ei ſolui debet, *c.debitores.de iureiur.c.inter alia,in 2.reſponſo.de ſent.excom.* vnde licet excommunicatio tollat obligationem quoad fidelitatem, non tamen quoad alios contractus.

Item metus † excommunicationis non facit præſu- 38
mi renuntiationem actorum; quoniam excommunicatus,etiam comparens coram iudice à quo, non cenſetur appellationi renuntiare,ſed quicquid facit, puta ſi petat prorogari terminum,cenſurarum metu facere cenſetur,ſed metus renuntiationis † præſumptionem 39
ſumi non patitur, & ita fuit reſolutum in Rota die 16. Octob.1551.coram Rip.d.Fabio.& eſt deciſ.*in recollectis Guidoboni 33.quæ incipit voluerunt, ſub rubr.de appel.*cum qua concordat *dec.20. de Appellation.* Achill. *de Graſſis.*& eſt in eadem cauſa Lucana, Addo Anton. de Butr.*in c.quæſtioni.in c.qua fronte.de appel.* Milus *in repertorio.ver. Appellationi interpoſitæ.*& faciunt ſcripta per Chaſſan.*in conſil.68.n.74.*vbi vult,quod is qui appellat,ſi compareat coram iudice à quo, timens ab eo excommunicari, non cenſetur appellationi renuntiare.

Item cum excommunicato non poteſt † compro- 40
mitti propter periculum communionis, *c. dilecta.de except.c.ſolet.de ſent.exc.li.6.*Spec. *de arbitr.§.reſtat.in fine.*abſurdum enim eſſet,quod ex voluntario actu excommunicari, iuriſdictio, quæ à patribus dari poteſt, perpetuando,iudici tribueretur,propterea voluntariè non compromittet,ſed in omni caſu, quo voluntariè compromitti contigerit, de quo *in c.ab arbitris.de officio deleg.lib.6.& ibi gloſſ.& Doct.* vtique poterit, aliàs obſtaret *c.intelleximus,de iudiciis.*

Item excommunicatus † ſpoliatus non reſtituitur, 41
Abb.*in c.veritatis,nu.41.de dolo,& contum.* Fel.*in c.à nob.nu.7.de except.* quod eſt verum in excommunicatione maiori,ſed in minori ſecus eſt,vt per Felyn.*in c. dilectus,in primo.n.11. de reſcript.* cum aliis limitationibus vt,ibi per eum.

Nec poteſt † recipi ad religionem : & licet huiuſ- 42
modi via tendat ad religionem,arg.*c.reſponſ.de ſenten. exc.*tamen Archidiac.*in c.monaſteriis.19.qu.3.*determinat non poſſe recipi,& ita fuit iudicatum:vt per Franciſc. Marc. *deciſ. Delphinal.682.part.1.* quia non licet cum excommunicato orare,licet quodammodo pertineat ad ſalutem animæ.

Et qui maiori excommunicatione † excommuni- 43
cati ſunt, nec poſſunt eligere, quia hominum communio interdicta eſt,& omnes actus legitimi, *cap.decernimus.de ſentent.excomm.lib.6.*& licet in minori excommunicati,olim poterant eligere,*cap.illa quotidiana,de electione.cap.ſi celebret.de cleric.excomm.minor.*& ibi Abb.gloſſ.*in cap.perpetuo.in verſ.priuentur. de elec. lib.6.* quia excommunicatio minor non repellit à communione hominum,nec à perſecutione iuris proprij, *dict.c.ſi celebret.* ſed quia eligentes hodie debent communicare iuxta ordinationem Concilij Baſilien. *tit.de electione §. & cum humane.* & ſic vtantur ſacramentis,iccirco ſunt repellendi ſi conſtaret, qui ſacramentis vti non poſſunt,per quæ deuenitur ad electionem;ergo nec poterunt vti ipſa electione, nec dignitatem, † nec aliquem clericatum conſequi, niſi prius
pœniteat, & abſoluatur, Innocentius & Abb. *in dict.* 44
c.ſi celebret. licet minor excommunicatus poſſet fieri monachus, Baldus *in d.c.illa quotidiana.*& iſta omnia procedunt,etiam in ſuſpenſis,Boer.*conſil.21.nume.12. num.13.vſque ad finem.part.1.*ſi eligentes eligerent excommunicatum, non valet electio: nec † ignorantia
eligentis prodeſſe debet indigno, gloſſ.*in verſic.ſcien-* 45
ter.in dict.c.ſi celebret. & tunc eligentes priuati ſunt eligendi poteſtate,glo. *in d.verſ.ſcienter.* excommuni-

nicati non debent scienter admitti, aliàs electio corruit, *c. fin. de procurator.* ergo protestari debent, ne videantur admissi, Abb. *in d. c. veritatis col. fin. de dolo, & contumac.* & ibi Innoc. Io. Andr. *in c. 1. de rescr. lib. 6.* & quando actus factus per habiles, & inhabiles valeat, ponit Io. Andr. *in reg. quando alicui.* & de practica ex-
46 pellendi excommunicatos † ab electione, & quid si nollent exire, vide Innoc. & Compostell. *in d. cap. illa quotidiana.*

47 Item excommunicati † non sunt sepeliendi, sed eorum ossa, si discerni possunt exhumanda, & proiicienda sunt, *c. sacris. & ibi* Io. Andr. *&* Abb. *de sent. exc. li. 6.* quo casu, debent iterum loca sacra benedici. Sed an ex-
48 communicationis † exceptio possit opponi contra mortuum ad impediẽdam ecclesiasticam sepulturam, vt quia erat excommunicatus à canone, si erat vsurarius manifestus, quod videtur permittendum, quia etiam post mortem tractatur de delicto, *l. pen. §. Seia. ff. de adim. legat. l. si ab hostib. §. sicut. ff. solut. matrim.* tanto magis de sepultura, cuius executio post mortem tractari debet. Sed contrarium est verius, quia odiosissimum est prohiberi mortuos tumulari, & contra taliter prohibentes, & impediẽtes, lex statuit multas pœnas, *l. fi. C. de sepul. hr. violat.* & in authenticis ibi positis, ideo sepulturam ibi non prohibet appellatio, *c. ex parte. de sepult.* neque litis motio, quia sepultura est de genere permissorum, *l. 1. ff. de mort. inferend.* nisi sint probationes in promptu, vt tenet Io. And. *in c. quanto. de vsur. li. 6.* aliàs licitum esset vnicuique mouendo litem defuncto, impedire sepulturam mortuique famam denigrare contra expressam dispositionem *in d. l. fi. C. de sepul. hr. viol.*

49 Item excommunicatus † à canone non debet vitari ante sententiam declaratoriam parte citata, & causa cognita, vt not. *in clem. 2. de censib. c. cùm secundum leges. de haeret. li. 6.* ergo sententia legis, vel canonis non priuat aliquem exercitio actuum permissorũ, fortius procedit in sepultura, per regulam, quod communicatur viuenti, communicandum est defuncto, *c. ex parte. in 2. de sepultur.* vbi excommundum est defuncto... vbi excommunicatione refertur quæstio requirens altiorem indaginem, post mortem, non
50 est sepultura † prohibenda, præsertim si confessus fuerit: nam & in occulto vsurario sufficit ad sepulturam confessio, vel contritio, etiam absque iussu, vel mandato malè ablatorum, licet hæredes vrgeri possint ad restitutionem, vt tenet Paul. de Leazar. *in clem. eos. de sepult.* pro quo facit *c. in literis. de raptor. & c. fi. de sepult.* nec obstat *c. quanquam. de vsur. li. 6.* quia loquitur in v-
51 surario manifesto. Quod autem dicebatur de delicto † posse tractari post mortem, non procedit per *l. fi. C. si reus, vel accus. mort. fuer.* hæc enim lex condita fuit ante *auth. bona damnatorum.* & ideo bona deportati applicabantur fisco: dicit tamen *d. l. fi.* quod si deportatus appellat, & pendente appellatione mortuus est, causa amplius tractari non potest, neque etiam quoad confiscationem bonorum, sed omne totum extinctum est, & fortius procedit, si ante mortem non inceperit de delicto tractari.

CAP. X.

Excommunicatus an sit vitandus ante publicationem excommunicationis.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatum non esse vitandum, nisi constet de publicatione excommunicationis, & nu. 7.*

2 *Concilium Basiliense quid statuerit de vitando excommunicato.*

3 *Concilium Basiliense, vel Constantiense sit seruandum circa vitandum excommunicatum ante vel post publicationem.*

4 *Concilium Constantiense esse seruandum secundum vsum Ecclesiæ.*

5 *Concilij Constantiensis quæ acta fuerint approbata in concilio Florentino.*

6 *Communicantes cum notoriè excommunicatis an peccent.*

CVm inter homines multi orirentur scrupuli, vtrum illi, cum quibus conuersabantur, essent excommunicati, & ita excommunicationem incurrerẽt: alij verò existimarent, notoriè excommunicatum qui non est, cum iniustè vitare curarent, iniuria afficere, scandalique causam præbere; sic itaque tota Christiana respublica scrupulis abundare videbatur, & confusione: propterea in Constantiensi Cõcilio ordinatum est, quod nemo deinceps † à communione alicuius in sacramentorum receptione, vel administratione, aut aliis quibuscunque diuinis, vel extra, prætextu cuiuscunque sententiæ aut censuræ ecclesiasticæ à iure, vel ab homine quomodolibet promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, aut censuræ huiusmodi fuerint in & contra personam, collegium, vniuersitatem, ecclesiam, vel locum certum à iudice publicatæ, vel denuntiatæ specialiter, & expresè, Constitutionibus apostolicis, & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque Saluo siquem pro sacrilega manuum iniectione in clericum, sententiam latã à canone, adeo notoriè cõstiterit incurrisse, quod factum non posit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo suffragio excusari: nam à communione illius, licet denuntiatus non fuerit volumus abstinere, iuxta canonicas sanctiones. Ita statutum fuit in prædicto Concilio, sub Martino V. quamuis ipsius acta, quæ in secunda parte, siue tomo, vbi adest prędictũ Constantiense Concilium hæc constitutio non inueniatur. 1

Et licet post Constantiense Concilium † Basiliense fuisset celebratum sub anno 1435. quod de eadem re disponens, retulit omnia supradicta verba cõstitutionis concilij Constantiensis, vsque ad vers. *Saluo siquem pro sacrilega, &c.* cuius loco Basiliense prædictum, ita subsequutum est. Aut siquem ita notoriè excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla posit tergiuersatione celari, aut aliquo modo iuris suffragio excusari, nam à communione illius abstinere vult iuxta canonicas sanctiones, pro hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos, non intendit in aliquo reuelare, neque eis quomodolibet suffragari. 2

Propter quorum Cõciliorum diuersitatem in verbis, & in substantia, ortæ fuerunt diuersæ Doctorum opiniones. Ac standum esse † Concilio Basiliensi duntaxat, & non Cõstantiensi, velut reuocato per Basiliẽse immediatè factum, tenent Rebuff. *super concordatis Galliæ, in titulo de excommunicatis nõ vitandis.* Cosmas Guimier *supra pragmatica sanctione Gallicana in titulo de excommunicatis non vitandis.* Nauarr. *in c. 1. §. laboret. num. 10. de pœnitent. distinct. 6. idem in Manuali c. 9. num. 6. & in c. 27. nu. 35.* Felyn. *in c. Rodulphus, nu. 39. de rescript.* Couarr. *in c. alma mater. in 1. parte §. 2. num. 7. vers. ego vero.* & vtramque literam referens, arbitrabatur standum esse concilio Basiliensi, existimans constitutionem Constantiensis fuisse factam à Martino V. tem- 3

V. tempore eiusdem concilij, & quod propterea in decretis concilij non inuenitur.

Contrariam verò partem, quod imo standum sit
4 literæ supradicti concilij Constantiensis, † probatur, ex quo maior pars auctorum, atque vsus sanctæ Romanæ ecclesiæ approbauit. Nam sanctus Antoninus *in tertia parte summæ titulo 25.c.3.* eam referẽs, probat esse Concilij Constantiensis, eamque esse amplectendam, licet non extet inter acta dicti concilij. Idem refert sanctus Antoninus *in tract. de censuris, c.83. in vers. nota diligenter.* summa Angelica *in verbo, excommunicatio, in octauo, num.3.* & hanc etiam tenet Fel. licet sibi contrarius *in c. cum non ab homine. in finalibus verbis. de sent. excom.* Dec. *in c.2. de except. n.4.* vbi reprobat Fel. *in d.c. Rodulphus. de rescript.* summa Syluestrina *in ver. excomm. in quanto, q.4.n.7.* Caietan. *in summa, ver. excommunicatio minor.* vbi probat literam dicti Concilij Constantiensis, idem *in verb. absolutio, in 2. vers. ex extrauaganti.* vbi dicit, hanc extrauagantem esse consuetudine vtentium approbatam, idem Syluestr. in epistola, quę habetur in vltimo folio ad lectorem, scribens, dicit standum esse extrauaganti concilij Constantiensis, & non determinationi concilij Basiliensis, Ledesinius *in 4. lib. qu.25. art.1. fol.* 345. idem expressè probat Adrian. *in 4. tract. de confessione q.9. fol.* 282. vbi ait Concilium Constantiense per Basiliense postea fuisse confirmatum, Maiorin. *in 4. lib. sen. distinct. 18. q. 3.* Ioannes Diego *in tract. de libert. ecclesiast. fol.* 88. hāc etiam probat summa Armilla *in ver. Absolutio §.36.* vbi refert hoc concilium Constantiense esse vtentium vsu comprobatum, idem in verbo, *excommunicatio, in primo* §. 5. vbi dicit concilium Constantiense esse approbatum in Basiliensi ante eius scissuram, Ioann. de Medina *in cap. de restitutione. quæst. 3. in causa nona fol. 21. columna.1.* Soto *in 4. lib. sent. distinct. 1. quæst. 5. artic. 6. colum. 2. vers. in transitum autem.* vbi affirmat, quod vsus ecclesiæ eam amplam exceptionẽ, scilicet in quocunque notorio excommunicato non recepit, nisi illam duntaxat concilij Constantiensis, quam quidem Constitutionem, vt Diuus Antoninus inquit Papa Martinus confirmauit, idem Soto *dist. 22. q.1. art. 4.* vbi dicit, quod licet constitutio Constantiensis facta fuisset ante schisma, postea tamen in concilio Florentino
5 sub † Martino V. omnia fuerunt decreta secundum tenorem Concilij Constantiensis, & ideo more vtentium & vsu ecclesiæ receptissimum, vt non euitemus, nisi duas illas excommunicatorum species, quas prædictum Concilium Constantiense iussit, quod absque vllo metu tenendum est, sed hoc non reperitur scriptum in concilio Florentino. Idem Soto ibidem *dist. 13. art. 9. q.1.* Alphonsus de Castro *in lib. 2. de potestate pœnali, c.15. vers. circa istos.* Francisc. de Victoria *in sua summa tit. de sacramento baptismi, q.30. & titulo de excommunicatione, quæst. 4. & q.10.* vbi quod iste est vsus ecclesiæ, & determinatio dicti concilij non reperitur ædita, ex defectu impressorum, vbi quod Papa Eugenius in quibusdam ordinationibus reuocauit omnia facta in Concilio Basiliensi, vbi erat ordinatum quod omnes notoriè excommunicati vitarentur, quod erat contra determinationem Concilij Cõstantiensis, Medina *in sua summa tit. de instruct. confess. lib.1. §.5. col.1.* Ioseph. Angles *in suis floribus Theologicarum quæstionum, in quæst. de excommunicatione in 2. difficultate. in 1. dub.* & Couar. *in c. alma mater. in 1. parte relect. §. 2. n.9.* dicit magis receptam esse in Christiano orbe Martini V. & Constantiensis Concilij Cõstitutionem, & Nauarr. *in d. cap. 27. num. 35.* quamuis ait ex dicto Concilio Basiliensi † peccant omnes communicantes cum notoriè excommunicatis, sed quia durum est damnare gentem, in qua sunt tot viri eruditissimi, scientissimi, & Academiæ celeberrimæ, præsertim Basiliensis, Tolosanæ, & Louaniensis, probabiliter dici potest, prædictam extrauagantem esse vsu receptam, cum illa sola limitatione de excommunicatione manifesta, percussionis clerici iuxta tenorem antiquæ, vel quod multitudo negotiorum, & necessitas communicandi, atque negociandi faciat licitum, quod aliàs non esset, iuxta regulam iuris: *quod non est licitum.* & in eodem *manuali c.9. nu.6.* expressè fatetur vsum Constitutionis Constantiensis.

Quibus autem rationibus innitatur vsus catholicæ Ecclesiæ prædicti concilij Constantiensis latissimè scribit Ioan. Guttieres *in lib. quæstionum canonicarum, c.1. per totum.* quas breuitatis causa omitto. Quare non aliter † vitandus excommunicatus, nisi publicatis censuris, præter quam si notoriè excommunicatus esset ob clerici possesionem. 6

CAP. XI.

Publicatio excommunicationis an debeat fieri in loco, vbi vitandus est, vel sufficiat in loco, vbi sententia lata est.

SVMMARIA.

1 *Publicatio excommunicationis, in quo loco fieri debeat.*
2 *Excommunicatio debet publicari in loco iudicij, & vbilibet potest vitari.*
3 *Episcopus potest sibi eligere tribunal in tota diœcesi.*
4 *Excommunicatus publicatus in vna diœcesi, debet vitari vbilibet.*
5 *Excommunicatus magis debet alios vitare, quàm vitari.*
6 *Notorium est, quod est in actis.*
7 *Notorium debet reuelari etiam à principali.*
8 *Excommunicatus à iure ante publicationem citandus est.*
9 *Constitutio Papæ an sufficiat esse Romæ publicata, vt vbilibet liget.*
10 *Ignorantia inuincibilis quando excuset à culpa, & quando à pœna.*
11 *Lex quando imponit pœnam pro culpa an debeat in omni prouincia publicari.*
12 *Matrimonia clandestina sunt valida, vbi concilium non est publicatum.*

Non parua dubitatio est, vbi excommunicationis publicatio † fieri debeat, nam cum in diminutionem potestatis clauium in plerisq; locis publicationi solemni fiat impedimentum, aliqui dicunt, non aliter ligari excommunicatum, neque esse vitandum, si publicatio ista facta non sit, quoniam sacrum Cõcilium Tridentinum in illis Christianorum prouinciis nequaquam obligat, vbi receptum, & publicatum non est: Addunt, quod idem Concilium *sess. 24. c.1. de reformation. matrimonij.* clandestina matrimonia nulla, & irrita declarauit, & tamen in illis locis, vbi solemnis in ecclesiis publicatio facta non est, si clandestina matrimonia fieri contigerit, valida esse, communiter receptum est, quantumuis eiusdem concilij libri palam per illa loca pendantur, & quantumcunq; Pius IV. qui concilium confirmauit, expressè iusserit illud ligare omnes, etiam ignorantes à prima die Maij 1564. quibus 1

bus non obstantibus matrimonia occulta in illis locis valida esse, receptum est.

Pro resolutione quæstionis plures articuli distinguendi sunt.

2 Primus articulus est, si iudicialiter actum est, sufficit in loco iudicij excommunicationem † esse publicatam, ad effectum vt vbilibet vitari debeat, nam cum excommunicatio feratur solum propter contumaciã in non parendo, vt diffusè probaui supra in eadem parte *cap.* 3. & contumax dici non potest, nisi certificatus, & admonitus, vtique excommunicationis sententia in loco iudicij ferenda est, gl. *in l. pen. & ibi* Bar. *col. 2. vers. quarto hic Guglielmus. ff. de iust. & iur.* Bar. *in l. 1. C. de sent. ex peric. recit. & in l. cum sententiam. in 1. not. C. de sent. & interlocut. om. iud. & in l. 1. col. 1. ver.*
3 *iuxta hoc est videndum. C. de confes.* & Episcopus † potest sibi eligere tribunal, & locum iudicij in quacunque parte diœcesis, Bald. *in l. testamenta, col. 1. in fi. C. de testam.* per *c. cum episcopus, de offi. ordinar. lib. 6.* præterea si per sententiam publicatus est excommunicatus in v-
4 na diœcesi, debet † vitari in alia diœcesi, Scot. *in lib. 4. sent. distinct. 19. q. 5.* & omnes qui sunt in ecclesia Dei, debent illum vitare in quocunque loco existat, *c. si quis à proprio 11. q. 3.* & dicit Maiorin. *in 4. lib. sent. distinct. 18. q. 4.* id non prouenire ex vi sententiæ, sed diuini iuris dispositione, Matth. *cap. 18. si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* ergo à iudice excommunicatore publicatam esse oportet, vt vbilibet effectum habeat, & vitari debeat, nisi inuincibilis ignorantia
5 interuenerit; Item quia ipse excommunicatus † magis alios vitare debet, quàm vitari, quia plus peccat alios non vitando, *c. illud. de cler. excomm. minor.* Nauarr. in relectione *c. conting. de rescr. remed. 2. n. 28.* ne igitur in peccatum incidat, se excommunicatum declarare debet, quod facit alios vitando, & nulla maior probatio, quàm propria oris confessio, *l. 1. C. de confes.* notorium
6 est † quod omnes continuo videre possunt, Bal. *in authent. quod locum quæst. final. C. de collation.* & quod ex actis resultat, Angel. *in auth. de testibus. §. 1.* Inn. *in cap. ex insinuatione, de appellat. & in c. per tuas. de testib.* & quando factum est notorium, tunc omnino debet re-
7 uelari, etiam in præiudicium † reuelantis, Angelic. *in summa ver. Confeßio delicti in princ.* quod est verum si tantum ad spiritualem pœnam agatur, vt probaui supra in eadem parte *c. 7. n. 21.* sed hic agitur de peccato vitando vt dixi.

Secundus articulus est, cum quis contrauenit legi, vel canoni aliquid præcipienti sub excommunicationis pœna, sufficit in contrauentionis loco esse excom-
8 municationem † publicatam, vt vbilibet vitari debeat. Nam cum ante publicationem citandus sit, *c. in præsentia. de sent. excommunicat.* & ita denuntiatio iudicialiter facta est, intrant omnes rationes supradictæ in præcedenti articulo, nisi fuerit appellatum, vti dicam in sequentibus. Et facit, quia sententia specialis ligat etiam ignorantem, Franc. *in c. 2. col. 2. vers. venio ad aliquas quæstiones. de constit. lib. 6.* Andreas ab Exea *in c. cognoscentes. nu. 52. de constit.*

Tertius articulus est, cum summus Pontifex aliquid præcipit fieri, vel non fieri sub excõmunicatio-
9 nis pœna, atque præceptum, siue Constitutionẽ † Romæ publicat, animo omnes contrauenientes afficiendi, vtiq; omnes percutit, quantumuis in locis particularibus non fuerit publicata. Probatur ex illa receptissima doctorum sententia, quæ vult constitutionem Papæ in spiritualibus omnes ligare, si Romæ tantum fuerit publicata, neque requiri publicationem fieri in omnibus Christianorum prouinciis, quam firmarunt Ioan. Andreas in Data sexti libri decretal. Ioan. Monach. *in c. in præsentia num. 7. de regul. iur. lib. 6.* Paul. de Eleazar. *in proœm. clement.* Capella Tholosan. *decis.* 445. Henrich. Boich. *in c. secundo de constitutionib.* Ludouic. Carbon. *in tractatu de legib. lib. 3. qu. 8. vers. nec obstat.* nam cum ecclesiastica gubernatio ad vnum finem communem omnibus fidelibus referatur sub vno pastore Christo, & eius Vicario Pontifice Romano, & cum ex omnibus prouinciis vna fiat communis Respublica, satis est, si promulgetur Romæ, vbi sunt homines de omnibus partibus prouinciarum, à quibus publicationis notitiam omnes alij habere possunt: quæ ratio desumitur ab obligatione subditorum Principum laicorum, quia noua lege deuicti sunt, quantumuis in propriis locis publicata non fuerit, si in ciuitate primaria, & dominante publicata fuerit, prout omnes fatentur. Idem dicitur de legibus Concilij generalis: nam omnes obligant post publicationem factam in ipso Concilio, vbi sunt homines de omnibus partibus Christianorum, quia sunt leges superioris potestatis, & totius ecclesiæ, vt etiam probat Ludo. Carbon. *in d. qu. 8.* & hoc etiam tenet Abb. *in c. nouerit. num. 3. de sent. excommunicat.* Papæ constitutionem non esse necessario in qualibet prouincia publicandam, cum satis sit Romæ publicatam esse, & Alex. *in cons. 52. vol. 7.* qui consuluit contrarium, defert in hoc Antonio de Butrio *in c. 2. de constit.* quod etiam Romæ tantum publicata, cæteros alias prouinciarum afficit, si de consuetudine existat, sed consuetudo est in Curia Romana, vt Papa adiiciat tempus à quo vult obligare contrauenientes, quo casu omnes afficere probant, Ab. *in d. c. secundo. n. 7.* Felyn. etiam *n. 7. vers. quinto limita. de constit.* & ad hoc est textus *in c. cum in singula. de præbend. lib. 6.* vbi statuitur, quod religiosus regularis, qui habet duas curatas, vnam intra mensem dimittere teneatur, alias fit inhabilis ad beneficia, is tamen non tenetur statim dimittere, etiamsi legem nouerit, quia in lege certum tempus determinatum est. Item consuetudo est quod solum Romæ publicentur, & ideo isti standum est, per *cap. cum dilectus. de consuetud.* & probat Fely. *in d. c. secundo, num. 7. vers. & idem Immola.*

Et licet non desint etiam qui tenent contrariam opinionem de directo, videlicet Papæ constitutionem non ligare, nisi in prouinciis publicatio facta fuerit: tamen omnes prædicti mouentur ex tex. *in auth. vt factæ nouæ constitutiones.* & sic de iure ciuili, addunt, non reperiri scriptum contrarium de iure canonico, & ideo dicunt iuri ciuili standum esse, ex reg. *c. 1. de noui oper. nuntiat.* sed certè istorum opinio non potest subsistere, quia non aduertunt, *§. sed & quod principi. Instit. de iure nat. gent. & ciuil.* ergo de iure canonico sancitum dici potest cum in singulis suis constitutionibus sic Papa præcipiat.

Præterea lex aliter se habet quantum ad obligationem pœnę, & aliter quantum ad obligationem culpę, vnde licet ob ignorantiam † inuincibilem quis excusatur à culpa, non tamen excusatur à pœna, vt probat 10
Ludouic. Carbon. *in d. tract. de legib. lib. 3. quæst. 7. vers. ex his quæ diximus.* & ideo contraria opinio legistarum potest procedere, quando lex † imponit pœnam pro 11
culpa, sed si lex procedat inferendo damnum ex causa sine culpa, talis lex ligat etiam ignorantes, vt tradit Ang. *in l. 1. in prin. ff. si quis omiss. caus. testam.* Dec. *in d. c. secundo, in 2. lectura col. 4. vers. 2. adde. de constit.* & sequitur Andreas ab Exea in repetitione eiusdem *c. 2. n. 53. de constit.*

Nec obstat quod Pius IV. in Bulla confirmationis con-

concilij iubeat illud obligare à prima die Maij, 1564. & tamen communiter Doctores fatentur in illis lo-
12 cis vbi concilium non est publicatum, matrimonia † clandestina, & occultè facta, non aliter esse nulla, & irrita, sed valida, & sic contra dispositionem concilij *in sess. 24. c. 1. de reformatione matrimonij.* quia idem concilium *in d. c. 1. de reformatione matrimonij.* disposuit ipsum decretum non aliter habere locum, nisi post triginta dies à die publicationis faciendæ in vnaquaque parrochia. Vnde & si vendatur liber concilij Tridentini per Regnum Franciæ, vbi neque publicatum, neque receptum est, tamen quia publicatio in parrochiis facta non est, & ideo terminus à decreto concilij datus non adhuc incepit, adhuc statur dispositioni iuris communis, & matrimonia valent, & Pius Papa IV. confirmando concilium, & mandando obseruari ab ipsa prima die Maij, non derogauit dictæ publicationi solemniter in parrochiis faciendæ, iccirco intelligitur in cæteris præterquam in expresse prouisis per ipsum concilium.

CAP. XII.

De Appellationibus à censuris.

SVMMARIA.

1 *Appellatio permittitur ab excommunicatione.*
2 *Permittitur à futuro grauamine.*
3 *Permittitur à comminatione excommunicationis.*
4 *Permittitur à monitoriis.*
5 *Permittitur à tacita interlocutoria, processus ad vlteriora.*
6 *Excommunicatio trahit secum executionem.*
7 *Absolutio ad cautelam quo iure petatur.*
8 *Absolutio quando debet dari cum cautione.*
9 *Appellari ad quem debeat ab excommunicatione lata ab Episcopis.*

Excommunicatus duo iuris remedia exercere potest, appellationem, & querelam, *c. per tuas. de sen. excomm.* Soc. *in c. sacro. num. 28. eod. tit.* dicendum prius
1 de appellatione: à censuris † igitur appellatur, *d. c. per tuas. & c. adhæc in 2. & c. pastoralis. §. verum. de appellat.* sicut à qualibet alia correctione, si superior in corrigendo modum excederet, *c. licet. de offic. ordin. & ibi Ab. nu. 1. c. de priore. & c. reprehensibilis. de appellat.* Roman. *in cons. 301.* Oldra. *in cons. 106.* quia appellatio fundatur super grauamine, *c. vt debitus. de appel.* quod po-
2 test fieri in quolibet actu, imo etiam à futuro † grauamine potest appellari, Soc. *in d. c. sacro.* sed hoc procedit solum in beneficialibus, in quibus est speciale, Roman. *in consi. 304.* item contra incertam personam potest appellatio à futuro grauamine interponi, dummodo certa sit, quo ad rem, & factum, Roman. *in consil. 18. alias est 390.* Milus *in Repertor. ver. Appellatio generalis.* & quanto à futuro appellatur, tempus prosequendi currit à die illati grauaminis, non à die appellationis, Milus *ibid. ver. appellari potest.* in cæteris non recipitur appellari à futuro, nisi fiat aliquis actus, per quem designetur futurum grauamen, Ant. de Butr. & Ab. *in c. 1. per illum tex. de dilation.* Fel. *in c. signifi. num. 9. v. fallit tamen. de testib.* vbi latè de hoc actu præcedenti.

Et propterea obseruatur in Curia, vt à comminatione excommunicationis appelletur, † si ad creditoris instantiam facta sit, sicut Neapoli appellatur ab indebita citatione super tenore instrumenti exequendi via Ritus 166. magnæ Curiæ Vicariæ. 3

Si monitoria concederentur, vbi concedenda non sunt, appellari † potest, quia fit actus, per quem designatur futurum grauamen, Fely. *in d. c. significauerunt.* sed quia non omnis actus iudicis habet vim sententiæ, nec omnis vox iudicis est sententia, cautela est, vt non appellet grauatus ab illo actu, tanquam ab illato grauamine, sed petat illum reuocari, & si non reuocetur, poterit à non reuocatione appellari, Lancell. *in tract. de attentat. parte 2. c. 12. limitatione 50. n. 71.* & licet in his peragendis decem dierum spacium lapsum fuerit, tamē non excluditur grauatus, quo minus possit appellare, Rota *dec. 5. de appellat. in nouis.* quando instat grauaminis futuri actum reuocari, & iudex ad vlteriora procedit, ab ista etiam tacita † interlocutoria potest appellari, sicut si causam referret, quæ tacita est etiam interlocutoria respectu instantiæ, Franch. *in c. cum intimasti. nu. 8. vers. tu aduerte. de appellat.* sed cautius agetur, si post primam instantiam, atque ad vlteriora progressum, iterum, & secundo instabitur pro reuocatione præiudicialis actus, quem nisi reuocauerit, tutius appellare poterit, Paul. de Castr. *in cons. 334. num. 6. vol. 1.* 4 5

Appellatio à censuris non permittitur ad finem, vt appellans releuetur, quia excommunicatio † trahit secum executionem, *c. pastoralis. §. verum. de appellat.* vbi Præposit. sed vt causam transferat ad superiorem, *c. reuera. 3. quæst. 9.* quia excommunicatus non est particeps iudicij, *c. intelleximus. de iudic.* apud quem de iniusta conquerens excommunicatione, poterit cautione præstita de parendo mandatis excommunicatoris à superiore absolui, vt super censurarum iniustitia audiri possit, *d. c. per tuas. eod. tit. & c. cum contingat. de offic. delegat.* conditione horum canonum petitur absolutio † ad cautelam, aut agitur officio iudicis, Hostiens. *in d. c. cum contingat.* dicit, quo iure absolutio petatur, non esse curandum, cum de iure canonico, actio in libello non exprimatur, *c. dilecti. de iudic.* Rota *decis. 33. de sentent. excommunicat. in antiq.* si probatur manifesta offensa poterit à superiore absolui, sola iuratoria † cautione præstita de parendo iuri, sed hoc procedit parte non instante, aliàs sufficiens cautio, siue fideiussoria, siue pignoratitia dari debet, vt absoluatur, *c. 1. de iudic. C. venerabilibus. de senten. excommun. lib. 6.* 6 7 8

Hoc appellationis iudicium ad summum † Pontificem, & ad sedem apostolicam deuolutum, poterit coram Vicario summi Pontificis exerceri, qui canonicam habet obedientiam, & clericorum subiectionem atque omnium causarum cognitionem, quæ ad forum ecclesiasticum ordinarium spectant, vt dicit Vestrius *in practica, lib. 2. cap. 16. num. 1.* & dixi etiam *in tractatu de præuentionibus tribunalium Vrbis.* posset etiam ad sacram congregationem super grauaminibus per Episcopos illatis recursus haberi, sed hic committuntur causæ à sanctissimo, non cognoscuntur. Potest etiam per literas causæ grauaminis commissio obtineri ad Prælatum aliquem in partibus existentem, vnde appellatio emanata est, quæ via securior est, vt præsens in iudicio, potius quàm per procuratores valeat experiri, de hoc etiam scribam inferius, vbi de competentia iudicis excommunicationis nullæ cognoscendæ agam. 9

CAP.

CAP. XIII.

An denuntiatio excommunicationis facienda sit appellatione pendente.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatus non obstante appellatione vitari debet.*
2 *Denuntiatio excommunicationis an sit facienda pendente appellatione.*
3 *Excommunicatus per denuntiationem plus ligatur.*
4 *Denuntiatio excommunicationis quare fiat.*
5 *Quando fieri debeat.*
6 *Denuntiatio excommunicationis fit præcedente monitione.*
7 *In quibus casibus non est facienda.*
8 *Excommunicatus declaratus appellans an debeat vitari.*
9 *Denuntiatio per cedulones non fit pendente appellatione.*
10 *Absolutio in dubio debet iudicari non valere propter fauorem animæ.*

1 EXcommunicationis executio est vitari,& cum tra-
hat secum executionem, non obstante appella-
tione,vitari debet, *c.pastoralis, §.verum.de appellat.* i-
tem denuntiari excommunicatus, & interim fructus
beneficij excommunicato non dabuntur, *d.c.pastoralis*
§.verum, vbi Præposit.*in prin.* Rota *dec.36.* quā allegat
Milus *in Repertor.in ver.attentata post executionem.* de-
2 nuntiatio † autem facienda non est, cum plus ligatur
excommunicatus, *c.tua.de sent. excommunicat.* vbi in-
cendiarij,& alij,de quibus ibi,plus ligantur per denū-
tiationem in eo, quia post eam publicationem non
possunt absolui, nisi à Papa: quod autem talis denun-
tiatio appellatione pendēte fieri non possit, post Im-
mol.tenet Franch.*in d.§.verum.nu.25.q.4.vers.quarto*
quæritur.

Et licet Rota videatur sentire quod post appella-
tionem possit deueniri ad denuntiationem, qui actus
non erit aliter attentatus, pro quo consuluit Roman.
*in cons.*482.tamen per regrauationem excommunica-
3 tus † plus ligatur, ergo licet excommunicatio trahat
secum executionem,ita vt excommunicatus statim sit
ligatus, tamen non trahit secum executionem cum i-
stis qualitatibus quod ille nō possit absolui,nisi à Pa-
pa, & quod vltra excommunicationem sit etiam ag-
grauatus, & regrauatus in istis qualitatibus extrinse-
cis,nec comprehensis in excommunicatione,sed con-
nexis in ipsa,requiritur nouum factum iudicis, prout
est ipsa regrauatio, per quam debet censeri innouatū
appellatione pendente,iuxta terminos tituli: *nihil in-*
4 *nouari appellatione pendente:* Hæc denuntiatio † fit,vt
magis innotescat,magisque vitetur,neque admittatur
ad sacramenta,aut similia inconsideratè, Ant.de Butr.
in c.cum non ab homine.de iudi. propterea potest ordi-
narius, etiam qui non excommunicauit denuntiare,
Innoc.*in c.pastoralis.de appellat.* pro salute animarum,
vt ab aliis vitetur, *c.illud.de cler. excomm. ministr.* vbi
agitur de periculo animæ per denuntiationes, & mo-
dis,quibus potest, debet ordinarius occurrere tali pe-
riculo, *c.si sacerdos.& c.significauit.de offic.ordi.c.ad no-*
stram,in primo.de iureiur. quod procedit etiam si cen-
suræ fuissent fulminatæ à delegato, quia in hoc nihil
turbatur iurisdictio ordinarij, sed potius coadiuuatur
vt in simili dicimus *in c.cum teneamur, de appellation.*
sed non fiet denuntiatio † priusquam quis fuerit de 5
excommunicatione confessus,vel conuictus,Io.And.
& Gemin.*in c.statuimus.de sent.excom.li.6.* quia etiam
in sententia iuris,debet constare de crimine,vt not.*in*
c.1.in fine.de homic.lib.6. Doc.*in c.peruenit, in primo de*
*appell.*gl.*in c.sacro.ver.constiterit.de sent.excomm.* gl. *in*
clem.prima.ver.quam cito commodè. de pœnis. & in cle.
2.ver.constiterit eod.tit. Feder.de Sen.*in cons.116.* & est
tex.*in l.eius qui delatorem.& ibi* Bart.*de iure fisc.*

Si excessus est notorius, non est necessaria talis so-
lemnitas, sed potest eū vitari facere absq; alia citatio-
ne,denuntiādo illum excommunicatum,*in c.peruenit,*
*in primo.*nec potest talis denuntiatio † fieri die feriata, 6
c.felicis.§.præsenti,de pœnis li. 6. quare in denuntiatio-
ne facienda requiritur monitio, *c.in præsentia.eod.tit.*
*in antiquis.*præsertim si ab altero iudice facienda esset,
cui committeretur: Aut si ex officio ad id procedere
vellet, vel si per literas ei significaretur talem esse ex-
communicatum, quia saltem debet citari ad dicēdum
contra literas excommunicationis contra ipsum pro-
ductas,ad finem denuntiandi,& tunc obiici poterit de
appellatione, vnde cum prædicti actus iudiciales sint,
& pendente appellatione fieri prohibentur, si denun-
tietur,vel regrauetur,attentari dicitur.

Item siquis ignoranter fuerit excommunicatus, vt
*in c.illud.& c.de pen.de cleric.excom.minor.*si à die noti-
tiæ appellat, pendente appellatione non potest fieri
denuntiatio, † Franc.*in d.c.pastoralis,§.verum,nu.9.qu.* 7
5.de appell. idem si appellet à declaratoria incursoria
in excommunicationem à iure, vel ab homine, nam
per appellationem impeditur denuntiatio, Petr.Duē.
in regula 42.n.8. Fel.*in d.c.cum non ab homine.nu.12,de*
*iud.*Franc.*in d.§.verum.q.6.nu.27.*& est tex.*in d.c.per-*
uenit.in primo,de appellat. Capyc.*dec.1.n.19.*quia à de-
claratoria excommunicationis incursæ datur appella-
tio,licet ab excommunicatione non detur, Ancar. *in*
*cons.240.prope finem.*Gabriel.*in commun.conclus.tit.de*
reg.iur.conclus.3.nu.59.

Nec obstat *decisio Rotæ 2.de dolo,& contumac.in no-*
*uis.*vbi post Lap.*in clem.vnic.de sequestr.possess.& fruc.*
concluditur, quod is qui à declaratoria † appellauit, 8
debet vitari, & ita appellatum à declaratoria non su-
spendit illius effectum. Quia vitare minus est quàm
publicè denuntiare,& Rota non dixit ibi, quod pen-
dente appellatione possit publicè denuntiari.Item in
illa vltima additione referunt opinionem Lapi, sed
non probatur,quod illam insequantur:nisi essemus in
declaratoria, quæ fieri solet in obligationibus in for-
ma Cameræ apostolicæ factis, quæ sine dubio potest
fieri,non obstāte appellatione:ita Ant. Massa Galles.
in tract.de oblig.Cameral.part.3.c.reliqua de processu.n.
43. vers. illud verò est certum. alias limitationes ponit
Franch.*in d.§.verum.*

Denuntiatio facta,pendente † appellatione,est actus 9
irretractabilis,nam quæ publicata sunt omnibus,fieri
nō potest,vt sint occulta,ergo vt attentata frustra tra-
ctantur reuocari:nisi diceremus reuocari debere actū
denuntiationis,& publicationis, videlicet cedulones
affixos lacerari, ne vlterius ad ignorantium notitiam
excommunicatio lata perueniat. Sed hæc procedūt,si
appellatio fuerit legitimè interposita,nam non legiti-
ma,non operatur verum effectum, licet operetur, vt
interim ratione dubij nō habeatur pro excommuni-
cato,per not.*in c.solet.& c.licet.de sent.exc.li.6.* & hoc
tenet Soc.*in d.c.sacro num.67.de sent.excom.* quod non
placet,quia text. *in c.illud.§.licet.de cler. excom. minor.*
habet, quod in dubio debet se pro excommunicato
gere-

genere, & ab ecclesiasticis sacramentis se abstinere, & hanc tenet Hostiens. *in summa, tit. de sent. excom. §. qualiter proferatur. ver. vnde in dubio.* quia hæc est via tutior quæ respectu animarum est eligenda, *c. iuuenis. de sponsal. c. significasti. in 2. de homicid. c. pen. & cap. ad audientiam. eod. tit.* propter quam rationem existens in
10 dubitatione absolutionis † debet potius iudicare absolutionem non valere, Soc. *in c. perpendimus. num. 227. de sent. excom. & in c. venerabilis. eod. tit.*

CAP. XIV.

De nullitatis censurarum remedio, & excommunicationis iniustæ.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatione existente nulla, exercetur querela.*
2 *Nullitas excommunicationis coram quo iudice deduci debeat.*
3 *Excommunicatio quot modis sit iniusta.*
4 *Excommunicatio iniusta an liget.*
5 *Excommunicatio illicita, quomodo & quando liget.*
6 *Excommunicatus iniustè non priuatur suffragiis communibus ecclesiæ.*
7 *Excommunicatio quæ non est ipso iure irrita, est valida.*
8 *Excommunicatus communicans, & econtra, quas pœnas patiatur.*
9 *Excommunicatus non potest absolui à peccatis excommunicatione manente.*
10 *Absolutio prius danda est ab excommunicatione, quàm à peccatis.*
11 *Excommunicatio in quibus casibus sit nulla ipso iure.*
12 *Ob defectum potestatis dicitur nulla ipso iure.*
13 *Non fertur in vniuersitatem, siue collegium.*
14 *Non tenet lata contra habentem priuilegium ne excommunicetur.*
15 *Pro causa pecuniaria quomodo ferenda in subsidium.*
16 *Dictio* quandocunque *est vniuersalis, & comprehendit omnes casus, & tempus.*
17 *Discussio est remedium iuris.*
18 *Excommunicatio lata contra ordinem concilij Tridentini est nulla.*
19 *Tertius possessor non potest conueniri, non facta discussione debitoris.*
20 *Excommunicatio ex contractu quando ferenda.*
21 *Est via executiua, ad quam creditor agens ordinariè, non potest redire.*
22 *Creditor vbi ordinariè incepit agere, non potest petere excommunicari.*
23 *Excommunicatio non est ferenda, pendente iudicio coram seculari iudice.*
24 *Ferri non potest, vbi per suos, vel alienos executores fieri potest executio.*
25 *Creditor quando amittit beneficium petendi excommunicari debitorem.*
26 *Protestatio post factum praiudicium nihil operatur.*
27 *Excommunicatio ferri non debet, si potest fieri executio per iudices laicos.*
28 *Notoriè iniusta est nulla.*
29 *Non est ferenda pro creditore contra debitorem notoriè pauperem.*
30 *Sententia lata contra formam iusti statuti non obligat.*
31 *Excommunicatio est nulla post appellationem interpositam.*
32 *Excommunicatus remanet pendente appellatione.*
33 *Dictio* nisi, *facit conditionem.*
34 *Appellatio non datur à sententia absolutionis.*
35 *Excommunicatio est nulla, lata pendente recusatione iudicis.*
36 *Lata non præcedentibus monitionibus, an sit valida.*
37 *Ligat quoad ecclesiam, si monitiones non præcedant, secus quoad Deum.*
38 *Iniusta quomodo liget quoad ecclesiam.*
39 *Absolutio dari debet iniustè excommunicato, etiam recusanti.*
40 *Excommunicatio non requirit pro forma monitiones.*
41 *A delegato lata absque monitionibus est nulla.*
42 *Est nulla, si lata est contra pactum.*
43 *In quibus aliis casibus sit nulla, remißiuè.*

Sequitur videre de querela, † quæ exercetur super nullitate censurarum, *c. per tuas. de sent. excom.* Soc. *in c. sacro. nu. 28. eod. tit.* de nullitate † conqueri potest coram iudice excommunicatore, & coram iudice appellationis, sicut est regulare in quibuslibet sententiis, Sebast. Vant. *in tract. de nullitat. in titul. quot, & quibus mod. nullitas in iud. propon.* & coram appellationis iudice principaliter & incidenter deduci potest, vt ibidem. Si coram excommunicatore fiat, propositis nullitatibus, supplicandum est, censuras reuocari, & nisi fecerit, ad superiorem si extat, à non reuocatione prouocandum est, *d. c. sacro.* vbi eidem superiori forma datur, quod si absque moræ periculo facere potest, ad excommunicatorem remittat, vt infra certum terminum excommunicationis sententiam nullam declaret, aliter ipse superior idem faciet, si censurarum nullitas esset dubia, poterit absoluere ad cautelam, quamuis excommunicatus illam non petierit, *d. c. per tuas.* Soc. *in d. c. sacro, n. 30.* 1 2

Sed videamus quando sit nulla, & quando iniusta. Sententia igitur excommunicationis † aliquando est iniusta ex animo proferentis, sed est iusta ex ordine, interdum ex animo, & causa iusta est, ex ordine verò minimè, aliquando verò iusta est ex animo, & ordine, sed non ex causa: Iniusta dicitur ex causa, quando nullum delictum inest in eo, contra quem fertur excommunicatio, ex animo autem, quando non iustitię amore censuræ fulminantur, verùm odij liuore, vel pretio, aut etiam aduersariorum fauore: Demum ex ordine iniusta dicitur, quando iudiciali ordine non seruato profertur, *c. seruetur. & c. cum sententia 11. q. 3.* his modis iniustæ excommunicationis prolatio, quib. ex parte iudicis iniustitia apparet, quacunque ex causa id fiat, siue odio, siue probationis defectu, siue etiam ex ignorantia, excommunicatio non est ipso iure irrita. 3

Et de hac quæro † vtrum liget. Inter diuersas Doctorum sententias Gaetanus *in 2. secundæ q. 70. art. 4. ad 2.* tenet, expressè quod talis sententia est omnino nulla, ita quod nullum prorsus habet effectum, neque apud Deum, neque apud homines, quia excommunicatio nisi pro mortali peccato ferri non potest, iste autem non peccauit, ergo. Item quia sententia iniusta, sententia dici non meretur, nam secundum D. Thom. *in 2. secundæ quæst. 70. art. 4.* iudicium iniustum non est iudicium. Sed Adrianus *in quolibeto 6.* tenet, quod excommunicatio iniusta ex parte causæ, si non sit ipso iure irrita, est valida, & ligat, eandem etiam tenet Riccard. *in 4. lib. sentent. distinct. 18. quæst. 5. art. 3.* Alexan- 4

der Papa *in qu.81.membro vlt.* Syluestrina *in verbo, excommunicatio in 2.§.2.& §.3.* Petrus de Palude *in 4.lib. sent.distin.18.q.1.art.3.* Durandus *in d.dist.18.arti.4.* Gratianus *in c.qui iustus.11.q.3.* & videtur esse sententia D.Thom.*in qu.21.addit.arti.4.* quorum opinio fundari videtur per textum *in c.per tuas.§.verum in aliis.de sent.excomm.* vbi Inno.dicit, verum in aliis, nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri ne sententiam ecclesiasticam contemnere videatur, iniustæ enim sententiæ homo parere debet, ne ex superbia ligetur, qui prius ex puritate conscientiæ absolutus tenebatur.

5 Nec obstat *c.crimen.§.illicita.24.q.3.* vbi †illicita excommunicatio non lædit eum qui notatur, sed illum à quo notatur: quia hoc intelligendum est de læsione quoad Deum, & de illo, qui excommunicationem nõ contemnit. Minus obstat *c.cui illata.11.q.3.* vbi sententia si est iniusta, tanto eam curare non debet, quanto apud Dominum, & eius ecclesiam iniqua sententia neminem potest grauare; ita ergo ea se non absolui desideret, quia se nullatenus prospicit obligatũ, quia hoc intelligendum est, vel de grauamine apud Deum, vel quando intolerabilis error continetur in causa. Et si est causa iniusta, non tamen intolerabilis error, illud verbum, se non absolui desideret, intelligendum est, quantum ad reatum, non quantum ad sui reconciliationem cum militante ecclesia.

Ad quorum declarationem istas firmo conclusiones.

6 Prima est, iniustè excommunicatus † suffragiis ecclesiæ communibus non priuatur: quam sententiam omnes præcitati Doctores firmarunt, & defendunt, etiam illi qui asserunt, iniustam excommunicationem ligare, præsertim Riccard.*art.7.not.* & Petr.de Palude *in qu.1.art.1.* & Alex.vbi supra *in membro 1.* solus Durandus eam negat, sed rationes Caetani, & Adriani, sufficienter probant: quia ecclesia iniquam nõ approbat iudicis voluntatem, quia innocenti damnum inferret, sine aliqua publica vtilitate.

7 Secunda conclusio est, sententia, † quæ non est ipso iure irrita, est valida quoad hoc quod excommunicatus existat, non solum propter scandalum euitandum, sed etiam absolutè tenetur vitare omnem cõmunionem, & vitari. Quas duas conclusiones tenet D.Greg. *in homilia 26.* tractans illud Ioan.*c.20.quorum remiseritis peccata, &c.* & hoc patet *ex c.quibusd.11.q.3.* quia si semel daretur vnicuique facultas discernendi an causa sit iusta, vel iniusta, esset magna confusio, vel schisma, propterea ecclesia præcipit, vt talis remedia iuris quærat, & interim sententiam timeat, eique pareat.

8 Tertia conclusio est, si talis participaret † in diuinis, vel alij communicarent publicè eidem, easdem pœnas incurreret coram ecclesia, ac si sententia iusta esset: si enim non est delata appellatio ad superiorem, & conniuor de communione contra ecclesiæ præceptum, iudex ecclesiæ iustè me condemnabit, tanquam irregularem, hæc Inn.*de sent.exc.c.4.* & D.Greg.*in d.homilia 26.* ligat igitur talis excommunicatio quantum ad ecclesiam, id est, quantum ad ea, quæ prohibita sunt excommunicato, videlicet ad vitandum ecclesiam tẽpore diuinorum, & sacramentorum perceptionem, aliosque legitimos hominum actus vitandos, id si non fecerit, contemptor ecclesiasticæ disciplinæ iudicabitur, & per inobedientiam mortaliter peccat: si verò humiliter pœnam hanc suffert, donec legitimo ordine absoluatur, magnum sibi apud Deum cõparat meritum, de quo per D.Greg.*in d.homilia 26.* vbi prope finem, ait: sed vtrum iustè, vel iniustè obliget pastor, pastoris tamen sententia est timenda ne is qui subest, & qui forsan iniustè ligatur, ipsam excommunicationis sententiam fortassis ex alia causa mereatur.

Qui iustè est excommunicatus, † à peccatis absolui 9 nequit, excommunicatione manente, quia si per eum stat, quin ab ipsa excommunicatione absoluatur, peccat mortaliter, cum quo absolutio stare non potest, & quidem est in peccato mortali si non pœnitet, quia sententiam excommunicationis contemnit, sed qui iniustè est excommunicatus, per eum autem non stat, quin absoluatur, quia absolutionem fortè petit, sed eam ex aliqua causa habere non potest, de eo non est ita clarum, an possit absolui, excommunicatione manente, quia *c.quicunque.24.q.1.* de illis loquitur, qui se ab vnitate fidei, aut Petri societate semetipsos segregarint. Ego tamen credo, quod tales minimè à peccatis absolui possunt ab homine, quamuis si verè pœnitent, absoluantur in iudicio Dei: decretum enim ex consuetudine, quæ est optima legum interpres, sic obseruat, vt non absoluantur: quia præsumendum est, vt in pluribus, quod iustè excommunicati fuerint, & quod nisi per eos staret, ab excommunicatione absoluerentur. Nisi interdum in excommunicatione per longum tempus teneantur, ad grauius puniendum aliquod scelus graue: & propterea sacerdos, qui pœnitentem absoluit, prius † ab excommunicatione abso- 10 lutionem præmittere debet, quàm à peccatis. A quo autem absolutio obtineri debeat, si ab homine lata est, vel à iure, siue excommunicatio maior, siue minor fuerit, vel ab eodem, aut diuerso Prælato, aut alio superiori, in speciali capite inferius exarabo.

Multis autem casibus excommunicatio † est nulla 11 ipso iure, aut ob defectum iurisdictionis super excommunicatum simpliciter, vel in illo casu saltem, in quo fertur excommunicatio: aut quia fertur post appellationem legitimè interpositam: aut quia habet intolerabilem errorem expressum, aut quia nulla alia præcesserit monitio.

Si excommunicatio feratur iure non permittente in aliquo casu, iniusta dicitur excommunicatio † ex defe- 12 ctu potestatis, & per consequens, nulla ipso iure, V.g. decretales prohibent ferri excommunicationem in vniuersitatem, † siue collegium. Quid si feratur, an te- 13 neat: aliqui dicebant, quod sic; quia multa contra prohibitionem fiunt, quæ facta tenent, quamuis contra prohibitionem faciens, grauiter peccet: alij respicientes non tantùm ad verba, sed principaliter ad intentionem constituentis, quæ præcipuè est consideranda, *l.2.C.de legib.* dicunt & bene, quod si sententia feratur in communitatem, non tenet: si enim teneret, per hãc constitutionem non caueretur periculo animarum, quod constitutio vitare contendit, & hanc opinionem tenet Riccard.*in 4.lib.sent.dist.18.q.2.art.2.* Item si quis haberet priuilegium † quod non posset excom- 14 municari, & hoc sit notum iudici excommunicationem proferenti, vtique excommunicatio facta non tenet, arg.*c.si duob.de appellat.* & expressius in *glo. ibid.* & tenet Riccard.*in d.dist.18.qu.5.art.5.* nisi ab eo ferretur excommunicatio, qui priuilegio posset derogare, Idem dicendum est, si excommunicatio feratur contra canones aliquid fieri permittentes, cùm iudices illos scire præsumantur, excommunicatio lata nulla est.

Disponit sacrosanctum Concil. Trident. *sess.25.c.3.* vt excommunicationes pro causa pecuniaria, nisi in 15 subsidiũ, non † relaxẽtur. Quid si duo essent principaliter, & insolidum obligati in forma Cameræ apostol-

&

& iudicium fuisset contra alterum ciuiliter intentatū, an & contra alterum, contra quem nulla executio fieri potest, excommunicatio fieri possit, verba concilij ferri prohibent, quæ sunt, ferantur censuræ quandocunque executio realis, vel personalis fieri non potest,
16 verbum *quandocunque* † est vniuersale, quod comprehendit omne tempus, & omnes casus, & per consequens etiam quando contra alterum æquè principalem executio fieri potest, Marian. Soc. *in cons. 141. nu. 5. vol. 1.* Tiraq. *de retract. lignagier. §. 1. gl. 2. n. 20.* item sacrosanctum concilium dicit per priuationem beneficij, aliaque iuris remedia, sed remedium discussionis
17 † contra tertios principaliter obligatos, est remedium iuris, Angel. *in auth. hoc si debitor. n. 4. C. de pigno.* ergo dicendum est, quod prius procedi debeat contra correos obligatos, si eorum, vel bonorum copia haberi possit, quàm deueniendum sit ad fulminationem censurarum contra eum, contra quem realis, vel personalis executio fieri non potest. Item concilium dicit realis, vel personalis executio aduersus reos, vnde cùm loquatur in plurali, casus iste potuit comprehēdi, Fel. *in c. nonnulli. §. sunt. & alij. nu. 43. vers. vbi verba. de rescript.* ergo lata excommunicatio hoc casu contra textum concilij nulla est. Sic patet quantum errent curiales non admittentes discussionem: dat ipsum conciliū certum ordinem, qui obseruandus est, *l. à diuo Pio. §. in venditione. vbi* Ias. *& cæteri. ff. de re iud.* & excommuni-
18 catio † cōtra hunc ordinem lata, nulla est, & ita decreuit sacra congregatio concilij, cuius decreti verba iussi hic inserere: supposito quod duo sint insolidū obligati in forma Cameræ pro eodem debito, & quod cōtra vnum tantùm possit deueniri ad executionem realem, vel personalem, an contra alterum, contra quem executio realis, vel personalis fieri non potest, ad instantiam creditoris, possint in subsidium ferri censuræ. Congregatio Concilij respōdet non posse, A. Cardinalis Carrafa. Nam sicut quando sunt duo rei prin-
19 cipales insolidum obligari non potest agi contra † possessores bonorum, nisi prius facta discussione contra ambos obligatos, ad Bart. *in l. quoties. C. quo quisq; ordine conueniri deb.* Ias. *in §. item si quis, nu. 82. Instit. de action.* Ronchegall. *in l. reos, n. 65. ff. de duob. reis.* ita dicendum est de censuris, vt ad eas ante discussionem contra ambos deueniri non possit, excommunicatio igitur contra ius lata, nulla est.

20 Item excommunicatio † fertur ex contractu, & ita ordinario iure, creditor autem habet electionē agendi; ergo videtur quod possit in primis petere excommunicari debitorem. Hoc prohibetur à cōcilio, abstineant se iudices tam à procedendo, quàm à diffiniendo, sed liceat eis, si expedire videbitur per mulctas pecuniarias, seu captionem pignorum, personarumque distractionem per suos proprios, aut alienos executores faciendam, siue etiam per priuationem beneficiorum, aliaque iuris remedia procedere, & causas diffinire. Discussio est remedium iuris, Ang. *in auth. hoc si debitor, n. 4. C. de pignor.* ergo ista in primis faciēda est, & postea in subsidium excommunicatio ferenda.

21 Excommunicatio † est via executiua, & extraordinaria, de directo oppugnans ordinariæ, vbi autem creditor alteram elegerit, ad alteram redire non potest, hic est casus *c. vt qui duas. de elect. li. 6. & c. 1. in fi. de postul. prælat. lib. 6.* per quæ iura ita consuluit Roma. *in cons. 113. vers. secus autem vbi apparet.* & Gramm. *consil. 95. n. 28. in ciuilib.* & est tex. *in auth. qui semel. C. quomodo. & quand. iudex.* vbi litem inchoatam quis vsque ad finem prosequi tenetur, gloss. *final. in l. proinde. ff. ad l. Aquil.*

Sed quid si est obligatus in forma Cameræ, in qua proprio secularium foro renūtiat, eiusque vigore coram diuersis iudicibus eodem tempore conueniri potest: hæc debitoris renuntiatio fauorem cōcernit debitoris, cui, & idem creditor † renunciare potest, *c. si diligentes. in 1. responso. de foro compet.* vbi gl. *in ver. factorum.* quam ibi sequuntur omnes. Item gl. iuris ciuilis *in l. 2. §. conuenire. in ver. consensus. ff. de iud.* huic igitur fauori, creditorem coram seculari iudice ordinariè agentem renuntiasse, non est ambigendum, postquam legis necessitate cogitur litem prædictam ordinariè inchoatam prosequi vsque ad finem. Vbi autem ordinariè actum est, & constat de iniquitate obligationis, ad alteram viam redire non potest; secus si executiuè & extraordinariè agere cœperit, discussione facta ad excommunicationem in subsidium obtinendam, redire permissum est. Quid si creditor ab ecclesiastico prius exequi realiter, & personaliter obtinuerit cōtra debitorem in prædicta forma obligatum, mox executionem petierit coram iudice laico, idem respondeo: Iudex enim secularis nō est hoc casu merus executor, sed mixtus, debetq; debitorem illum iudicare, vt subditum, ergo debet de causę iustitia accuratè cognoscere. Propterea obseruatur, vt secularis iudex (data prius idonea cautione per debitorem executum, de soluēdo iudicatum) de tota causa cognoscat: non obseruatur, vbi ignoratur, licet contrariū viderim obseruari contra laicos illos Principum ministros, à quorum curiis mandatum executiuum emanauit. 22

Hoc igitur modo procedente † iudicio coram seculari iudice, ad ecclesiasticum pro censuris obtinendis redire non potest creditor, Io. de Neuiz. *in sylua nup. li. 3. n. 60.* & reus posset allegare pendentiam litis coram alio iudice, Afflict. *dec. 354. n. 9.* & si ab ecclesiastico facti fortè ignaro obtinuerit, atque facilè excommunicationem concesserit, quam in subsidium relaxari conuenit, talis excommunicatio contra concilium nulla est ipso iure, & quod inuentum est in remedium conuertitur in venenum, Præposit. *in c. 31. nemo contemnat. nu. 5. 11. q. 3.* prohibent † verba concilij ex- 23 24
communicationem vbi per suos proprios, vel alienos executores potest contra debitorem fieri executio: cùm autem coram seculari iudice, velut alieno executore, executio facta est, verba concilij verificantur pariter & illius dispositio, *l. 4. §. prætor ait. vbi* Alex. *n. 5. ff. de damn. infect.* creditor, † qui exequi fecit, voluit esse cautus: ergo amisit beneficium, quod datur illis, qui de suo credito cauti non sunt, sicut dicitur amisisse beneficium petendi assecurari iudicium per cautionem, quando suum aduersarium à principio approbat pro idoneo, *l. si creditores. ff. de priuileg. credit.* Bart. *in l. si fideiussit. §. fi. n. 1. ff qui satisd. cog.* sic etiam amittit beneficium sequestri, prætextu paupertatis, Practic. Papiens. *in titulo de forma sequestri, in princip. num. 2. vers. præmissa autem.* & hoc casu nō sufficit protestatio pro creditore, quia & ipsa effectum iuris impedire nō potest, qui ex cautione nascitur, quo minus scilicet tunc intraret prohibitio concilij, ne cùm censuras deueniri posset, Bart. *in l. Nesennius. ff. de neg. gest.* Fel. *in c. cum M. Ferrariensis. num. 77. vers. sed hoc intellige. de constit.* & si protestatio † fuerit interposita post factum creditori præiudicium, nihil operatur, gloss. *in l. 1. §. accedit. verb. fuerit. C. de rei vxor. act.* Bart. *in l. non solum. §. morte. num. 17.* Alex. *num. 14. ff. de noui oper. nuntiat.* Parisiens. *cons. 5. nu. 196. vol. 4.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. num. 39. in fin.* Menoch. *in consi. 370. num. 5. vol. 4.* 25 26

Non obstat Stylus tribunalis Vrbis, vbi in Romana

27 Curia † executio fieri non potest, quia debet intelligi vbi nec per suos, nec per alienos executores executio fieri possit, vt dicit textus concilij, aliàs esset contra eius verba, & stylus propterea non seruandus, *c.1.de constitut.* vbi notatur. Item iste stylus debet strictè intelligi, vbi aliud non concurrat, videlicet se tutum non fecerit pro executione per alienos executores facienda, quia stylus strictius quàm sit possibile semper intelligendus, Felyn. *in c.nostra correlatio 21.vers.sed obstare videtur, de rescript.* Parisiens. *in cons.112.n.12.vol.4.* coram diuersis iudicibus extraordinariè, & executiuè agi potest, sed cum ordinaria iudicij tela electa est, ad alteram redire non potest, *l.de pupillo.§.meminisse.ff.de noui oper.nuntiat.* Bald. *in l.2.quæstion.10. C. de seruit.& aqua.* Tiraquell. *de iure Constituti, part.1.numer.89.* & vbi cœptum est iudicium, ibi terminari debet, *l.vbi cœptum.ff.de iud.* meritò stylus non est attendendus.

28 Item excommunicatio † si est notoriè iniusta dicitur nulla, Anton.de Butr. *in c. Odoardus.col.3.de solut.* vbi Abb. *n.9.* sed quando notoriè quis est non soluendo, & fertur contra ipsum sentẽtia, talis sententia non ligat condemnatum apud Deum, *c.1.de re iud.l.6.* ergo non debet illum ecclesia excommunicare, qui per no-
29 toriam † paupertatem apud Deum ligatus non est. Et licet tex. *in c.per tuas.de sent.excom.* exemplum det huius nullitatis, quando in sententia est expressus error, vel quando post appellationem lata est, tamen vbi notoria est iniustitia, ibi nulla præsumptio est pro sententia, ideo ratio non apparet, cur ecclesia militans velit aliquem iniustè ligare apud Deum, idẽ notat Abb. *in d.c.per tuas.* Butr. *in c.cum M.Ferrariensis. col.penult. ver.& nota hoc dictum.de const.* Card. post Paul.de Leazar. *in clem.pastoralis.vers.rursus.de re iud.* pro qua opinione Fel. *in c.inter cætera.n.5.de re iud.* adducit tex. *in c.solicitudinem.in fin.de appell.* vbi mandatum notoriè iniustum, vel indiscretum, non astringit eũ, cui mandatur, & superior declarat eum non esse ligatum. Item *clem.pastoralis.de re iud. vers.dicit ne meruit sent. & d.c.inter cætera.vers.nec eis stari secundum communem sententiam*, & quæ huic cõclusioni obstent, congerit Fel. ibi more suo. Et ideo impotentia facit, vt excommunicatus propter pecuniam petens gaudere beneficio *c.Odoardus.* debeat relaxari ab excommunicatione, hic non fit absolutio, sed relaxatio sine difficultate, vt nec expensas soluere teneatur, Abb. *in d.c.Odoardus.nu.4.* nec differt an laicus existat, quia ab Ecclesiastico excommunicatus est; idem si à laico, quando ex priuilegio posset ferre sententiam excommunicationis, inter quos & iudicem ecclesiasticum est locus prouentioni, in executione obligationis Cameralis, vt scripsi in tractatu de præuentionibus tribunalium Vrbis, dum egi de iudicibus capitolinis.

30 Sententia † lata contra formam iusti statuti, nec valet, nec obligat, sicut nec sententia lata contra legem, *c.1.de sent.& re iud.* secus si statutum esset iniquũ, quia nec in foro iudiciali, vel conscientiæ obligat, Andr. *in tit.quæ sint regalia.col.3.* de quo melius quàm alibi per Tiraquell. *de vtroque retract.in præfatione.nu.73.* & per Doct. *in c.1.de constitut.*

31 Post appellationem † legitimè interpositam prolata excommunicatio nulla est, *c.ad præsentiam.& ibi* Fran. *de appell.& in c.sæpe.in gl.in ver.rata.n.8.& in c.peruenit.in 3.not.eod.tit.* & tradit Lapus *alleg.1.n.2.* Ang. *in cons.188.* Franch. *in c.solet.de sent.excom.li.6.* Maranta *in speculo in 3.parte sextæ partis principalis. qu.2.nu.170.* Rota *decis.20.de appellationib. in nouis.* & hoc procedit, etiam appellatione extraiudicialiter interposita, nam interim excommunicatio fulminata, nulla est ipso iure, Franch. *in c.bonæ.conclus.2.n.35.de appellationib.* etiam si appellatio fuerit ab interlocutoria: nam censuræ post eam fulminatæ non ligant, & velut attentatæ reuocatur, vt pluries fuisse decisum in Rota cumulat Lancellot. *in tract.de attent.part.2.cap.12.ampliatione 8.n.3.* habet tamen hoc speciale vt pendente appellatione, excommunicatus † remaneat, Franch. *in d.c.adhæc.& in d.c.sæpe.nu.32.de appellat.& in rubr.eod.tit.n.3.* Guido Pap. *in tract.de appellationib.q.110.* cuius rationes citat idem Franch. *in c.pastoralis.§.verum.nu.5.de appellat.* idem tradit Io.And. *in c.is cui.n.4.de sent.excomm.lib.6.* sed hoc procedit in appellatione à sententia excommunicationis purè lata, secus si sub conditione lata fuerit, hoc enim casu, si ante euentum conditionis excommunicatio appellat, appellatio conseruat statum ipsius, & interim non est excommunicatus, quod est valde notandum à Curialibus in Vrbe, vbi ferè semper solent ferre excommunicationes, nisi ad primam diem paruerit, vel nisi infra tres dies, vt tradit Franch. *in c.præterea.nu.4. in vlti.not.de appellat.* post Io.Andr. *in d.c.is cui.n.4.de sent.excomm.li.6.* quia dictio *nisi*, † apposita in sententiis facit dispositionem conditionalem, Dec. *in c.præterea.in 1.not.per illum tex.de appellat.* Lapus *allegation.73.n.4.* Rota *decis.9.in fi.de dolo & contumac.in nouis.* hæc verò non procedunt in absolutione ab excommunicatione: nam interim appellatus remanet absolutus, non obstante appellatione aduersarij, Franch. *in c.qua fronte.q.4.n.35.de appellat.& in d.c.pastoralis.§.verum. in vltim.quæst.per illum tex.de appellat.* imò verius, quia † à sententia appellationis, non datur appellatio, Guido Pap. *in tract.de appellat.q.110.vers.sed à sententia.* post Innocent. *in c.ab excommunicato.de rescript.* Antonius Nicell. *de concordia glossarum.n.105.* Rota *decis.8.n.2.de sent.excomm.in nouis.* 32 33 34

Item excommunicatio † est nulla iudicis recusatione pendente, Lapus *allegat.1.* per text. *in c.per tuas. de sentent.excomm.* Ioann.Andr. *in c.legitima.nu.3.de appell.in 6.* vt refert Franch. *in rubr.de appellat.in princip.* & facit quod dicit Milus *in repertorio, ver.iurisd.* quod pendente suspicione, cessat omne exercitium iurisdictionis. 35

An excommunicatio † lata nullis præcedentibus monitionibus sit nulla ipso iure: aliqui tenent affirmatiuam, Nicolaus de Milis *in suo repertorio.ver.citatio partis, & ver.item fallat.* qui dicit, ita tenere Rotam, & eius decisionem habes primam *col.2. de feriis, in nouis.* per doctrinam Innocent. *in cap.pen.nu.5.de eo qui mittit.in possess.* sed certè hæc excommunicatio potius dicitur iniusta ex ordine, *cap.episcopus.§.si ergo iniustè 12.q.3.* quam subsistere non desunt, qui defendere possent, quia reperitur iure cautum, ipsam quoad † ecclesiam ligare; *cap.sententia.c.nemo contemnat.vndecima quæst.tertia.* licet non reperiatur iure scriptum, an liget apud Deum, & videtur esse tenendum, quia Christus, postquam dedit formam canonicæ monitionis, & trinæ, indefinitè subiunxit, tamen dico vobis, quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: tamen apud Deum, & ecclesiam triumphantem non ligat, quia sine peccato nullus potest priuari gratia Dei, *cap.temerarium. vndecima quæst.tertia.& cap.literas.de restitut.spoliat.* & æterni tribunal iudicij illum reum non habet, quem iudex iniustè condemnat, *cap.cùm æterni.de re iud.lib.6.* ecclesiæ prælati aliquando fallunt, *cap.si quis non rectè 24.quæstion.tertia.& c.sententia.35.quæst.9. capit. later. de re iudic.* cum simi- 36 37

similib. & quod dicitur ex iniusta excommunicatione
38 ligari † quoad ecclesiam militantem, hoc est, non solum propter scandalum vitandum, sed etiam, quia absolutè omnem communionem vitare tenetur, & vitari, quod introductum est, omissis omnibus distinctionibus, ne detur facultas discernendi an causa sit iusta, vel iniusta, neque inducatur magna confusio, vel schisma, propterea ecclesia præcipit, vt taliter excommunicatus, remedium iuris quærat, atque sententiæ excommunicationis pareat, imò parere debet, ne ex superbia ligetur, qui prius ex puritate conscientiæ absolutus tenebatur, Rom. *in consi.369.n.12.* nocet igitur hæc excommunicatio quoad participanda ecclesiastica sacramenta, *c. à nobis. de sent. excomm. & d. c. si quis non recto, & ibi gl. 24. q. 3.* supradicti canones monitiones ante excommunicationem præcipientes, absolutionem taliter excommunicato dari permittunt; ergo talis excommunicatio ligat quoad ecclesiam, imò etiam si recusauerit,
39 † absolui debet ab iniustè excommunicante, Riccard. *in 4. lib. sent. dist. 18. q. 1. in princip. l. non dubium. C. de legib.* procedit, quando lex prohibet actu fieri, secus quando mandat actum fieri certo modo, quia tunc valet actus, licet modus seruatus non fuerit, si nō processit vlterius annullando, Bald. & Paul. de Castr. latè *in l. humanum. C. de legib.* Fel. *in c. dilecta. n. 11. vers. Salycetus clarius. de rescript.* Rota *dec. 9. n. 4. de offic. delegat. in*
40 *nou.* excommunicatio non requirit † pro forma ipsas admonitiones, quia Christus Dominus noster non posuit formam canonicæ positionis sub necessitate, vt videlicet, si vis excommunicare, hanc formam serua, sicut dicitur Matth. *c. 19.* si vis ad vitam ingredi, serua mandata, quia tunc verè ecclesia non posset excōmunicare, nisi trina admonitione præmissa, sed sub pia voluntate bene præmisit in principio, non est voluntas ante patrem, vt pereat vnum de pusillis istis, & tunc sequitur: si peccauerit in te frater tuus, &c. ex monitionibus ordinatim proceditur ad excommunicationem, propterea absque monitionibus, iniusta dicitur ex ordine *d. §. si ergo.* non autem est nulla ex defectu formę, quia ex nullo signo potest intelligi monitiones esse datas pro forma, de quibus per Fel. *in d. c. dilecta. n. 6. de rescript.* quare licet requiratur citatio, & monitio, vt excommunicatio iusta sit, non tamen vt sit valida, imò absque citatione & monitione, valet excommunicationis sententia, licet iniusta fuerit, vt notat gloss. *in c. irreprehensibilis. de appel. & c. Romana. §. sed nec in specie. de sent. excom. li. 6. & C. vt lite non contest. l. fi. in fin.* Innoc. *in c. illud. de cler. excom. minor.* Feder. de Sen. *in cōs. 81. alias est consi. 11.* Ant. de Butr. *in c. fin. de præbend.*

41 Hæc autem intelligo de sententia, quæ profertur ab ordinario, secus si à delegato † proferatur absque monitionibus, quia tunc & iniusta est, & nulla ipso iure, vti concordat has opiniones Nicolaus de M. *in d. repertorio. verbo, citatio partis. vers. fallit. fol. 68.* allegans Rom. *in cons. 341.* & ita decisum est, Rota *dec. 10. & dec. 23. de sent. excom. in antiq. & decis. 3. eod. tit. in antiquiorib.* quicquid dixerit Nauarr. in repetitione *c. cùm conting. in 5. causa nullitatis. col. fin.* sed maior est Rotæ auctoritas, pluries casum decidentis.

42 Item nulla est ipso iure excommunicatio, † quando is, ad cuius instantiam conceduntur monitoria, prius pactus esset cum altera parte, quod etiam si fecerit ferri monitoria, & excommunicationem, neque ipse, neque scientes teneantur propalare, quia excommunicatio regulatur à mente excommunicatoris, gl. *in c. 2. de testib. cogend. & in cap. cum P. & G. de offic. delegat. & in clem. 1. de iud.* gl. *in c. ad apostolicæ. de cler. excomm.* & est communis sententia secundum Didac. Perez. *in l. 1. tit. 5. li. 8. ordin. vers. quam conclusionem.* idem est in excōmunicatione generali secundum Abb. *in c. si sacerdos, in fi. de offic. ordin.* summa Tabiena *in ver. excom. in 2. §. 1.* & Syluestrina *in ver. excom. in 2. n. 1. ver. decimus quartus.* vbi quod non ligantur excommunicatione siue generali, siue speciali ex officio, vel ad instantiam partis lata, quos iudex excommunicans intendit ad hoc eximere, si concedens monitoria sciuisse hoc pactum, verisimile est, quod neque monitoria, neque excommunicationem concessisset; ergo non ligat, Bernard. Diaz *in reg. 243. limit. 6.*

Sunt & alij casus, in quibus excommunicatio † lata nulla est, quos recenset gl. *in c. præsenti. de sent. excom. li. 6.* Ioan. Monach. *ibid.* summa Angelica *in ver. excom. in 4. §. 19.* Zabarell. *in c. ab excom. de rescript.* Nauar. *in manual. c. 23. n. 4.* sed sufficiat de prædictis disputasse ad effectum videndi quale remedium pro excommunicationibus nulliter latis adhibendum sit. 43

CAP. XV.

Rationes aduersæ partis referuntur, quibus probare arbitrantur, excommunicationem nulliter latam, non esse timendam. Neque excommunicatum debere se pro excommunicato gerere, quæ inferius resoluuntur.

SVMMARIA.

1 *Excommunicationem nullam, qui teneant non esse timendam.*
2 *Excommunicatio non est maior lata à Papa, quàm à delegato Papæ.*
3 *Excommunicatio delegati Papæ nulliter lata, est timenda ad euitandum scandalum.*
4 *Excommunicatus magis peccat non vitando alios, quàm econtra.*
5 *Excommunicatum nulliter peccant, qui vitant.*
6 *Excommunicatus nulliter an debeat se immiscere sacramentis.*
7 *Sacramenta facta à iusto excommunicato, sunt valida.*

Doctor Nauarrus parum accuratus in perpēdendis Doctorum auctoritatibus pro iurisdictione ecclesiæ in relectione *c. cùm contingat. de rescript. in 2. remedio. nu. 3.* ex plurimorum auctoritate, quos refert, arbitratur excommunicationis sententiam, quæ ex aliqua causa nulla † est, non esse timendam, idque diffinire ait à Gelasio Papa *in c. cui est 11. q. 3.* & ante illum Gregorius *in cap. non debet. ead. caus. & q.* gl. Hugunt. Geminian. & Card. *in c. 1. ead. caus. & qu.* Archidiac. *in c. nemo. in 1.* ibidem Host. *in summa tit. de sent. excomm. §. quis sit effectus. §. hæc vera. & in tit. de cler. excomm. §. qualiter excusetur.* D. Thom. *in 4. lib. sent. dist. 18. qu. 2. art. 1. qu. 4.* quem omnes ibi secuti sunt, præsertim Paludanus Theologorum omniū in hac re doctissimus *q. 1. col. 3.* & Beatus Antoninus, quem omnes Rapsodi, & summistæ sequuntur *in tertia parte, tit. 24. c. 73. in fi.* Abb. *in c. per tuas. de sent. excom. & in c. cùm conting. de offic. deleg.* quæ omnium vna est opinio, vt refert, & sequitur idem Nauarr. qui hanc opinionem valdè periculosam comprobauit. 1

Item allegantur à quibusdam modernis multi casus, in quibus Gratianus dixit excommunicationem nullam non esse timendam, *c. cui illata, c. secundū. in ca-*

tholicam.&.cœpisti habere.&.temerarium.c.qui obest.c.quoniam,c.illud planè 11.qu.3. item c.si quis.24.q.3. item c.manet.24.q.1.

2 Item non est maior excommunicatio † lata à delegato Papæ, quàm ab ipso eodem Papa, cum sententia delegati Papæ,eiusdem Papæ sententia esse censeatur, vt probat Abb.in 1.q. post sua consilia,dubio 2. nec reperitur aliquod discrimen de iure canonico inter vtramque excommunicationem, sed si sententia delegati Papæ fuerit nulla in præcitatis casibus, non est ti-
3 menda, † nisi ad euitandum scandalum vulgaris populi,sententiã esse nullam ignorantis, ad quod sedandum, seruanda est in publico, quousq; scandalum rationabiliter sedatum fuerit:vnde si quis nulliter excõmunicetur, & denuntietur, ex aduerso publicet sufficienter ipse causam propter quam sententia est irrita, & si aliquis tunc scandalizatur,non est scandalũ Christianorum,sed Pharisæorum: neque tenetur eam seruare in occulto, siue in publico coram sapientibus, quibus sententiæ nullitas nota est,ita dicit Petr.de Palud.in lib.4.sent.dist.10.q.1.art.3.

Item non videtur timenda ratione peccati,quia pro-
4 pter communionem excommunicati † magis peccat excommunicatus non vitando alios, quàm econtra, per text.in c.illud.de cler.excom.minor. sed ipse sic nulliter excommunicatus, cum aliis communicando non peccat,ergo neque alij communionem ipsius non vitantes,hoc est argumẽtum ex eodem Nauarr. desumptum in d.c.cùm contingat. remed.2.n.28.de rescript. & pro hoc allegatur casus in c.dilectus.in fi. de appellat. i-
5 mo satis peccarent,qui sic nulliter † excommunicatum vitarent,quia iniuriam illi facerent, vitando eum, in quibus vitatio esset illi præiudicialis, vt per Innoc. & cæteros Doct.in c.solet.de sent.excom.li.6.

6 Item nulliter excommunicatus † non videtur censuras vitare debere ratione sacramentorum, quibus se immiscere nõ debet durante tali excommunicatione, quia & si verum sit,quod iste excommunicatus sciens, & prudens malè faciant ea percipiendo: nihilominus potest dari casus, in quo non semper malefaciat, vt probat Nauarr.in c.considerat.§.cautus.n.30.vers.neque
7 videtur.de pœnit.dist.5. item ipsa sacramenta † etiam à iustè excommunicato facta tenent,vt professio,c.cùm illorum.de sent.excom.item matrimonium c.significasti.de eo qui dux.in matrim. itẽ eucharistia per excõmunicatum consecrata est verum sacramentum,arg.c.de homicidio.de consecrat.miss.& c.intra ecclesiam.1.q.1. & omnes Theologi scribentes in 4.lib.sent.dist.13. de quibus per Nauarr. vbi supra allegatum; ergo tanto magis nulliter excommunicatus, poterit se sacramentis immiscere, citra peccatum, sedato scandalo. Hæc sunt in Summa quæ pro hac parte adducuntur.

CAP. XVI.

Quis sit iudex competens in cognoscendo de nullitatibus censurarum.

SVMMARIA.

1 *Iudex competens quis sit super validitate excommunicationis.*
2 *Excommunicatio cuius auctoritate feratur.*
3 *Excommunicationem non esse inuentum gentilium.*
4 *Iudices laici non habent aliquam cognitionem super spiritualibus.*
5 *Papa potest dare facultatem laicis ferendi excommunicationem.*
6 *Iudex laicus non cognoscit de exceptione excommunicationis coram se opposita, & n.18.*
7 *Et qui teneant posse incidenter cognoscere.*
8 *Iudex laicus cognoscit de exceptione excommunicationis per modum quæstionis facti.*
9 *Iudex laicus quando cognoscit de iuramento in quæstione facti.*
10 *Iudex laicus cognoscit de facto solo nihil iuris habente mixtum in spiritualibus.*
11 *Quæstio facti est æquiparata quæstioni iuris municipalis.*
12 *Iudex laicus nullo modo ius dicit inter clericos.*
13 *Iudex debet scire qualitates litigantium.*
14 *Iurisdictionis qualitas debet inprimis cognosci.*
15 *Brachio implorato super excommunicatione laicus non cognoscit de illius viribus.*
16 *Executor merus exequitur sententiam etiam iniustam.*
17 *Iudex laicus non cognoscit de nullitate sententiæ ecclesiastici.*
19 *Excommunicatus non potest cognoscere de nullitate suæ excommunicationis.*
20 *Excommunicatus debet parere, & timere.*
21 *Excommunicatus interim debet se pro excommunicato gerere.*
22 *Iustitia sententiæ præsumitur in dubio.*
23 *Sententia facit de albo nigrum, & de indebito debitum.*
24 *Obedientia est de lege iurisdictionis.*
25 *Principes laici non permittunt subditos cognoscere de nullitatibus sententiarum.*
26 *Subditus non potest cognoscere de præcepto superioris.*

PRo resolutione istius quæstionis videndum est, quis debeat † iudicari an sit excommunicatio valida & pro fundamento firmandum est, merè spiritualem excommunicationem † esse.quia fertur auctoritate Domini nostri Iesu Christi,& est ipsius inuentum, Matthęi c.18.amen dico vobis,quæcunque ligaueritis super terram,erunt ligata,& in cælo.& ibi gl.exponit vinculo anathematis, & D.Paul.2.ad Thessal.cap.3.scribit, si quis non obedierit verbo nostro per epistolam,hunc notate, & ne commisceamini cum illo, vt confundatur,&c.Christus igitur dedit Apostolis hanc excõmunicandi facultatem, vt dicit Io.Chrysostomus, & habetur in c.nemo contemnat.11.qu.3. & D.August. super Ioannem,& habetur in c.quodcunque 24.q.1. propterea valde decipiuntur isti defensores iurisdictionis laicorum,putantes excommunicationem † fuisse inuentum gentilium,Couar.in li.1.var.resolut.c.18.n.5.& in c.alma mater.§.1.n.10.in fi.de sent.excomm.li.6.& Tiraqu. de retract.lignag.§.1.gl.9.nu.267. hæc enim opinio sæpius fuit in sacris conciliis reprobata. 1 2 3

Ex his infertur nullos seculares,neque aliqua quantumuis maxima auctoritate præditos, neq; merè subditos, aliquod super ipsis censuris iudicium aut cognitionem † habere posse,quia super spiritualibus quacunque carent facultate,cap.bene quidem.dist.96.cap.2.& c.quanto.de iudiciis. c.si iudex laicus.de sent.excomm.lib.6. Cald.in cons.9.sub tit.de iudiciis.sed vt clarius pateat, declaremus hoc negotium per articulos. 4

Primus articulus est: Potestas secularis nihil facultatis habet de excommunicatione disponendi, multo minus ferendi ipsam excõmunicationẽ, quia, vt probatũ est,merè spiritualis est, cuius non est capax secularis potestas. Posset † tamen summus Pontifex hanc ferè excommunicationis facultatem laicis impertiri, vt dicit Præposit. in §.verum.per illum textum, dist.10. 5

vbi

vbi excommunicandi potestas fuit commissa fœminę, *c. Menna 2. q. 5. c. clericum nullus 11. qu. 3. vbi gloss. in ver. seculare. allegat c. illud 11. q. 3. gloss. in c. decernimus, ver. præsument. de iudic.* & ibi Hostiens. Ioan. Andr. Ant. de Butr. & alij. Bald. *in l. rescripta. C. de precib. imper. offerend.* Ioann. Fab. *in auth. statuimus. C. de episcop. & cleric.* Archidiac. *in c. ab arbitris. de offic. deleg. lib. 6.* Delegatio Episcopi facta laico de excommunicatione ferenda, non sufficit, Præposit. *in d. c. bene quidem. num. 2. dist. 96.*

Secundus articulus est, si contingeret excommuni-
6 cationis † exceptionem coram iudice laico opponi, an ipse possit de prædicta excommunicatione cognoscere. Prima opinio, & quidem verior secularem non posse de illa cognoscere, Bald. *in l. quoniam, nu. 6. C. de iudic. & ibi* Castr. *num. 7.* Salyc. *n. 2.* cùm igitur opponi contigerit, ad ecclesiasticum iudicem est remittenda, imò etiam si à principio id non fuisset oppositum, Gulielm. de Cuneo *in l. placet, nu. 10. C. de sacros. eccles.* Geminian. *in c. si quis, num. 19. de except. lib. 6.* Abb. *in c. pastoralis. nu. 12. de except.* Paul. de Castr. *in consil. 12. vol. 1.* quia articulus incidens merè ecclesiasticus remittitur cognoscendus ad iudicem ecclesiasticum, *c. tuam. de ordin. cognit. cap. lator. qui fil. sint legit.* & ita dicit in tribunalibus obseruari, Franch. *in decis. 512.* In causis spiritualibus etiam incidenter pertractatis laicus nullatenus se intromittit absque summi Pontificis licentia, *c. decernimus. c. quanto. de iudic. & d. c. lator. & c. causam quæ. qui fil. sint legit.* gloss. *in d. c. si iudex laicus. ver. spirituali. de sent. excom. li. 6. auth. cassa. auth. statuimus. C. de episc. & cleric.* Vantius *in tractatu de nullitatibus, in titulo de nullitate. ex defectu iurisdictionis. num. 54. & seq.*

Altera opinio est glossæ *in l. 1. C. de iur. & fact. igno-*
7 *rant.* secularem iudicem † posse de exceptione excommunicationis coram ipso opposita incidenter cognoscere, quam glossam Ias. dicit singularem *in l. 2. C. de sacros. eccles.* & commendat Bald. *in c. intelleximus. de iudic. & in c. cùm contingat. col. 10. de dol. & contumac.* & in Additionibus ad Specul. *in tit. de competentis iudicis aditione, in fin.* Pro qua opinione est textus *in c. postulasti. de homicid.* vbi excommunicatio fuit opposita coram Rege, & sic coram iudice seculari, quem textum ad hoc notat ibi Ioan. Andr. *in 1. not.* & idē tenet Geminian. *c. 1. §. 2. col. 5. de except. li. 6.* Bald. *in l. fin. col. 1. C. si à non compet. iudic. fuer. appellat.* Hæc opinio innititur alteri, quæ vult, iudicem laicum de spiritualibus causis, coram se incidenter oppositis, cognoscere posse, quam sequitur Bald. *in l. 2. C. de Carbon. edict. & in auth. ei qui iurat. n. 26. vers. tu coniunge. C. de bon. auctorit. iudic. possidend.* quem sequuti sunt Butrius *in c. cùm sit generale. de foro compet.* Roman. *in consil. 173. col. 1. vers. præmissis.* Crauett. *in consi. 258.* & hanc opinionem probat Menoch. *de retinendæ possess. remed. 3. n. 356.* & Dec. *in c. quanto. n. 28. vers. tertio fallit. de iudic.* & Guid. Pap. *decis. 138.*

8 Sed ista opinio † intelligi debet, per modum quæstionis facti, non autem iuris, vt dicit Bart. *in l. Titia. ff. solut. matrim. & in l. 2. ff. de iurisdict. om. iudic. & in l. omni inuocatione. C. de sacros. eccles. & in l. quoties. C. de iudic.* Vt si coram seculari iudice negaretur matrimoniū fuisse cōtractū de pręsenti, pars vult hoc factū probare, admitti debet, secus si iuris quæstio incideret, vt si consanguinitatis impedimentū allegaretur, Bald. *in l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.* Item si statutum annullaret cōtractus sine certa solemnitate fa-
9 ctos, tunc iudex laicus † cognoscit de iuramento super illo contractu interposito, vbi cùm deficiant solemnitates, non dicitur de iuramento constare, neque tunc cognoscit de viribus, & substantia iuramenti, sed tantum de facto, an de eo constet, vel non, ita consuluit Hieronym. Gabriel. *in consi. 3. & consi. 4. & consi. 13.* Māntos. *in additionib. ad* Roman. *in consi. 12.* Roland. *consi. 59. vol. 1.* & scripsi suprà *in parte 2. c. 12.*

Quod autem de facto solo, † nihil iuris habente 10
mixtum cum spiritualibus coram iudice laico incidenter tractari possit, tenent etiam Gemin. *in c. si quis col. 2. vers. istud credo verum. de except.* Capyc. *decis. 7. n. 2.* Ferret. *cautela 53.* Crauett. *consi. 153. nu. 2. & consi. 258. nu. 1.* Abb. *in c. post miserabilem. de vsuris, & in c. cum sit generale, vbi etiam* Felyn. *col. 3. de foro compet.* Ripa *in c. 2. nu. 17. de iudiciis.* Afflict. *decis. 219.* Roland. *in consi. 12. n. 24. vol. 2.* Vantius *in tit. de nullitat. ex defectu iurisdictionis n. 54. in fin. vers. quamuis si esset quæstio non iuris.* Petra sancta *singular. 96. & singular. 58.* vbi in hoc æquiparat † quæstionem facti, & quæstionem iu- 11
ris municipalis, & ista est communis opinio, vt per Couar. *in epitom. de sponsalib. c. 8. §. 12. n. 3.* Turzan. *in commun. opinion. 90.* Villalob. *in comm. opinion. ver. Iudex laicus n. 107. & seq.* Sed hoc intelligitur inter laicos, quia si inter clericos agendum esset, etiam si de facto ageretur, secularis † iudex nullo modo est com- 12
petens, qui in clericos nullatenus ius dicit, *auth. statuimus C. de episcop. & cleric.* Roland. *in d. consi. 12. n. 38.* Abb. *in cap. si diligenti colum. fin. de foro competent.* vbi quod iudex laicus nullo modo, neque principaliter, neque incidenter est competens contra clericum.

Et quando hæc opinio esset vera, si excommunicationis exceptio coram laico opponeretur, non vtique de ipsa cognoscere dicitur an sit valida, sed de facto potest se de ipsa informare, ad sciendum qualitates † 13
litigantium coram se, & si à iudicio repelli debeant. Permissum quando non potest expediri sine prohibito, tunc trahit ad se prohibitum, Cyn. *in l. quoties C. de iudiciis.* ergo iudex secularis de facto, & extra iudicialiter se informare potest, de quo summariè informans cognoscit an sua sit iurisdictio, Specul. *in titu. de reconuentione §. nunc dicamus n. 22.* & sicut si fundatur iurisdictio † super qualitate, debet summariè de illa quali- 14
tate cognoscere, vt iudicetur an sua sit, Abb. *in c. cum sit generale nu. 14. vers. Goffredus. de foro competent.* Ita è contra.

Tertius articulus est, cum impertitur brachium à iudice † laico super excommunicatione publicanda, & 15
tunc laicus non potest cognoscere de iniustitia, neque de nullitate excommunicationis, primum quidem probatur arg. *cap. pastoralis, §. quia vero. de offic. delegat.* qui singulariter habet, executorem † debere exequi 16
sententiam, etiam quam sciuerit iniustam, & dicit Nauarr. *in d. c. cum contingat. in 1. remed. num. 6. & plur. seq.* secularem iudicem non posse de iustitia, vel iniustitia cuiuscunque ecclesiasticæ sententiæ iuris ordine seruato latæ, cognoscere. Neque nullitate excommunicationis iudicare: quia vt probatum est, merè spiritualis existit, ideo nihil commune habet cum iurisdictione laicorum, & quod implorati super impertitione brachij in crimine merè ecclesiastico nihil possint cognoscere, sed tantum exequi, latè scripsi supra in *parte 1. c. 51. art. 1.*

Non obstat gloss. *in d. c. pastoralis §. quia vero. de offic. delegat.* vbi qui non cognoscit † de iniustitia, potest de 17
sententiarum ecclesiasticarum nullitate cognoscere, quam extollunt scribentes pro iurisdictione laicorum, Immol. *ibi num. 4.* Abb. *colu. 2.* & esse communiter receptam, Felyn. *in cap. de cætero. colum. 1. de iudic.*

Primo, quia illa gloss. loquitur de iudice ordinario ec-
clesiastico coram quo petebatur executio sententiæ
iudicis delegati etiam ecclesiastici, & vterque erat ca-
pax istius iurisdictionis, ideo non valet argumentum
ad laicos, qui sunt illius incapaces. Secundo dicit posse
de nullitate cognoscere, quando causatur ex defectu
iurisdictionis, & falsarum literarum, sed nos præsup-
ponimus contrarium, ideo Abb. *in c. dudum, in secun-
do. n. 21. de electione.* dicit, etiam confessionem factã ei,
qui absoluẽdi carebat potestate, esse nullam, & quam-
primum notitia habita fuerit, debet reiterari, quia vbi
nulla est in spiritualibus iurisdictio, actus censetur fa-
ctus, velut laico. Tertio non possunt Principes laici,
neque eorum iudices de nullitate ecclesiasticæ senten-
tiæ cognoscere, ne eis aperiatur via de omnibus ec-
clesiasticis negotiis sub prætextu nullitatis iudicare, i-
ta probat Antonius Corduben. *in lib. 4. quæstionum
Theologicarum, q. 10.* Theodosius Imperator fuit à suo
Ordinario Episcopo excommunicatus, nec de viribus
illius sententiæ ausus fuit iudicare, & ideo peracta pœ-
nitentia, procurauit absolutionem, vt legitur in eius
vita. Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 25. c. 3. de re-*
18 *formatione*, dicit: Nefas autem sit cuilibet † magistratui
prohibere ecclesiastico iudici, ne quem excommuni-
cet, aut mandare, vt latam excommunicationem re-
uocet, sub prætextu quod contenta in præsenti decre-
to non fuerint obseruata, cùm non ad seculares, sed ad
ecclesiasticos cognitio pertineat. Sed probatum est su-
pra excommunicationem latam contra formam Cõ-
cilij esse nullam, & tamen Concilium præcipit cogni-
tionem non pertinere ad laicos, si contenta in decre-
to non fuerint obseruata, id est si ipsa excommunica-
tio fuerit nulla, & inualida.

19 Quartus articulus est: Nulli laico † priuato fas est
cognoscere de nullitate suę excommunicationis. Quia
si daretur cuilibet facultas discernendi an excommu-
nicatio valida esset, vel ne, magna confusio & schisma
oriretur in ecclesia Dei, prout habetur ex doctrina D.
Gregorij *in homilia* 26. tractans illud Ioann *c. 20. quo-*
20 *rum remiseritis peccata, &c.* Propterea † ecclesia præci-
pit, vt talis sententiam timeat, & remedia iuris quærat
atque interim pareat, Soto *de Iust. & iur. lib. 5. q. 7. art.
4. prope finem.* & ideo probatum est supra *in c. 14. n. 7.*
quod sententia, quæ est ipso iure irrita, est valida quo-
ad hoc, vt excommunicatus existat. Item quia si quis
habet dubium an sit excommunicatio valida, interim
21 † debet se pro excommunicato gerere, & ab ecclesia-
sticis sacramentis abstinere, vt est diffinitum *in c. illud.
§. licet. de cleric. excommunicat. ministrant.* & tenet Ho-
stiens. *in summa, in tit. de sent. excomm. §. qualiter profe-
ratur, ver. vnde in dubio.* quia hæc est via tutior, quæ re-
spectu animarum est eligenda, *c. iuuenis. de sponsalib. c.
significasti. in 2. de homicid. c. penult. & c. ad audientiam.*
propterea existens in dubitatione absolutionis, debet
potius iudicare absolutionem non valere, Socin. *in c.
perpendendum. n. 227. de sent. excomm. & in c. venerabi-
lis. eo. tit.* ergo propter dubitationem, quam habet, nõ
debet ipse iudicare excommunicationem non valere.
22 Item quia in dubio præsumitur † pro iustitia senten-
tiæ, Roman. *in l. sciendum. ff. de verb. oblig. & ibi* Alex.
n. 22. Specul. *in tit. de sententiis. §. vt autem. nu. 11.* Ant.
de Butr. *in c. bonæ. n. 42. de elect.* Federic. de Sen. *in consi.*
144. Qui ergo succubuit, nimis sibi arrogaret, si de vi-
ribus sententiæ cognoscere vellet; sunt enim prodita
23 iuris remedia. Interim ipsa sententia † facit de albo
nigrum, & de indebito debitum, ad effectum, vt ei pa-
rendum sit, *l. Iulianus. ff. de condict. indebit.* & sententiæ
iniuriam facit, qui eum reuelare satagit, *l. nemo clericus.*
in prin. C. de summa trinit. Item obedientia † est de le- 24
ge iurisdictionis, *c. conquerente. de offi. ordinar.* Ioan. de
Immol. *in cap. quod super his. in vltim. not. de maior. & o-
bed.* & ideo Principes † laici non permittunt subditos 25
suos cognoscere de nullitatibus sententiarum tempo-
ralium, præsertim ne detur occasio seditionum, & re-
bellionum, quanto magis hæc ratio procedit in sentẽ-
tia excommunicationis lata ab eo, qui ligandi, & sol-
uendi à Deo habuit potestatem, & in eum qui propter
salutem animæ suæ magis credere debet se esse excõ-
municatum, & absolutionem petere, quàm arrogan-
ter de inualiditate sententiæ disputare. Item quod
subditus † non possit de sui superioris præcepto co- 26
gnoscere, est fundatũ super iure diuino, super illo Lu-
cæ *c. 10. qui vos audit, me audit.* vt probat D. Basilius *in
libro monasticarum constitutionum, cap. 22.* vbi ait, quod
dixit Christus discipulis, intelligendum est de omni-
bus subditis respectu superioris, & D. Hieronym. in e-
pistola ad Rusticum dicit, Præpositum timeas vt Do-
minum, diligas, vt parentem, credas salutare quicquid
ille præcipit, nec de maiorum sententia iudices, cuius
est obedire, & implere quæ iussa sunt, D. Thom. *in 1.
secundæ q. 13. art. 5. ad 3.* super eo dubio, an superiori sit
obediendum in impossibilibus, hoc ideo dici, ait, quia
an aliquid sit possibile subditus non debet suo iudicio
definire, sed in vnoquoque iudicio superioris stare, D.
Bernard. post multa satis apta ad huius articuli pro-
bationem, relata ab Alexandro Anglo *in summa, quã
appellat destructorum vitiorum parte 6. c. 59. per totum,*
præsertim sub *n. 5. vers. sed enim.* Porro ait, imperfecti
cordis, & infirmæ prorsus voluntatis indicium est, sta-
tuta seniorum studiosius discutere, horrere ad singu-
la, quę iniunguntur, exigere de quibuslibet rationem,
& malè suspicari de omni præcepto, cuius causa latue-
rit, nec vnquam libenter obedire.

Ex his clarè patet, eos duntaxat iudices de iniustitia
& nullitate sententiæ excommunicationis cognosce-
re posse, qui iurisdictionem habent in spiritualibus,
coram quibus, vel querelæ remedium, vel appellatio
vel simul vtrumque exerceri potest.

CAP. XVII.

Non licere à sententia excommunicationis à Papa latæ appellari ad futurum concilium.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatio lata à Papa an differat ab excommunicatione lata à delegato ipsius.*
2 *Papa neminem habet superiorem.*
3 *Papa interpretatur, & tollit statuta conciliorum.*
4 *Papæ sententiæ est standum, etiamsi contradicat ecclesia.*
5 *Conciliorum confirmatio semper rogatur à summis Pontificibus.*
6 *Appellatio non permittitur à sententia Papæ ad concilium.*
7 *Concilium Constantiense non diffiniuisse auctoritatem concilij supra Papam.*
8 *Concilium Constantiense non fuit generaliter confirmatum à Martino V.*
9 *Appellantes ad concilium à sententiis Pontificis sunt excommunicati.*
10 *De hæresi suspecti debent interrogari an credant Papam esse supra concilium.*

Non

1 NOn desunt adhuc multi pertinaces, qui asserunt differentiam inter excommunicationem † latam à Papa, & à Delegato ipsius, quia ab hoc habetur recursus ad Papam, sed si ab ipso censuræ fuissent fulminatæ ad Concilium generale, etiam futurum appellandum iri, & recursum habendum, prout inter nostrates Roman. *in consi.521.* firmare & persuadere conatus est.

Quæ opinio etsi iure certo sit reprobata, quia Pa-
2 pa † neminem habet superiorem, *c.nemo c.cuncta per mundum 9.qu.3.* & quod Papa sit maior concilio est etiam diffinitiuum, *c.sicut.distinctione* 14.*& c.quodcunq; 24.quæst.1.* & ideo statuta conciliorum interpretatur,
3 & † tollit, *d.cap.sicut, c.nec licuit c.statutum.de electione lib.6.c.statuta.de rescri.lib.6.clem. ne Romani §.sanè de elect.c.constitutionem cap.statutum de sentent. excomm.* gloss.*in c.in istis verb.indicent.distinctione* 4. Doct.*in c.significasti de electione.* vbi dicit Ioann. Andr. *in ver.*
4 *robur.* quod Papæ † sententiæ est standum, etiamsi contradicat ecclesiæ, vel concilio, *c.in istis. distinctione* 5. Catald. de Boncompagnis *de potestate Papæ n.79.* Cardinal. Iacobatius *in tractatu de conciliis libro sexto.*
5 declarat per plures articulos, & ideo confirmatio † conciliorum semper petitur à summis Pontificibus, vt per Gelasium Papam super Concilio Chalcedonensi, & per Pelagium Papam *in 2. epistola decretalium*, & Marcellum *in epistola decretalium ad Episcopū Antiochiæ, & in Concilio Chalcedonen. Act.c.3.* Item Nicolaus primus apud Gratianum, *in c.si Romanorum di-*
6 *stinctio.* 19. ergo à sententia † Papæ non appellatur ad Concilium, quia cum Papæ auctoritate conciliorum statuta roborentur, *c.concilia distinct.17.* & potest illa resoluere, & absoluere, quod malè concilium iudicauit, est enim super omne concilium, & super omne statutum, *d.c.significasti.de electione.* & ipse est, qui superiorem non habet, *c.licet.eo.tit.* & ipse solus potest de nihilo aliquid facere, & de aliquo aliud, *c.reuera de consecr.distinct.2.* & not.gl.*in c.veniens.de transactionibus.* & propterea summum Pontificem absoluere esse supra concilium, probat Cardinalis Bellarminus *in lib.2.de conciliorum auctoritate, c.17.*

Nihilominus nouissimis temporibus, etiam per sacrosanctum concilium Tridentinum fuit hoc negotium diffinitiuum, vbi *sess.25.* inscribitur de fine concilij, & confirmatione petenda à S.D.N. & propterea confirmatio concilij fuit facta à Pio IV. vt in eius Bulla edita post finem concilij.

7 Nec est verum, quod in concilio † Constantiensi *sess.24.* fuisset diffinitum contrarium. Nimirum concilium generale à Christo habere immediatam potestatem, cui omnes obedire tenentur, etiamsi Papalis dignitatis existat: quia vt bene respondet sapientissimus hæreticorum propugnator Cardinalis Bellarminus *in d.lib.2.cap.19.prope finem.* ideo non simpliciter, & absolutè fuisse in concilio definitum, sed schismatis dūtaxat tempore, cum quis verus Papa esse ignoraretur, ad quem definiendum Concilij sententię standum est. Nec generaliter fuit hoc concilium à Martino †
8 Papa V. confirmatum, qui declarauit, se illius fidei decreta tantum confirmare, & quæ conciliariter facta erant: Cum igitur summus Pontifex canonicè electus est, an debeat Concilij determinationibus obedire, eo decreto non finitur, hinc colligitur id pro sedando schismate fuisse statutum. Propterea Pius Papa II. in Concilio Mantuano à Papæ sententiis ad Concilium
9 appellantem † excommunicauit, easdem censuras fulminauit Iulius Secundus, velut attestatur summa Syluestrina *in verbo, excommunicatio, in septimo numer.93.* Et successiuis temporibus, omnes summi Pontifices pro tempore, eandem ferunt excommunicationem *in Bulla, Cœnæ Domini,* contra appellantes à Papa ad futurum concilium. Imo Martinus V. cum eiusdem Concilij Constantiensis voto sanciuit, vt omnes, & quicūque de hæresi † suspecti interrogentur, an credāt summum Pontificem supremam in ecclesia habere pote- 10
statem, hinc supponitur, dicentem Papam non habere illam supremam in ecclesia potestatem, esse hæreticum prout sic fuit diffinitiuum per Bonifacium Papam octauum *in extrauagante, Vnam sanctam.* Quam cum habeat, dubitandum vlterius non est quin ex eiusdem Concilij Constantiensis resolutionibus, Papam esse supra Concilium, probatum sit.

CAP. XVIII.

Excommunicationem nulliter latam esse timendam, & resoluuntur rationes Nauarri relatæ superius.

SVMMARIA.

1 *Excommunicationem nulliter latam esse timendam.*
2 *Excommunicatus nulliter à Papa non debet sacramentis se immiscere.*
3 *Excommunicatio siue iusta, siue iniusta inducit iustum timorem.*
4 *Obediendum semper esse superioribus sine contradictione.*
5 *Excommunicationis sententia ab hæretico lata non est timenda.*
6 *Excommunicatio lata pendente appellatione non valet.*
7 *Excommunicatio continens intolerabilem errorem nulla, si tria concurrunt, & n.11.*
8 *Excommunicatus nulliter debet se pro excommunicato gerere, ad euitandum scandalum, & n.10.*
9 *Excommunicatio ferri non potest in exemptos.*
12 *Excommunicatio lata à Papa in quibus differat ab ea quæ lata est à delegato Papæ.*
13 *Scandalum qui dat proximo peccat mortaliter.*

NVnc igitur affirmatiuè concludendum, excommunicationem, quantumuis † nulliter latam esse 1
timendam, quod etiam auctoritatibus Pontificiis, & sanctorum Patrum comprobatur, Innoc.*in c.inquisitioni.in fi.de sent.excom.* ait; si Papa præcipit laico, qui nec ratione rei, nec iurisdictionis subditus est, excommunicationem esse nullam ipso iure, vt si diceret, præcipio tibi, vt pallium tuum des Sempronio, sub pœna excommunicationis ipso iure, ipsoque facto incurrēdæ, subdit Inno. excommunicationem autem semper obseruet, quia cū in sua potestate sit ecclesia militans & ad eius mandatum debeant sacramenta ministrari, ideo nullus † contra eius mandatum, debet se immi- 2
nere, idem tenet Ioan. Andr. *ibi nu.5.* & Diuus Antoninus *in tract.de excommunicatione.cap.73.nu.9.& seq.* dictum Innoc. pro notabili allegat Abb.*in cap. quæ in Ecclesiarum col.fin.vers.item limito constitut. & ibi* Felyn.*col.11.in fi.* Idem Felyn.*in c.1.circa prin. de fid.instr. & in c.ita quorundam in fin.de Iudæis, & c.quando in gl.* *sua supersederi col.2.in fi.de rescri.* quos refert, & sequitur Pet. Alb. *de potestate Pontificia, §. diuini numinis nu.6.* Gugliel. Mainer. *in reg.nemo potest n.157.de reg.iur.*

Item fuit diffinitum in Concilio Sardicensi, *in c.1.* & positum fuit *in cap. 4. 11. quæst. 3.* Cuius ista sunt verba

verba: Si quis Episcopus fortè iracundus, quod esse nō debet, citò & asperè commoueatur aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem, & ideo habet potestatem is, qui abiectus est, vt Episcopos finitimos interpellet, & causa eius audiatur, ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti, & ille Episcopus, qui aut iustè, aut iniustè eum abiecit, patiēter accipiat, vt negotium discutiatur, vt vel probetur sententia eius à plurimis, vel emendetur. Tamen prius quàm omnia fideliter, & diligenter examinentur, eum, qui fuerit à communione separatus, ante cognitionem, nullus alius debet præsumere, vt communioni societ.

Item Diuus Gregorius *in homilia* 26. in euangelia dicit hęc verba. Vtrum iustè, an iniustè obliget pastor, pastoris tamen sententia, gregi timenda est, ne is, qui subest, & qui iniustè forsitan ligatur, ipsam obligationis suę sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absoluere indiscretè timeat, vel ligare. Is autē qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniustè, ne pastoris sui iudicium temerè reprehendat, ne, & si iniustè ligatus est, ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia, culpa quæ non erat fiat. Et clarius, atque diffusius ponuntur *in c. non solum §. cum ergo* 11. *q.* 5. & hanc opinionem probat summa Syluestrina *in verb. excommunicatio, in secundo nu.* 1. *in fi. & num.* 2. & dixit Rota *in decis.* 10. *nu.* 20. *vers. ego vero. de sentent. excommunic. in*
3 *nouis.* quod excommunicatio ✝ siue iusta, siue iniusta, inducere debet iustum timorem, licet opinio communis sit, quod excommunicatio iniusta tantum inducat iustum timorem, etiam qui cadit in constantem virum, Roman. *in consi.* 369. Anton. de Butr. *in c. olim, in tertio, in fine de restit. spoliator.* Ab. *in c. cum dilectus, n.* 6. *vers. ex his. De his, quæ vi, metusquè causa facta sunt.* Milus *in repertorio in ver. Metus iustus.* & de communi attestatur Couar. *in lib.* 4. *decretal. in* 2. *part. c.* 3. §. 4. *nu.* 12. & notoria iniustitia æquiparatur nullitati, Afflict. *decis.* 39. *n.* 5. Verall. *decis.* 248. *part.* 2. Rota *decis.* 644. *in prin. part.* 1. *diuersorum.*

Huc pertinent omnia, quæ dicta sunt *in cap. præcedenti, in art.* 4. vbi si nulli laico fas est examinare excommunicationem in se latam, sed obedire tenetur; ergo quantumuis fuisset nulliter lata, timenda est, nam
4 cum obedientia, ✝ & contradictio, siue temeraria reprehensio sint inuicem contraria, vno posito, alterum corruit, & ex ipsa tumidæ reprehēsionis superbia, culpa, quæ non erat, facta est, vt ait D. Greg. *in d. homilia* 26. Ideo sanctus Cæsarius Arelatensis, *in homilia* 8. *ad Monachos monasterij Liriensis*, quicquid, ait, à senioribus fuerit imperatum, accipe, tanquam de cœlo, sicut, de ore Dei prolatum, nihil reprehendas, nihil discutias, in nullo pœnitus murmurare præsumas, totū iustum, totum sanctum & vtile iudica, quicquid à Prelato videris imperari. Sanctus Cassianus *in* 4. *libro de institutis renuntiantium, c.* 41. hæc verba dicit: verum & hoc præ omnibus excole, vt stultum te secundum Apostoli sententiam facias in hoc mundo, vt sis sapiens, nihil scilicet discernens, nihil diiudicās ex his, quę tibi fuerint imperata. Gregorius Magnus *in* 1. *lib. Regum*, inquit, vera obedientia, nec Præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit, quia qui omne vitæ suæ iudicium maiori subdit, in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur operatur, nescit enim iudicare, quisquis perfectè didicerit obedire. Et certè si subditis fas esset de præceptorum superiorum nullitatibus iudicare, tota politia, & Christiana respublica rueret.

Non obstant quæ ex Nauarro, & aliis inducta sunt supra *in c.* 15.

Non obstat *c. cui est illata* 11. *qu.* 3. nam ideo ibi non est timenda ✝ sententia, quia ab hæretico data erat, vt 5
post Hug. probant ibi Gemin. Archidiac. & Cardin. Turrecrem. Non enim qui sunt extra ecclesiam vel nullam habent iurisdictionem in ecclesia, possunt alios ab ecclesia repellere.

Non obstat *c. non debet. ead. caus. & quæst.* Quia nihil dicit de non timenda excommunicatione, & poterat esse, quod passus sententiam non canonicam, quo vsque per superiorem reformetur, interim obedire debeat, ergo non probat ad quod allegatur, & Cardinal. Turrecrem. ibi in fine intelligit illum tex. quod sententia iniusta, non liget apud Deum, ligat tamen apud ecclesiam militantem, quousque absoluatur, & de iniustitia constet.

Non obstant quæ allegantur ex Hug. Gloss. Geminian. & Cardinal. *in c.* 1. 11. *quæst.* 3. & ex Archidiacon. *in c. nemo. ead. caus. & quæst.* & ex Hostiens. *in summa.* Quia omnes casus nullitatis excōmunicationis, quos recensent, ad duo capita referuntur, nimirum ad nullitatem ob defectum iurisdictionis ipsius excommunicatoris, & ex eo quia sententia continet intolerabilem errorem, exemplum datur de primo, vt si excommunicatio lata sit post appellationem interpositam, quo casu, iudex caret iurisdictione, & est expresse dispositum, excommunicationem, ✝ pendente appella- 6
tione latam, nullius esse roboris, *c. ad præsentiam. de appellationib. & ibi* Franch. *& in c. sæpe ver. rata num.* 3. *& in c. peruenit in* 3. *not. de appell. & in cap. solet. de sent. excomm. lib.* 6. Rota *decis.* 20. *de appella. in nouis.* Item est expressè dispositum, quod excommunicatus appellatione interposita in actibus extraiudicialibus admittatur velut non excommunicatus, *d. c. solet. de sent. excomm. lib.* 6. Secundum vero debet intelligi tribus ✝ 7
concurrentibus, primo quod sit error intolerabilis, secundo quod sit manifestus, nec indigeat aliqua probatione, tertio quod sit expressus in sententia, vnde Ab. *in c. per tuas nu.* 11. *de sent. excom.* dat exemplum, vt si excommunicatur infans quia stuprauit virginem, tunc sententia est nulla, quia ista tria continet, & sumus in intolerabili manifesto, sed si error non est manifestus non pertinet ad excommunicatum de illo iudicare, vt probat Soto *de iust. & iure lib.* 5. *qu.* 7. *art.* 4. propè finē, & ibi concludit, quod si error non sit propatulus, reus excommunicationis debet illam timere, nec de illo iudicare, & Abb. *in d. c. per tuas nu.* 11. dicit: Aut error non fuit expressus in sententia, sed aliunde constat de ipsius iniustitia, vt puta excommunicauit Titium, quia spoliauit Sempronium, & notoriè constat quod iste non spoliauit, sed alius, & tunc concludendum est, quod sententia excommunicationis teneat, & hoc vt magis timeatur, inde concludit, illum textum, requirere errorem patentem, & expressum, aliàs semper timenda est.

D. Thom. & Petrus Paludanus ex aduerso allegati, præsupponunt terminos habiles, nimirum nullitatem excommunicationis in casibus declaratis, & dicunt quod ipse excommunicatus ✝ timere non debet 8
in seipso, neque in priuato se pro excommunicato gerere, sed tamen in publico debet excommunicationem seruare, ad euitandum scandalum quousque rationabiliter sedatum fuerit.

Tertium exemplum ponit gloss. *in d. c.* 11. *quæst.* 3. cum pro indebitis exactionibus aliquis excommunicatur, allegat *c. cum ad quorundam. de excess. prælat.* Sed hoc exemplum reducitur ad defectum iurisdictionis, nam

nam vt glo. *in d. c. cum ad quorundam. in ver. non tene-*
9 *re.* declarat, illi erant exempti † à iuriſdictione Epiſco-
porum, & immediatè ſubditi Papæ, & temerarium
fuit in illos iuriſdictionem exercere, & excommuni-
care, vt ibidem etiam probat Bart. Brixienſ. & Alan.
propterea Papa declarat excommunicationem nullã,
ſed ille tex. non probat, quod antequam illa declara-
tio facta eſſet, excommunicatio timenda non erat.

Sanctus Antoninus, qui ex aduerſo allegatur, dicit
totum contrarium, *in 3. parte ſummæ tit. 24. cap. 73.* ait
in fine. Dicit etiam Petrus de Palude in quarto: quod
quando ſapientibus notum eſt ſententiam eſſe nullã,
quamuis apud vulgus neſciatur, poteſt homo non ſer-
uare illam in occulto, ſed in publico debet illam ſer-
10 uare, quouſque ſcandalum † rationabiliter ſedauerit.
Vel ſi aliquis publicè excommunicatur, & publicè
denuntiatur, ita ex aduerſo ipſe publicet cauſam qua-
re non valeat, puta appellationem, vel aliam, quo fa-
cto, amplius non eſt ſcandalum puſillorum, ſed phari-
ſæorum. Quæ verba D. Antonini à nobis firmaliter
adducta ſunt, vt oſtendatur, primo quod excommu-
nicatio etiam nulla ſeruanda eſt in publico ad euitan-
dum ſcandalum, ſecundo quia dat exemplum de ex-
communicatione poſt appellationem interpoſitam
lata, & diximus rationem quare ſit nulla, & cum di-
ctam nullitatem ſolum ſapientes ſcire poſsint, ideo
D. Antoninus ſubdit, ſed in publico reſpectu ignorã-
tium illam ſeruare debet ad euitandum ſcandalum.

Quæ ex aduerſo allegantur ex Abbate *in dict. c. per*
tuas nu. 11. etiam parum accuratè poſita ſunt, nam Ab.
vbi ſententia intolerabilem, & manifeſtum exprimit
11 errorem loquitur, ſed vbi manifeſtus non eſt, † pro
excommunicato ſe gerere debere ait, & *in c. cum vene-*
rabilis. notat quod ſententia nulla non eget abſolu-
tione, ſed nihil dicit an interim debeat ſe pro excom-
municato gerere, pro vt declarauerat *in d. c. per tuas.*

Cætera capitula ex aduerſo allegata nil probant, &
à nobis adducta ſunt, vt accuratius vidiſſe cognoſca-
tur.

12 Nec eſt verum non eſſe diſcrimen inter excommu-
nicationem latam à Papa, & à Delegato ipſius, quia
cum à delegato excommunicationis ſententia nulli-
ter lata eſt, poteſt reus in priuato ſe pro excommuni-
cato non gerere, ſed in publico, quouſque ſcandalum
ſedatum non fuerit, ſeruare debet; At ſi à Papa fulmi-
nata fuerit, etiam ſi nulliter, debet & in occulto ſer-
uari, quia Innoc. *in d. c. inquiſitioni. in fin. de ſent. excom.*
omnino prohibet ſe ſacramentis immiſcere.

Non obſtat quod non ſit timenda ratione peccati,
quia excommunicatio quamuis nulla ſeruanda eſt in
publico ad euitandum ſcandalum, vt firmarunt om-
nes ſacri Theologi, & Canoniſtę, etiam ex aduerſo al-
13 legati, ſed mortaliter peccat, † qui proximo dat ſcan-
dalum, vt probat ſumma Sylueſtrina *in verb. ſcanda-*
lum num. 2. ergo licet non peccet ratione excommu-
nicationis non ſeruatæ, tamen peccat ratione ſcandali
dati.

Eodem modo reſpondetur ad alterum, quia etiam
ſi excommunicatus conficiat ſacramenta, tamen malè
facit ſe immiſcendo ſacramentis, cum det ſcandalum,
& peccet mortaliter: At cum ſcandalum ſedatum fue-
rit, nihil controuerſiæ ponendum eſt.

CAP. XIX.

De Abſolutione à cenſuris, & à quo Iudice danda ſit.

SVMMARIA.

1 *Abſolutio ab excommunicatione quotuplex ſit, & cur ſemper obſeruanda.*
2 *An ſit danda parte non citata.*
3 *Abſolutio ad cautelam an & quando concedenda, & quo iure petatur.*
4 *Sacerdos an poßit abſoluere ab excommunicatione maiori lata à canone.*
5 *In articulo mortis poteſt abſoluere ab omni cenſurarum genere & quam cautionem exigere debet.*
6 *Abſolutus in articulo mortis, quid debeat facere.*
7 *Excommunicatio eſt meri imperij.*
8 *Abſolutio ab excommunicatione eſt meri imperij.*
9 *Abſolutionem ab excommunicatione maiori quis dat, & quis à minori.*
10 *Sacerdotes quam poteſtatem recipiunt, dum conſecrantur.*
11 *Sacerdotes nõ audiunt confeßiones ſine nouo examine.*
12 *Sacerdotes in Hiſpania habent facultatem abſoluendi ab excommunicatione maiori ad inſtantiam partis latæ.*
13 *Abſolutio debet dari ab eo, qui excommunicauit.*
14 *Epiſcopus quamlibet excommunicationem abſoluit, niſi reſeruatam.*
15 *Abſoluit ab excommunicatione incurſa extra ſuum Epiſcopatum.*
16 *Abſolutio etiam ab intruſo data valet.*
17 *Acta in præiudicium eccleſiæ ab intruſo non valent.*
18 *Archiepiſcopus abſoluit, ſi epiſcopus negligens in abſoluendo.*
19 *Abſolutio quando facillimè debet concedi.*
20 *Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in diœceſanis Epiſcopi.*
21 *Abſolutio ab excommunicatione an poßit dari procuratori.*
21 *Abſolutio à iuramento poteſt dari abſenti, & per nuntium.*
22 *Abſolutio ab excommunicatione poteſt concedi per partem.*
23 *An requirat præſentiam excommunicati.*
24 *Poteſt pro altero peti, ab eo cuius intereſt.*
25 *Abſolutio an poßit dari excommunicato poſt mortem.*
26 *Abſolutio ab excommunicatione data Heudoxiæ poſt eius mortem.*
27 *Indulgentiæ an proſint mortuis.*
28 *Papa num poßit abſoluere exiſtentes in purgatorio.*
29 *Abſolutio ab excommunicatione quomodo probetur.*
30 *Abſolutionem petens an fateatur ſe excommunicatum.*
31 *Excommunicatio debet probari certißimis argumentis.*
32 *Excommunicatio præſumptiuè probatur per petitionem.*

ABſolutio eſt † duplex, altera iudicialis, ſiue ordinaria, altera extraiudicialis, ſiue extraordinaria, quæ ad cautelã ſolet appellari, prima valet, etiã parte non vocata, quia ſicut paſtoris ſententia ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt, *c. 11. q. 3.* & ſcripſi, in præcedenti capite, ita & abſolutio, cũ par ſit poteſtas ligandi, & ſoluendi, *de pœnit. diſt. 1. cap. ver. & c. venerabilibus & ibi gloſſ. in §. vbi autem. de ſent. excomm. lib. 6.* Abb. *in c. quafronte. de appell.* Sed tutius eſt citare † partem, quæ poteſt intereſſe prætendere, quia fortè excommunicatio fulminata eſt propter manifeſtã offenſam, *c. ex parte. de verb. ſignific.* Bald. *in l. ſi pacto quo pœnam C. de pact.*

pro

pro quo allegatur glo. in c.excommunicatos 11. quæſt.1.
3 Abſolutio † ad cautelam eſt valdè extraordinaria, &
multum præiudicialis, quia in ea non recipitur iura-
mentum, nec cautio præſtatur, nec ſatisfactio impedi-
tur, & ideo cum maiori difficultate datur, quam ſim-
plex abſolutio, prout notatur in c.ſolet & c.venerabili-
bus.de ſent.excomm.li.6. Quo caſu petitur abſolutio ab
iniuſta excommunicatione per condictionem capitu-
li; cum contingat.de offi.delegat. vel ex decretali.ſacro de
ſent.excom. Vel agitur officio iudicis, Hoſtien.in d.c.
cum contingat. vnde ab excommunicatione, quæ dici-
tur iniuſtè lata, ſi non opponatur, & probetur mani-
feſta offenſa, abſoluetur cum cautione iuratoria dè
ſtando iuri, & ſatisfaciendo expenſis, quando apparue-
rit iuſtè excommunicatus, d.c.cum contingat.de offi.de-
leg. & hoc fit quanto citius propter periculum com-
munionis, ſiue læſionis iuſtitiæ, d.c.ſolet & d.c.venera-
bilibus.& c.veniens.de teſtib. & c.ad apoſtolicæ.de cleric.
excom.miniſtr.& c.ad audientiam de appellationib. Se-
cus eſt in generali interdicto in quo ceſſat tantum pe-
riculum, cum interim celebretur ianuis clauſis, Rota
deciſ.9.de ſent.excom.in nouis.

Nunc videamus qui poſsint abſoluere, & primum
4 an ſacerdos † ab excommunicatione maiori à canone
lata, pro negatiua tex.in clem.1.de priuileg. & in extra-
uag.1.§.obſeruent.eod.titul. Sed iſta iura loquuntur de
religioſis, qui non poſſunt abſoluere à ſententiis ſta-
tutorum ſynodalium, ſed in foro interiori ſacerdotes
poſſunt ab excommunicatione maiore à iure lata ab-
ſoluere, quod probat tex.in c.nuper §.in ſecunda de ſen-
ten.excomm.& ibi Innoc.& Hoſtienſ. D. Thom.in 4.
lib.ſentent.diſtinctione 18.quæſt.2.art.3. & eſt commu-
nis opinio, vt per Maiorin.ibi, Couar. in c. alma ma-
ter.in 1.parte relect.§.12.num.5. Nauarr.in manual.cap.
27.num.39. Dominic.Soto in 4.lib.ſentent.diſtinctio-
ne 22. quæſt. 2. artic.3. vbi loquitur de excommunica-
tione lata à canone, vel concilio, Petr. de Palud.in 4.
lib.ſentent.diſtinct.18.quæſt.1. artic.1. Et in communi-
catione lata per conſtitutiones Epiſcoporum, & alio-
rum quorumcunque poteſtatem habentium cenſu-
ras inferendi, dummodo abſolutio non ſit reſeruata,
Henric. Boteus in tractatu de ſynodo Epiſcoporum, in 3.
parte artic.5.num.1. Petr. Duenas in regula 252. Archi-
diacon.in ſumma diſtinct. 17.in fine, & ibi Geminian.
& Præpoſitus, Collector.in c.grauem.de præbend. Si li-
gatus eſt cenſuris contentis in Bulla Cœnæ Domini. in
5 mortis articulo ſacerdos † poteſt abſoluere, quod fa-
cit in omni cenſurarum genere, gloſſ.in cap.paſtoralis
ver. præterquam.de offi. ordinar. ſed debet ſufficientem
cautionem exigere de parendo mandatis ſanctæ Ro-
manæ eccleſiæ, ſi ſuperuixerit, quam primum com-
modè poterit, ſub pœna reincidentiæ in eaſdem cen-
ſuras, c.eos qui.de ſent. excomm.lib. 6. ſufficiens cautio
eſt, aut pignoratitia cum ſecuritate pignorum de ſa-
tisfaciendo, aut fideiuſſoria, aut denique iuratoria, ſi
abſoluendus ſit omnino pauper, gl. in c. veſtra.de don.
inter vir.& vxor.& in c.Odoardus.de ſolut.& vide Ray-
mundum in ſumma tractatu 13. in fine. & Gaetanum
in ſua ſumma, & alios ſummiſtas, gloſſam in dict.c.ex
parte.de verb.ſignifi. D. Antonin.in 3.parte tit.24.c.77.
Si excommunicatio non ſit certa, & contumacia, vel
offenſa dubia, ſufficit dari cautionem iuratoriam, vt
dicunt Doc. etiam ſi poſsit dari fideiuſſoria. Eſt demũ
ſciendum quod in articulo mortis conſtitutus, à quo-
6 cunque caſu excommunicationis abſoluatur, † ſi ſu-
peruixerit, neceſſe eſt adire ſuperiorem illum, à quo
aliàs de iure fuerat abſoluendus, vt elicitur ex d. c.eos
qui.de ſentent.excomm. libro 6. & ex extrauagante Be-
nedicti Papæ II. quæ incipit, Inter cunctos. & quidem
non pro abſolutione debet accedere, ſed vt pareat
eius mandato, acceptando pœnitentiam, aut huiuſ-
modi.

In foro exteriori ſacerdos non poteſt abſoluere,
quia excommunicatio † eſt meri imperij, Innocent. 7
in c.tranſmiſſam in fine de elect.& ibi Cardinal.quæſt.7.
Abb.col.final. Cardin.in c.quo ad ſedem quæſt.12.& in
c.paſtoralis in 3.not.de offic. ordinar. & in repetitione c.
perpendimus col.17.verſ.circa hoc.de ſent.excomm. Ber-
tach.in tractatu de epiſcop.part.1.lib.4.quæſt.11. Abb.
in d.c.quo ad ſedem, col.final. & in c.cum contigat.col.5.
verſ.& nota eod.tit. Vbi dicit excommunicationem
aliquando non eſſe meri imperij, ſcilicet quando fer-
tur ad inſtantiam partis, Purpurat.in l.imperium num.
136.ff.de iuriſd.om. iudic. Ita etiam abſolutio † ab ex- 8
communicatione eſt meri imperij, Purpurat.in l.iu-
bere cauere col.4.verſ.ampliatur tertio ff. de iuriſd.omn.
iud. Henricus Botteus in tractatu de ſynodo Epiſcopi,
parte 3.art.5.num.6. Sed parrochus non habet merum
imperium; ergo non poteſt abſoluere ab excommu-
nicatione, & quod abſolutio ab † excommunicatione 9
maiori ſit reſeruata ſolis Epiſcopis, tenet glo. in verb.
reſeruantur in c.2.de pœnitent.& remiſſ.lib.6. Affirmo
tamen Parrochum poſſe abſoluere ab excommunica-
tione minori; Epiſcopum vero à maiori, d.c.nuper.vbi
omnes Doct.de ſent.excomm. Summa Syluestrina alios
allegans, in ver.abſolutio, in primo, num.3. Couar.in c.
alma mater in 1.part.§.12.num.6. Soto in 4.lib.ſentent.
diſtinctione 22.quæſt.2.artic.3. Nam & presbyteri † in 10
ſui ordinatione accipiunt poteſtatem abſoluendi à
peccatis, ſaltem in habitu, Hoſtien.in ſumma de pœni-
tent §.3. Abb.in clem.1.de priuileg. Collectar.in cap.
omnis ver. proprium quæſt. 12. de pœnitent. & remiſſ. &
eſt communis opinio, de qua atteſtatur Aufrer. in ad-
ditionibus ad Capell. Tholoſan.in deciſ.121. Nauarr.
in c.placuit num.25.de pœnit.diſtinct.6. Vbi quod illa
habitualis, & inefficax facultas reducitur ad actualem,
& efficacem per legitimam ſubiectionem pœniten-
tis, gl.magna in c.ſi quem.de ſent. excom. verſ.cum vero
à canone infligitur excommunicatio minor. dicit per
ſimplicem ſacerdotem poſſe abſolui, & ſine iuramen-
to, vel aliquo mandato, eamque probat Nauar. in d.c.
placuit num.25.& in Manuali cap.27.num.39. Et hoc
intelligitur de ſacerdote, qui per examen receperit
approbationem ab Epiſcopo, ex diſpoſitione ſacro-
ſancti concilij Tridentini ſeſſ.23.c.15. per quem tex. ita
tenet Franciſc. à Victoria in ſua ſumma titulo de con-
feſsis q.150.& Antonius de Corduba in tractatu de ca-
ſos de conſcien.quæſt.10.& 16. Vbi quod hodie per diſ-
poſitionem dicti Concilij Tridentini, ſacerdos, † vel 11
licentiarius in Theologia non poteſt audire confeſ-
ſiones, vel prædicare abſque licentia ordinarij, & abſ-
que nouo examine, quamuis in perſonis habilibus &
alias rigoroſo examine approbatis nõ requiratur no-
uum examen. Idem eſt in excommunicatione maiori,
ſi ſacerdotes † à Papa hanc habeant facultatem, vt eſt 12
in Hiſpania, vigore Bullæ Cruciatæ, ſacerdotes poſ-
ſunt abſoluere ab excommunicatione maiori ad in-
ſtantiam partis latæ, nimirum ipſa parte conſentien-
te, quia hoc eſt iuriſdictionis, Nauarr.in manuali c.27.
n.14. quam non habent presbyteri, & ita conſuluit Io.
Guttieres in noua ſua allegatione.

Regulariter igitur abſolutio † debet dari ab eo, qui 13
excommunicationem tulit, quia ligandi, & ſoluendi
vnita eſt facultas, Matthæi c.18. aut eius ſucceſſore, cap.
ſi Epiſcopus 11.quæſt.3. Aut etiam delegato, c.paſtoralis
§. prætereà.de offic. delegat. præter quam in caſibus re-
latis

latis à Nauarr. *in manual. dict. cap.27. num.40.* Hanc
14 soluendi facultatem habet quilibet Episcopus † in sua dioecesi, ergo potest excommunicatum absoluere, qui in censuras ipso facto incurrit contra prohibitionem Papæ, nisi Papa absolutionem sibi reseruasset, gloss. *in c.sciant cuncti in ver. sententia de elect. lib.6.* Et si Papa reseruauit sibi, post eius mortē reseruatio expirat; ergo prælatus post mortem reseruatis potest absoluere: secus si reseruasset sedi apostolicæ, tunc enim à successore absolui deberet. Cardi. *in clem.1. n.5. de probation.* In dubio præsumitur reseruasse sibi, quia reseruatio est personalis, Archidia. *in c.præsenti, de offi. legat. lib.6.* per illum tex. Addo quod potest absoluere à qualibet
15 excommunicatione † incursa à iure extra suum episcopatum, & parochiam, secundum Federi. de Sen. *in consi.16.* Abb. *in c.graue, col.3. de præbend.* Nauarr. *in manual. c.27. nu.39. in fi.* quod est verum etiam in vicario, vt à quacunque excommunicatione à iure lata, nulli tamen reseruata possit absolutionem concedere, *c.nuper. §. in secunda, de sent. excomm.* Abb. *in d.c.graue, nu.13. de præbend.* Nauarr. *in d. nu.39.* Couar. *in d.c.alma mater. in 2. part. relect. c.12. n.4.* & vide Innocent. *in c.2. de solut.* glo. *in clem.1. §. verum verbo excommunicationis sententia, vers. sed quid si tempus, de hæretic.* & est cōmunis opinio, vt per Nauarr. *in manual. d.c.27. nu.162.* Fallit in casu *c.1. de raptoribus.* vt dixi supra. Et valet i-
16 sta absolutio, † etiam si ab intruso data foret, propter fidem sacramenti, glo. *in c.dudum. in 2. de election. ver. deceptæ.* Francis. Marc. *decis.948. num.5. part.1. c.nona 8. q.4.* Sed hoc est verum quando toleratur, & habet auctoritatem sui superioris in foro contentioso; sed in foro animæ, ex quo subditi credebant illum esse prælatum, tenet absolutio, etiam si non habet superioris auctoritatem, vt per Abb. ibid. & *in d.c.dudum, de ele-
17 ction.* Nisi essent gesta † in præiudicium ecclesiæ, quia non teneret, Francis. Marc. *decis.1184. nu.3. part.1. in l. Barbarius* habebat auctoritatem superioris, alias secus, *c.veritatis. in fi. de dolo, & contum.* Crescent. *decis.1. de offi. ordinar.*

18 Interdum Episcopus † est negligens in absolutione concedenda, & tunc absoluendi potestas deuoluitur statim ad Archiepiscopum, Abb. *in c.si quis contra clericum de foro compet. vers. Aggredior nunc materiam extrinsecam.* Felyn. *in c.pastoralis, nu.6. de offic. ordinar.* propter periculum animæ, quod posset mora absolu-
19 tionis † afferre, in qua concedenda faciliores deberent esse Episcopi, quando post censuras sic affecti efficerentur incorrigibiles, Abb. *in c.clericos, in 3. nu.5. de cohabit. cleric. & mulier.* Felyn. *in c.nouit, ante num.14. vbi alios congerit, de iudic.* Cum de amittendo iure propter negligentiam tractatur, debet interpellari qui amittere debet; ergo Archiepiscopus debet mandare Episcopo, vt aliquam causam expediat, Felyn. *in d.c.pastoralis nu.6.* quod potest facere quilibet superior mandando suo subdito, vt infra certum terminum causam expediat, *c.nullus, de iure patronat.* Capyc. *in inuestit. feud.
20 ver. magistratuum creatio.* Archiepiscopus † habet in dioecesanis Episcopi iurisdictionem in potentia, propter dictam negligentiam reducitur ad actum; & absoluendo illos, vtitur proprio suo iure: propter honestatem non debet ante interpellationem absoluere, ne videatur alienæ iurisdictionis cupidus, & si ante interpellationem absoluet, cautionem recipere debet ab excommunicato, de parendo mandatis excommunicatoris, nisi excommunicatio fuerit notoriè iniusta, vt dixi. Sed in Romana Curia nunquam absolutio datur ab Auditoribus Rotæ de excommunicatione in partibus lata, nisi constiterit de nullitate sentētiæ excommunicationis, Put. *decis.46. part.1.*

Sed an absolutio † possit dari procuratori? Archidia. 21
in c.cum aliquis 12. q.2. & Bald. *in c.Imperatoris, de iuram. calum. & in Auth. interdicimus. C. de episc. & cleric.* dicunt, quod licet petitio absolutionis possit fieri per procuratorem, tamen executio absolutionis requirit præsentiam domini, cum requirat manus impositionem, *c.venerabilem, de elect.* Non est sic in absolutione
† à iuramento quæ potest dari absenti, & per nūtium, 22
l.Labeo, vbi gl. ff. de iureiur. vbi Bartol. & Ias. Item Felyn. *in c.administrationis, nu.30. de iureiur.* Et quando debeat, & possit absolutio à iuramento cōcedi copiose scribit Neuizan. *in consi.22.* & an de ea cognoscat iudex laicus, & quando absque absolutione à iuramento iudex laicus cognoscere possit de tota causa, vide Anton. Gagliard. *in tract. de absolutione à iuramento.* Gemin. *in c.eos de sent. excom. lib.6.* dicit quod absolutio
† ab excommunicatione potest peti per procuratorē 23
in foro iudiciali, *l.2. C. de his qui ve. ætat. impetrar.* Vbi etiam quod potest absenti remitti à parte ad cuius instantiam excommunicatio lata est, quia regula est, quilibet, ad cuius fauorem iuramentum est prēstitum, habet vim apostolici in remittendo illud, *c.1. vbi Doct. de iureiur.* & vide Ias. *in dict. l. Labeo, num.2.* Hæc autem partis remissio non est propriè absolutio, sed operatur, vt quilibet sacerdos possit postea absoluere; ergo in foro pœnitentiali præsentia excommunicati requiritur. Ex quibus concordantur Doctorum opiniones dicētium absolutionem posse fieri absenti per procuratorem, sicut excommunicatio potest fieri cōtra absentes, de quo per Fran. Marc. *in decis.622. part.*
2. non enim à pari procedunt, cum in absolutione † ab 24
excommunicatione requiratur præsentia excommunicati, nisi subesset causa necessitatis, Inno. *in cap. cùm non desideres, de sent. excomm. & ibi Hostiens. & c.quando 2. qu.5.* licet iuramentum hodie præstari possit per procuratorem ad id habentem speciale mandatum, *c. fi. de iuram. calum. lib.6.* Rota *decis.36. de procurator. in nouis.* Mandatum generale cum clausulis quantumuis prægnantibus non sufficeret, nisi haberet in absolu-
tione † petēdā, vt canonicus pro altero canonico, quia 25
interest capituli, & omnium canonicorum alterum ex eis non diffamari. Inno. *in c.Romana, num.3. de sent. excom. li.6.*

Huic similis est altera quæstio: num absolutio † pos- 26
sit dari excommunicato post mortem? Respōdeo, aut erat excommunicatus notoriè, vt in eo, qui publicè percussit clericū, qui vitandus est, absq; aliqua alia denunciatione per constitutionem concilij Cōstantiensis, & Basiliensis, quam adducit summa Syluestrina *in ver. excommunicatio, in quinto.* Aut erat excommunicatus occultè, & tunc si cum eo communicamus in vita possumus etiā & in morte: in vtroq; casu, si ante mortē aliqua contritionis signa apparuerint, poterit mortuus absolui, Syluestrina *in ver. absolutio, in primo, nu.8.* Nauarr. *in manual. c.26. nu.32.* Absolutio autem post mortē vel à Papa dari debet, vel ab eo solo Episcopo, à quo defunctus quando viuebat, absoluendus erat. Si pœnitens in casu necessitatis cōfessus fuerit laico, obtinet absolutionem, non quia laicus hanc habeat facultatem, sed quia præsumitur contritus, & ideo præsumitur dignus venia propter contritionem, & deuotionem, ex quo fecit quantum potuit, *c.quem pœnitet. de pœnit. dist.1.* Abb. *in c.à nobis, n.10. de sent. excomm.* Si sepultus fuerit in loco sacro, non est extrahendus, vt flagelletur, quia sufficit flagellare sepulchrum, & valet absolutio ad eum in loco sacro sepeliendum, aut à loco sacro non extrahendum, & pro eo publicè orari

potest, pro quo vide Episcopum Scalen. *in tract. de censuris ecclesiasticis, tit. de excommunicatione c.44. fol.* 141. vbi dat formam, & modum absoluendi excommunicatum mortuum super sepulturam, & dicit effectũ prædictæ absolutionis. Pro quo notandum est illud
26 exemplum de virtute absolutionis † post mortem latæ per Innocentium Papam primum in Heudoxiam Imperatricem, ex quo eius persuasione sanctus Episcopus Ioannes Chrysostomus ab Arcadio Imperatore relegatus fuerat, & cũ in excommunicatione Heudoxia mortua esset, & sepulta, intremuit eius sepulchrum, donec Papa excommunicationem remiserit: qua relaxata, cessauit sepulchri tremor, vt scribit Episcopus Scalen. *in d.c.44. in fine.* Contrarium videbatur dicendum, quia Petro data est potestas super terram, non sub terra, vnde mortuis non prosunt indulgen-
27 tiæ † directè, quia non extenduntur ad non subditos, *c. quod autem, de pœnitent. & remiss.* possunt tamen indirectè prodesse per modum suffragij, sicut orationes, & alia pia opera viuentium, *c. animæ defunctorum 13. qu.* 2. quia orando pro mortuis expressè, flectitur ipse Deus ad eis miserendum, sed non sunt ipsi mortui in iudicio prælatorum, nec possunt pœnitere, & subdit Riccardus, quod si Papa diceret in indulgentiis pro se, & parentibus suis mortuis, vel aliis mortuis, adhuc non prodesset eis, nisi per modum suffragij, & hanc partem firmat Iacob. Zocc. *in repetit. c. omnis vtriusque de pœnit. & remiss.* dicẽs se ita cõsuluisse in Catalonia. Sed Inno. in hoc pũcto aliter scribit *in d.c. quod autẽ. in fi. de pœnit. & remiss.* dicẽs, si Papa exprimit, quod viui etiam possint consequi pro defunctis, & ipsorum nomine, non est dubitandum quin valeat, & sequitur ibi Ioan. Andr. & Anton. de Butr. dicentes Theologos id etiam tenere. Et quod non occurrit ratio, cur Ecclesia non possit communicare thesaurum mortuis, sicut viuis, & remittitur Anton. ad notata per seipsum *in c. à nobis in 2. de sent. excomm.* hancque partem tenet etiam August. de Anton. ordin. Heremitarum *in tract. de potestate ecclesi. quæst. 30. arti. 3.* & sequitur Sanctus Antoninus *in 2. parte tertiæ partis summæ suæ, in rubric. de Pontificibus.* & respondet ad illa verba, super terram, dupliciter, vno modo, quòd referantur ad absoluentem, & sit sensus, quæcunque tu existens super terra, non enim ligat mortuos, sed viuos, alio modo super terra absolutos, id est existentes super terra, quia cum purgandi sint in terra, & circa terram, dici possunt super terra, quia non in cœlo, hanc partem etiam tenet summa Pisana *in ver. Indulgentia, & in ver. vtrũ vnus possit alteri.* & sanctus Antoninus in d. loco, referens ita tenere D. Thom. & Riccard. *in 4. lib. sentent.* Sed vt dixi Riccardus hoc tenet per modum suffragij, cum Innocen. etiam tenet Cardinalis, *in dict. cap. quod autem, & in clem. 1. §. adhæc quæst. 13. de pœnit. & remiss.* Idem etiam tenet Astesa *in li. 5. tit. 39. artic. vlt.* Et ibi refert Bonauentur. *in* 4. dicens hæc verba, si Papa hoc potest, quare non absoluit omnes existentes in
28 purgatorio, † maximè cum sit talibus compatiendum, & respondet, si Deus per seipsum non miseretur eis, & semper vult timeri iustitiam, multo minus minister eius id facere debet. Quare dispensatio thesauri ecclesiæ facienda est discretè, & cum moderamine, & nisi id fiat, non acceptatur à Deo, & spiritualia bona nec dispensari possunt, vel distribui contra Dei voluntatem, de qua conclusione latissimè per Felyn. *in tract. de indulgentia.*

29 Denique videndum de probationibus † circa absolutionem, & in primis sciendum est, ipsam probari per literas absoluentis, aut alio modo legitimo, *c. sicut nobis. de sent. excomm. & ibi Abb. & Felyn.* qui consuluit pro cautela in absolutione debere adesse testes, Fran. Marc. *in decis. 860. part. 2.* Rota *decis. 11. de sent. excomm. in antiq.* Sed pro ea probanda, credo sufficere etiam vnicum testem, Gabriel. *in titulo de testib. conclus. 1. num. 17.* Felyn. *in c. veniens col. final. de accusationib.* Et verò qui absoluit, soli credendum est, quia in concernentibus officium proprium vnicuique creditur, etiam Nuntio, Barto. *in l. 1. §. cura carnis Digest. de offic. præfect. vrb. & in l. magis puto §. ne tamen, ff. de reb. eorum. & in extrauag. ad reprimendum in ver. per Nuntium.* Tiraquell. *de retract. consanguinit. §. 1. glos. 9. num. 11.*

An qui petit absolutionem † ab excommunicatio- 30
ne, dicatur confiteri se censuris affectum, ita tenet gl. *in c. venerabilem. ver. postulauit. & ibi Host. de elect.* Bartol. *in d. l. decem de verb. obligat.* Innoc. *in c. per tuas de sentent. excommunicat.* Spec. *in tit. de probationib. §. videndum. vers. sed nunquid probatur.* Milus *in repertorio in ver. excommunicatio probatur.* priuatio præsupponit habitum, *d. l. decem, & c. ad dissoluendum de desponsat. impuber.* venia præsupponit culpam, *l. si ideo C. de his quib. vt indign. c. verum. distinct. 8. c. veniam. distinct. 15.* In contrarium est veritas, nam si quis petierit absolutionem à censuris non potest repelli à iudiciis, quia non probatur excommunicatus, *c. pia de exceptionibus* 31
lib. 6. excommunicationem certissimis † debere probari argumentis asserit, & quod per petitionem absolutionis non probetur excommunicatus dixit Rota *in decis. 11. de sent. excomm. in antiquis. & decis. 5. de exceptionib. in antiq. & decis. 8. de sent. excommun. in nouis.* Bisignett. *decis. 2. de probationib.* Archidiac. *in d. c. pia §. 1. & ibi Franch. & in c. testimonium colum. 5. vers. quarta conclusio de testib.* Specul. *in tit. de probationibus, §. final. vers. sed nunquid. gl. in c. sacrum ver. compellatur in fi. de sent. excomm.* Dec. *in consi. 321. n. 7.* Ias. *in l. decem nu. 51. vers. vltimo pro ista parte. ff. de verb. obligat.* & est communis opinio, de qua per Mascard. *conclus. 700. n. 1. & seq.* Nisi dicatur, quod per petitionem † absolutionis 32
præsumptiuè probetur excommunicatio, & hæc probatió leuis sufficit in his, quæ modici sunt præiudicij, secus in his, quæ maximi, vel iudicialiter. idem est autem extraiudicialiter absolutionem petere, quod ad cautelam. Farinac. *in lib. 1. quæst. criminal. cap. 6. nu. 26. vers. pro concordia,* & dixi superius *in c. de appellation. à censuris.*

CAP. XXIV.

De Interdicti ecclesiastici origine, & causis.

SVMMARIA.

1. *Interdicti vsus in ecclesia ostenditur à tempore D. Augustini.*
2. *Interdicti definitio quæ sit.*
3. *Interdicti localis monumenta à quo tempore reperiantur in ecclesia.*
4. *Interdicti vsus propter quam causam fuerit introductus in ecclesia.*
5. *Interdicta quæ regna fuerint, & quanto tempore durauerit interdictum.*
6. *Populi quanto tempore soliti sint tolerare interdictum.*
7. *Interdicto vti debent prælati ecclesiæ aduersus temporalem potentiam.*

Nunc

1 NVnc videndum de interdicto,† cuius origo antiquissima est. Nam & D. August. meminit *in epistola* 185. de qua habetur *in c. minor 17. q. 4. in vers. oblatio verò domus tuæ à clericis ne suscipiatur indixi, communionémque tibi interdico, donec peracta pro ausibus, vel errore à me definita tibi pœnitentia, & tempore ordinato pro hoc facto, corde contrito, & humiliato, dignum offeras sacrificium.* Hoc interdictũ, de quo Sãctus Augustinus loquitur, personale est, sed est species generaliter sumpti, sic enim diffinitur,† est suspensio à diuinorum officiorum, sacramentorumque actiua, & passiua celebratione respectu alicuius loci, vel personarum facta, ecclesiastica etiam prohibens sepultura, vt per Couar. *in c. alma mater. in 2. part. relection. §. 1. num. 2.* Et ad probationem generis, sufficit constare de vna
2

3 specie, vt probant logici. Localis autem interdicti † monumenta habemus ab Alexandro Papa III. circa annum 1170. nam & *in c. non est vobis. de sponsalib.* Idem Pontifex regnum interdicto supposuit, ex quo Angliæ Rex nurus, quas vi detinebat, propriis filiis, qui lites cum Rege patre habebant admonitus non restituerat. Item Innoc. Papa III. circa annum 1200. permisit interdictis prædicari verbum Dei, & chrismate vngi. Item Gregorius Papa IX. circa annum 1230. ministris Ecclesiæ, semel in hebdomada non pulsatis cãpanis, ianuisque clausis, atque excommunicatis & interdictis exclusis, celebrare permisit, vt habetur *in c. permittimus. de sent. excomm.* Item Innoc. IV. circa annum 1245. tempore generalis interdicti concessit pœnitentiam, & viaticum morientibus. Item Bonifacius VIII. circa annum 1300. permisit etiam sanos ad pœnitentiam admitti interdicti tempore, & diuina officia sub certa forma semper celebrari, de quo *in cap. alma mater. de sent. excomm. li. 6.* Hinc patet interdicti originem antiquissimam esse in ecclesia Dei.

4 Causa autem generalis † cur interdicti vsus fuerit introductus, est ad conseruandam iurisdictionem, & auctoritatem ecclesiasticam, ita dicit Soto *in 4. lib. sent. dist. 22. quæst. 3. arti. 1.* & sunt iura expressa, *c. vbi periculum. §. ciuitas de election. lib. 6. c. fœlicis de pœnis eod. lib. clem. si quis suadente de pœnis c. quærenti. de verb. signifi. cum similibus.* Regnum † Poloniæ sub Gregorio
5
VII. ad triennium fuit interdictum propter conseruationem auctoritatis ecclesiasticæ, Poloni religionis deuotissimi patienter sustulerunt, Vrbini longiori tempore perdurauit, & ita pariter obseruatum, vt post illius relaxationem, ad sacrificiorum frequentiam populum sæpius exhortari opus fuit. Gregorius XI. attestatur in Regno Siciliæ ad septuaginta annos durasse interdictum. Honorius III. Regnum Lusitanæ interdicto supposuit, ex quo Rex Alphonsus III. quasdam leges contra ecclesiæ libertatem condidit, quas postea reuocauit, & vtiliores cõcorditer cum clericis statuit, quas postea Papa confirmauit, ex eisdem causis Iulius II. Venetias interdicto supposuit, vt autem absoluerentur, anno 1510. iureiurando solemni Deo pro ecclesia promiserunt, se nunquam vlterius immunitatem ecclesiasticam esse violaturos, & cum non obseruassent citra multos annos, tandem S. D. N. Paulus V. post plurimas monitiones hoc anno 1606. excommunicauit eosdem, atq; eorum statum interdicto supposuit. Quare interdictum inuentum est remedium pro ecclesiasticæ auctoritatis defensione, vtique populi sacris priuati excommunicatos eiiciant, ita Soto attestatur *in 4. lib. sentent. distinct. 22. qu. 3. arti. 1.* populos
6 † per tres dies patienter expectare solitos, post latum interdictum, quibus elapsis excommunicatos eiicere solitos esse: certè laudabilis consuetudo. Hæc autem causa generaliter sumpta omnes illos comprehendit casus, in quibus ecclesiæ iurisdictio conturbatur, de quibus in toto hoc volumine pertractamus. Nam cum ecclesiæ † Prælati aduersus temporalem potentiam non valeant insurgere, ecclesia decreuit, & in 7
Concilio Lugdunensi dispositum fuit, vt ad arma spiritualia recurrant, atque vtantur, *cap. dilecto. de sent. excomm. lib. 6.* excommunicationibus videlicet, & interdicto.

CAP. XXI.

De pœnis Ecclesiasticorum non obseruantium interdictum.

SVMMARIA.

1 *Interdicta ecclesiastica cum magna tarditate fulminanda.*
2 *Episcopi non obseruantes interdictum an sint ipso iure priuati.*
3 *Episcopi tenentur ex debito officij præcipere statuentibus contra ecclesiam, vt illa cassent.*
4 *Sententia iudicialis non requiritur contra priuatos ipsos iure.*
5 *Dictio, eo ipso, idem importat quod* ipso iure.
6 *Dictio,* in continenti, *quid significet.*
7 *Comminatio sub diuini iudicij interminatione quid importet.*
8 *Sententia super priuatione dignitatis quomodo requiratur.*
9 *Episcopi iurant defendere ecclesiasticam libertatem.*
10 *Sententia declaratoria priuationis quando requiratur.*
11 *Episcopi obedientes prius Principi sunt eiiciendi ab ecclesia.*
12 *Sententia declaratoria non requiritur, quando nulla competit defensio.*
13 *Citatio non requiritur cum nulla competit defensio, præfertur fauore reipublicæ.*
14 *Pœna exasperari debet ad exemplum aliorum.*
15 *Papa habet omnem potestatem in beneficialibus.*
16 *Papa potest deponere Episcopum sine causa.*
17 *Papa in quibus casibus processit ad priuationem sine citatione.*
18 *Interdicti scientia quomodo probetur.*

SI interdicta † non obseruentur, ecclesiastica potestas multo magis contemnitur: Ideo in eorum promulgatione plus Catone cunctandum est, interim super obseruantia sæpissime pertractandum & cum religionum generalibus, & cum cæteris ecclesiæ prælatis. Nam parum est iura condere, nisi sint qui tueantur, *c. vbi periculum, §. præterea in prin. de election. lib. 6. c. vnic. §. & quoniam. de statu regul.* atque remedia, quæ locis, & temporibus conueniant consideranda. Sed quia non desunt ecclesiastici, qui canonicas sanctiones excedere solent, & æquitatis normam ausu temerario violare, nec non remedia, quæ pro defensione Ecclesiasticæ auctoritatis, cuius sunt participes, inuenta sunt in venenum conuertere, interdicta non obseruando, ideo videndum est, qua sint pœna afficiendi, qui in hoc enormissimum scelus inciderint. 1

Et restringẽdo materiã videamus an episcopi † non 2

obseruantes interdictum sint ipso iure priuati: & pro parte affirmatiua sunt iura expressa, *c.Teugualdum* 11. *qu.3.* vbi Nicolaus Papa hanc definiuit sententiam in Episcopos qui sententiam excommunicationis à Papa emissam violauerunt, iudicauit omni sacerdotio, & officio manere penitus alienos sancti spiritus iudicio, & Beati Petri per nos auctoritate, Episcopatus exutos regimine consistere definientes, dixit igitur exutos esse, non exuit, non de nouo priuauit. Item *c.fi.de excess. prælatorum.*

Quod multo magis dicendum est, si summus Pontifex statum aliquem interdicto supposuerit, atque omnibus Episcopis illius status, & cæteris in Ecclesiastica dignitate constitutis mandauerit, vt vel habita tãtum notitia interdictum publicent, atque obseruent, sub pœna priuationis eo ipso incurrenda: Nisi enim fecerint, priuati sunt, *d.c.Teugualdum, & d.c.fin.* Episcopi
3 † enim tenentur ex debito officij præcipere statuentibus contra libertatem ecclesiæ ipso iure excommunicatis, *c.nouerint.de sent.excom.* vt de libro statutorum illa cassent, Archidiac. *in c.quæ Lotharius* 2.*q.*1. Franch. *in c.final.col.final.vers.dicens quod si statutum de immunit.eccles.lib.6.* Felyn. *in c.ecclesia sanctæ Mariæ nu.*109. *de constitut.* Nec sufficit si permittant illa reuocari tantum, quia tenentur ex debito officij illa cassari facere, vt post Bart. *in auth.cassa in fine C. de sacros. eccles.* probat Felyn. *in d.c.ecclesia num.*109. & si notorium est ipsos non obseruasse, & sic Petri claues spreuisse, atque ecclesiasticam læsisse libertatem, vt dicit tex. *in d.cap.final.de excess. prælat.* necessariò sequitur
4 ipso iure priuatos existere, nec aliquam sententiam † iudicialem requiri, ita firmarunt Bartol. *in l. imperator.vers.secus si lege.& ibi Alex.in additionibus. ff.de iure fisci.* Innocent. *in capite bonæ, in secundo numer.5. vers.qui hoc canone de electione.& in c.cum nostris nu.2. in princip.de concess.præbend.* Felyn. *in c.2.num.3.in princip.& ibi Barbat.de rescrip.* Abb. *in c.querelam num.2. vers.nam secundum, & ibi* Felyn. *vers. nisi sit iure cautum.de iureiurand.* Gemin. *in c.quo iure.num.* 11. *distinction.*8. Roman. *in consi.*325.*numer.*3. *vers.secundo quia.* Præposit. *in c.1.col.1.& in §.item si fidelis.quib.mod.feud. amitt.*
5 Hoc important verba eo ipso, † quod sine hominis ministerio, vel ipso iure, Archidia. *in c.primo de sepultur.lib.6.& in c.1.de præbend.lib.6.* Cardin. *in clem.1.de electione.* Fely. *in c.Rodulphus.num.33.in fin.de rescript.*
6 Idem si in continenti † dixerit: nam idem importat quod ipso iure, Bart. *in d.l.imperator.vers.mox, vel incontinenti*, gloss. *in auth.de incest.nupt.in princ.ver.imminere, & ibi Bart.& Angel.* Addentes ad Abb. *in ca.1. num.15.de mutuis petitionibus in additione incipienti incontinenti.* præsertim si per viam legis dictum sit, quod absque aliquo intermedio intelligitur, *l.de pupillo, §.si quis ipsi prætori.ff.de noui oper.nuntiat.& ibi Ias.in prin.* Celsus Hugo *in consi.1.num.52.& consi.119.nu.3.* Idem est si Papa mandaret Ecclesiasticis sub diuini iudicij
7 † interminatione. Nam hæc verba comminatoria omnium officiorum, & beneficiorum priuationem important, vt post Bald. probat Chassan. *in tract. gloriæ mundi.parte 5.consideratione 24.nu.41.vers. indignationem Petri & Pauli.*
8 Nunquam requiritur sententia † super priuatione dignitatis, sed super executione & declaratione ipsius priuationis, & siue iudex dicat priuamus, siue priuatũ declaramus, idem est sensus, ita dicit Bal. *in c.1.in prin. vers.2.est necessaria, de feud.sine culpa nõ amit.* Io.And. *in c.ordin.de offi.ordin.in nouell.* Felyn. *in d.c.Rodulphus n.35.vers.ego si declarata contumacia. de rescrip.*

Et licet aliqui velint hoc casu sententiam priuationis requiri: tamen cum Episcopi ex debito officij sint ad hoc obligati, atque † iureiurãdo astricti pro defen- 9
sione Ecclesiasticæ libertatis, *c.ego.ff.de iureiurando.*& à summo Pontifice ad sui debiti executionem præstãdam fuerint requisiti, tunc non sententiã priuationis, sed declaratoriam † tantum esse necessariam, firmarũt 10
Iacob.Rayn. *in c.1.§.firmiter.de prohibita alienat.feudi per Federi.* Iacobin. *in sua inuestitura.ver.& promiserũt. num.32.* Et quod in casu, quo dignitatis priuatio est ipso iure indicta, sententia declaratoria tantum requiratur, firmarunt Andr. Aluarott. Præposit. & Afflict. *in c.1.de feud.sine culpa non amitt.* Andr. & Afflict. *in c.1.in prin.& §.fi.quo temp.miles.* Bald. Aluarot. Præposit.& Afflict. *in c.1.§.1.quib.mod.feud.amitt.* Alex. *consi.103.num.17.& consi.124.nu.2.vol.1.* Barbat. *consi.51.nu.17.vol.1.* Plotus inter consilia criminalia, 130.*n.6.vol.1.* Crauett. *consi.212.n.1.* Dec. *consi.185.nu.9.& consi.144. col.final.* Ant.Gabriel. *in comm.conclus.tit.de crim.conclus.11.& seq.*

Sed quando notoriè constat Episcopos non obseruasse interdictum, imò rogatos à Principe seculari, potius illi, quàm summo Pontifici obediuisse, (quo casũ † ex concilij Antiocheni *cap.11.* sunt ab ecclesia e- 11
iiciendi, & quacunque ecclesiastica dignitate priuandi, vt habetur *in cap.si quis Episcopus 23.quæst.8.*) palam & publicè celebrantes, siue Pontificalia exercentes, cùm nullã defensionem habere possint; ergo nec sententiam † declaratoriam requiri, firmarunt Andr.Al- 12
uarott.& Præposit. *in c.1.§.final & ibi Afflict.quo temp. mil.* Iacob.de Bellouis. & Præposit. *in c.1.§.final. & ibi Bald.numer.25. Afflict.num.39. de pace iuram.firmand.* Felyn. *in c.Rodulphus num.37.de rescript.* Tiraquell. *in l.si vnquam.ver.reuertatur.num.401.Codic.de reuoc.donat.* Grammatic. *consi.47. num.5.in ciuilib.* Et ita intelligendum est quod traditur, executionem factam in pœnis, quæ ipso iure irrogantur, prætermissa sententia declaratoria non vitiari, Bald.& Afflict. *in c.in princ.de feud.sine culpa non amitt.* Alex. *in consi.6.vol.3.* Tiraquell. *in d.ver.reuertatur.n.403.* Inno. *in c.ex ratione de appellat.* Ias. *in consi.21.col.3.vol.3.& in consi.38. col.1.vol.1.*

Et cum clarum est nullam posse competere defensionem, citatio † non requiritur, vt est communis opi- 13
nio, de qua attestatur Collegium Florentinum inter consilia Curtij senioris, *consi.21.n.15.* cum aliis allegatis per Farinac. *in tract.de delictis, q.21.n.70.* Vbi, quod licet aliqui teneant contra, tamen quando fit præiudicium reipublicæ, propter scandalum quod datur populo, potest reus condemnari, etiã sine citatione, Inn. *in c.tua nos nu.5.& ibi Host.col.2.cohabitat.cleric.& mulier.* Quod multo magis procedit contra ecclesiasticos non obseruantes interdictũ, propter quos in dies crescit sedis Apostolicæ contemptus, vt considerat tex. *in d.c.fi.de excep.prælat.* Item quia ad exemplum † aliorũ, 14
etiam de iure ciuili exasperatur pœna, *l.aut facta §.fi.l. capitalium, §.famosos, §.solent, §.grassatores, l.si quis, §.qui abortionis.ff.de pœnis, cum similib.* & propter scãdalum vitandum recedimus à regulis iuris communis, vt probat Rodoan. *in tract.de simonia mentali, c.3.nu.16.* cum aliis similib. congestis ad hoc per Addentes ad Abbatem *in c.considerauimus, in fi.de elect.*

Et summus † Pontifex, qui omnimodam habet po- 15
testatẽ in beneficialibus, & ecclesiasticis, & potest disponere vt vult, *c.2.de præbend.lib.6.clem.1. in fin.vt lit. pend.* Ant.de Butr. *in c.cõstit.de religios.domib.* vbi quod etiam sine causa potest remouere vnum à beneficio, gloss. *in c.per principalem, vers.ad nos 9.qu.3.* quæ dicit

Papam

16 Papam etiam sine causa † posse episcopum deponere, Abb. *in c. translato. de constit.* Immo. *in c. ad supplicationem. de renuntiat.* Cardin. *in clem. 1. in vlt. not. vt lit. pend.* Quicquid postea dixerit *in consi.* 142. id non debere facere sine causa, sed magna, imò maxima causa est, non obseruantia interdicti, per quam diminuitur auctoritas ecclesiæ, & scandalum datur toti reipublicæ Christianæ, & scribit Socin. *in consi.* 87. *num.* 23. *vol.* 3. Quod si hæc palàm & notoriè fiant, non potest Princeps accusari, si parte non citata ad priuationem processit, prout hæc, & multa exempla † Principum, in
17 quibus processum est sine citatione adducit Pius Papa II. ad sui excusationem, in priuatione quam fecit de Episcopo Maguntino absque citatione, & habetur in epistola quinta ad vniuersos Christi fideles in Germania constitutos, eademmet exempla Pij II. allegat Franciscus Niconitius *in sua allegatione* 7. *n.* 2.

Si Princeps laicus impediuerit bullæ interdicti pu-
18 blicationem † in loco, non possunt se episcopi excusare, neque cæteri ecclesiastici, quia, vt dixi supra *in c.* 11. sufficit fuisse Romæ publicatam, vnde omnes mundani notitiam habere possunt: Item si scitur in locis circum vicinis præsumitur scientia sufficiens ex vicinitate loci, Aretin. *in consi.* 110. *num.* 1. *in fi.* Bart. *in l. si tutor. & ibi Addentes latè C. de periculo tutor.* multóque magis scientia certo probatur, si Princeps laicus mandauerit ne interdictum publicent, aut, vt dictum, ecclesiasticos rogauerit ne illud obseruent, etiam si causam allegauerit, quam suum non est, nec ecclesiasticorum diffinire, sed omnimodo obedire tenentur, vt probaui superius *in c.* 18.

Sunt & aliæ pœnæ sacris canonibus impositæ, & à canonistis ampliatæ, ac declaratæ, quæ ad iurisdictionis materiam pertinere non videntur, de quibus diffusè scriptum est per Io. Calderinum, Nicolaum Plouium, & Beatum Antoninum in specialibus tractatibus de interdictis, quos scripsere, ibi consule.

CAP. XXII.

An ecclesiastici debeant inire bellum contra suos rebelles non obseruantes interdictum.

SVMMARIA.

1 *Bellum indici potest contra turbantes iurisdictionem ecclesiasticam.*
2 *Papæ munus est pacem conseruare.*
3 *Clericorum & ecclesiasticorum arma quæ sint.*
4 *Mali sunt tolerandi propter bonos, pro conseruanda pace.*
5 *Malum minus est eligendum, vt euitetur maius malum.*
6 *Pœna non est ferenda contra multitudinem, & quare.*
7 *Hæretico relapso quando sit parcendum.*
8 *Principes Christiani quando debeant mouere bellum contra turbantes ecclesiam, & alios.*
9 *Hæresium omnium initium est Romani Pontificis contemptus.*
10 *Principes laici quam potestatem habeant ad defendendam ecclesiam.*
11 *Deus quando excitauit principes ad bellum.*
12 *Reges rogandi sunt ab ecclesia, vt eius inobedientes cogant.*

SVnt qui putant, non prius ciuitatem aliquam, vel regnum esse interdicti pœna supponendum, quam bellum fuerit præparatum, si forte illud minimè obseruari contingat, quia iustè contra ecclesiasticam † 1
iurisdictionem turbantes bellum indici potest, *cap. omni timore, c. hortatu. 23. quæst. vlt. cap. 3. de pœnitent. & remiss. & ibi gloss. & Doct.* & dicit Hostiens. prælatorum auctoritate posse fieri bellum, præcipuè pro fide, & contra eos, qui excommunicati pro mortali peccato parere nolunt, de quo etiam per Luc. de Penna *in l. 1. C. publicæ lætitiæ lib. 12. vers. tranquillitatis habendæ.*

Sed certè valde vrgent rationes in contrarium, & experientia ipsa, quia nunquam huc vsque pro interdicti inobseruantia bellum ab ecclesiasticis motum est. Prima igitur ratio, quæ in contrarium adduci potest, est inspecta persona summi Pontificis, cuius absolutum munus est, pacem † conseruare, Isaiæ *cap.* 49. 2
Dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, scilicet curam, & pacem eius tenendo indistinctè. Item ex Concilio Carthaginensi quarto *cap.* 6. Studendum est Episcopis, vt dissidentes fratres, siue clericos, siue laicos, ad pacem magis, quàm iudicium coërceant. Item *c. ipsa pietas, §. conuiuium, 23. quæst. 4.* dicitur, Conuiuium domini vnitas est corporis Christi, non solum in sacramento altaris, sed etiam in vinculo pacis. Item Papa ipse profitetur se pacis conseruatorem, *c. 1. de offi. legat. lib. 6.* Nos in eorum quiete quiescimus, & fouemur in pace, & *c. frequens, de restit. spoliat. lib. 6.* Et propterea nos, qui voluntarios labores appetimus, vt quietem aliis præparemus, & *c. ad apostolicæ. de re iudi. libro* 6. Quantum in nobis erat pacem per omnia secum habere, nec non in omnibus hominibus optamus, parati sibi pacem & tranquillitatem dare, ac mundo etiam vniuerso. Hoc munus profitetur Pontifex *in proœmio decretal. Rex pacificus, & in proœmio libri sexti decretal.*

Et ipsa Dominica veritas pacem in suo testamento dedit, pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, Matth. *cap.* 10. & Ioann. *cap.* 14. cuius heres non est, qui pacem testamento relictam non conseruat, vnde *Prouerb. cap.* 16. inimicos quoque eius conuertet ad pacem, vt non diuidatur, aut soluatur vinculum charitatis. Item in consistorio Papæ tam mentis, quàm sensuum debet esse tranquillitas, *l. 1. C. de comitib. consistorian. li.* 12. quomodo lætabitur si pacis consilia non inueniet, si pacis cogitationes non cogitabit, Propheta dicit, cogito cogitationes pacis, non afflictionis, & *Prouerb. c.* 12. Qui inuenient consilia pacis, sequetur eos gaudium.

Secunda ratio deducitur ex personis ecclesiasticorum, † qui nullatenus bellum gerere, neque arma ca- 3
pere debent. Cùm Petrus qui primus apostolorum à Deo electus est, materialem gladium exerceret, vt Christum Dominum ab iniuria defenderet, audiuit, conuerte gladium tuum in vaginam, ac si diceret, deinceps in exemplum patientiæ, gladium tuum, id est tibi hactenus concessum, in vaginam conuerte. Vnde Innocentius Papa, cùm à Iudæis, inquit, Christus caperetur, & Petrus cuiusdam inobedientis aurem abscinderet, ferire prohibuit, & forma omnium sacerdotũ, quorum prior erat, etiam pro seipso arma capi prohibuit. D. Ambrosius ait: Non pila quærunt ferrea, non arma Christi milites, conatus repugnare nõ noui, sed dolor, fletus, orationes, lachrymæ fuerunt mihi arma aduersus milites; talia enim sunt munimenta sacerdotum, aliter neque debeo, neque possum resistere; fugere autem, & relinquere ecclesiam non soleo, seruus Christi

Christi non custodia temporali, sed Domini prouidentia perire consueuit.

Item in Concilio Toletano. His à quibus Domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non licet, & ideo magnoperè talibus excessibus prohibendum est, ne indiscretè præsumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est, sententia propria iudicare præsumant, aut per se inferant membrorum truncationes quibuslibet personis, aut inferendas percipiant, quod si quisquam immemor horum præceptorum, aut in ecclesiæ suæ famulis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, concessi ordinis & honore priuetur, & loco, sub perpetuo quoque damnationis ergastulo relegatur.

Item ex eodem Concilio Toletano, clerici, qui in quacunque factione arma volentes sumpserint, reperti, amisso ordinis sui gradu, monasterio perenniter tradantur.

Item D. Gregorius, si in morte Longobardorum me miscere voluissem, gens neque Ducem, neque Regem haberet, sed quia timeo Deum, in morte cuiuslibet hominis me miscere formido.

Item Nicolaus Papa ad Carolum Imperatorem: Reprehensibile valde constat esse, quod subintulisti, dicendo, maiorem partem episcoporum omnium, diu, noctúque, cum omnibus aliis fidelibus tuis contra piratas maritimos inuigilare, & ob id episcopi impediantur venire, cum militum Christi sit Christo seruire; milites verò seculi seruiant seculo, secundum quod scriptum est, nemo Deo militans implicet se negotiis secularibus, quod si seculi milites militiæ student, quid ad Episcopos, & milites Christi, nisi vt orationibus vacent.

Item ipse Dominus noster Iesus Christus, cum percuteretur in facie, respondit, si malè loquutus sum exproba me de malo, si autem bene, quid me cædis, & tamen paratus aduenerat, non solum percuti in faciem, sed etiam pro his, à quibus patiebatur, crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.

4 Tertia ratio est, quia mali † tolerandi sunt propter bonos: Nam & Christus tolerauit Iudam, & ad prædicandum misit, eique cum aliis Eucharistiam dedit.

Item D. Augustin. *in libro de verbis Domini*: Tolerandi sunt mali pro pace, neque corporaliter ab eis recedatur, sed spiritualiter: spiritualiter exire, est facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet, pro gradu cuiusque salua pace displicere, est non tangere: Non enim prophetæ qui hoc dicebant, populum suum diuiserunt. Clamauit Moyses, clamauit Esaias, clamauit Ezechiel, videamus si diuiserunt populum Dei, & se ad gentes alias transtulerunt. Quàm multa, quàm vehementer Hieremias increpauit in peccatores, & sceleratos populi, inter eos tamen erat: vnum cum eis templum intrabat, eadem sacramenta celebrabat, & eadem sceleratorum hominum communione viuebat, sed clamando exibat inde, hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere, ore non parcere, & voluntati malæ non consentire.

Item D. Augustin. *super Ioannem* dicit: quid ergo voluit Dominus noster Iesus Christus fratres charissimi admonere Ecclesiam suam, quando vnum perditum inter duodecim habere voluit, nisi, vt malos toleremus, neque corpus Christi diuidamus, ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est Iudas, & ne contendas, fur, & sacrilegus, non qualiscunque fur, sed loculorum dominicorum scilicet sanctorum, sic crimina discernuntur à fure, neque qualiscunque furti, sed etiam peculatus.

Et ibidem dicit, ecce inquiunt Prophetæ, accedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis, quomodo ergo malos pro pace tolerabimus, à quibus exire & recedere iubemur, ne tangamus immundum: Nos istam recessionem spiritualiter intelligimus, illi corporaliter; nam & ego clamo cum propheta, æqualia sumus vasa, vtitur nobis Deus in dispensatione vestra clamamus, & nos dicimus vobis, recedite, & exite inde, & immundum ne tetigeritis, sed contractu cordis, non corporis, quid enim est tangere immundum, nisi consentire peccatis; quid est autem exire, nisi facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum pro vnius cuiusque gradu, & persona fieri potest.

Item Diuus Augustinus *contra Parmenianum* dicit: quisquis vel quod potest arguendo corrigit, vel quod corrigere non potest, saluo pacis vinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus.

Idem in sermone de verbis Euangelij. A malis semper corde disiungimini, ad tempus cautè corpore copulamini, duobus modis non te maculat malus, si eis non consentias, & si redarguas, hoc est non communicare, non consentire, communicatur quippe, quando factum eius consortium voluntatis, vel approbationis adiungitur, ne ergo consentientes sitis malis, vt approbetis, neque negligentes, vt non corrigatis, neque superbientes, vt insultanter arguatis. Item quàm magnum est crimen ab istorum innocentium communione separari, nam etiam facta nocentium, quæ innocentibus demonstrari, vel ab innocentibus credi non possunt, non coinquinant quemquam, si propter innocentes, etiam cognita sustinentur, non enim propter malos boni sunt deserendi, sed propter bonos mali tolerandi, sicut tolerauerunt eos prophetæ, contra quos tanta dicebant, neque communionem illius populi relinquebant, sicut Iesus nocentem Iudam vsque ad condignum eius exitum tolerauit, & eum sacram cœnam cum innocentibus communicare permisit.

Item *in libro de vnico baptismo*. Fortè in populo Dei stat iuxta te auarus, raptor inhians rebus alienis, quem nosti talem, & fidelis est, vel potius fidelis vocatur, nō eum potes de ecclesia pellere, non habes aliquē actum castigando & corrigendo illum corrigere, accessurus est tecum ad altare, noli timere, vnusquisque onus suū portabit, & parum infra. Attende Apostolum dicētem vnusquisque onus suum portabit, liberet te ista sententia; non enim communicaris cum illo auaritiam, sed communicaris Christi mensam, & quid tibi obesset, si cum illo communicaris Christi mensam, Apostolus dicit, qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit sibi, non tibi.

Hinc D. Hieronym. ait, qui secundum carnem natus est, persequebatur spiritualem, nunquam verò spiritualis carnalem sequitur, sed dignoscit ei, quasi rustico fratri scit eum proficere posse per tempus, & si quando Ægyptij filium viderit irascentem, recordabitur vnius patris qui boues creauit, & culices, & in magna domo esse non solum vasa aurea, sed lignea, & sic illa voluit.

Et quando concurrunt duo mala, † quorum vnum euitari non potest, tunc minus malum est eligendum, ita fuit diffinitum in octauo concilio Toletano, & habetur *in cap. duo mala, distinction.* 13. Duo mala licet 5

sint

sint cautissime præcauenda, tamen si periculi necessitas ex his vnum perpetrare compulerit, id debemus resoluere, quod minori nexu noscitur obligare, sed vt probatur, tolerandi sunt mali, ne Christi ecclesia diuidatur. Propterea licet impœnitenti non parcatur quoad culpam, tamen parcitur quoad pœnam, vt minus malum euitetur, *c. denique sacerdos. distinct.* 4. vbi D. Gregor. ad August. scribit: Vnde cum nec à tali mala consuetudine auerti possunt, & ideo cum venia sunt suo ingenio relinquendi, ne forte peiores existant, & ibi gl. id declarat, *in ver. venia.* & quando de malis iudicium sumi non potest, sine detrimento bonorum tolerantur, vt per plura exempla demonstrat D. August. *in sermone de pœnitentia*, & habetur *in c. multi corriguntur* 2. q. 1.

6 Quarta ratio est, quia pœna non est † in multitudinem ferenda, vnde cum discipuli cœlesti igne vellent Samaritanos comburere, prohibiti sunt, & Samaritani ad pœnitentiam expectati. Ideo D. Ambros. ait: quod Christus discipulos suos increpauit, quia ignem de cœlo super eos descendere gestiebant.

D. August. *in epistola ad Bonifacium* scribit: Verum in huiusmodi causis, vbi per graues dissensionum scissuras, non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, parcendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat, & habetur *in c. ipsa pietas. §. verum* 23. *quæst. quarta.*

7 Vnde licet hæretico † relapso non parcatur, tamen parcitur ob maius malum vitandum, & ad tollendum stragem multorum recipitur, vt *d. c. ipsa pietas. in fi. & d. c. multi corripiuntur* 2. q. 1. & probat Fel. *in c.* 2. *n.* 9. *in nono speciali. de præscript.*

Item D. August. *contra Episcopum Parmæ* dicit: Cum contagio peccandi multitudinem inuaserit, diuinæ disciplinæ se vera misericordia necessaria est, nam consilia separationis inania sunt, & perniciosa, atque sacrilega: quia impia, & superba sunt, & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigant animosos malos.

Quinta ratio est, quia si non obseruantia interdicti eo deuenit, vt interdicta ciuitas labatur in hæresim, Principum laicorum munus est prouidere, vt ait D.
8 August. *super Ioannem*: si potestates Christianæ non commouentur contra dissipatores ecclesiæ detestandos, quomodo reddent rationem de imperio suo? intendat charitas vestra quid dicam, quia hoc pertinet ad Reges seculi, vt temporibus suis pacatam velint habere matrem suam ecclesiam, vnde spiritualiter nati sunt.

9 Et quia initium omnium hæresum est † Romani Pontificis contemptus, vt dicit Cyprianus *in epistο.* 55. neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam si sacerdoti Dei non obtemperatum est, nec vnus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vestra; nemo enim dissidio veritatis Christi ecclesiam scinderet, nemo sibi placens, aut tumens seorsim foris hæresim nouam conderet.

Ideo Reges ipsi, & Principes laici debēt huic malo ab initio obuiare ne tota res pereat. Arrius vna scintilla fuit, quia tamen non ab initio extincta est, quam magna prouincia ab ecclesia Dei scissa est. Vnde D. August. etiam *super Ioannem*, & exponens illud psal. *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite domino in timore, exultate ei cum timore*, ait, quomodo ergo Reges Domino seruiunt in timore, nisi ea, quæ contra Dei iussa fuerint religiosa seueritate prohibendo, atque plectendo, aliter enim seruit quia homo est, aliter quia Rex est, quia homo, seruit fideliter viuendo, quia Rex est, seruit leges iustas præcipiendo, & contraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo.

Item in concilio Turonen. incestuosi, parricidæ, homicidæ multi apud vos reperiuntur, sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, quos oportet per secularis potentiæ disciplinam à tam praua consuetudine coerceri, qui per salutifera sacerdotum monita voluerunt reuerti.

Item Gelasius Papa Narsæ patritio, diuinæ, & humanæ leges statuerunt, vt ab ecclesiæ vnitate diuisi, & eius pacem nequissimè perturbantes facientes scissuras in sancta ecclesia non solum exiliis, sed & proscriptione à secularibus potestatibus comprimantur. Neque quicquam magis est, vnde Deo possitis sacrificium ostēdere, quam si id ordinetis, vt ij, qui in suam, & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compesci.

Item Gelasius Papa in quadam sua epistola: Relegentes literas excellentiæ vestræ, & infra. Auferte tales ab ista prouincia, vtamini oblata vobis à Deo opprimendi perfidos occasione, quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad Clementissimum Principem dirigantur.

Idem D. August. *ad Bonifacium*: quis enim vestrum vellet aliquem amicorum suorum non solum punire, verum etiam nec aliquid perdere, sed si aliter domus Dauid pacem habere non potuit, nisi Absalon filius eius occideretur, quamuis magna cura mandauerit suis, vt eum quantum possent vnum, saluumque seruarent, & esset cui paternus affectus ignosceret, quid ei restitit, nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita, suam mœstitiam consolari?

Item Isidorus *in lib.* 3. *de summo bono. cap.* 53. Principes † seculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis 10 adeptę culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant, cæterum intra ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi vt quod præualet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem, sæpe per regnum terrenum cœleste regnū proficit, vt qui intra ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam ecclesię agunt, rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam ecclesiæ humilitas exercere non præualet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat, & vt venerationem mereatur, virtutem potestatis impertiat. Cognoscant Principes seculi Deo debere se rationem reddere propter ecclesiam quam à Christo tuendam suscipiunt, nam siue augeatur pax, & disciplina ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam ecclesiam credidit.

Probatur etiam exemplis, aduersus hæreticos, schismaticos, & dissipatores ecclesiæ, solos Principes laicos fuisse excitatos. Locus est D. August. *super Ioannem.* quando vult Deus excitare aliquam potestatem aduersus hæreticos, aduersus schismaticos, aduersus dissipatores ecclesię, aduersus blasphematores Christi, blasphemi non mirentur, quia Deus cōcitat, vt à Sara verberetur Agar, cognoscat se Agar, supponatq; ceruicem, quę cum humiliata discederet ad naturam suā, occurrit ei Angelus, & dixit, quid tibi Agar Ancil-

la Saræ, cùm conquesta esset de domina sua, quid audiuit ab Angelo, reuertere ad Dominam tuam, adhoc enim affligitur, vt reuertatur.

11 Item Dominus † per Sennacherib, & per Nabuchodonosor Regem, & per Antiochum, & Principes Amorrhæorum, nonnullosque Reges gentilium, populum Israeliticum delinquentem aliquando afflixit, aliquãdo captiuauit, vnde ipse Dominus inquit: Virga furoris mei Assur, quia per eum innumeras gentes diuina iustitia flagellare disposuit.

Item per Romanos peccatum mortis Christi punire decreuit, Vrbis excidium, & Iudaicæ plebis miseram captiuitatem ordinauit.

Item *in libro Iudicum* legitur, de Iabin Rege Cananæorum, & de Madianitis, quos propter idololatriam populi suscitauit Deus vt Israel affligerent, & terram eorum occuparent.

Item populus Iudaicus est excitatus ad occupandam terram promissionis, & ad delendas gentes peccatrices, & per filios Israel voluit punire peccata Amorrhæorum, & aliorum gentilium, quorum terram Israelitis possidendam dedit, quibus etiam præcepit, vt nemini eorum parcerent, sed omnes morti traderent.

Quare hoc ecclesiasticorum munus, & exercitium non videtur, sed Regum, qui ab Ecclesiasticis rogati sunt, vt probaui in parte prima in fine, vbi egi de impertitione secularis brachij. Rogãdi sunt igitur, vt inobedientes † cogant sanctæ matri Ecclesiæ parere, sic 12 Gregorius scripsit ad Brundichildam Reginam Francorum; si quos igitur violentos, & infra. Deum Deorum correctione placare festinate, vt super quos flagellum perfidarum gentium, quod quantum videmus ad vindictam multarũ nationum exercitatum est, non inducat, ne si, quod non credimus, diuinæ vltionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota, belli, pestis interimant, quos delinquentes ad rectitudinis viam, & Dei præcepta non reuocant: ait enim D. August. si ea, de quibus vehementer Deus offenditur, insequi, vel vlcisci differimus, ad irascendum vtique diuinitatis patientiam prouocamus. Nonne Achor filius Zaræ præteriit mandatum Domini, & super omnem populum Israel ira eius incubuit, & ille erat vnus, atque vtinam in scelere suo periisset.

Deus ipse Optimus Maximus cum tam maxima mala occurrant, mentem det, vt remedia opportuna ad pacem, & congregationem vniuersalem omnium inueniri possint.

Finis partis tertiæ.

INDEX



INDEX LOCVPLETISSIMVS,

OMNIVM RERVM, ET VERBORVM INSIGNIVM IN HOC PRIMO VOLVMINE SEV PARTE PRIMA ET SECVNDA huius tractatus contentorum,

CVIVS PRIMVS NVMERVS PARTEM, *secundus caput, tertius numerum denotat.*

A.

Adam

Ap-

Bono-

Cul-

Do-

non

est

non

F

Fures

 ſis

ca-

non

Lotharius

ex

Pœna

Quan-

Re-

Se-

Suspen-

Laus Deo Omnipotenti.

TRACTATVS
DE IVRISDICTIONE INTER IVDICEM ECCLESIASTICVM, ET LAICVM EXERCENDA.

Pars Quarta,

In qua per duas Centurias casuum, discutiuntur omnes articuli legum Imperialium, Statutorum, Constitutionum, & Edictorum Principum secularium, an comprehendant ecclesiasticos, & eorum bona, in omnibus casibus Iudiciorum ciuilium, & criminalium.

DOCTORIS MARTÆ
IVRISCONSVLTI NEAPOLITANI, ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATI.

Cum Indice rerum, & verborum locupletissimo.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO OCTAVIO PARAVICINO, S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO,

DOCTOR MARTA S.

OFFERO tibi munus, amplissime Præsul, si aut ex sua, aut ex tua dignitate spectetur, perexiguum, si ex viribus mediocre, si ex animo magnum, lucubrationes quædam sunt Iurisdictionis casuum, omnes legum Imperialium, Statutorum, Edictorúmque secularium Principum describentes, an & quando ecclesiasticos, & eorum bona comprehendant, siue ad secularem forum trahi debeant, & cùm post reuisiones, antéque omnes alios, qui huiusmodi materias scriptitarunt, eò peruenerint; vt ederentur, sub cuius potissimum patrocinio apparere debent, quàm tuo illustrissimo?

Nam quantum ingenij, iudicij, atque prudentiæ, ad sustinendam tanti magistratus personam existas, omnes optimè norunt, qui tuam operam, & industriam maximis in rebus sunt experti. Cuius enim magis quàm Cardinalis Parauicini hac ætate à summis Principibus & maiestatibus patrocinium exquiritur? Cùm ad te quotidie, tanquam ad oraculum in rebus arduis, & dubiis confluant, tuáque domus velut prudentiæ asylum à subditis & peregrinis, ab infimis, mediis, & summis celebretur, omnésque vno ore egregiam prudentiam, constantem fidem, atque perpetuam integritatem admirentur.

Testatur tota Germania, quæ te sanctæ sedis apostolicæ Nuntium quod Heluetios diu venerata est, vbi egentibus misericordiam, & liberalitatem, laborantibus disertum patrocinium, amicis officiosam operam, literarúmque peritis, qui te semper coluerunt, honorem maximum tribuisti: quas cùm admirabiles tui animi dotes Gregorius decimus quartus Pont. Max. optimè notas haberet, atque Cardinalem optauit ipse ille Cæsar, eadémque amplissima, nobilissimáque in toto orbe prouincia, apud sanctam sedem in protectorem suscepit, & obsequentissimè veneratur.

Nunc igitur in sublimi loco positus, ea est amplitudinis tuæ humanitas, vt nullius etiam infimæ conditionis humilitatem è sublimi despicere soleas, & tibi proprium sit, literarum studiosos maximo fauore prosequi, eorúmque studia pro virili promouere, augere, atque ornare, &, vt breuiter dicam, singularem quendam patronum agis in omnes, quos aliqua conditione, cum integra morum probitate aspersos animaduertis. Prædicãt omnes tuæ vitæ sanctitatem, rerum prudentiam cum incredibili fide, constantia, honestate, atque iustitia, & pietate, aliáque id genus, planè heroicis virtutibus copulatam, quarum ego quoque hilarem præconem me exhiberem, nisi ingenij mei tenuitas mihi esset cognita, & audaciæ, temeritatisque notam subire non dubitarem.

Mirandam Memnonis statuam prisca vetustas habuit, & suis scriptis posteritati tradidit prodigiosam: hæc enim etsi marmorea esset, atque scalptorio tantùm ornata lumine, lucidissimis tamen solis radiis exposita, non modò voces emittebat, sed sic planè & distinctè loquebatur, vt humanus ei spiritus cœlitus allapsus atque immissus videretur. Quod etsi fabulosè traditum crediderimus, non modica tamen hoc nobis ænigmate declararunt, & sub fictionis cortice veritatis medullam operuerunt. Neque aliud sanè hac statua antiquitas, quàm præstantissimorum fauorem in paruulos homines voluit denotare, qui cum naturæ dotibus, clarisque monumentis destituantur, fit, vt instar Memnonis statuæ algentis, pressis labiis obtumescant, ni superiorum fauore, clari ad maiora prouehantur.

Verebar igitur Illustrissime, ac Prudentissime Præsul, ne statua huius voluminis tenui doctrinæ scalpello dolata, sic data prælo obmutesceret, vt omnium oculi irridentes obuersis palpebris declinarent, ni tuis irradiata fulgoribus splendeat, & refulgeat: ea est enim auctoritas tua, vt in iudiciis ferendis, vnde tu steteris, plerosque bonorum staturos esse confido. Vale.

¶ 2 INDEX

INDEX ARGVMENTORVM CASVVM, VTRIVSQVE CENTVRIÆ.

ARGVMENTA CASVVM PRIMÆ CENTVRIÆ.

iudices seculares, non valere 38

Rectorem uniuersitatis scholarium semper esse eligẽdum clericum, & ideo laicum electum non posse exercere iurisdictionem in Ecclesiasticos 39

Statutum de compromissis faciendis inter coniunctos nullo modo ligare clericos, etiam in minoribus ordinibus constitutos 40

Repressalias nunquam concedendas esse contra clericos, neque per iudices laicos, neque Ecclesiasticos 41

Clericos non posse prehendi per laicos etiam in fragranti crimine repertos: Neque si fuerint debitores fugitiui 42

Ecclesiasticos non teneri ad præstandum homagium Principibus secularibus, neque etiam superioribus prælatis, ratione spiritualium, nec etiam temporalium in ecclesiam translatorum, nisi ratione feudi 43

Statutum puniens concubinas clericorum, non valere, & illarum animaduersionem esse solius iuris canonici 44

Statutum imponens pœnam consanguineis clericorum, intuitu eorum non valere 45

Constitutiones, & statuta laicorum circa possessiones beneficiorum ecclesiasticorum acquirendas, etiam sub prætextu quietis publicæ, ad euadendum scandalum facta, esse nulla, & inualida, præterquam de beneficiis, quorum collatio ex indultu summi Pontificis pertinet ad Reges 46

Nulla consuetudine etiam immemorabili introduci posse, ut Principes laici conuocari debeant ad eligendum Prælatum ecclesiæ: Neque aliquo modo posse Prælatum electum non admittere, nisi canonica existente causa 47

Neque iura disponentia de præscriptione mobilium, vel immobilium, aut actionum, at breuiori quadraginta annorum tempore præscribantur comprehendere Ecclesias, aut ecclesiasticos: Neque statuta laicorum contra ius commune restringentia præscriptionem: Et si de ecclesia aut Ecclesiasticis mentionem fecerint, non valere 48

Priuilegia ecclesiis concessa competere etiam ecclesiasticis in suis patrimoniis, & an fallat in aliquibus casibus 49

Statuta laicorum non esse seruanda in Curia Episcopi 50

Statutum obligans filium ad debita patris cessantis, non comprehendere filios clericos etiam in minoribus ordinibus constitutos 51

Statutum, quod laici sint æquales clericis, etiam in iudiciis, esse contra libertatem Ecclesiæ; Item priuilegia, ecclesiis concessa, reuocari non posse 52

Statutum quod maritus lucretur dotem, exclusis filiis primi matrimonij, non comprehendere filios ecclesiasticos 53

Statutum laicorum, quo funebris pompa ecclesiæ imminuatur, atque clericorum, vel cereorum numerus restringitur, non valere 54

Statutum, negans audientiam non subdito: Nisi præstet fideiussionem, non comprehendit Ecclesiasticos actores coram iudice seculari 55

Statutum, quod non possit haberi recursus ad Papam esse contra libertatem ecclesiæ 56

Statutum prohibens venationes, & piscationes non comprehendere Ecclesiasticos 57

Statutum, quod in foro seculari non opponatur exceptio excõmunicationis, non valere, neque statutum de probanda excommunicatione per instrumenta tantum 58

Priuilegium patriæ, ne incolæ trahantur ad iudicium extra patriam, non comprehendere ecclesiasticos, qui debent conueniri coram proprio Episcopo, etiamsi existerent extra illam patriam 59

Statutum, quod occidens clericum puniatur in pecunia, est contra libertatem Ecclesiæ 60

Statutum de exceptione instrumenti, etiam secundum formam guarentigiæ, non habere locum contra clericos etiam in foro Ecclesiastico 61

Solemnitates contractuum celebrandorum, ordinatæ per statuta laicorum, in quibus casibus debeant obseruari, etiam per clericos 62

Consuetudinibus laicorum nullo modo affici clericos 63

Consuetudine nullo modo posse introduci, quod Principes habeant iurisdictionem in clericos: Nisi ex dispensatione Papæ, quam potest facere contra ius diuinum ex causa 64

Ecclesiastici litigantes in foro seculari, in omnibus causis tenentur iurare de calumnia, & respondere positionibus cum licentia proprij Episcopi 65

Leges ciuiles de iureiurando in litem, non comprehendere Ecclesiasticos 66

Statutum quod banniti possint impunè offendi non comprehendit clericos 67

Statuta non posse fieri per laicos super iure quærendo ecclesiæ, eiúsque præiudicium, & facta non valere, esséq; contra libertatem ecclesiæ 68

Statutum quòd solutio debiti nõ possit probari per testes, non afficit clericos litigantes in foro laicorum 69

Statutum prohibens contrahi matrimonium sine consensu patris non valere, secus si disposuerit super consilio, aut solemnitate, & in casu inualiditatis statuti, pœnam non deberi 70

Statutum prohibens fieri matrimonia clandestina, atque imponens pœnam aliter facienti, est nullius roboris, & efficaciæ etiam quo ad pœnam 71

Statuta laicorum non posse irritare contractus iuratos, neque superioramentis, etiam per indirectum disponere; & ideo simpliciter loquentia non comprehendere contractus iuratos 72

Principem non posse impedire presbyterum à ministerio sacramentorum tempore pestis, sed ministrantes infectis posse prohibere à commercio sanorum 73

Nullum Principem præter Papam posse alterare testatorum voluntates, in quibuslibet casibus 74

Ecclesiasticos hæredes institutos non conficientes inuentarium, non teneri insolidum, sed duntaxat de eo, quod est in hæreditate 75

Statuta, quod bona non perueniant ad ecclesiam, siue inter viuos, siue in ultima voluntate, sine licentia Principis, quam Amortizationem appellant, & soluto certo iure Amortizationis, esse contra libertatem ecclesiæ 76

Statutum, quod mandata siue ad lites, siue ad negotia, quando non est adiectum tempus, durent solo quinquẽnio, non comprehendunt mandata, quæ fiunt ab ecclesiasticis 77

Stante statuto, quòd legata peti non possunt, nisi fuerint insinuata coram Vicario potestatis si clericus est hæres institutus, non potest per legatarios citari coram illo Vicario, sed citari debet coram Episcopo super dicta insinuatione facienda 78

Principem supremum non posse legitimare clericos, nisi de consensu patris quò ad eius successionem, secus in cæteris, sed summum Pontificem posse legitimare, quemlibet ubilibet, etiam in terris imperij 79

Testatorem non posse monasterium, vel ecclesiam ab hæreditate excludere, si hæres institutus factus fuerit monachus 80

Legatum factum uxori, donec castè vixerit, & lectum vidualem seruauerit, debetur etiam ingressæ monasterium: Non obstante quòd communis usus loquendi contrarium intelligeret 81

Clerici iuuantur statutis disponentibus standum esse iuramento damnum passi, licet eisdem non iuuentur forenses 82

Statutum disponens super publicatione bonorum tractorum extra territorium, non habet locum in fructibus bonorum ecclesiasticorum: Et quid si clerici clam extrahant bona alterius, an illa sint publicanda 83

Stante statuto quod libri mercatorum faciant plenam fidem, non possunt facere fidem contra clericos, præsertim extra actum mercaturæ 84

Statutum quod occisor non succedat occiso, non comprehendit clericos perpetrantes homicidium, etiam cum qualitate. Nec potuit inferre præiudicium fisco ecclesiæ 85

Ecclesiasticos non teneri recipere hospites, neque milites in eorum domibus, aut monasteriis vigore ordinum laicorum siue tempore necessitatis belli, siue aduentus Principis, & consuetudinem contrariam non valere 86

Statutum quod notarius non matriculatus, in collegio nō possit instrumenta conficere, & si contra fecerit, incidat in pœnam, ipsáque instrumenta nullius sint efficaciæ, non comprehendit clericos, neque notarios Pontificia, vel Imperiali autoritate creatos 87

Statutum quod maritus post mortem suam non possit relinquere vxori vltrà centum aureos, non comprehendit casum, quando relinquit vxori multò maiorem pro eleemosyna facienda pauperibus distribuenda per ipsam 88

Dominus directus feudi, qui super feudalibus est Iudex competēs si ciuiliter agatur in clericos feudatarios, vbi ob feloniam commissam, criminaliter agendum esset, non posse ex rationabili causa illos feudo priuare, neq; de possessione deiicere: nisi per ecclesiasticum iudicem fieret, atque ecclesiæ nulli inferretur præiudicium 89

Leges ciuiles de potestate patris in filium, atque de iurib. Domini in libertum loquentes, non habere locum si filius, vel libertus facti fuerint clerici 90

Edictum de alienatione iudicij mutandi causa factū, non habet locum si alienatio fiat in clericum, siue inter viuos siue in vltima voluntate 91

Dominos temporales nullo modo posse prohibere subditos ne agant, vel conueniantur coram iudice ecclesiastico 92

Principem laicum non posse statuere corrigendo, vel interpretando ius diuinum, sed hoc esse munus apostolicum 93

Nullā præscriptionem currere contra ecclesiam supra bonis alienatis sine solemnitate apostolica, per extrauagantem, Ambitiosæ: *secus est de iure communi, quod non censetur correctum quo ad validitatem contractuum, ante extrauagantem celebratorum* 94

Testatorem non præiudicare ordini ecclesiastico per conditionem si sine liberis decesserit, quæ non excludit ecclesiasticos: nec monasterium ante professionem, etiam si aliter filius sit substitutus 95

Quando vniuersitas grauatur per numerum focvlariorum vigore statuti de damno dato: an clerici, qui non cōprehenduntur computandi sint in numero ipsorum 96

Si Comes creatus fuerit Cardinalis, non amittit castrum, quod obtinuerat vigore primogeniture 97

Statutum, quod si locator, vel conductor noluerit cōtinuare reconductionem, teneatur alteri denuntiari per duos menses ante finem temporis contractus, non comprehēdit Ecclesiasticos, neque successores in prælatura 98

Statuta laicorum confirmata per summum Pontificem, quando sint seruanda inter Ecclesiasticos 99

Sicut clerici non possunt renuntiare priuilegio fori, ita non possunt renuntiare priuilegio, vt non subsint statutis, & ordinibus laicorum 100

ARGVMENTA CASVVM SEcundæ Centuriæ.

Iudices laicos nullo modo posse sequestrare bona temporalia & fructus Ecclesiasticorum, sub prætextu vsurpatæ iurisdictionis, etiam si extaret consuetudo ca. 101

Clericus citatus vt laicus coram iudice laico, non comparens coram eo ad opponendum fori declinatoriam, nullo modo potest condemnari in expensis, neque mulctari, etiamsi coram ecclesiastico postea conueniretur 102

Clericum litigantem coram iudice laico in casibus permissis, non teneri ad sportulas 103

Clericum depositarium laicorum debere cogi à iudice Ecclesiastico ad restituendum depositum, vigore ordinis iudicis laici 104

Clericum fideiubentē pro laico, nullo modo posse cōueniri coram iudice seculari, sed debere coram Ecclesiastico 105

Laicum clerici fideiussorem non semper conueniendum esse coram iudice seculari 106

Clerici litigantes in foro laicorum, an, & quando possint reconueniri à laico coram eodem iudice 107

Clerici filijfamilias emancipationem posse fieri coram iudice laico, atque Ecclesiastico 108

Insinuationem donationis factæ clerico expediri posse corā quocunque iudice, siue donantis, siue donatarij 109

Iudicem laicum non posse dare tutorem, aut curatorē clerico pupillo, aut ecclesiasticos dare tutores laicis 110

Seruitores laicos episcoporum gaudere priuilegio fori ecclesiastici 111

Colonos ecclesiarum, & clericorum conuentos coram iudice laico, aliquando posse fori Ecclesiastici declinatoriam opponere & obtinere 122

Eremitæ, confraternitates laicorum, hospitalarij, equites religionum, atque similes personæ deferentes habitum religiosum, an sint de foro ecclesiæ 113

Donationem factā à clerico suæ concubinæ repeti posse per Fiscum Ecclesiæ, nō autem per hæredes ipsius clerici 114

Clerici, qui aduocati munus in foro laicorum exercere non possunt, nisi in certis casibus, non prohibentur allegationes iuris conficere, & consilium pertinentibus dare 115

Clerici an, & quando possint esse procuratores laicorum, item notarij, & scribere rogita instrumentorum, & an circa gesta per eos cognoscantur à iudice seculari 116

Clericos cogi non posse ad ferendum testimonium contra laicos: item seculares non posse facere testimonium contra clericos in criminalibus, & testimonium factum cōtra dictum eorum priuilegium nō esse attendendū 117

Clericus, & laicus simul rei debendi, debent coram iudice Ecclesiastico conueniri 118

Clericus & laicus socij criminis, debēt à iudice ecclesiastico iudicari, & laicus non sufficienter punitus per ecclesiasticum, poterit per iudicem laicum iterum puniri 119

Compromissum posse fieri à laicis in clericum, & à clericis in laicum de bonis patrimonialib. vbi autem factum est à laicis in clericum, & laicum, tunc reductio ad arbitrium boni viri petenda est corā iudice Ecclesiastico 120

Laicus factus clericus siue religiosus post contracta debita & obligationes, vel cōmissa delicta, numquam respectu personæ posse citari, nec iudicari per iudices seculares, licet secus sit respectu bonorum, quando iurisdictio laicorum fuisset præuenta, secus si fieret monachus 121

Clericos non posse citari à iudice laico super cōfectione inuentarij, licet habuerint interesse: nec inuentarium in bonis spolij clericorum posse fieri per iudicē laicum, nisi in casu, quo clericus posset laicum habere heredem 122

Neq; creditores in maiori quātitate posse cogere clericū in foro secularium ad concurrendum super aliquo pacto ad beneficium debitoris: neq; ipsum debitorē posse, cedendo bonis, agere cōtra clericū creditorem in eodem foro 123

Cle-

D. MARTÆ

IVRISCONSVLTI NEAPOLITANI, ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATI,

Tractatus,

DE IVRISDICTIONE INTER IVDICEM Ecclesiasticum, & Laicum exercenda.

Pars Quarta.

CENTVRIA PRIMA.

PRÆFATIO.

VERE omnino ac sapienter Iustinianus *in l.1.Cod.de vet. iure enuclean.* definiuit, Omnibus auctoribus iuris æqua dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogatiua seruanda, quia non omnes in omnia, sed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inueniuntur, cùm possit & vnius, & deterioris sententia, & multos, & maiores superare.

Non defuere tamen Cardanio similes, qui, quoniam proprio bono carent, quo innotescant, ex recentiorum scribentium malis seipsos commendent, intelligentes sententiam de antiquioribus, quibus nostri temporis auctores, neque rerum inuentione, neque scientia, aut sermonis elegantia, atque stylo dicendi vllo modo comparari posse arbitrantur.

Hoc verè dici posse asserunt, iuris scientiam nunc difficillimam iudicari, non præcipuè quod de rebus abstrusissimis tractet, sed quod adeo sit recentiorum commentis obscurata, vt ob rerum omnium confusionem, ita discipulorum ingenia primo congressu confundant, vt ij, desperata perceptione, vel resiliant, vel nunquam seriò animum applicent ad ea cognoscenda, quæ diffidant posse percipere.

Et huius pestilentissimi mali causam afferunt, quod multis ab hinc annis præceptores iuris nullum scribendi modum, multo minus vllam grauitatem huic tam magnæ rei adhibuerunt, tantùm curiosi in recensendis, atque mox refellendis aliorum opinionibus, tum deinde nouas ex his retexendis, donec res in immensum prodiret, vt nunc denique quot sint auctores, tot videamus esse sententias interpretandarum legum.

Ita dicunt obscuratam sanè fuisse iuris disciplinam innumeris nouissimorum Doctorum voluminibus, vt intueri non liceat amplius mirificam humani iuris elegantiam, quæ, vel cum primis ad discendum, ac obtemperandum, homines inuitare debeat, cùm præsertim pro duobus librorum millibus, qui Triboniano tantoperè displicuerunt, habeamus nunc viginti millia, adeóque plures, si iustam scriptorum collationem faciamus: Cuius rei indignationem doctissimi etiam proximæ ætatis censores literarij, Alciatus, Zasius, Budæus, & cæteri suis notarunt obelis.

Verùm enimuerò si veritatem amplecti fas est, neque rerum intentione, aut iuris scientia, neque ob antiquiorum sermonis elegantiam, vel ob librorum prodigiosam nostrorum temporum multitudinem, recentiores esse illis inferiores fatendum est.

Inuentione quidem, non enim pessimè nouissimi de re literaria mereri debent, imò eos arbitror longè magis cæteris omnibus eam illustrare, qui non inusitatis inueniendis ingenium euacuant, sed potius in eo operam collocant (quod est vtilius imo multo difficilius)

vt tam varia diuersorũ inuẽta, sparsim dissipata, in vnum quasi corpus, apto ordinẽ redigant, quidque suo loco disponentes, sup erfluis omnibus, atque intricatis à tractatione reiectis, quod & si hac sensata ratione patet, Iustiniani etiam sententia ibidem *in d.l.1.* comprobatur dicentis, nam qui subtiliter factum emendat, laudabilior est eo, qui primus inuenit.

Antiquitas est instar gigantis, cuius ceruicibus, ceu puer insistit posteritas, quæ quanto altius est à maiore sublata, tanto longius prospicit, & certius videt, qua ratione recentiores auctores præferendos esse, existimarunt omnes, quod non antiquarum modo inuentionum ceruicibus insistant, sed semetipsos etiam in rerum melius proferendarum certamine superare contendant: ab antiquis igitur esse, à recentioribus verò bene esse iurisprudentiæ creatum est.

Neque scientia sunt recentioribus præferendi: Nerua ab Vlpiano in errore deprehensus deridetur, *l.est differentia.ff.quibus modis pign.vel hypothec.tac.contrah. l.1.§.per seruum.ff.de acquirend. possess.* Claudius Saturninus ironicè dicit, Scæuolam subtilem ingenio de iure respondisse, & Celsus Celsi, id est, filius patris sententiam reprehendit, *l.dedi,§.si quis quasi,versic.sed si seruus. ff.de cond.caus.dat.vbi Gloss.& Roman.* Marcellus notat sententiam Iuliani, quam tamen sequitur Vlpianus Marcellum ipsum redarguens, *l.apud Iulianum.ff.de hæred.instituend.* Idem Marcellus in vniuersum scripsit de notis Iuliani, *l.1.C.de commun.seru.manumiss.* Seruius Sulpitius libros integros composuit de erratis, & notis Quinti Mutij Scæuolæ sui præceptoris, *l.Mutius.ff.pro soc.& apud Gell.li.4.c.1.* Vlpianus, Paulus, & Martianus de notis Papiniani viri acutissimi, *l.1.§. & ideo.C.de veter.iure enuclean.* scripserunt, Claudius Trifoninus in Serbidium Scæuolam, Marcellus in Iulianum, Ælius Martianus in Marcellum notas, *vt patet ex his, qui illorum vitas descripserunt, Berardino Rutilio, & aliis,* scripserunt. Celsus Domitio Labeoni ita scripsit, aut non intelligo, quid sit id, de quo me consulis, aut magna est stultitia tua, *l.Domitius.ff.de testament.* Iustinianus *gloss.in l.fi.C.in quib.causis in integrum restit.non esse necess.& est apud Gell.lib.6.c.14.* ipse multoties in legibus reprehensus, aliquando errasse eum dicunt, interdum etiam bibisse, quando legem condidit, cæteros etiam Imperatores, *l.3.in fin.iuncta gloss.ff.de supell.leg.* aberrare in iure posse constat: Imò & sectarum falsæ opiniones, Cassianorum, Sabinianorum, Proculianorum, Pegasianorum in Pandectis referuntur, *l.1.ff.de contrahen.empt.l.adeo.ff.de acquir.rer.domin.l.illud,ff.de petit.hered.l.3.ff.de acquir.poss.l.3.ff.pro derelict.*

Præterea compilatores decretalium aliquando lapsos esse, & sæpius posuisse affirmatiuam pro negatiua, probarunt Hostiens. Ioan. Andr. & Cardinalis, *in c.fin.de precar.* Gratiani infinita errata colligit Felynus *in cap.2.num.44.de rescript* Cynus, Bart. *in l.1.§.1.ff.de requir.reis,* Gemin. *in cap.vt animarum,col.2.versic. item quia,de constit.* etiam sæpe conqueritur de parua scientia Canonistarum.

Accursij, Bartoli, Baldi, & cæterorum inscitiæ multa implent volumina, quæ sunt à quamplurimis compilata, vt verè dici potest, commune esse recentioribus cum antiquis elucubrare, & fallere: Nec enim antiquiores velut sacramento nos adigi voluerunt, qui non tam effusè de se polliciti sunt, vt in rebus obscuris nunquam caligasse se, ausi fuerint conteri.

Sed ea est doctorum hominum conditio, vt ab eorum morte viuere incipiat humanus fauor, & vitæ finis principium sit gloriæ, laudes hominum mors inchoat, quia cum corpore moritur inuidia, viuítque cum ipso: Redeat Papinianus, redeant nunc etiam illius ingenij contemptores, compareat Vlpianus, reflorescat Scæuola, veniant Romam Iulianus, & Iabolenus, resurgant Gallus Aquilius, Sulpitius, Martianus, Cato, & cæteri, quos iuris peritissimos appellamus, non modò segnes laudatores inuenient, sed mordaces etiam ac liuidos detractores, quod quisque suis temporibus expertus est.

Nec denique antiquorum elegantia sunt ipsi recentiores spernendi, quæ nostro seculo naturalis non est, & Lacedæmonum more, reprobantium omnino eloquentiam, proborum hominum sententias ex solo pectore proficisci opus est, ne artificij suspicione, apud eos, qui iudicant, multum fidei detrahatur, & auctoritas scribentis imminuatur, atque suspectus fiat: qua ratione, etiam inter antiquos apud Pomponium *l.2. §.post hos. ff de origine iuris*, reperitur, Trebatium fuisse in iure peritiorem Cassellio, istum verò Trebatio eloquentiorem, ideo Cassellij scripta non reperiri: & inter nouos Alciatus, qui elegantioribus studiis delectabatur, hac ratione consilia edenda non esse (teste Deciano *in apologia pro Iurisperitis contra Alciatum, c.16*) profitebatur.

Non enim oratorem quod Latinè, quod perspicuè locutus fuerit quisquam est admiratus, cùm reprehendere, atq; irridere si vitiosè diceret, suo iure possit, sed qui explicatè, qui propriè

prie,quiabundanter,qui illuminatè conceptuum sensus enunciare possunt,eos vulgus omni laudis prædicatione maiores esse existimat:& in iudiciis,& gradi fortunæ, capitisque discrimine accurato potius,quàm ornato dicendi genere salus acquirenda erit.

Studui ego,non vt quodcunque mihi speciosius,sed vt aliis veritas eluceat,quem stylum, & omnes posteriorum temporum Iurisconsulti,& Diuus Thomas, ac cæteri sacræ paginæ scriptores insectantur:Finis enim meus,qui semper in hoc genere studiorum fuit, non tam scribentis laus, quàm legentis vtilitas, si qua ex me percipi, aut sperari potest, ad id maximè respexi,vt armarium voluere in hac iurisdictionis materia,vlterius non sit necesse.

Minus obscurata dici potest iuris disciplina recentiorum commentariis, non enim ad hanc vsque ætatem id consequi potuimus, vt nulla possit oriri quæstio, quæ vel legibus, vel scriptis antiquiorum prudentum non sit terminata; plurimum adhuc restat operis, multumque restabit, vt dicit Seneca *in epist.*65. multum etiam egisse, qui ante nos fuerunt, sed non compleuisse, non peregisse: Imò Philosophis etiam impossibile iudicatur eundem incipere,& finire posse aliquam artem: eorum igitur quæ scripta sunt, vel minima est eorum, quæ inter mortales contingunt,portio: neque vllis adhuc scriptis sunt omnia definita,cùm nulla sit dies, quæ nouas non producat facti species, nullius scriptis comprehensas, & noui semper non insurgant casus atque hominum mores, quos necesse fuit posterioribus relinquere,etiam Iustiniano iubente,ad alteram legum congregationem referendum esse.

Longè distat facies nostri seculi, & tribunalium ab antiquis Romanis, ergo facilius ex nouissimorum scripturis colligemus, quæ ad casus emergentes definiendos conferunt, quàm ex antiquioribus.

Quare non obscuratur iuris disciplina iis scribentium lucubrationibus, quæ ad societatem hominum tuendam,ad casus emergentes decidendos,& compilandos, denique ad iurisprudentiam augendam propediem emittuntur,audaci quidem conatu,sed euentu,vt arbitror, nihil pœnitendo.

Et licet Iustiniani exemplum esset nostris temporibus renouandum (vt ex reciproca humanarum rerum vicissitudine,quamprimum sperari debet) non tamen comburendi essent libri,quo accusatur Tribonianus, qui solum volumen ex tanta librorum multitudine conficere ausus est,qua temeritate potius nos in maximam rerum omnium ambiguitatem, obscurissimasque tenebras præcipitatos, atque ita esse demersos apparet, vt in lucem recipi non solum difficile,sed penè impossibile esse videatur.

Nunc igitur, ne simus in dicendo prolixiores, ad eam iurisdictionis partem exarandam accedamus,in qua leges Imperiales,statuta, constitutionesque Principum, Ecclesiasticos, & eorum bona non comprehendere declaratur, quam sic aggredior, ad laudem Dei Omnipotentis, sub cuius præsidio iurisdictio Ecclesiastica sarcta, tectáque seruatur, ad Ecclesiæ parentis nostræ gloriam, cuius iurisdictio tunc maximè florebit,cùm docti in Ecclesia Dei, velut splendor fulgebunt firmamenti,ad vtilitatem vniuersæ Reipublicæ Christianæ, cuius integritas,pax,& tranquillitas in iurisdictione Ecclesiæ conseruatur, vtque Deus Optimus Maximus ad hanc pietatis officinam suis beneficiis, atque fauoribus nos assiduè prosequatur.

CASVS I.

Statuta ad bonum publicum condita, nulla facta mentione clericorum, eos non ligant.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiastici an ligentur lege Principis secularis, condita ad bonum publicum, nulla de ipsis facta mentione.*
2 *Clerici an teneantur contribuere, vbi tractatur de communi vtilitate cum laicis,& n.11.*
3 *Vtilitate & necessitate publica vrgente, an seruetur immunitas clericis.*
4 *Statutum an valeat contra Ecclesiam propter conseruandum statum Reipublicæ.*
5 *Et an ad eius validitatem requiratur Pontificis auctoritas.*
6 *Ecclesia debet contribuere in purgatione putei communis cum vicinis.*
7 *Clerici an teneantur ad extraordinaria munera.*
8 *An teneantur ad reparationem pontium, fossarum ciuitatis, & similium.*
9 *An teneantur soluere gabellam de plaustris, seu curribus, si sit in vtilitatem ciuitatis.*
10 *Bona clericorum an teneantur contribuere in quibus publicæ vtilitati consulitur.*
12 *Clerici tenentur contribuere ad salaria Doctorum profitentium in gymnasiis publicis.*
13 *Clerici an ligentur edictis Principum pro annona publica.*
14 *Leges pro bono publico latæ, etiam à Principe laico an ligent clericos.*
15 *Cap. peruenit, de immunitat. Eccles. an loquatur de clericis,& eius intelligentia,& nu.17.& n.19.*

 16 *Cle-*

16 Clerici facilius excusantur à personalibus, quàm realibus.

18 Clerici sunt inhabiles ad pugnandum etiam contra Saracenos.

20 Papa an possit dispensare cum Sacerdotibus, vt eant ad bella, & pugnent.

21 Leges Codicis de clericis disponentes, nullius sunt efficaciæ, & nu.40.

22 Bartol. in l.omnes populi, nu.29. est communiter reprobatus.

23 Lex Principis secularis etiam ad bonum publicum latanon ligat clericos ob defectum iurisdictionis.

24 L.ad instructiones. C.de sacrosanct. Eccles. fuisse correctam per authent.item nulla communitas, & n.26.

25 Ecclesiæ & clerici hodie sunt immunes à quibuscunque oneribus, etiam publicam vtilitatem concernentibus.

27 Clerici dicuntur ciues ciuitatis, contrarium n.29.

28 Item sunt districtuales dominorum temporalium.

30 Item non habent vocem in consilio populi.

31 Principes laici habent potestatem à Deo condendi legem, quæ bonum publicum respiciat.

32 Et contrauenientes illi legi peccant mortaliter.

33 Clerici ligantur lege laicorum ex vi directiua, & naturali ratione.

34 Ex qua non directò, sed in subsidium sint cogendi.

35 Clerici ex inobseruantia legis Principum secularium non obligantur ad peccatum mortale.

36 Lex quando dicatur obligare ad peccatum mortale.

37 Legislatoris voluntas est ratio originalis obligandi ad peccatum.

38 Lex ciuilis an habeat potestatem obligandi in foro conscientiæ.

39 Leges Principum secularium, etiam ob publicam vtilitatem, & necessitatem conditas nullo modo ligare Ecclesiasticos, qui defendant.

41 Onera realia quotuplicia sint.

42 Collectæ imponuntur personis pro rebus.

43 Leges secularium nullo modo ligant Ecclesiasticos, nisi fuerint à Pontifice confirmatæ.

44 Lex vel statutum nullo modo valere potest, quin ob publicam vtilitatem sint condita.

45 Legis fundamentum est iurisdictio.

46 Et ob solam vtilitatem publicam lex non sustinetur.

47 Alienatio rei Ecclesiæ non sustinetur, etiamsi in vtilitatem Ecclesiæ, nisi seruatis solemnitatibus.

48 Ecclesiastici, quatenus ob publicam vtilitatem teneantur in subsidium.

49 Cap.non minus, de immunitat. Eccles. intelligentia.

50 Et an loquatur de oneribus, quæ propriè spectabant ad laicos, vel de communibus cum clericis.

51 Clerici, & Ecclesiæ, etiam volentes, & cum Episcopi auctoritate non tenentur ad onera publica, nisi consulto Romano Pontifice.

52 Sententia S.D.N.Papæ Clementis VIII. qua declaratur in facto, Ecclesiasticos teneri ad onera publica, vbi laicorum facultates non sufficiunt.

53 Discussio bonorum non est facienda, quando constat notoriè aliquem non esse soluendo.

1 RECEPTISSIMA est inter scribentes sententia vtriusque classis; Ecclesiasticos ligari † lege Principis secularis, condita ad bonum publicum, cuius Ecclesiastici participes fiant, dum tamen de ipsis nulla prorsus mentio facta fuerit (quæ tanquam cæterorum casuum huius primæ centuriæ fundamentum inprimis discutienda est.)

Hanc opinionem sequuti sunt Ancharan. *in cap. non minus, nu.8. de immunit. Eccles.* per hæc verba: Et aduertendum, quia ex prædictis, quæ proximè tetigi, posset dari generalis doctrina, quod vbicunque tractatur de communi † vtilitate clericorum, & laicorũ simul, 2
& permixtim, clerici tenentur contribuere simul cum laicis. Idem Ancharan. *in c.1. de immunit. Eccles. lib.6. in vers. sed vlterius circa hoc quæro*, quid si agitur de communi bono clericorum, & laicorum, vtrum clerici contribuere teneantur, & dicit se ponere quæstionem facti. Quædam hostilis societas, volens venire super territorium Senarum causa comburendi domos, & depopulandi agros, & committendi alia mala, commune Senarum, vt liberaret ciues, & omnes à prædictis malis imminentibus, conuenit cum illis soluere magnam quantitatem pecuniarum; Dubitatum fuit, vtrum Ecclesiæ & clerici teneantur contribuere pro solido, & libra possessionum, quas habent, sicut laici, cùm ita fuissent passi detrimentum in eorum possessionibus, sicut cæteri, & ex his, quæ ipse dixit *in d. cap. non minus*, consuluit pro affirmatiua. Idem Ancharan. *in cons.96.* respondit, clericos teneri conferre pro impensa facta ad communem ciuitatis vtilitatem, ne illa ab hostibus deprædaretur, & combureretur, cum solutione huius pecuniæ in suis possessionibus, euitauerint clerici dispendia similiter infligenda sicut in rebus, & possessionibus laicorum, & ideò æquitati, & iuri conuenit, vt impensæ onus sentiant, quemadmodum senserunt commodum.

Andr. *in c.1. ver. illicitas, n.36. de pace iuram. firmand.* dicit, quod vbicunque vtilitas, † vel necessitas publica 3
exigit, non seruatur immunitas clericis, vel Ecclesiæ, ponit exemplum in portu, pontibus, muris, custodia ciuitatis, aëris salubritate, & aliis, & sequitur Afflict. *ibi n.25.*

Couarr. *in cap. possessor, de regul. iur. lib.6. in 2. part. §.4. n.8.* dicit, si ob statum † Reipublicæ conueniat com- 4
munitati, maximè ad eius vel tutelam, vel regimen quod res quædam in Ecclesiam, aut clericos minimè transferantur, tunc statutum id validum erit, & aduersus Ecclesiam obtinebit, allegat Cardinal. *in consil.144.* & Federic. de Sen. *in consil.35.* & alios, vt ibi per eum.

Purpurat. *in consil.50.* vbi loquens de multis oneribus impositis, subdit, quod vbi causa communem & publicam respicit vtilitatem, non est necessaria Summi Pontificis † auctoritas, & dicit hanc esse veram & 5
æquam opinionem Iuristarum, Canonistarum, & Theologorum, idem *in consil.335. num.1.* Summa Angelica *in verb. immunitas, num.37. vers. distinguo tamen.* Specul. *in tit. de censib. §. nunc dicendum, in princ. versic. item pone*, dicit, quod si vicinia habet puteum, vel clibanum, vel porticum communem, qui eget purgatione, vel refectione, contribuere debet etiam Ecclesia, † nec excusatur, quia concernunt communem vti- 6
litatem. Idem tenet Ioan. de Turrecrem. *in can. placet, 16. qu.1.* vbi dicit, quod ille text. qui est etiam *in l. placet, C. de sacrosanct. Eccles.* fuit transumptus ex Concilio Chalcedonensi, & per illum text. probatur, quod clerici † tenentur ad extraordinaria munera, quando 7
vertitur eorum vtilitas, vt quando exercitus per illum locum transitum faceret, & similia, idem tenet

Car-

Cardin.Zabarell.*in clem.1.de vita & honeſt.cleric.in 18. quæſt.*Lucas de Penna *in l.ſi in fi.C.de exactor.tribut.li.10.* ait, quod clerici tenentur contribuere ad excauationem
8 † fluminum,& reparationem pontium,& foſſarum ciuitatis,quia communis eſt vtilitas,etiam ipſorum, allegat Archidiaconum idem tenentem *in c. generaliter,§.ad inſtructionem,*aliàs eſt *c.ad inſtructionem.* 16.q.1. Collectarius *in cap.aduerſus,de immunit.Eccleſ.* dixit, quod ſi vtilitas communis eſt laicis, & clericis, tenentur clerici contribuere per illum text. inducendo illum à contrario ſenſu,Innoc.Io.Andr.& Cardin. Zabarell. *in d.c.nõ minus,de immunit.Eccleſ.*Bertachin. *in tract.de gabellis. q.7.n.20.*

Hanc eandem opinionem tenet infinitus numerus Iuriſtarum,Bart.*in l.nullus.C.de curſu public.li.12.*Bald. *in tit.de pace Conſtantiæ, nu.29.* loquens de munitione murorum ciuitatis, Alberic.*in rubric.ff.de munerib. & honorib.n.*86.Iacob.Butr.*in l.ad inſtructionem.C.de ſacroſanct.Eccleſ.*vbi quod Eccleſia,
9 † & clerici tenentur ſoluere gabellam de plauſtris ſeu curribus, ſi gabella illa conuertitur in reparationem pontium,& viarum, quia totum hoc redundat etiam in commodum, & vtilitatem Eccleſiæ,& clericorum, Cæpoll. *in tract.de ſeruitutib.c.de via,n.*48.Ioan.de Platea *in l.ſi.C.de immunit.nemini conced.li.11.* Andreas de Barulo *in l.1.C. de munerib.patrim.lib.10.* Nicol.de Neap.*in c.regni,incip.item ſtatuimus,n.*96.Omnes Dd.*in d.l.ad inſtructionem.& in l.ſi ex toto, de legat.1.*

Et conſuluerunt ſecundum hæc principia in diuerſis caſibus,vt Eccleſia & clerici teneantur, quando vtilitas eſt communis, Bald. *in conſ.246.incip. antiqua eſt querela,vol.3.*vbi quod Eccleſia,& bona
10 † clericorum tenentur ad collationem in his, in quibus publicæ, & communi ſaluti,etiam clericorum conſulitur,& *in cõſ. 312.incip.ſi de iure.eod.vol.3.* Alexand. *in conſil.221.viſa facti narratione,& ſtatutis,n.2.vol.2.*Pariſ.*in conſ.25.n.74.vol.1.* Corn.*in conſil.72.in hac conſultatione,col.4. verſic.& licet in Eccleſia.vol.4.*Ripa *reſponſ.1. ſub tit.de munerib. & honorib.* vbi probat hanc eſſe communem concluſionem, quod in concernentibus communem
11 vtilitatem, clerici † quoque tenentur contribuere, Bertrand. *in conſ.122.incip.ponitur in facto,vol.1.* Dec. *in conſi.14.vol.1.* vbi latiſſimè probat, quod clerici te-
12 nentur contribuere ad † ſalaria Doctorum profitentium in gymnaſiis publicis, latius Menoch. *in conſi.*
13 800.quod clerici ligantur legibus,& edictis † publicis ſecularium Principum diſponentium ſuper publica annona,& vbertate, idem Menoch. *in conſil.1000.* de eadem materia ſcribit Barbat.*in conſil.1.vol.3.* Duen. *reg.100.num.12.* Octauianus Vulpellius *in tract. de libertate Eccleſiaſt.part.2.n.30.*Petrus Auendanus *in tract.at.de exequendis mandatis Regum,part.1.c.14.num.30.* Mexias *ſuper pragmatica panis,concluſ.5.n.43.* Ignatius Lopez *in additionib.ad practicam criminalem Diaz ſuper c.55.verſ.ſed vt liberè dicam,fol.94.* Vaſq.*de ſucceſſ. creatione,li.1.§.10.n.648. verſic. & Hiſpaniæ vſu venit.*
14 vbi quod leges † pro bono publico latæ,etiam à Principe ſeculari, obligant clericos non ſecus, quàm laicos, Remigius de Gonis *in tract. de charitatiuo ſubſidio,q.62.n.36.* & ita fuiſſe ſæpiſſimè deciſum in diuerſis tribunalibus totius orbis, Caccheran.*in deciſ.Pedemont.*181.Franch.*in deciſ.Neapolit.9.n.3.*Guido Pap.*in deciſ. Gratianopolit. 7.* vbi quod ſic obſeruat ſtylus Parlamenti totius Galliæ,& in Hiſpania eſt ad hoc *lex partitarum,part.1.l.52.tit.6.*

Et quia omnes præfati Doctores, & cæteri ab eiſdem allegati, credunt hanc opinionem vtroque iure fundari poſſe;Idcirco videamus,an verum dicant.Mouentur igitur in primis per text.*in c.peruenit,* † *de immunitat.Eccleſ.*vbi ſecundum intellectum Abbatis 15
habetur,tempore magnæ neceſſitatis, neminem poſſe ſe excuſare à murorum,ſeu ciuitatis cuſtodia.Ergo ſi clerici ex eo textu tenentur impendere onus perſonæ, multo fortius onus rerum,quibus præfertur perſona, *l.iuſtiſſimè,ff.de ædilit.edict.*& facilius † excuſantur cle- 16
rici à perſonalibus muneribus, quàm à realibus, cùm in primis abſtrahantur à diuinis officiis,*can.reprehenſibile,23.q.8.*in ſecundis autem non. Reſpondet Abbas *in conſi.3.vol.1.*vbi latè probat opinionem contrariam, quod *d.c.peruenit.* † non loquitur de clericis, ſed de 17
Hominibus Eccleſiæ, qui gaudent immunit. Eccleſ. *can.Eccleſiarum ſeruos,12.q.2.* quem intellectum ſequitur Barbat.*in d.conſ.1.ante n.13.verſ.item & tertio,vol.3.*& ego ſic confirmo: Quia clericatus reddit eos † in- 18
habiles ad pugnandum etiam contra Saracenos, vt probatur *in c.ex multa,§.fi.de voto.& d.c.reprehenſibile,23.q.8.& can.ſuſcitatus,3.qu.1.* & vide gloſſ. *in ſumma 23.q.8.& can.porro,16.q.3.* Vnde D.Thomas *in 2.2.qu.40.artic.2.*dicit,quod Prælati & clerici,quando auctoritate ſuperioris poſſunt intereſſe bellis, non debent intereſſe, vt ipſi propria manu pugnent, ſed vt iuſtè præliantibus ſpiritualiter ſuis exhortationibus ſubueniant,& hoc intelligitur de exhortatione ante conflictum belli,non autem in ipſo actu belli,ſecundum Innocent.*in c.quod in dubiis,de pœnit.* & quia in caſu *d.c. peruenit.*ciuitas † Terracinæ opprimebatur ab infide- 19
libus,& imminebat timor ſubitaneus, & improuiſus, vt ibi notat Innocent. non eſt credibile, quod Summus Pontifex,per eos,qui vigilare debebant,& cuſtodiam ciuitatis procurare, clericos intelligere voluiſſet,qui conſiliis & exhortationibus tantùm,ante belli conflictum ad hoc tenebantur: Tantò minus poſſet de clericis in dubio intelligere, ſi eſſet vera opinio Præpoſiti *in c.clericum,diſt.50.* volentis, quod Papa † 20
non poſſit diſpenſare cum Sacerdotibus, vt ad bella procedant,manibus propriis pugnaturi, & propterea ſi eſſent vaſalli Regis,quorum quilibet tenetur ſeruire de perſona, *c.1.de noua forma fidelit.* poſſunt dare milites Regi pro ſuo feudo,*§.ecce,23.q.8.* & gloſſ.*in d. ſumma.eiuſdem cauſ.& quæſt.*Concludamus igitur *d.c. peruenit,* non loqui de clericis, ſed de hominibus Eccleſiæ, vt etiam ibi gl. ſentit; tanto magis, quia *c.non minus.*quod ſequitur *in eo.tit.* eſſet illi de directo contrarium, vt infra dicam.

Secundo mouetur per tex. *in l.ad inſtructiones, C.de ſacroſanct.Eccleſ.*vbi Eccleſia tenetur conferre, & contribuere ad inſtructiones pontium,& viarum. Sed licet poſſet dici, leges † Codicis tanquam conditas ab 21
Imperatoribus iuriſdictione carentibus in clericos, nullius eſſe virtutis,vel efficaciæ,nec aliquo modo eſſe allegandas,ex his quæ poſt alios congerit Dec. *in cap.Eccleſia ſanctæ Mariæ,à num.88.infra,& in c.quæ in Eccleſiarum,col.3.de conſtitut.* Nec obſtat Bart. † *in l.* 22
cunctos populos, nu.29. C.de ſumma Trinit. vbi quando lex Principis ſecularis eſt æqua, & ex iuſta & rationabili cauſa procedens,tunc ligat clericos & Eccleſiaſticos,etiamſi auferat eis aliqua ſibi competẽtia vt ciuilibet,non autem in priuilegium: Quia hæc doctrina Bartoli eſt communiter reprobata, vt notant omnes ſcribentes *in d.cap.Eccleſia ſanctæ Mariæ,* Abb.*in 1.not.* Anchar.*in 3.not.ab.*Immol.*n.11.*Ant.de Butr.*n.10.* Felyn.*n.18.verſ.ex hoc infert,*Dec.*n.233.* Nauar.*in conſ.4.*

n.5.de constitut.li.1. vbi quod sententia Bart. communiter reprobatur, Grammat. *decis.*100.*nu.*9. & omnes sequuntur doctrinam Hostiens. *in cap. fin. de solut. & in summa in tit. de consuetudine, §. de veritate,* Cyn. *in l.2. circa fi. C. quæ sit longa consuet.* & reprobauit eandẽ Salyc. *in auth. cassa, & irrita, C. de sacros. Eccles.* Bald. *in c. cũ causa, de re iudic.* Lapus *allegat.*106. Calder. *in consil.*11. *tit. de constit.* & hanc communem reprobationẽ satis clarè probat Socin. *in cõs.*56. *viso decreto, vol.*1. vbi subdit, quod contra Bart. ipse consuluit, & multi Dd. Bononienses & Perusini se subscripsere, & latius firmat *in cons.*14. *circa dub. data, vol.*4. & hæc procedunt con-
23 tra Bart. etiamsi lex † Principis secularis esset facta ad bonum publicum, quia eius inualiditas dependet ex defectu iurisdictionis, & potestatis, quam non potest conferre publicæ vtilitatis ratio, ex his quæ congerit Surdus *in cons.*2. *vol.*1. *& in cons.*1. *vol.*3. & dicemus inferius, & ideo cõcludi posset ꝙ *d. l. ad instructiones,* allegari nõ debet, prout etiã firmat Sum. Angelica *in ver. immunitas. n.*37. *v. & ideo dic quòd lex ad instructiones.*

Tamen strictius respondendo, dico quod *d. l. ad in-*
24 *structiones,* † fuit correcta per *auth. itẽ nulla cõmunitas. C. de Epis. & cler.* vbi Ecclesiæ, & Ecclesiastici facti sũt immunes ab omni onere imposito, & imponendo & pro rebus & possessionib. suis, quæ authent. est lex noua Federici Imp. ita ex multis probat Abb. *in d. c. non minus, n.*18. *prope fi.* & probat Caccheran. *in d. dec.*181. *n.*3. vbi quod est magis communis opinio, *d. l. ad instructiones,* esse correctam; & per *d. authent. item nulla communitas.* Hostiens. correxit opinionem suã, quã tenuit *in d. c. non minus, in summa de immunit. Eccl. §. à quibus,*
25 *ver. extraordinaria.* vbi dicit, quod hodie Ecclesiæ † sũt immunes ab omnibus istis oneribus concernentibus siue publicam vtilitatem, siue priuatam, per *d. auth. itẽ nulla communitas,* & quod hodie non procedit ex toto dispositio *d. l. ad instructiones.* & dicit, hanc opinionem teneri pro glossatore vtriusque censuræ. Et licet Ripa *in cons.*1. *nu.*5. *de muner. & honor.* dicat *d. l. ad instru-*
26 *ctiones,* † non esse correctam, & hodie etiam teneri Ecclesiasticos, vigore ipsius, & hanc esse magis cõmunem opinionem, idem dicit *in tract. de peste, in c. de remediis ad conseruandam vbertatem, n.*234. Tamẽ Guid. Pap. *in sing.*409. *incip. vtrum lex ad instructiones, &c.* dicit esse correctam solum quoad onera imposita Ecclesiasticis pro rebus suis, secus quoad onera realia imposita rebus, & quid si intelligeret de oneribus realibus, id est, tributis iuxta distinctionem, Bartol. *in l. placet, C. de sacros. Eccles.* quia Ecclesia tenetur soluere tributum, *c. tributum,* 11. *q.*1. *c. tributa* 23. *q.*8. Archid. *in c. placet,* 6. *q.*1. Dicam latius infra *cas.*11. sed de tributis *d. l. ad instructiones,* nõ intelligitur: ergo in toto remanet correcta, & hęc est veritas, quę clarius apparebit in resolutione sequentium, & ideo super ea non potest fieri fundamentum pro hac opinione.
27 Tertio mouentur, quia clerici † dicuntur ciues, Bar. *in l.1. n.*11. *ff. ad municip.* Item Ecclesia dicitur de corpore ciuitatis, Bald. *in c.1. de vasall. qui arma bellica deposuit.* Marsil. *in tract. de bannitis, in ver. n.*116. Tiraq. *de primogen. q.*44. *n.*9. latè Surd. *in d. cons.*1. *n.*7. *vol.*3. Frãcis. Marc. *decis. Delphin.*456. *n.*9. *part.*1. Ideo ligantur lege communiter lata, quę ligat omnes ciues, præsertim si ob bonum publicum, de quo ipsi etiam clerici vt ci-
28 ues participes sunt: Addo, quod clerici † sunt districtuales dominorum temporalium, vt est casus *in c. fi. de offic. deleg. lib.*6. per quem tex. ibi dicit Ioan. Andr. quod appellatione districtualium veniunt clerici, & ita si Regi, & suis districtualibus concessum sit priuilegium, veniunt clerici, quia Principes seculares in multis casibus possunt cogere clericos, vt habetur *in c. Principes seculi,* 23. *qu.*5. & per hanc rationem ita concludit Roman. *in sing.*446. *habeo casum.* Item ad hoc text. *in c. accedens, vt lite non contest.* Sed pro resolutione, primo retorquendo, quod imo clerici † nõ veniunt 29
appellatione populi, per text. *in l. placet, C. de Epis. & cler.* vbi tex. dicit: *nihil commune habent clerici cum publicis actionibus, vel ad curiam pertinentibus, cuius corpori non sunt annexi, &c.* per quem tex. notatur, quod clerici non sunt de vniuersitate laicorum, nec habent † vo- 30
cem in consilio populi, secundum Abb. *in d. c. non minus, in fi.* allegantem Innoc. *in c. delicta, de excess. Prælat.* vbi quod clerici ciuitatis, vel castri non possunt facere collegium, quia non constituit vniuersitatem, Thom. Parpal. *in repet. d. l. placet,* Ioan. Mauritius *in repet. l. vnicæ, C. quo loco mulier. li.*10. Item quatenus essent de populo, aut districtu; est tamen specialiter prouisum per Summum Pontificem sub anathematis vinculo, vt nulla lex, edictumque Principis, quo alij afficiuntur sub quocunque prætextu, etiam publici boni, liget clericos, etiam quatenus essent de districtu, vt habetur *in c.1. de immunit. Eccles. lib.*6. *in vers. etiamsi ipsa Ecclesia, vel personæ, vel res huiusmodi sint infra illorũ districtum, vel territorium constitutæ.*
Quarto mouentur, quia Principes † laici habent po- 31
testatem à Deo condendi legem, quæ bonum publicum, & communem vtilitatem respiciat, D. Thom. *in opusc. de regimine Princip. li.*1. *c.*12. cum aliis cõgestis per Menoch. *in d. cons.*1000. *n.*27. & per Surd. *in d. cons.*1. *n.*8. *vol.*3. & ideo clerici ligantur lege Principis secularis
ad communem vtilitatem lata, & peccant † mortali- 32
ter, si illam legem non obseruant, vt probat Francis. à Victoria *in li. de potest. Eccles. relect.*1. *sect.*7. *n.*4. & Lud. Molin. *in tract. de iust. & iure, tract.*2. *disp.*32. *vers. sexta conclusio,* Dom. Soto *in li.*1. *de iust. & iure, q.*6. *art.*2. *col.*1. *vers. cæterum leges de rerum pretiis,* idem *in* 4. *lib. sent. dist.*25. *art.*2. *vers. quarta conclusio,* Nauar. *in suo manuali, c.*23. *n.*88.
Responderi potest ex eisdem allegatis Dd. Nauar. enim ibid. dicit, quod lex ciuilis, quantumcunq; ob bonum publicum lata, clericos non ligat vi coactiua,
sed cùm iusta est, sustinetur per vim decretiuam † ra- 33
tionis, & tunc clerici ligantur non ex lege, sed ex naturali iustitia, à qua nemo subducitur, quamuis Imp. legem ferenti non subiiciantur. Eodem modo latius respondet Purpur. *in cons.*335. *n.*2. *&* 5. & Fortun. Garzias *in tract. de vltimo fine vtriusque iuris, illat.*13. *nu.*158. *& plur. seq.* quẽ sequitur Surd. *in d. cons.*1. *n.*31. & pro confirmatione responsionis inducit aliqua similia. Ita etiã resoluit consiliũ incerti auctoris post consil.1000. Menoch. *sub nu.*10. *& seq.* Quam responsionẽ ipse Menoch. *in d. cons.*1000. *nu.*27. *vers. & præterea satis nobis sufficit, &c.* acceptat pro iurisdictione laicorum, dicens sufficere ligari clericos saltem vi rationis naturalis in lege publicæ vtilitatis comprehensæ. Sed Menoch. non aduertit, quod eodem modo ligarentur clerici qualibet alia lege ciuili in iuris corpore comprehensa, quia nulla lex potest esse iusta, & bona, sicut nulla re vera est in corpore iuris, quæ non à naturali lege deriuet, vt latius probaui supra *part.*3. *c.*9. Item maxima est differentia, an quis teneatur ex vi legis, an verò teneatur ex vi rationis naturalis, à qua lex deriuat, primo enim modo directo tenetur, quia lex ipsa in
actum reducta directò cogit, secundo verò † in sub- 34
sidium,

sidium, vt ex d.c.non minus, nos etiam affirmamus, sed hæc actio subsidiaria non potest coram seculari legislatore exerceri, ex defectu iurisdictionis, alias tenerentur directo, sed coram eo exercenda est, à quo mediante illa naturali ratione habens iurisdictionem in clericos legem in actu conderet.

35 Quod autem clerico† ex inobseruantia legis Principis secularis non obligentur ad peccatum mortale, probatur; Primo argumẽto ducto à simili, quo vtitur Vasq. *in lib.1.controu.illust.c.1.* de iudice arbitrario, qui ex facultate sibi concessa, compromittentes non potest obligare ad peccatũ; ergo nec Princeps secularis potest ad hoc obligare clericos: patet consequentia; quia vtrique datur facultas ab eis qui se illis submittunt; sed clerici nullo modo possunt se submittere iurisdictioni laicorum, *c.si diligẽti, de foro comp.* & latius scripsi supra *in 2.par.c.38.* quo in loco ait Vasq. Alphõsum de Castro non bene ab hoc argumento sese extricare, & ad eius respõsionẽ, quę est, ideo posse Principem laicum ad æternam pœnam obligare: quia est à Deo constitutus, & ab eo potestatẽ habet, iuxta illud: *per me Reges regnant, &c.* replicat hoc idem esse, ac si quis diceret, Solem per Deum lucere, flumina currere; Addit etiam, quod idẽ posit dici de arbitris, prout

36 dixi in probatione consequentiæ. Item si tunc lex † obligat ad peccatum, quando adest intentio legislatoris sic obligandi, & verbis expresserit eius intentionem, vt patet *ex clem.exiui de paradiso*, quæ licet particulariter de regula D. Francisci loquatur, credendum est Summum Pontificem declarasse priuatam regulã per communem regulam iuris, exprimitur etiã mens, si dicatur in virtute sanctæ obedientiæ, *clem. dudum, de relig.domib.* vel sub obtestatione, & interminatione diuini iudicis, *cle.1.de immun. Eccl.* vel sub indignatione D. Petri, & Pauli, quæ regula communis est Canonistarum *in c.1.de const.* & Theologorum, vt per D. Tho *in 2.2.q.186.art.9.* & ratio est, quia lex merè po-

37 sitiua non tam obligat ex seipsa, quàm ex† legislatoris voluntate, quæ est obligationis radix: Sed legislatoris secularis nulla potuit esse volũtas obligandi clericos, quia nulla est potestas. Nemo enim in dubio videtur comprehendere eos, de quibus disponere non potest, *l.Lucius, §.pen.ff.ad munic.c.à nobis, de sent.exco.* Ex quibus posset sustineri opinio Io. Gersonis *in tract.de vita spirit.lect.4.* & Almayni *in lib.de potest.Eccl.q.1.c.12.*

38 affirmantiũ legem† ciuilẽ non habere vim obligandi in conscientia, nisi quatenus pręcipit id, quod est in lege diuina, quorum opinio licet sit ab omnibus reprobata Canonistis, & Theologis, ex latius congestis per Lud. Carbon. *in tract.de legib.li.7.disp.2.v.secũda sententia contraria.* posset tamẽ sustineri in clericis, vt ex lege ciuili non obligẽtur ad peccatũ, nisi præcipiatur, quod in lege diuina continetur, prout semper tetigit idem Vasq. *in suis controuers.illustrib.c.11.12.14.& 29.* & ita non ex vi legis coactiua, sed ex eius virtute directiua, quæ coram proprio legislatore exercenda esset.

39 Contrariam opinionem scilicet quod leges† Principum seculariũ etiam ob publicam vtilitatem, & necessitatem conditæ, nullo modo obligent Ecclesiã, & clericos, tenet Accurs. *in d.l.ad instructiones, in ver.tit.* quæ se remitti t *ad l.fin.in gl.1.C.de quib.muner.& præstat.nem.lic.se excus.lib.10.* quæ dicit illã legẽ nõ ligare Ecclesiam, eand. opinionẽ tenuit gl. *in c.generaliter, §. nouarum 10.q.1.* quæ dicit, quod *l.ad instructiones*, respectu Ecclesię, hodie non tenet, idem tenuit Io. And. in quodam suo consilio, vt refert Calder. *in cons.2.col.2.in fi.sub tit.de censib.* Idem Io. And. *in d.c.non minus, col.fi.de immun.Eccl.* qui voluit, quod nulla lex† Dige- 40 storũ, aut Codicis, vel Authenticorum potuit in hoc astringere clericos, & Ecclesiã, cum Imperator super illis statuere non posit, nisi per Papã fuerit approbata, per *d.c.Ecclesia S.Mariæ, & c.bene quidem, dist.95.* sed dictæ leges non sunt per Papam approbatæ, imo reprobatæ, vt infra dicam; ergo non ligant, idem tenet Abb. *in d.c.non minus*, licet falso allegetur pro iurisdictione laicorum sub *n.18.* vbi videtur cõfirmare opinionem Pet. de Ancarano, tamen si patienter legatur vsque ad finem improbat illius opinionem, & contrariam sequitur, & diffusius tenet hanc opinionem, pro qua dicit se obtinuisse in iudicio, *in cons.3. videtur primo dictum monasterium, vol.1. & in cons.30. casus super quo, eo.vol.1.* Imm. *in clem.vni.col.fi.de immun.Eccl.* Gugliel. Zenchi. & Immol. *in clem.1.de vita, & honest.cler.* latissimè Dec. *in d.c.Ecclesia S.M.* & ibi Abb. & Fel. & cæteri, & dicit Summa Syluestr. *in ver.immunitas, in prin.n.12.circa princ.* quod communis opinio Canonistarum tenet istam partem, vt per Dd. *in c.fin.de vita, & honest.cler.& in clem.præsenti.de censib.*

Hanc eandem opinionem tenent multi iuris ciuilis professores, Gugliel. de Cun. *in d.l.ad instructiones, & in l.neminem, C.de sacr.Ecc.* Bart. *in d.l. ad instructiones*, tenet, quod Ecclesia, & clerici non tenentur contribuere, nisi esset onus reale, vel essent prædia tributaria, & *in l.placet, C.de sacros.Eccl.* distinctionem posuit approbatam à Canonistis, quod quędam sunt munera verè† realia imposita ipsis pręddiis de consensu Princi- 41 pis, & dicuntur tributa, & ab his Ecclesia non est immunis, etiam de iure Canonico, *c.tributum, 1.q.1.* & dicemus infra, quædam sunt munera realia, quæ imponuntur personis pro rebus, & hæc propriè appellantur collectæ,† ad quas Ecclesię non tenentur, Ias. *in l. 42 placet, in 2.lect.C.de sacros.Eccl.* Corn. *in cons.72.col.pen. & fin.vol.4.* Surd. *in consi.1.vol.1.& in consi.1.vol.3.* qui satis prudẽter defendit hanc veritatem, & *ibi n.30.* allegat Dd. quod etiam concurrente bono publico, lex secularis† Principis non ligat clericos, nisi à Pontifice 43 fuerit confirmata, Fortun. Garz. *in d.tract.de vlt.fi.vtriusque iuris, à n.158.vsque ad 168.* Vasq. *in d.§.10.n.651. & 658.& in §.26.n.71.* Rebuff. *in tom.1. in proœm.gl.1. n.55.& seq.* Bursat. *in consi.200.num.50.*

Et dicit Angel. *in cons.29.incip. Titius ex.stens, col.2.* q̃ tempore, quo Imp. vt Princeps mũdi triumphauit in Roma, & erat Romanus Imp. & imperabat atque disponebat etiã in spiritualibus, vnde disposuit de Episcopis, Abbatibus, & Monachis, & de quam pluribus generibus clericorum de facto: sed hodie dispositio Ecclesiarũ, & clericorum, nullo modo spectat ad Cæsarem, sed ad solum Papam, *d.c.Ecclesia sanctæ Mariæ.*

Verum fundamẽtum istius opinionis est ex defectu potestatis & iurisdictionis, vt patet ex prædictis. Nec obstat publica vtilitas, quia sic quælibet lex, aut statutũ ligaret clericos, probatur consequentia, quia nulla lex,† aut statutũ valere potest, quod ob publicam vti- 44 litatẽ conditum nõ sit, vt probatur *in c.erit autem lex, dist.4.& in l.1.& 2.ff.de legib.* & latius ꝓbat Molin. *de iust.& iur.disp.2.col.2.* & Garz. *in d.tr.de vl.fi.vtriusque iuris, nu.3.& seq.* & latius scripsi supra *part.3.d.c.9.* Vnde primũ quod inspicimus est legislatoris† iurisdictio, 45 quæ concernit substantiam legis, sine qua nulla qualitas considerari potest, *l.nec vllã, §.si absentis, & ibi not.* Ang. *ff.de pet.hered.* Deinde qualis debeat esse lex, Felin. *in d.c.Ecclesia sanctæ M.n.23. vers. & dicuntur iustæ.*

Dec. ibi. nu. 55. versi. nec obstat, & in c. quæ in Ecclesiarum,
46 nu. 7. de constitut. Nec sola vtilitas † potest sustinere actum, qui nullus est ex defectu formæ, & iurisdictio-
47 nis, prout in simili notant de alienatione † rei Ecclesię facta sine sollemnitatibus Apostolicis, vtrum valeat, quantumuis maxima interuenerit Ecclesiæ vtilitas, Geminian. & cæteri *in c. 2. de rebus Eccles. non alienand. lib. 6.* Barbat. post alios per eum congestos *in consil. 41. col. 2. vol. 4.* & in nostris terminis hoc simile applicat Surdus *in d. consi. 1. n. 25. volum. 3.* ergo nullo modo concludi potest, quod Ecclesia, & clerici ligantur lege Principis secularis, carentis in hoc iurisdictione; licet condita fuerit ad publicam vtilitatem, etiam vrgente necessitate.

Ego autem, qui in electione verioris opinionis semper originem duco ab aliquo textu illius prudentiæ, cuiusmodi sunt materiæ, de quibus tracto; arbi-
48 tror certissimè posse concludi, Ecclesias, † & clericos ratione præfatæ publicæ vtilitatis & necessitatis teneri in subsidium, quatenus facultates Communitatis, & laicorum ad hęc non sufficerent; & moueor per tex.
49 *in d. c. non minus.* † *de immunitat. Eccl.* vbi textus Concilij Lateranensis monstrat illa esse onera laicorum tantum, *in versic. isti vero onera sua ferè vniuersa imponunt Ecclesiis, &c.* licet in sequentibus tractet de communi vtilitate, & necessitate, tamen dicit illa esse onera laicorum, quia eis incumbunt, rationibus prædictis. Nec valet, quod dicunt quidam, quod illud verbum *sua* intelligat de vtilitate, vel necessitate laicorũ tantum; Quia si hoc esset verum, replicasset postea de laicis, sed dicit de omnibus, & idem habetur *in d. c. aduersus, eiusd. tit.* dum Pontifex ibi dicit, quod sua interest prouidere communibus vtilitatibus, ergo intelligitur de vtilitate clericorum, & laicorum simul, & hæc est communis intelligentia ad illum textum, de qua per Doctores *in cap. fi. de vita, & honestate clericorum, & in c. 1. de immunitat. Eccles. lib. 6.*

Mox in dispositione decernit Concilium: *Quocirca sub anathematis districtione fieri de cætero talia prohibemus, nisi Episcopus, & clericus tantam necessitatem, vel vtilitatem aspexerint, vt absque vlla exactione, ad releuandas communes vtilitates, vel necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias existiment conferenda, & c.* Hic igitur textus clarè docet, Ecclesiasticos in subsidium conferre teneri, non ex vi præfatæ legis, vel statuti, sed ea ratione, quam dixi supra in resolutione quartæ rationis pro prima opinione huius casus atque necessitatem, & vtilitatem per Episcopum cognoscendam esse.

Nec obstat responsio Ancharani *in d. c. 1. de immunitat. Eccles. lib. 6.* vbi quod *d. cap. non minus.* loquitur, quando laici imponebant onus clericis, de eo quod
50 propriè spectabat ad laicos, secus est, † si onus erat cõmune laicis, & clericis, quia communiter debet spectare onus ad omnes, & ita nõ obstat iste textus. Quia probaui nuper illum textum tractare de communi vtilitate laicorum, & clericorum, & ita asserere hoc esse onus laicorum tantum, & Ecclesiasticos teneri ad releuandas communes vtilitates, vel necessitates, vbi laicorum non sufficiunt facultates, & ita Episcopus subsidia per Ecclesias eximet conferenda. Quo casu Episcopus, cui huius actionis subsidiariæ cura est, prouidere potest, & laicos distinguere, & compellere ad res, & bona sua vendendum, pro publica vtilitate, vel necessitate, vt probat textus *in l. fi. §. item Episcopi, ff. de muneribus & honorib. & l. a. vbi gloss. C. de Episcopal. audient.* Ioannes de Platea *in l. 1. num. 4. C. vt nemini liceat ab emptione specialiter se excusat. lib. 12.* Couar. *lib. variarum resolut. c. 14. n. 5. in fi.*

Et hanc opinionem concludit Riccard. *in suis quolibetis, quolibeto 2. quæst. 30. artic. 4.* quod scilicet, si facultates Communitatis, & laicorum sufficiunt pro refectione pontium, murorum, viarum, & similium, tunc clerici, † & Ecclesiæ non teneantur contribuere, 51
per d. cap. non minus, & c. aduersus, & sequuntur Astes. *in sum. lib. 6. tit. 30. art. 4. col. 3. v. si vero*, & sequuntur omnes Summistæ Raymundi, Pisanella, Archiepiscopi Florentini, & Syluestrina, *in ver. immunitas.* Imo hoc casu etiam clerici volentes, & cum Episcopi auctoritate, non possent talliis, & collectis subuenire laicis, nisi prius consulto Romano Pontifice, vt *d. cap. aduersus.* Nisi esset tanta necessitas, & pietas, quod non posset sine scandalo, & periculo recursus haberi ad summum Pontificem; nam tali casu sufficeret deliberatio cleri cum Episcopo, vt per Abb. *in d. c. non minus, col. penult.* Summa Angelica *in ver. immunitas. nu. 37 prope fi.*

Et ita nouissimè fuit decisum per † Sanctissimum 52
Dominum Nostrum Papam Clementem VIII. hoc anno 1600. in causa inter clerum, & populum Pisanum, in qua tractabatur coram R. P. D. Nuntio Florentino de reparando Arni flumine ad communem laicorum, & clericorum vtilitatem, cum pene omnia clericorum bona erant prope flumen prædictum, & laicis instantibus clerum cogi ad contribuendum iuxta taxam; tandem Beatissimus Pontifex decreuit Ecclesias, & Ecclesiasticos teneri in subsidium, & propterea mandauit eidem R. P. D. Nuntio Florentino, vt discussis prius bonis laicorum, si non sufficerent, condemnaret prædictos Ecclesiasticos ad contribuẽdum: & licet per clericos fuisset oppositum de discussione, iuxta formam decreti Pontificij: Tamen quia discussio † non est facienda, quando notoriè constat 53
quem non esse soluendo, Bart. *in l. decem ff. de verborum obligat.* Capyc. *decis. 54.* Capella Tholos. *decis. 196.* Afflict. *dec. 318.* & cuilibet incolæ Pisanorum bona non esse sufficientia, propterea fuit sine discussione executa summi Pontificis sententia: quam ad exemplum omnium nationum Christianitatis, placuit hic adnotare.

CASVS II.

Clericos non teneri edictis nec statutis pro annona publica.

SVMMARIA.

1 *Clerici non tenentur edictis pro publica annona factis.*
2 *Annonæ publicæ ratione, quilibet potest cogi mutuare pecunias, & quomodo sint restituenda.*
3 *Ecclesiastici non tenentur mutuare pecunias pro annona publica.*
4 *Ecclesiastici quando tenentur ex vi rationis naturalis, per solum Episcopum cogi possunt.*
5 *Ciues cogi possunt præ vbertate ad vendendum frumenta, etiam taxato pretio.*
6 *Frumenta habentes cogi possunt ad vendendum taxato pretio, ad faciendum panem pro exercitu.*

7 *Fru-*

7 *Frumenta taxari debet minori pretio, tempore inopiæ.*
8 *Clerici non possunt cogi vendere frumenta tempore inopiæ, taxato pretio.*
9 *Nisi in subsidium, & implorando Ecclesiasticum.*
10 *Edicta, ne vinum aliunde inferatur ad vendendum, quàm ex locis iurisdictionis, non ligant clericos.*
11 *Statutum de expellendis vermibus, & locustis à frumentis non ligare Ecclesiasticos.*
12 *Incendio facto, an domus clericorum intermediæ possint funditus de facto amoueri, causa conseruandi alias.*
13 *Statutum ne frumenta extra territorium exportentur, non comprehendit frumenta clericorum, etiam nata in proprio patrimonio.*

EX dictis in præcedenti casu, infertur errare eos,
1 qui arbitrantur clericos, & Ecclesiasticos † comprehendi sub edictis, & statutis pro annona publica factis, de quibus per Mexiam *in pragm. panis, conclus. 5.* cùm satis constet illos vi coactiua legis non teneri, quæ in ipsos iurisdictione caret, sed naturali duntaxat ratione, & diuina, à quibus exempti non sunt, vt in specie huius casus scribit Ioan. de Platea *in §. item lex Iulia, n. 108. Instit. de public. iudic.* Ioan. Lupus *in repet. rubric. c. per vestras, §. sed est pulchra dubitatio, n. 13. de donat. inter vir. & vxor.* qua teneri non possunt, nisi in subsidium.

Item infertur errare dicentes, quod si Respublica pecunia caret pro vsu annonæ, & frumentorum emptione, vt omnibus generaliter possit succurri, & quia
2 omnes † cogi possunt mutuare pecunias pro modo substantiæ, vt frumentum ematur, & postea pecuniæ restituentur, *l. 1. & ibi gloss.* Bart. *& cæteri, C. vt nemini lic. ab emptione se special. excus. li. 10.* & si nolunt mutuare, possunt cogi per capturas personarum, & poni in carceribus, Guliel. de Cuneo *in l. neminem, C. de sacrosan. Eccles.* Ioan. de Platea *in l. 1. C. de omni agro deserto, li. 10.* Auendan. *in tract. de exequend. mandatis Regum, li. 2. c. 14. n. 9.* Quia hæc conclusio generalis esse debet, Bart. *in l. nullus, C. de iudic.* Lucas de Penna *in l. 1. C. de quib. muner. & præstat.* Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholosan. in decis. 446.* quia omnes tenentur, non obstante quocunque priuilegio, Francis. Marc. *in decis. 541. in 1. part.* vbi quod nec excusatur domus Augustalis, & silent priuilegia tempore famis, & guerræ, *l. pro tyronibus. C. de priuileg. dom. August. li. 12.*

3 Ideo etiam tenentur clerici, † & Ecclesiastici, cùm sit necessitas publica, & vtilitas communis. Quia, vt dictum, nec vtilitas, nec necessitas publica possunt dare iurisdictionem imponentibus, & hæc sunt onera laicorum, & hanc opinionem tenuit gloss. *in ver. collationibus, in can. generaliter, §. nouarum, 16. q. 1.* Abb. *in cõs. 3. casu super quo, vol. 1.* Ias. *in l. placet, C. de sacrosanct. Ec-*
4 *cles.* & illa naturali † ratione, qua tenentur Ecclesiastici, non possunt per alium compelli, nisi per Episcopũ, vt etiam dicunt Cyn. & Bald. *in l. ad instructiones, C. de sacrosanct. Eccles.* & Ioan. de Platea *in d. l. 2. C. vt nemini liceat se ab empt. special. excus. lib. 10.* per text. *in d. c. 1. de immunit. Eccles. lib. 6.* & ita in subsidium cogi possent, *d. c. non minus, eod. tit. in antiquis.* vt dictum est.

Item infertur errare dicentes, quod dum Vniuersitas, propter necessitatem famis, pecunia vrgente, pro vbertate in communi habenda, præcipit ciuibus fru-
5 menta † habentibus, vt ea mittant ad vendendum in foro publico, etiam taxando pretia, contra *l. inuitus. ff. de contrah. empt. & l. nec emere. C. de iure deliber.* quod potest facere, prout concludit Bart. *in l. 1. §. cura carnis, in 1. & 2. opposit. ff. de offic. præfect. vrbis*, per *l. 3. §. quæsitum, ff. ad leg. Rhodiam de iactu, cum ibi notatis*, idem firmat Bald. *in l. si pendentes, §. si quid cloacarij, num. 2. ff. de vsufru.* vbi concludit quod habentes bladum tempore caristiæ, possunt cogi ad vendendum, communi pretio viliori, ne populus fame pereat, vel tabescat, & possunt † etiam ad faciendum panem pro exercitu, vt 6
ibi per eum, idem Bald. *in l. 1. num. 2. C. de Episcopal. audient.* dicit quod pro rebus necessariis ad quotidianum victum potest pretium taxari, per *d. §. cura carnis*, & cogitur quis vendere, retenta sibi tanta quantitate, quæ sufficiat pro indigentia sua, & ita firmant Castrens. *ibid. nu. 3.* & licet Bart. vbi supra dicat etiam de iniusto pretio, intelligi tamen debet, respectu *l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid.* quia nemini dubium, quod illo tempore habentes frumenta † plurimi ven- 7
derent, & ideo minori pretio taxatur valor, vt pauperes etiam viuere possint, & sibi emere necessaria ad victum pro honestiori pretio, & hoc appellatur iustum pretium respectu ipsorum, & iniustum respectu vendentium, Castrens. *in d. l. 1. in prin. C. de sacrosanct. Eccles.* Alexand. *in consi. 190. nu. 3. vol. 2.* vbi sequendo Bart. *in d. §. cura carnis*, plura adducit, & Ias. *in l. 1. nu. 6. ff. de legib.* Doctores *in c. 1. de emptione, & vendit.* addentes ad Bart. *in l. annonam, in fi. ff. de extraord. criminib.* & ad hoc est tex. *in l. negotiatores, C. de Episcop. audient.* & idem firmat Crauet. super consuetud. Aluerniæ *tit. 29. art. 2. nu. 18. versi. circa quinquagesimum*, Capella Tolos. *decis. 447.*

Quod ad hoc etiam † teneantur clerici, & Ecclesia- 8
stici, vt scribit Ioan. de Plat. *in d. l. 1. prope fi. C. vt nemini lic. ab empt. se excus. lib. 12.* & Mexia super *d. pragm. panis, conclu. 5.* Hoc enim est falsum ex dictis in præcedenti casu: Imo idem Platea ibid. & Abb. *in d. c. non minus, col. pen. de immun. Eccles.* dicunt, quod imminente tam magna necessitate, ex quo tenentur Ecclesiastici naturali † ratione, poterit officium superioris Ec- 9
clesiastici implorari, ad cogendum ipsos in subsidium, & vide Bertachin. *in tract. de gabellis, in 7. part. prin. col. 5. versic. sed limita.*

Eadem ratione infertur errare dicentes, edicta, ne in † ciuitatem vinum ad vendendum inferatur aliun- 10
de, quàm ex locis iurisdictionis, valere etiã quo ad Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, quia ipsis clericis ibidem vina habentibus vtile est, de quibus per Mex. *in d. pragm. panis, in d. concl. 5. n. 17.* tanto magis quia clericis vina non habentibus vtile non est, sed damnosum.

Preterea eisdem rationib. in supradicto primo casu expressis, infertur errare dicentes, quod statutum de † 11
expellendis graculis, vermibus, aut locustis vel bruchis, qui nascuntur in vineis, aut messibus, comprehendit etiam clericos, & Ecclesiasticos, in quorum vineis, & messib. reperiuntur, & vigore dicti statuti cogi posse, vt suis expensis ea capi faciant, & occidant, ne procedant ad aliorũ vineas, & messes, illasq; comedãt, & omnium vicinorum tunc sequatur calamitas, vt notant Dd. *in l. nullus, C. de summa Trin. arg. l. ædiles. §. pe-dius. ff. de ædil. edict. & c. resecãdæ, 24. q. 3. & c. ipsa pietas, 23. q. 4. l. nam & salutẽ, §. fi. ff. de offic. præfect. vigil.* Ripa *in vlt. part. c. de remed. ad præseruandam pestem, fol. 30.* tex. *in l. si alius, §. est & alia exceptio. ff. quod vi aut clam. & in l. quemadmodum, §. magistratus, ff. ad legem Aquil.* vbi causa † conseruandarum aliarum ædium, tollun- 12
tur de facto ædes intermediæ, ne accendatur ignis in eis, & consumat omnes, etiamsi clericorum sint, vt in specie Calcan. *in consi. 7. nu. 20.* dicens, non ex hoc eos

iniuriam,

iniuriam,& damnum pati dici posse, *l.si quis fumo, §. quod dicit,ff.ad l.Aquiliam*. Neque enim hoc fecerunt statuentes,vt nocerent clericis,sed vt indemnitati suę prouiderent,Franciscus Marc.*in decis.Delphinal*. 541. *n.6.part.1*. Hæc enim in clericos procedere non possunt vigore statuti, sed alia ratione coram eorum superiore exercenda,ne vicini damnum patiantur.

Vlterius infertur errare dicentes, quod si statutum,† vel edictum mandet ne frumenta extra territo-
13 rium exportentur, comprehendantur clerici, vt nec recollecta in bonis patrimonij, nec in bonis Ecclesiæ extrahere possint,vt latius per Octauian. Vulpellium *in tract. de libertate Ecclesiast.part.2. nu.18.& plur.seq.* qui ad hoc allegat multos Doctores dicentes clericos teneri edictis, & statutis factis propter publicam vtilitatem,& necessitatem. Sed omnia reiecta fuere in præcedenti casu;& quod hæc edicta, & statuta de non extrahendis frumentis extra territorium non comprehendant clericos, & sint contra libertatem Ecclesiasticam,in specie tenet Ripa *in tract. de vbertate conseruanda,num.112.*& Bald.*in consi.196.vol.2.* qui loquitur de clerico portante vinum in ciuitate recollectum extra territorium, quos allegat, & sequitur Grammatic.*in decis.10.nu.15.*

CASVS III.

Clericus quando dicatur negotiator, vt teneatur soluere gabellam: & cum eam soluere non debet, à quo cogi possit ad vendendum sua victualia cum iusta, & approbata mensura.

SVMMARIA.

1 *Negotiatio quælibet est clericis interdicta.*
2 *Clerici si exercent negotia an teneantur pro rebus suæ negotiationis gabellam soluere.*
3 *Bona mobilia clericorum capi non debent.*
4 *Clericos negotiantes amittere immunitatem, & libertatem,qui teneant.*
5 *Et quomodo procedat.*
6 *Clerici negotiatores an teneantur seruare statuta loci, vbi negotiantur.*
7 *Clericus in artificio delinquens, an debeat conueniri sub eiusdem artis iudice,& rectore.*
8 *Clericum negotiatorem, tanquam pestem esse vitandum.*
9 *Clerici non prohibentur vendere vina,& victualia in fundis propriis nata.*
10 *Negotiari qui propriè dicantur.*
11 *Clericis an prohibitum sit aliquid emere, & sub eadem forma vendere?*
12 *Clericus quando negotiator dici non potest.*
13 *Gabella ex negotiatione clerici,quãdo solui nõ debeat.*
14 *Ecclesiastici nullo modo tenentur soluere gabellam de rebus suis.*
15 *Sed tenentur vendere eorum victualia cum iusta, & approbata mensura.*
16 *Ecclesiastici vendentes victualia cum falsa mensura quomodo,& à quo,puniendi sint.*
17 *Iudex laicus non potest generaliter inquirere contra clericos abutentes falsis mensuris.*
18 *Pœna à lege ciuili generaliter statuta non posse affici clericos etiamsi pecuniaria fuerit.*
19 *Ecclesiastici quando contraueniunt legibus secularium, an sint ad arbitrium Episcopi puniendi.*

QVælibet negotiatio † est clericis interdicta,quia à diuinis abstrahit,*c.quanquam, de censib.lib.6.c. fi.de vita & honestate clericor.& in summa,& can.1. 14. q.4.& can.negotiationem,distinct.88.* Quam sententiam probant Archidiac.Io.Andr.Gemin.Fran.& alij *in d. c.quamquam*,Feder.de Sen.*in consi.207.incip.nos Grifolus*.Gloss.& Immol.*in clem.si.col.2.de censib.* Summa Syluestr.*in ver.excommunicatio,in 9.nu.3.*cum aliis per Bertach.*in tract.de gabellis,in 7.part.prin.col.3.* 1

Sed si negotia † exercent, tenentur pro rebus suæ negotiationis gabellam soluere, quam opinionem amplexi sunt Speculat.*in tit.de immunitate Eccles.in fi.* vbi dicit,quod clerici pro bonis,quæ causa mercimonij transferunt,non gaudent immunitate,Cardinal.*in clem.præsenti,n.9.de censib.& in clem.1.n.16. de vita & honestate cleric.*Felin.*in cap.Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 105.de constit.& ibi* Dec. *num.272.* Bertach.*in d.7.par. quæst.7.*Petr.de Antibold. *in tract.de munerib.in 6.qu. nu.21.& 41.*Tiraquel.*de retract.tit.1.§.32. gloss.1. num. 80.* Aufr.*de potestat.secul.in Ecclesiast. reg.2.fallent.4.* Benedictus *in cap.Raynutius, ver.& vxorem,nu.322.de testament.* Maranta *in speculo part.4.distinct.11.nu.80.* Ioan.Anton. de Nigr. *in extrauag. vnic.de vita & honestate cleric.n.296.*& licet bona† mobilia clericorum capi non debeant, Rebuff.*in 1.tom.constit.reg. in tract. de literis obligatoriis,art.1.nu.106.& seq.*tamen fallit in eis,quę negotiationis causa habent,Alber.*in auth.statuimus,col.2.* 2 3

Et ideo clerici negotiantes † amittunt immunitatem,& libertatem, vt probat Gaspar Boerius *in tract. de inope debitore creditori addicend.cap.16.num.38.* Sed hoc est intelligendum,† vt perdat immunitatem,trina monitione præcedente, vt probant Remigius de Honis *in tract.de charit. subsid.q.65. nu.18.*& Rodoan. *in tract.de spolio Ecclesiast.2.nu.74.* 4 5

Et Ab.antiquus *in c.ex literis. de vita & honest.clericor.*dicit,quod clerici † negotiatores tenentur seruare statuta laicorum loci,vbi negotiantur,Bald.*in margarit.*Innocen.*in ver.clericus,nu.16.*Alber.Brun.*in tract. de const.decret.statut.& c.in ver.clericus,col.2.vers.clerici negotiatores.*& Chassan.*in consuet.Burg.rubr.1.§.nu. 89.* dicit clericos negotiatores, quantum pertinet ad illam negotiationem iure communi laicorum vti debere,per tex.*in l.2.C.de Episc.aud.*& Bald. ad Specul.*in tit.de reo,versi.quid si scholares*, dicebat per illum text. quod clericus† in artificio delinquens,potest occasione illius artis conueniri sub eiusdem artis iudice, & rectore,& quod occasione mercaturę possit conueniri coram iudice mercatorum,tenet Bertach.*in tract.de Episcopis,part.1.lib.4.n.27.* ex quo notatur clericos admiscentes se laicorum commerciis, & similibus, quæ ab ordine,vita & honestate clericorum abhorrent,eo tunc priuilegio non gaudere, Beneuenut.Straccha *in tract.de mercatore,part.3. de his qui mercaturam exercere poss.n.9.*Verum id putat temperandum,si trina monitio præcederet,per *d.c.si.de vita & honest.cleric.*Felin.*in d.c.Ecclesia sanctæ Mariæ,n.71.& seq.* Cæpol.*in consi.22.*Fulg.*in consi.52.*Alex.*in consi.8.vol.1.* Quæ tanto magis procedunt, quando clericus negotiatur pro alio,nomine suo,Summa Syluestr. *in ver.gabella, in 3. nu.3.*Archidiac.*in d.c.quanquam.de censib.* Otalora *in tract.de nobilit.in 2.part.c.1.num.11.* 6 7

Ideo Ioann. Andr. quem sequuntur cæteri grauiores Canonistæ *in d.cap.quanquam,in fin.de censib.lib.6.* dicit, clericum † negotiatorem tanquam pestem esse vitandum: quamobrem soliti sunt Summi Pontifi- 8

ces

ces committere nuntiis & legatis Apostolicis, vt inquirant contra hos mali exempli clericos, eosque pœna condigna afficiant, atque negotiationibus quæsita Cameræ Apostolicæ applicent.

9 Non tamen prohibentur † vendere vinum, oleum, & cætera frumenta, & victualia in propriis fundis nata, hoc enim casu, negotiationem exercere non dicũtur, Ab. *in consi.6.in 2.dub.vol.1.* Crauet. *in consil.163.n.3.vol.1.* Rolan. à Valle *in consi.71.n.10.vol.4.* Mattheus Boyl. *in additionib. ad* Stephan. Aufrer. *in tract. de potestate secul. in ecclesiastic. fallent.32.* cuius titulus est *de clerico negotiatore*, in additione quæ incipit; *clericus potest vendere vinum.* Ignatius Lopez *in additionib. ad practicam criminalem Diaz super c.55. vers. ex quibus se-*

10 *quitur.* Illi enim dicuntur propriè negotiari, qui † emunt rem, vt eam integram, lucri causa vendant, non autem ementes rem, vt eam reducant ad aliquam formam, aut ea vendat, quæ de rebus suis recollecta sunt:

11 Item prohibitum est clericis † res emere, vt easdem in sua forma integras vendant, quando difficile est in huiusmodi negotiationibus non interuenire peccatum, *c. qualitas, de pœnitent. distinct. 5.* ex iusta tamen causa, puta victus necessitate, licet clericis rem emere, vt inde aliquid operentur, & rem mutata forma vendant, vt probat tex. *in d.c. clericus, distin.91.* clericus victum, & vestitum sibi artificiolo, vel agricultura, absque officij sui duntaxat detrimento paret, &c. & quomodo ex his & similibus negotiationes, aut mercaturam clericus exercere non dicitur, latius probat Beneuenutus Straccha *in d. tract. de mercatur. part. 3. tit. de his qui mercaturam exercere non possunt, colum.1. & 2.*

Et Nauarr. *in manual. confess. cap. 25. num. 110.* dice-

12 bat, non dici clericum † negotiatorem, nec mercatorem, licet illud, quod superest, de eo, quod vilius ad suam, vel suorum sustentationem emerit, iusto pretio tunc currenti, etiam si carius vendiderit, quàm emerit.

Quo casu igitur puniri non possunt: Nec ex ea ven-

13 ditione † gabellam soluere tenentur, vt Nauarr. ibid. contra rigidissimos gabellarum exactores manifestat, & pro hoc est casus *in d.c. quanquam, de censibus, li. 6.* Vbi Pontifex mandat, ex quo pedagiorum exactiones regulariter sunt damnatæ, tam de iure Canonico, quàm ciuili, quod Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ, & res ipsarum non solùm iure humano, sed etiam diuino immunes sint à secularium personarum exactionibus, vt nec collegium, aut vniuersitas, aut aliqua singularis persona, cuiuscunque dignitatis, conditionis, aut status existat, ab Ecclesiis, aut personis Ecclesiasticis, pro personis ipsis, aut rebus pedagia, aut guidagia exigere, vel extorquere per se, seu per alium suo nomine, vel etiam alieno, aut eos ad huiusmodi persoluendum præsumat, contraria quorumcunque locorum consuetudine, quæ dicenda est corruptela, non obstante, & qui contra fecerint, si personæ fuerint singulares, excommunicationis, si autem Collegium, vel Vniuersitas ciuitatis, castri, seu loci alterius cuiuscunque, ipsa ciuitas, castrum, vel locus, interdicti sententias ipso facto incurrant, nec ab excommunicatione huiusmodi, absolutionem, vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter. Ideo *in clementin. præsenti, de censibus*, præcipit Episcopis, & aliorum locorum ordinariis, vt has pœnas & sententias publicent, illisque sub pœna excommunicationis præcipit, ne sint remissi in ipsarum pœnarum publicatione, de qua re latius per Cardinal. Toletum *in sua summa, in tit. de casibus, in bulla, Cœnæ Domini, in 9. excommunicatione, n. 13. & 14.*

Et quod clerici, † & ceteræ Ecclesiasticæ personæ de rebus suis gabellã soluere non teneantur, tenent Bertachin. *in d. tract. de gabell. in 7. part. prin. in 7. q.* Ab. *in c. non minus, nu.17. de immunitate Eccles.* Iulius Ferret. *in tractat. de gabellis. n. 444.* Cardinal. *in consi. 12. in 1. dub.* cum aliis congestis per Roland. *in d. consi. 71. in 1. dub. vol. 4.* & per Ignatium Lopez *in d. vers. ex quib.* 14

Tenentur tamen, vinum, oleum, & cætera eorum victualia † vendere cum iusta, & approbata mensura, quia norma ponderum, & mensurarum non est excedenda, *l. modios, C. de susceptor. præposit. & archiat. li.11.* & habetur *in c.25. Deuteron. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius, & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor, pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis erit tibi, vt multo viuas tempore super terrã quam Dominus Deus tuus dedit tibi, abominatur enim Deus eum, qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam.* Idem fere habetur Leuitici *c.19.* & Michææ *c.6.* 15

Si contra fecerint, quia fortè falsa mensura † triticum, vinum, oleum, & similia victualia vendiderint, condignis pœnis ad arbitrium Ecclesiastici iudicis puniendi sunt, ita firmant Ignatius Lopez *in d. vers. ex quibus, in fi.* & ego sequor ex dictis supra in primo casu. Hinc arbitror errare dicentes, hoc casu pro falsis mensuris à iudice laico puniendos esse, & pœnis à statutis, & constitutionibus Regiis impositis, in quam sententiam conuolarunt, Chassan. *in consuetud. Burgund. in d. rubr.1.§.5.n.90.* & Mexias *in pragmatica, Paris. conclu.5. num.29.* Item errare Lucam de Penna *in d. l. modios, C. de susceptor. lib.12.* qui putat super prædictis generalem, & particularem † inquisitionem per iudices laicos fieri posse. Item errare dicẽtes apud quemcumque reperiantur, etiamsi apud clericos tales mensuras falsas frangendas esse, per tex. *in l. item quæritur, §. si quis mensuras. ff. locati.* ea moti ratione in omnibus, quia statuta laicorum ad bonum publicum edita, in quibus nulla de clericis facta est intentio cum tendant aduersus ea, quæ illis competunt, non vt priuilegiatis, sed vt quibuslibet de populo, illos afficere, quæ ratio satis superque reprobata est supra in dicto primo casu. 16 17

Et iterum reprobari potest, quia cum ex illius rationis naturalis vi & efficacia ligantur clerici, & Ecclesiasticæ personæ, quæ mouit Principes laicos ad condendum legem generalem, contra clericos transgressores nullo modo pœna à Principibus suis legibus indicta, infligendi sunt, sed à iudicibus Ecclesiasticis, vnde Ioannes de Platea *in §. item lege Iulia, numer.108. Institut. de publicis iudic.* existimat pœnam legẽ † seculari statutam generaliter, minimè exerceri posse contra clericos coram iudice seculari, etiamsi pecuniaria sit, quem sequitur Ioannes Lupus *in repetitione cap. per vestras, §. sed est pulcra dubitatio, num.13. de donation. inter virum & vxorem.* & Couarr. *practicarum quæstionum, cap.33. colum. penult.* Et ideo ad arbitrium † Ecclesiasticorum esse puniendos, tenet Ioannes Fab. *in l. addictos, Cod. de Episcop. audientia*, Chassan. *in consuetud. Burgund. rubric.1.d.§.5. versic. Archidiaconus, numer.79.* Carolus de Grassasibus *in lib.2. regal. Franciæ iure 17.* Aufrerius *de potestate secular. in ecclesiast.* 18 19

eccles. st. reg. 1. fallent. 13. Benedictus in cap. Raynutius, in ver. & vxorem, num. 436.

CASVS IV.

Statuta laicorum condita ad bonum publicum, iure Canonico non reprobata, an includant clericos post prædicta statuta factos.

SVMMARIA.

1 *Statuta laicorum condita ad bonum publicum, iure Canonico non reuocata an includant clericos.*
2 *Ius quæsitum per statutum, per ingressum religionis an possit auferri.*
3 *Statutum quando dicatur incipere habere vires.*
4 *Statutum laicorum an possit præiudicare clericis in quærendis.*
5 *Prælati an possint præiudicare Ecclesiis in quærendis.*
6 *Possunt repudiare legatum factum Ecclesiæ.*
7 *Ius quærendum in beneficio potest renuntiari inconsulto superiore.*
8 *Debitor in quærendis non incidit in edictum fraudatorium.*
9 *Tutor non potest repudiare legatum pupilli sine prætoris auctoritate.*
10 *Prælatus in quærendis non potest præiudicare Ecclesiæ, secundum magis communem opinionem.*
11 *Clerici facti post statuta à laicis condita, non includuntur sub illorum dispositione.*
12 *Statutum factū ante clericatum, quando liget clericū.*
13 *Consuetudo Neapolitana prohibens testari de bonis antiquis, non ligat clericos.*
14 *Statutum quod non potest fieri in specie, non comprehendit in generali sermone.*
15 *Statuti effectus quando sit inspiciendus.*
16 *Effectus statuti quando consideretur ante susceptum clericatum.*
17 *Exclusio dicitur respectu inclusionis.*
18 *Verbum, peruениat, an afficiat rem.*
19 *Statutum loquens in rem, an includat clericos, ad quos peruenerit res illa.*
20 *Statutum loquens in rem comprehendit solum subditos iurisdictionis.*
21 *Clerici in realibus gaudet priuilegio fori ecclesiastici.*
22 *Statutum quando dicatur iniecisse vinculum ante clericatum, & n. 25.*
23 *Statutum prohibens debiti solutionem probari per testes, non includit clericos.*
24 *Statutum inducens præscriptionem debiti ex spatio decem annorum, non includit clericos.*

1 AN statuta † laicorum condita ad bonum publicum, & iure Canonico non reuocata, includant clericos, & ecclesiasticos, qui ante condita prædicta statuta erant laici. Communis opinio est pro affirmatiua, de qua testantur Alber. Brun. *in tract. de statut. excludent. fœmin. propter masc. artic. 6. & nu. 37. & n. 42.* & Paris. *in consi. 40. nū. 16. volum. 3.* Quam opinionem primo loco tenuit Ioan. Andr. *in reg. sine culpa, colum. fin. de regulis, lib. 6.* Abbas *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, in 1. lectur. num. 25. de constitut. & in cap. quod clericis, nu. 29. de foro competent.* Felyn. *in d. c. Ecclesia, nu. 29. & 101.* qui multa congerit: multos alios congerunt Doctores ad hoc, Bursat. *in consi. 93. num. 27.* & Tiraquell. *de iure primogenior. quæst. 43.* præsertim *nū. 6. & qu. 45.* & secundum hanc communem fuit decisum in Rota Rom. vt per Put. *decis. 99. num. 3. part. 3.* & ita pluries iudicatum Neapoli, Vrsilius latissime probat *in addit. ad decis. 301. Afflicti.*

Fundamenta huius opinionis sunt. Primum; quia ius † quæsitum per statutum, per ingressum religionis auferri non potest; sed ante mutationem status laicalis, & susceptum clericatum, atque ordines ecclesiasticos, cœpit statutum † in eis vires habere, & illius virtute aliis iura quæri, ergo sic non potuit aboleri, ita considerant Ioan. And. Abb. & Felin. locis præfatis. Albert Brun. *in d. artic. 6. n. 37. in fin. & in eod. tract. art. 8. col. 1.* Satis leue est fundamentum; Hoc enim modo laicorum statuta semper ligarent clericos, quia & ipsi nascuntur Laici, quo tempore statutorum vinculis alliciuntur, & sic cum fiunt clerici, semper ligati sunt, prout doctè considerat Dec. *in d. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, numero 211.* Quam argumenti retorqutionem Tiraquell. qui contrariam sectatur sententiam *in d. cap. 43. num. 16.* admittit omnino procedere, atque restringit propositam quæstionem solum in iis casibus, in quibus laicorum statuta robur, & effectum sumpserunt ante assumptum clericatum, quod in paucissimis contingere potest, vt in resolutione recensebimus. (2, 3)

Secundo mouentur præcipua quædam maxima, quam verā existimant plurimi grauissimi viri, vt laicorum statuta † possint in quærendis Ecclesiis, & Ecclesiasticis, eis inferre præiudicium, nec esse contra libertatem ecclesiasticam, quo fundamento mouetur Paris. in nostris terminis *in d. consil. 40. nu. 17. vol. 3.* allegans Bald. *in rubr. de constitut. col. 2. versic. quæro an valeat,* & Dec. *in d. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 215.* eandem sententiam amplexi sunt idem Baldus *in consil. 9. inter consilia Ancharani, incip. factum super quo, colum. fin.* Idem Anchar. *in consil. 215.* & aliis quos ad hoc recenset Decian. *in tract. criminal. lib. 2. cap. 35. n. 4.* (4)

Sed isti grauissimi viri toto cœlo aberrant: Firmant enim hanc conclusionem in quærendis Ecclesiæ, quia arbitrantur Prælatos † etiam ecclesiasticos posse in prædictis quærendis Ecclesiæ, & ecclesiasticis præiudicare: ita argumentatur Ias. de prælatis ecclesiasticis ad statuta laicorum *in l. seruus creditoris, §. C. de pact.* & quod ipsi Prælati possint in quærendis ferre præiudicium, probat Dec. *in consil. 588. num. 15.* post alios quos allegat, & Abbas *in cap. verum, num. 3. in fin. de conditionibus apposit.* post gloss. *in ca. illud §. fin. & ibi per Doctores 16. quæst. 6.* & per Innocent. *in c. fraternitatem, de donation.* quos allegat. Ideo Federic. de Sen. *in consil. 9.* dicit, quod Prælatus † potest repudiare legatum factum Ecclesiæ, allegans, quod singulariter voluit Innocent. *in cap. admonere, de renuntia.* quod ius † quærendum in beneficio potest renuntiari inconsulto superiore, & Innocent. *in d. cap. verum, de conditionibus apposit.* & Lapus *allegation. 93.* atque Bald. *in cap. clerici. de iudiciis,* concluserunt, quod ciuitas in quærendis potest præiudicare Ecclesiæ, & Ecclesiasticis personis. Itē Bald. & Iacob. Butr. *in authent. cassa C. de sacrosanct. Eccles.* quod beneficium proueniens à statuto possunt statuentes disponere, vt non acquiratur Ecclesiæ, nec tale statutum dici contra libertatem Ecclesiasticam, & confirmari posset multis aliis. Nam debitor in quærendis † potest fraudem facere creditoribus, nec incidit in edictum, *l. quæ autem, ff. quæ in fraudem creditorum,* & facit *l. si sponsus, §. si maritus, ff. de donationib. inter virum & vxorem, & l. si* (5, 6, 7, 8)

& *l. si quis curialis, C. de episc. & cleric.* Itē doctrina Salyc. *in l. pactum curatoris, C. de pact.* vbi quod potest tutor, vel curator præiudicare minori in quærendis.

Quæ conclusio falsa est: Primo contra casum *l. magis puto. in §. fundum ff. de rebus eorū*, cuius verba sunt,
9 *Fundum † autem legatum repudiare pupillus sine prætoris authoritate potest, esse enim & hanc alienationem, cum res sit pupilli, nemo dubitat.* Ex quibus verbis satis clarè constat bona legata pupillo, ante acceptationem, dici ipsius propria, ideoque prohibitam esse alienationem, sed ecclesia gaudet priuilegiis minorum, ac pupillorum, *c. 1. de in integrum restit.* & ibi communiter per Doct. ergo *d. §. fundum.* etiam in quærendis ecclesiæ locum habet. Per quem textum Alex. *in l. legatum. num. 2. de legat. 1.* dixit magis communiter teneri, vt
10 prælatus † in quærendis non possit ecclesiæ præiudicium inferre, quia etiam in quærendis dicitur alienatio, quam opinionem latissimè probat Herculanus *in repetitione d. l. legatum.* & hanc opinionem secuti sunt quamplurimi relati per Antonium Gabriel. *in suis comm. conclus. tit. de legatis conclus. 3.* & nouissimè Alphonsus Villagut. *in decis. 1. n. 51. vsque ad nu. 60.* & hanc opinionem tanquam veriorem amplexi fuerunt Domini mei de Rota Vrbis, vt per Verall. *in decis. 359. parte 2.* vbi quod prælatus etiam in quærendis nō potest ecclesiæ inferre præiudicium. Ergo cum de quærendis ecclesiæ alienatio fieri dicatur, sequitur quod statutum laicorum inferens damnum in quærendis ecclesiæ sit contra libertatem ecclesiasticam, & in eis habet locum dispositio *c. ecclesia sanctæ Mariæ. cum similibus.*

11 Contrariam sententiam, quod clerici † facti post huiusmodi statuta à laicis condita, sub illis nullo modo includantur, doctè defendunt Aretin. *in capit. quod clericis, in fine, de foro compet.* Saly. *in d. auth. cassa. num. 14. C. de sacros. eccles.* qui dicit ita fuisse determinatum per valentissimos viros, Alex. *in consil. 210. ponderatis his omnibus, nu. 14. vol. 2.* dicens illam doctrinam
12 Io. Andr. *in d. regula sine culpa.* quod si statutum † fuit factum ante clericatum, liget clericum non habere locum, quando ius agendi, seu obligatio oritur in facto, vel quasi facto, satis est, quod tempore facti, vel quasi facti sit effectus clericus, quia tunc statutum saltem præiudiciale clericum non ligat, ita firmat post Anton. de Butr. Ioan. Calderin. & alios, quos allegat: idem decidit *in consi. 211. n. 4. eod. vol. 2.* & pro hac parte est allegandus Dec. *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, à nu. 202. vsque ad num. 212.* Ruyn. *in cons. 204. n. 10. vol. 1. & in cons. 202. n. 8. vol. 2.* post alios quos allegat Ancaran. *in cons. 107. incip. in paucis verbis tactum est.* Rol. *in cōsi. 57. n. 29. vol. 2.* Cephal. *in c. 95. nu. 14. vol. 1.* & hęc opinio sæpissime fuit vsu recepta in diuersis prætoriis, Capyc. *decis. 98.* Franch. *decis. 411.* qui decidunt in casu
13 consuetudinis † Neapolitanæ prohibentis testari de bonis antiquis ante clericatum, vt non comprehendat clericos, Surdus *in decis. 20.*

Præcipuum fundamentum huius veræ opinionis
14 est: quia quod non potest in specie † statui, non videtur in genere contineri, arg. *cap. cum in generali. de regul. iur. lib. 6.* Sed laici non possunt in specie statuere super clericis, & ecclesiasticis, quia non sunt de eorum iurisdictione, *cap. decernimus, de iudiciis. cum simil. lib.* ergo non possunt ipsos sub generalitate includere. Dicerentur quidem in specie sub generalitate comprehendi, quia qualitas religionis assumpta post statutum vna species est huius dispositionis generalis. Confirmatur, quia effectus † statuit non conside- 15
ratur in specto tempore, quo conditur, sed considerato ipsius executionis tempore, quando scilicet potest sortiri effectum, gloss. *in cap. 1. in fin. de iniur. li. 6.* gloss. *in clement. 2. in ver. in posterum. de ætat. & qualit.* gloss. *in clement. 2. in ver. vteretur. de vit. & honestat. clericor.* gloss. *in clement. 1. in ver. deputatis. de testament.* Alberic. *de statut. parte 4. quæst. 51.* cum aliis per Tiraquell. *de iure primogenit. in dict. quæstion. 43. num. 11. versicul. addes.* Sed eo tempore reperiuntur ecclesiastici; ergo statutis prædictis non ligantur. Ita argumentantur omnes præfati Doctores pro hac opinione vera.

Ex quibus patet: Primo errare tenentes contrariam partem cum hoc fundamento, quia statutum vinculum obfirmauerit ante susceptum clericatum, quia ante susceptum † clericatum in eos vim aliquam 16
statutum habere non poterat, tunc enim clericos videtur excludere, quando casus euenit succedendi, non ante, etenim an aliquis capax tempus delatæ successionis attenditur non ante, *l. cognatis. ff. de reb. dubiis.* Item exclusio † dicitur respectu inclusionis, Bar- 17
tol. *in l. 2. §. videndum ff. ad Tertull.* Sed viuente patre de cuius hereditate agitur vigore statuti, non potest quis dici inclusus, cum non sit illi delata hereditas, neque spes successionis: ergo nec alter tunc temporis est exclusus, ante euentum igitur successionis statuti vinculum non est iniectum. Quare non potuit generalis dispositio comprehendere illum casum, de quo, in specie disponere non potuissent.

Secundo infertur errare Vrsillum *in additionibus ad Afflict. in d. decis. 310.* dicētem statuta prædicta afficere clericos, cum loquantur per verbum, *perueniat,* quod † afficit rem, prout dicit Bartol. *in l. 1. in 7. quæst. principal. vers. sed potest dubitari, C. de summa trinit.* per 18
text. *in l. rescripto, §. final. ff. de muner. & honorib.* & sequitur Cotta *in suis memor. in ver. clerici ligantur. circa finem.* & Rochus de Curte *in c. final. nu. 685. de consuetud.* Et propterea etiam errare infra scriptos Doctores distinguentes: Aut statutum prædictum loquitur in rem, aut in personam; vt primo casu † affecti re- 19
maneant laici postea facti clerici; secundo verò nequaquam, Socin. *in consil. 128. circa præsentem consultationem. numer. 4. volumin. 4.* cum aliis per Barbatiam *in consil. 76. numer. 6. & 10. volumin. 3.* Quoniam verbum *perueniat,* confert effectum in tempus successionis delatæ; ergo ante mortem illius de cuius successione agitur, non potest tractari an admittatur clericus, Ruyn. *in consil. 200. numer. 8. versicul. pondero enim illud verbum volumin. 2.* quo casu non posset comprehendere in genere, quod non posset in specie. Item illa distinctio de statuto loquente in rem, † vel in per- 20
sonam, est vera respectu forensium, Ruyn. *in consil. 195. numer. 4. volumin. 2.* qui saltem in potentia sunt de iurisdictione statuentium, & possunt subiici, cuiusmodi nullo modo sunt clerici. Imo ipsi etiam in realibus debent † gaudere priuilegio clericali, & conueniri in foro ecclesiastico, iuxta notata *in auth. vt omnes obediant iudicib. prouinc. §. hoc considerantes.* & ita fuit decisum in Rota, vt *in decision. 5. de foro competent. in antiquis.* 21

Felynus autem *in dict. cap. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 101.* ex doctrina Calderini in quadam sua disputatione incipiente, *Statuto ciuitatis cauetur.* putat vtramque opinionem defendi posse, distinguendo 1. Aut statutum † iniecit vinculum ante clericatum: aut postea. 22

Primo casu includantur clerici, & sit vera prima opinio. In secundo verò casu nequaquam,& sit vera secunda opinio. Ad cognoscendum autem modum, quando dicatur iniecisse vinculum ante clericatum, se remittit ad Calderinum in d. disputatione; Modi autem huiusmodi cognoscendi regulam arbitror sic posse dari: Quotiescunque obligatio, siue ius agendi competit in facto, vel quasi facto vigore statuti, solum tempore clericatus & non ante, tunc non potest dici ipsum ante clericatum iniecisse vinculum, quam regulam descripsere Alex. *in dict.consil.*210.Abb.*in c. quod clericis. de foro competent.* quem citat, & sequitur Io.Lecirier. *in tractatu de primogenitur.lib.*2.*quæst.*11.
23 *numer.*7.*in fine.*Cuius exempla sunt:Si †statutum prohibeat solutionem debiti probari per testes, & contingat laicum post solutionem fieri clericum, posse eum probare per testes, nec ligari statuto, quo ante clericatum obligatus non erat, quia probationis actus imminet tempore clericatus, Ancaran.*in regul.ea quæ*
24 *numer*....*de regul.iur.lib.*6. Item † statutum inducens præscriptionem decem annorum super debito ex negligentia creditoris, non nocet clerico heredi creditoris,contra quem erat decursa pars temporis, & incepta præscriptio, vt probat Anton. de Butr. in quadam sua disputatione incipiente; *Statuto municipali.* in decisione secundi dubij, quem citat Bouius *in tractatu de statutaria vrbis præscriptione, glo.*19.*n.* 211.quia dato,quod statuta, quæ iniecerunt vinculum ante clericatum,ligent clericum,vt per Socin. *in consil.*12.*n.*7. *vol.*4. tamen quia tempus præscriptionis nondum e-
25 rat completum,non ligabitur heres † clericus tali statuto.

Vide latius pertractatam hanc materiam infra *casu* 22.vbi scribo de primogenito clerico,an comprehendatur sub statuto.

CASVS V.

Statutum excludens fœminas propter masculos, an comprehendat moniales & clericos. Vbi tractatur tota materia successionis clericorum vigore statutorum actiuè,& passiuè.

SVMMARIA.

1 *Statutum excludens fœminas propter masculos non comprehendere moniales.*
2 *Clerici gaudent beneficio statuti excludentis fœminas propter masculos.*
3 *Et an habeat locum si laici succedunt clericis.*
4 *Statuto qui ad sui beneficium vti vult, etiam contra se recipere debet.*
5 *Statutum,quod quis non possit disponere de certa parte bonorum,non comprehendit clericos.*
6 *Laici litigantes de hereditate clerici coram iudice laico,non possunt euitare iudicium fieri secundum leges laicorum.*
7 *Clericorum bona an possint subiici iurisdictioni laicorum ex facto ipsorum clericorum.*
8 *Heredes per quasi contractum aditionis non possunt trahere spreta lege sui superioris.*
9 *Clericus instituens laicum censetur submittere illum foro laicorum.*
10 *Clerici in patrimonialibus possunt compromittere in laicum.*
11 *Testamentum episcopi recipit interpretationem de iure municipali.*
12 *Testator censetur se conformare cum dispositione statuti,etiam in bonis extra districtum.*
13 *Bona clericorum non gaudent priuilegiis, nisi in casibus expressis.*
14 *Baldus non erubuit mutare sententiam.*
15 *Statutum laicorum non habet locum inter laicos litigantes de hereditate clerici.*
16 *Hereditas clerici repræsentat illius personam.*
17 *Statuta laicorũ neque directè,neque indirectè possunt afficere personas,vel bona patrimonialia clericorũ.*
18 *Laici heredes clerici non possunt per aditionem submittere hereditatem iurisdictioni laicorum.*
19 *Iudex in respicientibus litis ordinationem debet sequi leges suas.*
20 *Hereditas clerici nullo modo submittitur legibus laicorum.*
21 *Statuta de testamentis nunquam habent locum in testamentis clericorum.& n.*23.
22 *Causa testati,& intestati à pari procedunt.*
24 *Clerico decedenti admittitur alter clericus cum altera fœmina in eodem gradu.*
25 *Statuti excludentis fœminas ratio, est conseruatio, & dignitas familiæ.*
26 *Statuta concedentia priuilegia clericis, non valent.*
27 *Ecclesiam hæredem institutam contra dispositionem statuti, qui teneant non posse habere hereditatem.*
28 *Ecclesia an excludatur à substitutione populari facta à patre contra statutum.*
29 *Clerico relictum,quando censeatur relictum respectu personæ,vel ecclesiæ.*
30 *Ius patronatus acquisitum per clericum ex proprio patrimonio,non gaudere priuilegiis ecclesiæ.*
31 *Dispositio nulla laicorum potest comprehendere piam causam.& n.*33.
32 *Iuramento fidelitatis præstito,censetur excepta persona Imperatoris.*
34 *Statuta in præiudicium piæ causæ non obseruantur in foro ecclesiastico.*
35 *Statuta laicorum in decisoriis non obseruantur contra clericos.*
36 C.final,17.q.4.*intelligentia.*
37 *Legitima filiorum debet iudicari iuxta statutum vel consuetudinem loci.*
38 *Testari ad pias causas an possit reus, cuius bona publicanda sunt.*
39 *Reus delicti,ob quod bona publicantur, quando possit disponere de ipsis.*
40 *Clerici debent habere partem bonorum antiquorũ vigore cõsuetudinis Neapolis,sicut cæteri fratres laici.*
41 *Nepodanus glossator Consuetudinum Neapolis,vt sibi contradicat.*
42 *Clerici gaudent beneficio iuris communis, & statutorum.*
43 *Statutum auferens competentia clericis de iure dicitur contra libertatem ecclesiæ.*
44 *Ecclesia potest acceptare legem ad sui fauorem, & contra se non tenetur recipere.*
45 *Titulus* ff.quod quisque iuris,*habet locum,quando aliquid est concessum ad postulationem patris, non autem si motu proprio.*

EX resolutione precedentis casus clarè apparet,statutum † excludens fœminas propter masculos,nõ 1
comprehendere moniales, cum non iniecerit vinculum ante ingressum religionis, sed contulerit effectum suum ad tempus delatæ successionis, quãdo ipsa monia-

monialis non erat sub ditione statuentium. Quare monialis succedere poterit, non obstãte statuto, prout latè per Cephal. *in d. consi.* 95. *nu.* 14. & Rayn. *in d. consil.* 200. *vol.* 2. qui alios allegant, Brun. *in tract. de statut. quod stantib. mascul. art.* 6. *num.* 38. qui alios pro hac parte allegat.

An autem hoc statutum comprehendat clericos,
2 communis opinio est pro affirmatiua, vt † ipsi gaudeant huius statuti beneficio, de qua testantur Addentes ad Roman. *in singul.* 446. *incipien. habeo casum.* & Addentes ad Mathesilan. *in singul.* 110. *incipien. nota vnam lucrosam. in* 1. *additione.* Sed Gabriel Sarayna in consilio posito post *dict. singulare* 110. Mathesilani *sub numer.* 17. & 18. intelligit hanc communem procedere, tam si clerici succederent laicis, quàm econtra si
3 contingat † laicos clericis succedere: quia communi etiam Doctorum calculo receptum est, vt qui statuto
4 ad † sui beneficium vti vult, etiam contra se pati debeat, Bald. *in leg. de quibus numer.* 26. *ff. de legib. & in l. omni innouatione. Cod. de sacrosanct. eccles. & in l.* 1. *in* 6. *quæstion. Cod. de contrahend. emption. & in leg. in legatis. Cod. ad leg. Falcid. & in leg. fin. §. si vero postquam. C. de iure delib. & in cap. final. colum.* 2. *de vita, & honestate clericor. & in consil.* 22. *honestus vir. column.* 2. *volumin.* 1. Cuman. *in consil.* 83. *column.* 1. Abbas *in c. ecclesia sanctæ Mariæ. numer.* 52. *de constit. & in consil.* 6. *volum.* 1. Alex. *in consil.* 209. *column. penultim. versi. secundo principaliter. volum.* 2. *& in consil. sequent. incipien. ponderatis his.* Franc. *in cap. possessor. colum.* 3. *de regul. iur. lib.* 6. Balbus *in tract. de præscript. in* 1. *parte quintæ partis principalis, col.* 4. *vers. quinto fallit.* Dec. *in consil.* 452. *col.* 3. *vers. idem in statutis.*

Ideo examinando articulos, distinguo: Aut loquimur de successione clerici facienda per laicum: Aut de successione laici facienda per clericum. Primus etiam casus subdiuiditur: Aut agimus de successione ex testamento, Aut ab intestato: eodemque modo subdiuiditur secundus.

Cum agimus de testamento clerici, iterum distinguendum est, quia aut tractatur an testamentum clerici subiaceat statutis laicorum, & tunc aut statuta disponunt de sollemnitatibus testamenti, & de hoc
5 dicam latè infra; aut disponit de bonis, † puta quod quis non possit disponere, nisi de certa parte bonorũ antiquorum, in beneficium certis generibus personarum, prout extat consuetudo Neapolis, *incipiens, Si aliquis, &c.* & tunc pluries fuit decisum, non habere locum in testamento clerici, qui ad sui libitum potest disponere de toto, Franch. *decision.* 411. *in primo dubio.*

Semper tenui hanc conclusionem procedere, quando clericus de prædictis bonis disponit in beneficium ecclesiæ, siue alterius ecclesiastici, aut piæ causæ, secus esse quando in bonis patrimonialibus instituit laicos, quo casu si super eius hereditate lis oritur coram iudice laico, iudicandum est attenta dispositione statuti, vel consuetudinis, & ita consulendo obtinui,
6 & fuit iudicatum, laici † enim super hereditate clerici litigantes coram iudice laico non possunt euitare, iudicium fieri secundum leges, & consuetudines iudicis ipsius, vt notatur 12. *distinction. c. illud.* per Innocent. *in rubric. de consuetud.* Cynus *in l.* 2. *Cod. quæ sit longa consuetud. & in leg.* 2. *Cod. de const. pec.* & procedit etiam si inter clericum, & laicum lis oriatur coram iudice laico, Abb. *in repet. c. ecclesia sanctæ Mariæ, numer.* 41. *de constit.* Napodanus *in proœmio consuetud.* *Neapolis, in §. præfatis, numer.* 320. Franch. *decision.* 285. *numer.* 6. *versicul. quia idem.* cum heredes de hereditate litigant, ipsorum factum interuenit, quo statuto, & legi loci ipsius iudicis necessario supponuntur, & si alias bona clericorum † non includantur sub statuto,
ex facto tamen, heredis includi possunt, Bald. *in authent. cassa num.* 5. *Cod. de sacrosanct. eccles.* Felyn. *in dict. c. ecclesia sanctæ Mariæ, numer.* 83. *versic. quid autem si ipse.* Abb. *ibid. nu.* 36. Maranta *in disput.* 8. *nu.* 50. Quando heredes laici adeunt hereditatem, quasi contrahunt inter se, *Institut. de obligat. quæ ex quasi contractu §. item si inter aliquos, versicu. idem iuris.* Nec possunt 7
contrahere † spreta lege sui superioris, *l. nemo potest, de legat.* 1. *c. requisiuisti, de testam.* Imo nulla contraheretur obligatio, si lex resisteret, quia inhabilitaret cõsensum suum, *l. cum lex. ff. de fideiuss.* & notat. *in c. cum contingat. de iureiur.* ergo nec quasi contrahere, inter quos argumentum procedit, Euerhard. *in loco à contract. ad quasi contract.* 8

Cum clericus † instituit laicum, voluit vt eius testamentum subiiciatur legibus fori, vbi causa tractanda est, Anton. de Butr. *in dict. cap. de clericis, de foro competent.* quod potest facere, quia † in patrimonialibus 9
potest compromittere in laicum, gloss. 2. *in cap. si diligenti, de foro competent.* Immol. *in c. cum tempore, in fine de arbitr.* Felyn. *in dict. c. ecclesia sanctæ Mariæ, num.* 9. *versicul. & hinc etiam.* de quo latius scribam infra, 10
in 2. *centur. casu* 120. Et in dubio testamentum † episcopi recipit interpretationem de iure municipali, Paul. de Montepico *in leg. Titia. §. Titia. num.* 58. *& sequent. de legat.* 1. quod est verum in eius patrimonialibus respectu subditorum iurisdictioni laicorum, quia testator censetur † se conformare cum dispositione statuti etiam in bonis sitis extra territorium statuentium, Socin. *in consil.* 288. *numer.* 12. *in fine, volumin.* 2. queritat Crauet. *in consi.* 250. *in princip.* vbi latè tractat de ista præsumptione, & Rota *decision.* 775. *numer.* 5. *parte* 1. *in nouissim.* Nec per hoc fit ecclesiæ præiudicium, quia bona patrimonialia clericorum etiam iudicantur per leges laicorum, *c.* 1. *de noui oper. nuntiat.* Quia regula est, quod ea bona † non gaudent priuilegiis clericorum vniuersaliter, nisi in casibus expressis, gloss. *in c. quamquam. de censib. libr.* 6. *in verbo, ipsarum.* gloss. 1. *in can. possessiones* 16. *quæst.* 4. per textum *in can. similiter* 16. *quæstio.* 1. ex quibus iuribus istam regulam elicit Abb. *in c. ex literis. in fine de pignor. & in c. si diligenti. nu.* 36. *& sequent. de præscript.* Felyn. *in dict. cap. ecclesia sanctæ Mariæ, numero septimo, versicul. sed nihilominus.* & ibidem Abbas *numer.* 7. probat esse communem opinionem. 11

Sed hodie profundius speculando cognosco eosdem dominos iudices, qui me secuti fuerunt, errasse, & mutaui sententiam, quia Baldus † etiam non erubuit mutare sententiam, vbi vidit alium melius sentire, vt ipse dicit *in cons.* 447. *incip. statuto cauetur, vol.* 4. Veritas igitur huius articuli est, quod etiam in casu, quo laici instituti à clerico litigarent coram iudice laico, statutum † prædictum non potest habere locum in bonis patrimonialibus, & hereditate clericorum, quia dominium dictorum bonorum per mortem clerici non est omnino abolitum, quoniam hereditas † ipsius, penes quem est dominium ipsorum bonorum, repræsentat personam ipsius clerici testatoris, ex regula *l. hereditas. ff. de acqui. rerum dom. & l. hereditas. C. depositi.* & ita firmant Iacob. de Aren. Bal. & Immol. *in l. illa Instit. ff. de hered. instit.* ad declarationem 12 13 14 15 16

nem gloſſę ibi, quę dicit, quod per teſtamentum quis
diſponit de rebus eo tēpore, quo ſuæ nō ſunt futuræ,
propterea ſatis eſt, quod quoad voluntatem ſuam ta-
citam, vel expreſſam dicantur eſſe ſuæ; ergo ſtatutum
de his non poteſt diſponere, quia extra iuriſdictionē
ſtatuentium, *c. à nobis. de ſent. excom. c. vt animarum, de*
conſtit. lib. 6. l. fin. ff. de iuriſdictict. om. iudic. & l. 1. ff. de
17 *tuto. & curat. datis ab his.* Item quia ſtatuta † nec dire-
ctè nec indirectè poſſunt afficere perſonam, & bona
patrimonialia ipſius clerici propter defectum pote-
ſtatis, vt declarat Abb. *in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ.* &
probatur *in c. fi. de immunit. eccleſ. lib. 6.* & latius per
Ancaran. *in repet. c. canonum ſtatuta. de conſtitut. in 11.*
quæſt. princip. in verſ. ſed hic quæro de quæſt. in qua con-
ſului. & in conſilio 13. incip. ſuper dubio tranſmiſſo. & in
18 *conſi. 145. incip. optimis rationibus.* Ergo non potuerunt
laici † heredes à clerico inſtituti approbando teſta-
mentum ipſius tacitè ſubmittere bona, & hereditatem
clerici, quæ adhuc clericum repræſentat, & neque per
indirectum affici poteſt, iuriſdictioni laicorum, quia
per mortem clerici non deſierunt eſſe ſua. Nec ob-
ſtat, quod coram iudice laico iudicium debeat fieri
19 ſecundum leges iudicis illius iudicij: quia † hoc pro-
cedit in reſpicientibus litis ordinationem, *l. 3. in fin. ff.*
de teſtib. l. cum clericis, iuncta gl. C. de epiſcop. & cleric. l.
1. C. de emancip. liber. §. fin. Inſtit. de ſatiſd. tut. & ita di-
cit Barto. *in l. cunctos populos. q. 1. n. 14. & ibi* Iaſ. *in 1.*
lect. n. 20. & in 2. lect. n. 57. & Bald. *in l. 1. quæ. 4. C. ne fil.*
pro patr. & in c. fin. col. pen. de confeſſ. Roderic. Suarez *in*
l. poſt rem. §. circa iudicem, n. 24. ff. de re iudic. Sed in re-
ſpicientibus litis deciſionem attenduntur aliæ leges,
quæ ſuper dictis bonis iuriſdictionem habeant, vt
dicit Bart. *in d. l. cunctos populos.* & alij præcitati.

20 Et in terminis quod teſtamentum † clerici nullo
modo ſubmittatur ſtatutis, & legibus ſecularium et-
iam ſi ſuper eius hereditate ſit orta lis coram iudice
laico, firmat Immol. *in c. quod clericis, de for. compet.* di-
cens ſe ita conſuluiſſe in ciuitate Lucana. Item An-
ton. de Butr. & Immol. *in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ,* fir-
mant, quod ſtatuta diſponentia de teſtamentis, non
21 vendicant † ſibi locum in teſtamentis clericorum etiā
in quibus laicus eſſet inſtitutus, maximè quando ver-
ba ſtatuti annullantis teſtamentum, vt puta propter
inſinuationem omiſſam, non dirigentur in heredem,
ſed in ipſum teſtamentum, ſequentes in hoc opinio-
nem Io. de Lignano, & reprobantes opinionem Bar-
tol. *in d. l. cunctos populos.* qui aliter videtur voluiſſe.

Et ideo ſi agimus de ſucceſſione clerici ab inteſta-
22 to, idem dicendum eſt, quia cauſa † teſtati, & inteſtati
à pari procedunt, *l. 1. § 1. ff. de bonorum poſſeſſ. contra tab.*
& in vtraque ſuccedentes dicuntur habere volunta-
tem defuncti, *l. conſtituuntur, l. ſi quis cum nullam, ff. de*
23 *iure codicil.* Sed vt dictum eſt, ſtatuta † diſponentia de
teſtamentis, non habent locum in teſtamentis cleri-
corum, in quibus ſiue clerici, ſiue laici inſtituti ſunt;
ergo ſtatuta facientia ſucceſſorem ipſi clerico, & aufe-
rentia eius ſucceſſores de iure communi, qui ſecun-
dum eius voluntatem ſucceſſiſſent, nullo modo va-
lent ſi de eis fecerint mentionem, & ſi nullam, ipſos
comprehendere poſſunt; quia non comprehendunt
in genere, de quibus ipſi ſtatuentes in ſpecie diſpone-
re non potuiſſent, vt ſcripſi latius ſupra in præceden-
ti caſu.

Ex his concludo quantum pertinet ad præſentem
24 caſum, quod ſi clerico decedenti † ſuperſit clericus,
& fœmina in eodem gradu proximiores, non poterit
clericus ſuccedere excluſa fœmina vigore ſtatuti quod
clericos non comprehendit; ſed fœmina admittere-
tur ſimul cum altero clerico, prout latè conſuluit Ri-
minald. ſen. *in conſil. 268. vol. 2.*

Idem eſt, ſi laico decedenti ſupereſſent in eodem
gradu clericus, & fœmina, ambo æqualiter admitte-
rentur. Nec me mouet illa ratio, quam conſiderauit
Abb. *in c. conſtitutus, in 3. de reſtit. in integ. & in d. c. ec-*
cleſia ſanctæ Mariæ. & ibi Felyn. *in 7. q.* quod licet vera
ratio † huius ſtatuti ſit familiæ dignitas, & conſerua- 25
tio, vt probat Albertus Brunus *in d. tract. de ſtatuto*
excluſiuo fœminarum, art. 3. quæ per clericos, qui ma-
trimonium contrahere prohibentur, conſeruari non
poſſet: tamen hoc eſt impedimentum accidentale,
non naturale, ideo non eſt attendendum. Quia hoc
eſſet firmare iuriſdictionem laicorum ſuper clericis
in hoc caſu, quod omnino reprobatum eſt.

Nec obſtat quod clerici comprehendantur ſub
ſtatutis † merè priuilegia concedentibus, quibus cle-
rici gaudere poſſunt, per *c. dilecti. de foro compet.* & no- 26
tat Bald. *in l. cunctos populos.* & ſic non verificatur ra-
tio quare ſuper eis non licet legem condere: quia
hoc eſt falſum, ſi quidem etiam priuilegia conceden-
do per ſtatutum non poſſunt clerici comprehendi;
quia hoc eſt ſignum ſuperioritatis, vt voluit Io. de Li-
gnano, quem refert, & ſequitur Abb. *in d. c. eccleſia*
S. Mariæ. & in d. c. quod clericis. Alex. *in conſ. 211. vol. 2. n.*
2. vbi quod gaudent priuilegiis laicorum, quando non
ſunt conceſſa clericis per modum legis.

Cum tractamus de ſucceſſione laici facienda per
clericum, iterum diſtinguendum eſt: aut enim ex te-
ſtamento, aut ab inteſtato. Primo modo ſtante ſtatu-
to, quod non poſſit quis diſponere niſi de certa parte
bonorum antiquorum, prout extat d. Conſuetudo
Neapolis in ſcriptis redacta: Item ſtatutum Ferrariæ,
& alibi pluries, & tunc poteſt conſiderari duplex ar-
ticulus.

Primus articulus eſt, quando laicus inſtituit eccle-
ſiam, † vel eccleſiaſticos in toto, & ſic vltra diſpoſitio- 27
nem à ſtatuto, vel conſuetudinem taxatam, & diſpoſi-
tionem ipſam non valere, conſuluerunt Cardin. Za-
bar. *in conſ. 144. ſuper themate, n. 6. in 2. dub.* Anc. *in con-*
ſi. 25. Abb. *in conſ. 63. videtur, vol. 1.* propter quorum
auctoritatem Franch. *in d. deciſ. 411. n. 4.* dicit fuiſſe
deciſum pluries Neapoli, vt diſpoſitiones factæ à lai-
cis in beneficium eccleſiæ, vel eccleſiaſticorum de
quantitate excedente ſummam permiſſam à conſue-
tudine Neapolitana non valeant niſi infra eam ſum-
mam, pro quo dicit eſſe etiam *deciſionem Afflict. 310.*
vbi excluditur eccleſia † à ſubſtitutione pupillari fa-
cta per patrem filio in bonis antiquis, quaſi non li- 28
cuiſſet, quia ſi potuiſſet illa ſubſtitutio fieri, vtique ec-
cleſia fuiſſet admiſſa.

In hoc articulo magna differentia facienda eſt,
an clericus ſit inſtitutus, vel eccleſia, ſiue pia cau-
ſa: quotieſcunque enim clerico † relinquitur non 29
habenti adminiſtrationem eccleſiæ, ſed perſonarum,
aut dignitatem, præſertim à coniuncta perſona,
tunc cenſetur relictum intuitu perſonæ, non au-
tem reſpectu eccleſiæ, & ideo non poteſt dici in-
ſtitutio facta ad piam cauſam, & de hoc eſt caſus *in*
cap. requiſiuiſti, de teſtament. vbi hoc notant Anton.
de Butr. Abb. & Immol. & cæteri: Hæc etiam
differentia probatur per Doctor. *in cap. eam te, de iu-*
re patronat. Nam cum regulariter laicis detur quadri-
meſtre

30 mestre tempus † ad præsentandum, ecclesiis verò semestre tempus, *c. vnic. de iure patronat. lib. 6.* si tamen clericus ex patrimonio suo ius patronatus acquisiuerit, respectu præsentationis censetur ius patronatus laicorum; itaque tempore quadrimestri, non autem semestri gaudet, vt per præcitatos Doctores. Itaque in primo casu rectè procedunt supradictæ decisiones.

Secundo autem casu, quando est instituta ecclesia, vel pia causa, nullo modo procedunt. Quia nulla
31 generalis dispositio † potest comprehendere piam causam, vt singulariter dicit Baldus *in l. sponsus. §. si v-*
32 *xor. ff. de donation. inter virum & vxo.* quia videtur excepta esse persona Dei, sicut in sacramento † fidelitatis est excepta persona Imperatoris, *cap. Imperialem. de prohibit. feud. alienat. per Federic.* ita dicit Socin. *in regulis iuris, super regula priuilegiorum piæ causæ, priuilegio* 14. & Dec. *in cap. scripta, numer. 29. de fid. instrument.* vbi tractat an dispositio *authent. quod sine Cod. de testament.* habeat locum instituta pia causa, dicit affirmatiuam opinionem esse veriorem; quia non minor fauor præstatur ecclesiæ, quàm filiis.

Quod autem ecclesiæ, & piæ causæ nunquam ve-
33 niant † in generali dispositione, probari etiam potest multis similibus in iure: siquidem filio, qui de iure authenticarum debet heres institui, nec sufficit alter quilibet relicti titulus, alias testamentum est nullum, *§. aliud quoque capitulum, authent. vt cum de appellat. cognosc.* instituta pia causa potest quomodolibet relinqui, prout latè per Tiraquell. *de priuileg. piæ causæ, priuileg.* 14. Item dispositio *l. qui in potestate. ff. de testam. & l. seruum. Cod. eodem titu.* vbi filius non potest etiam de consensu patris testari in aduentitiis, non comprehendit pias causas, in quas si fiat dispositio de consensu patris valet, *cap. licet. de sepultur. libr. 6.* & per Bart. *in dict. l. qui in potestate,* & ibi communiter per Doct. Socin. *ibi priuileg.* 40. Tiraquel. *ibi priuileg.* 78. Item dispositio *leg. fin. Cod. de pact.* vbi prohibetur donatio omnium bonorum, & *l. sancimus. Cod. de donation.* vbi donatio excedens summam quingentorum aureorum debet insinuari, alias est nulla ipso iure, non comprehendit piam causam, ex latè deductis per Tiraquellum *ibidem priuilegio* 100. *& priuilegio* 124. ex quibus, & multis aliis similibus, quæ adduci possent, clarè constat dispositionem generalem non comprehendere ecclesias, & pias causas. Pone enim quod ecclesia, vel pia causa apprehendisset bona, & hereditatem alicuius, ex quo necesse esset petitionem porrigi contra eas, vt notatur *in can. clericum nullus, & in dict. can. quod clericis. de foro competent. & can. nemo. & can. clericum. 11. quæstion. 3.* & notatur *in l. heres absens. & in l. debitor. ff. de iudic.* & si causa esset tractanda in foro
34 ecclesiastico, certè talis dispositio † in foro ecclesiastico non attenderetur, & hæc est receptissima omnium Doctorum sententia, etiam dicentium quod si causa tractatur in foro ciuili, tale statutum debeat obseruari, vt habetur *in dict. cap. quod clericis.* in gloss. & illam glossam notant omnes Doctores practici, eamque sententiam tenuit etiam Cynus *in leg. 2. Cod. quæ sit*
35 *longa consuetudo.* vbi concludit, quod in † decisoriis consuetudo populi non ligat clericos, & ibi Albericus, Hostiens. *in summa de constitut. §. 1.* Cardinal. *in dicto capit. quod clericis.* dicens quod statuta laicorum seruantur quoad ordinationem in foro ciuili contra clericos, non autem quoad decisionem; ergo multo fortius hoc dicendum est in foro canonico. Quare vt verum fatear, hæc opinio nullo modo potest subsistere.

Nec obstant rationes, quibus moti sunt Abbas, & Ancaranus, quos sicut aues alij secuti sunt: non enim obstat ratio † *dict. cap. final. 17. quæstion. 4.* vbi ecclesia 36
non debet recipere hereditatem eius, qui filio exheredato iniustè, ecclesiam facit hæredem: quia dispositio illius textus non procedit, quando in vtroque casu, filiis relinquitur, vel datur legitima, vt notat ibi gloss. & Cardinal. de Turrecrem. Quo casu si statutum, vel consuetudo prohiberet testari de certa parte, puta de medietate hereditatis, quam statuentes voluerunt seruari pro legitima filiorum, admitterem decisiones prædictas, quia in † deductione legitimæ 37
statutum, vel consuetudo loci seruanda est, Cynus *in leg. sancimus. Cod. de nuptiis.* Bart. *in leg. Titio centum. §. Titio genero ff. de condition. & demonstration.* cum aliis ad hoc congestis per Abbat. *in dict. consil. 63. numer. 4. versicul. quod autem dicta constitutio. parte prima.* sed quo ad cæteros, aut quoad cætera bona, vigore *dict. cap. finalis.* eorum opinio procedere non potest.

Nec obstat consideratio Abbatis *in dict. consil. 63.* 38
numer. 5. vbi probat, in casu quo bona alicuius † publicantur, non posse eum testari, etiam ad pias causas: quia hæc opinio procedit quando testaretur de alieno, ex regula *cap. filius. de testament.* Ideo Doctores *in leg. post contractum. ff. de donatio.* distinguunt: Aut sunt 39
delicta, † propter quæ statim ipso iure sunt publicata bona, *l. commissa. ff. de publican. Authen. incestus. Cod. de incestis nuptiis. c. cum secundum. de hæretic. lib. 6.* & tunc procedit consideratio Abbatis, & nihil obstat: Aut sunt delicta, in quibus non statim perditur dominium ipso iure, nec interdicitur administratio ipso iure, prout non fit regulariter, *l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure fisci.* & tunc valet quælibet eius dispositio, & ad hoc est casus *in dict. leg. post contractum.* licet postea venirent publicanda. Nisi aliter probaretur de fraude, vt ibi notant Doctores: dicit tamen Angel. *in leg. si quis posthac. Cod. de bon. præscript.* quod in omnibus casibus, in quibus præsumeretur fraus, nunquam præsumeretur, si quis alienaret pro redemptione captiuorum, vel ob alias similes causas: ergo consideratio Abbatis obesse non potest, postquam nos tractamus de dispositione facienda per illum qui retinet dominium, & administrationem bonorum suorum, & clarè nunc apparet, ex satis leuibus rationibus motum esse in consulendo contra ecclesias, & loca pia, quæ cum non veniant sub dispositione laicorum, concludo eorum, & sequacium opinionem non subsistere.

Secundus articulus est: Stante statuto prædicto, quod quis non possit disponere, nisi de certa parte, bonorum antiquorum, de cætero autem beneficium certi generis personarum, prout est consuetudo Neapolitan. in scriptis redacta, *inci. Si aliquis, &c.* quidam habens plures fratres laicos, & vnum clericum instituit tantummodo laicos, an clericus † non institutus debeat habere partem virtute dictæ consuetu- 40
dinis de bonis antiquis paternis, & maternis. Capyc. *in dict. decision. 98. in 2. dub.* proposuit casum, & non decidit, Franch. *in dict. decision. 411. numer. 5.* dicit bis fuisse iudicatum, semel in magna curia Vicariæ ad beneficium clerici, vt gaudeant beneficio consuetudinis prædictæ. Iterum postea per sacrum consilium fuisse

iudicatum contra clericum, iuxta opinionem Napodani glossatoris dictarum consuetudinum, cuius opiniones semper solent canonizari in decisionibus causarum totius regni.

Ego credo magnam Curiam Vicariæ rectè iudicasse: Et inprimis quantum pertinet ad opinionem
41 Napodani † glossatoris, aduerti ipsum sibi contradicere in hoc articulo, siquidem in procemio illarum consuetudinum *in §. præfatis.* in glossa sua, qui tenor procedit disputando, & nihil certi firmat, vt probat Vrsillus *ad decisiones Afflicti in dicta decisione* 310. *num.*15. Et in *dicta consuetudine Neapolitan. incipient. Si quis vel si qua in ver. maternæ. nu.* 247. dicit consuetudines Neapolitanas includere clericos. Sed *in consuetudin. incipien. Si ecclesia, nu.*75. *sub titulo de iure congrui.* pro indubitato habet dictas consuetudines Neapolitanas non includere clericos, & hanc vltimam opinionem firmat, ideo Pisanellus *in dict. §. præfatis.* in additione quæ incipit; *concludit Napodanus.* tenet ipsum esse huius opinionis, eamque insequitur, & ego dico quod vti Doctor sibi contrarius, pro neutra parte est allegandus.

Item pro decisione magnę Curię inducitur regula,
42 quod clerici † gaudent nedum beneficio iuris communis Romanorum, sed etiam beneficio statutorum, & priuilegiorum vniuersitati, vel certo generi personarum concessorum, vnde priuilegio concesso Anglicis gaudent etiam clerici Anglicani, vt est tex. *in c. dilecti. de foro compet.*

43 Et si hæc consuetudo, vel statutum † tolleret hoc beneficium clericis à iure concessum, diceretur contra libertatem ecclesiasticam, & nullo modo valeret, vt probat Innocent. *in c. nouerint. de sentent. excommunicat.* Bartol. *in dicta lege, cunctos populos. & in authent. cassa.* & per Doctor. *in dict. cap. ecclesia sancta Mariæ,* & tex. *in c. eos. de immunitat. eccles.* & latius dicam infra *casu....*

Nec obstat illa ratio, quod clerici vti non possunt hoc beneficio, quia contra se consuetudines prædictas non receperunt, qua mouetur Franch. *in decisione ducentesima octuagesimaquinta,* & tetigi latius supra in principio huius casus in ratione dubitandi. Quia gl. *in c. nouit. in versi. quicunque. in fine. de iudic.* dicit ecclesiā
44 † posse acceptare legem in sui fauorem inductam, sed contra se eam recipere non tenetur, quam glossam ibi sequuntur Innoc. Abb. & cæteri: similis glossa est *in c. 2. in gl. fin. in fine. de mutuis petitionibus.* quod quis non tenetur acceptare contra se illud, quo ad eius petitionem non est sibi cōcessum, idem dixit gl. *in auth. quas actiones. in vers. excluduntur. vbi* Bart. *C. de sacros. eccle.* dicens quod etsi ecclesia possit iuuare præscriptione decem, vel viginti annorum, contra alios, ipsa tamen ea non ligatur, nec contra se cogitur admittere. Item Bartolus ipse respondet huic obiectioni *in d. leg. cunctos populos. nu.* 10. *versi. alij assignant.* dicens statutum non posse ideo ligare clericos, quia eo clerici vtantur, ex quo statutum non fuit ad postulationem clericorū conditum, ita iam respondet Felyn. *in dict. c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu.* 53. *versi. & si diceretur.* Idem probatur ex Bart. *in leg. fin. §. donec Cod. de iure deliber.* vbi licet hæres non possit conueniri intra trimestre, quod tempus sibi conceditur ad conficiendum inuentariū, tamen ipse poterit infra illud tempus alios conueniri, non obstante *titulo, quod quisque iuris in alium statuit, &c.* quia ille titulus † habet locum, quādo aliquid
45 fuit concessum ad postulationem, non autem quando motu proprio, pro quo multos congerit Roland. *in tract. de inuentario. §. qui supra.* & in his terminis statutorum, & clericorum respondet Surdus *in decisione* 20. *nu.* 9. *& in consi.* 2. *nu.* 35. *& seq. vol.* 1. vbi etiam alia multa similia adducit pro confirmatione huius responsionis.

Quæ dicta sunt de successione laici facienda per clericum ex testamento, eadem dicenda sunt, si ab intestato successionem fieri contingat, cum vt dixi nuper, causa testati, & intestati à pari procedant, præsertim respectu statutorum.

CASVS VI.

Statuta, ne immobilia alienentur in extraneos, esse valida, & non comprehendere clericos, & ecclesiasticos.

SVMMARIA.

1 *Statuta, ne immobilia alienentur in extraneos, sunt valida.*
2 *Et procedunt non solum per contractum, sed per vltimam voluntatem.*
3 *Statuta prædicta cur fiant in ciuitatibus.*
4 *An sint fauorabilia, vel odiosa. nu.* 24.
5 *Et latissimam recipiunt interpretationem.*
6 *Statuta ne immobilia alienentur in extraneos, comprehendere clericos qui teneant. & n.* 8.
7 *Clerici vti possunt statuto ne immobilia alienentur in extraneos.*
9 *Statutum, quod filiæ nuptæ extra territorium nihil relinqui possit est validum.*
10 *Argumentum de forensibus ad clericos valet respectu statuti, contrarium n.* 32.
11 *Statuta afficientia rem, valet contra clericos.*
12 *Statuto prohibente alienationem rei dotalis, cōprehenditur ea, quæ fit in clericos, contrarium n.* 34.
13 *Statutum annullans donationem sine insinuatione, comprehendit eam quæ fit clericis.*
14 *Pactum, quod res non transeat ad ecclesiam, est obseruandum.*
15 *Libertas ecclesiæ non dicitur impediri per statutum super bonis laicorum, licet peruenerint postea ad ecclesiam.*
16 *Statuta ne immobilia alienentur in extraneos, non comprehendere clericos, qui defendant. & nu.* 40.
17 *Dispositio nulla generalis comprehendit casus, & personas priuilegiatas, in specie.*
18 *Dispositio nulla generalis comprehendit Cardinales, vel Episcopos.*
19 *Dominiū statim trāsit in ecclesiā ex priuilegio Imperatoris per donationē & venditionem sibi factā.*
20 *Ecclesiæ particulares non differunt ab vniuersali in priuilegiis.*
21 *Dispositio generalis non comprehendit ea, de quibus disponentes in specie non habent facultatem.*
22 *Paria sunt directè vel indirectè facere contra prohibitionem.*
23 *Libertas alicuius dicitur impediri, per quod efficitur timidior.*
25 *Statuta ne immobilia alienentur in extraneos, dicuntur esse in odium ecclesiasticorum.*
26 *Et quando dicantur facta in fraudem ecclesiasticæ libertatis.*

27 Dis-

27 *Dispositionis effectus attenditur in considerando an sit contra libertatem ecclesiæ.*
28 *C. constitutus, de in integrum restitut. quando non procedat.*
29 *Ecclesiastici non tenentur recipere statuta contra se, quæ acceptarant ad sui fauorem.*
30 *Clericus singularis si vtatur statuto ad sui beneficium, an illi dicatur se submittere.*
31 *Bona omnia sunt affecta iure communi, vt in ecclesiam transire possint, ante quamcumque dispositionem statuentium.*
33 *Statutum generale dicitur non comprehendere clericos ex defectu voluntatis.*
35 *Argumentum de pacto statutum circa transmissionem bonorum, cur non valeat.*
36 *Valet solum quando tractatur de statuentium præiudicio.*
37 *Clericus non potest per pactum se submittere iurisdictioni laicorum.*
38 *Statutum prohibens bona soluentia collecta fisco alienari in ecclesiam non valet.*
39 *Est contra libertatem ecclesiasticam.*

1 Statuta † ne immobilia alienentur in extraneos sunt valida, *l.* 1. *C. ne lic. habitator. metrop. lib.* 11. *l. mercatores. C. de commerc. & mercator.* Ioan. Andr. & Gemin. *in c. fin. de immunit. eccles. li.* 6. Bartol. & Doct. *in l. dudum, de contrah. empt.* Doct. *in c. constitutus, de in integrum restit.* Ripa qui testatur de communi *in l. filiusfamilias §. diui. nu.* 79. *de legat.* 1. Alex. *in consil.* 53. *vol.* 3. *& consi.* 126. *vol.* 5. Ruyn. *in consi.* 49. *circa fin. vol.* 3. cũ aliis cógestis per Tiraquel. *in tract. de vtroque retract. in præscript. num.* 14. Quod est verum † non solum
2 quando prohibetur alienatio per contractum, sed etiam si per vltimam voluntatem, Bald. *in consi.* 226. *n.* 1. *vers. solutio. vol.* 5. Decianus *in consil.* 35. *nu.* 55. *vol.* 1. *&* post alios multos Cephal. *in consi.* 53. *numer.* 7. *volum.* 1. Bossius de decreto Mediolani *in pract. criminal. tit. de*
3 *pœnis, num.* 43. Fiunt enim huiusmodi † statuta propter vtilitatem publicam, vt bona conseruentur inter ciues, & subditi fiant locupletiores, atque vt subditi bona possidentes possint oneribus grauari, onerumque exactio reddatur facilior, & propterea statuta hu-
4 iusmodi † esse fauorabiliora, secundum veriorem ac magis receptam sententiam, probarunt Alciat. *in cons.* 10. *num.* 7. 9. *&* 11. *vol.* 2. Alex. *in consil.* 41. *num.* 11. *vol.* 5. Ripa *in d. §. diui, num.* 80. Crauet. *in consil.* 118. *nume.* 9. *volum.* 1. Cephal. *in consil.* 53. *num.* 8. *vol.* 1. Riminal. iun. *in consi.* 28. *num.* 13. *vol.* 1. *&* 221. *nu.* 9. *& s. q. vol.* 2. *&* 353. *num.* 144. *vol.* 4.
5 Ex qua ratione dicunt latissimam † recipere interpretationem, Socin. iun. *in consil.* 19. *nu.* 6. *lib.* 1. Dec. *in consi.* 661. *nu.* 1. Ripa *in d. §. diui, num.* 102. Cephal. *in d. consi.* 53. *num.* 10.
6 Ideo dubitatur, an comprehendat † etiam clericos, si ob statum reipublicæ, Communitati conueniat, præsertim ad eius tutelam, vel regimen, quod quædam res in ecclesiam, vel ecclesiasticos minimè transferuntur. Partem affirmatiuam tenent infra scripti Doctores, Couar. *in regula possessor in* 2. *parte, §.* 4. *numero* 8. statutum ait valere, etiam si damnum sequatur ecclesiis, ne tota respublica damnum patiatur, cui quidem damno aliter obuiari non possit, Cardinal. *in consil.* 144. *& in consil.* 5. *num.* 44. Federic. de Sen. *in consil.* 55. *incip. Statuto ciuitatis.* Iacob. Butr. *in authent. cassa, C. de sacros. eccles.* cum aliis latissimè adductis per Barbat. *in repetit. rubric. de eccles. non alienand. in secundo dubio num.* 82. vbi plura allegat fundamenta. & *in c. quod clericis, de foro compet.* vbi quindecim rationes inducit. Signorol. de Homodeis *in consil.* 22. *viso statuto ciuitatis Mediolani.* vbi hoc probat quindecim rationibus, cum aliis allegatis ad hoc per Tiraquel. *de retract. consanguin. §.* 1. *gloss.* 13. *num.* 5. & mouetur præcipuè ad id defendendum per *capit. constitutus, de in integrum restituit.* vbi summus Pontifex statuit clericos † vti posse hoc eodem statuto 7
contra laicos; ergo ipse infert contra clericos laici eodem vti potuerunt, ex regula *tituli; Quod quisque iuris in alium statuit, hoc eodem ipse vtatur,* & ex illo axiomate Christiano: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris.* Matth. *cap.* 7. & Luc. *cap.* 6. *c. dilecti. de maioritate & obedient.* & ad hoc est tex. *in l.* 1. *ff. de solution.* quem Baldus *in l.* 1. *colum.* 1. *C. de his quæ pœnæ nomine, &c.* in hoc singularem appellat; vt nullus in altero aliter iudicet, quàm ipse iudicari vellet; alios ad hoc etiam allegat Tiraquell. *in gloss.* 8. *num.* 171. *post leges connubial.* Natta *in consil.* 280. *num.* 4. concludit † per varia 8
exempla valere statutum prohibitiuum alienationis immobilium in ecclesiam, si non prohibet expresse alienationem in ecclesiam, vel ecclesiasticos, idemque pro statuti validitate respondit idem Natta *in consi.* 515. *num.* 8. Calderin. *in consil.* 2. *in princip.* de censibus, pro validitate huiusmodi statuti Perusini, vbi illud refert de verbo ad verbum, Ruyn. *in consil.* 39. *num.* 16. *volum.* 1. post Bald. *in l.* 2. *C. vt in poss. ff. l. nom.* Vbi concludit valere statutum † quod filiæ nuptæ 9
extra territorium, nihil relinqui possit, licet enim filia propter matrimonium affecta sit de alterius iurisdictione, *l. cum quædam puell. ff. de iurisd. om. iudic.* tamen hoc nihil refert, quia non inspicimus personam cui quæritur, sed disponentem, qui est subditus, & obligatur legibus municipalibus, & cui per statutum potuit interdici bonis; ergo cum statutum valuerit respectu subditi, propter quod ipse effectus est inhabilis; ex causa efficiente inhabili nullus effectus sequi potest. Sed doctores communiter asserunt de forensibus † ad clericos valere argumentum respectu 10
statuti laicorum, quorum nullus subest eorum iurisdictioni, vt declarat Cephal. *in consil.* 54. *num.* 1.

Pro hac opinione præcipua fundamenta sunt. Primum, quia hæc statuta afficiunt † rem, & sunt in 11
rem concepta, quo casu comprehenduntur etiam alienationes in ecclesiam factæ, Felyn. *in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, numero* 58. Ripa *in d. §. diui. numero* 83. Cephal. *in consil.* 53. *num.* 44. *& in consil.* 54. *numero* 7. Vnde Abb. *in cap. quod clericis. de foro compet. num.* 30. *vers. quæro quando statutum.* dicit quod stante † statu- 12
to, vt res dotalis alienari non possit, si clericus emat, alienatio non valebit, quia mulier inhabilitatur ad alienandum, ideo ne naturalis quidem obligatio oritur, *l. cum lex. ff. de fideiussor.* & sequitur Felyn. *in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. numero* 58. *versic. quintus & vltimus casus.* Rochus de Curte *in tractatu de consuetudine, section.* 8. *numero septuagesimo octauo.* Ideo si statutum † dicat quod donatio non valeat, nisi fue- 13
rit insinuata, si contingat laicum donare clerico sine dicta insinuatione, donatio non valebit, secundum Abb. *in dict. cap. quod clericis. colum.* 7. quia subditus non potest contrahere cum non subdito sprerta lege sui superioris, & si non oritur obligatio naturalis ex parte subditi, *dict. l. cum lex, ff. de fideiussor.*

ergo nec ex alia parte oriri possunt, *l. Labeo, ff. de verb. obligat.* Pro quo addunt alterum simile, nam si per statutum requiratur solemnitas in testamento, debebit adhiberi, etiam si in eo instituatur clericus heres, Abb. *in c. relatum. de testam.* ergo idem videtur dicendum in laico vendente rem clerico, vt non possit alienare spreta lege sui superioris. Item si potest fieri
14 per pactum † quod res non transeat ad ecclesiam, ex regula *l. in re mandata, C. mand.* multo magis per statutum. Probatur consequentia, quia maior est auctoritas statuti, quàm pacti, gloss. *in rubric. C. de decur. li. 10.* & not. *in l. nam impossibile, ff. de pact.* & hæc ratio est Baldi, quam refert Dec. *in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 75.* Ideo dicunt quod stantibus prædictis clerici, & ecclesiastici non possunt prætendere huiusmodi statuta fuisse facta in eorum præiudicium, quia bona prædicta affecta sunt, antequam transeant ad eorum
15 manus, & sic non dicitur impediri libertas ecclesiæ, † quam rationem tetigit Baldus *in l. fin. nu. 7. C. sine censu, vel reliq.* ex qua ratione inferunt Doct. quod statutum prohibens bona allibrata posse alienari, non poterunt alienari in ecclesiam, Riminald. iun. *in d. §. diui, nu. 83.* quia bona ipsa affecta sunt.

Contraria opinio est verior, vt sub hoc statuto,
16 Clerici † nullo modo includantur, quam tenet Bartol. *in l. fin. C. de sacros. eccle. & in l. dudum, C. de contrahen. empt. & in l. fin. C. de exactor. tribut. lib. 10. & in d. §. diui, nu. 12.* vbi Alberic. Imol. Alexand. & Ias. qui plures alios addunt. Ioan. Andr. Geminian. Ancará. & Fräch. *in c. 1. de immunit. eccles. lib. 6.* vbi scribentes testantur esse communem opinionem, Ias. *in d. §. diui, in 1. lect. num. 82. & in 2. lect. num. 210.* Ferdinand. Loach. *nu. 81.* Ripa *num. 81.* Socin. iun. *num. 166.* Crott. *num. 88.* Canonistæ omnes eandem opinionem tenent *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ.* Felyn. *nu. 61. vers. nono quæro.* multos ad hoc allegat Tyraquel. *in gl. 8. num. 172. post leges connub.* Alexand. *consil. 211. num. 3. vol. 2.* Ripa *responso 4. num. 5.* Corn. *consil. 145. nu. 4. volum. 4.* Crott. *in consil. 370.* Mandell. de Alba. *in consil. 8. nu. 9.* Riminald. iun. *in consil. 15. nu. 85. & seq. volum. 1.* Bald. *de statut. in ver. vendere, num. 1.* cum aliis etiam per Surdum *in consi. 2. nu. 34. vol. 1.* & per Syntagma commun. opin. *tomo 1. loco 2. cap. 14.*

Et dicit Ambros. de Obiho *in §. diui. nu. 51.* quod cum ista sit receptissima opinio inter Doctores ad fauorem ecclesiæ & propter dubitationem incidendi in excommunicationem, vt *in c. fin. de immunit. eccles. lib. 6.* non est opus respondere in contrarium allegatis, & Surdus *in d. consi. 2. nu. 34. in fin.* ait, quod cum hæc sit communis opinio, non est attendendum quid aliqui, & hi quidem pauciores senserint.

Sed pro fundamento huius opinionis veræ dica-
17 mus, quod nulla dispositio † generalis comprehendit casus, vel personas in specie priuilegiatas, vt in plerisque locis probat Decius *in l. si certis annis, C. de pact. in l. ex testamento, C. vnde liberi, in cap. sedes. nu. 13. de rescript. in consil. 5. & 301. colum. 1. & 406. colum. pen. & 536. num. 8. & in l. 2. in 2. not. ff. de reg. iur. & ibi* Cagn. *num. 16.* Curt. iun. *in l. heres absens, ff. de iudic.* Ripa *in l. 1. num. 15. ff. solut. matrim. & in l. fin. quæst. 51. C. de reuocand donat.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. num. 96. & 103.* Ruyn. *in consil. 195. numer. 5. lib. 1.* Riminal. sen. *in consil. 427. num. 16.* Natta *in consil. 410. nu. 20.* & in terminis statuti Mediolani Plotus *in consi. 108. nu. 16. vol. 1. criminalium.* post Rip. *in 2. responso, lib. 1. de legibus,*
18 quod non comprehendit Cardinales, vel † episcopos, velut speciali nota dignos, nam qui sunt speciali nota digni nunquam comprehenduntur sub generali dispositione, *l. item apud Labeonem. §. hoc edictū ff. de iniur.* Ideo dispositio generalis *auth. sed cum testator, C. ad leg. Falcid.* non comprehendit dispositionem specialem, *l. iubemus. C. ad Trebell.* vt dicit Ruyn. *in consil. 135. volum. 3.* & Cephal. *in consil. 72. num. 12.* & Cephal. etiam infert dispositionem *l. hac consultissima C. qui testam fac. poss.* non comprehendere dispositionem eiusdem legis *in §. ex imperfecto. & §. quis autem,* qui de liberis & succedentibus ab intestato specialiter loquuntur.

Sed Imperator concessit speciale priuilegium ec-
clesiæ vniuersali † super donationibus in eam largien- 19
dis, *l. illud, C. de sacrosanct. eccles.* atque in venditionibus, vt possint fieri in ecclesiam, & in eam transeat dominium sine traditione, *l. vt inter diuinum, C. eod. tit.* ergo in generali concessione, qua ciuitatib. concessum est leges municipales condere, non intelligitur derogatum ei, quod specialiter ecclesiæ est concessum, *leg. 1. in princ. ff. de offic. eius.* quia specialia derogant generalibus, siue præcedant, siue subsequantur, *leg. in generali, ff. de regul. iur.* Et in huiusmodi † priuilegiis 20
non differunt particulares ecclesiæ ab ipsa vniuersali, cuius istæ sunt membra, *c. significasti, in fin. de elect. & c. loquitur, 24. q. 1.*

Item non comprehenditur sub generali † dispo- 21
sitione id de quo in specie disponi non potest, *leg. Lucius, §. pen. ff. ad municip. c. à nobis. de sentent. excommun.* Bartol. *in l. si quis sub conditione. ff. de condit. instit.* Bald. *in l. fin. §. in computatione, in fin. C. de iure delib.* Luc. de Penn. *in l. fin. de exactor. tribut. lib. 10.* Dec. *in consilio 504. colum. 1.* Crauett. *in consil. 106. nu. 6.* sed laici non possunt specialiter disponere de ecclesiasticis, *d. c. ecclesia sanctæ Mariæ.* Quam rationem putat optimam pro hac parte Brun. *in tractat. de statut. exclusiuo fœm. propter masculos, art. 6. num 38.* Confirmatur quia pa-
ria † sunt directè, vel indirectè facere contra prohi- 22
bitionem, *c. quanto. de priuileg.* Bald. *in authen. cassa, in 7. C. de sacros. eccles. & in auth. statuimus, n. 5. C. de episc. & cleric.* Bartol. *in l. 1. §. quæ onerandæ, numer. 3. C. quarum rerum actio non detur.* per illum tex. vbi contra
libertatem † alicuius fieri dicitur, per quod quis ef- 23
ficitur timidior, sed si hæc statuta comprehenderent alienationes quæ fiunt in ecclesias, tunc ecclesiastici efficerentur timidiores, vt per Bald. *in d. auth. statuimus.* Lapus *allegat. 30. in 7. conclus.* & est ratio Bartoli ad ostendendum, quod sub generali dispositione non possunt clerici comprehendi.

Et non immeritò videtur applicanda huic negotio opinio eorum qui tenent, hoc statutum † vti cor-
rectorium iuris communis esse odiosum, secundum 24
Angel. *in consil. 7. in fin.* & Bald. *in l. si duobus, §. fin. C. commun. de legat.* Barbat. *in consi. 43. colu. 9. & 10. vol. 1.* & ideo debere strictissimè interpretari, vt dixit Cephal. *in d. consil. 53. num. 1. & seq. vol. 1.* & sic, vt excludat tantum personam nullo modo subiectā dominio sta-
tuentium. Quorum opinionem non firmo generaliter: dico tamen esse in † odium ecclesiæ, & cōtra eius 25
libertatem factum quatenus in ecclesias, & ecclesiasticos dirigeretur, ex his quæ notat Octauian. Vulpel. *in tractatu de libert. ecclesiastic. parte 2. num. 9.* & propterea ex doctrina glossæ *in l. venia, C. de in ius voc.* respectu ecclesiasticorum dicantur statuta odiosa & restringenda, vt eos non comprehendant sub generali dispositione. Et licet statuta † huiusmodi dirigantur

gantur in ciues, qui alienant, tamen quando tractatur an comprehendant personas ecclesiasticas, eo casu negari non potest, quin dicantur facta in fraudem ecclesiasticæ libertatis, & ad illam comprimendum, vt considerant Angelus & Florian. *in d. §. diui, in fine.*

Nec obstat quod tempore quo condita sunt, statuentes habuerunt bonam mentem; Quoniam an quid sit contra libertatem ecclesiæ non videtur con-
27 siderandus animus disponentis, sed dispositionis † effectus, alioqui pauca statuta venirent cassanda per *di. authent. cassa. C. de sacros. eccles.* cum semper statuentium animus soleat moueri propter aliquem bonum finem, non autem vt ecclesiis damnum, vel preiudicium inferant; ergo talia statuta, inspecto effectu, non valent contra ecclesias, ex defectu potestatis, non autem ex malo animo statuentium, prout bene probat Socinus iunior *in dict. §. diui, num. 168. in fine.*

Non obstant contraria, & primo non obstat *capi.*
28 *constitutus, §. † de in integrum restitut.* quo mouetur Tiraquell. quia, vt diximus in præcedenti, quis non debet acceptare contra se illud, quod ad eius petitionem non est ei concessum: Nec est vera consideratio Deciani *in tractat. criminal. tomo 1. lib. 2. cap. 35. numero septimo, vers. fallit secundo, in fine.* quod hæc procedunt quando aliquid concessum ecclesiis in specie
29 † in eorum fauorem, & priuilegium, vt tunc non debeat in odium retorqueri, ex regula *leg. quod fauore ff. de legibus*, quod secus est in iis, quæ non in specie, & principaliter concessi fuere, vt huiusmodi statuta. Quia cum ipsi gaudeant quolibet beneficio iuris communis, & statutorum ex regul. *cap. dilecti. de foro compețent.* vbi notant omnes, possumus dicere in omnibus esse specialiter, & æquè principaliter priuilegiatos, sicut dicimus de dote *in l. 1. ff. solut. matrimon.* Et quando vellemus in cæteris includi ecclesiasticos vtentes beneficiis statutorum, submitteremus eosdem alterius iurisdictioni, contra ius diuinum, quod fieri non potest, etiam si ipsi voluerint, vt scripsi supra
30 *in 2. parte, cap. 38.*

Et si admitteremus quod si vnus clericus † vtatur statuto, tunc eo ipse ligetur iuxta doctrinam Baldi *in l. 4. C. ad legem Falcid.* Non deberemus admittere, quod quando non vtitur, tunc eo ligatur, etiam si possit vti, quia non sufficit, vt possit vti ad hoc, vt actualiter ligetur, sed requiritur, vt actualiter vtatur, & secundum hanc opinionem, si vnus actualiter vtendo submitteretur statuto, non faceret præiudicium toti ordini ecclesiasticorum, qui de iure diuino, est exemptus à iurisdictione laicorum, nec potest eidem submitti etiam volens à quacunque potestate.

Nec obstat præcipuum fundamentum opinionis contrariæ, quod huiusmodi statuta sint concepta
31 in rem. Quia eadem res † antequam conderentur prædicta statuta, erant affectæ iure communi, quo permissum erat liberum dominium in ecclesias transferri, *d. l. vt inter diuinum, C. de sacrosanct. eccle.* & statuta prædicta tanquam generaliter loquentia, non possunt includere casus speciales, quos si explicarent, non valerent, Roman. *in l. Publicanus, §. 1. col. 2. post med. vers. aut statutum. ff. de publican.* Nec valet argu-
32 mentum † de forensibus ad clericos, quia statuta concepta in rem possunt impedire ne bona suæ iurisdictionis acquirantur forensibus, etiam si per successionem, Socin. iun. *in consil. 15. num. 8. volum. 3.* Sed non idem conceditur eis respectu clericorum, velut contra libertatem ecclesiæ, *dict. cap. ecclesia sanctæ Mariæ*, ideo sicut non possunt eos expresse excludere, ita nec in dubio censentur sub generalitate voluisse, eos igitur non comprehendunt † ex defectu voluntatis, 33
Rim. iun. *in d. consil. 15. nu. 101. volum. 1.* vbi quod non valet argumentum in huiusmodi decretis & statutis de forensibus ad clericos. Ex quo infertur quod prohibitio alienationis de re dotali non comprehendit clericos, licet contractus † factus cum clerico de 34
alienatione prædicta possit rescindi, vt docet Rochus de Curte *in d. tract. de consuetudine, section. 8. n. octuagesimo primo.*

Nec obstat quod fieri possit per pactum, ergo & per statutum. Quia maxima est differentia, † siquidem pri- 35
uata persona paciscens, potest apponere conditionem rei suæ, quam vult, quia ipse est dominus, at statuentes nequaquam sunt domini rerum super quibus disponunt, nisi quo ad iurisdictionem: ita respondet Dec. *in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. numer. 75. vers. non obstat quod dicatur de æquiparatione pacti ad illud.* Cep. *in consi. 3. ciuil. in princip.* Aliter etiam respondetur, quod argumentum † de pacto ad statutum procedit 36
duntaxat quando agitur de statuentium præiudicio, sed vbi tractatur de superioris præiudicio plus operatur pactum quàm statutum, Bal. *in l. cum anterioribus, §. illud. numer. 4. C. de temp. appell.* Roland. *in consi. 29. numer. 29. volum. 1.* Ideo pactum valet, quia non fit præiudicium superiori, sed non statutum per quod tolleretur ecclesiastica libertas: Imo per pactum non potest † clericus se submittere iurisdictioni laicorum, 37
vt dixi: ergo neque per statutum hoc potest induci. Nunc non respondeo aliis similibus allegatis, de insinuatione donationis, & solemnitatibus testamenti, atque de bonis allibratis in ecclesiasticos non transferendis sine onere, quia specialiter de singulis in singularibus casibus sum tractaturus.

Ex his infertur satis errare dicentes quod statutum † prohibens bona soluentia collectam fisco alienari 38
in ecclesiam, est validum, quam opinionem firmarunt Fabian. de Monte *in tract. de emptione, & vend. in 22. quæst. principali, numer. 43. & seq.* & Belluga *in speculo Principum, rubrica 14. de amortizationibus, §. veniamus, numer. 36. & seq.* Quia, vt dictum est, statutum prædictum generaliter loquens, non comprehendit ecclesiam, nec clericos, tanto minus comprehendit, si de eis specialem nominationem faciat, est enim contra libertatem † ecclesiasticam, vt in terminis huius sta- 39
tuti tenet Bald. *in consil. 132. casus quidam, volum. 3.* Angel. *in l. nemo, C. de pact.* per tex. *in cap. fin. de immunit. eccles.* Roman. *in l. si Publicanus. §. 1. col. 2. vers. aut statutum. ff. de Publicanis.* vbi concludit, quod si statutum expresse prohibet bona alienari † in ecclesiam, vel 40
personas ecclesiasticas, non valet ex defectu potestatis, Dec. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, num. 65.* quia per directum, & indirectum læderetur immunitas ecclesiæ, Canonistę omnes *in c. nouerint. de sent. excomm.* Nec obstat ratio collectarum, quia ecclesię non tenentur etiam si prędia antea tributaria ad ipsas peruenerint, vt dicam infra *casu 11.* & quod hæc procedant etiam in feudis, si sumus in acquirendis ecclesię, dicam infra *casu 16.*

CASVS

CASVS VII.

Statutum interdicens exportationem armorum sub pœna, an liget clericos & ecclesiasticos.

SVMMARIA.

1 *Armorum vsus regulariter est prohibitus.*
2 *Etiam clericis.*
3 *Statuta prohibentia exportationem armorum an comprehendant clericos.*
4 *Clericum arma prohibita portantem posse per laicum capi, & spoliari armis qui teneant.*
5 *Et hanc esse consuetudinem Hispaniæ.*
6 *Apud Gallos idem obseruari.*
7 *Lex ob publicam vtilitatem condita, circa exportationem armorum, ligat clericos.*
8 *Arma ferens contra prohibitionem non est puniendus, nisi cum eisdem fuerit captus.*
9 *Episcopi in casibus suæ iurisdictionis habent capturam personæ laicæ, & habent familiam armatam.*
10 *Consuetudinem adesse in Hispania capiendi clericos armatos, qui Doctores negent.*
11 *Doctori attestanti de consuetudine, quando non sit credendum.*
12 *Iudices regios in Gallia vsurpasse iurisdictionem puniendi clericos armatos, qui Doctores Galli attestentur.*
13 *Papa non potest totum ordinem clericalem laicis submittere.*
14 *Clericos armatos capientes sunt excommunicati* in bulla; Cœnæ Domini.
15 *Iudex secularis non exigit pœnam pecuniariam à clericis ob exportationem armorum.*
16 *Clericus pacis violator coram suo episcopo conueniendus est.*
17 *Clericus ferens arma contra prohibitionem statuti laicorum non est puniendus ab episcopo pœna eiusdem statuti.*
18 *Iudex secularis quem modum obseruare debeat contra clericum arma vetita portantem.*
19 *Ministri laicæ iurisdictionis an possint spoliare clericum armis.*
20 *Possunt adhibere nudum ministerium facti ad obuiandum delicto.*
21 *Clerici non possunt armis spoliari à laicis, vbi nullum delictum apparet esse committendum.*

1 QVia armorum † vsus regulariter est prohibitus, *lege* 1. *ff. ad l. Iul. de vi publica, l. vnica, C. vt armorum vsus. & §. prohibemus, & §. hanc igitur, in authent.*
2 *de armis.* Et quia idem vsus est etiam interdictus † clericis, *c. clerici. de vita, & honestat. cleric. & clem.* 1. *eod. tit. & c. clerici, & quasi per totum,* 23. *quæst.* 8. Ideo arbitrati sunt Doctores communiter, statuta † interdi-
3 centia exportationem armorum sub pœnis, ligare etiam clericos, & ecclesiasticos.

Hanc opinionem firmant Stephan. Aufrer. *in tractatu de potestate seculari in ecclesiastic. regul.* 1. *limitat.* 13. Clarus *in §. fin. quæst.* 36. *versicul. vlterius quæro.* qui testatur de magis communi opinione, Afflict. *in §. si quis rusticus, numero decimo tertio, de pace tenenda.* Couarru. *practicar. quæstion. cap.* 33. *numero septimo. versic. vtrunque tamen sit,* qui indistinctè tenet, clericum
4 arma † prohibita portantem, posse per ministerium laicæ iurisdictionis, armis expoliari, & priuari, absque metu excommunicationis, legéque arma prohibentem clericos etiam comprehendere, quem sequuti sunt omnes Moderniores, Menoch. *de arbitr. casu* 393. *numer.* 31. *& seq.* Petrus Duen. *in regul. iur. regula* 55. Fab. de Anna *in additionib. ad eius patrem super constitutione regni: si quis aliquem, numero* 13. *post consilia ipsius Fabri impressa.* Farinac. *in lib.* 1. *conclus. criminal. cap.* 8. *numero nonagesimo sexto.* Ioan. Rodin. *in tractat. de Maiest. princip. in §. non armis solum decoratam, in* 2. *parte, numer.* 163. *& sequent.* Hanc etiam tenuit Socin. *in regulis iuris, regula* 30. *incipien. Arma portare.* & Cotta *in memor. verb. armorum vsus.* Io. Lopes *in repet. cap. per vestras, §.* 1. *numero decimo tertio, de donat. inter virum & vxorem.* Belluga *in Speculo Principum, rubrica* 11. *§. dubitatur, nu.* 2. *& seq.* & ibi Camil. Borrell. *in addit. quæ incipit, armorum.* Franc. Marc. *decis. Delphinal.* 364. *parte* 1. Vulpell. *de libert. ecclesiast. parte* 2. *num.* 37.

Et hanc esse consuetudinem † Hispaniæ, vt clerici 5
cum armis ipsis deprehensi à ministris iudicis secularis spolientur, testantur Couarru. *in libr.* 2. *variar. resolut. ca. vltimo, in fine,* & Placa *in lib.* 1. *epit. delict. capit.* 8. *numero vigesimo sexto.* Et apud Gallos † iudices se- 6
culares punire clericos arma vetita deferentes, ex consuetudine immemorabili, & Romanorum Pontificum priuilegio, testantur Stephan. Aufrer. *in dict. limitation.* 13. Ioan. Redin. vbi supra *numero* 164. Cassan. *in consuetud. Burgund. rubric.* 1. *§.* 5. *numero* 80. *& sequent.* ait iudices laicos Galliæ esse in huiusmodi possessione contra clericos portantes arma prohibita, à tempore, cuius initij memoria non extat, concurrente fama priuilegij, Benedict. *in capit. Raynutius, in versic. & vxorem nomine Adelasiam, decisione* 2. *numero* 144.

Præcipua ratio Couarru. fuit, quam præfati Doctores sequuti sunt, quia lex † ob publicam vtilita- 7
tem condita, ligat clericos, præsertim si super delatione armorum, quæ maximum reipublicæ possunt afferre detrimentum. Sed hæc ratio satis euidenter sublata est ex dictis supra *eadem parte, casu* 1. Alij ex præfatis Doctoribus mouentur, quia iudex ecclesiasticus familiam non habet armatam quæ valeat noctu clericos armatos capere, armaque ab eisdem tollere, præsertim stante consuetudine Italiæ, quod nullus amittat arma, nisi fuerit deprehensus † ar- 8
matus, etiamsi constet illum arma portasse: Cornel. *in consil.* 20. *videtur in præsenti casu, volum.* 3. Alexand. *in l. possideri, §. Neratius, ff. de acquirend. possession.* Roman. & Alberic. *in l.* 1. *§. hoc rescriptum. ff. ad Syllanianum,* Bald. *in l.* 3. *§.* 1 *ff. de offic. præfect. vigil.* Hoc etiam fundamentum latissime ostensum est falsum supra *parte* 2. *capit.* 35. vbi probatum est † episcopos in casibus 9
suæ iurisdictionis habere capturam personæ etiam laicorum, posseque id facere etiam per suos proprios armatos ministros, etiam si non habuerint temporalem iurisdictionem.

Neque obstant, quæ dicuntur de consuetudine immemorabili, & priuilegio huiusmodi exercendi contra clericos armatos, ex quibus possit argui, vt huiusmodi statuta clericos, & ecclesiasticos comprehendant, ex regula *leg. de interpretatione, ff. de leg.* præsertim stante tolerantia summi Pontificis. Quia quantum ad consuetudinem † Hispaniæ attestatum 10
per Couarruuiam & Placam in locis citatis, negatur eam adesse per Nauarrum etiam Doctorem primæ clas-

mæ classis Hispaniæ & Italiæ, *in consilio quadragesimo-quarto, vers. tertio quod nusquam legi, sub tit. de sententia excommunicat.* Vnde cum per negationem dictæ consuetudinis oriatur dubium de ea, ex regula *l. post*
11 *rem. & ibi per* Bartol. & Doctor. *ff. de transact.* non † est credendum Doctori de consuetudine attestanti, ex traditis per Gabriel. *in commun. conclus. in titul. de probationib. conclus. 4.*

12 Et quantum pertinet ad † consuetudinem Galliæ, dicit Petrus Rebuff. *in l. armorum, vers. Primo armorum ff. de verbor. significat.* quod Galliæ iudices Regij hoc vsurparunt. Et hodie nullo modo potest ad hoc allegari aliqua consuetudo, vel priuilegium, quia *in bulla, Cœnæ domini, casu 15.* Cancellarij, Vicecancellarij, vel executores omnes excommunicantur, si in causis criminalibus contra clericos processerint, etiam prætextu quorumcumque priuilegiorum à sede Apostolica concessorum quibuscumque Regibus, quæ ibi reuocantur. Nauarr. tamen *in Summa capit. 27. num. 71.* putat difficilè Gallos à dicto priuilegio abstensuros, propter aliquas rationes, quas recenset que an sint admirandæ, arbitrio summi Pontificis relinquit.

Nec obstant quæ de tolerantia inducuntur, quia si
13 summus Pontifex † non potest totum ordinem clericalem secularibus submittere, prout late firmaui *supra parte 2. cap. 6.* ta... o minus præsumitur tolerando velle, quia ex impotentia arguitur voluntas. Ideo reiectis fundamentis, apparet hanc communem opi-
14 nionem esse omnino falsam, ac propterea † *bullam Cœnæ domini*, satis prudenter hunc casum sub *numero decimo quinto*, declarasse, & hanc partem tenet Nauar. *in Manuali, d. cap. 27. numer. 71. & in d. consi. 44. in tit. de sent. excommunicat.* & Mattheus Bois, *in additionib. ad Stephan. Aufrer. super d. limit. 13. in addit. incip. Hanc fallentiam.*

Ex hac vera opinione infertur, falsam esse sententiam asserentium, quod stante statuto prædicto, vtraque pœna scilicet pecuniaria, & armorum priuatio
15 contra clericos possit peti coram iudice † seculari, quam firmarunt Io. Fab. *in l. addictos, C. de episcopal. audient. in vers. vltro proced...t.* Stephan. Aufrer. *in tractat. de potestat. secul. in eccl. siastic. in d. regul. 1. fallent. 13.* Benedict. *in d. cap. Raynutius. in d. ver. & vxorem. decis. 2. num. 436. &* latissimè probat. Io. Redin. *in d. tractat. de maiest. princip. in d. ver. non armatam solum in 2. parte, num. 166.* Hæc enim opinio, quantum ad pœnam pecuniariam est contra casum *in cap. 1. §. si clericus. de pace tenenda:* Vbi Imperator Fridericus or-
16 dinat, clericum † pacis violatorem, coram suo episcopo conuincendum esse, & eidem episcopo pœnam pecuniariam soluturum: Qui casus allegatur non vt ex eo ostendatur pœnam pecuniariam à statuto indictam, esse per clericum suo episcopo soluendam, sic enim clericus sub statuti dispositione comprehenderetur, quod iam est reprobatum, sed ad conuincendam Io. Redinæ sententiam volentis pecuniariam pœnam coram seculari iudice petendam esse.

17 Et quod clericus † ferens arma contra prohibitionem, non sit puniendus ab episcopo pœna à statutis laicorum indicta: sed ad eius arbitrium, firmant Couarru. vbi supra, & Franciscus Sarmiento *in lib. 7. selectar. interpretat. cap. 8. num. 2.* quem sequitur Ignat. Lopez *in additionib. ad prædictam criminal.* Diaz *super cap. 54. vers. quamuis ab hac opinione, in fine, fol. 191.* & latè scripsi supra *casu 3.* Ex quo verè licet concludere, quod ideo non comprehendantur sub statutis prædictis de exportatione armorum, quia pœna dicto-

[illegible]

rum statutorum puniendi non sunt. Vnde idem Belluga *in dict. rubric. 11. §. dubitatur, numero decimo octauo*, dixit, quod in huiusmodi exportatione armorum modus † procedendi per iudicem secularem 18
contra clericos, debet esse talis, videlicet, quod per literas suas requirat iudicem ecclesiasticum, vt clericos suæ diœcesis arma portantes moneat, vt à talibus abstineant.

Quantum verò attinet ad amissionem armorum per clericos delatorum, concedit Ignatius Lopez vbi supra ministros iustitiæ † secularis posse clericos hu- 19
iusmodi armis spoliare, quia hoc facti est, quod respicit nudum ministerium sine cognitione iurisdictionis, sicut permittitur creditori debitorem fugientem apprehendere, *l. ait prætor, §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credit.* & adulterum in fragranti crimine deprehensum occidere, *l. marito. ff. de adulter.* non tamen iurisdictionem exercendo.

Ego autem huius opinionem admitto in eo solo casu, vbi nudum † ministerium sine facti aliqua co- 20
gnitione versatur, puta si clericus cum armis vellet committere maleficium, quia ad obuiandum delicto committendo possent ministri laicæ iurisdictionis apprehendere clericum, ipsumque statim ducere ad suum episcopum, ex traditis per glos. *in c. 2. de hæretic.* & per Dec. *in c. cum non ab homine, n. 10. de iudic.* quos sequitur Nauarr. *in d. consil. 44. v. quinto quod præfati apparitores, sub tit. de sent. excom.* Sed vbi nulla † delicti 21
forma, vel præsumptio in fragranti deprehenditur, spoliare clericum armis, cognitionis est, cum enim in multis casib. possit arma portare, de quibus per Anton. de Butr. *in d. c. clerici, de vita & honest. cleric.* & per Socin. *in d. reg. 30. vers. sexto fallit*, cognoscere an ille sit de casibus, non est nudum facti ministerium, ideo est casus sub bulla comprehensus.

CASVS VIII.

Edicta de non pascendis animalibus in pascuis vniuersitatis nisi soluta certa pecunia, sub pœna, an comprehendant animalia clericorum.

SVMMARIA.

1 *Edicta de non pascendis animalibus in pascuis vniuersitatis, nisi soluta certa pecunia non ligant clericos.*
2 *Pascua quid sint.*
3 *Barones in regno Neapolis habent iura pascuorum & herbagiorum.*
4 *Ecclesiastici quando debeant soluere mercedem pro pastura animalium.*
5 *Edicta vniuersitatum de soluendo aliquid ad se subleuandum non comprehendunt ecclesiasticos.*
6 *Pascua sunt communia omnibus ciuibus, vt singulis.*
7 *Vniuersitatis maior pars quando non possit obligare minorem.*
8 *Baro dicitur primus ciuis.*
9 *Baronum concessiones semper intelliguntur saluo iure alterius.*

10 Custo-

10 *Custodes animalium ecclesiæ, & clericorum teneantur pro damnis datis.*

11 *Statutum grauans custodes animalium pro factis clericorum, non valet.*

12 *Pœnam damni dati non licet exigere de paruo damno.*

13 *Clerici & eorum animalia non tenentur ad pœnam damni dati.*

14 *Custodes animalium clericorum teneri aliquando ad pœnam damni dati.*

1 Diuersimodè edicta † huiusmodi per vniuersitates fieri solent super pascuis, (sunt autem pascua
2 locus † vbi bestiæ pascuntur, *l. diuortio. §. plane, ff. sol. matrim. l. sylua. & l. fin. ff. de verb. signific. & C. de pascuis publicis per totum, lib. 11.* Ripa *responso* 18. *num.* 19. *sub tit. de interdictis. parte* 2.) puta de non pascendis animalibus ciuium in dictis pascuis, nisi soluta certa quantitate pecuniæ, quam fidam vocant. Ideo sæpe sæpius vidi in controuersiam iudicialem deduci, vtrum sub dictis edictis ecclesiasticorum animalia comprehendantur. Et fortior existit ista dubitatio in Regno Nea-
3 polis, vbi Barones † ex forma priuilegiorum habent ex antiquà consuetudine iura pascuorum, & herbagiorum, vt per Capyc. *in sua inuestitura, in ver. plenis pascuis.* licet huiusmodi sint iura regalia, Luc. de Penn. *in l. quicunque, C. de fund. limit. lib.* 11. & per Andr. *in constitut. regni, incip. Si quando.*

Iac. *in l. placet. in* 1. *& in* 2. *lect. C. de sacros. eccl.* fir-
4 mat, quod si † vniuersitas habet loca pasturæ, ad quæ nullus posset animalia sua ad pascendum mittere, nisi
5 soluta mercede, Ecclesia, & † clerici non possent propria mittere, nisi eadem soluta sicut per laicos soluitur, & ita consuluit Abb. *in consil.* 6. *incip. Casus super quo petitæ sunt allegationes, vol.* 1. Io. Anto. de Nigris *in repetit. extrauagant. vnicæ, de vita & honest. cleric. n.* 112. *in fine*, quia nullo iure, nulloque priuilegio reperitur concessum quod clerici possint vti rebus, & pascuis alienis, inuito domino, & Lucas de Penn. *in l. iubemus, col.* 1. *ver. hæc faciunt ad quæstionem, C. de nauibus non excus. lib.* 11. dicit hac ratione Principem secularem posse statuere, quod animalia clericorum, & ecclesiarum à suis pascuis arceantur, vel etiam à pascuis priuatorum, ne sumant illa dominis inuitis.

In resolutione huius casus, arbitror duos articulos
5 constitui posse. Primus est, quando vniuersitas ex † aliqua iusta caussa ad se subleuandum, huiusmodi edicta statuit in suos ciues, quo casu neque ecclesias, neque clericos, neque eorum animalia aliquo casu modo affici certissimi iuris est, tum ex latissimè dictis in resolutione primi casus huiusce partis, tum etiam quia
6 pascua † ista sunt communia omnibus ciuibus vt singulis, non autem vt vniuersis, prout fuit bis decisum in prætorio Neapolis, Capyc. *decis.* 152. Franch. *decis.*
7 197. quo casu maior † pars non potest obligare minorem ex regula *§. in commun. autẽ locum. Instit. de rerum diuis.* & latè per Dyn. *in regul. quod omnes, de regul. iur. lib.* 6. ex cuius regula dum quædam vniuersitas volebat vendere pascua, contradicente Barone, qui & ipsius vniuersitatis ciuis est, non potuit tota vniuersitas præiudicare vni soli ciui contradicenti, vt per Franch. *in d. decis.* 197. quia omnes ciues sunt domini iure singulari, & proprio, Zabarell. *in c. cum omnes, colum.* 5. *versic quod autem dicetur, de constitutionib.* Et in his terminis in simili casu respondit Ryp. *responso* 12. *sub tit. de ...* Sed clerici sunt ciues vniuersitatis, vt scripsi *in d.* 1. *casu.* & si Baro, † dicitur primus ciuis ipsius, quia est pater ciuium, vt per Fræcc. *de subfeudis, in* 18. *auctoritate.* multo fortius ipse episcopus est primus ciuis, quia est pater omnium ciuium, & si vnus ciuis ratione sui singularis dominij potest contradicere venditioni pascuorum, & non astringi dispositione maioris partis, multo fortius id facere possunt clerici, qui non sunt sub dicta iurisdictione. Ex quibus rationibus idem intelligendum est esse verum, si huiusmodi edicta à Rege, vel à Baronibus, quia Rex non posset expresse edicta facere contra clericos: ergo tacitè non præsumitur velle, ex notatis *in c. causam quæ. de rescript.* & per Alexand. de Neuo *in consi.* 49. *nu.* 3. & con- 8
cessiones Baronum † semper intelliguntur factæ saluo iure alterius, vt in his propriis terminis pascuorum dicit fuisse decisum Afflict. *in constitutione regni, incip. Cum per partes Apuliæ, num.* 6. *in fine.* 9

Secundus articulus est, quando huiusmodi statuta constituuntur pro damnis datis in alienis territoriis,
& tunc solet dubitari an laici custodes † animalium 10
ecclesiæ, & clericorum teneãtur pro huiusmodi damnis datis. Pro resolutione distinguenda sunt duo capita: Alterum est, quando edicta specialem mentionem fecerint de huiusmodi custodibus, & edicta non valent, quia prohibitum est secularibus grauare custodes clericorum, sic enim clerici grauarentur saltem per indirectum, vt dicit Bart. *in l. hi penes, C. de agric. & censitis, lib.* 11. quod non valet statutum † grauans hu- 11
iusmodi homines pro factis clericorum, & latius de hoc per Felyn. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ in* 13. *quæst. de constitut.* vbi quod saltem indirectè esset contra libertatem ecclesiasticam, & obstaret *auth. cassa. de sacros. eccles. & c. nouerint. de sent. excom.*

Alterum est, cum nullam de clericis, nec de eorum animalium custodibus mentionem faciunt, & tunc
aut eorum animalia † in alienis pascuis fecerunt par- 12
uum damnum, puta quia per vnam diem, vel vnam noctem pascua sumpserunt, & tunc non licet exigere pœnam: quia pro vna vel duabus vicibus animalia vicini admittuntur sine fida, fit tamen requisitio, vt emendet, ideo recurrendum ad remedia iuris, argum. *l. quidam Hiberus, ff. de seruit. vrb. præd.* ita dicit Andr. de Isern. *in princip. d. constit. Cum per partes Apuliæ.* & sequitur Bartholom. de Capua *ibid. in princ.* & Afflict. *num.* 5. Aut fecerunt magnum damnum, & tunc neque
clerici, neque † eorum animalia tenentur ad pœnam, 13
sed custodes laici, ita firmarunt gloss. Abb. Antiquus, Ioan. Andr. & Anton. de Butr. *in cap. grauem. colum.* 2. *de sent. excomm.* Lucas de Penn. *in d. l. iubemus nullam, col.* 1. *C. de nauib. non excu. lib.* 11. qui non respondet veris rationibus pro hac parte, licet conetur sustinere contrarium: Felyn. *in cap.* 2. *colum.* 2. *vers. de rusticis. de foro compet.* Ego autem intelligo huiusmodi opinionem procedere sine contradictione, quando domi-
nus † pascuorum, antequam intrassent animalia cle- 14
ricorum, expresse prohibuisset custodes, quo casu intrantes post prohibitionem in specie, tenerentur per tex. *in c. diuus. ff. de serui. rustic. præd. in vers. non est racionabile nolentibus dominis, in alienis agris aucupari, & in §. plane, Instit. de rer. diuis.* Sed si prohibuisset in genere, puta per banni emissionem, argum. *l. si pupillus, c. proscriberes ff. de iustit. cum simil.* tunc an huiusmodi edicta afficiant custodes animalium, vel conductores laicos bonorum clericorum, inferius scribam, *casu* 13. Et hæc est veritas, quicquid scripserit Octauian.

uian. Vulpell. *in li. de libertate ecclesiastica, part. 3. n. 15.* qui casus, vt alij quàm plurimi per ipsum scripti non conueniunt titulo dicti libri; quia potius sunt contra libertatem ecclesiasticam.

CASVS IX.

Clerici an teneantur contribuere pro rata cum laicis ad constructionem, & reparationem viarum, & murorum ciuitatis statuto disponente.

SVMMARIA.

1 *Clericos teneri contribuere ad reparationem viarum, & pontium qui teneant. & n. 3.*
2 *Ecclesia an subeat onera extraordinaria.*
4 *Ecclesiasticos condẽnari in Hispania & Gallia ad contributionem pro reparatione viarum, & pontium.*
5 *Fratres mendicantes nullo modo teneri contribuere ad prædicta.*
6 *Ecclesiasticos nullo modo teneri ad prædicta esse veriorem opinionem.*
7 *Teneri in subsidium, vbi laicorum bona non sufficiũt.*
8 *Sunt immunes à tallijs, collectis, & alijs exactionibus.*
9 *Clerici non possunt consentire exactionibus collectarum & similium.*
10 *Excommunicati sunt omnes imponentes collectas, & similia clericis, itẽ auxilium, & consilium dantes.*
11 *Iura ciuilia quæ eximant ecclesias, & clericos à solutione impositionum.*
12 *Ecclesiasticos non teneri ad refectionem viarum, & pontium, qui defendant.*
13 *Laici subeũt onera à quibus sũt immunes ecclesiastici, sed isti subeunt onera à quibus sunt immunes laici.*
14 *Ecclesiæ & ecclesiastici quot onera subeant.*
15 *Statuto de superindicto nullo modo ligari ecclesias, nec clericos.*
16 *Etiam si ex necessitate factum sit.*
17 *Principes tenentur de suo reparare vias, pontes, & manu tenere securitatem.*
18 *Ecclesiasticos teneri aliquando ad onera laicorum in subsidium.*
19 *Laici quando teneantur contribuere ad reparationem ecclesiarum dirutarum.*
20 *Necessitas in clericis respectu laicorũ, quãdo dicatur.*
21 *Ecclesiastici per quem iudicem sunt cogendi in casu necessitatis ad contribuendum.*
22 *Episcopus an sit suspectus in causa cõtributionis clericorum.*
23 *Principes seculares an per indirectum possint cogere clericos ad contribuendum.*
24 *Episcopus & clerus soli sufficiunt ad arbitrandũ subsidia laicorum propter vrgentem necessitatem.*
25 *Ecclesiastici, sicut cæteri quando teneantur pro modo prædiorum.*
26 *Onera imposita pro modo prædiorum, debent solui secundum eorum redditum.*

1 PArtem affirmatiuam esse † communiter receptam inter Ciuilistas, testantur Natta *in cons. 280. in fine.* & Rimin. iun. *in cons. 2. n. 10. vol. 1.* Ad quam allegant gl. *in c. non minus, in ver. non releuandas, de immun. eccles.* quę expresse dicit, clericos teneri ad refectionẽ pontium, viarum, &c. Inno. *in d. c. non minus,* vbi dicit hæc verba, & ab his superindictis intelligo immunes clericos, & vxores, & liberos, *c. generaliter, §. nouarum, 16. q. 1.* nisi sit necessitas, *c. peruenit. supr. eod.* Deinde paulo
2 post subiicit, extraordinaria † autem, quæ respiciunt pietatem subit ecclesia, Archidia. *in d. §. nouarum,* vbi relatis prius opinionib. quorundam, referendo vltimo loco opinionem Inno. sic formaliter dicit: Vnde dicebat Inn. quod ecclesia subit onera extraordinaria, quæ respiciunt pietatem, quamuis non sit cogenda per iudicem secularem, Anch. *in d. c. non minus.*

Hanc opinionem † firmarunt Ciuilistę, Azo *in summa, in tit. de operib. publicis,* quem Bal. allegat, & sequitur *in l. contractus, C. de fide instr.* Iacob. de Rauen. & Iac. de Aret. per Cyn. relati *in l. ad instructiones, C. de sacros. eccles.* Dyn. & Oldrad. relati per Alberi. *ibid.* Petr. de Bellapertica relatus per Cynum *ibid.* Fulgos. *ibid.* dicit communiter ita Doctores tenere, Salyc. *in l. placet, n. 5. C. de sacros. eccle.* Ang. *in l. omnes, C. de oper. publ.* vbi dicit: Omnes debent cõferre ad refectionem murorum pro viribus facultatum suarum sterilibus non computatis, pro quibus nihil est soluendum, & debet imponi onus, prout qualitas facti exposcit. Deinde subiicit; & satis concordat supr. *de sacro. eccl. l. ad instructiones,* & sic sentit illam legem non esse correctam, & extendi ad refectionem murorum, Florian. d. S. Petro *in l. pendẽtes, §. si quid cloacarum, in fi. ff. de vsufruct.* vbi reprehendit illam gl. *in d. §. nouarum, 16. q. 1.* quæ dicit d. legem; ad instructiones, esse correctam. Ripa *in l. si se non obtulit. n. 31. ff. de re iudic.* Andreas *in c. 1. §. illicitas, de pace iuram. firmand.* Bald. *in c. 1. §. 1. n. 15. de pace Constantiæ,* dicens quod ecclesia tenetur ad expensas, quæ fiunt propter publicam necessitatem, vt est refectio viarum, & pontium, murorum, & huiusmodi, & etiam ad onus, seu gabellam plaustrorum, quod imponitur pro refectione viarum, vt ibi per eum. Luc. de Pen. *in l. si. in fin. C. de exact. tribut. & in l. 2. & 3. C. de quib. mune. vel præstat.* vbi respondet singulis contrariis Canonistarum. 3

Pro hac opinione consuluit Collegium Taurinense, vt *in cons. 3. inter consilia feudalia diuersorum.* Item Vniuersitas Lipsensis, vt *in cons. 37. n. 38. in 1. tomo consiliorũ diuersorum Germaniæ.* Alex. *in cons. 67. col. 5. vol. 2.* Riminald. iun. *in d. consi. 2. & in cons. 4. vol. 1. & 574. n. 4. vol. 5.* Natta *in cons. 183. col. fi. & cons. 215. in prin. & in d. cons. 280. col. fi.* Nicol. Balb. *in suo consilio posito post decis. 181. Caccherani.* Deci. *respons. 14. n. 20. vol. 1.* Menoc. *in cons. 800. n. 24.* Bertrand. *in cons. 126. col. 2. vol. 1. in nouissim.* latè Barbat. *in cons. 1. col. 13. vol. 3.* Alios etiam ad hoc congerit Syntagma comm. opinion. *tom. 1. loc. 1. c. 16. vers. clerici tenentur ad instructionem.*

Et ita sæpissimè iudicatum est, Alberic. *in d. l. ad instructiones,* dicit, quod ita semper vidit seruari de facto, Guid. Pap. *decis. 78.* Octauian. Caccher. *in d. decis. 181.* Viuius *in suis commun. opin. in ver. clericus in bonis,* vbi recitatis opinionib. contrariis, subdit, quod esset difficile, imo impossibile contra eam in actu practico obtinere, Franch. March. *decis. Delphinali 101. part. 2. & decis. 457. n. 21. & decis. 224. n. 2. part. 1.* Lancell. Conrad. *in pract. seu tract. de decurionib. lib. 1. c. 9. de prætore, §. 1. n. 27. & seq.* vbi ostendit istam esse magis communem opinionem, & obseruari Mediolani & Papiæ.

Et ita dispositum † in Hispania de iure Regio, *l. 54. tit. 6. partita 1. & l. 20. tit. 32. partit. 3.* & vbiq; Greg. Lopez, Didacus Perez Salmantinus *in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordina. veteris.* latè Auiles *in c. 23. prætor, in glos.* Den *Orden. per totam,* Gattieres *allegat. 10. n. 2.* 4

Ita etiam pronuntiatũ est sæpissime in senatu Parisiensi, vt refert Papus *lib. 5. rapsodiæ arrestorum, tit. 11. arrest. 16. 17. 18. & 19.* de quib. arrestis latius per Addẽtes ad Syntagma com. opinion. *in tom. 1. loc. 1. c. 16. col. 2.*

in additione quæ incipit; Guido Papæus. decis. 79. &c.

Declarãt tamen hunc casum, vt nõ procedat in or-
5 dinib. † mendicantium, qui nullo modo contribuere
tenentur, vt consuluit Burs. *in cons. 25. col. 2.* alios ad
hoc congerit Petr. de Vbal. *in tract. de collectis, n. 38.*
latissimè Barb. *in c. officij, col. 36. per tres col. seq. de testã.*

Contraria opinio verior est in iure, & magis tuta in
6 conscientia, vt † sine auctoritate Sum. Pontif. nihil ab
ecclesiis, & ecclesiasticis personis exigi possit, & solum
in casu necessitatis, quando bona laicorũ non sufficiũt
nec statuta huiusmodi aliquam habere firmitatem, tã-
quam facta à non habentib. iurisdictionẽ. Quę proba-
7 tur in primis ex Concil. Lateran. sub † Alex. III. *in c.
non minus, de immun. eccl.* vbi conqueritur Concilium
quod potestates seculares, & ciuitates tot onera impo-
nerent ecclesiis, & bonis, & personis earum, angarias,
& parãgarias pro purgãdis fossatis, pro expeditionib.
& aliis, vt sub eis deterioris cõditionis factũ videatur
sacerdotiũ Christianũ, quàm sub Pharaone, qui legis
notitiam non habebat (nempe qui sacerdotũ suorum
terras, & personas à tributis exemit, Gen. *c.* 47.) Quo-
circa sub anathematis districtione talia fieri prohibẽ-
tur: Nisi episcopus, & clerus tantã necessitatẽ, aut vti-
litatem aspexerint, vt absque nulla exactione ad rele-
uandas communes necessitates, vel vtilitates, vbi lai-
corum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias
existiment conferenda: sin autem consules, aut alij de
cætero ista commisissent, & commoniti desistere no-
luerint, tam ipsi, quàm facultates eorum subiiciuntur
excommunicationi, vt nec communioni reddantur,
donec satisfactionem fecerint competentem.

Item *in c. aduersus. de immun. eccles.* idem Concilium
Lateranense sub Leone X. confirmãs prædicta subdit,
vt non sufficiat consensus ecclesiasticarum personarũ
ad subsidia hęc, laicis potestatib. petentibus soluenda,
vt propter imprudẽtiam quorundam, & ideo Roma-
nus prius consulatur Pontifex, cuius interest commu-
nib. vtilitatibus prouidere. Subdit, vt constitutiones &
sententiæ, quæ à talibus, nempe consulib. & rectorib.
ciuitatum, vel aliis, qui ecclesias, & ecclesiasticos viros,
talliis seu collectis, seu exactionib. aliis aggrauare ni-
tuntur, vel de ipsorum mandato fuerint promulgatæ,
inanes, & irritæ habeantur, nullo vnquam tempore
valituræ; & vt anathema, quo innodantur, liget eos,
quamdiu gesserint consulatum, & potestatem, & po-
stea, eave depositis, & successores eorum, si satisface-
re recusent infra mensem.

Alex. Papa VI. *in c. 1. de immun. eccl. lib. 6.* statuit, non
licere etiam in Regno Franciæ Scabinis seu consulib.
communiis & aliis dominis temporalib. aut aliis, qui
8 in † eis iurisdictionem temporalem obtinent, tallias,
vel collectas, seu exactiones quascunque ecclesiis, vel
personis ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdẽ
pro domib. prædiis, vel quibuscunque possessionib. ab
eisdẽ ecclesiis, vel personis ecclesiasticis legitimè ha-
ctenus acquisitis, vel in posterum acquirendis, etiam si
ipsæ ecclesiæ vel personæ, vel res huiusmodi sint infra
illorum districtum, vel territorium constitutæ, &c.
Eandem constitutionẽ innouauit Bonifac. VIII. *in c.
quanquam, de immun. eccl. lib. 6.* & addit, non obstanti-
bus constitutionibus quas improbat vt corruptelas.
Deinceps idem Bonifacius *in c. clericis, eod. tit.* statuit
9 seuerius in ipsos clericos † consentientes huiusmodi
exactionib. aut præbentes collectas, tallias, decimam,
vigesimam, centesimã suorum & ecclesiasticorũ pro-
uentuum, vel bonorum, laicis, quocunque nomine vel
auxilij, adiutorij, mutui, subuẽtionis, subsidij, doni, vel
alio titulo, modo & quæsito colore, absque autoritate
sedis Apostolicę, & in ipsos † Imperatores, Reges, Du- 10
ces, Potestates, Comites, & alios talia imponentes exi-
gẽtes, recipientes, auxilium, consilium, fauorẽ publicè
vel priuatim dãtes, vel talia fieri iubentes, atq; omnes
vult ipso facto excommunicatione innodari, à quo
non possint, nisi à sede Apostolica, excepto mortis ar-
ticulo, absolui, non obstantib. priuilegiis, & consuetu-
dinibus, Principibus, Regibus, & aliis concessis.

Præterea adducuntur pro hac opin. iura ciuilia, † *l.* 11
placet, C. de sacr. eccl. & l. 2. C. de episc. & cler. quæ iura
eximunt ecclesias, & ipsarũ bona ab omnib. collectis,
gabellis, exactionibus, & similib. Item *auth. Item nulla
cõmunitas, C. de epis. & cler.* vbi generaliter prohibetur
ne quis audeat ab ecclesiis exigere collectas, exactio-
nes, angarias, & parangarias, per quem tex. esse corre-
ctam *d. l. ad instructiones,* latè scripsi supra *in 1. casu.*

Et hanc opinionem † firmat Accurs. *in d. l. ad instru- 12
ctiones,* qui determinat ecclesias non teneri ad refe-
ctionem vel constructionem murorum ciuitatis, &
sequitur Bart. *ibid.* Item gloss. *in c. generaliter, §. noua-
rum 16. q. 1.* dicens non tenere legem disponentem cle-
ricos teneri ad constructionem murorum, quam se-
quitur Laurent. vt ibi refert Archidiac. Io. Monach.
relatus per Alberic. *in d. l. ad instructiones.* Gugliel. de
Cun. ibi relatus per Bald. Io. Andr. *in d. c. non minus,* v-
bi Abb. qui idem latius dixit *in cons. 3. vol. 1.* Hostiens.
*in summa tit. de immun. eccl. §. in quib. ver. ad extraordi-
naria.* Ias. *in l. placet, n. 14. C. de sacros. eccles.* Natta *in
cons. 203. col. 2.* latissimè Remigius de Gonis *in tracta-
tu de charitatiuo subsidio, q. 62.*

Bald. *in cons. 246. vol. 3.* dicebat, quod antiqua quere-
la laicorum est, ecclesiæ enim de die in diem ditantur,
& laici ab oneribus strangulantur, quod valde exag-
gerat Barbat. *in d. consi. 1. vol. 3.*

Sed certè nõ est inuidendũ ecclesiæ, & personis ec-
clesiast. si laicis, † tributis, & superindictis ad reipub. 13
munera oneratis, ecclesiasticæ res & personæ sua im-
munitate, & libertate potiãtur, quamquã & ipsi in ea-
dem republica sint, & quamuis ex priuilegiis, & vtili-
tatibus publicis de contributionibus participent, &
commoditate fruantur, quæ per superindicta, & tribu-
ta eueniat. Quia sicut personæ laicorũ immunes sunt
ab oneribus, militia, laboribus, & muneribus ecclesia-
sticis, & tamen principes sunt cultus diuini, orationũ
& ministeriorum earum, ita ecclesia, & ecclesiasticæ
personæ immunes sunt ab onerib. laicorum, & parti-
cipant nihilominus de cõmodis, & vtilitatib. illorũ.
Vnde dicit D. Paul. *1. ad Corinth. c. 9. vers. 11. & 12. & ad
Roman. c. 12. vers. Si nos vobis spiritualia seminamus, ma-
gnum non est, si nos carnalia vestra metamus, & si alij po-
testatis vestræ participes sunt, quare non potius nos?*

Item res ecclesiæ † habent sua onera, à quibus laici 14
liberantur, ergo non mirum si ecclesia ab onerib. lai-
cis imminentib. liberanda est, debet. n. alere clericos,
fabricas, & ædificia ecclesiarum curare, suũ propositũ
nutrire, & prædicatores verbi Dei honorariis dona-
re, pauperes nutrire, *c. quatuor, c. de redditibus, c. Vulte-
ranæ, 12. q. 2.* cultum diuinum suis sumptibus facere,
quod pertinet etiam ad luminaria, & alia, *cap. nemo, de
consecrat. dist. 1. c. conquerente, de officio ordinar.* Item res
ecclesiæ satis sunt oneratæ censibus, & subsidiis auxi-
liariis, quæ præstant suis prælatis, & summo Pontifi-
ci, *d. c. conquerente, & cap. cum apostolis, §. prohibemus,
de censibus.* & in procurationibus ratione visitatio-
num

num & onerũ, *c. quando, c. procurationes, c. venerabili, c. cum instantia, de censib. c. 1. §. deinde, & c. 2. eod. tit. li. 6.* Item in quarta decimarum, vel media, vel decima iuxta morem Ecclesiarum, *c. antiquos, 10. qu. 1. c. constitutam, 10. q. 3. c. de quarta. de præscript. c. cùm olim, de censib. c. certificari, de sepultur.* & in aliis iuribus episcopalibus, vt notant Dd. *in d. c. conquerente.* Sunt & annatæ, quæ præstantur summo Pontifici à beneficiorum possessorib. & vacantiarum redditus vel annui, vel alterius æstimationis: Hæc onera, si Baldus consideraßet, antiquæ illi laicorum querelæ fortè respondisset, vt corpus reipublicæ in vtrisque vitæ modis compensetur, per temporalia corporalibus necessariis, per spiritualia vero verbo in anima. Quare cessante querela satis constat
15 Ecclesias, & † clericos ad huiusmodi superindicta nullo modo teneri, tanto minus si per statuta populi, vel Principis ordinata fuerint, cùm & si quantumcunque publicam & vtilitatem, & necessitatem vrgentissimam contineant, nullo tamen modo Ecclesias, Ecclesiasticosque ex defectu iurisdictionis comprehendere, satis apertè supra *in d. 1. casu*, docuimus.

Neque est approbanda eorum distinctio, qui docent, Ecclesiasticos non teneri ad huiusmodi superindicta ordinata ad ornatum, & pulchritudinem ciuita-
16 tis, secus si ex necessitate, puta † imminentis belli, vel publici commercij, muri & mœnia ciuitatis munienda, aut construenda essent, aut viæ publicæ, & flumina, atque fossata repurganda, vt videntur sentire Cyn. Iacob. Butr. Bald. & Salyc. *in d. l. ad instructiones*, idem Bald. *in tit. de pace Constantiæ, in ver. munitione. n. 15.* & concludit Carol. de Grassalis *in lib. 2. reg. Franciæ iure 6. fol. 255. vers. cogi.* & hanc distinctionem esse communiter receptam, testatur Bertrand. *in cons. 53. n. 9. vol. 1. in nouissimis.* & latius per Natt. *in cons. 311. n. 4.* Vasquius *de succe. creat. li. 3. §. 21. n. 182.* Quia hæc communis deiectum habet illud fundamentum, vbicunque tractatur de vtilitate & necessitate communi laicorum & clericorum; tunc quia clerici tenentur etiam contribuere, saltem naturali ratione, ideo statuta laicorum generaliter facta super huiusmodi obligant clericos, & ad hoc redit Rim. iun. *in d. cons. 2. n. 9 & 10. vol. 1.* sed hoc fundamentum dirutum est, vt dixi *in d. 1. casu.* Addo, quod si iure loqui volumus, non solum ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ sunt immunes à reparationibus murorum, viarum, pontium, & securitatum eorũ, sed
17 etiam laici, quia hoc onus † pertinet ad ipsum Principem, cui propterea vectigalia concessa fuere, vt dicebat Petra *in tract. de potestate Principis*, (qui tractatus hodie est ab ecclesia reprobatus) *cap. 5. n. 21. & 22.* Andreas *in tit. de statut. & consuetudin. contra libertatem ecclesiasticam. §. nauigia. & in constit. regni, incip. Pœnam eorum, in fi. & in constit. incip. Iustitiarij non per Calendas, in fi. & in constit. regni, incip. Si damna.*
18 Et quod ecclesiastici ad † huiusmodi ordinata nullo modo teneantur, nisi stante maxima necessitate, & quod bona laicorum ad hoc non sufficiant iuxta dispositionem præfatorum canonum, firmant Ægidius Bellamera *in cons. 45. inci. Consules.* Riccar. *in suis quolibetis, quolibeto 2. qu. 30. art. 4.* Astesa *in summa lib. 6. tit. 30. art. 4. col. 3. vers. si verò.* & Summistæ omnes, vt sanctus Raymundus (hoc anno canonizatus S. D. N. Clemente VIII.) in sua summa Pisana. Archiepisc. Florentin. & Syluestrina *in ver. immunitas.* Guttieres *in d.*
19 *alleg. 10.* concludit, quod laici † non tenentur contribuere ad refectionem ecclesiarum dirutarum nisi in solo casu, quando clericorum bona non sufficiunt, sicut clerici non tenentur contribuere ad reparationem murorum, & alia prædicta, nisi quando laicorum bona non sufficiunt, & in subsidium, argumento desumpto *ex d. c. non minus, de immun. eccles.* & ita sunt intelligenda tradita per Canonistas supra in principio allegatos pro parte affirmatiua, volentes ecclesiasticos teneri, omnes enim exprimunt in solo casu necessitatis, ac etiam intelligenda sunt scripta per Otaloram *in tract. de nobilitate, in 2. part. c. 1. nu. 35.* post Francisc. Lucan. *in tract. de fisco, in 3. parte, nu. 35.* Chassan. *in consuetud. Burgund. §. 4. gl. 2. n. 17.* Idque vbi necessitas postulat receptum est, Gulielm. de Benedict. *in c. Raynutius, in ver. & vxorem, decis. 5. nu. 469. & seq.* Rebuff. *in 1. tomo constit. regiarum. in tractat. de sentent. prouisionalib. art. 3. glo. 6. nu. 4.* Necessitas † autem esse nullo modo 20
potest, nisi vbi laicorum facultates non sufficiunt, vt ipse idem Riminald. iun. concludit *in d. consi. 2. nu. 27. vol. 1.* quod pro parte laicorum inducitur. Non igitur quicquam mouere debent decisiones in contrarium allegatæ: Pro quorum auctorum animabus dicẽda est vna Aue Maria, cum humano fauore ducti consuluerint pro illa parte, incidentes in excommunicationem fulminatam per Bonifacium VIII. *in d. cap. clericis, de immun. eccles. li. 6. in vers. & ad id consilium & fauorem publicè, vel priuatim dantes*, & rogandi sunt cæteri scriptores deinceps vt potius veritati, quàm publico fauori consulant.

Per quem autem iudicem cogi posßint ecclesiastici ad † hoc subsidium dixi in resolutione primi casus in 21
fin. Addunt aliqui, quod si necessitas est repentina, & episcopus † propter suum interesse, quia est in eadem 22
causa contribuendi, est suspectus iudex laicus est in hoc competens: Idem dicunt esse, si episcopus non haberet interesse, & requisitus cogere viros ecclesiasticos recusaret, aut plus debito differret: tunc enim clerici per secularem potestatem cogerentur, Benedict. *in d. c. Raynutius. ver. & vxorem. decis. 5. nu. 470. vsque ad n. 476.* cũ excuset in talibus vrgens necessitas, & facilè summi numinis speretur venia, *l. prouinciarũ præsides. C. de feriis.* Quo casu dicunt saltem per indirectum seculares † posse astringere clericos, vt per Bald. *in c. po-* 23
stremo, in 3. circa fin. de appellat. dicentem quod Principes seculares possunt compellere ecclesiasticos ad aliquid causatiuè, scilicet subtrahendo eis redditus, & obedientiam, non autem imbursando sibi, & in eis terminis est decisio Baldi *in auth. sed periculũ. col. fin. vers. etsi dicatur, C. sine censu, vel reliq.* post Inno. *in c. postulasti, de foro compet.* Ita secundum istos officiales ciuitatis poterunt capere fructus, & mobilia profana ecclesiasticorum, eaque retinere, donec contribuerint in oneribus prædictis, & ad hoc tendit d. Consilium Nicolai Balbi post decisiones Caccherani impressum.

Ego autem non video, quomodo exequentes secundum hanc opinionem, non incidant in excommunicationem. Ordinauit sum. Pontifex quis sit modus adhibendus, Romanáque Curia consulenda, prouidit etiã casum, vbi necessitas maxima adesset, vt tunc episcopus, & † clerus arbitrentur subsidia conferenda esse, 24
hic episcopus non est iudex cleri, sed concurrit cum eo, vterque simul debent arbitrari; ergo cessat, an episcopus in causa propria iudex, quia vtrisq; hæc facultas est concessa, casus exceptus firmat regulam in contrarium; ergo non possent laici hanc opinionem exequentes vitare excommunicationem, prout ipsi fatentur etiam sub spe veniæ, & quod nullo casu possent ad hæc cogi per iudicem laicum, vide Caprã *reg. 96. n. 79.* vbi

de cōmuni. Tanto magis, quia si necessitas est euidēs, id est, notoriè bona laicorum non sunt soluendo, nullum occurrit iudicium, vt dixi *in d.1.casu, in fin.* & iure determinatū est, quantū debeat hoc subsidiū conferri.

Hoc enim casu omnes ecclesiastici tenerentur conferre sicut alij possessores, glos. *in d.c.non minus, in ver.*
25 *reuelandus*, sed alij possessores tenentur † pro modo prædiorum vniuscuiusque, *l.rescripto.§.fin.l.munerum.§.patrimonij.ff.de mun.& hon.l.omnes,l.2.C.de mun.public.l.fin.C.de immun.nemin.conceden.cum simil.* Guid. Pap. *in cons.7.n.3.* ergo pariter pro modo prædiorum tenerentur ecclesiastici, vt æquiparatorum eadem sit dispositio, & ita tenet Anchar. *in d.c.1.de immun.eccles. li.6.* Pari. *in cons.25.n.74.vol.1.* Et ad hoc est tex. Esdræ *li.1.c.2.in fi.* vbi iuxta vires suas dederunt impensas operi. Hæc onera imponuntur ratione prædiorū: ergo eorum debet haberi ratio, Luc. *in l.2.C.de quib.muner. nemin.lic.se excus.col.2.in princ.* Ripa *responso 20.n.2.li.2.* Bart. *in l.2.C.de immun.nemini concedend.li.10.* Natta *in cons.183.col.fin.* & latius *in cons.215.col.2.* tamen non
26 secundum valorem † rerum, sed secundum earū redditum soluenda est, *l.2.C.de præd.& reb.nauicular.lib.11.* Martin. Lauden. *in tract.de fisco.q.75.* Immol. *in l.apud Iulianum, §.heres.ff.de legat.1.* & habetur *in cons.1.nu.5. impresso post tractatum de collectis Petri de Vbaldis.*

CASVS X.

Ecclesia an teneatur contribuere, quando Princeps inuaditur.

SVMMARIA.

1 *Immunitas ab oneribus non extenditur ad casum belli, & pestis.*
2 *Clericos teneri ad contribuendum ad onera bellica, qui teneant.*
3 *Principes an possint capere bona ecclesiæ tempore necessitatis.*
4 *Et huius rei exempla.*
5 *Ecclesiam teneri subuenire necessitatibus laicorum.*
6 *Ecclesia an teneatur contribuere in expeditionibus, & vt prædones arceantur.*
7 *Ecclesiastici non tenentur contribuere quando ciuitas inuaditur à latronibus & piratis.*
8 *Principes non custodientes iustitiam an teneantur ad restitutionem redditum status.*
9 *Catalani & Hispani faciunt guerram dominis, quando non habent iustitiam.*
10 *Clerici non tenentur contribuere quando ciuitas inuaditur ab hostibus ex causa ciuium.*
11 *Rex non potest imponere extraordinaria subsidia, quādo istud iurauit.*
12 *Collecta imposita ratione feudorum, debet etiam solui ab ecclesiasticis feudatariis.*
13 *Collecta pro feudis non debet solui, quando præstatur adoha.*
14 *Feuda de quibus non soluitur adoha, dicuntur excadentialia, & rustica.*
15 *Clerici & ecclesiasticæ personæ sunt immunes, neque tenentur contribuere cum laicis, & n.17.*
16 *Clerici sunt immunes etiam in bonis patrimonialibus.*
18 *Ecclesiastici quando tenentur contribuere quando sit consulendus Papa, & quando sufficiat episcopus.*
19 *Clerus quando simul cum populo debeat conuenire, & concordare super contributione.*
20 *Papa quando consulitur super contributione clericorū, tunc copiosius euenisse multa exempla adducuntur.*
21 *Principes qui propria auctoritate ecclesiasticos redditus violarunt, occisi sunt, & multa exempla adducuntur.*
22 *Immunitas concessa verbis vniuersalibus, & geminatis includit etiam casum belli & pestis.*
23 *Immunitatem concessam fuisse ecclesiasticis verbis vniuersalibus.*

IMmunitas concessa ab oneribus † ordinariis, & extraordinariis, non extenditur ad onera quæ imponuntur ratione belli diuini, puta pestis, aut belli humani: vt firmarunt Cyn. Dyn. Alberic. Socin. Ias. & Ripa *in l.si ex toto.ff.de legat.1.* Vbi Ripa *n.17.* dicit esse communem opinionem, & Ias. *num.12.* dicit magis commun. Idem Rip. *in tract.de peste, in tit.de remed.ad conseruandam vbertatem, n.231.* Parpal. *in l.placet, col.fi. C.de sacr.eccl.* Fely. *in c.causam quæ, n.17.de rescrip.* Bal. & alij *in l.iubemus nullam, C.de sacrosf.eccles.* Alexand. *in cons.215.nec arguendi.n.21.vol.2.* Paris. *cons.68.n.14.vol.1.* alios ad hoc congerunt Viuius *in suis communibus, in ver.immunitas concessa alicui.* & Petr. Duen. *in reg.100. limitat.12.* 1

Ideo clericos † non gaudere immunitate sibi concessa, quando Princeps inuaditur, sed teneri cōtribuere ad onera bellica, firmarunt Innoc. *in c.non minus, n.5.de immun.eccles.* quem sequitur Abb. *in c.peruenit, n.3.eod.tit.* Anch. *in cons.96.* relati per Caccheran. *in decis.Pedemont.181.* vbi latè tractat hunc casum, & post illam decis. Nicolaus Balbus in suo consilio, Dec. *in cōs.14.n.20.vol.1.& cons.51.nu.40.vol.3.* Natta *in cons.280. n.6.vers.secundus casus, in fi.* Rim.iun. *in cons.2.n.13.vol.1.* Ruin. *in cons.219.nu.12.vol.1.* Nicol. Feltas. *in tract.de æstimo, & collectis part.4.c.1.nu.25.& plur.seq.* Iacob. de Agello *in tract.de iure adohæ, nu.46.* Francis. Arrias *in tract.de bello, & eius iustitia, n.185.* Grego. Lopez *in l.3. gloss.10.partita 2.* Octauian. Vulpell. *de libert.ecclesiast. part.2.num.30.* Remig. de Gonis *in tract.de charitatiuo subsidio, q.57.* Octauian. Vulpell. *in tract.de libert.ecclesiast.part.2.num.48.* qui aliquos alios recenset, Chass. *in consuet.Burgund.rubr.1.p.4.n.26.* Bened. *in c.Raynutius, in ver.& vxorem.decis.5.* vbi tractat de successione ab intestato, *n.473.& seq.* vbi probat Regem Franciæ esse in hoc priuilegio donatū à sede Apostolica, fuisseque priuilegium illud concessum Regno ob benemerita à Bonifac. Papa VIII. inducitque verba illius priuilegij. 2

Pro qua opinione inducitur, quod in casu † necessitatis vrgentis dicunt Regem posse bona ecclesiæ capere, quemadmodum fecit Ioas Rex Israel, *li.4.Reg.c.14.vers.14.& 16.vers.* *tulitque omne aurum & argentū, & vniuersa vasa, quæ inuenta sunt in domo Domini, & in thesauris Regis, & obsides, & reuersus est in Samariam.* Item exemplum est Ezechiæ Regis Iuda, qui metu Sēnacherib Regis Assyriorum, pacem & subiectionē offerens, vtque solueret eidem indicta per ipsum tributi nomine trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri, dedit omne argentum, quod repertū est in domo Domini, & in thesauris Regis, *li.4.Reg.c.18.vers.14.& seq.* Quorum exemplo † Ludouicus II. Rex Siciliæ propter bellum sibi illatum à nepote Carolo Duratio qui ius in regno Neapolitano prętendebat, coegit imponere ecclesiæ iure auxilij, & subsidij, etiam contributiones, non obstante constitutione Federici Imperatoris, *in auth.item nulla communitas, C.de episc.& cleric.* Eodem modo cùm inuaderetur Christianiss. Rex Franciæ Francis. I. sub anno 1522. vndique ab inimicis, nempe in Italia, in Ducatu Mediolani, in Campania, in Aquitania, compulsus necessitate petiit auxilium ab ecclesiis Galliæ, vt refert idem Chass. *in d.§.4.n.27.* 3 4

Item

Item inducitur text. *in c.2.de immunit.eccles.* vbi Decian. *in d.cons.14.nu.20.* dicit esse casum de hoc, & facit text. *in c.aurum ecclesia habet, 12.qu.2.* vbi dicitur ecclesiam
5 † habere aurũ, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatib. & *in c.seq.in prin.* scribitur, gloria episcopi est pauperum necessitatibus prouidere, & ignominia sacerdotis est propriis studere diuitiis. Et quod ecclesia pro bonis suis teneatur ad onera bellica, dicunt fuisse decisum in Concilio Germaciensi, de quo *in c.sancitum, vers.de his, 23.q.vltima.*

Rectè autem probatur de iure ciuili, *l.nullus penitus,*
6 *C.de cursu publico, li.12.* vbi quod ecclesia † in expeditionibus tenetur contribuere, & per illum tex. dicit ibi Bart. quod quando imminet aliquod periculum prædonum, quod possunt clerici cogi ad contributionem collectarum, vt ipsi prædones arceantur, cùm ex hoc etiam clerici commodum sentiant. Itẽ *l.fi.§.patrimoniorum.ff.de mun.& hon.& l.iubemus nullam, & l.neminem ab angariis, C.de sacros.eccles.& l.de his, C.de epis.& cleric.& in auth.de ecclesiasticis titulis.§.adhæc.*

Pro resolutione huius casus, constituendi sunt tres articuli. Primus articulus est, quando inuaditur ciuitas
7 à latronibus & piratis, & tunc Ecclesiastici † nõ tenentur, hoc est enim munus Principis, quia stipẽdiis Regum sunt latrones & malefici extirpãdi, propterea habent tributa & redditus, Andr. *in constit.regni, inci.Inconsutilem, in prin.& in tit.de statutis, & consuetudinib. contra libert.ecclesi.§.nauigia,* & latè de hoc scribit Albert.Bran. *in cons.127.col.6.* Vnde D.Thom. *in 2.2.qu. 62.art.7.* dicit hæc verba: Quinto tenetur ille qui non
8 obstat, cùm obstare teneatur, sicut Principes † qui tenentur custodire iustitiam in terra, si per eorum defectum latrones increscunt, ad restitutionem tenentur, quia redditus, quos habent, sunt quasi stipendia ad hoc instituta, vt iustitiam conseruent in terra, &c. Idem Andr. *in constit.regni, incip.Pœnam eorum, in fi. & in cõstit. incip. Iustitiarij non per Calendas.in fi. & in constit. incip.Si damna. & in c.1.col.7. de milite vasallo qui contum.* dicit, quod Catalani
9 † & Hispani faciunt guerram dominis, quando non habent iustitiam ab eis, & huc spectant dicta Paris.de Put. *in tract.de Syndi.in prin. De quibus syndicentur Reges.* & vide Luc. de Penn. *in l.1. col.7.C.ne rusticani ad vllum obsequium, li.11.*

Secundus articulus est, quando inuaditur ab hostib.
10 & tunc † aliqui distinguunt, si bellum superuenit ex causa ciuium, & clerici non tenentur, Raphael Cum. *in l.si ex toto.ff.de leg.1.* quia si ciuitas ipsa causam dedit, non est licitum ex facto illicito grauari habentes immunitatem, & pro hac opinione facit text. in sui ratione *in l.si merces, §.culpæ, ff.locat.* quæ opinio videtur multum colorata, sed eam recitant Alex.& Hercul. *in d.l.si ex toto,* & non sequuntur, ex quorum dictis infertur, quod vasallus, qui promisit domino seruitium militare, non potest refricare domino quæstionem iustæ militiæ, vel quod ex culpa sua proueniat.

Tertius articulus est, quando inuaditur nulla præce-
11 dente culpa Principis, aut ciuium, & † tunc si Rex iurauit non imponere extraordinaria subsidia, prout facit rex Neapolis, nullo modo potest illa imponere, vt per Affli. *in tit.quæ sint regalia, in ver.extraordinaria.n.46.* Quod intelligitur, nisi de consensu eorundem subditorum propter magnam necessitatem, qui possunt remittere iuramentum. Aut non iurauit, & tunc aut col-
12 lecta † imponitur à Principe ratione feudorum, & tunc ecclesiæ & clerici tenentur soluere pro feudis, quæ tenent à Principe, Host. *in sum.de immun.eccles.§.à quib. col.6.vers.item hæc vera.* Astes. *in summa lib.6.tit.30.de immunitate, & aliorum pertinentium ad ecclesiam in 4. art. col.pen. vers.hæc autem,* quia quando ecclesia accipit feudum, tenetur seruare quæ seruant alij feudatarij, Bald. *in l.fi.in fi.C.sine cens.vel reliq.* & ratione feudi efficitur de iure domini.

Declaratur tamẽ hoc non procedere, † quando pro 13
feudalibus præstatur militare seruitium, seu adoha, vt tunc non debeat solui collecta, ne duplici onere grauetur feudatarius, And. *in tit.quæ sint regal. in ver.& plaustrorum, col.2.* Luc.de Pen. *in l.agros, col.2.vers.tertio quærit, C.de fund.limit.li.11.& in l.1.col.8.in fin.& seq.C.de imponend.lucrat.descript.* Affli. *in constit.regni, incip.Constitutionem diuæ memoriæ,* in pluribus locis, & hæc procedunt in omnibus aliis bonis feudalibus ipsi feudo adhærentibus, de quibus soluitur illud militare seruitium, And. *in d.ver.& plaustrorum, col.pen.* Luc. *in d.l.si quando, col.2.& in d.l.agros, col.1.* Collecta igitur imponi poterit super feudis, de quibus nõ soluitur militare seruitium, quæ dicuntur † excadentialia, siue 14
feuda rustica, plana, minima, & de tabula, siue etiam athenasiæ, quæ propriè non censentur iure feudi, ideo collecta super eis imposita solui debet, Luc. *in d.l.1. col.8.& seq.C.de impon.lucrat.descrip. & in d.l.agros.* & Affl. *in d.constit.regni constitutionem diuæ memoriæ.*

Aut præter rationem feudorum simpliciter imponitur, & tunc regulariter clerici † & Ecclesiasticæ per- 15
sonæ sunt immunes, neque tenentur contribuere cum laicis, vt dixi in præcedenti casu, Spec. *in tit.de cleric. coniugat.vers.secundo, & ibi Bald. in addit.* Bertachin. *in tract.de gabell.in 7.parte prin.col.5.vers.quæritur etiam.* Io.Ant.de Nigr. *in repetit.extrauag.vnic.de vita & honest.cleric.n.151.in fi.* qui etiam *n.152.* dicit hoc procedere † in bonis patrimonialibus clericorum, & testatur 16
hanc esse communem opinionem, pro qua multos citat. Et quod clerici non teneantur † ad huiusmodi o- 17
nera bellica subeunda, idem Io.Anton.de Nigris ibidem *n.281.* probat esse communẽ opinionem, Remig. de Gonis *in tract.de charitatiuo subsidio q.62.*

Nisi esset magna necessitas, id est quando notoriè laici, quorum onus proprium est, vt dixi, nõ sunt soluendo, vt in his terminis probat Mandell.de Alba *in cons.8.n.21.* Natta *in d.cons.280.n.6.vers.secundus casus, in fi.* tunc enim debet † cõsuli summus Pontifex, vt di- 18
xi in præcedentib. Nisi esset magna necessitas, quæ instaret; quia tunc episcopus & clerus debẽt determinare contributionem pro rata cum ipsis laicis, & si hoc etiam casu non concordarent † cum laicis, tunc opor- 19
teret quod clerus & populus principaliter conuenirẽt & deliberarent, quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, *clem.1.& 2.de censib.c.ad hoc, de offic. archidiac.* Verum si clerus nollet sine legitima causa consentire, posset implorare auxilium immediatè superioris Ecclesiastici, vt eosdem compellat, secundũ Inno. Ioan. And.& Abb. *in d.c.ad minus.* quos recenset Niger *in d.extrauag.vnic.n.283.*& dicit Astes. *in summa lib.6.titul.20.in 4.artic.col.antep.* quod si ille superior nollet eos cogere, posset haberi recursus ad Papam.

Experientia semper docuit, promptius, & † copio- 20
sius successisse, cùm recursus fuerit habitus ad summũ Pontificem. Anno 1500. cùm Cæsar Maximilianus I. cum Turcis bellũ agebat, decretum fuit Augustæ, mittendam esse legationem ad sum.Pontif.Alexand.VI. vt rem publicã ope, consilioq; iuuaret, & hac de causa prouentus annatarum concessos esse, vt recenset Sleidan. *li.4.* Dauidi Brusio Scotorũ Regi magna vi auri

redempto à suis, & in Scotiã reuerso, summi Põtificis consensu ecclesiasticorum redditũum decima pars donata est, Hector Boethius *lib.*15. Cùm Veneti bellum gerebant contra Baiazetem regem Turcarum, Alexander VI. Pontif. Max. omnium prouentuum, quibus sacerdotes in Imperio reipublicæ fouerentur, tertiam partem Venetis concessit, Cardinalium sacerdotiis exceptis, Bemb. *lib.*5. *hist. Veneta*. Idem Pontifex in vsum belli Gallici omnem pecuniam sedis Apostolicæ auctoritate in Hispania belli sacri nomine, quàm cruciatum appellarunt, coactam, Neapolitano Regi concessit, vt tradit Guicciardinus *li.*1. Item permisit Francisco I. Regi Franciæ Leo X. vt in Gallia citeriore & vlteriore sacerdotiorum redditus binis decimationibus decimaret, vt scribit Sabellic. *li.*6. Paulus III. Pontifex in bello Germanico contra Protestantes anno 1546. permisit Carolo V. Imperatori dimidiam partem bonorum ecclesiæ sumere per Hispaniam, & ex annuis prouentibus monasteriorum Hispaniẹ diuendere, donec ad aureorum millia quingenta conficeret, ea tamẽ lege, vt de suis bonis tantundem illis inuicem oppignoraret, Sleidanus *li.*17. quarum historiarũ sunt propria verba inducta, exempla nostri temporis prætereo, quia vnicuique suppetunt.

21 Et qui propria auctoritate † ecclesiasticos redditus violarunt, pœnam capitis in eodẽ exercitu passi sunt, Ioas malè periit, necatus à seruis, *lib.*4. *Reg. c.*14. Ezechias præsumitur reddidisse quæ acceperat à templo Domini, quia postquam liberatus est ab obsidione Sennacherib, fertur valdè ditatus, & thesauros cõgregasse, & quia ipse de cultu Dei, & alimentis Leuitarũ erat valde sollicitus, *li.*2. *Paralip. c.*31. *&* 32. Ludouicus in eodem exercitu Neapolitano occisus, & Franciscus I. in eodem bello captiuus factus est.

Ideo non obstant contraria. Ad primum, quod immunitas concessa non comprehendit casum belli, re-
22 spondetur † hanc opin. non procedere, vbi ipsa immunitas verbis vniuersalibus & geminatis fuerit cõcessa, Alex. *in cons.*30. *vol.*5. Paris. *in cons.*25. *nu.*113. *& cons.*68. *n.*17. *&* 29. *vol.*1. Natt. *in cons.*525. *nu.*10. Sed quomodo
23 ecclesiasticis † fuerit prædicta immunitas cõcessa verbis vniuersalibus, probant Fran. de Plat. *in tract. de excommun.* §.36. & Nauar. *in summ. c.*17. *n.*203. vbi recensent verba *Bullæ Cœnæ Domini*. Neque obstat tex. *in c.* 2. *de immun. eccles.* Quo mouebatur Decian. quia vt latissimè dixi supra *in* 1. *casu*, ille tex. non loquitur de clericis. Nec aurum ecclesiæ est consumendum in oneribus propriis laicorum; quia ecclesiastici habent sua onera propria, vt dixi supra in casu præcedenti, de quorum necessitatibus sunt intelligenda contraria: Cætera omnia aut sunt abrogata, aut nullam habent firmitatem, tanquam à iurisdictione carentibus condita.

CASVS XI.

Ecclesiam nullo modo teneri soluere tributum, etiam de illis bonis, quæ antea tributaria erant, & postea in ecclesiam sunt translata.

SVMMARIA.

1 *Tributum vnde dictum sit, & de eius origine.*
2 *Numerationem capitum quis primus instituit.*
3 *Tributa quando soluebantur Romanis.*
4 *Lustrum & indictio quando dicantur, & vnde originem habuerunt.*
5 *Census capitis à quo institutus, & quantus erat.*
6 *Tributum in sale, & aliis, quando solutum fuit.*
7 *Tributorum quot sint genera, & nu.*11.
8 *Tributum capitis quantum erat.*
9 *Tributum pro agris quantum erat.*
10 *Est munus ordinarium.*
12 *Tributa ex rebus dabantur Regibus.*
13 *Tributa personalia quæ sint, & quib. vocib. appellentur.*
14 *Christus dominus noster cur iusserit tributum dari Cæsari. &* n.18.
15 *Christi actio est nostra institutio.*
16 *Ecclesia an cogatur soluere tributum de iure Canonico, &* n.20.
17 *Tributum non esse soluendum ab ecclesiasticis, probari ex textu Matthæi* c.17.
19 *Veritas iuris positiui potest omitti propter scandalum euitandum.*
21 *Ecclesiastici sunt immunes à quibuscunque talliis, collectis, tributis, & similibus.*
22 *Item sunt immunes ab oneribus realibus, personalibus & mixtis.*
23 *Et ita obseruatur in Hispania.*
24 *Statutum quod clerici qui non soluerunt munera pro patrimonialibus non audiantur, non valet.*
25 *Clerici sunt immunes tam pro rebus, quas tenent ab ecclesia, quàm pro patrimonialibus.*
26 *Clerici vendentes victualia nata in suis fundis non teneri soluere gabellas.*
27 *Clericos non teneri soluere gabellam pro contractu.*
28 *Ecclesiam non teneri soluere tributum de bonis ad ipsam peruentis, quæ antea erant tributaria.*
29 *Persona mutata, mutatur conditio rei.*
30 *Prædium quando præsumatur esse ecclesiæ.*
31 *Et quando debet deleri de æstimo communis.*
32 *Bona quæ sunt in æstimo rurali, ex mutatione personæ debent poni in æstimo ciuitatis.*
33 *Clerici pro bonis patrimonialibus sunt immunes.*
34 *Prædia tributaria in ecclesiam translata non debent amplius soluere tributum.*
35 *Liber decretorum facit fidem.*
36 *Bona affecta oneribus an possint in aliũ transferri sine oneribus.*
37 *Onus soluendi tributum non inhæret rei, ratione rei sed personæ.*
38 *Bona mutant naturam ex mutatione personæ.*
39 *Persona si est priuilegiata, ex ipso priuilegio augetur ius in eam translatum.*
40 L. cùm quidam, §. si debitores, ff. de vsuris, *intelligentia.*
41 *Regula*, nemo plus iuris, *quomodo fallat.*
42 *Fiscus, & ecclesia à iure æquiparantur.*
43 *Bona per fiscum alienata in priuatum, statim fiunt tributaria.*
44 *Prohibitio temporalis non operatur in perpetuum.*
45 *Bona in titulum patrimonij data filio sacerdoti, statim fiunt libera ab oneribus tributi.*
46 *Locus suppositus tributo soluendo, ecclesiæ traditus, fit immunis ab eo.*
47 *Ratio quando haberi debet pro expressa.*
48 *Fiscus & ecclesia non sunt in omnibus æquiparati.*
49 *Et æquiparatio procedit solum in iis quæ iurisdictioni temporali sunt subiecta.*
50 *Ecclesia semper est præferenda fisco.*
51 *Hypotheca non inducitur per annotationem in æstimo communis.*
52 *Descripti in æstimo sunt obligati personaliter, etiam bonis in alium translatis.*
53 *Remedium* l.2. C. de rescind. vend. *datur contra tertium possessorem in subsidium.*

54 *Actio*

54 *Actio subsidiaria quare exerceri non possit contra ecclesiasticos.*
55 *Bona translata in ecclesiam sine titulo spirituali, siue prophano, sunt semper immunia à tributo.*
56 *Consuetudo collectādi bona ecclesiæ, nulla & irrita est.*
57 *Statutum, vt omnia prædia ciuium sint tributaria, non afficit ecclesiasticos, in quos postea transferantur.*
58 *Statutum huiusmodi habet causam de præterito, & formam de præsenti.*
59 *Ecclesiæ bona vt sint tributaria, nulla forma excogitari potest.*

1 DE tributis ab origine scribentes, primo aduertimus, Tributum † à tribus gentibus dictum esse, ex quibus Romanus populus compositus erat, videlicet à Romulo, & eius sequacibus; cùm conuicini Romanorum matrimonia recusarent, Romulus eosdem ad spectaculum ludorum Circensium inuitauit, ipsis autem venientibus anno quarto ab vrbe condita, Romani illorum virgines rapuerunt, quas cum Sabini repeterent, Romanis recusantibus, bella mouêre, cúmq; diu partes æquo Marte bellassent, denique Sabini vicêre; sed triginta ex raptis Sabinis iam pepererant, ita ad vtramque partem dilectionis affectum habentes, originis, & fœtus ratione, compositionis causam inuenere, inito fœdere cum Sabinis, Romulus Tacium eorum Regem cum suis, regni socium ferre compulsus est, Ianique templum fecisse perhibetur in fœderis istius confirmati signum, Ianique simulachrum duas habens facies, duorumque Regum significans vnionem, & propterea Romani duo nomina assumpsere, etiam à Sabinis frequentata: ex tribus igitur gentibus populo Romano composito, census qui soluebatur, tributum vocatum est, id est, tribus gentibus datum, inde etiam tribuni dicti, quorum singuli singulis ipsarum gentium iura reddebant, prout latius in libro, qui dicitur inuentarium vniuersi orbis, describitur, *in 2. lib. part. 5. rubr. 1.*

2 Mox Seruius Tullus Romanorum sextus Rex, primus capitum † numerationem instituit, & censita sunt capita à populo Romano, octoginta millia: vt Liuius *li. 1.* Eutropius autem octoginta quatuor millia, Sed Pomponius Lætus octoginta quatuor millia, & septingentum, de quo Seruij instituto latè per Pannumium *lib. 2. commentariorum reipublicæ Romanæ*, & per Carolum Sigonium *in chronologia Regum, Consulum, & aliorum magistratuum:* Cùm autē Romani monarchiam quasi totius mundi obtinuissent, atque totum orbem pacificè dominarentur, statuerunt, vt singulis
3 annis sibi tributa † persoluerentur, mox cognoscentes difficultatem in adeundo Romam singulis annis, ordinatum est, vt saltem de quinquennio in quinquennium tributa persoluantur, quod tempus vocabatur
4 lustrum, † & durabat ad quindecim vsque annos, quæ dicebatur indictio: In primo quinquennio soluebatur ferrum pro armis fabricandis, in secundo argentū ad stipendium pro militibus erogandum, in tertio verò soluebatur aurum ærario deputandum, vt necessitatis tempore pro reipublicæ defensione erogaretur, Specul. *de instru. editione, §. post annos.* Io. And. *in c. inter dilectos, de fi. instr. in §. quibus, vers. curauerunt.*

Item Octauianus Augustus statuit, vt mundus describeretur vniuersus, vt sciret quot ciuitates, quot castra, quot villæ, quot homines essent in toto mundo, & quilibet ad locum, vnde traxit originem, perge-
5 ret, ac censum † capitis solueret, vnusquisque enim argenteum soluebat præsidi prouinciæ, qui valebat decem nummos vsuales, ipsumque soluendo, profitebatur se subditum Romano Imperio; nam idem argenteus habebat imaginem Cæsaris, & super scriptionem nominis, vt scribitur *in scholastica historia fol. 136.* & quia valebat decem nummos vsuales, denarius appellabatur, vt dicit D. Hieronym. super Matthæi *capit. 32.*

Item sciendum est, quod dum monarchia mundi fuit apud Græcos, & Ægyptios, solutum fuit tributum † in sale totum pretium, in seminibus tertia pars, in 6
lignis remissa est dimidia, similiter & in pecoribus, in animalibus igitur, & pecoribus quintum animal, seu quintum pecus solutum est. Et hoc tributum ortum habuit à Iosepho filio Israel in Ægypto, quando fames totam terram per septennium oppresserat, & homines cogebantur vendere res, bona, possesiones, pecora, & seipsos in seruitutem regiam, ne fame periret, quibus in sexto anno dabatur semina de publicis horreis, vt agros sererēt, & quintam partem Regi darent, similiter & pecora, vt quintum animal, siue pecus Regi darent, vt patet Gen. *c. 47.*

Tributorum autem † duplex est genus, alterum 7
capitis, alterum agrorum: de primo habetur *in l. fin. ff. de censib.* & dicitur capitatio, *l. immunitates, & l. cū antea, C. de agric. & censit. li. 11. & in auth. vt iudi. sine quoquo suffragio, §. hæc omnia, & l. sacrosancta, Cod. de sacros. ecclesiis.* & not. *in l. quærebatur. ff. de re iudic. & in l. 2. C. de imponend. lucrat. descrip.* De tributo agrorum habetur *in l. cum possessor. ff. de censibus. in l. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10. & in auth. de collatoribus, §. eos.*

Tributum † capitis solebat esse integer aureus, vt 8
dicit glo. *in ver. tributa, in d. l. fin. C. de annon. & tribut. & rubric. Cod. eod. tit.* secundùm opinionem Placentini glossatoris, quod sequitur Io. Hugo *in tract. de officio quatuor prælatorum eccl. in cap. quid sit tributum secundùm leges, n. 2.* Et licet *d. l. fin.* mediam quantitatem pro tributo exsoluendam statuat, non icirco mediū aureum, vt Pyl. intellexit, sed medietatem eius quod antea soluebat intelliges. Vel in Græcis hoc duntaxat procedere, prout ibi communiter sequuntur, & dicit gl. *in l. agens, §. 1. ff. de verb. signif.* & Bal. *in l. ex hoc iure.* quod olim rustici non soluebāt Imperatori, nisi modicum æs, scilicet viginti sex denarios pro quolibet capite, seu fumante, quia, vt dicit ipse, Principes non indigebant, sed hodie pelles pullorum excoriant, & vix spiritum precarium relinquunt.

Pro agris autem † præstabatur quantitas frumenti, 9
quæ dicitur quinquagesima, hordei verò quadragesima, sed vini, & lardi vigesima in partibus non remotis: in remotis verò frumenti, & hordei quadragesima, vini, & lardi decima quinta pars dari præcipitur, *l. modios, C. de suscept. præpos. & in d. rubric. C. de annon. & tribut.* & hoc tributum dicitur indictio, *l. indictiones, C. de annon. & tribut.* & est † munus ordinarium, 10
quia per leges datur, & quantitas certa statuitur, Petr. de Antibold. *in tract. de muner. §. 3. nu. 9. & plur. seq.* & dicitur etiam munus canonicum, *l. omnis omnino, C. de indiction. lib. 10,* & insequitur quoscunque possessores bonorum, *l. rescripto, §. fin. & ibi Bartol. & cæteri, ff. de muner. & honor.*

Altera diuisio tributorum est, quia † alia sunt rea- 11
lia, alia personalia, alia mixta, sicut munera de quibus *in l. munerum, ff. de muner. & honor.* & colligitur etiam ex iam dictis, quia alia tribuuntur ob res, alia ob personas. Et de hac distinctione habetur per Bald. *in*

con.402.col.2.vol.5.&420.n.60.eod.vol. Ias.*in l.placet.*
12 *col.1.C.de sacrosf.eccl.* Bellon.*in consi.12.n.8.* tributa † ex rebus debentur Regi, vel reipublicæ, quæ populus à principio destinauit ad regiam sustentationem. Item illa quæ debentur Regibus ex rebus immobilibus eis quæsitis per contractus, & vltimas voluntates, sicut alijs priuatis quæruntur, de quibus *in l.1.& 2.& per tot. tit.C.de fund.patrimon.lib.10.* Item illa quæ debentur ex bonis regiis, vel publicis, quæ auctoritate Regis, vel reipublicæ fuerunt concessa in emphyteusim, vel feudum, quod genus tributorum solet appellari: vt per Nauarr. *in tractatu de lege pœnali. col.fi. impresso*
13 *post sua consilia.* Personalia † vero vel mixta sunt, quæ debentur ob personas tantum, vel ob personas, & res simul, qualia sunt, quę postea Reges superindicunt ipsi populo, quæ capitationes, census, superindictiones, angariæ, & perangariæ, & vectigalia vocantur, *l.1.C.de capitat.ciuib.eximend.lib.10.l.3.ff.de censib. l. indices. C. de annon.& tribut.lib. 10.l.1. C. de superindictionib.* & vulgo dicuntur talliæ, collectæ, gabellæ, guidagia, pedagia, duanæ, & ab Hispanis alcaualæ, quarteres, & similibus nominibus.

14 Modo videamus quomodo Christus † Dominus noster iusserit tributum dari Cæsari, Matthæi, *cap.17.* quia ex eo infertur, etiam ecclesias, ecclesiasticasque
15 personas ad id teneri, quia Christi † actio nostra est institutio *c.exemplum,12.q.1.* Ipse autem dixit, reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, Matthæi *c.22.* propterea iure canonico sancitum est, vt tri-
16 butum ecclesia † soluere cogatur, vt habetur *in c.si tributum 11.q.1.& c.tributum 23.q.8.* & habetur per gloss. *in c.principes seculi, in vers.item cum tributum 23.q.5.*

17 Imo hic textus † Matthæi inducitur ad probandum, quod non liceat soluere tributum, siquidem ibi quærit Dominus, à quibus Reges terræ recipiunt tributũ, vel censum, à filiis suis, vel alienis? & dum respondissent discipuli ab alienis: dixit ipse, ergo liberi sunt filij. D.Hieronym. ibi in glossa dicit: ergo liberi sunt filij Regis, sub quo sunt omnia regna, ex quo colligitur quod sacerdotes non sunt obnoxij: nec potest ex effectu argui aliam fuisse Christi voluntatem, quia
18 vt communiter dicunt, ad euitãdum scandalum, † tributum dari iussit, *c. iam nunc.vbi* Archidiacon.*28.q.1.* propter quod scandalum euitandum, licet non possit omitti veritas iustitiæ naturalis, quæ in lege diuina
19 continetur, tamen potest omitti † veritas iuris positiui, pro quo est tex.*in l.filio.§.hi autem.ff.de iniusto, rup.& irrit.testam.* ita dicit Immo.*in c.1.n.5.de immun. ecclesf.lib.6.*& Doct.*in c.2.de præscription.*

20 Ita intelligitur tex. Ambrosij *in d.c.si tributum* † 11. *q.1.* Nam in sequenti capite, quod est eiusdem, dicit Ambros. id debere fieri exemplo Christi, qui tributum non negauit, & licèt soluerit, non tamen tenebatur, imo in primis se non teneri declarauit: & ita etiam intelligitur tex.*in d.c.tributum 23.q.8.* vt ibi tributum à clericis soluatur de facto ad euitandum scandalum, sed non iure obligationis, quod comprobatur ex verbis eiusdem tex. vbi allato exemplo Pharaonis traditum est, Domino ita dicente, sacerdotes in omni genere liberos esse oportere: ergo nullo subiectionis iure cogendi. Quod autem hæc iura sic communiter rectè intellecta sint, inducitur, quia sancta nostra mater ecclesia sic determinauit *in cap.1.de immunit.eccle. lib 6.*

Vbi statuitur, non licere, etiam in Regno Franciæ, Scabinis seu Consulibus, communiis, & aliis dominis temporalibus, aut aliis, qui in eis iurisdictionem temporalem habent, tallias, † vel collectas, seu exactio- 21
nes quascunque ecclesiis, vel personis ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus, prædiis, vel quibuscũque possessionibus ab eisdẽ ecclesiis, vel personis ecclesiasticis legitime hactenus acquisitis, vel in posterum acquirendis, etiam si ipsæ ecclesiæ, vel personæ, vel res huiusmodi sint infra illorum districtum, vel territorium constitutæ: nec etiam licere illis ipsas ecclesias, vel personas, ad distrahendum, vel alienandum, aut extra manum suam ponendum acquisita iam, vel quæ deinceps acquirent aliquatenus coarctare.

Quam constitutionem Bonifacius Papa VIII. innouauit *in c.quanquam.eod.tit.*& adiecit, vt obtineret non obstantibus contrariis constitutionibus quas improbat, vel corruptelas, imponitque in eos, qui tallias, pedagia, guidagia personis ecclesiasticis, & rebus eorum delatis, non negationis causa, si singulares sint, pœnam excommunicationis, si collegium, vniuersitas, castrum, ciuitas, vel locus, interdicti, ipso facto incurrendas, & à quibus non prius absoluantur, quàm satisfecerint. Item *in c.clericis.eod.tit.* statuitur seuerius in ipsos clericos consentientes huiusmodi exactionibus.

Denique Clemens Papa V. in concilio Viennensi, vt habetur *in clem.fin. de censib.* statuit, vt locorum ordinarij, seu diœcesani publicent, vel à suis faciant publicari sententias excommunicationis, & interdicti à iure prolatas contra eos, qui ab ecclesiis, vel personis ecclesiasticis, pro illarum rebus propriis, quas non negotiandi causa deferunt, aut deferri faciunt, vel transmittunt, pedagia, vel guidagia suo, vel alieno nomine exigunt, vel extorquent, postquam de ipsis illis constiterit, idque tandiu, donec illi exacta restituerint, & de transgressione huiusmodi satisfecerint competenter.

Et quod ecclesiæ, † & personæ ecclesiasticæ sint 22
immunes ab oneribus realibus, personalibus, & mixtis, & ab extraordinariis etiam pro eorum bonis, probatur per *auth.item nulla communitas, C. de sacrosf.eccl.* & ita concludit Bart.*in consil.180.incip.si aliqua possessio æstimata.post princip.parte 1.* Bald.*in consil.246.antiqua quæstio, in princip.vol.3.* Bursat.*in consil.42. n.3.* vbi testatur esse receptissimam sententiam, Alba. *in consil.68.in 7.fundamento.* qui cæteros allegant, & latius Remig.de Gonis *in tract.de charitatiuo subsidio.quæst. 61.& 62.*

Et ita in Hispania † dispositum est *in l.1.tit.3.lib.1.* 23
ordinat. ibi; exemptos deuen ser los sacerdotes e ministros de la iglesia de todo tributo.

Ex quo infertur primo errare eos, qui dicunt, valere statutum, † quod clerici qui non soluerunt mu- 24
nera pro patrimonialibus, pro quibus loco tributorum debentur collectæ, non audiantur, quia est factum propter bonum publicum, & est laudabile, vt affirmat Boer. *in decis.69. n.22.* quem citat, & sequitur Ægidius Thomatus *in tractatu de collectis, in princ. n. 13.* Quia clerici † tam pro rebus, quas tenent ab eccle- 25
sia quàm pro patrimonialibus sunt immunes à collectis, gabellis, & cæteris huiusmodi, & non tenentur soluere cum laicis, vt not.*in c.fi.& ibi Abb.de vita, & honestate cleric.* Archidiacon.& alij *in c.1.de immun.ecclesf.lib.6.* Barto.*in l.vnic.C.de mun.& in quo loco. li.10.* Bald.*in l.placet, C.de sacrosf.ecclesf.* Affl. *in constitutione regni.incip.hac edictali, col.1.* Gemin. *in c.1. §.in cæteris. de cle-*

de cleric. coniugat. lib. 6. & in c. quamquam. de censib. eod. lib. Anton. de Butr. *in c. 1. de consuet. in vers. quid sit consuetudo. & ibi* Immol. Alex. *in consil. 68. incip. & viso, in princip. vol. 2.* Felyn. & Dec. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* vbi latè disputant articulum hunc de bonis patrimonialibus clericorum. Franc. *in c. 1. de immunit. eccles. lib. 6.* vbi ponit aliquas limitationes, dixi etiam in præcedenti casu, & de communi etiam testatur Vasquius, qui aliquos alios refert, *de successionum creatione, lib. 1. §. 10. n. 659. super repetitione legis; quoniam in prioribus.*

26 Secundò infertur errare dicens, clericos † vendentes victualia nata in fundis ecclesiæ, siue sui patrimonij, teneri soluere vectigalia & gabellas, prout latius scripsi supra *in casu 3.* & vide Lupum *in tractatu de libertate ecclesiastica, parte 1. quæst. 1. & seq.*

27 Tertiò infertur errare dicentes, clericos † ligari ex statuto imponente gabellam pro contractu, puta emptionis, & venditionis, ex regula *l. debet, in fine. ff. de ædilit. edicto.* vt per Socin. *in consi. 247. in princip. vol. 2.* Iulius Ferrett. *in tractatu de gabellis & vectigal. n. 504.* quia ex supra dictis contrarium est verius, & in his terminis ita firmat Baldus *in l. 1. in vltim. quæst. Codic. de contrahend. emption.* & Remigius de Gonis *in tract. de charitatiuo subsid. quæst. 62. n. 51.* & latius cæteris De. *in dict. c. ecclesia sanctæ Mariæ, numer. 269.* qui alios allegat.

28 Alter articulus occurrit, vtrum ecclesia † teneatur soluere tributum de bonis, quæ antea erant tributaria, & postea aliquo iusto titulo fuerunt in ecclesiam translata, & decisiuè scribendo; Negatiua opinio est verior, & tutior in conscientia. Ita, & taliter, quod quamprimum bona transeunt ad ecclesiam, vel ecclesiasticam personam, ipso iure eximantur, quia mu-
29 tata persona, † mutatur & conditio rei, Bartol. *in consil. 180. parte 1.* Bald. *in l. placet, C. de sac. eccles. & in consi. 280. præmisso, vol. 2.* Ruyn. *in consil. 117. per totũ, vol. 4.* Felyn. *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, n. 76.* dicens hanc opinionem esse veriorem, & sustentabiliorem. Syluanus *in consil. 32. n. 1. & 14.* Marcambrun. *in consi. 40. n. 5. & seq.* qui probat esse communem opinionem, Bellonus *in consi. 40.* & hanc opinionem latissimè defendit Cardinalis Albanus *in tractatu de immunitate ecclesiastica per totum.* Specul. *in tit. de cleric. coniuga. col. 2. & 3. vers. ad huius autem, & ibi* Bald. *in additionib.* Archidiacon. Io. Andr. Gemin. & Immol. & Franch. *in c. 1. de immun. eccl. lib. 6.* Abb. *in c. fin. col. fin. de vit. & hon. cleric.* & Io. Anton. de Nigr. *in d. extrauag. vnic. de vita & honest. clericor. à n. 154. per dictos numeros sequẽtes,* vbi disputat quæstionem a l partes, & firmat cum distinctione, & secundùm hanc opinionem est casus decisus in pluribus tribunalibus, Tessaur. *in decis. Pedemontana 234.* Guido Pap. *in decis. Delphinali 387.* qui dicit se mutasse opinionẽ eius, quod dixerat *in decis. 78.* Vnde quando in æstimo Communis reperitur descri-
30 ptum † prædium non æstimatum, siue pro quo non reperiatur soluta collecta, nec onera executa, præsumitur esse ecclesiæ, Natta *in consil. 520. num. 4.* & quod
31 statim debeat auferri † de dicto æstimo Communis, Nicolaus Festasius *in tractatu de collectis parte 4. capit. 2. numer. 14. & in cap. 1. ad finem.* & ibi *in quæstion. 2.* addit pœnam esse impositam contra facientibus, & probat etiam Riminaldus iunior *in consil. 25. num. 16. volumin. 1.* & Syluanus *in dict. consil. 32. num. 19.* & Brunus *in consil. 91. columm. 1. inter consilia feudalia diuersorum.* & idem addit, esse in subdito iurisdictioni temporali alicuius domini, si conuersus efficiatur alicuius monasterij, qua ratione, si pater sit Comitatensis, & filij sint ciues, mortuo patre, bona, † quæ erant in 32
æstimo rurali, transferri debent ad æstimum ciuitatis propter mutationem personæ non priuilegiatæ in priuilegiatam, vt respondit Castrens. *in consi. 8. volum. 1.* & quod pro bonis † patrimonialibus sint immu- 33
nes, Ripa *responso 4. numer. 7. sub titulo de iure gentium.* Et pro hac opinione est textus *in c. sancitum. in fine 23. quæstiou. 8.* vbi habetur, tributa, quę exigi solebant, exigenda non esse, postquam prædia illa tributaria † in 34
ecclesiam fuerint translata, nisi Papæ licentia accedente. Qui textus cauillari non potest, nec dubitari, quin Decretorum † liber fidem faciat ex his quæ di- 35
cit Felyn. *in c. 2. de rescriptis,* & latius scripsi supra in prima parte.

Et licet contrariam opinionem teneant multi relati per Barbatiam *in cõsilio primo, volumine tertio.* qui latissimè conatur defendere hanc partem, & per Riminaldum iuniorem *in consil. 25. numer. 13. volum. 1.* & per Tessaur. *in dict. decision. 234. nume. 3.* & per Vulpel. *de libertate ecclesiastica. parte 2. numer. 1. & seque.* quorum Doctorum maior pars certe non allegaturi in puncto, nec illorum verba refero, ne sic impleam volumina, & sat est aduertisse, vt quisque videat, qui huic nostræ veritati non crederet: tamen omnes, qui verè contrariam partem firmare conantur, eò præcipuè mouentur fundamento, neminem posse † plus 36
iuris in alium transferre, quam ipse habeat, *l. lex vectigali. ff. de pignor. l. traditio. ff. de acquir. rerum do. c. nemo plus iuris, de reg. iur. lib. 6. cum similibus,* præsertim ne iuri alterius derogetur, contra regulam *leg. id quod nostrum, ff. de regu. iur.* Vnde cum ista bona iam sint affecta, & huic oneri obligata tempore quo erant sub dominio laicorum, nullo modo poterunt transferri in alterum sine prædicto onere, *c. ex literis, de pignoribus c. si quis laicus 16. q. 1.*

Hoc tamen fundamentum multipliciter diluitur, primo, vt dicit Bartol. *in dict. consi. 180.* quod hoc onus soluendi † tributum non inhæret rei ratione rei, sed 37
ratione personæ, *l. rescripto, §. final. ff. de muner. & hon.* ergo quando res non est talis personæ, quæ teneatur ad collectam, minimè ipsa res tenebitur, *l. 1. Codic. sine censu vel reliq.* quia quando aliquid statuitur ratione personæ, separata persona, cessat statutum, *l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidian. & æstiu.* Secundò quod non est inconueniens, vt bona † penes vnum posses- 38
sorem habeant vnam naturam, & diuersam penes alterum, quia mutatione personæ priuilegia mutantur, *l. Paulus, §. 1. ff. de acquir. hæred.* vbi Bart. Doct. *in l. filius famil. ff. ad l. Falcid. l. sed si restituatur, §. 1. de iud. l. final. Cod. de inofficios. testament.* Bald. *in l. 1. quæst. 7. C. de seruit. & aqua.* Ideò si laicus confert ius patronatus alicui ecclesiæ, licet laicus habeat quadrimestre tempus ad præsentandum, tamen ecclesia habebit semestre, quia non censetur vti iure laici, sed ecclesiasticæ personæ, vt ibi in textu, ergo etiam in proposito, quando bona laici perueniunt ad ecclesiam, ipsa non censetur amplius vti iure laici, sed ecclesiæ, & ratio est, quia quando † persona, in quam transferuntur iura, est priuilegiata, tunc ab ipso priuilegio augetur 39
ius translatum, & hoc ius auctum non habetur à transferente, sed à proprio priuilegio, & ad hoc est textus *in leg. cùm quidam, §. † si debitores, ff. de vsuris.* vbi debitores, quorum bona ad soluendas v- 40
suras minores semissibus erant obnoxia, & ad hoc,

solùm

solum onus, & non aliud tenebantur, cogi possunt pro tempore quo fiscus successit ad soluendas vsuras semisses: quia hoc est speciale fisci priuilegium, vt semisses pro vsuris à debitoribus suis exigat: ergo si ve-
41 ra esset regula† in omnibus, rem cum suo onere transferri, & successorem plus iuris adipisci non posse, quam suus auctor habebat, tunc fiscus vsuras minores semissibus exigere potuisset, verior tamen est diuersa sententia, cum ibi Iurisconsultus priuilegium successoris, non ius auctoris intuens, contrarium disposuerit, licet debitores id nunquam cogitarunt, & ex hoc sentiant maximum præiudicium, & per istum textum ita docuit Bal. *in auth. quas actiones, C. de sacros. eccles.*
42 Sed in hac re fiscus, † & Ecclesia à Doctoribus æquiparantur, Bartol. & Immol. *in l. si eum hominem, ff. de fideiussor.* ergo, &c. & ideo regula illa procedit, nisi successor illustri alicui priuilegio innitatur, per prędicta, adde gloss. *in cap. renouantes, dist. 22.* vbi quod fauore sacerdotij, seu religionis non est inconueniens, quod iuri alicuius derogetur. Et quod mutatione personæ mutetur priuilegium, inducitur econtra, quia si bona
43 dum sunt penes fiscum libera, † alienata fuerint in priuatum, statim sunt solutioni prædictæ obnoxia, vt latè probat Peregrin. *de iure fisci lib. 6. tit. 4. nu. 45. & 46.*
44 quia prohibitio † temporalis, donec res est penes dominum, non videtur operari in perpetuum, *l. imperator. ff. de postul. l. statuliberum. §. 1. ff. de legat. 2.* & cessante causa priuilegij, cessat priuilegium, *l. Titia Seio, §. vsuras. vbi Bart. ff. de legat. 2.* ergo nec debet esse inconueniens, quod si bona transferantur in Ecclesiam, mutetur qualitas fauore religionis, glo. *in d. c. renouantes.* & ius bonorum augeatur ex priuilegio personæ in
45 quam transferuntur. Vnde si pater † fundum aut domum dederit filio pro consequendo sacerdotio, in titulum patrimonij, statim bona translata libera efficiuntur ab tributo præstando, arg. *l. cum facultates. C. de his qui nu. liber. se excusant, lib. 10.* ita tenet Alex. de Ales. *in 3. senten.* quem citant, & sequuntur Cardin. & Præpos. *in d. c. si tributum 11. q. 1.* & gl. *in c. secundum 23. q. 8.* Gemin. *in consi. 113.* Niger *in d. extrau. vnic. de vita, & hon. cleric. nu. 242.* Vasquius *de succes. creatione, §. 10. n. 953. & seq.* super *l. quoniam in prioribus, C. de inof. test.*
46 Item si locus † suppositus tributo soluendo fuerit Ecclesiæ traditus, vt super eo Ecclesia ædificetur, statim eximitur à tributo, gloss. *in d. c. secundum.* gloss. *in d. c. si tributum.* & ibi Cardinal. & Præposit. notant gloss. Innoc. Io. Andr. & Abb. *in d. c. non minus, de immunit. eccles.* ergo idem debet esse in aliis bonis, & prædiis in Ecclesiam translatis, quia non est maior ratio de vno, quam de altero: non enim alia ratio adduci potest, nisi quia ille locus traditus pro Ecclesia ædificanda, sit Deo consecratus, ex reg. *c. semel Deo dicatum, de regul.*
47 *iur. lib. 6. & c. nulli liceat 12. q. 2.* & cum nulla alia ratio† tam certa adduci posset, hæc habetur tanquam expressa, gl. communiter approbata *in l. quamuis, C. de fideicommiss.* Sed hæc ratio militat etiam in aliis prædiis in Ecclesiam translatis, quia sunt omnia hæc bona Deo dicata, & ad vsum ministrorum, & ministrantium destinata: nec plus & minus, vbi militat eadem ratio, differre solent, *l. qui scit. & ibi glo. notat. ff. de vsur. l. quæ de tota, ff. de rei vẽdic.* Ias. *in l. serui electione, §. cum fundus, de lega. 1.* ergo si illa regula: Bona transeunt cum onere vera esset etiam in bonis in Ecclesiam translatis, aut verificarentur etiam in bonis, super quibus Ecclesia ædificaretur, & in eis, quæ in titulum patrimonij pro sacerdotio consequendo, ne bona Ecclesiæ tradita diuerso iure censeantur, aut si respectu istorum onera non transeunt; ergo & respectu omnium. Et hæc ratio desumitur ex tex. *in d. c. secundum canoni. & c. sancitum 23. q. 8.*

Nec obstat quod hoc casu fiscus excluderetur à tributo, cuius contrarium videtur verius, quia fiscus & ecclesia æquiparantur, *l. fin. C. de sacros. eccl.* & vnus priuilegiatus contra alterum suo priuilegio non vtitur, *l. sed & milites, §. coæqualitas. ff. de excusat. tut.* Quia 48
prædicta † regula æquiparationis non est vera in omnibus, vt latè docet Curt. sen. *in consil. 10. n. 3.* Addo quia in dubio iudicatur contra fiscum, *l. non dubium, ff. de iure fisc.* sed in dubio iudicatur pro ecclesia, *leg. sunt personæ, ff. de relig. & sumpt. funer.* Item quia † æquipa- 49
ratio solum potest procedere in iis, quæ iurisdictioni temporali sunt subiecta, in quibus Imperator potuit disponere, & æquiparationem facere; secus est super rebus ecclesiæ, ex reg. *d. c. ecclesia sanctæ Mariæ.* & quod ecclesia † sit semper præferenda fisco, latè docuit Oldendorpius *in tract. de iure, & æquitate, cap. 10.* Item ex eo solo, quod bona reperiantur † in æstimo descri- 50
pta, verior est sententia, vt nulla hypotheca inducatur, Bartol. *in d. consi. 180. n. 4. parte 1.* Alciat. *in l. placet,* 51
in ver. extraordinarium. C. de sacros. eccl. qui ad hoc citat Baldum, & Aretinum, & omnes citat, & sequitur Octau. Vulpel. *in tractatu de libert. ecclesiastica, parte 2. n. 1.* ergo descripti in æstimo remanēt † obligati so- 52
lum in actione personali ad contribuendum; ergo fiscus nihil damni patitur, dictis bonis in ecclesiam translatis, super quibus directam actionem exercere non potest: is qui alienauit in ecclesiam, vel personam ecclesiasticam, semper remanet obligatus, quia reperitur in æstimo descriptus, *auth. sed & pericula, C. siue censu, vel reliq.* & præcisè Castrens. *in l. 2. n. 3. C. eod. tit.* dicit enim, est in electione exactoris, vel alienantem in æstimo descriptum exigere, vel acquirentem, si sit de facili conueniendus, ecclesiasticos autem non posset conuenire coram iudice laico, *c. 2. de foro compet.* sed proprius iudex iudicabit secundum ius canonicum, & ita inspecta dispositione præfatorum Conciliorum, & Decretalium. Et quatenus iure ciuili posset agi in subsidium contra possessorem bonorum in quem sunt translata per obligatum alteri in actione personali, sicut dicimus de remedio † *legis 2. C. de* 53
rescind. vendit. dari cōtra tertium possessorem in subsidium, ex reg. *l. in causæ, §. interdum, ff. de minor. & l. planè, §. qui rogatus, de legat. 1.* Couar. *li. 2. var. resol. cap. 3. n. 10. vers. tertia conclusio.* tamen hæc actio † subsidia- 54
ria non potest exerceri contra ecclesiasticos, quia per talem dispositionem impediretur libertas ecclesiastica, contra iura expressa.

Quare cum hæc secunda opinio nullo innitatur certo fundamento, remanet prima opinio absolutè vera de iure, & qui contra eam auderet, meminerit *Bullæ, in cœna Domini.* etiam contra consulentes publicè, vel priuatim editæ.

Ex quo infertur primo errare dicentes, dictam primam opinionem procedere solum in bonis, quæ transferuntur † in ecclesiam titulo spirituali; puta 55
propter primitias, & decimas, & huiusmodi, vel propter sacerdotium adipiscendum ad titulum patrimonij, vel propter ecclesiam ædificatam; secus in reliquis, Niger *in d. extrauaganti vnica, n. 241. & plur. seq.* Quia, vt supra docuimus, non est maior nec diuersa ratio vnius ab altero; ergo idem est ius dicendum.

Secundo infertur errare dicentees, quod vbi extat consue-

56 consuetudo † collectandi bona ecclesiæ, ipsa seruanda est, vt in consuetudine generali, quod bona emphyteotica ecclesiarum collectentur, respondit Alex. *in consi.101.n.11.vol.1.*& per Syluan.*in consi.9.n.9.in 7. fundamento.*Io. de Amicis *in consi.8.n.9.& plur.seq.* & ita seruatur Perusij, secundum Bart. quem refert, & sequitur Ruyn.*in consi.111. n.10.vers.est in hoc casu verũ, vol.5.*& ita tenet quoad bona postea acquisita per clericos, Mercambrun.*in consi.40.n.120.& seq.& n.157.* latè Natta de consuetudine antiquissima *in consi. 501. & consi.seq.* Quoniam nulla consuetudo, vel statutum valet contra ecclesiam, & ecclesiasticas personas, *auth. item nulla communitas, C.de episc.& cler.* & contra huiusmodi consuetudinem respondet Ruyn.*in consi.117. in fine vol. 4.* etiam in bonis patrimonialibus laicorum, latè Thobias Nonius *in consi. 102.* & Riminald. iun.*in consi.25.n.25. & seq. vol.1.*

Tertio infertur errare dicentes, quod stante statu-
57 to, † vt omnia prædia ciuium sint tributaria, & sic affecta hoc onere, tunc transibunt in ecclesiasticos etiã cum prædicto onere, prout de consilio ponit Bart. *in d.l.rescripto, §.fin.ff.de muner.& honor.* quod consilium acceptarunt, & exequuti sunt Perusini, & opinionem Bartoli seruari in practica, dicit Bald.*in consil.280.vol. 2.*& eius opinionem esse communem, testatur Socin. *in consi.12. vol.4.* cum aliis ad hoc relatis per Tessaur. *in d.decis.234.n.5.* Quia Bartoli opinio, & consilium est magis communiter reprobatum, vt testatur Ruyn. *in d.consi.117.num.8.vol.4.* quia tale statutum diceretur factum in fraudem, & indirectè contra libertatem ecclesiasticam, vt probat Felyn. *in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ, n.76.* & contra Bart. tenet Bald. *in l. neminem, C.de sacros.eccles.* idem Bald.& Castren.*in d.l.placet.* Archidiacon. Io. Andreas, & Geminiam. *in c.1.de vita & honest. cleri.* Ias.*in l.placet, in 1.lect.col.pen.& in 2.lect.col.fin.*cum aliis relatis ad hoc per Tessaur. *in d.*
58 *decis.234.n.5.prope finem.* quia licet huiusmodi † tributa habeant causam de præterito ex forma statuti, tamen formam habent postquam res est facta ecclesiæ; quo tempore non potest formari obligatio, quia reperitur persona quæ non potest affici, & res mutauit statum, *l.seruus Stichus meus, ff. de manumiss.test.*

Quarto infertur errare dicentes, quod ad hoc vt
59 prædia translata † in ecclesiam, & ecclesiasticos fiant tributaria, poterit quilibet ciuis, & Comitatensis donare Communitati omnes possessiones, quas habent, nominatim distinguendo per confines, & illas possessiones postea capiebant ab eadem Communitate sub tributo, & censu, sicut fecerunt Eugubini, vt dicit Bartol. *in dict.l.rescripto, §.fi.* & videtur sequi Niger *in dict.extrauag.vnica, n.191.de vita & honest.cler.* quia istum casum non improbat. Sed est omnino falsus, quia etsi fierent mille statuta huiusmodi, quæ valida sint ab initio, statim quod bona transeunt de persona subdita statuentibus ad priuilegiatam iure diuino, sicut sunt ecclesiæ, & ecclesiastici, bona ipsa mutant statum, & eorum iura augentur ex priuilegio personæ in quam transferuntur, vt latè scripsi nuper in superiori casu.

CASVS XII.

Clericum habentem bona communia cum fratre non teneri soluere collectas, & alia munera laicorum, pro parte sua.

SVMMARIA.

1 *Clericus habens bona communia cum fratre, tenetur ad munera pro ea parte.*
2 *Clericorum priuilegio non debet vtilitas publica vacillare.*
3 *Clericorum fratres tenentur ad onera ciuitatis pro parte sua.*
4 *Fallit si materia est indiuidua.*

Clericus † habens bona communia cum fratre, vel cum alio pro indiuiso, pro parte fratris, vel alterius tenetur soluere collectas, & alia munera, Specul.*de cler.cõiugat.§. vnic. n. 13.*& iudex ex officio suo diuidet, *l.1.& 2.C.quando, & quibus quarta pars deb.ex bonis decur.lib.10.* quia propter priuilegium † clericorum non debet publica vtilitas vacillare, arg. *l.2.in fine.C.de priuileg.scholar.lib. 12.* & hanc opinionẽ tenet Luc.de Penn.*in l.fi.in fi. C.de annon. & tribut. lib. 10.* Felyn.*in c.1.col.5. de præscript.* Dec. *in l.si emancipati, col.4.C.de collat.& in auth.cassa, col.2.C.de sacros.eccle.* Vbi quod fratres † clerici tenentur ad onera ciuitatis, licet clerici pro parte sua non tenerentur, quando materia est diuidua, secus † si esset indiuidua, *l.si communem.& ibi* Angel.*ff.quemadmodum seruit.amit.l. loci corpus, §.si fundus ff.si seruit.vindic.c. pen. de concess. præbend. l.1. & 2. C.si vnus ex plurib.* gloss.*in c.vnic.in ver. ecclesiasticus, de iure patronat. lib.6.*cum concordantibus per Dec. *in d.auth.cassa.* Niger *in extrauag. vnic.de vita & honest.cleric.n.263.*

(margin numbers: 2, 3, 4)

CASVS XIII.

Statutum, quod emphyteutæ & coloni ecclesiarum teneantur ad tributa, & collectas non valet.

SVMMARIA.

1 *Emphyteutæ ecclesiæ tenentur ad collectas & tributa.*
2 *Dominium vtile, quod habent emphyteutæ ecclesiæ, est merè laicum & prophanum.*
3 *Statuta generalia laicorum comprehendunt emphyteutas ecclesiæ.*
4 *Emphyteuta ecclesiæ non gaudet præscriptione illius.*
5 *Ius retractus an habeat locum in emphyteusi ecclesiæ.*
6 *Emphyteuta ecclesiæ an debeat grauari duplici onere.*
7 *Onus duplex aliquando in rebus imponitur.*
8 *Collectæ soluuntur ab emphyteuta ecclesiæ, habita ratione eius quod soluitur directo domino.*
9 *Collectæ soluuntur ratione fructuum.*
10 *Ecclesia habens emphyteusim à laico, non tenetur ad collectas.*
11 *In collectis exigendis attenditur actus exactionis, non potentia.*
12 *Charitatiuum subsidium, quod imponitur ab ecclesiastico, cedit suo emphyteutæ.*
13 *Coloni ecclesiarum tenentur ad collectas, & onera pro rata fructuum ad se spectantium.*
14 *Statutum de collectis & oneribus specialem mentionem faciens de emphyteutis & colonis ecclesiæ non valet.*
15 *Ecclesia dicitur grauari per indirectum in suis colonis & emphyteutis.*
16 *Satutum dicitur contra libertatem ecclesiæ, quando propter ipsum ecclesia minus vendit.*

17 Sta-

17 *Statutum faciens præiudicium bonis ecclesiæ per in-
directum non valet.*
18 *Emphyteotica bona ecclesiæ subiacent statutis laico-
rum solum respectu successionis.*
19 *Princeps non potest disponere specialiter super vtili
dominio bonorum ecclesiæ.*
20 *Ecclesia neque secundario, & per indirectum à laicis
potest pati damnum.*
21 *Ecclesia primario dicitur lædi, quando laici retrahe-
rentur à contrahendo secum.*
22 *Coloni ecclesiarum non ligantur statutis, & edictis
laicorum.*
23 *Coloni ecclesiarum non semper tenentur ad onera.*
24 *Colonos ecclesiarum teneri ad onera in subsidium
tantum sicut ecclesiasticos, qui defendant.*

1 LIcet emphyteutæ † ecclesiæ teneantur ad colle-
ctas, & tributa, vt firmarunt grauiores viri, Andr.
in tit. quæ sint regalia, in ver. & plaustrorũ, n. 57. Luc. de
Pen. *in l.* 1. *col.* 2. *vers. vnde si res, C. de imponend. lucr. de-
scriptio. lib.* 10. Felyn. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, n.* 99. *in
princip. de constit.* post Federic. de Sen. *in consi.* 11. *quæst.
talis est.* quem sequitur Albert. Brun. *in tract. de statu-
to exclusiuo fœminarum propter mascul. quæ.* 22. *n.* 110. cũ
aliis multis congestis ad hoc per Octauian. Vulpel. *in
tract. de libert. ecclesiastic. parte* 3. *n.* 22. & per Valasc. la-
tissimè *de iure emphyt. q.* 17. *n.* 11. *& plur. seq.* Quia do-
2 minium † vtile, quod habent emphyteutæ ecclesiæ,
3 est merè laicum, & profanum, ideo subiectum † legi-
bus Principum secularium, generaliter loquentibus,
Anca. *in consi.* 443. *incip. ista domina. n.* 3. *vers. non obstat.*
Barbat. *in consil.* 14. *scribit propheta. n.* 5. *vol.* 1. quia plura
ad hoc cumulat Castrens. *in consi.* 194. *viso. col. fin. vol.* 1.
Cuman. *in consil.* 14. *quia causa, col.* 1. Alex. *in consi.* 9. *põ-
deratis. col.* 2. *vol.* 5. Festas. *in tract. de collect. part. c.* 4. *n.*
24. *& in parte* 4. *cap.* 2. *n.* 43. considerat, quod persona,
à qua sumit originem collecta, reperitur subiecta, i-
tem quia ipse in æstimo descriptus, vel describendus
est, propterea tenetur ad onus. Nec regulatur † à
4 iuribus & priuilegiis quibus gaudet ecclesia: nam
contra ipsos ratione istius vtilis dominij currit præ-
scriptio temporis, quod contra alios priuatos, Barto.
in l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de publi. Balbus *in
tract. de præscription. prima parte quintæ princip. in prin-
cip. n.* 19. *&* 20. Item ius † retractus habet locum in
5 emphyteusi ecclesiæ super vtili dominio, Tiraquell.
de retractu libr. 1. *§.* 1. *gloss.* 3. *numer.* 3. & latius *in §.* 1. *glo.*
13. *num.* 8. *&* 9. cum aliis per Valas. *in dict. quæstion.* 17.
num. 14.

Nec obstant allegata per Bartol. *in l. priuatæ, C. de
excusat. muner. lib.* 10. quem sequuntur Eugen. *in consi.*
96. *& consilium* 2. incerti auctoris post *tractatum de col
lectis Petri de Vbaldis.* & per Andream Fachinæum
in suis controuersiis iuris. c. 91. *libri primi.* Quia hæc opi-
nio Bartoli est cõmuniter reprobata, vt testantur Va-
lasc. *in d. c.* 17. *n.* 15. *vers. quibus accedit. in fi.* & nouissi-
mi addentes ad Bartol. *in d. l. priuatæ,* & ita in practica
obseruatur, vt per eundem Valasc. *in d. n.* 15. *prope finẽ.*
Et per Nigr. *in extrauag. vnic. de vita & honest. cleric. n.*
306. *in fine.* vbi de communi contra Bartol. & de con-
suetudine approbata testatur. Et illa allegata, ne em-
phyteuta † ecclesiæ grauetur duplici onere, iure non
6 subsistunt. Primo, quia aliquando duplex onus † eis-
7 dem rebus imponitur, vt in bonis curialis decedentis
absque filio, vel herede curiali: præstatur enim ex his
quarta curiæ, & onus descriptionis quatuor siliqua-
rum, *l.* 1. *&* 2. *C. quando & quibus quarta pars deb. lib.* 10.
glo. *in rubric. & in l.* 1. *Cod. de imponend. lucrat. descript.
lib.* 10. cum aliis similibus per Luc. de Penn. *in l. litibus,
in fine, C. de agric. & censit. lib.* 11. Itẽ quia in casibus in
quibus pro bonis emphyteoticariis ecclesię solueren-
tur † collectæ, & huiusmodi, ne grauarentur duplici 8
onere, esset habenda ratio eius quod soluitur directo
domino, vt per eundem Luc. de Penn. *in d. l. litibus, in
fine,* & per Nigr. *in dict. extrauagant. vnic. nu.* 309. *ver-
sicul. in casibus tamen.* & per Boss. *in titul. de principe,
numer.* 123. *& numer.* 120. *versicul. intellige deductis one-
ribus.* Nec valet quod res ecclesiæ est immunis à col- 9
lectis, ergo & eius possessores, quia ipsæ † soluuntur
ratione fructuum, & vtilis dominij, vt dixi, quod resi-
det penes subditum. Vnde si ecclesia habet emphy-
teusim † à laico, etsi habeat vtile dominium, tamen 10
quia non est subdita, non potest collectari: vt dixi in
præcedenti casu. Nec valet ratio incerti auctoris *in d.
consil.* 2. *nu.* 4. post *tractatũ de collectis Petri de Vbaldis,*
quod emphyteuta ecclesiæ potest collectari ab eccle-
siastico: ergo non à laico. Quia in collectis † exigen- 11
dis attenditur actus exactionis, non autem potentia:
Vnde si fuit exactus ab ecclesiastico, habebitur ratio
illius exactionis, ad ratam quæ contingit dictis em-
phyteutis pro oneribus laicorum. Sed quia illud cha-
ritatiuum † subsidium, quod imponitur ab ecclesia- 12
stico, cedit emphyteutæ, Remig. de Gonis *in tract. de
charitatiuo subsidio quæst.* 55. Ideo si in actu non soluit,
poterit cogi ab exactoribus laicis. Item licet † coloni 13
ecclesiarum teneantur ad collectas, & onera prædicta
pro rata fructuum ad se spectantium, Geminian. &
Franch. *in c. quamquam, de censib. lib.* 6. Io. Vincent. de
Anna. *in singulari* 99. qui multos alios cõgerit, Io. An-
tõ. de Nigr. *in d. extrauag. vnic. n.* 306. *de vit. & honest.
cleric.* post Federic. de Sen. *in d. consi.* 111. *incip. Quæstio
talis est.* & alios quos citat, & hanc esse communẽ opi-
nionem testatur Vincent. Carroc. *in tract. de locat. &
conducto. in tit. de collectis, à n.* 20. *infra cum multis suis
ampliationib. & declarationibus.* & ita est casus decisus,
vt per Thessaur. *in decis. Pedemon.* 116. & vide etiam ad
hoc *Neapol.* 107. *Vincent. de Franch.*

Nihilominus statutum, † expressam mentionem 14
faciens de emphyteutis, & colonis ecclesiarum, vt te-
nerentur ad tributa, & collectas, nullo modo valet:
hoc enim casu omnes fatentur, quod quando em-
phyteutæ & coloni prædicti nimium grauarentur,
tunc ecclesia † per indirectum afficeretur, Federic. de 15
Sen. *in d. consi.* 111. *col.* 5. *in fine, ver. item quæritur.* dicit,
quod si dominus temporalis videns non posse eccle-
siam directo grauari, nec expresse, nimium grauaret
rusticos ecclesiæ, & sic indirectè contra libertatem
ecclesiasticam, ita quod ecclesia non inueniret qui
vellet laborare suas possessiones, hoc casu Episcopus
non debet tolerare, quia est per indirectum contra li-
bertatem ecclesiasticam, & sequitur Felyn. *in dict. cap.
ecclesia sanctæ Mariæ, numero nonagesimo nono.* Sed si
fierent statuta expressam mentionem facientia de hu-
iusmodi emphyteutis, & colonis, tunc ipsi retrahe-
rentur à conducendis bonis ecclesiæ, vel satis viliori
pretio contraherent, & sic ecclesia læderetur, quo cẽ-
su omnes concludunt, in similibus terminis statuta
non valere, Baldus *in consilio trigesimo primo, statuto
ciuitatis, volumine primo.* vbi considerat, statutum † 16
esse contra libertatem ecclesiæ, quando vigore ipsius
ecclesia nimis vendit, pluris enim venditur res
libera, quam onerata natura, lege, vel pacto,

pro quo dicit esse casum *in l. si venditor. ff. de seruis ex-*
portand. & hanc rationem in materia locationis consi-
derauit Franch. *in d. decis.* 107. *n.* 8. post Dec. quem al-
legat *in d. cons.* 48. *nu.* 5. Ancharan. *in cons.* 13. *super dub.*
17 10. quod non valet statutum † mandans solui debere
duodecimam pro blado ad molendinum portato per
portam pistoriensem, quia per indirectum affert præ-
iudicium molendino Ecclesiæ, extra illam portam e-
xistenti: Addit etiam, quod non ligat laicos bladum ad
illud molendinum ferentes, & licet verba dirigantur
in personas subditas, tamen effectus lædit Ecclesiæ li-
bertatem, & damnum affert Ecclesiæ: & in casu pro-
posito plurimum læderetur Ecclesia, cùm statutum
laicorum expressè de colonis & emphyteutis Ecclesiæ
loqueretur, vnde Riminal. Iun. *in cons.* 447. *vol.* 4. *dum*
in nu. 20. sequens consilium Ancharani 125. *visis, & di-*
18 *ligenter, col. fin.* quod bona † emphyteutica Ecclesiæ
subiaceant statutis laicorum quantum ad ordinē suc-
cedendi, vt quo ordine succedunt masculi, & fœminæ,
in aliis bonis, eodem ordine succedant in dictis bonis
emphyteuticis, quia tractatur de succedendo illi vtili
dominio, quod laicum est, subdit ibi Riminald. *num.*
24. quod hoc procedit, quando statutum generaliter
loquitur, & nullam mentionem expressam faciat de
Ecclesia, vel eius bonis, & personis, qua ratione Rimi-
nald. dicit, quod cùm spurius non potest in bonis Ec-
clesiæ institui, intelligitur specialiter, instituendo eum
in bonis emphyteuticis Ecclesiæ, sed bene spurius po-
terit institui heres generaliter in omnibus bonis, &
ita succedet etiam ad dicta bona emphyteutica.
19 Ex quo infertur errare eos, qui dicunt † Principem
posse disponere super vtili dominio bonorum Eccle-
siæ in emphyteusim concessorum, cùm dominium sit
laicale, & Princeps potest super eo statuere, & ordina-
re quamdiu durat apud laicum, vt respondit Anchar.
in cons. 124. *in fi. & in cons.* 433. *n.* 2. & sequitur Natta *in*
cons. 114. *per tot. & in cons.* 312. *& in cons.* 280. *n.* 3. Bursat.
in cons. 140. *nu.* 25. *vol.* 1. quia ex qualibet dispositione
speciali laicorum Ecclesia pateretur interesse, quo ca-
su laici nihil quicquam directè vel indirectè statuere
queunt, *auth. cassa, C. de sacrosanct. Eccles. & cap. Ecclesia*
sanctæ Mariæ, de constitu. plura ad hoc cumulat Syluan.
20 *in d. cons.* 9. *n.* 12. Nec valet responsio † dicentiū, quod
in huiusmodi statutis Ecclesia secundario læderetur:
Nec esse hoc attendendum, quia quæ secundario eue-
niant, non sunt in consideratione, *l.* 1. *ff. de auctorit. tut.*
cum aliis per Ias. *in l. quoties, col. fin. C. de iudic.* nec di-
citur detrimentum eius, qui secundario læditur, Fe-
lyn. *in c. cum M. col.* 13. *de const.* & ita in his terminis cō-
siderat Balb. *in tract. de præscript. in* 1. *par.* 5. *principalis in*
prin. nu. 20. quia quomodolibet lædatur Ecclesia siue
in maximo, siue in minimo, siue directè, siue indire-
ctè, siue primario, siue secundario, nullo casu statutum
laicorum sustinetur, *c. quanquam, de priuileg. cap. statu-*
tum, de hæret. li. 6. siue id fiat verbis expressis, siue ver-
bis velatis, semper idem est, *c. clericis, §. fin. & §. nos igi-*
tur, de immun. Eccles. lib. 6. Nec est verum quod in his
terminis coloni, & emphyteutæ Ecclesiarum prima-
rio læderentur, Ecclesiæ verò secundario: Quia imò
21 Ecclesiarum † primario interesset: laici enim retrahe-
rentur à conducendis bonis ipsius, aut viliori pretio
contrahere vellent, quo casu considerarunt Dd. Ec-
clesiam satis lędi si vigore ordinationis laicorum, non
ita facilè inueniret laicos secum contrahere volentes,
Ioan. de Amic. *in cons.* 18. *nu.* 5. Bursat. *in cons.* 42. *nu.* 19.
vol. 1. Ias. *in l.* 2. *col. fin. C. de indict. viduit. toll.* Cotta *in*
suis memor. in ver. colonus, Ioan. Vincent. de Ann. *in d.*
sing. 99. & latius aliis in terminis colonorum † Eccle- 22
siæ, quod non ligentur statutis & edictis laicorum, si-
ue generaliter facta sint, siue specialem & expressam
de iis mentionem fecerint, Surdus *in cons.* 301. *à nu.* 74.
ad fin. vol. 3. qui respondet omnibus contrariis.

Neque obstat, quod cùm coloni, & emphyteutæ
prædicti teneantur ad præfata onera, vt dixi in princi-
pio, ergo super eisdem possunt statuta fieri: Quia † ipsi 23
non semper sunt ad eadem onera obligati: Non enim
tenentur extra casus à iure permissos, Bursat. *in consil.*
29. *per tot. vol.* 1. Item non tenentur quando ista onera
essent imposita respectu bonorum, & non fructuum,
Dec. *in cons.* 51. *n.* 14. *vol.* 3. Anguisola *in cons.* 52. *n.* 100.
vol. 3. Riminal. Iun. *in cons.* 353. *num.* 178. *vol.* 4. & ita est
communis opinio, vt testatur Carroc. *in d. tract. de lo-*
cat. tit. de collectis. n. 40. Nec desunt † etiam, qui intelli- 24
gunt supradictam primam opinionem, vt scilicet em-
phyteutæ, & coloni Ecclesiarum solum teneantur cō-
tribuere in subsidium, sicut tenentur etiam ipsæ Ec-
clesiæ, scilicet tribus concurrentibus; quod bona laico-
rum non sufficerent; Item causa esset valde necessaria,
& miserabilis; Item interueniret licentia Summi Pō-
tificis, prout ad hoc congerit multos idem Carroc. *in*
d. tit. de collectis, n. 37. & si tenerentur ex statuto prædi-
cto, essent obligati emphyteutæ, & coloni prædicti in
omni casu, & ita iura Ecclesiæ directò efficerentur de-
teriora: Ideo concludendum est statutum istud nullo
modo valere.

CASVS XIV.

Statutum quod pro relictis soluatur gabella, non habet locum in relictis ad pias causas. Et quid in legatis sub conditione.

SVMMARIA.

1 *Statutum quod relictis soluatur gabella, non habet locum in relictis ad pias causas.*
2 *Etiam si verbis generalibus sit factum.*
3 *Statutū laicorum non potest limitare expensas funerū.*
4 *Argumentum de lege ad pactum an valeat, & n.* 7.
5 *Pactum potest fieri, vt bona, quæ transferuntur in Ecclesiam, teneantur ad gabellam.*
6 *Ecclesia tenetur soluere collectas de legato sibi facto hac conditione.*

HOc statutum † nullatenus valere, firmauit Bald. 1
in tract. de statutis, in ver. gabella, n. 10. *& in consil.*
132. *casus quidam vocatus, vol.* 3. Cardi. *in cons.* 66. *in dubio*
præmisso, circa fi. vbi quod non valet statutū diminuens
legata ad pias causas, Dec. *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, n.*
193. *de constit.* & ibi Felyn. *nu.* 94. latissimè disputat sta-
tutū non valere, quod de legatis ad pias causas solua-
tur gabella, & licet eius disputatio respiciat casum,
quando expressè diminuitur per statutū de legato prę-
dicto: tamen idem est si tacitè sub generalib. † verbis, 2
per rationes sæpius inductas in præcedentibus, quod
non potest expressè fieri, nec tacitè intelligitur factū,
confert etiam ratio Romani pro hac opinione *in sing.*
358 *incip. reuerendissimus*, vbi quod laici nō possunt per
statutū † diminuere expensas funerū, quia hoc esset re-
secare res pias, quod non conuenit eorū iurisdictioni: 3
quicquid dixerit in hoc casu Octauian. Vulpel. *in tract.*
de liber. Eccles. part. 1. *n.* 8. de quo inferius scribā *cas.* 54.

Sunt tamen qui contrariam sequuntur sententiam,
4 ea moti ratione, qua lex, † & pactum æquiparantur, &
omne id, quod pacto fieri conceditur, à lege etiam &
Principe, qui est lex animata in terris, fieri non prohi-
5 betur, *c.quæ contra mores, dist.*8. sed per pactum † po-
test fieri, vt Ecclesia in quam transferuntur bona, te-
neatur ad gabellam, *l.si quis ita, C.de pact.inter empt.&
vendit. c.vtrum, de condit.appos.c.cùm dilectus, de dona-
tionib.*& scribit Socin.*in cons.*12.*vol.*4. ergo idem po-
test fieri per statutum. Ideo dicunt, quod quando te-
6 stator † legat feudum Ecclesiæ, seu clerico, & disponit,
quod pro dicto fundo Ecclesia teneatur soluere col-
lectas, tunc Ecclesia, & Ecclesiastici tenentur soluere,
vt tenet Pet.de Anchar.*in cons.*217. *incip. dubium facit
in prædicta quæstione*, & post Felyn. & alios sequitur
Ioan.Ant.de Nigr. *in extrauag.vnic.de vita, & honest.
cleric.n.*253. in tantum, vt si Ecclesia, cui sunt relicta o-
nera sub prædicta conditione, non subeat onera, lici-
tum sit laico propria auctoritate capere, Host.*in c.di-
lectus, de donat.*Host.& Io.And.*in c.verum, de foro com-
pet.*& Nigr.post Anchar.& Felyn.vbi supra.
7 Ego autem admitto limitationem, & fateor † Ec-
clesiam teneri soluere gabellas de sibi relictis sub hac
conditione soluendi, Felyn. *in d.c.Ecclesia sancta Ma-
riæ,n.*77.*& in cons.*45. Afflict. *in tit.quæ sint regal.§.&
plaustrorum,n.*42.*& in §.extraordinaria,n.*38.*& seq.* sed
nego ex ea conditione, & pacto posse inferri ad vali-
ditatem statuti. Quia vbi dominus paciscens perpetuū
imponit onus super rebus suis, licet Ecclesia cum il-
lo onere res adipiscatur; tamen non potest dici læsa
clericorum immunitas, neque Ecclesiæ libertas coar-
ctata, quæ non est immunis à contractibus, sed quan-
do bona Ecclesiarum à statutis & legibus laicorum
Principum ad huiusmodi cogerentur, secus esset dicē-
dum, & Ecclesiæ libertas restringeretur; ergo de vno
ad aliud non est arguendum, & ita respondet Abb. *in
cons.*26.*vol.*1.quem sequitur in his terminis Cardinal.
Alban.*in tract.de immunit.Eccl.nu.*85.& quomodo ar-
gumentum non valeat de pacto ad statutum, dixi su-
pra *cas.*6.& vide ad hoc Surd.*in cons.*2.*n.*18.*& seq.vol.*1.

CASVS XV.

Abolitionem delictorum generaliter factam per Principem laicum, in nullo casu comprehendere clericos.

SVMMARIA.

1 *Iudex secularis an poßit clericos criminum reos absoluere.*
2 *Abolitio criminum generaliter solet concedi per Principem ob publicam lætitiam.*
3 *Princeps an poßit concedere abolitionem generaliter clericis delinquentibus.*
4 *Delictum semel per abolitionem dispensatum, habet vim absolutoriæ.*
5 *Clerici delinquentis bona publicanda, an sint applicanda fisco seculari, vel Ecclesiæ & n.*22.
6 *Abolitio generalis Principis, an absoluat clericos reos à publicatione bonorum.*
7 *Clericorum delinquentium bona publicantur per Regem in regno Franciæ.*
8 *Clerici assaßini puniuntur per iudicem laicum sine degradatione.*
9 *Abolitio generalis propter publicam lætitiam extenditur etiam ad reos existentes in carceribus.*
10 *Et quando non habet effectum extinguendi delictum, saltem deseruit pro saluo conductu.*
11 *Abolitio quomodo differat ab indulgentia.*
12 *Indulgentia Principis omnino extinguit delictum.*
13 *Glossa* in authent.clericus, in ver.& si reus, C.de Episcop.& cler.*est communiter reprobata.*
14 *Delicti gratia, siue indulgentia à non suo iudice lata, non valet.*
15 *Principes laici, cur non poßint indulgere clericis delinquentibus.*
16 *Delictorum gratia, indulgentia, siue abolitio non valent extra territorium.*
17 *Iurisdictionem si duo habent mixtim, potior est conditio prohibentis.*
18 *Consuetudo Franciæ de publicandis bonis clericorum per laicos est contra libertatem Ecclesiæ.*
19 *Ecclesia habet fiscum.*
20 *Clerici bona publicanda, sunt applicanda Ecclesiæ.*
21 *Ecclesia super bonis clerici semper præfertur fisco Imperij.*
22 *Ecclesia præfertur fisco seculari in bonis confiscatis pro crimine hæresis.*
23 *Episcopus in clericos delinquentes habet merum imperium.*
24 *Bellugæ opinio reprobatur de confiscatione bonorum clerici per fiscum laicum.*
25 *Abolitio generalis non comprehendit reos criminis assaßinij.*
26 *Secus indulgentia.*
27 *Clerici assaßini non puniuntur per laicum, nisi præcedat sententia iudicis Ecclesiastici.*

GLossa *in auth.clericus, in ver.etsi reus. C.de Episcop.
& cleric.*affirmat iudicem † secularem posse cleri- 1
cos criminum reos absoluere, licet non possit cōdem-
nare, & cùm aliquando soleant Principes ob aliquam
publicam lætitiam, abolitionem † concedere, & re- 2
mittere pœnam delinquentibus, *l.generalis, C.de sent.
pass.*Ang.*de malefi.in ver.nec non ad querelam, num.*75.
vers.quæro an abolitio, Carr.*in pract.crim.in tract.de ho-
micid.§.*29.*nu.*8.*& nu.*13. Clar.*in pract.crim.q.*59.*vers.
scias autem.* Ideo dubitatum est per Clarissimos Do-
minos scribentes vltra montes, vtrum illa ipsa aboli-
tio comprehenderet † clericos delinquentes, ita quod 3
stante ipsa generali gratia, iudex Ecclesiasticus, cui
specialis est cura puniendi clericos delinquentes, non
possit vlterius super delictis ipsorum procedere. Nā
delictum † semel per abolitionem dispensatum, vim 4
habet absolutoriæ, nec vlterius de eo quæri potest, vt
probant Addentes ad Steph. Aufrer.*in repet.clem.*1.*de
offic.ordin.super q.*2.*in fi.*allegantes Francis.Marc.*in de-
cis.Delphin.* 700.*n.*7.

Et partem huius casus affirmatiuam defendit idem Franc.Marc.pro qua dicit esse decisum in Parlamento Delphinali, vt *dec.*514.*part.*1. allegat *decis.Gui.Pap.*552. & hanc partem tenet idem Aufrer.*in tract.de potestate seculari in Ecclesiasticos, reg.*4.*fallent.*2.licet contrarium sentiat *in repet.d.clem.*1. *de offic.ordin.in d.q.*2.*nu.*135.*& plur.seq.*

Pro confirmatione huius opinionis possunt cu-
mulari plures articuli similes. Primus articulus est,
quando clericus † cōmitteret delictum propter quod 5
eius bona publicanda essent, tunc pertinebunt ad fi-
scum Principis secularis, vt per Peregr. *de iure fisci, li.
*1.*tit.*2.*nu.*109.*& seq.*quia vt ipse prius scripserat, Eccle-
sia nō habet fiscum; ergo prędicta abolitio † generalis 6
saltem

saltem absoluet clericos à publicatione bonorum pro ipso delicto facienda, & pro hoc facit *c.si quæ causa.§. his itaque*, 11.qu.1. ibi, clerici ex officio suo Episcopo suppositi, ex possessionibus autem prædiorum sunt Imperatori obnoxij, & *c.si de morte*, 23.q.8.ibi, temporalia penitus abiiciunt, ne eorum occasione legibus Imperatorum obnoxij teneantur, & text.*in c.si Episcopus*.18.*dist.& c.de rebus*, 12.q.2.

Et quod in regno Franciæ Rex ipse de generali, & antiqua consuetudine in casibus publicet bona im-
7 mobilia † clericorum delinquentium, testantur Ioan. Andr.*in add.ad Spec.in tit.de feud.§.pen.vers.*41. Old. *in cons.*17.Petrus de Anchar.*in reg.ea quæ,de reg.iur.li.6.in* 22.*quæst.*Stephan. Aufrer.*in d.q.2.vers.secundo videtur*, Benedict. *in c.Raynutius,in ver.& uxorem.* vbi tractat materiam successionis ab intestato, *num.*246. Francisc.Marc.*in decis.Delphin.*234.*& decis.*514.*part.*1. Cappell. Tholos.*in decis.*150.& ibi Aufrer.*in addition.* Boer.*in decis.*26.*nu.*9.propter quam rationem præfati Dd. firmant cõclusionem, Regem posse abolitionem criminum in hoc casu, etiam clericis concedere.

Secundus articulus est, quia si clerici commiserint
8 assassinium, possunt puniri per iudicem † laicum, etiam sine degradatione, per *c.1.de homic.li.6.* vbi quod ipso iure sunt degradati, & ibi Lapus & Gemin.*in fi.* Marsil.*in l.vnic.num.*107 *C.de raptor.virgin.* Gramm.*voto* 8.*& voto* 11. Capyc.*decis.*155.*num.*26. Boer.*dec.*60.*numer.*18. cum aliis per Bernardum Diaz relatis *in sua practica canonica,cap.*96.*num.*4. & ibi Ignatius Lopez *in addit.*alios congerit; ergo saltem in hoc casu abolitio clericos huius generis delinquentes comprehendet, qui immediatè sub laicorum protectione existunt.

Confirmari etiam potest hæc opinio, quia abolitio
9 generalis † ob publicam lætitiam tantæ est efficaciæ, & virtutis, vt extendatur etiam ad delinquentes in carceres detrusos, Io. Andr.*in addit.ad Spec. in rub.de solutionib.*Bald.*in cons.*255.*vol.*3. Alex.*in l.de pupillo,§.*
10 *si pluribus.ff.de noui oper.nunt.* Et quando abolitio † generalis non posset habere effectum extinguendi delictum, saltem habebit effectum guidatici, & salui conductus perpetui, ex his quę congerit Lud.à Peguera *in decis.crimin.c.*39.*n.*10.

Ego credo (salua reuerentia tantorum Patrum) in resolutione horum articulorum prius aduertendam
11 esse differentiam inter abolitionem, † & indulgentiam, siquidem abolitio nõ extinguit crimen, sed tantùm instantiam iudicij, ita dicunt August. *in addit.ad Angel.de malefic.in d.ver.nec non ad querelam,num.*79. Carrer.*in pract.crimin.in tract.de homic.vers.*29.*excusatur.n.*9.*& seq.*quos, & alios refert, & sequitur Fari. *in sua praxi crimin.tit.de inquisit.q.*6.*n.*61. vnde quia abolitio conceditur ob publicam lætitiam transacta lætitia infra triginta dies, potest accusator de nouo accu-
12 sare, *l.si interueniente.ff.ad Turp.*sed indulgentia † Principis omnino extinguit delictum, Couar.*lib.*2.*var.resol.c.*10. Cæphal.*in cons.*34.*n.*14. Abb.*in c.tua.de procurator.* gloss.*in c.de his,de accusat.* vbi inquit, diuina clementia non patitur peccata dimissa iterum venire in vltionem, Matth.Boys. *in addit.ad Stephan. Aufrer. in d.clem.*1 *de offic.ordin.super d.quæst.*2. *post fin. in* 1.*additione.*

Quærere igitur an Princeps secularis possit concedere abolitionem clericis delinquẽtibus, ad effectum ne vlterius possit cognosci de delictis, inutiliter fit, cùm etiamsi posset abolitionem concedere, alia vlterior criminalis instantia debeat inchoari. Videamus igitur eosdem articulos sub titulo indulgentiæ.

Et quidem negatiua pars verior est de iure, & certior in conscientia. Primò Bald.*in d.auth.clericus. C.de Episcop.& cleric.* dicit illam glossam † esse falsam, quia 13
illa absolutio non valet ex defectu iurisdictionis, & comprobatur per *c.nullus.*11.*q.*1.*& c.nullus.de foro compet.* vbi gratia † non valet ex defectu iurisdictionis, 14
*& c.quid autem.de pœnitent.& remiss.*vbi indulgẽtia in foro pœnitentiali, à non suo iudice, non tenet, & ibi notat Abb.quod forus pœnitentialis regulatur secundum ordinem fori contentiosi, sed non tenet sententia condemnatoria à non suo iudice, *cap.ad nostram,de consuetud.c.at si clerici,de iudic.c.olim.de iniuriis.* ergo nec absolutio, *c.venerabili.§.vbi autem.de sent.excom.li.*6.nec purgatio ab eo indicta, *c.dilectis,de purgat.canonic.* Item si Principes seculares nullo modo possunt clericos condemnare, ergo nec absoluere, quia æqualis est soluendi, & ligandi potestas, & si negatur cognitio, multo fortius dispensatio, arg. *l.*2. *C.de his qui ven.ætat.impetr.*Nec possunt Principes † indulgere 15
clericis per statutum, & legem particularem, quia nullo modo licet dare legem clericis, *c.bene quidem, dist.* 96. & contrarium facientes, tanquam sacrilegi sunt puniendi, *c.si quis Principum*, 16.*qu.*7. ergo si generalem abolitionem, gratiam, vel indulgentiam concesserint, nullo modo possunt clerici comprehendi, ex conclusione ab omnibus approbata, *in c.Ecclesia sanctæ Mariæ,de const.*præsertim cùm statutum non liget, nisi subditos statuentis, *l.fin.ff.de iurisdict.om.iudic.c.à nobis,de sent.excomm, c.nouit.de offic.deleg.at. c.fin.de constit.li.*6.

Et quod gratia, † abolitio, & indulgentia non valeat 16
extra territorium delicti commissi, ab eo qui potestatem non habebat in reos, Chassan.*in consuetud.Burgund.§.*5.*des iustices,in ver.du Prins.num.*16. Bossius *in pract.crim.in tit.de remed.ex clementia Principis, nu.*51. Iacob. *in tract. de feudis,in ver.sed an Princeps*, Clarus *in pract.crimin.q.*57. *vers.habet etiam locum hæc conclusio*, Viuius *in suis communib.opinionib.in ver.index,opin.*177.*n.*4.*&* 5.Bonifacius de Vitalin.*in tit.de inquisitionib.n.*61. Vasq.*illustr.controuers.c.*7.

Sed posito, quod esset vnum ex delictis mixti fori, de quibus scripsi supra in secunda parte, & ita iurisdictio esset communis, imò esset præuenta à iudice laico, cuius Princeps hanc vellet facere indulgentiam, quæ, vt nunc dixi, extenditur etiam ad carceratos, neque hoc casu afficeret iurisdictionem Ecclesiasticam; quia in re communi potior est conditio prohibentis, *l.Sabinus,ff.communi diuid.*& ita in materia iurisdictionis, † si vnus ex habentibus eam, prohiberet, ne fieret 17
indulgentia, est casus decisus, de quo per Franc.Marc. *in decis.Delphin.*232.*part.*1.

Et aduersus illam consuetudinem † Franciæ respondet idem Steph. Aufrer. Tholosan. *in d.clem.*1. *de offic.* 18
*ordin.in q.*2.*vers.octauo non videtur non obstare,quia est contra libertatem Ecclesi.c.*1.*& c.nostram,& c.cùm inter, de consuetud.d.c.Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.cum aliis per eum inductis.*

Nec est vera illa opinio, quod vbi bona clerici delinquentis veniunt publicanda, tunc applicanda sunt fisco Principis secularis. Quia Doctores plurimi hoc asserentes, mouentur ea ratione, putantes Ecclesiam non habere fiscum. Quæ opinio est falsa, nam Ecclesia † & Episcopus habent fiscum, sicut habet Rex, glos. 19
in capit. quia diuersitatem, de concess.præbend. dicens,

vbicunque ex delicto clerici fieret confiscatio, tunc
20 veniet applicanda † Cameræ Diœcesani, non autem ad Cameram fiscalem laicorum, quam gloss. reputat singularem Cardinal. *in clem.2.§.1.de hæretic.* & hanc opinionem esse communem & veriorem,& vsu receptam testatur Couarr.*in li.2.var.resol.c.9.n.*11.addendi sunt alij citati pro hac opinione, quã sequitur Foller.*in pract.crimin.canonic.part.2.c.5.n.14. & plur.sequ.* & ego pro hac opinione scripsi supra *part.2.c.9.* & discurrendo super ea de iure,apparet esse verissima,quia
21 habemus, quod † Ecclesia super bonis clerici semper præfertur fisco imperij,*l.si quis presbyter. C.de Episcop. & cleric.§.interdicimus, in authent. de Ecclesiast. tit.§.si verò filij,in auth.vt cùm de appellat.cognoscit.* Item per
22 *auth.item de Nestorianis,C.de hæretic.*vbi Ecclesia† præfertur fisco seculari in bonis confiscatis in crimine hæresis, idem dicit gloss.*in clem.volentes, in verb.etiam Ecclesiæ,de hæretic.* Item confiscatio debet fieri per iudicem delinquentis habentem merum imperium, vt
23 est Episcopus,† in clericos delinquentes, *vt l.vnic.C. ne sine iussu Principis certis iudicib.liceat confisc.* & notatur *in cap.Archiepiscopatu,de raptorib.* & habetur *in §.si quis autem Episcopus,in auth.de Ecclesiasticis titulis.*Item *in authent.vt clerici apud proprios Episcopos.*vbi mulcta clerici applicatur Episcopo. Ex quibus iuribus apparet certius posse fundari opinionem supradictam, licet Abb. qui hanc etiam sequutus est *in c.2.de success.ab intest.*postea *in c.tuæ,de pœn.* dixerit hanc opinionem iure non probari. Neque valet consideratio
24 Bellugæ†contrarium sentientis *in speculo Princip.rubr. 14.vers.nũc videamus,n.29.vers.sed dic contra,*vbi quod hæc bona temporalia clericorum semper fuerunt affecta, & subdita Regi,& Principi seculari; ergo in casu publicationis eius fisco applicãda sunt. Quia,vt latè scripsi supra *cas.*11. cùm peruenerunt ad Ecclesiasticos, ex mutatione personæ mutarunt qualitatem, & hodie sequuntur conditionem personæ clericorum,*l.1.C.de imponen.lucrat.descript.l.10.§.ad hæc,in auth.de Ecclesiasticis titulis, c.si laicus, de iurepatronatus,c.1.eod. tit. lib.6.* & bona patrimonialia clericorum gaudent eisdem priuilegiis,quibus gaudet Ecclesia, vt dixi ibi.

Ex hac igitur resolutione constat nullo modo inferri posse ad casum propositum, & neque abolitionem, neque indulgentiam generalem per Principem laicum concessam includere clericos in ipso casu confiscationis bonorum, quæ ad fiscum secularem non pertinet. Imò vt doctè aduertit Berardinus Diaz *in sua pract.canon.c.135.n.3.* cùm tractatur de publicatione bonorum indicta per leges Principum secularium, clericos nullo modo comprehendi, ex regula *d.c.Ecclesia sanctæ Mariæ,* & quando tractaretur de similibus casibus coram iudice Ecclesiastico supplicanda esset decisio, & declaratio à Summo Pontifice.

25 Item falsa est illa opinio,quod rei criminis † assassinij comprehenduntur sub abolitione generali, ex his quæ cumulat Farinac.*in d.tit.de inquisit.qu.6.nu.52.& seq.* & quatenus de iure hic casus comprehenderetur
26 sub indulgentia†Principis,prout docet Alexan.*in l.de pupillo,§.si pluribus,ff.de noui oper.nuntiat.*quem sequi-
27 tur Carrer.*in d.§.29.num.*11.tamen requiritur,† quod præcedat à suo iudice sententia declaratoria, de tali crimine notatum esse, Archidiac.Io.Andr.& Anchar. *in d.cap.1.de homicid.lib.9.* latè Card.Alban.*in cons.13.* probans clericum pro diffidato non haberi,nisi declaratoria præcedat,cum aliis congestis per Lopez *in addit.ad pract.*Diaz *in c.96.additione,incip.notabis tamen,*

& dicam latius infra *in 2.centur.* ergo interim non est subditus iurisdictioni laicorum,neque comprehenditur sub indulgentia generali,etiamsi per hanc opinionem comprehenderetur. Sed quid si clericus delinquens esset feudatarius Principis secularis, an comprehenderetur sub abolitione generali, dicam in sequenti casu.

CASVS XVI.

Libro feudorum ligari Ecclesias, & alios Ecclesiasticos feudatarios Principum secularium: Nouis autem constitutionibus eorundem, in quibus casibus prædicti Ecclesiastici feudatarij non ligentur.

SVMMARIA.

1 *Liber feudorum an liget Ecclesiasticos feudatarios.*
2 *Consuetudines feudorum an sint introductæ de consensu clericorum, & laicorum simul.*
3 *Consuetudinem laicorum & clericorum mixtim ligare Ecclesias,qui teneant.*
4 *Clerici nullo modo possunt se submittere iurisdictioni laicorum.*
5 *Consuetudines nullas posse dici mixtas laicorum, & clericorum.*
6 *Consuetudines feudorum non sunt generales, sed locales, & multum variæ.*
7 *Consuetudo generalis quomodo probetur.*
8 *Consuetudo generalis totius orbis non probatur ex vsu particularium prouinciarum.*
9 *Ecclesiastici feudatarij præstant iuramentum fidelitatis directo domino.*
10 *Iuramentum non extendit obligationem descendentem ex contractu.*
11 *Stipulatio non extẽdit obligationem vltra contractũ.*
12 *Iuramenti feudatarij ratio extenditur solum ad casum fidelitatis,non autem ad feloniam,& alia.*
13 *Iudex feudorum non iudicat contra clericum feudatarium ad amißionem feudi.*
14 *Liber feudorum an liget Ecclesiasticos feudatarios ex natura feudorum.*
15 *Causæ natura trahit secum personam.*
16 *Bona etiam patrimonialia clericorum gaudent priuilegio fori.*
17 *Feudi natura est mobilis,& accidit naturæ verborum.*
18 *Pacta possunt immutare naturam & originem negotij.*
19 *Feudi substantiale est ipsa fidelitas.*
20 *Clerici feudatarij tenentur comparere coram directo domino ex substantia ipsius fidelitatis.*
21 *Iuramentum assertorium non confirmat actum nullum.*
22 *Feudum est species seruitutis.*
23 *Ecclesia & Imperator habentes feudum ab altero sunt inferiores ratione feudi.*
24 *Liber feudorum continet tria diuersa genera iuris.*
25 *Consuetudines feudales compilatæ per Obertum hodie sunt generales.*
26 *Approbatio generalis non præiudicat Ecclesiasticis.*
27 *Liber feudorum ligat Ecclesiasticos feudatarios in casibus approbatis à Papa.*
28 *Et qui sint isti casus.*
29 *Leges factæ à directis dominis feudorum, non ligant clericos feudatarios.*

30 *Feu-*

30 *Feudatarius si promittat litigare coram domino in omni casu, intelligitur de permisso à iure communi.*
31 *Clerici feudatarij non ligantur constitutionib. vel edictis directi domini, nisi in casibus à iure permissis.*
32 *Clerici feudatarij non includuntur sub abolitione generali concessa per directum dominum feudi.*
33 *Lex Principis secularis*; Ne bona feudalia alienentur in Ecclesiam, *non valet.*
34 *Feudū an possit in Ecclesiam dedicari, vel consecrari.*
35 *Et an pro anima possit relinqui Ecclesiæ.*
36 *Ecclesia nunquam moritur.*
37 *Prælati feudatarij delictum non nocet Ecclesiæ, & feudum applicatur domino, durante vita Prælati.*
38 *Feudum si legetur Ecclesiæ, an dominus teneatur illam inuestire.*
39 *Statutum prohibens alienationem rei feudalis fieri in Ecclesiam est contra libertatem ipsius.*
40 *Clerici an possint per substitutum in feudo seruire.*
41 *Comes factus Episcopus, non perdit Comitatum.*
42 *Ecclesia succedit ad feudum francum.*

1 CONsuetudines † feudorum, ex quibus est compositus earum liber, clericos, & quoslibet Ecclesiasticos ligare, qui tenent feuda à Principibus laicis opinio est receptissima inter scribentes, prout de cōmuni testantur quàmplurimi, Clarus *in §. feudum, q. 3. versic. sed nūquid.* Curt. iun. *in tract. de feud. part. 1. q. 2. in prin. & in cons. 177. n. 10.* Canetius *in extrauag. Regni Siciliæ, incip. volentes, §. ad quid, n. 8.* Michael Grass. *in li. 2. com. opin. in ver. feudum, qu. 2.* Matth esil. *in tract. com. opin. in v. feudū, n. 4.* Intrigliol. *in tract. de feudis, q. 14.* Schrad. *in tract. de feudis, part. 1. q. 2.* qui omnes testantur hanc esse communissimam, & receptissimam sententiam, & alios referunt.

Sed qua ratione moueantur Doctores ad id firmandum, indagare licet, vt inde alij etiam casus resoluantur.

2 Aliqui putant rationem esse, quia † consuetudines feudales fuerunt introductæ totius populi consensu tacito, & sic laicorum, & clericorum simul, Curt. iun. *in tract. de feud. part. 1. q. 2. col. 2. versi. sit etiam aduertendum, & in q. 1. in fi. & part. 4. q. penult. versi. sed ibi refertur,* vbi ait, hanc esse veram conclusionem. Addit rationem huius dicti Intrigliolus *in d. c. 14. num. 10.* quia
3 consuetudo † mixta laicorum, & clericorum simul, ligat etiam Ecclesiam & clericos, Abb. *in c. cùm venissent, n. 2. de eo qui mittit. in possess. causa rei seruand. & in c. cum causa, n. 4. de sent. & re iudic.* Felyn. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, n. 81. versi. secundus casus, de constit.* Bald. *in c. 1. num. 4. de controuers. feud. apud pares terminand.*
4 Sed ista ratio non potest subsistere, quia † clerici nō possunt se submittere iurisdictioni alterius, etenim cū hoc priuilegium toti ordini Ecclesiastico sit concessum, renuntiatio, vel prorogatio expressa, vel tacita in præiudicium ordinis facta nullius est momenti, *cap. si diligenti, §. fi. & ibi gl. in verb. manifestè, de foro compet.* Abb. *ibid. nu. 1. in fi.* textus *in c. placuit, 11. q. 1.* & dixi la-
5 tius supra *in 2. part. c. 38.* ergo istæ consuetudines † non possunt dici mixtæ laicorum, & clericorum. Nec sunt
6 consuetudines † generales, sed locales, & multum variæ, vt habetur *in c. 1. in fi. de his qui feud. dare poss. versi. licet aliter in curia Mediolanensi obseruetur. & in cap. 1. in prin. de alienat. feud. versi. Mediolanenses verò irrationabiliter considerantes, &c. & in c. 1. §. fi. versi. secundum enim morem Mediolanensium, si de inuestit. inter dominum & vasallum lis oriatur, & in cap. 2. de feud. dato in vic. legis commissor. in versic. Mediolanens. & Cremonens. & in c. vnic. in princ. de feudi cognitione, in versic. vsum tamen feudi, qui in nostris partibus obtinet, & in cap. 1. in prin. quæ fuit prima causa benefi. amittend. versi. sed in nostra curia Mediolanensi non obtinet,* & quod istæ consuetudines feudales sint locales, non autem generales, firmant Hostien. *in summa de immunit. Eccles. §. in quātum, versi. si verò paternum.* Oldrad. *in cons. 159. ex præsenti, in 2. dub.* Alberic. *in rubr. C. de donationib.* Aretin. *in c. quia V. in 1. lect. col. 2. de iudic.* & latius Petrus Iacob. *in sua pract. in tit. de success. feudi, per totum*, & cō-
suetudo generalis † probatur statim ac constat de 7
consuetudine vrbis Romæ, ex his quæ scribit Ioannes Andr. *in rubric. de consuetudine, in fi. in Nouell.* & Curt. *in tract. de feud. part. 1. qu. 1. num. 16.* cum aliis per Mascard. *in tract. de probationibus, conclus. 428. per totam.*
Non igitur ex vsu † particularium prouinciarum po- 8
test inferri ad generalem consuetudinem totius orbis, præcipuè mixtam laicorum, & clericorum, qui in præiudicium ordinis clericalis alteri foro consentire non possunt, vt dixi; ergo nec consuetudinem inducere, & si hac ratione clerici & Ecclesiastici ligarentur libro feudorum, eueniret, quod in Gallia, vbi non seruatur, ex traditis per scribentes *ad consuetudines Parisienses, tit. 1. per multos numeros,* ipsi clerici feudatarij essent deterioris conditionis laicis, cum vtrisque consuetudinibus ligarentur, laici autem solum Parisiensibus.

Aliqui verò putant hoc prouenire ratione iuramēti fidelitatis, quod præstant vasalli † feudatarij ipsi dō- 9
mino directo, de quo est casus *in cap. vnic. §. verum, de statu regul. lib. 6.* vbi Abbatissa pro feudo, quod tenet monasterium à Principe seculari, prēstat iuramentum personaliter, si non potest per procuratorem, propter quod debet coram eodem domino, vel paribus curiæ litem facere, ex his quæ latissimè scribit Schrader. *in tract. de feudis, part. 10. sect. 3. per totam*; & ego dicam inferius in speciali casu de hoc; ergo feudorum legib. in Ecclesiasticos iudicandum est, & in hanc opinionē videtur inclinare Felyn. *in c. cæterum, nu. 5. vers. secunda decis. de iudic.*

Nec ista ratio concludit, quia iuramentum solùm dat robur actui super quo interponitur, & in his terminis loquuntur Dd. *in l. si quis maior. C. de transact.* secus quo † ad extendendam obligationem descendentē 10
ex contractu, quia quoad hunc finem iuramentum nihil addit actui, vel contractui super quo interpositū est, neque obligationem ex contractu descendentem auget, vel extendit, Bald. *in l. si procurator, col. 3. versi. & prædicta sunt vera. ff. d. condict. indebit.* Dec. *in c. 1. in 1. lect. nu. 23. vers. tertio & vltimo responderi potest. de iudic.* Tiraquell. *in l. si vnquam, in præfat. num. 165. C. de reuocand. donat.* Dec. *in cons. 345. num. 2.* Paris. *consi. 12. n. 76. & consi. 14. num. 17. & consi. 20. num. 118. & consi. 54. num. 49. vol. 1.* Oldrad. *in cons. 328.* Curt. sen. *in consi. 77. colum. 6.* Crauett. *consi. 102. col. fi. versi. quinto respondeo.* Roland. *in consi. 78. num. 22. vol. 1. & consil. 25. num. 27. vol. 2.* sicut in simili dicunt Doctores, quod stipulatio
† interposita super contractu licet aliquid addat, vt 11
l. siue apud acta, C. de transact. & per Ias. *in rubr. numer. 16. vsque ad 20. ff. de verborum obligat.* vbi ego etiam scripsi, tamen hoc intelligitur de robore, & firmitate obligationis, non autem, vt obligatio ex contractu descendens, extendatur ad aliquid aliud, quod sub ipsa obligatione non comprehenderetur, Alexand.

Castrens. & Imm. *in l.miles.§.decem,ff.de re iudic.* Alexan. *in l.stipulationes nõ diuidũtur.col.10.ff.de ver.obligat.* & scripsi latius in rubrica eiusdem tituli. Dec. *in d. c.1.in 1.lect.nu.23.vers.tertio,& vltimo responderi potest.*

12 Ergo ratio iuramenti † restringitur solum ad casum fidelitatis, puta si ageretur ad præstandam fidem, ad priuationem feudi ratione feloniæ, secus in aliis, Socin. *in consil.12.nu.22. vol.1.* & quod in casu fidelitatis non extendatur ad districtionem personalem ipsius clerici vasalli, tenet Innoc. *in c.verum, de for. com-*
13 *pet.* vbi quod si agatur contra † clericum vassallum ad amissionem feudi criminaliter, vel ciuiliter propter crimen, remittenda est cognitio ad Prælatum suum, etiamsi feudum sit paternum, non enim dominus in clericum vassallum habet districtionem personalem, Ioa. Andr. & Abb. *in d.c.verum.* Ioa. Andr. & Gemini. *in c.vnic.de cleric. coniugat.lib.6.* Dd. *in c.1.de offic. ordinar.& in clem.pastoralis, de re iudic.*

Communior opinio est eorum, qui dicunt huius
14 articuli rationem esse ex natura † feudorum, quam firmauit Bald. *in c.1.n.4. de controuers. feudi apud pares termin.* Guerin. Pison. *in prælu. feud. in §.an cõsuetudines feudales ligent clericos, col.2. vers. huic argumento.* Gail. *pract. obseruat. lib.1.c.37.nu.4.* Schrad. *in tract. de feud. part.1. quæst.2.n.5.* cuius dicti rationem posuit
15 Baldus ibid. quia natura causæ † trahit secum personam, & Pisonus addebat rationem, quia in materia feudali causa trahit personam, quia causa principaliter arguitur, ex reg. la *l.si quis nec causam, ff.si cert. petat.* vnde quando de persona principaliter agitur, ipsa trahit causam, sicut in casu *auth.ingressi, C. de sacros. Eccl.* cum igitur liber feudorum informet naturam feudi, & ea quæ sunt de natura contractus tacitè acta, & conuenta præsumuntur, *l.cum quid, ff.si cert.pet.* sequitur clericos feudatarios pacto, & promissione ad obseruantiam iuris feudorum obligasse, & ita licet ex constitutione imperiali non tenerentur, tamen ex pacto, & promissione sua ad id obligati, tenentur, Ias. *in l. placet, nu.22.C.de sacros.Eccles.*

Nec ista opinio potest subsistere: Primo, quia bo-
16 na clericorum † gaudent eisdem priuilegiis, quibus gaudent personæ, vt notant omnes *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de const.* & dixi latius supra *casu 11.* hoc procedere in bonis patrimonialibus ipsorum, ideo non consideratur principale, & secundarium inter bona ipsorum, & personas respectu priuilegij fori; ergo nõ est verum, quod causa trahat personam, & restat quod ratio *d.auth.ingressi,* satis stringit, vbi est specialis dis-
17 positio de hoc. Item natura † feudi est mobilis, & accidentalis, & pacta etiam naturam propriam mutant, *l.1.§.si conuenerit,* & natura feudi accidit naturæ verborum. & regulatur ab ea, *c.1.de eo qui sibi, & heredibus mascul.& fœmin.* ergo non intelliguntur clerici & ceteri feudatarij, se submittere naturæ feudorum, nisi per naturam feudi intelligerent eius substantiam, sed
18 hæc esset impropria locutio, quia pacta † possunt immutare naturam, & originẽ negotij, *l.naturalis, §.quod si facio. ff.de præscri.ver. l.Laicus, in 2. respons. ff. deposit. l.die sponsalium, ff.deposit.* sed contra substantiam non valet, *l.cũ precario, in 1.ff.de precar. l.pacisci.ff.de pact. l. pacta conuent. ff. de contr. empt. l. vbi ita donatur. ff.de*
19 *donat.causa mort.* & substantiale † feudi est ipsa fidelitas, Andreas *in ca.1. ex quibus causis feudũ amittatur, & in cap.1.§.similiter, de capitaneo qui cur. vendi.* Ideo si est concessum feudum francum, non intelligitur à fidelitate, licet intelligatur à seruitiis, Caccheran. *decis. Pedemont. 163.* fidelitas igitur non venit à natura, sed à substantia negotij feudalis, quam feudatarij iurare tenentur, latè Riminald. iun. *in consi.6.vol.1.* clerici 20
feudatarij etiam iurarunt, ergo ex substantia † fidelitatis coguntur coram directo domino comparere in concernentibus fidelitatem, vel feloniam tantùm, nõ in cæteris, vt dictum est. Item hæc ratio non valet, quia si lex ciuilis hoc disponeret, vt quilibet feudatarij tenerentur feudorum legibus, & ita etiam clerici vasalli, lex ista esset nulla ipso iure, ex dispositis *in d. cap.Ecclesia sanctæ Mariæ, cum vulgarib.* & clerici etiam tacitè consentiendo dispositioni feudorum, imò etiam super hoc iurando, non dicuntur ad hoc esse astricti, quia promissio † & iuramentum assertorium 21
non confirmat actum nullum, prout est magis communis opinio, de qua testatur Gabr. *in consi.146.num. 2.vol.1.* Item feudum † est species seruitutis, & appel- 22
latur feudum quædam seruitus, Baldus *in l.quoties, col. 1.C.de suis & legitimis, & in c.2. si de feudo fuerit controuersia, & in c.qua in Ecclesiarum, de constitut. & in c. 1.de iudic.* Ioan. Andr. ad Speculat. *in tit.de feud. in rubric.* Ideo Bald. *in l.adoptiuum, §.si liberta,* aliàs *l.sed si hac.§.si liberta, ff.de in ius vocand.* dicit, quod si Ecclesia Romana habet feudum ab Imperatore, licet alias Ecclesia † sit supra Imperatorem, tamen respectu feudi 23
erit inferior, quia feudum est species seruitutis, Curt. senior *in consil.49.num.74.* ergo Ecclesiastici nõ possunt feudum recipiendo inducere omnem seruitutem, nisi eam, quæ est ex substantia feudi, videlicet fidelitatis, non in cæteris, contra *d.c.si diligenti, §.fin.de foro compet.*

Præterea in libro † feudorum tria iuris diuersa genera inserta sunt, aliquæ enim sunt constitutiones 24
Conradi Primi, Henrici Secundi, Lotharij Tertij, Federici Primi & Secundi, & Henrici Quinti Imperatorũ. Et istas leges non astringere clericos habetur *in d.cap.Ecclesia sanctæ Mariæ, cum similibus,* nisi prout tractant de substantia feudi, quæ est fidelitas. Item desunt consuetudines Mediolanensium, Cremonensium, Placentinorum, regni, & diuersorum aliorum locorum: Item adsunt aliqua responsa sapientum Dd. videlicet Oberti, Gerardi Capagistæ, & Philiberti Episcopi. Et licet dictæ consuetudines locales sint, vt dixi supra: Tamen hoc procedebat ante compilationem Oberti, sed post eam, † successu temporis, & 25
communi vsu effectæ sunt, & habitæ generales, ita vt omnes ligent, vt latius, & melius cæteris docet Ioannes Baptista Caccialup. *in repetit. cap.1. in fin. de feudi cognit.* Tamen ista generalis approbatio † succedens 26
non potuit obligare Ecclesiasticos feudatarios, nisi in iis, quæ sunt de substantia contractus, cùm natura mutabilis sit, nec ipsi recipiendo pro seipsis, vel pro Ecclesia, potuerunt toti clericorum ordini præiudicare, vt dictum est.

Propterea verior mihi videtur ea opinio, quæ habet librum † feudorum ligare Ecclesias, & alios Ec- 27
clesiasticos feudatarios, solum in casibus, in quibus Papa approbauit, & hanc tenet Curtius *in tract.de feudis, part.1.quæst.2.num.3.* quia ius Canonicum potest hoc facere, vt probatur *in c.Romana, §.debet, de appellat.li.6.& in cap.solitæ.de maior.& obedient.* Casus † au- 28
tem in quibus Summus Pontifex approbauit, sunt *in cap.nouit, in cap.cæterum, de iudic. in cap. ex transmissa, de foro compet. cap. quæ in Ecclesiarum. de constitut. cap. ad audientiam, c.si diligenti. de præscriptionib. c.excommunicatus, de hæretic. c.fin.de iureiurand. cap.per tuas, de dona-*

donationib. c. in quibusdam, c. ad aures, de pœnis, c. grauem,
de sentent. excommunicat. cap. vnic. §. verum, de statu re-
gulor. lib. 6. cum aliis quæ diligentior me poterit cu-
mulare, quæ memoria mihi in scribendo non submi-
nistrat.

Ex his infertur, non bene sentire eos, qui asserunt
clericos feudatarios non solùm ligari libro feudo-
29 rum, sed etiam aliis constitutionibus, † & pragmati-
cis factis à directis dominis feudorum, prout clericos
feudatarios nullo modo ligari, tenet Curt. *de feud. in*
d. part. 1. q. 2. & licet nouissimè Schraderus *de feudis, in*
d. part. 1. quæst. 2. num. 5. teneat contrarium, tamen mo-
uetur ad hoc per rationem à natura feudali, quam nu-
per reprobauimus: Imò confirmo opinionem Cur-
tij ex eodem Schradero, qui *part. 10. sect. 3. quæst. 2.* ha-
30 bet pro absoluto, quod imò si feudatarius † promit-
teret in omni casu litigare coram domino feudi, et-
iam cum iuramento, id non intelligitur, nisi prout ca-
sus valet de iure communi, ex cuius doctrina con-
31 cluditur, quod etiamsi clerici † feudatarij hoc ex-
presè promiserint, non subiiciuntur legibus & con-
stitutionibus directorum dominorum feudi, nisi
in casu de iure valido, videlicet ratione fidelitatis,
& in aliis casibus approbatis per Summum Pontifi-
cem.

32 Secundo infertur valde errare eos, qui † firmant
clericos feudatarios reos criminis includi sub aboli-
tione, & indulgentia generali concessa per Principem
secularem directum dominum feudi, de quo etiam
scripsi in casu præcedenti in fine.

Tertio infertur non esse veram opinionem eorum,
33 qui dicunt, constitutionem vel pragmaticam; *Ne †*
bona feudalia alienentur in Ecclesiam; valere: quia re-
gulariter feudum non transit in Ecclesiam sine con-
sensu Principis, *l. fin. ff. vt in possess. legat. & ibi gloss. in*
verb. permissu, quam Bart. dicit singularem ad hoc; Nec
34 potest † in Ecclesiam dedicari, vel consecrari, *l. sacra,*
§. sciendum. ff. de rer. diuis. neque aliquo modo ad Ec-
clesiam transfundi pro quibuscunque vsibus, *d. l. fi.* et-
iamsi esset in fauorem illius, ad quem feudum perti-
net post mortem vasalli, tanto minus si esset in fauo-
rem alterius, *c. vnico, de feud. success.* vbi Bal. Nec etiam
35 pro † anima, vel alia quacunque pia causa posset vasal-
lus feudum ad Ecclesiam transferre, *c. 1. §. donare, qua-*
liter feud. alie. pot. & in c. imperialem, de prohibi. feu. a-
lienat. per Federic. quia non est facienda eleemosyna
cum iactura aliena: hoc enim esset victimare filium
in conspectu patris; Et si feudum legaretur Ecclesiæ
pro anima, esset magnum præiudicium domini; quia
36 Ecclesia † nunquam moritur, *c. liberti, 12. qu. 2. c. si gra-*
tiosè, de rescript. li. 6. & ita nunquam, vel rarò reuerte-
retur ad dominum. Item quia nunquam desinit ha-
bere bona, quæ alienari non possunt, *tot. titul. de rebus*
Ecclesiæ non alienand. ergo dominus priuaretur vasal-
li seruitio, quo iuuari debet ab illo. Item confiscatio
& applicatio quæ fit directis dominis propter felo-
niam, aut seruitia non facta, nunquam fieret, quia Ec-
37 clesia non delinquit, & solius Prælati † delictum non
posset nocere Ecclesiæ, vt feudum domino applicare-
tur in perpetuum, licet solum noceat Prælato quam-
diu viuit, & Ecclesiam illam tenebit, *c. delictum perso-*
næ, de reg. iur. lib. 6. & est casus *in c. 1. §. similiter, de lege*
Corradi. Benedict. *in c. Raynutius, verb. & vxorem, decis.*
38 *3. num. 10. in fi.* Ita si feudum † legaretur Ecclesiæ, non
teneretur dominus inuestire, quia est de personis pro-
hibitis, Immol. *in c. quæ in Ecclesiarum, de constit.* & per
hæc concludi videtur valere constitutionem de non
alienando feudum in Ecclesiam.

Hæc enim opinio est reprobata per ea, quæ dixi-
mus supra *in cas. 6.* vbi quod si statutum † prohiberet 39
expresè fieri alienationem in Ecclesiam, non vale-
ret, essetque contra libertatem Ecclesiasticam, & ideo
statuentes inciderent in excommunicationem: Nec
est maior ratio de statuto prohibente simpliciter,
quam de constitutione prohibente feuda alienari in
Ecclesiam: Nam respectu interesse ipsius Principis,
directi domini, distinguendum est de feudo: Aut e-
nim requirit † seruitium, quod per clericum fieri non 40
potest, & poterit fieri per substitutum, & ita erit capax
feudi, ita dicit Innoc. *in c. præsentia, de probationib.* &
Hostiens. *in summa, tit. de immunit. Eccl. §. quantum,*
versi. sed nec illa immunitas, Bart. *in repetit. auth. ingres-*
si, versic. quæro extra gl. C. de sacros. Eccl. Bal. *in c. 1. de be-*
nefic. fœminæ, & in c. inter dilectos, de fide instru. vbi di-
cit, quod ideo Episcopus † non perdit Comitatum, 41
etiamsi habeat illum in feudum ab Imperatore, quia
licet sit factus miles Dei, non desinit esse miles seculi,
non enim videtur, quod causa iuris sit mutata, licet sit
honor auctus, *l. falsa, §. 1. de condit. & demonstrat.* secus
dicit esse, si esset factus Monachus, per *cap. 1. de milite*
vasal. qui arma bell. depos. Aut nullum requirit serui-
tium, quia est francum, & tunc cessat ratio interesse di-
recti domini, & non verificatur præfata opinio. Vnde
Bal. *in auth. nisi rogati. Cod. ad Treb.* dicit, quæstionem
fuisse in facto, vtrum in feudo posset † succedere Papa, 42
qui est idem quod Ecclesia animata, & refert quos-
dam dicere, quod si feudum est francum, id est, libe-
rum ex pacto, vel ex consuetudine, quod in tali feudo
succedit Ecclesia saluo iure domini, *d. c. inter dilectos,*
de fide instru. nam & ius testandi competit in eo, cum
sit liberum, argum. *l. si quando, C. de inoffic. testam.* & ad
reprobationem dictę opinionis conferunt scripta per
Tiraquellum *de priuilegiis piæ causæ, priuil. 104.* vbi
concludit, quod licet dicta opinio sit vera de iure feu-
dorum, est tamen reprobata per Canonistas, & de iu-
re Canonico, sed quia iura infringentia libertatem
Ecclesiæ sunt nulla, ideo remanet veritas secundum
decisionem iuris Canonici.

CASVS. XVII.

Ecclesia feudataria Regis an teneatur soluere releuium indictum per constitutiones regni, & consuetudines Parisienses.

SVMMARIA.

1 Releuium *quid sit, & vnde dicatur, & n. 6.*
2 *Verbum* releuare, *significat soluere, & liberare.*
3 *Releuium est solutio medietatis fructuum vnius anni.*
4 *Soluitur tempore præstationis homagij.*
5 *Non soluitur à vasallo, qui petit renouationem inuestituræ ab herede directi domini mortui.*
7 *Non soluitur simul cum adoha in vno anno.*
8 *Quomodo soluatur de consuetudine Franciæ.*
9 *Prælatus successor in feudo, non tenetur in renouatione inuestituræ soluere releuium.*
10 *Ecclesia nunquam moritur.*
11 *Prælatus successor in feudo, dicitur succedere tanquam procurator Ecclesiæ.*
12 *Ecclesia & pupillus non dicuntur deierare.*
13 *Ecclesia non potest perdere feudum propter feloniam delicti, sed propter feloniam contractus.*

14 Releuium soluitur propter nouam vtilis dominij translationem.
15 Fidelitas cur iuretur à Prælato, non ab Ecclesia.
16 Releuium præstatur de consuetudine contra iuris dispositionem.
17 Releuij solutio est odiosa, & restringenda.
18 Ecclesiæ feudum concessum intelligitur sine præstatione seruitij.
19 Releuium soluitur aliquando domino mediato, & per actionem personalem.
20 Prælatus non præiudicat Ecclesiæ in solutione releuij, & n.22.
21 Etiamsi esset decursa præscriptio quadraginta annorum.
23 Ecclesia feudataria non transfert vtile dominium in alterum sine consensu directi domini.
24 Releuium aliquando dicitur laudemium.
25 Laudemij quantitas est quinquagesima pars.
26 Ecclesia tenetur soluere laudemium.
27 Dominium vtile feudale Ecclesiæ, non potest alienari sine solemnitate Apostolica.
28 Ecclesia an per cessationem biennij, in solutione canonis pendat emphyteusim, & n.30.
29 Prælati dictum in omittendo, an præiudicet Ecclesiæ.
31 Prælato amittente emphyteusim propter non solutionem canonis, mortuo, emphyteusis reuertitur ad Ecclesiam.
32 Regis delictum in committendo, vel omittendo præiudicat Regiæ dignitati in feudis.
33 Ecclesia non tenetur soluere laudemium taxatum à statuto.

1 Releuium † non est nomen iuris, sed ab vsu, & forma loquendi, quæ dat vocabula, formatum est, Andr. *in constit. regni incip. post mortem.* quasi releuet, & adiuuet dominũ. Vel secundum glossatorem *cõsuet. Parisien. §.33. gl.1. n.1.* dicitur potius releuamentũ, à releuando, siue soluendo, prout habetur *in l. vbi fideiussor, ff. de solut.* verbum † releuare, pro verbo soluere, & liberare, & *in l. forma, §. si verò. ff. de censib.* quod magis videtur pertinere ad feudatarium, qui tenetur ex forma fidelitatis adiuuare dominum in bonis feudi, *c.1. de noua forma fidelit.* & in † regno solutio medietatis fructuum illius anni, Andr. *in d. constit. post mortem,* Iacob. de Aiel. *in tract. de iure adohæ, n.77.* quæ medietas soluitur quotiescunque heres vasalli mortui petit renouationem inuestituræ, Afflict. *in c.1. in 1. not. versic. item est sciendum, quo tempore miles, & in c.1. nu.3. quæ sit prima causa benefic. amit.* & soluitur † tempore præstationis homagij, Afflict. *in cap.1. §. similiter, num.14. de cap. Corradi.* si verò vasallus † peteret renouationem inuestituræ ab herede directi domini iam mortui, hoc releuium non præstatur, vt docet Afflict. *in d. versic. item est sciendum, & in d. c.1. nu.3. quæ sit prima caus. benef. amit.*

6 Est igitur species † solutionis feudi in medietate consistens, cuiusmodi etiam est adoha, illud militare seruitium, quod domino feudi præstatur à vasallo tẽpore belli. Vnde si quando contingeret in † vno anno vtrumque præstari, scilicet adoham indictam Baronibus à Rege propter bellum regni, & releuium propter mortem feudatarij ab eius herede, vnica medietas præstatur, vt feudatarius habeat vnde viuere possit, Iacob. de Aiello *in d. tract. de iure adohæ, nu.77.* Quo casu fiscus habet electionem quid petat, vt docet Afflict. *in d. §. similiter, n.14. de capitul. Corradi.*

De consuetudine Franciæ soluitur † releuium, quãdocunque feudum mutat manum quocunque titulo, siue inter viuos, siue in vltima voluntate, dummodo non fiat in proximè successurum de iure, vt habetur inter *consuetud. Parisiens. in §. 22.* & Glossator interpretatur hoc §.33. 8

Cum igitur tractatur generaliter vtrum Ecclesia teneatur soluere releuium, constituendi sunt duo articuli.

Primus articulus est, quando Ecclesia est feudataria Regis in regno Neapol. & moritur Prælatus, an successor Prælatus, † ex quo tenetur petere renouationem inuestituræ à Rege, teneatur soluere releuium, & decisiuè loquendo, dico Prælatum non teneri, quam opinionem tenet Andr. primus Feudista *in d. constit. regni, incip. post mortem, & in c.1. nu.15. de cap. Corradi,* & Afflict. *in d. c.1. §. similiter, n.17. & plur. seq. eod. tit.* 9

Ratio est, quia Ecclesia † nunquam moritur, *c. libertati, 12. qu.2.* & nunquam possessio rerum Ecclesiæ dicitur vacare, etiam mortuo Prælato, ex quo ipsa possidet, secundum Bald. & alios *in l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollend. & in l. vnica, in prin. C. de caducis tollend.* Paris. *in consi.24. n.7. vol.1.* & ita vtile dominium semper remansit penes Ecclesiam. Vnde Prælatus † successor, non succedit tanquam dominus vtilis, sed tanquam procurator Ecclesiæ, *c.2. de donationib.* Ideo Ecclesia nõ tenetur fidelitatem facere, Intrigliol. *de feudis, quæst.56. num.222.* quia Ecclesia † deierare non potest, sicut pupillus, Bald. *in prælud. feud. num.57.* & ideo fidelitas præstanda erit nomine Prælati, Bald. ibidem quem sequitur Bertachi. *in suo repertorio, in ver. Ecclesia, n.206.* quia Ecclesia † non potest perdere feudum propter feloniam delicti, sed propter feloniam contractus, propter pacta non obseruata, vt ibidem Baldus, Prælatus potest committere feloniam delicti, vt notant omnes *in d. §. similiter, de cap. Corradi,* sed propter hoc delictum Ecclesia non perdit proprietatem feudi, sicut si vasallus deliquisset, Andr. *in c.1. num.21. de cap. Corradi,* Afflict. *in §. & iterum, eodem tit.* Ex his concludo; Releuium † soluitur propter inuestituræ renouationem, & nouam vtilis dominij translationem, atque fidelitatem de nouo factam, sed in Ecclesiam feudatariam statim est translatum dominium, penes quam semper est, *l. iubemus, §. scientes, & §. si quando, C. de sacrosanct. Eccles.* ergo non indiget noua translatione, neque iurat fidelitatem, & fidelitas † iuratur à Prælato, vt si delinquat, ipse perdat, non Ecclesia, Afflict. *in d. §. & iterum, gl. in consuet. Parisien. tit.1. §.30. q.14.* ergo releuium hoc casu solui non debet. Ne si fortè soluto releuio moreretur Prælatus, Ecclesia grauata, Prælatum successorem habere non posset, & ita Ecclesia plurimum læderetur. 10 11 12 13 14 15

Item releuium † præstatur de consuetudine, & contra iuris communis dispositionem, Andr. *in c.1. §. sed & res, nu.7. per quos fiat inuestit.* Bald. *in c. quæ in Ecclesiarum, de constit.* Alexand. *in consi.5. num.2. & 5. vol.5.* Iacobi. de Sancto Georgio *in sua inuest. in ver. qui quidem inuestiti, num.58.* Alber. Brun. *in cons.34. num.9. & plur. seq.* Frecc. *de subfeud. lib.3. in 3. auctorit. nu.1.* ideo est solutio † odiosa, & debet restringi, non ampliari ad Ecclesiam, vt dicit Andr. & Afflict. *in d. c.1. §. similiter, de cap. Corradi.* Nec videtur extendẽda ad Ecclesiam, † cui quando Rex concedit feudum intelligitur concedere sine præstatione seruitij militaris, Pet. Greg. *in tract. de concess. feud. part.8. q.2. vers. tertio limito.* quod 16 17 18

sequitur

sequitur Intrigliol. *de feud. qu.* 20. *num.* 24. ex qua consuetudine personalis † actio oritur, res ipsa non est affecta, Frecc. *in d.* 3. *auctorit.* Nec semper soluitur domino directo, sed multoties etiam mediato domino, Frecc. *lib.* 2. *de subfeud. quæst.* 34. sed actio personalis ex consuetudine non potest dari contra Ecclesiam, quia ad validandam consuetudinem laicorum contra Ecclesias requiritur approbatio, vel consensus Papæ, *cap.*
20 *bene quidem, distinct.* 96. Et si Prælatus semel † soluisset, intulisset præiudicium Ecclesiæ; quod facere non potuisset, Præposit. *in cap. verum, num.* 12. *de conditionib. apposit.* Abb. *in cap. verum, num.* 28. *vbi* Felin. *n.* 6. *&* 8. *de foro compet.* Gallia. *in consil.* 2. *num.* 31. vbi plures adducit Ripa *in consil.* 12. *num.* 20. *& nu.* 33. *sub tit. de diuersis rescriptis.*

Ex quo infertur, non esse veram opinionem Afflicti *in d. cap.* 1. §. *similiter, n.* 22. *& plur. seq. de ca. Corradi,* volentis, hanc opinionem non procedere, quando es-
21 set præscripta † contra Ecclesiam, puta quia Prælatus soluerit releuium, quo casu postea transacti sunt quadraginta anni, tunc Prælatus successor tam in petitorio, quàm in possessorio teneretur; si verò hoc tempus non esset decursum, tunc fiscus posset in possessorio obtinere contra Prælatum successorem, prout ad has limitationes multa congerit Afflictus, ibid. Non enim istæ limitationes procedere possunt, quia Præ-
22 latus † etiam in feudalibus non potest præiudicium inferre Ecclesiæ, And. *in c.* 1. §. *& iterum si clericus, de capit. Corradi,* quem refert, & sequitur Anna *singul.* 398. *gl. Parisiens. tit.* 1. §. 30. *nu.* 57. ergo si vnus soluerit releuium, fortè gratificando Principi, vt hodie solent Prælati obsequia facientia laicis, propter miseriam nostrorum temporum, non potuit successori, & Ecclesię suæ præiudicium facere.

23 Secundus articulus est, quando Ecclesia † iam acquisiuit vtile dominium rei feudalis, & vult illud dominium in aliquem alterum transferre, tunc ipsius alienatio transferri non potest sine consensu directi domini ipsius feudi, *l. fi. C. de iure emphyteut.* vbi Ias. &
24 cæteri notant, quo casu releuium, † quod præstatur in quibusdam partibus, rectius dici potest laudemium, à laudando dominum qui pręstat consensum, & approbat illam dominij translationem, vt habetur in gl. *in c. imperialem, §. præterea, de probib. feud. alienat. per Feder.* An igitur Ecclesia ad id teneatur, distinguo:

25 Aut loquimur de quantitate laudemij, † quæ præstatur de iure communi, & est quinquagesima, *d. l. fin.*
25 *C. de iure emphyteut.* & dico Ecclesiam teneri, † prout firmant Amedeus de Ponte *in quæstionib. laudemialib. qu.* 51. Hostiens. *in summa de locato & conduct. seu de iure emphyteutico, §. quid sit natura huius contractus, versic. & dominus nouum emphytcutam.* Specula. *in tit. de iure emphyteut. num.* 14. quam opinionem multi ex præcitatis arbitrantur veram ex tacita approbatione Summi Pontificis ex illa regula generali, quod vbi leges generales Imperatorum Canonibus non contradicunt, tunc etiam in foro Ecclesiastico obseruandæ sint, *c. si in adiutorium, & c. quoniam, distinct.* 10. & habetur *in c.* 1. *& ibi per* Io. And. *& cæteros, de noui operis*
27 *nuntiat.* Ego autem dicerem hoc dominium † vtile feudale Ecclesiæ non posse alienari sine sollemnitatibus Apostolicis, de quibus *in extrauag. ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienandis,* inter quas constare debet alienationem prædictam fieri in vtilitatem Ecclesiæ, & tunc quia per Summum Pontificem alienatio approbatur, dicerem ipsum laudemium solui potius approbante Pontifice, quàm ex promissione legum Imperialium.

Ex qua ratione potest inferri, quod illa opinio, quæ
habet, Prælato Ecclesiæ † emphyteuticariæ non sol- 28
uente canonem infra biennium, vel triennium, iuxta *d. l. fi. C. de iure emphyteut.* Ecclesiam perdere illud vtile dominium emphyteuticum sicut quilibet priuatus amitteret, secundum gl. *in auth. qui rem, in verb. repelli potest,* C. *de sacrosanct. Eccles. & ibi* Ias. & Dec. & Dd. Specul. *in tit. de locato, §. nunc aliqua, nu.* 25. *&* 26. gl. Antonius de Butr. & Doctores *in c. potuit, de locato,* Antonius de Butrio *in c. constitutus, & ibi* Abb. *nu.* 18. *de constitut.* Bald. & Fulgos. *in l. placet,* C. *de sacros. Eccles. & ibi* Ias. *in* 1. *lect. num.* 15. *& in* 2. *nu.* 18. Ias. *in l.* 2.
num. 48. C. *de iure emphyteu.* quia delictum † Prælati in 29
omittendo regulariter nocet Ecclesiæ, *l. iubemus, in prima, & ibi* Bart. C. *de sacros. Eccles.* Doctores *in c. dilectum, de reg. iur. lib.* 6. Dd. *in c.* 1. *de dolo & contumac.* Dd. *in c. dilectus, de ordine cognit.* Roman. *sing.* 270.

Quod dicta opinio non sit vera, † quia cum bona 30
Ecclesiæ non possint alienari sine sollemnitatibus, de quibus *in d. extrauag. ambitiosæ, & in c. sine exceptione,* 12. *q.* 2. ergo per non solutionem Prælati non potest alienare illud vtile dominium Ecclesiæ, & hęc est ratio Ioan. Andr. *in c. constitutus de religios. domib.* & sequitur Paris. *de reintegratione feudorum; in c.* 218. *quod incipit; an si Ecclesia teneat rem reddititiam feudi, nu.* 5.

Et contra dictam opinionem, & glossam *in d. authent. qui rem,* tenet glo. Ioan. *in l. placet,* quæ est canonizata *in c. si tributa* 16. *qu.* 1. & quando in aliquibus locis obseruaretur dicta opinio reprobata, non posset obseruari nisi durante via ipsius Prælati omittentis
solutionem canonis. Vnde mortuo † Prælato negli- 31
gente, emphyteusis ad Ecclesiam deuoluitur, Io. And. *in d. cap. constitutus, de religiosis domib.* Abb. *in capit.* 1. *numer.* 18. *de dolo & contumac.* Roman. *in dict. singul.* 270. Ripa *in repetit. l. fi. num.* 175. C. *de reuocand. donat.*
Sicut in simili propter delictum Regis † in omitten- 32
do, vel committendo pręiudicatur Regiæ dignitati in feudis concessis ipsi dignitati, quoad viuit ipse Rex delinquens tantum, & non vltra, Bald. *in l. executorem, col. fi.* C. *de execut. rei iud.* quem refert, & sequitur Præposit. *in c.* 1. *§. fin. de cap. Corradi.* Ego verò credo hoc casu, veriorem esse illam opinionē, vt post mortem huiusmodi Prælati delinquentis, non statim, & ipso iure emphyteusis deuoluta, reuertatur ad dominum, sed restituendum esse, sicut quilibet minor, cum minor, Ecclesia, & Respublica æquiparentur, *c.* 1. *de restitut. in integr.* & hanc probat Paris. *in d. c. an si Ecclesia teneat, nu.* 3.

Aut loquimur de quantitate laudemij, quæ præstanda est vigore statutorum, vt in casu Fulgosij *in consil.*
6. & tunc habeo pro absoluto, quòd † Ecclesia non 33
teneatur vigore dictorum statutorum, quia non possunt comprehendere tacitè de quibus non possunt expressè, cum aliis multis de quibus scripsi supra *in casu* 1. *& casu* 6. Neque regula *d. c.* 1. *de noui operis nuntiat.* intelligitur de statutis particularium locorum, sed de generalibus Imperatorum legibus, contra quas quælibet statuta, respectu Ecclesiæ, essent contra Ecclesiasticam libertatem, & nulla ipso iure, *d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutionibus.*

CASVS

CASVS. XVIII.

Episcopi feudatarij Regis, an in aliquibus casibus prius debeant parere Regi, quàm eorum superiori.

SVMMARIA.

1 *Episcopi feudatarij Regis, an in aliquibus casibus prius debeant parere Regi, quam eorum superiori.*

2 *Episcopum prius debere parere Regi, quam Archiepiscopo, qui teneant.*

3 *Etiamsi Rex vocaret Episcopum post vocationem factam ab Archiepiscopo.*

4 *Iudici feudi prius obediendum est, quam iudici ordinario.*

5 *Episcopus prius debet parere Regi, quam Archiepiscopo ex qualitate negotij, & prioritate vocationis.*

6 *Seruitium dicitur præoccupari per interpellationem priorem.*

7 *Seruitiorum præstandorum à vasallo proxima causa est interpellatio domini directi.*

8 *Vasallus duorum debet præstare seruitium domino prius interpellanti.*

9 *Vasallus duorum, data paritate, debet obedire prius habenti ius potentius.*

10 *Episcopus obediens prius Principi laico, quam Archiepiscopo est eiiciendus ab Ecclesia.*

11 *Episcopus non debet adire curiam Regis, vel Imperatoris sine licentia Archiepiscopi.*

12 *Rex non potest præuenire seruitium Episcopi feudatarij.*

13 *Episcopus feudatarius maiorem obedientiam debet Archiepiscopo, quam Regi.*

14 *Iuramentum semper intelligitur excipere auctoritatem superioris.*

15 *A iuramento fidelitatis semper excipitur persona antiquioris domini.*

16 *Episcopus prius est subditus Metropolitano, quam directo domino feudi.*

17 *Archiepiscopus est dux Episcoporum suæ prouinciæ.*

18 *Feudatarius prius debet obedire antiquiori domino.*

19 *Argumentum de seruis ad vasallos, cur non valeat.*

20 *Vasallus plurium tenetur vtrique seruire, alias priuatur.*

21 §. illud, de prohib. feudi alienat. per Feder. *loquitur de vasallo vasalli.*

22 *Papæ prius obediendum est, quam Regi, etiamsi postea mandet.*

23 *Etiam à Principe laico.*

24 *Regem posse præcipere Episcopis, & Abbatibus vt eant ad bellum, qui teneant.*

25 *Prælati non debent interesse in Principum curiis.*

26 *Feudum concessum Ecclesiæ, intelligitur sine onere seruitij.*

27 *Bona patrimonialia clericorum non subsunt iurisdictioni Imperatoris.*

1 SÆpissimè solent Reges vocare Episcopos † suos feudatarios, vt eis impendant consilium, vel auxilium pro conseruatione Reipublicæ, maximè instante magna regni turbatione, ideo super hoc mandato, occurrunt duo articuli.

Primus articulus est; quando Episcopus vocatur à Rege, & à Metropolitano, cui prius parere debeat?
2 Videtur imprimis † parendum esse Regi, quam Metropolitano, & ad hoc est textus *in cap. si Episcopus. distinct. 18. in versic. excepta graui infirmitate corporis, aut præceptione Regia, &c.* & ibi gloss. *in verb. præceptione,* gloss. *in verb. orationibus, in c. reprehensibile, 28. quæst. 8.* gloss. *in verb. legatione, in c. cum parati, per illum text. de appellationib.* Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. & vxorem, decis. 2. num.* 50. etiamsi Rex † vocaret Episco- 3
pum post vocationem factam ab Archiepiscopo, Innocent. *in d. c. cum parati,* quod sequitur Præposit. *ibi n. 15. versic. Innocent. hic tenet,* idem Innocent. *in c. iamdudum, de præbend.* glo. *in c. 1. de inuestit. in maritum facta,* dum dicit, quod si iudex † feudi citat aliquem su- 4
per re feudali, & ordinarius citabit eundem super alia re, præponet dominum feudi in obediendo ei potius, quam ordinario, quam glossam Baldus dicit ibi, non reperiri alibi, & idem dicit Cardinalis *in c. super literis. de rescript.* hoc etiam probat textus *in c. pastoralis, §. cum autem, de offic. delegat. in versic. à Rege, vel à Metropolitano euocati,* arguendo ab ordine literæ, vt argumentatur ibi glo. *in ver. à Rege.*

Canonistæ *in d. c. cum parati,* sequuntur Innoc. ibi, distinguentes, an prius vocauerit Rex, quam Metropolitanus. Item an negotium pro quo vocatur à Rege sit maius eo, pro quo accersitur à Metropolitano, atque concludunt Episcopum † prius teneri ire ad 5
Regem citius vocantem, præsertim si de re maiori, quam ad Archiepiscopum, qui de negotio non ita importante Episcopum suffraganeum interpellauerit, Butr. *num. 6.* Abb. *num. 8. & 9.* Ancaran. *num. 3.* Dec. *num. 26.* Collectarius *num. 1.* Addo quod per † inter- 6
pellationem priorem, is qui prius hanc interpellationem fecit, præoccupasse dicitur ius seruitij exigendi, exclusis aliis dominis, *l. si pluribus. & ibi* Bart. Alex. & Ias. *ff. de legat. 1. l. si quis à multis. ff. de noxal. actionib. l. 2. §. aduersis, & ibi gl. ff. ne quid in loco public.* Bart. *in l. naturalem, §. 1. ff. de acquiren. rerum domin. & in l. quominus, nu. 10. & ibi* Ias. *n. 57. ff. de fluminib.* Item Bart. *in d. l. si pluribus, nu. 1.* concludit, quod ad hoc vt vnus ex illis, qui aliquod lucrum simul insolidum, respectu alicuius negotij consequi poterant, ratione præoccupationis alij præferatur, sufficiat, quod is hoc negotium, vel inceperit, vel ad id peruenerit, quod est causa proxima illius negotij, sed causa proxima seruitiorum præstandorum † à vasallo domino est interpel- 7
latio siue requisitio domini feudi, *c. 1. in princip. & ibi* Andr. *num. 5.* Bald. Aluarot. & Præposit. *num. 2.* Affl. *num. 26. de noua form. fidelit. c. 1. §. licet, & ibi Afflict. si de feudo defuncti contentio sit. c. 1. §. fi. an ille qui interfecerit fratrem domini sui.* ergo dominus feudi, qui prius interpellauit seruitium, debet aliis quibuscunque præferri. Et quod primo domino † interpellanti vasallus 8
debeat præstare seruitia, videndus Afflict. *in cap. 1. in prin. num. 57. quibus modis feudum amittat.* Iacobin. de Sancto Georgio *in sua inuestitura, verb. & promiserunt, num. 11.* And. *in c. 1. §. omnes filij, num. 5. si de feudo defuncti contentio sit, &c.* gl. *in l. ciues, in verb. incolas. C. de incol. lib. 10.* disputat de subiecto pluribus ciuitatibus, si eodem tempore vocatur † ab illis ad munera 9
realia, vel personalia, cui parendum sit, decidit parendum esse habenti ius potentius, ratione præuentionis, pro quo videndus Roman. *in consi. 47. visis necessariis,* qui adducit multa similia ad hoc, etiam de eo, qui erat ligius duorum.

Ego autem in hoc casu arbitror imprimis aduertenda esse verba concilij Antiocheni *c. 11.* relata *in cap. si quis Episcopus, 23. quæst. 8. Si quis Episcopus † aut pres-* 10
byter, aut omnis omnino, qui est sub Ecclesiastica regula constitutus,

*constitutus, præter consilium, vel literas eorum Episcopo-
rum, qui sunt intra prouinciam: & maximè Metropolita-
ni, ad Imperatorem perrexerit, hunc abdicari, & eiici non
solùm de communione debere, sed etiam propria dignita-
te priuari, &c.*

Quem textum gloss. *ibi in verbi perrexit.* inducit ad
probandum contra eum Episcopum, qui neglecto suo
superiore, & sine literis sui superioris, it ad Imperato-
rem & Principem laicum. Sic etiam inducit Rebuff.
super *concordatis Galliæ, in tit. de collationibus, §. 1. vers.*
11 *& nullus Episcopis* † *curiam Regis, vel Imperatoris abs-
que facultate, aut licentia Archiepiscopi adire debet*, &
ibi reprehenduntur Gallicani Episcopi, qui non ser-
uant illam constitutionem: Ex cuius textus litera &
inductione præfata, potest facillimè responderi *ad d.
c. si Episcopus, dist.* 18. cum similibus, & ad omnes glos-
sas, & Dd. illam opinionem absque hac distinctione
affirmantes, vt procedat, quotiescunque Episcopus
feudatarius vocatus à Rege, & à Metropolitano it ad
Regem de licentia Metropolitani, vt iura iuribus cō-
cordentur, & hoc probatur per text. *in d. c. cùm parati,
de appellat.* ibi enim Episcopus, qui erat in legatione
Regis, vocatus à legato Papæ, venire contempsit, pro-
pterea in contumaciam fuit ab eodem legato excom-
municatus, appellauit Episcopus ad sedem Apostoli-
cam, Summus Pontifex mandat, vt se iustificet per nū-
tium, nec cogit ad veniendum Romam, tacitè igitur
permittit adesse in seruitio Regis.

Ex quo licet necessariò inferre non esse veram illā
12 rationem, quod ratione præuentionis † Regis, debeat
prius Regi, quàm Metropolitano obedire, quia in ca-
su *d. c. cùm parati*, erat iam in seruitio, & fuit vocatus à
legato Papæ, & non obediens, excommunicatus est.
Item concludendum est, magis tenere obedire suo
13 Metropolitano, † quàm Regi, etiam directo domino
feudi, quia maiorem obedientiam debet Archiepisco-
po, & maius vinculum est spirituale, quàm temporale,
c. solitæ, de maiorit. & obed. & propter istam rationem
Hostiens. indistinctè firmat hanc opinionem, relatus
à Butrio *in d. c. cùm parati, numer. 6. vers. per hoc conclu-
dendum.*

14 Neque obstat iuramentum † fidelitatis factum dire-
cto domino, quia semper intelligitur excepta aucto-
ritas sui superioris, *c. veniens, & ibi* Abb. *de iureiur. l. fi.
in princ. & ibi* Bartol. *ff. ad municipal.* facit, quod notat
Io. Andr. *in c. in malis, de reg. iuris, li. 6.* de filio, qui iu-
rauit non recedere à studio, nisi solutis creditoribus,
& tamen si accersitus à patre, recesserit, cui obedire te-
nebatur, non incidit in periurium, & latius per Dec.
15 *in d. c. cùm parati, n. 17. de appellat.* Imò in omni † iura-
mento fidelitatis tacitè excipitur persona antiquioris
domini, *c. 1. §. contra omnes, hic finitur lex Corradi, c. 1. §.
satis bene. & ibi* Aluarot. Præposit. & Afflict. *de probib.
feudi alienat. per Lotharium, gl. 1. & ibi* Aluar. Præpo-
sit. & Afflict. *de noua forma fidelit.* & negari non po-
16 test, quin Episcopus † prius sit subditus Metropolita-
no, quàm Principi directo domino feudi, & Archiepi-
scopo etiam debentur eadem obsequia, & seruitia,
17 quæ directo domino feudi, quia ipse est Dux † Episco-
porum suæ prouinciæ, vt latius scripsi supra *in 2. part.
c. 50.*

Quo casu habet locum receptissima illa opinio in
18 feudalibus, vt prius sit obediendum † antiquiori, quā
nouo domino, *cap. fin. hic finitur lex, deinde consuetud.
incip. & §. illud, de probibit. alienat. feud. per Federic. in
versicul. nisi pro seruitio alterius domini sui hoc fecerit,
quem sine fraude ante habuerit, &c.* Iacobin. de Sancto
Georgio *in tract. de feudis, in verb. & promiserunt, n. 11.*
Afflict. *in c. 1. in prin. num. 56. quibus modis feudum amit-
tatur*, Bald. *in l. in operis. in 29. argumento illius textus,
ff. locati*, Alexand. *in l. si filiofamilias, §. fin. numer. 16. ff.
solut. matrimonio.* Tiraquell. *in tract. de primog. in præ-
fat. nu. 196. & seq.*

Neque obstat tex. *in l. si quis in graui, §. si cum omnes,
ff. ad Syllanian.* vbi si serui vxoris potius eligant sub-
uenire domino quàm dominæ, excusantur, quamuis
vxor sit antiquior. Primo, quia non valet † argu- 19
mentum de seruis ad vasallos, quia vasalli ex fide sunt
obligati, serui autem non, Andr. *in cap. 1. quibus modis
feudum amittatur*, Cardinalis Alexand. *in §. si à morte,
de alienat. feud. patern.* nullum enim maius vinculum
iuramento est. Secundo dico, quod ex *dict. §. si cum o-
mnes, in versic. & magis est*, Iurisconsultus vult, seruos
teneri tam domino, quàm dominæ opem ferre, si o-
mnibus possunt, corpore vni, alteri voce; vel vni cor-
pore, alteri ex bonis, aut alio modo succurrere, alio-
quin non excusatur, & quando valeret argumentum,
idem de vasallo † plurium dici deberet, vt teneatur 20
vtrique succurrere, alioquin feudo priuari potest, se-
cundum casum *capit. 1. quibus modis feudum amitta-
tur.* Neque liberabitur, si circa alterum domino-
rum dixerit se esse implicitum, qui vtrique faciliter
succurrere potest, quod si non posset, rectius proce-
deret illa opinio, vt succurreret antiquiori. Et firman-
do hanc opinionem pro veritate, non obstaret text.
in §. † illud. de probib. feud. aliena. per Fed. quia loquitur 21
de vasallo vasalli, neque text. *in §. fin. hic finitur lex. &c.*
quia vasallus à posteriore domino requisitus non
erat, cum antiquior dominus illum vocauit, vt auxi-
lio illi esset, sed *dict. §. si cum omnes*, loquitur, quando
seruus duorum dominorum requiritur ab vtroque,
vt eos adiuuet, & liberet ab his, qui vim inferre vo-
lunt.

Ex prædictis infertur errare dicentes prius esse o-
bediendum, quàm Papæ, etiamsi Papa † postea vo- 22
cet, & mandet venire Episcopum feudatarium ad
sedem Apostolicam, quia sine causa non possent im-
pedire, vt Prælatus non teneatur obedire Principi se-
culari, *clem. pastoralis, de re iudicata*, Innocent. *in c. cum
inter, de renuntiat.* Abb. *in cap. cum parati, numero. 9.*
& ita insistebant quidam Prælati æstimati doctissimi
defensores iurisdictionis temporalis. Sed non mirum,
quia legimus Diuum Petrum in atrio Principis Chri-
stum negasse. Est autem falsa opinio, quia vt dicit gl.
in dict. cap. cum parati, si concurrit mandatum Regis
cum mandato Papæ, relictis retibus obediendum est
Papæ, exemplo Petri, Lucę *c. 5.* & hanc etiam tenet In-
nocent. ibi, tum ratione iurisdictionis, tum ratione
honoris, & sequitur Ant. de Butr. *ibid. num. 6. in fin.* &
cæteri omnes gloss. *in d. c. reprehensibile, 23. qu. 8.* per il-
lum tex. & *in c. qui resistit, 11. qu. 3.* gl. *in d. c. pastoralis, §.
cum autem, & ibi latè* Felin. *n. 26. & plur. seq. de offic. de-
legat.* & in dubio semper est obediendum Papæ, † e-
tiam à Principe seculari, vt probat latè Immola *in d. c. 23
cum parati*, & apostilla ad Felin. *in d. c. pastoralis, §. cum
autem, de offi. delegat.*

Secundus articulus est, cum Rex † præcipit Epi- 24
scopis, & Abbatibus sui regni, vt eant ad bellum, an
obedire debeant. Partem affirmatiuam expressè fir-
mauit Lancellot. Corradus *in suo templo iudicum. li. 1.
cap. 2. de Rege, §. 3. num. 9. in fin.* pro quo allegat Petr. de
Antibold. *in tract. de muner. & honor. part. 3. nu. 97.* sed

illa

ille non firmat eius opinionem, quia subdit posse Episcopos & Abbates feudatarios seruire per substitutos. Mouetur etiam Corradus, quia Episcopi, & Abbates in temporalibus subsunt Regi, & ei obedire tenentur. Addo ad hoc Cornelium Benincas. *in tract. de paupertate, quæst. 8. nu. 67.* Petrus de Monte *in tract. de potestate Pontific. in tit. de Imperatoriæ maiestatis origine, §. quarto quæro, n. 2.* Ioan. Ardizon. *in tract. de nobilitate Hispaniæ, c. 3. nu. 14.*

25 Hæc opinio delenda esset, ne Prælatis † occasio daretur, qui in Principum curiis interesse malunt, quàm in clero, contra quos textus *in c. Episcopus, dist. 88.* dicit, *Episcopus, aut Sacerdos nequaquam seculi curas assumant, sin aliter, deiiciantur*, Lucas de Penna *in l. militis, col. 2. C. de re militari, lib. 12.* & Gaguinus *in vita Caroli VI. Regis Francorum*, ait nonnunquam in Francia compertum esse, plus damni in Rempublicam inuehi, dum Sacerdotis consilio res agitur, quàm cum prudens aliquis ex seculi nobilitate rebus agendis præficitur. Ille enim, nescio qua insatiabili ambitione, omnia sibi vendicat, hic populi misertus, & communitatis, detrimentum esse ratus Reipublicæ, vt potest, consulit.

Neque Episcopi, vel Abbates feudatarij sunt obligati in bello seruire, vt scripsi supra *casu 1.* ad intellectum *c. peruenit, de immunit. Eccles.* & quando Rex con-
26 cedit feudum † Ecclesiæ, intelligitur concedere sine onere seruitij militaris, & quando ex pacto tenerentur, Canonicè facto, possent per substitutum seruire, vt latius obfirmauimus supra in casu præcedenti. Ne-
27 que bona etiam patrimonialia † clericorum subsunt iurisdictioni Imperatoris, vel aliorum Principum secularium, sed gaudent eisdem priuilegiis, quibus gaudet Ecclesia, vt latè etiam scripsi supra in *casu 6.* secundum communem opinionem.

CASVS XIX.

Leges Imperatorum, & aliorum Principum, an in aliquibus casibus, in quibus nihil est dispositum de iure Canonico, & Canonicis sanctionibus non obuiant, sint seruandæ in foro Ecclesiastico.

SVMMARIA.

1 *Leges Imperatorum quando sint obseruandæ etiam in foro Ecclesiastico.*
2 *Leges Imperatorum esse obseruandas, quando sunt confirmatæ de iure Canonico.*
3 *Lex ciuilis videtur approbata, si non contradicat iuri Canonico.*
4 *Ius ciuile non est seruandũ in foro Ecclesiastico, quando obuiat principiis æquitatis, & iuris Canonici.*
5 L. quoties, C. de rei vendic. *non habet locum in venditione facta Ecclesiæ.*
6 *Dominium statim transfertur in Ecclesiam ex contractu, sine traditione.*
7 *Ius ciuile continens rigorem, non est seruandum in foro Ecclesiastico.*
8 *Etiamsi non reprobetur ab Ecclesia, neque contineat peccatum.*
9 *Clerici in foro Ecclesiastico non puniuntur pœnis legalibus.*
10 *Ob æquitatem seruandam receditur à regulis iuris communis.*
11 *Statuta laicorum nunquam sunt seruanda in foro Ecclesiastico.*
12 *Statutorũ obseruantia probatur, si fuerint vsu recepta.*
13 *Et vsus debet probari etiam ab eo, qui se fundat in statuto.*
14 *Statuta laicorum non possunt vsu recipi ab Ecclesiasticis.*
15 *Vsus, & consuetudo laicorum non potest præiudicium facere Ecclesiasticis, & num. 20.*
16 *Constitutiones Regum faciunt ius commune in eorum regnis.*
17 *Lex non dicitur approbata, nisi fuerit vsu recepta.*
18 *Neque obligat, nisi fuerit vsu recepta.*
19 *Constitutiones quomodo differant à statutis, quantum ad vsum.*
21 *Ius commune Romanorum fuit specialiter approbatum à Papa.*
22 *Confirmatio generalis Papæ non trahitur ad leges contra libertatem Ecclesiæ.*
23 *Leges cæterorum Principum non comprehenduntur sub approbatione* c. 1. de operis nuntiatione.

Leges † Imperatorum etiam in foro Ecclesiastico militant, si iuri Canonico non obuiant, neque Canonicis sanctionibus, per text. *in c. 1. & 2. distin. 10.* & notat gl. *in ver. adiuuantur.* per illum tex. *in c. 1. de noui operis nuntiat.* & ibi omnes Canonistæ. Bal. *in consi. 30. vol. 1. & cons. 135. articulus, in fi. & cons. 397. col. 2. vol. 3.* Alexan. *in consi. 122. n. 7. vol. 5.* Rebuff. *in proœm. concordatorum Franciæ, gl. 2. vers. quarto limita, n. 72.* Maranta *disputat. 8. nu. 47. vers. ad decimum*, Couar. *pract. qu. c. 8. nu. 5. vers. nihilominus.* 1

Quæ opinio licet secundum Decium † in *c. Ecclesia sanctæ Mariæ n. 107. de cõstitutionib.* intelligatur solum de illis casibus decisis de iure ciuili, & confirmatis per ius Canonicum, quia aliter semper deest potestas, & iurisdictio, & etiamsi essent ad bonum publicum, & commune clericorum, & laicorum, non valerent, vt latè scripsi supra *in 1. casu.* Tamen, vt dicit Decius ibidem, ne vniuersalis machina huius materiæ alteretur, concludendum est, quod lex † ciuilis Imperialis approbata videatur, si non contradicat iuri Canonico, & fauorabilis existat. Propterea hanc opinionem esse intelligendam cum multis declarationibus, scribunt Felin. *in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, à n. 38. infra per multas columnas*, & Capra *in suo tract. regular. reg. 4. & reg. 15.* 2 3

Sed quantum pertinet ad materiam nostri tractatus, arbitror posse constitui ad plures articulos.

Primus articulus est, quando leges † Imperatorum non contradicunt iuri Canonico, neque eius principiis, sed impugnant priuilegia concessa Ecclesiis de iure ciuili, quo casu ipsum ius ciuile nullo modo est seruãdum in foro Ecclesiastico, exemplum est in materia *legis, † quoties, C. de rei vendicat.* quæ non habet locum in venditione facta Ecclesiæ, vt firmant Hostiens. Io. Andr. & cæteri *in c. continebatur, de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capit.* Roman. *in authent. similiter, in 12. speciali piæ causæ, C. ad legem Falcidiam, & in consi. 298. col. fi.* & Alexand. *consi. 83. volum. 7.* Socin. *regula 118. fallent. 8.* Marsil. *in l. qui duobus, in 2. fallent. ff. ad legem Corneliam de fals.* & ratio est, quia cũ dominium † statim transferatur ex contractu in Ecclesiam, sine aliqua translatione possessionis, *l. vt inter diuinum. C. de sacros. Eccles.* Aretin. *in §. per traditionem, Instit. de rerum diuis.* dicta lex quoties. non potest 4 5 6

habere

habere locum in præiudicium huius priuilegij, quicquid dixerit Iaſ. *in d. l. quoties, in 7. limitatione.* & Marſilius ſibi contrarius *in ſingulari* 82. quorum opinio ſecundùm aliquos poſſet procedere, quando Eccleſia venderet duobus priuatis, & ſecundo daret poſſeſſionem, de quo caſu non loquimur, qui non infringit priuilegium eccleſiæ, quod ſtatim, & eo ipſo quod eccleſiis conceſſum eſt de iure ciuili, ab eodem reuocari non poteſt, vt eſt receptiſſima ſententia omnium *in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ.* tanto minus poteſt præſumi tacitè reuocatum.

7 Secundus articulus eſt, quando leges † imperiales non contradicunt expreſsè iuri canonico, ſed tacitè, puta quia continent ſummum rigorem, qui repugnat æquitati canonicæ, quæ eſt principium & fundamentum huius iuris, vt notant Doct. *in c. 1. de pactis.* tunc in foro Eccleſiaſtico obſeruandæ non ſunt, ad hoc eſt tex. *in c. filius, de teſtam.* vbi Abb. *n. 3.* dicit eſſe textum mirabilem ad hoc, quod vbi ius ciuile expreſsè non

8 reprobatur † ab Eccleſia, neque continet peccatum in ſe, ſi tamen continet ſummum rigorem, tunc non eſt ſeruandum in foro eccleſiaſtico, licet expreſsè non prohibeatur, quem ſequitur Felyn. *in d. c. eccleſia ſan-*

9 *ctæ Mariæ n. 52.* Ideo † clerici in foro eccleſiaſtico non puniuntur pœnis legalibus, *c. ad reprimendam. & ibi* Innoc. *de offic. iudic. ordinar.* Steph. Aufrer. *in clem. 1. de*

10 *offic. ordin. q. 5. n. 107.* & propter æquitatem † receditur à iure communi, *c. Scæuola. ff. ad Trebell. l. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. l. 2. §. item Varus. ff. de aqua pluu. arcend. l. ſi tibi, ff. de donationib.* & tunc inſequenda erit opinio Doctorum, etiam ſi ſolus inueniretur, qui ſecundùm æquitatem decider caſum, vt latiùs ſcripſi in mea methodo iudicandi & conſulendi, titulo De conſtitutione legitima ſuper Doctorum opinionibus.

Tertius articulus eſt, quando loquimur de ſtatutis,

11 † & tunc ſiue ſimus in primo, ſiue in ſecundo caſu, nũquam ſtatuta ſunt obſeruanda in foro eccleſiaſtico: neque de eis poteſt intelligi textus *in d. c. 1. de noui operis*

12 *nuntiat.* Quia ad ſtatutorum † obſeruantiam requiritur; quod ſint vſu recepta, & moribus vtentium approbata ſecundùm magis communem opinionem, de qua per Roland. *in conſ. 99. nu. 5. & 6. vol. 1.* Auiles *in c. 17. prætor. in gloſſa proueer ſobre ello.* Afflict. *in præludiis*

13 *Constitutionum regni, q. 3. nu. 3.* & vſus debet † probari per eum, qui ſe fundat in ſtatuto, vt per Auil. in loco citato, & latius per Io. Guttier. *in tract. de contractibus iuratis, c. 38. n. 9. & 10.* ſed à clericis non poſſunt vſu re-

14 cipi, † cùm eorum forus ſit de iure diuino, cui renunciare non poſſunt, *c. ſi diligenti. §. fin. de foro compet.* &

15 ſæpius dixi ſupra latius, & vſus † & conſuetudo laicorum non potuit præiudicare clericis & eccleſiæ, *c. bene quidem, diſt. 96.* ſed *d. c. 1. de noui oper. nuntiat.* loquitur de legibus approbatis per Imperatores vſu receptis à populis, & exiſtentibus in viridi obſeruantia.

Quartus articulus eſt, quando loquimur de conſti-

16 tutionibus † Regum, quæ faciunt ius commune in eorum regnis, vt per Andr. & Afflict. *in proœm. conſtit. regni.* & per Couar. *in li. pract. q. c. 8. n. 5. verſ. ergo lex regia.* idem dicendum eſt, quod diximus in tertio caſu,

17 per eandem rationem, quia nec lex † dicitur approbata, niſi fuerit recepta, & licet ſemper dicantur in viridi obſeruantia, *l. Arriani, C. de hæretic.* tamen tunc dicũtur inſtitui, confirmari, & approbari, cum moribus vtentium comprobantur, vt ait tex. *in c. in iſtis, §. leges,*

18 *diſt. 4.* ea enim intentione datur lex, vt non aliter † obliget, niſi vſu recipiatur, prout eſt communis opinio, de qua per Couar. *in li. 2. var. reſol. c. 16. nu. 6. verſ. quinto.* & latius per Dominic. Soto *de iuſtitia & iure, lib. 1. q. 1. art. 4.* Cæpoll. *in conſ. criminal. 13. per totum.* & licet iſtæ conſtitutiones † differant à ſtatutis, quia ſemper 19
præſumuntur in obſeruantia, quando ſunt receptæ, & qui vult dicere contrarium, debet probare, ſed ſtatuta debent probari eſſe recepta, & per vſum approbata, vt latius per Guttier. *in d. c. 48. n. 10.*

Tamen quantum pertinet ad hunc caſum, quando recipiuntur † à populo, non poteſt fieri præiudicium 20
eccleſiæ, vt ſecundùm eas debeat iudicari in foro eccleſiaſtico, iuxta *d. c. 1.* Nec eſt eadem ratio de legibus Imperialibus, quæ ſemper fuerunt receptæ, & vſu approbatæ, etiam antequam in ſupradictis caſibus approbarentur per ſummum Pontificem, *in d. c. 1. de noui oper. nuntiat.* Item quia ius † commune Romanorum 21
fuit ſpecialius approbatum & confirmatum per ſummum Pontificem, ſiquidem ſtatuto Romano diſpoſitum eſt, vt ius commune Romanorum obſeruetur Romæ inter ciues Romanos, dictaque ſtatuta fuerunt ſpecialiter confirmata per Papam, (quo caſu dicta cõfirmatio † non trahitur ad leges contra eccleſiaſticam 22
libertatem, & iniuſtas, Felyn. *in c. ad noſtram, n. 4. de probationib. & in c. cùm veniſſet, n. 2. de teſtib. & in c. ex parte, n. 38. de reſcript.* Bald. *in conſi. 336. vol. 3.* Roland. *in d. conſi. 29. n. 32. & ſeq. vſque ad nu. 36. vol. 1.* Socin. iun. *in conſ. 32. n. 43. vol. 3.*) ergo præſumitur ſummum Pontificem certam illarum legum Romanarum notitiam habuiſſe, quæ ad obſeruantiam in foro conſcientiæ obligabant, quas non dedignatur ſequi in foro eccleſiaſtico, vt dicit *in d. c. 1. de noui oper. nuntiat.* Non † eſt ſic 23
de cæteris per Reges, & alios Principes abſolutos ipſarum conditores, propterea venire non poſſunt ſub ea generali approbatione, *d. c. 1. de noui oper. nuntiat.* Nec ſufficit approbatio Prælati inferioris à Papa, Abb. *in d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, n. 5. in 2. lect. de conſtit.*

CASVS XX.

Statutum, quod finita linea non fiant inueſtituræ ſtantibus heredibus defuncti, non comprehendit emphyteuſes eccleſiæ. Et de doctrina Bartoli *in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æſtiua.* an comprehendat eccleſias?

SVMMARIA.

1 *Inueſtituræ reuocatio poteſt peti à deſcendentibus, vel tranſuerſalibus, etiam finita linea.*

2 *Statutum vt finita linea non fiant inueſtituræ, comprehendere feuda & emphyteuſes eccleſiæ, qui teneant, & n. 6. Contrarium n. 7.*

3 *Inueſtitura non facta agnatis finita linea, dicitur illis fieri iniuria, & poſſunt appellare.*

4 *Opinio fundata in æquitate, magis militat in eccleſia.*

5 *Dominium vtile emphyteuſis eccleſiæ eſt ſub iuriſdictione ſecularium.*

8 *Statuta laicorum contra ius canonicum ſunt nulla ipſo iure.*

9 *Dictio liberè excludit omne impedimentum.*

10 *Hæredes vltimi decidentis quando ſunt inueſtiendi.*

11 *Damnum non ſolum prouenit ex diminutione rerum, ſed ex diminutione voluntatis.*

QVia finita linea, ad quam fuerat concessum feudum, vel emphyteusis, possunt tam descenden-
1 tes, † quàm transuersales petere renouationem ipsius inuestituræ, prout de transuersalibus consuluit Dec. *in cons.131.col.fi.vers.& quamuis Bartol.* quam dicit esse certiorem opinionem Clar. *in §. emphyteusis 5, qu.43. vers.mihi magis placet opinio Decij,&c.* Ideo soliti sunt statuentes sibi prouidere, atque condere, vt stantibus heredibus defuncti non fiant inuestituræ. Ad euacuationem cuius statuti constituo plures articulos.
2 Primus articulus est, an hoc statutum † comprehendat feuda & emphyteuses ecclesiasticas. Partem affirmatiuam tenet Bouius *in tract.de statutaria vrbis præscriptione, glossa 19.nu.209.* qui dicit ita fuisse decisum per Reuerendissimos Dominos meos de Rota vrbis, citans ad hoc duas decisiones, quas inuenire non potui. Pro cuius fundamento potest induci illa opinio, quod finita † emphyteusi ob lineam extinctam, si non 3
fiat inuestitura descendentibus, vel etiam agnatis, dicitur illis fieri iniuria, & possunt appellare, gloss. singul.&ibi Bart. *in l.1.§.permittitur.ff.de aqua quotidian. & æstiua.* Idem Bart. *in l.1.ff.de priuileg.credit. & ibi latissimè* Ripa *n.6.& 7.* Bart. *in l.si mihi,& Titio, circa fin. ff.de verb.oblig.* Cuius doctrinam esse communiter receptam testatur Clar. *in §.emphyteusis, q.43. vbi multos congerit in vers.sed quæro.* Gozad. *in cons.80.n.24.* testatur communem in emphyteusi ecclesiastica, Anchar. *in cons.173.* vbi loquitur de episcopo, & sic de feudo ecclesiæ, Decius *in cons.131.& cons.78.& cons.328.* qui dicit, hoc procedere etiam si ecclesia noluerit alium inuestire, sed pro se retinere. Et mouentur omnes præfati Doctores: nam cùm hæc opinio † sit fundata in æ- 4
quitate, magis ista militant in ecclesia. Et ita est casus decisus per Franch. *decis.Neapolit.123.* qui sub *n.1.* referendo Curtium *in cons.48.super controuersia.* dicit, ita sentire totam iurisprudentiam. Item confirmari potest altera opinione, quæ magis communis est, quod scilicet † dominium vtile emphyteusis ecclesiasticæ sit 5
sub iurisdictione seculari, vt testatur Bursat. *in consil. 255.n.23.& seq.* & ideo statutum de quo agitur comprehendet etiam bona ecclesiæ, † ex notatis per Beccium *in cons.3.nu.49.& nu.62.* & generaliter quod valeant statuta super vtili dominio rei ecclesiasticæ, Riminald.iun. *in cons.447.vol.4.* 6

Contraria † opinio est verior, vt hoc statutum nullo modo comprehendat feuda, & emphyteuses ecclesiæ, siquidem regula est, statuta † laicorum contra ius canonicum sunt nulla ipso iure, vt omnes disputant *in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.* sed de iure canonico est casus *in c.2.in 1.responso, de feudis.* vbi feudo deuoluto ad ecclesiam ob mortem vasalli, summus Pontifex mandat Prælato, vt liberè possit illud alteri concedere, sed de natura dictionis *liberè*, † est excludere omne impedimentum, & omnem alterius requisitionem, *cap. de multa.& ibi* Abb. *de præben.* Abb. *in c.statuimus, per illum tex.de reg.iur.* Dec. *in consil.197.col.fin.prope finem.* Gomes. *super regul.Cancellariæ, in regula impetrandis beneficiis vacantibus per obitum Cardinalis, q.8.n.5.* Plotus *de in lit.iurand.§.2.n.18.* Menoch. *de arbitrariis, q.7. nu.34.& plur.seq.* qui alios citant. Alberic. *in dictionario, in ver.liberè.* Quicquid dixerit Ripa *in l.1.n.7.in fin. ff.de priuil.credit.* ad intellectum *d.c.2. de feudis.* quod non tangit illum tex. neque allegata per eum aliquid faciunt. 7 8 9

Præterea licet in feudalibus satis consideretur interesse, & vtile respectu domini, vt *cap.1.de prohib.feudi aliena.per Lotharium. & c.imperialem, de prohi.feud. alien.per Feder.* propter quod interesse, qui tenent hoc statutum valere, declarant procedere, quando heredes † vltimi decedentis offerrent illud idem pretium, 10
quod offerunt alij extranei, ex dictis per Ripam *in dicta lege 1.numer.13.de priuileg.credit.& in tractatu de remediis præseruatiuis contra pestem, colu.final.* Immol. *in consilio 38. in casu præmisso.* Tamen hæc causa in feudalibus non sufficit, quia operationes nostræ nedum damno † nos afficiunt, si tendunt in diminutionem rerum, sed etiam si tendunt in diminutio-
nem

nem voluntatis, vt docet Andr. *in c.1.§.præterea, de capit. Corradi. & in d.c. imperialem, col.1. in fi. & col.2. & 3.* per textum quem allegat *in l.si.ff.de vsu, & habit.* vbi est casus de hoc. Ius ciuile damnum solum considerat,
12 *l. diligenter, ff. mandati.* Leges † feudorum considerant etiam interesse voluntatis. Vnde textus *in c.1. de duob. fratrib.* dicit, quod licet habeamus vtilitatem rei, non ex ea causa debet dari feudum vasallo, quem dominus non elegerit, ne fortè sit suus inimicus, vel odiosus domino, propterea non placeat sibi rem suam ad illum peruenire, prout latius Camerarius *in d.c. imperialem, fol.5.* docet. Quamobrem † si statutum hoc
13 arctaret Ecclesiam ad inuestiendum heredes defuncti pro eodem pretio, posset pati prædicta incommoda, & ita esset directo contra libertatem ecclesiasticam, quia eius iura infringerentur.

14 Et opinio Bartoli *in d.§.† permittitur.* simpliciter considerata, habet multos contradictores, Baldus *in rubric. de appellat. & l.1 imperator. ff. de pact. & in repet. l. quid ergo, §. pœna grauior ff. de his qui not. infam.* Rom. *in l. etiam, in princip. ff. solut. matrim. & in consi.70.* Fulgos. *in consi.222. nobilis quidam.* Castren. *in cons.32. vol. 1.* dicens, quod malè loquitur Bart. quos citat, & sequitur Gozadin. *in consi.39. nu.17.* Afflict. *decis.392.* & nos induximus ad ostendendum, quod plerunque Doctores faciunt sicut aues, seipsas insequentes, nec considerantes præiudicium ecclesiæ, firmant hanc opinionem non habere contradictorem, dicentes, quod contrarium asserere, esset destruere totam iuris prudentiam.

15 Neque potest † dicta opinio procedere in feudis, & emphyteusi ecclesiæ. Primo, quia iura feudorum, & emphyteusis ligant ecclesias, in quantum sunt approbata de iure canonico, vt diximus supra *in casu 16.* & iste casus non est approbatus, sed aliter decisus per *d.c.2. de feudis.* Item regula *c.1. de noui operis nuntiat.* neque potest applicari ex his quæ diximus supra in casu præcedenti: nam quando iura ciuilia obuiant decisionibus Imperialibus factis ad fauorem ecclesiæ non recipiuntur de iure canonico, sed iure ciuili speciali-
16 ter sancitum est, vt emphyteusis † ecclesiæ non possit concedi vltra tertiam generationem, *§. emphyteusim, & §. neque illud, in auth. de non alienand.* de cuius textus intellectu, latè scribit Ludouic. Gozadi. *in cons.39. num.18. & seq.* ergo non posset dicta opinio Bartoli, & Ciuilistarum recipi contra ecclesiam, ex quo textu inferre licet, quod si non valet pactum, per quod emphyteusis ecclesiæ conceditur vltra tertiam generationem, vt *in d.§. neque illud.* & ibi not. Angel. Immol. *in l. quod dicitur, in fin. ff. de verb. oblig.* multo mi-
17 nus potest cogi Prælatus † ad renouandum, quia nemo cogitur ad id, quod iure reprobatur. Quam rationem aduertit Ripa *in d.l.1.n.7. ff. de priuileg. cred.* & tamen sequitur contrariam opinionem illi non respondendo, quasi liceat sequi opinionem aliorum contra ecclesiam sine fundamento. Neque illa æquitas considerata à Bartolo militat in ecclesia, quia primus gradus æquitatis est pro ecclesia, *l. sunt personæ. ff. de religiosis.* per quem textum ita probat Oldendorpius *in tract. de iure & æquitate, cap.7.* nec æquitas Bar-
18 toli † est in consideratione, stante iure scripto, vt diximus esse casum *in d.c.2. de feudis.* Neque statutum lai-
19 corum † valet super hoc vtili dominio, quamuis valeat in materia successionis, de qua loquuntur citati Doctores, quia hoc fit ecclesia permittente, quæ à principio cogitauit in genere de successoribus rei concessæ, qui postea declarantur per ius ciuile, & ita valet illud statutum, sed in casu de quo agitur esset statuere contra voluntatem ecclesiæ, vt inuestiretur vel odiosus, vel non aliter vtilis, & ita contra ipsius libertatem, vt probaui.

Quibus resolutis apparet, meliorem sententiam obfirmasse eos, qui contrariam opinionem insectantur, videlicet statutum † huiusmodi ecclesias, & ea- 20
rum bona nullo modo complecti, & hanc sequuntur Io. Andr. *in c. continebatur, de his quæ fiunt à prælat. sine consensu Cap.* Alex. *in l. si mihi, & Titio, n.19. vers. putarem in isto dubitabili passu ff. de verb. oblig.* vbi hanc tenent Immol. & Aretin. & dicit Alex. ibi, quod in emphyteusi ecclesiastica † procedit opinio Immolæ, & a- 21
liorum contra Bart. contra quem latius probat Gozadin. *in consi.39. n.18. vers. tertio etsi vera esset, & in consi. 71. n.5.* Socin. iun. *in consi.9. n.12. vol.3.* Roman. *in consi. 70. visis themate, &c. n.3. vers. vel secundo aliter.* Fulgo. *in cons.222. nobilis quidam.* & Soc. *in d. consi.9. nu.12. in fine.* dicit, posito quod contraria opinio sit communior, quod ipse non audet affirmare, tamen hanc dicit esse de iure veriorem. Et Barbat. *in cap.1. col. penultim. de locato.* dicit hanc esse de iure veriorem, idem dicit *in cap.2. colum.2. versicul. pondera istum textum, de feudis.*

Ex quo licet inferre, quod non bene Doctores nostrates dicunt *in decis. Neapolit.406. nu.20.* textum *in l. congruit, † C. de locat. præd. ciuil.* quem inducit Ripa *in* 22
d.l.1.n.7. pro hac materia, habere locum etiam contra ecclesiam. Quia ibi loquitur de fisco, & regula quod fiscus, & ecclesia à pari procedunt in priuilegiis, fallit in multis, vt dixi superius. Item quia in dubio contra fiscum, *l. non dubium, ff. de iure fisci.* sed in dubio pro ecclesia, *d.l. sunt personæ, ff. de religiosis.* Imo omnia supradicta, quæ contra hoc statutum dicta sunt, militant etiam contra dispositionem *d.l. congruit.* quando contra ecclesiam induceretur.

Secundus articulus est, quando loquimur de feudo, vel emphyteusi hereditaria, transeunte ad heredes quoscunque † vigore verborum inuestituræ, & tunc 23
si est institutus heres extraneus, qui vigore dictæ inuestituræ in verbis ad heredes quoscunque potuit institui, iuxta tradita per Alex. *in l. si patroni, numer.15. ff. ad Trebellian.* vbi dicit, quod illa dictio, *quibuscunque*, debet operari argumentum, Tiraquellus *de retract. consanguin. §.1. gloss.7. numer.21.* vbi quod transit ad extraneos heredes, & legatarios, † qui impropriè 24
sunt heredes propter generalitatem illius dictionis *quibuscunque*, quæ etiam ad casus improprios trahitur, sicut cùm dicitur de quibuscunque † contractibus, in- 25
telligitur etiam de abusiuis, Alex. *in l. etiam, in princip. num.5. versicul. in ea gloss. ff. solut. matrimon.* Bald. *in c. 1. §. donare, numer. 4. qualiter feud. olim alien. pot.* Ias. *in l. cum filiofamilias, numer.89. de legat.1. & in l. quocunque, num.3. ff. de verborum obligat. & in l.2. num.198. C. de iure emphyt. & in consi.9. inter consil. Alberti Bruni, numero septimo.* Dec. *in consi.395. numer.9. circa princip. & cons.529. n.2. circa medium, & cons.599. nu.2.* Afflict. *in constitutione regni, incip. Comes & Baro, nu.98. & decis.386. n.5.* Curtius iun. *in tract. de feudis, parte 3. quæstion. penult. vers. tamen secunda.* vbi ait hanc esse communem opinionem, & ibi addentes dicunt, quod vigore dictionis † *quibuscunque*, transit etiam ad eccle- 26
siam, Roland. *in consil.96. num.35. & sequent. volumin. 1.* Socin. iun. *in consi.163. num.28. volumine secundo.* vbi dicit hanc esse communem opinionem. Thomas de

Marinis *in tract. de generibus & qualitate feudorum, rubrica de feudo omnino hereditario, nu.5.& 8.* Canetius *in extrauaganti, Volentes, §. sed occurrit, n.6.* vbi quod propter verbum *quibuscunque* posset fieri dispositio in naturales, quamuis incapaces, Villalob. *in tractatu comm. opinion. litera F. nu.22.* vbi quod potest transire ad fœminas, & testatur esse communem, Emanuel Suarez *in tract. comm. opinion. litera F. conclus.34.* vbi testatur
27 communem, & ampliat † transire ad descendentes ex fœminis, Bero. *consi.65.n.64.vol.1.* Laurent. Kirchou. *centur.2. comm. opinion. litera F. conclus.49.n.22.* vbi testatur hanc esse magis communem opinion. Clar. *in §. feudum, qu.9. vers. hoc præmisso.* dicit esse communissimam, & in practica obseruatam, Capyc. *in inuestitura, in rubric. feudorum clausulæ, col.2. vers. & suis.* Brun. *consi.24.nu.4.* Riminald. iun. *consi.63.n.20. in fin. vol.1.* Bursat. *in consi.138.n.27.& seq. vol.2. & consi.224. nu.4. eod. vol.2. & consi.76.n.7. vol.1.* Natta *in consi.582.n.26.*
28 *& 28.* vbi quod propterea † veniunt personæ feudi incapaces, *& consi.670.n.6.& consi.682.n.23.* Corn. *consil.239.n.21.& seq. vol.1.* Pancirol. *consi.92.n.21. vol.1.* Beccius *consi.18. nu.2.& 3.& 13.* vbi concludit quod admittuntur fœminæ agnatæ, licet non admitterentur, si haberent duas proprietates, puta si esset vxor, vel alia fœmina extranea, Paris. *consi.23.n.169.& seq. vol.1.* vbi subdit idem ius esse, si per æquipollentia verba concipiatur inuestitura.

29 Quo casu statutum † prædictum in cæteris nullum haberet effectum, quia esset conforme iuri communi, & videtur superfluo conditum, licet Ias. *in l. si donatu-*
30 *rus, nu.2. ff. de condict. ob caus.* probet statutum † continens idem quod ius commune producere solum ius agendi, scilicet condictionem ex statuto, & in hoc casu poterit heres de iure communi inuestiri.

Sed an effectus substantialis huius statuti, saltem in hoc casu, verificabitur in emphyteusi ecclesiastica,
31 quæ regulariter non est transitoria † ad heredes extraneos, secundum gloss. Bart. & alios *in l. etiam, ff. solut. matrim.* Alex. *in consi.23. col.2. vol.1. & consi.9. visis. col.4. vol.2. & consi.89. vtrum emphyteusis, in princ. vol.4. & consi.129. perspectis his, vol.5.* Dec. *in c. in præsentia, n.44. de probationib. vers. sit ergo conclusio, & in cons.171. in prin.* in quibus locis Alex. & Dec. fatentur hanc esse magis communem opinionem, sequitur Paris. *in consi.98.n.8. vol.2.* Francisc. Turzanus *in suis comm. opinio. c.73.* Emanuel Suarez *in thesauro receptarum opinio. litera E.n.65.& 74.* latissimè Roland. *in cons.96. col.1. vol.1.* vbi pariter testatur communiorem, vt possit dici, quod inuestitura concessa ab ecclesia, stante statuto prædicto, permittat emphyteusim ecclesiæ transire ad heredes extraneos, qui si sint instituti, debeant ipsi, & non alij inuestiri.

Decisiuè loquendo, dico negatiuam partem esse ve-
32 riorem, quia heredis † appellatione in feudis intelligitur de herede sanguinis, non bonorum, Caccheran. *decis.161.* Thessaur. *decis.99.n.25.* & consideratur propriè secundum naturam successionis, item consideratur natura, & sanguis, non autem propria & vera successio, Bald. *in c.1. de eo qui sibi & heredib. suis.* Corn. *in consi.199. vol.2.* Paris. *in consi.23.n.135.& seq. vol.1.* Ideo a-
33 liquando heredis † appellatione in feudis intelligitur de descendente masculo, *§. & si clientulus, de alienat. feudi paterni.* & tex. *in §. profecto, de lege Corradi.* dicit, quod si quis habeat feudum pro se & heredibus suis, & intelligitur de heredibus masculis, quia hæc est natura feudorum de iure communi, Camerar. *in c. imperialem, fol.22. litera H. & seq. vers. & ex diuerso.* dicit, sicut de iure communi feudorum in feudo nouo, appellatione heredis venit descendens masculus; quia hæc est natura de iure communi: ita de iure regni veniunt † fratres; quia hæc est natura feudorum in regno, per 34
constitutionem regni, incip. vt de successionibus. vt in feudo nouo succedant fratres, quod intelligitur, quando inuestitura est facta absque illis verbis, *ex corpore descendentibus.* Quæ à me inducuntur ad probandum, quod dum statutum hoc simpliciter loquitur de heredibus, intelligendo secundum naturam rei feudalis, & emphyteusis ecclesiæ, non possunt venire heredes extranei.

Et hoc firmarunt omnes Doctores communiter, dicentes, vbi clausula: *Heredibus quibuscunque:* † fuerit 35
dicta à statuto, constitutione, vel lege, nunquam venire heredes extraneos, prout concordando opiniones, scribit Curtius iunior *in tractat. de feud. parte tertia, quæstion. penultim. versic. & ideo pro concordia.* latissimè tractant, & communem dicunt Albert. Brun. *in consil. feudali 10.* & Ripa *in l. ex facto, §. si quis ita, numer.16. ff. ad Trebellian.* plurimos ad hoc congerit dominus Regens Franciscus de Ponte *in consil.15. numer.13.*

Sicut dicimus de emphyteusi ecclesiastica, † vt ver- 36
ba inuestituræ prolata à lege intelligantur secundum naturam propriam emphyteusis ecclesiæ, & ita nunquam veniant heredes extranei: nam concessio ipsius in perpetuum, de qua *in §. licentiam, in auth. de alienat. & emphyteusi.* intelligitur vsque ad tertiam generationem, iuxta *§. emphyteusim, in authent. de non alienand. reb. eccle.* quia illa dictio † *in perpetuum* intelligi- 37
tur quoad tempus, non quoad qualitatem heredum, quia solum per descendentes ad generationem, non autem per extraneos peruenitur, Bald. *in d. l. etiam, ff. sol. matrim.* & ita illa iura declarat Anchar. *in cons.134.* & ita fuit consultum per excellentissimum collegium Papiense, vt per Francisc. Cremens. *singulari.125.* & facit mentionem Dec. *in consil. 171. col.1.* ergo verbum *heredibus* prolatum ab hoc statuto, non potest intelligi de heredibus extraneis in emphyteusi ecclesiæ, & pro confirmatione huius opinionis, satis stringunt rationes per me inductæ in præcedenti casu huius statuti.

An autem emphyteusis † ecclesiæ concessa *pro se, &* 38
suis heredibus, & successoribus quibuscunque, cum solemnitate apostolica, transeat ad heredes extraneos, consule Couar. *lib.2. variar. resol. cap.17. nu.5.* vbi pro parte affirmatiua dicit esse communem opinionem, Afflict. *decis.100.& decis.386.nu.7.* vbi heres extraneus excludebat ecclesiam, & vtrobique cumulantur Doctores per Vrsillum, Franch. *decis.235.* Clarus *in §. emphyteusis, quæst.28. col. fin. prope finem.* quam opinionem dico veram, si cum solemnitatibus, de quibus per gloss. *in summa 12.q.2.* concessio facta fuerit, stante necessitate & vtilitate ecclesiæ, quia si eo casu potest in totum alienari, multo magis in emphyteusi dari cum hac qualitate, vt transeat ad heredes extraneos, prout concludunt Anton. de Butr. Abb. Felyn. & Dec. *in d. cap. in præsentia.* & Socin. dicit magis communem *in cons.266.n.33. vol.2.*

Tertius articulus est, quando loquimur de feudo, vel † emphyteusi ex pacto, & prouidentia, siue anti- 39
quo, siue nouo, & tunc dico, quod siue loquamur de rebus ecclesiæ, siue laicorum, nũquam intelligitur per statutũ, vocatis factum esse præiudicium. Qua inuestituræ

40 turæ † antiquæ forma in alterius præiudicium mutari
non potest, Bald. *in l.1.col.penul.vers.sed si dominus.C.*
quando non pet.part.& in c.1.col.2.de eo, qui sibi, & here-
dib.suis, & in c.1.colum.2.vers. & nota quod in feudis, de
grad.success.in feud. Dec. *in consi.193.col.2.& consi.445.*
n.23. Aluarot. *inter consilia Bruni cons.57.n.1.* Cæphal.
cons.155.n.10.& cons.197.n.10. Soc.iun. *in cons.11.nu.10.*
& seq.vol.3.& cons.35.n.18.vol.4. Iacobus Omphalius
cons.30.n.6.in primo tomo consiliorum diuersorũ Germa-
niæ. Et hoc procedit, etiam si ecclesia consentiret, Bar.
in l.iurisiurandi, §.si liberi, ff.de oper.libert.& in l.1.ff.de
interdict.& relegat. Curt. *in cons.49.* cum similibus per
41 Gozadin. *in cons.43.nu.18.* Ideo dominus † non potest
inuestire aliquem de feudo, ad quem non pertinet
successio in præiudicium debentis succedere, & si fa-
cta sit inuestitura, non præiudicat illi succedere debẽ-
ti, Afflict. *in c.1.in 4.not.de alienat.feudi pat.* Ias. *in cons.*
8.n.4.inter consilia Bruni. Alex. *in cons.15.col.pen.vol.5.*
Dec. *in cons.445.n.22.* Ruyn. *cons.7.col.6.circa fin.vol.1.*
Neuizan. *in cons.12.col.16.inter consilia Bruni.* Cæpha.
cons.23.nu.47. Et præsumendum est statutum prædi-
ctum noluisse alteri præiudicare, afferendo præiudi-
cium, *l.2.§.merito, & §.si quis à principe, ff.ne quid in lo-*
co publ.cum vulg.

CASVS XXI.

Statutum de continuando possessionem defuncti in heredem, etiam in feudalibus & emphyteoticariis, an habeat locum in bonis ecclesiæ?

SVMMARIA.

1 *Statutum de continuanda possessione in heredem est contra ius commune, & in quibus locis obseruetur.*
2 *Statutum prædictum non comprehendere bona feudalia, qui teneant.*
3 *Possessio feudi non acquiritur successori nisi apprehensa de iure feudorum.*
4 *Feudatarius ante apprehensam corporalem possessionem non agit interdicto Vti possidetis.*
5 *Statuta correctoria iuris communis non habent locum in feudis, nisi de iis faciant expressam mentionem.*
6 *Statuta expressè loquentia de feudalibus non comprehendunt feuda ecclesiæ.*
7 *Vasallorum interest non mutare dominum, nec econtra.*
8 *Dominus non debet habere emphyteutam contra propriam voluntatum.*
9 *Statutum de continuanda possessione feudalium in heredem comprehendit etiam feuda ecclesiæ.*
10 Heredis *appellatio intelligitur de vero, iusto, capaci, & habili.*
11 *Statutum de continuando possessionem in heredem nõ intelligitur de ficto herede.*
12 *Dispositio quælibet generalis intelligitur de habili, & idoneo.*
13 *Inuestituræ iudicium est summariissimum, vt non sit petitorium, neque possessorium.*
14 *Et quando fallit.*
15 *Inuestituræ renouationem petens, debet probare se esse heredem.*
16 *Agnatus petens inuestituram, debet probare se esse talem.*
17 L. finalis, C. de edicto diui Adriani toll. *quando habeat locum in feudis.*
18 *Inuestituræ iudicium sit petitorium, domino opponente exceptionem dominij.*
19 *Statutum de continuando possessionem in heredem, quomodo intelligatur.*
20 *Et intelligitur de possessione, quæ erat penes defunctũ, transitoria ad heredem.*

EXtat statutum in multis ciuitatibus, quod posses-
sio † bonorum defuncti, adita hereditate, imme- 1
diatè continuetur in heredem, corrigendo *l.cùm here-*
dis.ff.de acquir.possess. prout de decreto Mediolani te-
statur Cotta *in suis memor. in verb. decreto Mediolani.*
& de statuto Patauino testatur Menoch. *in tract. de a-*
dipiscend.possession. in 4.remed. quæstion.9. & 10. & de
constitutione Galliæ testatur, & tractat totam illam
materiam Tiraquellus *in tractatu le mort saisit le vif.*
& Bolognet. *in lege prima, numer.241. ff.de acquirenda*
possession. qui etiam testatur de constitutione regni Si-
ciliæ.

Super quo statuto multoties dubitatum est, † an 2
comprehendantur bona feudalia, & Ias. *in consil.152.*
vera, & iuridica, volumin.4. atque Dec. *in consil.467.*
scripserunt pro negatiua, Paris. *in consi.1.numer.159.vo-*
lum.1. Rubeus *in consi.121.* in pluribus locis, cum aliis
inductis per Tiraquellum *in dicto tractatu le mort sai-*
sit le vif, parte quarta, declaratione 5. vbi disputat quæ-
stionem ad partes, & concludit hanc esse veriorem o-
pinionem, & eam sequor vltra dicta per Iason. *in dicto*
consil.152. Quia de iure feudi possessio † successori non 3
acquiritur, nisi ab ipso apprehensa fuerit, Afflict. *in c.*
1.§.1.de feudi cognit. Zas. *in tractat. de feud. in 7.parte,*
numer.41.& plur.sequent. Iacobin. de sancto Georgio
in inuestitura, in versic. Ita quod ipsi inuestiti, numer.13.
Gail. *practicar.obseruation.lib.2.obseruation.152.* & ideo
feudatarius † ante apprehensam possessionem non 4
potest experiri interdicto, Vti possidetis, neque inter-
dicto Recuperandæ, Bald. *in authent. defuncto, C. ad*
Tertull.& in l.1.ad fin.C.de appellation. Alex. *in l.cùm*
heredes, in prin.ff.de acquirend.possession. Zas. *in tract.de*
feud.in 7.parte, num.14. Propterea hoc statutum † vti 5
correctorium iuris communis, non obtinet in feudis,
nisi de eis specialem mentionem faciat. Et ideo An-
dreas auriga Feudistarum dixit tex. *in d.l.cùm heredes,*
ff.de acquir.possess. habere locum in feudis, *in c.sancimus,*
quo tempore miles.& in c.2.de feudi cognition.& in c.im-
perialem, §.insuper si filius, in fine, de probib.feud.alienat.
per Feder.

Quamobrem statuentes huiusmodi statuta, addide-
runt, vt continuetur possessio in heredem etiam in
feudalibus, vt in specie explicat constitutio regni Sici-
liæ, & statutum super quo consuluit Riminald. iun. *in*
cons.91.vol.1.

Videtur igitur hoc statutum † de feudalibus etiam
exprimens, & emphyteoticariis non habere locum in 6
bonis ecclesiæ, ne per indirectum cogeretur episco-
pus habere vasallos, vel emphyteutas, quos non vel-
let, quod reputatur maximum præiudicium, *l.fin.ff.de*
vsu, & habi.l.si mãdato meo, §.fin.ff.mandati. Campeg.
inter consilia Bruni consi.2.colum.7.in fine. & dixi supra
casu 20. Vnde dicebat Innoc. *in c.auditis, col.1.prope fi-*
nem, de præscriptionib. quod sicut subditorum † inter-
est non mutare dominum, ita econuerso domino- 7
rum interest non mutare vasallos, quem sequitur
Abb. *in c.exposuit.col.8.de dilationib.* Felyn. *in c.1.col.4.*
de probationib. Curt.iun. *in cons.174.col.4.* Idem firmat
Andr. *in c.1.de benef.fratris.& ibi* Affl. *col.2.vers.nec do-*

minus debet habere alium vasallum. Idem Affli. *in cap.* I. *qualit.feud.olim pot.alien.col.*2. *vers.ne dominus contra*
8 *suam voluntatem* † *alium haberet in emphyteutā*, *quod esse non debet.* quem sequitur Iacobus de Leonard. *in cons.*114.*n.*56.*inter consilia Bruni.* Zas.*in tract.de feudis*, *c.*54.& ita ecclesia illum haberet vasallum, vel emphyteutam, heredem scriptum, vel ab intestato vniuersalem, qui fortè vel ex natura feudi, aut emphyteusis, vel ex dispositione suorum prædecessorum, non esset successibilis in feudo, vel emphyteusi prædictis, prout firmat Petrus Gregorius *in tractat. de iudiciis causarum feudalium*, *c.*18. dicens, quod vigore huius statuti possessio continuatur in eum, in quem continuatur dominium, etiam in feudalibus.

Contraria tamen opinio est verior, vt hoc statutū
9 †comprehendat etiam feuda, & emphyteuses ecclesię. Quia, vt dicit Baldus *in rubrica de causa possessionis*, *& proprietatis*, hoc statutum intelligitur de vero, & iusto
10 herede, quod propriè significat nomen *heres*, † & propterea de herede capaci, & habili, vt tradit ibi Bald. & *in cons.*141.*& cons.*330.*vol.*1. quem sequitur Berous *in cons.*111.*in secunda q.vol.*3.& Menoch.*in tract.de adipiscend.possession.in* 4.*remedio,nu.*859. Cotta *in memor.in vers.decreto Mediolanensi,col.*2. *vers.nunquid liceat appellare.* Sebastian.Medic. *in tract.de acquir.conseruand. & amittendo rerum domin.possessione, & iure, gl.*3.*vers.*
11 *in minuendo,n.*227.declarat statutum † prædictum non procedere, nisi in vero, legitimo & habili herede, non autem in ficto & incapaci, allegat Bal.*in consil.*181.*vol.*1.Alexan.*in consi.*82.*vol.*2.Ruyn.*in cons.*27.*vol.*5. Item quod non habeat locum nisi in herede habili & capaci, secus est de inhabili & incapaci, Alex.*consi.*40.*vol.*3. Idem *de medic.in verb.possessionem, gl.*1.*parte* 2.*n.*32.*&* 33. Molin.*de primogenit.Hispanorum li.*3.*c.*13.*n.*24. post alios per eum allegatos, & Gabriel.*in comm.conclus.tit.de acq.possess.conclus.*9.*n.*8. Achill.Personal.*in tractat.de adipiscenda poss.ff.& interdict. quorum bonorum*, *n.*540.*&* 545.*& seq.* Plotus *in l.si quando,n.*849. & latè etiam per Riminaldum iuniorem *in cons.*545.*n.*27.*&*
12 *plur.seq.vol.*5.quia omnis dispositio † quantumcunque generalis semper recipit limitationem de habili & idoneo, *l.vt gradatim,ff.de muner.& honorib.gl.in l.*1.*C. de sacros.eccles.* vbi Ias.multa allegat. Alex.Socin.& Ias. *in l.*2.*§.præter,ff.qui satisd.cog.* ergo ecclesia non eum heredem habet in feudis vasallum, quem habere nollet.

13 Quia licet inuestituræ † iudicium sit summariissimū, & nō sit petitorium, neque possessorium, imò verius, neque iudicium, cùm fiat sine libello, sed per simplicē petitionem, ad euadendum caducitatem, ex his quæ scripsit D.Francisc.de Ponte *in cons.*62.*col.*1.*&* 2. post Baldum *in cap.imperialem,§.insuper si filius,de prohibit. feud.alien.per Federic.*& sic videatur inuestiendus absque aliqua cōtradictione, tamen vbi adest aliqua pro-
14 babilis dubitatio, † an quis sit heres, an sit de comprehensis in inuestitura antiqua, & an veniat ex tacita voluntate defuncti ex regula *l.conficiuntur*, quia sit proximior, vt docet Bald. *in d.rubrica de causa possessionis & proprietatis*, tunc necesse est ingredi iudicium petitorium, atque probare se talem heredem, cuius qualitas requiritur, Menoch. *in dicto remedio quarto adipiscend.num.*860. Frecc.*in secundo libro, in* 3.*auctoritate*,
15 *num.*10.dicit, petentem † renouationem inuestiturę in feudo hereditario, debere probare se esse heredem, quia aliàs, antequam adeat, non dicitur verè feudatarius, neque dominus feudi: ex quo non est purificata qualitas adiecta in concessione pro se & heredibus, & nisi probauerit, repelleretur à feudo, & ab his, quæ à feudo dependent, Affli.*in c.*1.*nu.*10.*si de feud.fuer.con-*
trouers. dicit, agnatum † petentem inuestituram debē- 16
re probare se talem, vt possit admitti ad successionē, & nisi probauerit se habilem, denegabitur inuestitura, etiamsi fuerit heres institutus, quia edictum † diui 17
Adriani non habet locum in feudis, nisi quando persona ab intestato posset legitimè ad feudum succedere, idem Afflict.*in decis.*119. & ibi latè Vrsill. Hoc ergo casu † si dominus opponat exceptionem dominij 18
iudicium petitorium euadit, idem Francis.de Ponte *in d.cons.*62.*n.*29.*& plur.seq.*& latius scripsi *in l.naturaliter,§.nihil commune,ff.de acq.possess.* quare illum vasallum, vel emphyteutam ecclesia habebit, ad quem de iure feudi vel emphyteusis successio pertinet.

Et in hoc ecclesia à pari procedit cum cæteris dominis secularibus, & ita hoc statutum † intelligitur pri- 19
mò, vt possessio defuncti duret post mortem, & transeat in hereditatem, in qua potest conseruari, *l.hereditas in multis,ff.de acq.rer.domin.l.cœptam,ff.de vsucap.* Bart.*in l.si is qui pro emptore,* dispensando contra text. *in l.*1.*§.Scæuola,ff.si quis in testam.lib.iuss.esse fuerit*, quę possessio duret vsque ad apprehensionem illius heredis, qui verè probauerit se talem, & habere omnes qualitates ad legitimam possessionem feudi & emphyteusis acquirendā. Item debet intelligi de possessione,
†quæ erat penes defunctum ex causa sui natura transi- 20
toria ad heredes, vt declarant Alex.*in cons.*153.*col.*2.*vol.*6.Chassan.*in cons.*59.*col.penul.versi.item etiam.*& Menoch.qui alios citat *in cons.*139.*n.*18. Vnde feudum & emphyteusis ecclesię ad heredes non transibit, si transire non potest.

CASVS XXII.

Statutum, vel consuetudo, præferens primogenitos in successione feudorum, comprehendit etiam clericos primogenitos, qui possunt succedere ad omne feudum.

SVMMARIA.

1 *Primogenitus in quibus regnis succedat in feudo.*
2 *Consuetudo præferens primogenitos in successione, est valida.*
3 *Consuetudo succedendi potest induci in vna familia.*
4 *Primogenitus præfertur in successione fratris, in regno Siciliæ.*
5 *Primogenitura non habet locum in linea transuersali.*
6 *Consuetudo admittens primogenitum ad successionem feudalium comprehendit clericum.*
7 *Et hoc procedit in regno Franciæ.*
8 *Et in regnis Hispaniæ, etiam in habentibus iurisdictionem.*
9 *Consuetudines feudales secundum aliquos ligant clericos.*
10 *Clericos non succedere in feudalibus, qui teneant.*
11 C.I.de beneficio fœminæ, *quomodo procedat.*
12 *Clerici & prælati succedunt vt laici de iure communi Romanorum.*
13 *Clericos in multis casibus posse succedere in feudalibus, qui teneant.*
14 *Clerici possunt per substitutum directo domino feudi seruire, & n.*20.*&* 21.

15 *Va-*

15 *Vasallus non cogitur præcise seruire domino personaliter.*
16 *Sed tenetur dimidiam partem fructuum illius anni domino dimittere.*
17 *Debitor alternatiuè obligatus, habet electionem soluendi.*
18 *Vasallus in quibus casibus posit seruire per substitutum.*
19 *Vasallus seruit per substitutum, quando seruiendo personaliter læderetur eius dignitas.*
22 *Priuilegia succedendi concessa laicis, sunt etiam concessa clericis.*
23 *Suitas non tollitur per ecclesiasticam dignitatem.*
24 *In primogenitis iniicitur vinculum successionis ante clericatum.*
25 *Primogenitura est dignitas, cui debetur plus honoris. num.26.*
26 *Primogenitura habet qualitatē successionis à natura.*
28 *Primogenitura trāsmittitur ad primogenitum, & numero 30.*
29 *Nepos excludit patruum in successione feudi.*
31 *Consuetudo de primogenitis cōprehendit clericos, sed de secundogenitis non comprehendit clericos, & quæ sit differentiæ ratio.*
32 C.quam periculosum, 7.q.1. *intelligentia.*
33 *Renuntiatio potest fieri iuri de futuro, & sub spe quærendi.*
34 *Renunciatio iuris quærendi non rescinditur per enormissimam læsionem.*
35 *Primogenituræ renunciatio siue facta sit ex permissione Dei.*
36 *Renunciatio hereditatis viuentis non valet sine eius consensu.*
37 *Clericus etiam Græcus gaudet priuilegio successionis per primogenituram.*
38 *Primogenitus in quibus casibus excludat secundogenitum à toto feudo.*
39 *Fructus dignitatis primogeniti, quare non debeant diuidi cum secundogenito.*
40 *Primogenitus quando teneatur aliis fratribus dare alimenta.*
41 *Primogenitus succedens ad feudum nouum, tenetur præstare partem pretij secundogenito.*
42 *Et debet præstari pars pretij quo valet tēpore mortis.*

1 IN regnis Franciæ, Siciliæ, & Angliæ seruatur, vt primogenitus † succedat in feudo, vt notat Iacob. de Bellouis. *in præludiis feudorum, decis.* 10. Iacobin. *in inuestitura, in ver. in feudum, dist.*12. Tiraque. *in tract. de iure primogenitorum, in prin.* post Io. Lecirier. *in eod. tract. lib.*2.*q.*4. & latè etiam per Thom. de Marin. *in tract. de generibus, & qualitate feudorum. tit.*13.

2 Et quod talis consuetudo † præferens primogenitos cæteris sit valida, licet dura, tamen obseruanda, dicunt Bald. & Aluaro. *in cap. mulier, si de feudo defuncti fuer. controu.* ex quo infert idem Marin. *in d. tit.* 3 13. *num.*9. quod potest vna familia talem † sibi consuetudinem inducere, Speculat. *de instrument. editione, §. compendiose. ver. sed nunquid.* quem sequitur Angel. & Imol. *in l.*3. *ff. de testamen.* Ias. *in l. omnes populi. numero* 42. *ff. de iustit. & iur.* Curt. *in tractat. de feud. part.*3. *num.*11.

4 Imo de iure regni † Siciliæ habet locum non solùm quando succeditur patri, sed etiam quando succeditur fratri, ex capitulo regni Regis Caroli secūdi, quod incipit; *Considerantes.* vbi dicitur quod frater, vel soror fratris, fratri, vel sorori succedit, primogenitura, ac sexus prærogatiua seruata, de quo etiam per Afflict. *in constitutione regni, incipiente: Vt de successionib. num.*22. *in fin. & n.*23. sicut regulariter non habeat locum primogenitura † in linea transuersali, vt per 5 Anton. de Butr. *in cons.*48.

Ideo quæro casum, an hæc consuetudo † admit- 6 tens primogenitum ad successionem feudalium, comprehendat etiam clericum primogenitum, quam quæstionem tractarunt diffuse Io. Lecirier. *in tract. de primogenit. lib.*1.*q.*24. & Tiraquell. *in eod. tract. q.*44. sed quia multa omissa sunt, ideo explicabimus alios casus diuerso modo. Communis igitur opinio est, quod clericus primogenitus comprehenditur sub dicta consuetudine, de qua testatur Lecirier *in d.q.*24. *n.*20. quam firmarunt Abb. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in* 1. *lect. nu.*25. *& ibi Addentes in ver. primogenitus, & in* 2. *lect. nu.*34. *&* 36. *de constit. & in c. quod clericis, de foro compet.* Felyn. *in d. c. ecclesia, num.*101. eandem sequuntur Tiraquell. *in d. quæst.*44. *num.*6. *ad finem.* & Lecirier. *in d. quæst.*24. Martin. Laudens. *in tractat. de primogenit. q.*30. Ruyn. *in consil.*195. *num.*3. *volum.*2. Gomesius *in ll. Tauri, lege* 40. *num.*66. Gregor. Lopez *in l.*2. *tit.*15. *in gloss.*19. *ante quæstionem primam, partita* 2. & hoc procedere † de plano in regno Franciæ consue- 7 tudine regni admittente clericos primogenitos, scribit Benedictus *in c. Raynutius, ver. & vxorem.* vbi tractat de successionibus ab intestato *num.* 257. *& seq.* & de obseruantia † in regnis Hispaniæ in maioratibus, 8 & aliis dignitatibus, etiam habentibus annexam iurisdictionem, vt clerici primogeniti succedant, testatur Molina *de Hispaniæ primogenitis, lib.*1. *cap.*13. *nu.* 97. post alios quos citat. Et hæc opinio est vera, sed videamus fundamenta ad exclusionem aliorum casuum.

Aliqui dicunt rationem huius casus esse, quia consuetudines † feudales ligant clericos, vt post Hostien. 9 Butr. & Abb. *in c. quod clerici, de foro compet.* firmat Lecirier. *in d. q.*24. *nu.*39. *in fin.* & ius primogenituræ, vt ipse dicit, vt plurimum consistat in feudalibus. Sed ista ratio est reiecta supra *in casu* 16. vbi probauimus librum feudorum non ligare clericos, etiam feudatarios, nisi in casibus à Papa approbatis tacitè, vel expresse, & ideo neque consuetudines, neque constitutiones nouas aliquomodo clericos feudatarios comprehendere, nisi fuerint à Papa approbatæ.

Et ex hoc fundamento licet inferre ad resolutionē alterius casus, videlicet, non esse veram rationem eorum qui contrariū supradictæ communi obfirmarūt, ex eo quia clerici † non succedunt in feudalibus per 10 tex. *in c.*1. *de beneficio fœminæ.* vbi efficitur clericus, vel conuersus, aut aliquo modo habitum religionis assumit, in feudum paternum non succedit, & si illud habebat, perdit, *& in c. qui clericus, si de feud. fuer. controu.* vbi eo ipso, quod quis efficitur clericus, vel votum religionis assumit, est priuatus feudo, *& in c.*1. *de mil. vasall. qui arma bell. depos.* vbi miles assumens habitum religionis, priuatur feudo, Andr. *in c.*1. *qui inuestit. fec. & in d. c.*1. *in fine de beneficio fœminæ, & in d. cap. si clericus, si de feud. fuer. controuers. & in c.*1. *& ibi* Bald. & Afflict. *de mil. vassall. qui arma bell. depos.* Bartol. *in l.* 1. *num.*5. *C. de legib. & in l. finita, §. si de vectigalib. colum.*1. *ff. de damn. infect.* cum aliis multis ad hoc cumulatis per Clarum *in §. feudum. quæstion.* 78. & Chassan. *super consuetud. Burgund. rubr. c.*3. §. 5. *verbo excepte les religieux,* & latius per Caccheran. *in decis. Pedemontana*

tana 27.n.4.& ita decisum, vt per Afflict.*decis.320.* Capyc.*decis.10.n.4.& decis.31.n.2.*

11 Quia † *d.c.1.de benef.fœm.*procedit iuxta opinionem Oberti, & Gerardi, & *d.§.qui clericus*, loquitur consuetudine: vt *in §.moribus, eod.tit.& in §.fi. in vers.quid obtinere debeat consuetudine.* Sic etiam *in d.c.1. de vasall. qui arma bell.depos.* & ista, & similia, quæ allegari possent, non sunt de approbatis per summum Pontificem, vt dixi ibid. Neque sunt leges ab Imperatoribus conditæ, sed localiter factæ, & postea generaliter pedetentim receptæ, quod fieri non potuit in præiudicium clericorum.

Imò cùm de iure communi Imperatorum speciali-
12 ter sit decisum, vt clerici † & prælati succedant vt laici, vt *l.Deo nobis,& auth.presbyteros,C.de episc.& cler.* ista iura feudorum auferrent priuilegia competentia clericis de iure communi, & ita, & si iuri canonico non obuiarent, tamen essent contra libertatem ecclesiæ, vt dixi supra *cas.19.*

13 Et quòd clerici † in multis casibus possint succedere in feudalibus, Chassan.*in d.§.fin.in fin.* congerit decem limitationes in decem casibus, alios probat Molina *de primogen.Hispan.d.cap.13.nu.76.* alios Cacch.*in d. decis.27.num.5.ad fi.* alios etiam Intrigliolus *in tract.de feudis, q.30.per totam.*

14 Ego autem indistinctè teneo † clericos feudatarios posse directo domino suo per substitutũ seruire, quia hoc generaliter disponitur per Imperatorem *in c.imperialem,§.firmiter,de prohib.feu.alien.per Fed.* vbi ha-
15 betur, quod vasallus † non cogitur domino præcisè seruire personaliter, sed ipsi seruiendo per substitutum liberatur, quam opinionem firmarunt ibi Bald.& Aluarott.& Præposit.*n.2.gloss.in c.1.§.fi.de allodiis,& ibi* Afflict.*n.55.* Aluar.*in c.1.§.si quis decesserit, si de feudo defuncti contentio sit.*Bald.*in l.quisquis. C.de episc.& cleri.*& vt hæc opinio clarius innotescat, verba *d.§.firmiter*, induco.

Firmiter etiam statuimus, tam in Italia, quàm in Alemania, vt quicunque indictà publica expeditione vocatus à domino suo, in eadem expeditione spacio competenti, temerè venire supersederit, vel alium pro se domino exceptabilem mittere contempserit, vel dimidiũ redditus feudi vnius anni domino non subministrauerit, feudum, quod ab episcopo, vel alio domino habuit, amittat, &c.

Vnde Doct.per illum *versic. vel dimidium redditus, &c.* concludunt, quod vasallus non cogitur domino feudi seruitia exhibere, si ipse domino feudi dimi-
16 diam † partem redditũum illius anni, in quo dominus ab ipso seruitia petit, soluere paratus sit, Aluarott. *ibi num.3.*Præposit.*num.2.c.1.§.fin.& ibi gl.de allodiis, vbi* Bald.*num.21.* Aluarot.*nu.3.c.1.§.similiter.& ibi* Afflict. *n.3.de capit.Corradi.*Iacobin.*in ver.& promiserũt, n.26.*
17 quo casu est in arbitrio debitoris † quid velit præstare an seruitium personale, an medietatem fructuum, ex regula *l.plerumque.§.fin.ff.de iure dot.*& licet Afflict. *in d.§.firmiter, n.14.* videatur dissentire, tamen *ibi.n.15.* postea concludit hæc verba. Hoc præsupposito dico, quod si dominus diceret vasallo, qui esset inhabilis ad bellandum, & ad præstandum seruitium personaliter, ego volo, vt seruias personaliter, & vasallus diceret, non possum, quia nescio bellare, nec sum versatus in armis, vel sum claudus, vel allegет aliud impedimentum probabile, propterea dicet, volo dare substitutum, vel volo seruire in pecunia, certè audietur, &c. ex quo colligitur, quod etiam dando electionem creditori contra *d.l. plerumque.* adhuc habet locum dispositio *d.§.firmiter*, vt possit inde probari regula, licere vel per substitutum seruire, vel soluere medietatem redditũum.

Verùm si regula allegata inde non colligitur, ex casibus, quos ibidem congerunt Doct.in nostro proposito argumentari licet, vasallus † propter infirmita- 18
tem, vel aliquam aliam causam indistinctè per substitutum seruire potest, Andr. Aluarott.& Præposit.*in d.§.firmiter,& ibi* Afflict.*num.22.* Andr.Aluarott.& Præposit.*in d.§.si quis decesserit, si de feudo defuncti conten.& ibi* Afflict.*n.15.*Bal.*in c.1.§.mutus, episcopum, vel Abbatem,& ibi* Aluarott.*nu.8.* Dd.*in c.1. an mutus, vel aliter imperfect.*Afflict.*in c.1.de benef.fœm.* Item vasallus propter minorem ætatem, vel senio confectam potest seruire per substitutum, *d.§.si quis decesserit,& ibi Doct.*Iacobi.*in sua inuestitura, in ver.& promiserũt, nu.31.*ergo licitum debet esse clerico seruire per substitutum, probatur consequentia, quia clericus etiam est impeditus propter seruitium Dei, & in his terminis clericus, & fœmina æquiparantur de iure, *cap.1.de feudo fœminæ*, Natt.*consi.507.nu.13.*Menoch.*consi.443. n.31.& 66.vol.5.*

Et in specie, quod si vasallus † illæsa sua dignitate 19
seruire non potest, per substitutum seruire possit, vt puta si sit fœmina, Afflict.*in d.c.1.§.si quis decesserit.si de feud.defuncti content.* Speculat.*in §.quoniam, nu.10. de feud.*Alexand.*consil.10.volum.5.* Paris.*consil.16.nu.8.volum.1.*ergo idem in clerico, quem dedecet militare, & Doct. concludunt posse per substitutum seruire quocunque modo contingat, vt illæsa sua dignitate seruitia personalia præstare non possit, Andr.Præposit.& Afflict.*in dict.§.si quis decesserit.* Afflict.*in d.cap.1.de feudo fœmina.* Itẽ probatur ex *d.§.firmiter, in vers. quod ab episcopo, vel alio domino habuit, &c.* vnde sicut laicus vasallus potest vel regulariter per illum text. prout nos intelligimus, vel in casibus, vt aliqui, seruire episcopo, vel alio directo domino per substitutum, eodem modo † & clericus feudatarius laici po- 20
test hoc facere, & si in casibus, quia in clerico viget maior ratio impedimenti, & honestatis seruandæ in ecclesiis, & vt seruetur æqualitas, aliàs propter inæqualitatem retraheretur à suscipiendo religionem cõtra *§.sed & hoc præsenti.in auth.de sanctiss.epis.*

Sed hodie hic articulus resolutus est in clericis, quia communi opinione receptũ est, vt † clericus per substitutum seruiat, & feudum capiat, vt dicit Præposit. *in cap.1.qui feud.dar.poss.*& ita est decisum de iure Canonico, *c.ex transmissa, de foro competent.cum concordant.*& de communi etiam testatur Zas. *de feud.par.5. n.53.*Ioan.Blanc.*in summa feud.rubr.de vasall.& eorum different.vers.possunt etiam, & in rubr.de sacramento fidelitatis.*

Altera ratio inducitur pro clerico primogenito, quo ad successionem feudalium excluso secundogenito, quia priuilegia † concessa laicis censentur etiam 21
concessa clericis, *c.dilecti, de foro compet.*qua ratione mouetur Io.Lecirier.*in d.q.24.n.3.in fi.& nu.16.in fi.& n.18.& 21.& seq.28.& seq.* & addi potest ad hoc Alex.*in consi.211.nu.2.vol.2.* & confirmari, quia propter ecclesiasticam † dignitatem non tollitur suitas, Bald. 22
in l.apud hostes, C.de suis,& legit.& monachus post factam professionẽ retinet ius prioritatis in gradu, atq; omnia iura agnationis, Bal.*in auth.si qua mulier, n.10. C.de sacros.eccles.* Neque perdit iura sanguinis, Bald.*in c.cum magistrum, n.3.de elect.*Abb.*in c.quia nos, num.2. de testa.* Tiraquel.*de nobilitate, c.26.n.8.* & succedit in hereditate,

hereditate, quæ iure sanguinis defertur, *cap. vno, 18. q. 1.* Tiraquel. vbi supra proxime.

Ego sequor hanc opinionem alia ratione, quia in
24 primogenitis iniicitur † vinculum ante clericatum, quo casu consuetudo, vel statutum inficit clericos postea factos, ex his quæ dixi *in d. 4. casu, in fin.* quod autem iniecerit vinculum, sic probatur: Duo
25 sunt in primogenitura, † dignitas, & qualitas successionis, de primo est gloss. *in c. quam periculosum, 6. q. 1.* quam sequitur Tiraquel. *de iure primogen. q. 34. n. 37.* & quod primogenitura sit dignitas, Bald. *in l. cum antiquiorib. n. 11. C. de iure delib.* sæpius repetit, quod procedit etiam in Hispania, vt per Couar. *lib. 1. var. resol. c. 15. num. 14. in fin.* & Anton. Gomes. *in l. 40. Tauri, num. 1.* & post multos alios, quos allegat Molin. *de primogen.*
26 *cap. 13. n. 1. & 2.* cui dignitati duo insunt, vt is sit plus † cæteris honorandus, Tiraquell. *in eod. tract. in præfatione, num. 39.* & vt debeat sedere ad dexteram, vt latius per eundem *in d. præfat. num. 13. & seq.* quæ negari non potest quin insint à natura, & sic ante clericatum adeptum: ergo in his consuetudo vinculum iniiciens ab initio comprehendit.

27 Adest etiam in primogenitura † quædam qualitas à natura, vt illa mediante possit succedere exclusis aliis, de qua per Soci. *in cons. 252. col. 6. vol. 2.* sicut est in fratre vtrinque coniuncto, qui statim ac natus est, potest excludere fratres ex vno tantum latere coniunctos, *auth. post fratres, & auth. cessante, C. de legit. heredib. & §. si igitur defunctus, in auth. de hered. ab intest. venient.* Sic primogenitus, statim ac natus est, potest excludere secundogenitum, mediante dicta qualitate, & licet in vita patris non possit exercere hoc ius successionis, tamen est adeo certum & eradicatum in per-
28 sona ipsius † primogeniti, vt si is moriatur, ad eius primogenitum transmittat, ita firmat Oldrad. *in consil. 224. num. 27. & seq.* Alberi. *in proœm. ff. in §. discipuli, num. 22.* Abb. *in cons. 85. num. 2. vol. 2.* Soc. *in d. cons. 252. num. 15. vol. 2.* Tiraq. *de primogen. qu. 21. num. 7. & q. 43. num. 14. & 20. & qu. 40. num. 66. & 93. & 196.* Pet. de Monte forte *in quodam suo consil. posito inter lecturas feudales Afflicti in tit. de natura successionis feudi, à nu. 20. per multas columnas.* & licet Io. Lecirier. *in d. tract. de primogen. lib. 1. qu. 25. in fine.* post recitatas omnes rationes (quas etiam recitat Afflict. pro vtraque parte, *in titul. de successione feudi, in 3. no.*) dicat quod iste articulus indigeret decisione Cæsarea: Nihilominus,
29 quia pro nepote † fuit decisum in Rota vrbis, Bellamera *decis. 717. num. 6. & decis. 723. num. 17. in fin.* Et specialiter fuit inductum Parisiis, vnde ius Francorum, & primogenituræ originem habet, cuius dispositio reperitur *in tit. de successionib. in §. fin.* de qua per Glossatores dictarum consuetudinum *in titul. 1. §. 8. gloss. 3. numer. 5. & 6.* & vti nos æstimamus hanc opinionem esse veriorem, ita speramus apparituram esse authenticam decisionem in Digestis nouissimis. Ex quo infertur, quod cum primogenituræ ius, viuente patre, transmittatur in nepotem, sit prius eradicatum in persona ipsius primogeniti, quantumuis post susceptos filios factus fuerit clericus, & quod possit
30 transmitti, † secundum vera iuris principia, post multos alios, quos allegat, probat Molina *de primogeniis Hispaniæ, libr. 3. capit. 6. num. 38. & seq.* ergo statutum, vel consuetudo, de qua agitur, iniecisse dicitur vinculum in primogenito, & sic eum, licet clericum, comprehendere.

Ex qua ratione infertur ad resolutionem diuersitatis ab eis quæ resoluta sunt supra *in d. casu 4.* videlicet, cur est, quod † statutum hoc siue consuetudo 31
comprehendat primogenitum clericum, sed nõ comprehendat secundogenitum clericum, vt ibi. Quia vt aduertit Io. Lecirier. *in d. tract. lib. 2. quæst. 11. in princip.* satis differunt inter se istæ quæstiones, & ipse putat differre tanquam causam fauorabilem ab odiosa. Nos autem putamus rationem esse, quia primogenitus quilibet, statim ac nascitur secundogenitus, habet effectum dignitatis & transmissionis. Sed esse differentiam, quia si ipse sit clericus, semper poterit agere contra laicum pro dictis iurib. sed si secundogenitus sit clericus, tunc primogenitus laicus non potest vlterius agere contra eum, vigore statuti; cuius effectus est perpetuo impeditus per clericatum. Sed ad cognoscendum an statutum iniecerit vinculum recurrendum est ad actionem, quæ potest intentari, vt dixi, *in d. 4. cas. in fi.* Ergo in primogenito dicitur iniecisse vinculum, in secundogenito nequaquam. Et quod clericus, qui recipit statutum pro se non teneatur recipere contra se, consule quæ scripsi supra *in casu 5.*

Neque obstat tex. *in c. † quam periculosum, 7. q. 1.* allegatus per Tiraq. *in tract. de iur. primog. q. 43. nu. 14.* per 32
quem vult probare quod etiam primogenito laico erat quæsitum ius primogenituræ ab initio contra secundogenitum clericum, quia vt in illo tex. potuit illi iuri renunciare; & ita hæc consuetudo locum etiam habebit pro primogenito laico, contra secundogenitum clericum.

Primo, quia per illum text. non probatur statutum iniecisse vinculum respectu secundogeniti illum excludendo. Nam etiam iuri † quærendo, & sub spe, & 33
de futuro competenti renunciari potest, vt comm. per Scribentes *in l. fi. C. de pact.* Imo renunciatio † iuris 34
quærendi nullo modo rescinditur per enormissimam læsionem, Rub. Alexandrin. *in consil. 12. in 1. dub.* Gozad. *cons. 9. n. 11.* Pari. *cons. 26. num. 77. ad fi. vol. 3.* vbi distinguit tres casus, & *nu. 81.* concludit, quod si renunciat hereditati paternæ, sibi nondum delatæ, dote recepta, nullum habet remedium, cum aliis per Crauet. *in consi. 114. num. 13. & seq. & consil. 552. num. 21. & consi. 593. num. 2. & consi. 964. num. 40. & cons. 661. num. 9. & 10. & cons. 938. num. 5.*

Secundo dicta renunciatio † fuit facta ex permissione Dei, vt populus maior seruiret minori, vt habetur 35
in dict. cap. 25. Genesis, cum aliis congestis per Afflic. in responsione ad illud *in c. 1. num. 38. & sequent. de natur. success. feud.* sed in succedendo de iure non valuit, quia renunciatio † hereditatis viuentis non valet sine 36
eius consensu, de cuius hereditate agitur, *l. final. C. de pact.* etiam si renunciaretur hereditati illius, qui non potest consentire, puta pupilli, pro quo tutor debet præstare consensum, Alciat. *in d. l. fi. n. 19. in fi.* & Io. de Imol. *in consilio. 1. volum. 1.* & de hoc scripsi in quodam consilio Pisanæ hereditatis, vnde Afflict. *in dict. cap. 1. num. 39.* probat, quod Iacob non habuit successionem hereditatis paternæ vigore renunciationis Esau, sed ex beneficio paternæ benedictionis sibi collatæ, ergo quantum pertinet ad inducendam contradictionem inter hos duos casus, ille textus nullo modo allegari potest.

Quare resolutio dicti casus apparet vera, quod clericus primogenitus admittatur ad successionem feudalium vigore

vigore consuetudinis prædictæ, excluso secundogeni-
37 to, & hæc sunt vera, & procedunt, siue clericus † fuerit Latinus, siue Græcus, qui inter Latinos legitimus reputatur, licet susceptus ex sacerdote Græco, ex his quæ scribit Dec. *in cons. 207. incip. Pulchrum, num. 6.* & Francisc. Niconitius *allegatione 2. n. 114.*

Primo declaratur, nam si feudum, in quo succedit
38 primogenitus, † habet annexam dignitatem, puta Comitatus vel Marchionatus; vel in eo viuatur iure Francorum, quæ parificantur secundum Innoc. & alios *in c. licet, de voto,* siue totum feudum sit legitima primogeniti, vt per Innoc. Hostiens. & Abbat. *in d. c. licet,* & Abb. *in consi. 3. vol. 2.* Andr. *in constitutione regni incip. Dignum,* siue ratione dignitatis, quæ feudo ipsi annexa est, & est indiuidua, siue à natura, & qualitate feudi in quo viuitur iure Francorum, semper secundogenitus excludetur à toto, etiam à legitima, vt notarunt prædicti *in d. c. licet.* Oldrad. *in consi. 94.* Abb. *in d. cons. 3. vol. 2. & in consi. 12. vol. 1.* qui dicit esse communiorem sententiam, quam sequitur, & multis modis probat Camerar. *in c. imperialem, in §. præterea ducatus, fol. 102. in magnis, per tres columnas.* Afflict. *ibi, num. 31.* nouissimè Schraderus qui alios congerit *in tract. de feudis parte*
39 *8. c. 2. nu. 45.* Et quatenus fructus † dignitatis paterentur diuisionem, tamen non debent diuidi in hoc casu, quia omne diuisibile quod adiungitur indiuiduo, ratione connexitatis efficitur indiuisibile, vt latius scripsi *in l. 4. §. Cato, de verb. obl.* & in lectur. in terminis scribit Camer. *in d. §. præterea ducatus,* & Schrader. *in*
40 *d. c. 2. n. 44.* Ipse tamen † tenetur aliis fratribus secundum qualitatem, & dignitatem suam tantum suppeditare, vnde ipsi viuere possint, Afflict. *in d. §. præterea ducatus, n. 51.* & dicam latius in sequenti casu.

Secundo declaratur: nam quando feudum est no-
41 uiter emptum, in quo succedit primogenitus, † tunc ipse tenetur præstare partem pretij secundogenito, ita ex dictis Andreæ *in d. §. præterea ducatus, in fine addit.* firmant omnes periti nostri regni, non tamen de hoc habemus casum legis, sed ex verbis Andreæ sic interpretatis per præfatos peritos, inducta est consuetudo sic iudicandi in regno prædicto, vt testatur Domin. Fabius de Anna consiliarius sacri nostri consilij Neapolitani *in cons. 26. nu. 10. ver. secundo hæc materia.*
42 quo casu communis opinio est, vt debeatur † pars pretij quo valet tempore mortis, vt testatur Liparal. *in additionibus ad Andr. ibid. in verb. consuetudo.* Tamen contrarium fuit decisum, vt attendatur valor tempore quo feudum emptum est, nam quod emptum fuit abest ab hereditate, de qua decisione vide per Io. Vincent. de Anna *in singular. 200.* & Minad. *in repet. constitutionis regni, incip. in aliquibus, in rubric. in ver. successione, num. 32.*

CASVS XXIII.

Appannagium, siue vita militia, in quibus casibus debeatur à primogenito successore feudi ipsis clericis, vel monachis secundogenitis, etiam in linea transuersali.

SVMMARIA.

1 *Primogenitus de iure diuino succedebat ad omnia.*
2 *Successio in feudis quomodo fiat.*
3 *Primogenitus cur succedat in feudis titulatis.*
4 *Primogenitus succedit propter vtilitatem domini concedentis feudum.*
5 *Primogenitus succedens semper debet dare alimenta secundogenito.*
6 *Feuda concessa secundogenitis in appannagium sunt de demanio regis.*
7 *Primogenitus in regno Neapolis debet dare secundogenito vitam militiam.*
8 *Et quomodo taxetur.*
9 *Vita militia extinguitur cum morte secundogeniti.*
10 *Vita militia quomodo differat à legitima, & ab alimentis.*
11 *Et quid sit.*
12 *Vita militia debetur monacho religionem ingresso, capaci in communi.*
13 *Debetur Cardinali secundogenito.*
14 *Monachus succedit in maioratu.*
15 *Primogeniti renũciationis pœnitentia nõ admittitur.*
16 *Primogenitus excludens se à successione, non excluditur à vita militia.*
17 *Monachus ingrediens religionem an possit renuntiare hereditati sibi deferendæ, & sub qua forma.*
18 *Monacho defertur hereditas, non autem monasterio.*
19 *Monasterio acquiritur hereditas ex persona monachi etiam in feudalibus.*
20 *Vita militia in omnibus casibus, in quibus debetur clericis, & religiosis, debetur etiã in linea transuersali.*
21 *Vitam militiam deberi in linea transuersali esse decisum per Imperatorem.*
22 *Vitam militiam non deberi in linea transuersali, qui teneant.*
23 *Cur non sit loco legitimæ.*
24 *Feudum nouum relictum secundogenito non debet imputari in vitam militiam debitam à primogenito super alio feudo.*
25 *Feudum potest legari secundogenito in præiudicium primogeniti.*
26 *Vita militia soluitur de fructibus feudi.*
27 *An debeatur quando sunt venditi fructus propter debita testatoris.*
28 *Secundogenitus non tenetur ad solutionem adohæ impositæ per Regem tempore belli.*
29 *Vita militia an minuatur per solutionem adohæ.*
30 *Legitima non detracta transmittitur ad filios.*
31 *Vita militia est loco legitimæ, & est onus feudi, & illius portio.*
32 *Legitima non debetur de feudo secundogenito.*
33 *Feudum paternum non est legitima primogeniti.*
34 *Vita militia semel præstita ratione vnius feudi, debet iterum præstari ratione alterius feudi.*
35 *Vita militia debet præstari de vno feudo, etiam si transiret de primogenito ad secundumgenitum.*
36 *Vita militia debetur renuntianti successioni feudaliũ.*

De iure diuino primogenitus † succedebat ad omnia, vt patet Genes. *cap. 25. & c. 27.* & ad Hebr. *c. 12. & c. quã periculosum, 7. q. 1.* Dd. *in c. licet, de voto.* & is tenebatur præstare alimenta secundogenito, vt dicunt Io. Andr. Ancharan. & cęteri Canonistæ *in d. cap. licet.* Sed quia postea † de iure communi feudorum, moribus receptum fuit, vt omnes filij æqualiter succederẽt in feudo, *c. 1. de succ. feud. c. omnes filij. si de feud. fuer. controuer.* Et vltra montes semper viguit, & viget consuetudo, vt primogenitus succedat in feudo, de qua consuetudine testatur Federic. Imperator *in constitutione regni, incip. Vt de successioni.* & Alber. *in §. discipuli. in proœmio ff.* Ideo idem Imperator Federic. disposuit de iure communi feudorum, vt in feudis titulatis 1 2

tulatis

3 tulatis † semper succederet primogenitus, ne induceretur diuisio illorum, & ita feuda corrumperentur, & diuisa per capita diuersarum linearum vnius familiæ ad nihilum redigerentur, sicut accidit ex lege Longobardorum, & obseruatur in partibus Lombardiæ, vbi omnes æqualiter succedunt, & vnius Comitatus sunt mille Comites sine comitatu. Item de iure regni duæ constitutiones promulgatæ sunt, quibus cautum est, vt inter viuentes iure Francorum masculus primogenitus excluderet sexum fœmininum, & omnes fratres natu minores, vt habetur *in d. constitut. Vt de successionibus & in constitut. incip. In aliquibus.* Imo ex ratione iuris communis feudorum, considerata *in d. §. præterea ducatus.* Principes directi domini, inuestientes aliquem de feudo, solent apponere pactum, vt succedat solus primogenitus, neque secundogenitus de hoc conqueri potest, quia quilibet potest legem dicere rei suæ, *l. perfecta donatio*, C. *de don. quæ sub modo, cum*
4 *vulgar.* & hoc pactum apponitur propter vtilitatem † principis concedentis, vt feuda remaneant integra ad seruitium ipsius concedentis, vt dicit gl. *in d. c. licet, de vot.* & sequuntur ibi communiter Canonistæ. Quo casu semper remansit illa prima dispositio iuris diui-
5 ni, vt primogenitus † succedens teneatur dare alimenta secundogenito, Camerar. *in d. c. Imperialem. §. præterea ducatus, fol. 102. col. 2. litera K.*

Quod obseruatur etiam in Regno Franciæ, præter quam in secundogenitis Regum; & supremorum Principum, quibus solent concedi quædam ciuitates,
6 & † loca in appannagium, quæ adhuc remanent pars demanij Regis, cõcessi per modum prouisionis, ideo finita linea masculina eorum, ipso iure finitur, & resoluitur appannagium, & dictæ terræ ipso facto consolidantur, & reuniuntur demanio, absque aliqua alia incorporatione, vt declarat Glossator *consuet. Parisiens. in §. 43. gl. 1. in ver. qui denie le fief, num. 185.*

De iure autem regni specialiter fuit sancitum, vt
7 primogenitus † teneatur dare secundogenito vitam militiam, vt habetur *in constitutione regni, incip. Comitibus, in §. fin.* Et dicitur vita militia, id est, vita militi condigna, & concedens, vt post alios declarat Fab. Ann. *in consil. 4. num. 47.* Quam aliqui dixerunt suc-
8 cessisse in locum legitimæ, † quia iuxta eius rationem taxatur, vt idem D. Fab. Ann. *in cons. 6.* probat septem argumentis, & credit hanc opinionem esse veram. A-
9 liqui dixerunt hanc vitam militiam † esse speciem alimentorum, quia cum morte secundogeniti extinguitur, vt Pet. Gregor. *in tract. de vita militia. in prin.* quē refert & sequitur Intrig. *de feud. c. 57. nu. 9. & plur. seq.* Nos autem putamus veram opinionem esse Doct. an-
10 tiquiorum, vt hæc vita militia † nõ sit legitima de iure naturæ, neq; eius loco subrogata, neque etiam sint alimēta subrogata loco legitimæ, sed satis differat à præ-
11 dictis, & sit quædam portio debita † partis hereditariæ, vel rei feudalis, in qua fratres secundogeniti de iure Longobardorum, debebant succedere æqualiter cum primogenitis, & per ius Francorum sunt exclusi, & loco illius portionis à qua excluduntur, sit subrogata vita militia. Vt latius declarat Io. Thom. Minadous *in cons. 1. num. 67. v. & ex his.* inducens hęc verba Andr. *in d. constit. Comitib. in 1. lect.* dicentis, quod vita militia est loco partis hereditariæ, à qua excluditur minor, per primogenitum maiorem.

De hac igitur vita militia debita secũdogenitis pertractantes, quantum pertinet ad comprehensionē vel exclusionem ecclesiasticorum, constituo duos articu-

Primus articulus est: Vita † militia debetur mona- 12
cho religionem ingresso capacem in communi, qui seruata forma Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 16.* renuntiauit successioni feudalium sibi deferendę, etiam iuris primogenituræ. Quam opinionem expresse tenet Intrigliol. *in tr. de feud. in d. c. 57. n. 22. & 23.* Franc. facit *decis. 20.* de vita militia † debita Cardinali secun- 13
dogenito, cuius decisionis rationes tantum applicamus ad hunc casum monachi, quia in cæteris firmauimus contrarium supra *in casu 22.* hanc eandem opinionem de monacho † successore maioratus firmat 14
Molina *de primogen. Hispaniæ, li. 1. c. 13. nu. 71. & 93.* post alios, quos allegat. Et rationes huius casus sunt, quia illa primogenito, qui renuntiauit iuri primogeniturę, vel in fauorem omnium fratrum, vel solius secundogeniti, postquam fratres sui illam renuntiationem acceptauere, & sic renuntiatio † effectum sortita est, pœ- 15
nitere, & voluntatem suam mutare non permittitur, Andr. *in constit. regni, incip. In aliquib. col. 5. & ibi* Affli. *col. 9. ver. tertio quæritur.* Tiraq. *in trac. de primog. q. 28.* Quo casu licet iste primogenitus exclusit se à successione feudi, & primogenitura, † non tamen exclusit se 16
à vita militia, vt dicit Franc. *in d. decis. 20. num. 5. vers. non obstat.* & hoc ne clerici, qui non habentes vnde viuant, retrahantur à monachatu, quę ratio consideratur fauore religionis, *c. in præsentia, de probationib.* & in dubio est tenenda fauore alimentorum, vt ibi dicit *n. 10. in fi.* Addit, quod si vita militia debetur per primogenitum secundogenito etiam clerico, vt semper est iudicatum, multo fortius debetur per secundogenitum laicũ huic primogenito monacho, ex cuius persona maius commodum ipse secundogenitus laicus consequutus est.

Et quod monachus † ingrediens religionem pos- 17
sit renunciare hereditati sibi deferendæ, seruata forma d. Concilij, meminit Guttieres *in c. quamuis, ver. cum nuptui tradebatur, num. 1. vers. & tandem inquit, de pactis.* Menoc. *de arbitrar. casu 436.* Gratian. *regul. 456. num. 7.* quo casu cum hereditas deuoluitur, monasterium excluditur, quia licitē potuit iuri quærendo renunciare, Minadous *in constitution. regni, incip. In aliquibus, in 8. not. à num. 23. ad finem.* vbi per multas rationes concludit Couar. *in c. quamuis, parte 3. §. 2. num. 3. vers. erit tamen ad effugiendas.* Quicquid dixerit Socin. *in consil. 183. volum. 2.* & Corn. *in consil. 272. volum. 3.* quorum opinionem sequitur Dom. Franc. de Ponte *in consil. 40. num. 2.* Quia hanc opinionem reprobarunt Dec. *in consil. 31.* Couarru. vbi supra, & Minadous *in d. 8. not. num. 26. & seq.* Purpurat. *in l. fin. num. 190. & seq.* C. *de pact. & ibi* Cagnol. *numer. 205. & seq.* Vasq. *de success. creat. l. 2. §. 18. requisito 29. num. 93.* Antonius Sala *in constitution. Pedemontan. titu. de alienat. bonorum minorum, gloss. 2. numer. 24.* & licet in contrarium sit communis opinio Canonistarum *in c. in præsentia, de probat.* de qua per D. de Ponte *in d. cons. 40. n. 3.* videlicet quod renuntiatio facta per ingressurum religionem de hereditate deuoluenda, non obstet monasterio, quia hereditas defertur monasterio non autem monacho: Tamen opinio Legistarum est magis communis, videlicet quod monacho † defe- 18
ratur hereditas, non monasterio, Aretin. *in l. is potest, colum. 5. ff. de acquirend. heredit.* dicens, quod opinio Canonistarum non est vera. Cagnol. *in dict. l. fin. numer. 206.* C. *de pact.* dicens, quod opinio Canonistarum est contra tex. *in l. Deo nobis*, C. *de episc. & cleric.* & hanc opinionem esse sequendam in foro Cæsaris testatur

testatur Clar.*in §.testamentum,q.30.in fi.*vbi de huius-
modi negotio iudicandum est.
19 Et quod ista acquisitio quæ fit monasterio † ex per-
sona monachi procedat etiam in feudalibus, latè scri-
bit Minadous *in repetitione d. constitutionis, In aliqui-
bus,in 3.notab.nu. 70. & plurimis seq.* quia hic transitus
de persona monachi ad monasterium, & acquisitio,
& permutatio fit ex legis dispositione,*auth.ingressi,C.
de sacros. eccles.& c. in præsentia, de probat.* in qua non
habet locum dispositio *constitutionis regni, incip. Con-
stitutionem diuæ memoriæ,*vt per Andr.*in c.1.§.quid er-
go,de inuestit.de re alien.fact.* Bartol.*in l.si constante,ff.
solut.matrim.& in l.conditionib.ff. de condit. & demon-
strat. in vers. non enim obligat minorem si lex.* & de le-
gali dispositione translatiua bonorum,& alienatione
tradit Alberic. *in d.auth. ingressi,* & Speculat.*in tit.de
statu monachorum.§.1.* Imò quia per leges feudorum
non reperitur prohibita ista acquisitio, & commuta-
tio ex persona monachi in monasterium,standum est
iuri ciuili & canonico, vt not.*in c.1. qui feud.dare poss.
& in c.1.de feudi cognit.*presertim cessante ratione ser-
uitij,ad quod non obligatur monasterium, vt dixi su-
pra *casu* 22.
20 Secundus articulus est, vita militia † in omnibus ca-
sibus,in quibus debetur clericis,& religiosis; debetur
etiam in linea transuersali, puta si tractaretur de suc-
cessione feudi auunculi, ad quod possent succedere
duo nepotes,& secundogenitus monachus renuncias-
set successioni feudalium.Et hic casus habet duas par-
21 tes;primam,an secundogenito debeatur vita militia †
in linea vniuersali;secundam, an vita militia debeatur
renuntianti successioni feudalium.
Circa primam dico super hoc esse factam decisio-
nem Imperialem. Nam vt refert Capyc.*in decis.211.
colum.1.* dum dubitabatur de hoc casu, fuit supplica-
tum sacræ Cæsareæ Maiestati pro resolutione, & illa
Cæsarea Maiestas mandauit sacro consilio Neapoli-
tano,vt deciderent hunc casum, & Domini Consilia-
rij illius prætorij firmarunt hanc opinionem affirma-
tiuam esse veram,& sic fuisse iudicatum testatur etiam
Minadous *in d.consilio 1.in fin.*ipso consultore,& hanc
etiam opinionem sequitur Loffred. *in §. firmiter, de
probib.alien.per Federic.*Petr.Grego.*in tract.de dote de
paragio,q.32.*
22 Et licet contrariam † opinionem teneat Cumias *in
capitulo regni Siciliæ,incip. Si aliquem.sub titulo de suc-
cessione feudi,in ver.maritata.num.* 451. dicens quod *d.
constitutio;Comitibus,*habet locum in feudo à commu-
ni parente perueniente,sed non à collateralibus,& se-
quitur Cauetius *in d.c.si aliquem,in §.at pulchra,*& no-
dosa quæstio est,vbi disputat quæstionem, & *nu.55.&
seq.* concludit nō deberi vitam militiam in successio-
ne fratris, vel sororis, quia regulariter non debetur
legitima cuius loco successit, & nouissimè hanc opi-
nionem firmat D.Fab.de Anna *in consil.6.à num.1.ad*
19.Ea moti omnes ratione, quia vita militia habetur
loco legitimæ,ad quod allegant Camerar. *in d.§.præ-
terea ducatus,fol.102.col.3.litera L.& M.* Tiraq. *de iu-
re primogen.quæst.75.num.8.* Gugliel.de Perno *in cons.
11.num.11.* Paris de Puteo *in tractatu de reintegrat.feu.*
vbi agit de finibus feudorum,*in c.quod incepit;Nūc vi-
dendū dubium quotidianū,n.25. ver.vt det vitā militiā
fratrib.minorib.loco legitimæ portionis,&c.*est sub *fo.176*
& Franc.*decis.20.n.9.*& ad hoc inducitur And.*in d.cō-
stit.Comitib.in princ.*ponderantes eius verba, vita mi-
litia est loco partis hereditariæ, à qua excluditur per
primogenitum maiorem; & paulo inferius dicit, vi-
tam militiam esse loco partis sibi debitæ, à qua exclu-
ditur, per quæ verba volunt Andream etiam esse hu-
ius opinionis.
Nihilominus prima opinio est verior, videlicet vi-
tam militiam deberi etiam in linea transuersali; pri-
mo quia pro ea habet decisionem Imperialem, vt di-
xi,ex illa regula:omnia nostra facimus, quibus aucto-
ritatem nostrā impertimur. Item quia numerus Do-
ctorum illam quæstionem disputantium, atque deci-
dentium in sacro Consilio, atque aliorum citatorum,
fecerunt illam opinionem esse communiorem, ideo
in iudiciis est obseruanda. Et quod sit opinio verior
de iure,probo multipliciter.
Primo,si vita militia esset † loco legitimæ, tunc o- 23
mne relictum à patre secūdogenito deberet in ipsam
legitimam computari,ex regula *l.si quando, §.genera-
liter.& ibi* Ias. *C. de inoffic.testam.* cum aliis cumulatis
per Dd.*in l.in quartam.ff. ad l.Falcid.* latius per Pic.*in
repetit.num.60.*Sed si pater habens feudum paternum
relinquat alterum feudum † nouum secundogenito, 24
tale relictum non debet imputare in vitam militiam,
sed adhuc debet illam habere à primogenito,qui suc-
cessit ad illud feudum paternum, vt est casus decisus
per Afflict.*dec.138.sub n.4.& seq.*ergo vita militia non
est loco legitimæ, ita etiam esse decisum in regno Si-
ciliæ dicit Intrigliol.*in tract.de feud.c.57.nu.55.*& dicit
Afflict.*ib.n.5.* quod legatum feudi erat factum secun-
dogenito à patre, qui non tenebatur ad vitam mili-
tiam, & potuit legare † in præiudicium primogeniti, 25
quia potuisset vendere,quicquid dicat ibi Vrsill.*num.
5.*qui loquitur,quando in omnibus feudis patris viue-
retur iure Francorum, & tandem relinquit cogitan-
dum. Item, quia vita † militia soluitur de fructibus 26
feudi, Afflict.*in §.præterea ducatus,n.66.* Francis.de A-
micis *in tit.de his qui feud.dare pos.§.sed hic pulchrum e-
rit n.7 fol.11.* si igitur esset loco legitimæ, tunc in casu
quo fructus non extarent, quia venditi propter sol-
uenda debita, ipsa vita militia † non deberetur,cuius 27
contrarium consuluit idem Fab. Ann. *in cons.4. in 2.
dub.*& ita concludit *num.60.*quia vita militia licet de-
beatur ex fructibus, tamen fructus non sunt in obli-
gatione,sed pecunia,vt ibi per eum,allegat duas deci-
siones,sc.Minadoum *in decis.10.* & Franch.*in decis.121.
n.11.*probatur consequentia,quia legitima debetur de-
ducto ære alieno,vt not.*auth.nouissima.& in c.Raynu-
tius,*ergo vita militia non est loco legitimæ. Confir-
matur, quia vt pluries decisum est, secundogenitus † 28
non tenetur ad solutionem adohæ impositæ per Re-
gem tempore belli, sed solus primogenitus tenetur,
vt per Afflict.*decis.152.nu.5.* & ibi Grammati. in addi-
tionibus dicit, sic etiam fuisse decisum per Regiam
Cameram Neap.Franch.*d.decis.20.nu.11.*Vnde dubi-
tat Affli.*in d.decis.152.nu.6.in fin.& seq.*an solutio † a- 29
dohæ,quæ est onus feudi,minuat vitam militiam,quę
præstatur ex fructibus dicti feudi, & concludit, quod
non,cuius contrarium fuisset decidendum,si esset lo-
co legitimæ, quæ soluitur deductis oneribus,vt dixi.
Item quia legitima † transmittitur,& si non fuerit de- 30
tracta, potest detrahi per heredem filij, vt per Chas-
san.*in consi.67.num.78.*ea ratione, quia debetur,vt æs
alienum,Natta *consil.528.num.29.* Menoch.*consil.77.
num.16.* & quod filius dicatur creditor in legitima, &
non possit ab eo auferri, etiam Deo dante, Curt.sen.
in cons.23.n.25. sed vita militia finitur morte ipsius se-
cundogeniti,vt habetur *in d.Constit.Comitibus.* & de-
clarat

clarat Camerar. *in d. §. præterea ducatus, fol. 102. col. 3. litera O. & P.* ita arguit Minad. *in dict. consil. 1. num. 61. & sequent.*

Quare sequendo opinionem nostrorum antiquiorum fundatam in tot decisionibus sacri consilij, arbi-
31 tror vitam militiam † non esse verè loco legitimæ, quæ debetur secundogenito, sed esse onus feudi, & portionem ipsius.

Et hanc opinionem tenere Andream, dicit idem Fab. Ann. *in d. consi. 4. num. 49.* vbi allegat Andr. *in d. constit. Comitibus, in primis verbis, in vers. & est onus feudi.* Item Franc. de Amicis, qui tenet hanc opinionem *in tit. de his qui feud. dare poss. §. & quidem, nu. 2. fol. 27.* dicit eiusdem opinionis fuisse Andr. *in d. constit. Comitibus.* Item gloss. Parisiens. *in tit. 1. §. 18. nu. 10.* sequitur hanc opinionem, & dicit eiusdem fuisse Andream *in d. constit. Comitib.* Idem sequitur, & dicit Minadous *in d. consi. 1. in pluribus locis.* & Loffred. *in d. §. firmiter.* & Afflict. *in decis. 43. & decis. 138. numer. 2.* & cæteri quot sequuntur hanc opinionem, citant Andream, neque opus est vlterius dubitare, an Andreas fuerit huius opinionis, eandem sequitur Paris. de Put. *in d. §. nunc videndum, nu. 25. versi. ideo maior est prælatus in feudo, vt det vitam militiam fratribus minoribus loco legitimæ portionis, quæ eis contingit.* Surd. *in tractat. de alimentis, tit. 5. quæst. 15. num. 26.* vbi quod vita militia succedit loco portionis, quam habiturus fuisset secundogenitus in feudo.

Qui verò allegantur in contrarium, omnes dicunt esse onus feudi; item esse portionem feudi, & cum his principiis quærũt quæstiones multas, sine quibus quærendæ non essent, interdum autem solent appellare legitimam portionẽ non ex eo quod sit subrogata loco
32 legitimæ, quia verè de feudo non debetur † legitima secundogenito, vt per Capic. *decis. 2.* sed quia ipsa vita militia taxanda est secundum legitimam, iuxta numerum liberorum, vt per Andr. *in d. constit. Comitib. & ibi* Afflict. *in 2. q.* cum aliis per D. Regentem de Ponte *in consi. 79. col. 1. & 2.* Sicut dicimus, quod feudum † pater-
33 num non est legitima primogeniti, secundum veriorem opinionem, quia legitima debita de iure naturæ nunquam fuit considerata in feudis, sed dicimus esse legitimam successionem ex more & consuetudine iuris Francorum, quod primogenitum tantum admittit, vt post gl. Paris. quem allegat, sequitur Frecc. *in lib. 3. de subfeud. in 19. different. inter feud. heredit. ex pact.* & ita non est verum, quod super legitima imponitur onus vitæ militiæ: Nec quod vita militia sit legitima, & ita pars sapiet naturam totius.

Quare cum vita militia non sit legitima, sed tantum portio feudi, quæ debetur ratione exclusionis secundogeniti à feudo, cui succedit primogenitus, concludendum est cum sapientissimis viris, & decisione Imperiali, quod ipsa debeatur in linea transuersali.

34 Ex quo infertur, quod si semel † est præstita super feudo primogeniti succedente eodem ad alterum feudum, debetur de secundo feudo, nisi enim adesset primogenitus, ipse secundogenitus succederet ad tale feudum, ergo ex quo per anterioritatem, & primogenituram, priuatur noua successione, debet dari vita militia, etiam habito respectu ad secundum feudum, vt per Minadoum *in d. cons. 1.* Verum si primogenito
35 decedente, † succederet secundogenitus, tunc alij secundogeniti, quibus à primo decedente dabatur vita militia, non debent habere alteram vitam militiam ab hoc secundogenito transeundo ad primatũ, ne feudũ duplici onere grauaretur, & ita fuit decisum in Prætorio Neapolis iunctis duabus aulis, referente Domino Horatio Marchesio sub die 24. Nouembris, 1592.

Circa secundam, an vita militia † debeatur renunciãti successioni feudalium, dico deberi, & rationem dixi 36
nuper, quia licet per renunciationem quis se excludat à successione feudi, non tamen se excludit à vita militia, Franch. *d. decis. 20.* Imo cum vita militia debeatur in fructibus, & assimiletur alimentis, religiosi sunt capaces alimentorum, & non censentur venire ea, quæ in specie concessurus non esset, *c. in generali, de regul. iur. lib. 6. l. 1. C. quæ res pignor. oblig. poss.* late Schrader. tractat hanc renunciationem successionis feudalium *in tractat. de feud. parte 7. c. 2. n. 72. vsque ad 77.*

CASVS XXIV.

Ecclesiasticos non posse facere maioratum, aut commendam inter viuos, vel vltima voluntate absque licentia Papæ, & an Regis licentia opus sit.

SVMMARIA.

1 *Maioratum qui possint facere, & an requiratur licentia Regis in Hispania.*
2 *Episcopi & clerici possunt facere maioratum solum de bonis patrimonialibus.*
3 *Episcopi possunt disponere de bonis patrimonialibus.*
4 *Item de bonis ex eorum industria, & artificio acquisitis.*
5 *Episcopus si fuerit monachus an habeat supradictam facultatem.*
6 *Prælatus monachus non potest disponere de bonis patrimonialibus, aut intuitu ecclesiæ acquisitis.*
7 *Prælati non possunt disponere de bonis ecclesiæ, neque de stipendiis, & fructibus officiorum secularium.*
8 *Prælatis donata res à principibus, acquiritur ecclesiæ.*
9 *Secus est quando seruiunt Principibus de licentia Papæ.*
10 *Bona prælatorum quando præsumantur acquisita de bonis, & intuitu ecclesiæ.*
11 *Prælati non possunt disponere de bonis præsumptiuè acquisitis intuitu ecclesiæ.*
12 *Maioratus non potest fieri de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis sine licentia Papæ.*
13 *Papa an possit concedere licentiam faciendi maioratum de bonis ecclesiæ.*
14 *Prælatus potest disponere de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis, ad pias causas.*
15 *Maioratus institutio non potest intelligi ad pias causas, qui transit ad laicos.*
16 *Prælatus potest erigere commendam de licentia Regis magni magistri religionis.*
17 *Commendæ erectio dicitur ad pias causas fieri.*
18 *Commenda erigenda per prælatum, quot requiruntur.*
19 *Commenda non potest transferri per viam legati sine licentia magni magistri.*
20 *Maioratus non fundari ab ecclesiasticis in illis locis, vbi adest consuetudo, vt ipsi disponant de bonis ecclesiæ.*
21 *Clerici in Hispania disponunt de bonis ecclesiæ ex consuetudine.*
22 *Consuetudo disponendi de bonis ecclesiæ est nulla ipso iure, & nu. 24.*

23 *Papa non dispensat circa alienationem bonorum ecclesiæ, nisi ad pias causas.*

25 *Consuetudo contra ius canonicum non facit aliquem tutum in foro conscientiæ.*

26 *Prælati possunt disponere in vita de fructibus bonorum ecclesiæ, & ipsius intuitu acquisitis.*

27 *Episcopis non licet suos consanguineos diuites facere.*

28 *Episcopus sordidus magnum scandalum affert populo.*

29 *Maioratus factus ab ecclesiasticis de licentia Papæ, non requirit licentiam regis, & n.31.*

30 *Capella construenda à clerico, non requirit licentiam Regis.*

32 *Regis licentia quando requiritur in fundatione maioratus.*

33 *Maioratu erecto per ecclesiasticos de licentia Papæ, an possit fieri mutatio de vna linea in alteram cum licentia regis.*

34 *Commendam erigere est constituere iuspatronatus.*

35 *Iurispatronatus fundator potest disponere cum licentia in præiudicium vocatorum. & nu.37.*

36 *Primus acquirens ex titulo oneroso, potest aliis præiudicare.*

38 *Rex, & magnus magister religionis, extra suam ditionem consideratur solum vt magnus magister.*

39 *Rex Franciæ in Comitatu Tholosæ consideratur vt Comes.*

40 *Rex & magnus magister præsumitur actum facere vt magnus magister.*

41 *Tutor in re pertinente ad pupillum præsumitur contrahere tutorio nomine.*

REgulariter qui possunt disponere de bonis suis
inter viuos, & in vltima voluntate, hi possunt
1 maioratum † facere, vt probat Molin. *li.2.de Hispaniæ
primogeniis, c.9.in prin.* Sed quia in Hispania cautum est
per leges speciales, vt quis habens filios non possit
disponere vltra quintam, & tertiam partem bonorum
suorum, videlicet quintã partem pro anima ad sui libitum in quoslibet, tertiam verò partem solum inter
ipsos filios, gratificando potius vni, quàm alteri, vt latius declarat Anton.Gomez. *in l.17.Tauri, n.1.& 2.* Ideo introductum est circa institutionem maioratuum,
qui fiunt pro conseruanda familiarum dignitate, vt
scribit Melchior Palaez *in tract. maioratuum, q.1.n.13.*
vt impetretur licentia Regis, per quam derogetur legibus antiquis, & ita fiat in toto patrimonio fundatoris, atque primogenitus potest succedere vltra quintã
& tertiam partem bonorum, & qui alij sint effectus
maioratus instituti cum licentia Regis, docet etiam
Anton.Gomez. *in l.40.Tauri, n.55.*

Circa institutionem igitur maioratuum per ecclesiasticos faciendam, declarantur infrascripti articuli.

2 Primus articulus est, episcopos † & clericos posse
solum de bonis patrimonialibus facere maioratum,
non autem de bonis ecclesiæ: Neque de bonis sibi donatis à Principe laico propter seruitia illi facta, neque
de illis bonis quæ præsumuntur acquisita contemplatione ecclesiæ, & prouenientia ab aliis bonis ipsius.
3 Quod autem possit de bonis † patrimonialibus est
casus *in c. sint manifestæ, 12.q.1.* sub his verbis:

Sint manifestæ res propriæ episcopi (si tamen habet proprias) & manifestæ Dominicæ vt potestatem habeat de propriis moriens episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere, nec sub occasione ecclesiasticarum rerum, ea quæ episcopi esse probantur, intercidant, &c. Idem habetur *in c. quia nos, de testam. & in c. fixum, 12.qu.5. & in auth. licentiam, C. de episc. & cler.* & est receptissima opinio inter Dd. vt testatur Clarus *in §. testamentum, q.27. vers. circa bona, & seq.* super qua communi latè scripserunt alios congerendo Couar. *in c.1.n.3.& nu.11.de testam.* Molin. *in tract. de primogen. Hispaniæ, li.2.c.10.à n.26. vsque ad 59.* Nauarr. *in repetit. c. fi.16.qu.1. in prima
quæstione principali, n.7.& seqq.* Et intelligunt † omnes 4
præcitati Doctores hanc facultatem habere eosdem
ecclesiasticos de bonis ex industria, & eorum artificio
honesto acquisitis, quod procedit, nisi dimisso munere
ecclesię, alia negotia aggrediatur. Neque credo veram
opinionem Ias. *in auth. ingressi, n.7.C. de sacros. eccles.* vt
hoc procedit etiam si episcopus † fuerit monachus, 5
quem sequitur Melchior Palaez *in d. tract. maioratuũ,*
q.1.n.14. Quia Prælatus † monachus neque potest dis- 6
ponere de rebus intuitu ecclesiæ acquisitis, neque de
suis patrimonialibus absque licentia Papæ, prout est
communis opinio, de qua testatur Molina *in d.c.10.
n.28.*

Quod autem † non possit disponere de rebus ec- 7
clesiæ, neque de quæsitis eius intuitu, est textus *in c.1.
& in c. cùm in officiis, de testament.* & ibi latè per omnes
Canonistas. Idem intelligo de stipendiis, & fructibus officiorum secularium, quos à principibus secularibus acceperunt, cùm enim eo munere quod principibus impenditur, ecclesia propria fraudata videatur, consequens est, vt omne donatum † ecclesiæ ac- 8
quiratur, ex regula *l. sed & si quis, §. interdum. ff. de vsufruct. & l.1.§. si seruus: & §. fructuarius, ff. de stipulat. seru:*
vbi seruus fructuario ex opera ei debita acquirit, sed
domino vero extra operam, neque potest hoc ius
mutare, alteri operam exhibendo, per quam rationem
ita firmat Francisc. Sarmienta *in tractat. de redditibus ecclesiasticis, parte 3.cap.5.numer.8.* quicquid dicat
Nauarr. *in d.c. fin.16.qu.1.num.78.* & Molina *in d.c.10.
num.51.* Quorum † opinio potest procedere, quando 9
episcopi seruiunt Principibus secularibus de licentia
Papæ.

Et in quibus casibus bona † præsumuntur quæsita 10
de bonis, & intuitu Ecclesiæ, scribit Menoch. *de præsumptionib. lib.3. præsumpt.53. & de arbitrar. iudic. cas.
195.* vbi omnes cumulat. Et ratio, cur non possit de
præsumptiuè † acquisitis intuitu ecclesiæ disponere, 11
est; nam cùm Prælatus tempore adeptæ dignitatis teneatur conficere inuentarium earum rerum, quas ex
suo patrimonio, alióve titulo habet, *c. manifesta, & cap.
sint manifestæ, 12.q.1. & c. Syracusanæ, distin.28.* Abb. *in
disputat.3. dubio 4.* Menoch. *d. præsumpt.53.num.11.* præsumptio fraudis non cessat, quin fuerint acquisita de
bonis ecclesiæ, & dispositio quælibet censeretur in
fraudem facta.

Ergo vt possit facere maioratum † de bonis acquisi- 12
tis intuitu ecclesiæ, requiritur licentia summi Pontificis, vt concludit Melchior Palaez *in d.qu.1.numer.14.*
& licet Abb. *in c. cùm esses, in 2.lect.num.30. de testam.*
concludat, summum † Pontificem non posse hanc di- 13
sponendi licentiam concedere, quia dominium rerum ecclesiæ est penes Deum, *c. cùm ex eo, de elect. lib.
6. in vers. de Christi patrimonio sublimatis.* quã sequitur
Geminian. *in cap. vnic. col.3. vers. quæro quare ecclesia, de
summa Trinit.* & Felyn. *in cap. quæ in ecclesiarum, de constitut.* Ego credo summum Pontificem facilius dispensare posse circa dispositionem alicuius partis bonorum acquisitorum intuitu ecclesiæ per ipsum

præ-

prælatum, quam in illis ipsis rebus ante eius prælaturam ecclesiæ adeptis.

Hæc autem licentia disponendi simpliciter de aliqua bonorum, intuitu ecclesiæ acquisitorum, parte, trahi non potest ad institutionem maioratus, quia cũ
14 prælatus † in vita habebat facultatem disponendi de eisdem ad pias causas, licentia prædicta ampliat facultatem ad mortem; ergo intelligi debet eodem modo, prout habebat in vita, & sic ad pias causas, vti firmant Nauarr. *in manuali, c.25.n.129. & in d.c.si.16.q.1.*
15 *n.17.* & sequitur Molin. *in d.c.10.nu.30.* Sed institutio † maioratus non potest intelligi ad pias causas, qui transit ad laicos, imò aliquando diuites pro maiori dignitate familiæ, vt dixi.

16 Posset Prælatus † vigore prædictæ licentiæ erigere commendam de licentia Regis magni Magistri religionis, quia commendæ sunt beneficia ecclesiastica, & milites religionum dicuntur personæ ecclesiasticæ, Lamberti. *de iurepatronat. parte 1. lib.2.q.7.art.5. & ibidem q.5. princip. art.10.* Geminian. *in c. Laici, de reb. eccles. non alien. lib.6.* post alios, quos allegat, latè Nauarr. *in sua apologia de redditib. ecclesiastic. q.1. monit.55. & plur. seqq.* vbi plura adducit, & ideo in erectione commen-
17 dæ † diceretur disponere ad pias causas, tanto magis, quia spes est ecclesiæ, vt finitis lineis ad religionem re-
18 uertatur. Sed quia in erectione † commendæ duo interueniunt, donatio bonorum pro ipsius erectione, & ad hanc sufficeret licentia Papæ sic simpliciter concessa; item inuestitura pro lineis, quam facit Rex magnus
19 Magister, vnde etiam per viam † legati non potest transferri sine consensu magni Magistri, Ioan. Andr. Calderin. & Abb. *in c. cùm seculum, circa fin. de iurepatronat.* quos refert, & sequitur Lambertin. *in d. tract. de iurepatronat. in 2. artic. primæ quæst. principal. in 2. parte lib.n.5.* & de hac licentia sine consensu magni Magistri latè per Riminald. iun. *in cons.239.n.15. & seq. & n.74. vol.3.*

Ergo ad hoc vt licentia Papæ extendatur ad erectionem maioratus, debet in specie id exprimere.

20 Secundus articulus est, Maioratus † nullo modo potest fundari ab ecclesiasticis de bonis ecclesiæ in illis locis, vbi adest consuetudo, vt clerici disponant de rebus ecclesiæ. Quam esse consuetudinem Hispaniæ
21 † testantur Melchior Palaez *in d.qu.1.n.15.* vt ipsis clericis liceat de bonis ecclesiæ disponere siue ex testamento, siue ab intestato, dictamque consuetudinem fuisse postea approbatam per leges particulares ipsius regni testatur ibidem Palaez, & Molin. *de primogen. Hispan. dict. cap.10. num.54.* & latius probatur per Couar. *in d.c. cùm in officiis, nu.9. de testam.* mouetur, quia prohibitio testandi iure humano introducta fuit; ergo & pariter consuetudo in contrarium potuit introduci, præsertim sciente, & tolerante ipso summo Pontifice.

22 Sed quod dicta consuetudo † sit nulla ipso iure, probatur, quia est contra dispositionem *d.cap.1. & d.cap. cùm in officiis, de testament.* ergo contra libertatem ecclesiæ ex notatis *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutionib.* & sæpius dixi supra. Item si nec summo Ponti-
23 fici † permittitur dispensare circa dispositionem alienationum bonorum ecclesiæ, nisi ad pias causas, ex regula *cap. relatum, in 2. de testam.* secundùm opinionem Abb. *in d.c. cùm esses, eod. titul.* vt dixi nuper, tanto minus potuit consuetudine introduci. Et quod hæc con-
24 suetudo † sit nulla, irrationabilis, & contra libertatem ecclesiæ, concludunt magis communiter scribentes Canonistæ *in d.c. relatum, & in c. final. de pecul. cleric.* Franch. *in rubric. de testam. lib.6.* Archidiac. *in summa 12.q.5.* Crotus *in l. omnes populi, num.51.* Mantica *de coniect. lib.2. titul.9. num.2.* cum aliis multis relatis in summa Syluestrina *in ver. clericus, in 4.qu.2.* & in summa Angelica *in ver. clericus, in 2.§.13.* & ibi lata apostilla multos alios citat. Quo casu licet † securi videantur 25
in foro exteriori, vbi secundum hanc consuetudinem ius dicitur, non tamen sunt tuti in foro interiori conscientiæ, vt latè docet Couar. *de sponsalib. parte 1.c.7.§.9.n.8.* & ad episcopum pertinet corrigere ratione peccati, etiam ipsos Principes, ex regul. *c. nouit de iudic. & c. si peccauerit.2.q.1.* aliàs omnes inciderent in excommunicationem.

Et intelligo hunc casum procedere, etiam si ecclesiastici fundauerint maioratum in vita, quia & si licitum sit Prælatis † disponere in vita de fructibus suæ 26
ecclesiæ, & de acquisitis intuitu ipsius etiam in consanguineos, ex latè congestis per Molin. *in dict. cap.10. numer.32. & plur. seq.* Tamen ex dispositione sacrosancti Concilij Tridentini fuit prohibitum *sess.25. cap.1. de reformatione*, non licere episcopis † consan- 27
guineos, aut familiares suos ex redditibus ecclesiæ diuites efficere, nec aliter bona ecclesiastica in profanos vsus consumere. Imò quod ecclesiasticus vltra congruam sustentationem superest ex redditibus suæ dignitatis, si in profanos vsus consumpserit, mortaliter peccat, vt multa ad hoc refert Couarr. *in d.c. cùm in officiis, nu.3.* D.Thom. *in 2.2. quæst.185. art.7.* Nauar. *in c. fin.16. quæst.1. in prima quæstion. princip. nu.9. & seq.* Quod intelligo verum, etiam si prælatus ea donauerit consanguineis, quæ suum genium fraudando parsimonia magna acquisiuerit: Siquidem euitari non potest, quin sordidus † prælatus magnum scandalum 28
afferat populo, & ita grauius peccet, quicquid alij senserint.

Tertius articulus est; Cùm licet ecclesiasticis facere † maioratum de bonis patrimonialibus, aut de pro- 29
uenientibus intuitu ecclesiæ cum licentia Papæ, non esse opus licentia Regis. Quia statuta & constitutiones laicorum circa dispositiones bonorum in vltima voluntate, non comprehendunt ecclesiasticos, ex his quæ latissimè scripsi supra *in 5. casu*, etiamsi si post mortem ipsorum lis oriretur coram iudice laico, vt ibidem.

Ex quibus apparet error manifestus Antonij Game *in decis. Lusitaniæ 341.* volentis, in constituenda capella † à clerico, cuius immobilia illi annexa relinquun- 30
tur, clericusque in perpetuum administrator relinquitur, Regiam auctoritatem requiri.

Et quod in fundatione maioratus † per ecclesiasti- 31
cos in casibus prædictis facienda non requiratur licentia Regis, scribit Palaez *in d.cap.1. num.15.* & Suarez *in l. quoniam in prioribus, limitatione 2. num.17. C. de inoffic. testam.* vbi dicit quod imperiti credunt maioratum fieri non posse sine Regia † facultate, quia licen- 32
tia solum est necessaria, vbicunque quis vult facere maioratum, & disponere vltra tertiam, & quintam partem in præiudicium vocatorum ex lege Regia, vt dixi in principio huius casus, sed illæ leges non habent locum in dispositione bonorum ecclesiasticorum, vt latius *in d. casu 5.* & quod licentia Regis non sit necessaria, videndus Molina *de primog. Hispan. lib.4. c.3.n.7. & 11.*

Quartus articulus est, cùm ecclesiastici habuerunt

licentiam à summo Pontifice simpliciter disponendi de certa portione bonorum intuitu ecclesiæ acquisitorum, quo casu potuerunt erigere commendam, vt dixi, quam si erexerint cum licentia Regis, magni Magistri religionis pro vna linea, an possint, etiam cum licentia Regis mutare in aliam lineam. Quo casu di-
33 stinguendum † puto: Aut commenda erigitur in bonis existentibus in territorio sub ditione, & dominio Regis magni Magistri, & tunc posse fieri mutationem
34 lineæ de licentia Regis. Quia erigere commendam † nihil aliud est, quàm constituere iuspatronatus, vt dixi, ad fauorem vocatorum in prima inuestitura, Lambertin. *de iurepatronat. lib. 1. parte 2. quæst. 1. princip. ar-*
35 *tic. 2. num. 5. fol.* 131. Sed in iurepatronatus † communis est resolutio, quod primus fundator in præiudicium comprehensorum possit disponere cum auctoritate superioris, Calderin. *in consil. 19. de iurepatronat.* Alexand. *in consil. 13. num. 10. & in consil. 18. numer. 6. vol. 5.* Gozadin. *in consi. 75. num. 13.* Lambertin. *lib. 1. part. 2. in 2. quæst. princip. art. 6. in princip. fol.* 133. Et quod primus
36 † acquirens ex titulo oneroso possit aliis præiudicare, est magis communis opinio, Crauet. *in consil. 135. num.* 8. Pinell. *in l. 1. parte 3. numer. 98. C. de bon. matern.* Valascus *de iure emphyteutic. quæstion. 49. numero septimo.*

Et in specie quod licitum sit primo fundatori va-
37 riare † lineas, & personas cum licentia magni Magistri, consuluit Riminald. iun. *in consi. 239. volum. 3. & in consi. 308. n. 9. & 10. & 25. vol. 3.* & Alexand. Raudensis *in consi. 40. n. 17. vol. 1.* & ita sæpissimè in pluribus casibus legi fuisse obseruatum in bonis in commendatis, existentibus super ditione illius Principis, qui & magnus Magister religionis est.

Aut commenda erigitur super bonis existentibus extra territorium ditionis Regis magni Magistri illius religionis. Quo casu dico, quod licet ipse Rex duas sustineat personas, videlicet, vt magnus Magi-
38 ster, & vt Rex, † quæ duas dignitates in sua ditione, vnitæ considerari possunt, tamen extra suam ditionem vnitæ considerari non possunt; nam Rex Franciæ
39 † in Comitatu Tholosæ consideratur vt Comes, Bartol. *in l. si conuenerit, §. si nuda, in fin. ff. de pignorat. act.* Angel. *in consil. 247. punctus.* Bald. *in consi. 354. D. Papa, volum. 4.* Ripa *responso 3. num. 59. & 60. in titulo de iure naturali, gentium, ciuil.* Dec. *in consi. 486. numer. 9.* Item ex quo agitur de commendis, & successiuè de
40 pertinentibus ad religionem, Rex † præsumitur actum gessisse tanquam magnum Magistrum, ex notatis per Bart. *in l. 1. §. nunciatio, n. 15. ff. de operis noui nunciat.* Socin. iun. *in consi. 154. num. 11. vol. 2.* Surd. *consil. 19. num. 33. vol. 1.* vnde Prælatus in re ecclesiæ intelligitur contrahere administratorio nomine, siue exprimat nomen proprium siue appellatiuum, Surd. *in consi. 103. num. 41.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 49. num. 5.* Vbi tutor
41 in re † pertinente ad pupillum præsumitur contrahere tutorio nomine, quod tanto magis dicendum est de magno Magistro in bonis existentibus extra suam ditionem, vt non possit considerari, vt Rex, sed magnus Magister, non potest præiudicium facere religioni, & si faceret, restituitur ex regula *c. 1. de restitut. in integr.* præsertim si in regulis, siue capitulis religionis hoc disponatur.

CASVS XXV.

Statuta excludentia clericos, & religiosos à successione non valent, quorum multi casus recensentur, ex quibus resolutio similium facillimè deprehendi potest.

SVMMARIA.

1 *Statuta laicorum expressam mentionem facientia de clericis, non valent.*
2 *Statutum excludens ecclesiasticos ab aliqua successione est contra libertatem ecclesiæ.*
3 *Statutum quot modis dicatur contra libertatem ecclesiæ.*
4 *Ecclesiastici si non possent succedere, efficerentur timidiores.*
5 *Statuta facere est iurisdictionis.*
6 *Statutum excludens ingredientem monasterium à successione, est contra libertatem ecclesiæ.*
7 *Statutum minuens laico voluntatem ingrediendi monasterium est contra libertatem ecclesiæ.*
8 *Statutum non potest disponere de ingresso, neque de ingrediente monasterium.*
9 *Statutum loquens de futuro, confert effectum ad tempus futurum.*
10 *Statutum quod fratri decedenti ab intestato succedant solum laici, non valet.*
11 *Statuentes non possunt excludere ecclesiasticos à successione, neque ex tacita, neque ex expressa voluntate.*

STatuta laicorum † mentionem facientia de clericis non valent ex defectu potestatis, *cap. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* vbi Dec. *nu.* 174. multos congerit, & dixi latius supra *casu* 1. super qua regula pluries contingit dubitari super statutis, tacitè vel expressè loquentibus de successione clericorum, quod vt clarius fiat, constituo multos articulos. 1

Primus articulus est; Statutum excludens † clericos, vel monachos à successione parentum, agnatorum, seu cognatorum, non valet, quia est contra libertatem ecclesiasticam, Dec. *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 188. & in c. in præsentia, de probat.* Rodoan. *in tract. de spolio ecclesiastico, qu. 8. tit. de successione clerici secularis ab intestato, n. 4.* & de hoc est casus *in auth. cassa & irrita, C. de sacro. eccl. & in l. 1. C. de summa trinit. & in c. grauem. & c. nouerint, de sent. excomm.* & per Bal. *in l. Deo nobis, C. de episc. & cleric.* Et dicitur contra libertatem ecclesiasticam, tum quia aufert clericis † beneficium succedendi de iure communi, tum quia clerici per ipsum efficerentur timidiores, ex not. per Bart. *in d. auth. cassa, & in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non detur.* quorum timiditas patet, quia videntes † non posse succedere retraherentur à clericatu, religione, arg. *text. §. sed hoc præsenti, in authent. de ecclesiastic. titul.* & not. *in d. c. in præsentia, & in authent. ingressi, C. de sacros. eccles.* Et quia † statuta facere iurisdictionis est, *l. 1. ff. de iurisd. om. iudic. l. necessarium, in fi. princ. & ibi gloss. in ver. statuenti, ff. de orig. iur.* Ideo statutum non extendit vires suas ad clericos, super quibus statuentes iurisdictione carent, *l. cunctos populos, in vers. regit Imperium, C. de sacros. eccles.* 3 4 5

Secundus articulus est, quando statutum excludit à successione † alicuius ingredientē monasterium, tunc 6
ipsum

ipsum statutum non valet, & est contra libertatem ecclesiæ, & hanc esse communem opinionem, testatur Alex. *in cons. 139. incip. Viso themate suprascripto, col. fin. vol. 2.* quem refert, & sequitur Ias. post multos alios per eum citatos *in l. fi. n. 25. C. de pact.* vbi etiam Angel. dicit de hoc esse casum *in d. l. Deo nobis*, vbi antequam quis ingrediatur monasterium, sed habeat solam vo-
7 luntatem † ingrediendi, non potest inhabilitari à potentia succedendi, aliàs retraheret volentem monachari à proposito religionis, & hanc opinionem firmat Io. Campeg. *in tract. de statutis, qu. 12.* & Laur. de Palat. *in tract. de statuto excludente fœminas propter masculos, nu. 91. vers. in contrarium.* & scripsi etiam de hoc *in casu 5.*

Ex quo infertur falsam esse distinctionem Barto. *in*
8 *d. l. fin. nu. 6. C. de pact.* quod aut statutum † disponit de ingrediente, per hæc verba, ingrediens monasterium, vel si quis intraret monasterium sit priuatus iure succedendi, vel non succedat, & tunc valet statutum, quasi non disponat circa clericum, sed circa laicum, quia laicus est ille qui fit clericus, vel religiosus, vnde hic lucrum aufertur, neque grauatur monasterium in quæsitis. Aut statutum disponit de iam ingresso, puta si diceret, si quis ingressus fuerit monasterium, & tunc non valet, quia non posset clericis auferre ius suum, & idem tenent Bald. & Iacob. de Butr. *in l. Deo nobis, C. de episc. & cleric.* Idem Bald. *in tract. de statutis, in ver. successio, nu. 6.*

Hæc enim distinctio est communiter reprobata, vt per Ias. *in d. l. fi. n. 25. in fi. C. de pact.* & per Dec. *in d. c. in præsentia*, post alios, quos referunt, & certè si esset vera, pater posset exheredare filium, si ingrederetur monasterium, quod est contra *d. l. Deo nobis, in vers. omnimodo.* Nec est verum quod statutum loquens de ingrediente per verbum præsentis temporis, comprehendat tantùm laicos, quia habet intentionem etiam ad clericos; nam cùm dicat, ingrediens monasterium
9 non succedat, & † sic loquitur de verbo futuri temporis, confertur effectus in tempus, quo defertur successio, cùm exclusus per statutum reperitur clericus vel monachus, quo tempore propriè fit exclusio, & non prius, vt etiam dixi *in d. casu 5.* ergo tale statutum debet esse nullum, quia retraherentur homines à religione, *d. §. sed hoc præsenti.* & retraherentur ab ingrediendo, *d. auth. cassa, & d. c. nouerint.* & essent deterioris conditionis, quàm laici contra *d. l. Deo nobis*, vnde apparet quod distinctio Bartoli est magis verbalis, quàm realis, & sicut non valet de ingresso, vt ipse fatetur, multo minus valere debet de ingrediente.

Tertius articulus est; quando statutum iubet, fratri
10 † ab intestato decedenti succedere tantùm laicos, tunc respectu fratris clerici statutum non valet, quin ipse ad portionem, quæ sibi iure communi competebat, admittatur, & hanc tenet Octauian. Vulpell. *in tract. de libert. eccles. parte 3. nu. 4.* cuius opinionem sequor,
11 sed per diuersam rationem. Nam si statuentes † non possent specialiter excludere clericos à successione alicuius, vt dixi in principio, multo minus possunt excludere ex tacita dispositione, argum. *l. si pater. ff. quæ in fraud. credit. & l. quanquam, ff. de ritu nupt. & l. Lucius, §. pen. ff. ad municip. & l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius cui mandata est iurisd. & quod ibi not. in gloss. incip. argument. triplex, & not. in l. solent, ff. de iurisdict. omn. iudic.* & quod notat Io. And. *in c. 1. de immunit. eccles. lib. 6.* Item quia per indirectum afficeret clericos: nam admittendo laicos tantùm ad successionem, clerici essent exclusi, & indirectè affecti.

CASVS XXVI.

Testamenta clericorum non subiacere dispositioni iuris communis in causa præteritionis, aut exheredationis filij ingrati, actiuè, vel passiuè, neq; in causa vsusfructus patri quærẽdo in bonis filiifam.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiastici quot genera bonorum habere possint.*
2 *Peculium castrense, vel quasi in ecclesiasticis, quale sit.*
3 *Testamentum ab ecclesiasticis, de quibus fieri possit.*
4 *Testamenta clericorum non subiacent dispositioni iuris ciuilis, sed gentium.*
5 *Priuilegium Imperatoris concessum clericis, quando sit seruandum.*
6 *Priuilegium testandi concessum militibus intelligitur concessum clericis.*
7 L. cùm oportet, C. de bon. quæ liber. *non habet locum in filiofamilias clerico.*
8 *Etiam in bonis quæsitis ante clericatum.*
9 *Verbum*, liberè, *in concessionibus positum, quid denotet.*
10 *Clerici effecti statim sunt liberati à patria potestate.*
11 *Aduerbium* quomodolibet *includit omnem modum.*
12 *Et ostendit plenam, & exuberantem voluntatem disponentis.*
13 *Pater non habet vsumfructum in feudo filiifamilias.*
14 *Nec est legitimus administrator in bonis feudalibus.*
15 *Habet tamen aliquam commoditatem fructuum de æquitate.*
16 *Seruitus etiam vsusfructus non potest constitui in bonis clericorum.*
17 *Testamentum clerici non rescinditur ex causa præteritionis, vel est nullum ex causa exheredationis.*
18 *Filiusfamilias clericus non potest per patrem exheredari ob aliquam causam ingratitudinis.*
19 *Ingrediens religionem dicitur nasci de nouo.*

Ecclesiastici † variis modis extra bona ecclesiæ acquirunt artificio, vel industria, item paterna, vel materna successione, aut cognationis intuitu, siue consanguineorum dono, vel amicorum, dummodo ipsorum, non ecclesiæ intuitu donetur & huiusmodi illorum peculium † castrense, vel quasi appellatur, quod 2
in laicis aduentitium, vt per gloss. *in c. quia nos, de testament.* quam communiter sequuntur ibi, Couar. *in principio.* Rodoanus *in tractat. de spolio ecclesiast. quæst. 9. §. fiet ergo, numer. 2.* Et de hoc peculio † ipsos posse testamenta facere, dispositum est per *cap. 1. & cap. cùm in officiis, de testam.* vbi Abb. *num. 2. & c. sint manifesta, 12. quæst. 1. authent. presbyteros, C. de episcop. & cleric.* & hæc procedunt ex regula *l. fin. C. de inoffic. testam.* Et in quibus aliis bonis possint testamenta facere, congerit multos Mantic. *de coniectur. lib. 2. tit. 9. nu. 2.* Quorum testamenta videntur etiam de iure approbata, quia ipsis succedi potest ab intestato per descendentes, vel ascendentes, aut collaterales gradu proximiores, *c. fin. 12. q. vlt. c. quicunque. & ibi gl. in verb. vendicabit, 12. q. 3. & c. 1. de success. ab intest. & ibi gl. in ver. tradantur.*
Sed testamenta † eorum non subiacent dispositioni 4

tioni iuris ciuilis, sed duntaxat iuris gentium, Bald.*in consi.448.quæritur in primis,col.2.vltra medium, vol.1.* Io.Dilect.*de arte testandi,tit.1.de his qui habent testam. fact.caut.1. in fin.* omnes Canonistæ *in cap.quia nos, de testament.* & post alios multos quos allegat ad hoc, & probat esse communem opinionem Simon de Prætis *de interpret.vltim.volunt.lib.2.in primo dubio, solut.4. nu.68.& nu.76.vsque ad 87.* De quo est casus *in d.authent.presbyteros,* quæ disponit de omnibus bonis clericorum,& respectu dominij omnium rerum suarum, & facultatis de eis disponendi, testandi, & alienandi; ergo debet seruari vt lex Imperatoris merè priuile-
5 giatiua ✝ clericorum, vt *c.nouit.de iudic.* & firmant omnes Canonistæ *in c.ecclesia sanctæ Mariæ,de constitut.* quia non procedit imperando, vetando, vel permittendo, aut auctorizando, vel puniendo, iuxta ea quæ traduntur *in l.legis virtus,ff.de legib.& c.omnis lex,dist.4.* ergo non est fauorabilis per modum superioritatis,sed solum concedendo priuilegium, ideo vt priuilegium Imperiale obseruandum est;quicquid senserit Dec.*in l.senium,nu.15.C.qui testam.facere poss.*cuius dictis in contrarium respondet Simon de Prætis vbi supra, qui quæstionem disputat, & aliorum etiam opiniones refert.

6 Et confirmari potest, quia priuilegium ✝ militibus armatæ militiæ concessum testandi ad eorum libitum contra principia iuris ciuilis,puta substituendi directo post pubertatem, de quo *in l.centurio,ff.de vulgar. & pupill.* intelligitur etiam concessum clericis, qui sunt milites cœlestis militiæ, & in militia versari, *c.reprehensibile,32.q.8.& c.episcopus,de præbend.* & notant omnes *in l.miles.ff. de re iudic.* & ita est communis opinio,de qua testatur Alexand.*in d.l.centurio,nu.15.* Galiaul. *nu.51.* quam opinionem tenuit primo loco Accurs.*in d.l.miles,in ver.facere.& ibi* Ias.*n.11.*Zas.*n.9.*Alex.*n.3.*Brun.*in tract.de cessione bonorum,nu.11.& plur. seq.*Abb.*in c.1.nu.5.de clerico ægrotante.*Euerard.latè *in sua centuria argumentand.in loco à milite armatæ militiæ ad militem cœlestis militiæ.* & dixi latius *in repetit. d.l.centurio, in 4.quæst.*

Quare ecclesiastici prætermissis regulis iuris ciuilis, possunt condere testamenta, attenta dispositione iurisgentium,ad quod videtur se reducere ius Canonicum, *cap.relatum, de testament.* & hoc fundamentum deseruit pro resolutione infrascriptorum articulorum.

7 Primus articulus est,dispositio ✝ *l.cùm oportet, C.de bonis quæ liberis*, non habet locum in filiofamilias clerico, ideo bonorum aduentitiorum ipsius pater non habet vsumfructum,Innoc.& Host. *in d.cap.quia nos.* Bart.*in cons.61.filiusfamilias presbyter,n.3.part.1.* & in-
8 telligo tam de bonis✝ quæsitis ante clericatum,quàm post,per text.*in d.c.quia nos.* vbi dicitur quod filius liberè potest disponere de bonis, quæ sibi obuenerunt ex successione patris, vel matris, vel consanguineorum,vel ex contractu,vel ex artificio suo, & ibi communiter notant hoc omnes Doct.Hostiens.*in summa de pecul. cleric. vers. quot sunt eius species.*Cardinal. & Immol.*in rubric.eiusdem tituli,in fine.*Abb.*in c.in præsentia,n.56.& ibi cæteri Canonistæ,de probationib.* gloss. *in c.quia ingredientibus,16.quæst.vltim.*Castrens.*in l.sacrosancta,C.de episcop.& cleric.* vbi hoc putat notabile. Iason vbi hoc reputat singulare *in l.filiæ licet,n.5.C.de collat.* Suarez *in sua repetit.l.quoniam in prioribus, fol. penult.colum.4.vers. considera tamen vtiliter, & singular.*vbi hoc tenet saltem in bonis habitis post clericatum,idem tenet Pinell.*in l.1.part.1.num.45. C.de bonis maternis*, sed hoc esset restringere textum *in d.c. quia nos,in ver.liberè.*quia generaliter loquitur, & stringeretur in obuenientibus post clericatum. Verbum e-
nim *liberè* ✝ in concessionibus positum,denotat absq; 9
alicuius contradictione,consensum,aut licentiam,*c.ex offic.de præscript.c.attendentes, de ordine cognit.* Archidiac. *in c.cum episcopis,de offic.ordin.lib.6.& in cap.1.de suppl.neglig.prælat.lib.6.*Alberic.*in dictionario,in ver. liberè.* Abb.*in c.de multa, in 4.not.de præbend. in c.cum cessante,n.7.de appellat.in c.in nostra, n.2.de pœn.& remiss.*Dec.*in cons.197.colum.fin.prope finem.* Ergo si *d.c. quia nos.* procederet in quæsitis post clericatum, non daretur libera dispositio disponendi de obuenientibus ex parte patris,matris,& aliorum, quia requireretur consensus patris.Et hoc intelligitur etiam in clerico primæ tonsuræ,argumento tex.iuncta gloss.*in cap. cùm contingat,de ætate & qualit. & c.clericus,dist.22.& ibi gloss. in summa.*

Neque obstat ratio Antonij Gomesij, qui contrarium sentit *in l.48.Tauri,numer.7.vers.sed his non ob-*
stantibus, quia clerici ✝ non liberantur à patria pote- 10
state, & ita pater habebit vsumfructum in bonis clerici ratione patriæ potestatis, intelligendo *d.c. quia nos.* vt procedat eius dispositio mortuo patre. Quia vt infra dicam filiusfamilias per clericatum exit de patria potestate, & ideo *d.c.quia nos.* non potest intelligi mortuo patre, quia multo magis restringeretur, quod non est faciendum. Nam *d.authent.presbyteros.* generaliter, ac indefinitè determinat omnes clericos, etiam existentes in patria potestate, res quolibet modo venientes ad eorum dominium, habere sub sua potestate,& in his posse testari: Nec distinguit quando venerint ad eorum dominium, ante, vel post clericatum, sufficit quod habeant in eorum dominio,
quando volunt testari. Aduerbium,✝ *quomodolibet*, 11
includit omnem modum, vt sæpius notatum est in Rota,vt dicit Franc. Pauin.*in tract.de officio & potestate Capituli sede vacante.in 7.prælud.num.19.*& notat Archidiac.*in c.indemnitatibus, de elect. & in c.1.§.præsenti, de clerico ægrot.* & quod sit aduerbium vniuersale, gloss. *in 2.clem.2.de sent.excomm.* gloss. *in clem.1.de re iudic.* & quod includat quemcunque modum qui comprehendi potest, Socin. *in cons.15.col.12.volum.1.*
& ostendit ✝ plenam,& exuberantem voluntatem di- 12
sponentis,Dec.*in consil.137.col.1.vers.illa enim dictio.*Ideo apposita in vnionibus includit omnem modum vacandi,vt sæpius determinatum est in Rota,vt testatur Archidiacon. *in d.c.indemnitatib.* & si *d.auth.presbyteros, in verb.quomodolibet,* non esset generalis ad omnes casus, sed restringeretur in casu patriæ potestatis, non esset merè priuilegiatiua, sed procederet sanciendo iuxta dispositionem *d.l.cùm oportet,* cuius contrarium est communiter approbatum,vt dixi; ergo ex generalitate *d.auth.presbyteros.* interpretamur indefinitam dispositionem *d.c.quia nos.in ver.liberè.*vt procedat tam in acquisitis ante, quàm post clericatum.

Sed præsupposita etiam hac patria potestate, adhuc
illorum opinio non procedit,quia pater ✝ non habet 13
vsumfructum in feudo filiifamilias, Andr.*in c.1.num. 13.de his,qui feud.dar.poss.* Boer.*decis.199.*cum aliis cumulatis per Io.Vincent. de Ann.*singular.377.* Quo
casu non fuit legitimus ✝ administrator in bonis præ- 14
dictis, & si filiusfamilias fuerit minor, prouidebitur de curatore, iuxta tex. *in auth.vt matri & auiæ, in pr.* gloss.

glo. & Doct. *in auth. excipitur. C. de bonis quæ lib.* Bartol. communiter Doct. *in l. fin. §. pupillus, ff. de verb. obligat.* Et loquor de vsufructu formali, de quo loquitur
15 tex. *in d. l. cum oportet.* licet habeat † aliquam commoditatem fructuum de æquitate, vt per Bald. & Iacob. de Bellouis. *in c. de fratrib. de nouo benefi. inuestit.* Loffred. *in consi.* 10. D. Franc. de Ponte *in consi.* 19. *n.* 27. & *seq.* D. Fab. Ann. *in consi.* 51. *n.* 8. D. Vincent. de Franch. *in decis.* 10. *n.* 9.

Vnde qua ratione dicimus, quod in feudo non potest constitui vsusfructus, quia est species seruitutis, vt dicunt præcitati Doct. quæ non potest induci sine voluntate domini directi, eadem ratione, quia non
16 potest induci seruitus † in bonis clericorum, propter Pontificium & Imperiale priuilegium, quando esset vera opinio, quod remaneret patria potestas, adhuc ipse pater non esset legitimus administrator bonorum clerici, licet posset habere aliquam commoditatem fructuum.

17 Secundus articulus est: Testamentum † clerici non potest rescindi ex causa præteritionis, neque nullum censeri ex causa exheredationis, iuxta dispositionem legum *ff. & C. de inoffic. testam.* Hanc tenet Ab. *in d. c. quia nos. de testam. n.* 4. quam sequuntur Iacob. Butr. & Bald. *in d. auth. presbyteros.* Idem Bald. *in l. sacrosancta, C. de episcop. & cleric.* Ang. *in auth. ex causa. & ibi* Corn. *n.* 33. & *n.* 46. dicit esse communem opinionem, quam sequitur etiam Couar. *in d. c. quia nos, in fine.* licet videatur recedere ab ipsa respectu clericorum primæ tonsuræ, sed non est minor ratio de istis, quam de aliis, vt dixi nuper.

Idem videtur dicendum passiuè casu contrario,
18 quando scilicet filius familias † patris laici aliquam commiserit ingratitudinem, de quibus *in §. aliud quoque capitulum, in auth. vt cum de appel. cognosc.* qui potest exheredari seruata forma illius tex. Nam si ingreditur religionem, non potest vlterius exheredari, glo. *in auth. de monachis, in princi.* gloss. *in c.* 2. *de apostat.* & est tex. *in c. non liceat.* 18. *quæst. vltima.* & notat Salyc. *in l. Deo nobis, in princip. C. de episcop. & cleric.* quem sequitur Laurus de Palatiis *in tractatu de statuto exclu-*
19 *siuo fœminar. n.* 108. & rationem dant, † quia per ingressum religionis dicitur nasci de nouo, & omnia peccata sua intelliguntur sibi remissa, *c. mensuras, §. rationes quoque, de pœnit. dist.* 1.

CASVS XXVII.

Ecclesiasticos factos non ligari amplius patria potestate.

SVMMARIA.

1 *Filiifamilias facti ecclesiastici non sunt amplius sub patria potestate.*
2 *Transeunt sub potestatem Abbatis, vel alterius superioris prælati.*
3 *Pater ingrediens religionem, amittit patriam potestatem.*
4 *Episcopus factus statim exit de patria potestate.*
5 *Sacerdos factus statim exit de patria potestate.*
6 *Sacerdotali dignitate non datur maior.*
7 *Episcopus antiquitus non differebat à sacerdote.*
8 *Episcopi nostris temporibus sunt declarati superiores sacerdotibus.*
9 *Clericus quilibet per constitutionem sacrorum ordinum statim eximitur à patria potestate.*
10 *Patria potestas non retinetur quoad spiritualia.*
11 *Actio in beneficialibus non exercetur de consensu patris.*
12 *Religionis fauore quis potest priuari iure suo.*
13 *Qualitas superueniens personæ attendenda est in iudiciis.*
14 *Patria potestas finitur per susceptionem cuiuscunque ordinis clericalis.*
15 *Filius factus clericus conuenitur à patre coram episcopo super iuribus patriæ potestatis.*
16 *Prima tonsura est ordo ecclesiasticus.*
17 *Clericus primæ tonsuræ liberatur à patria potestate.*
18 *Primam tonsuram non esse ordinem tenent Theologi.*
19 *Contrarium per Canonistas.*
20 *Ordines ecclesiastici sunt nouem secundum Canonistas.*
21 *Patria potestas est indiuisibilis, nec aliquis potest considerari duplici statu.*
22 *Emancipari non potest quis ad vnum actum solum.*
23 *Clericus quilibet beneficiatus, est habilitatus à Papa, vt possit agere sine consensu patris.*

Consequens est vt, videamus an ecclesiastici † filij remaneant sub potestate patris, de qua *Instit. de patria potest.* tractatur, & est casus *in l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel al. iur.* quem articulum expedio per tres articulos. 1

Primus articulus est: Ingressus religionis eximit à patria potestate, actiuè & passiuè. Filius enim † ingrediens transit in potestatem Abbatis, vel alterius superioris, *in c. indecorū, de ætate & qualit.* gl. *in ver. cū statum mutat, in l. si ex caus. §. pen. ff. de minor.* Bart. *in d. l. patre furioso, n.* 4. & *ibi* Bal. & Ias. *n.* 47. Bald. *in l. sacrosanctæ, n.* 1. & *in l. Deo nobis, §. hoc etiam, n.* 4. *C. de episc. & cler.* Ias. *in l.* 2. *n.* 22. *ff. de vulgar.* Abb. *in c. officij, num.* 22. *de electione.* Boer. *decis.* 121. *in fine.* cum aliis per Ascanium Cle. *in tract. de patria potestate, c. finali. n.* 67. vbi probat esse communem opinionem. Pater † autem ingrediens amittit patriam potestatem, ex regula tex. *in leg. sic eueniet, ff. de adulter.* vbi qui est in alterius potestate, alterum in sua potestate habere non potest, ita etiam tenet Bar. *in d. l. patre furioso, cum aliis in d. tract. de patria potest. in d. cap. fin. n.* 68. & 69. & per Gomes. *in l.* 48. *Tauri. n.* 8. & iste casus non habet difficultatem. 2 3

Secundus articulus est: Episcopus † factus statim exit de patria potestate, *§. illud, in auth. constitutio quæ de dignit. auth. sed episcopalis dignitas, C. de episc. & cler.* Bart. Bald. & alij *in d. l. patre furioso.* vbi Ias. *n.* 42. & *in l. qui se patris, n.* 18. *C. vnde lib.* Bal. *in d. leg. sacrosanctæ, n.* 1. Abb. *in c. cum voluntate, num.* 8. *de sent. excomm.* & *in c. constitutus, n.* 2. *de restit. in integrum.* & est communis opinio, vt testatur Viuius *li.* 2. *communium opinionum, opin.* 120. 4

Tertius articulus est: Sacerdos † factus statim est exemptus à patria potestate, gl. *in c. cum volunt. in ver. liberati. de sent. excomm.* glo. *in c. indecorum, de ætate & qualit.* Bartol. *in d. l. patre furioso. in fine.* Bald. *in l. apud hostes, n.* 6. *ff. de suis & legit.* Ias. *in l. qui se patris, n.* 18. *C. vnde liber.* Guido Pap. *decis.* 382. *n.* 2. 5

Et licet Ascanius Clementius *in tract. de patria potestate, in dict. cap. fin. nu.* 63. probet in contrarium esse communem opinionem, quam ipse sequitur: nihilominus omnes pro dicta communi ea mouentur ratione, putantes specialem esse in episcopali dignitate, propter sublimem eius dignitatem, *c. per venerabilem, qui filij sint legitimi & authent. sed episcopalis dignitas*

gnitas, C. de episcop. & cleri. ergo in contrarium est ius commune.

Sed ista ratio retorquetur, quia non est maior di-
6 gnitas † sacerdotali, & d. c. per venerabilem. loquitur de sacerdotibus Leuitici generis, inter quos non erat gradus superior: nec olim erat alius episcopus, quàm
7 sacerdos †, imo & ipsi presbyteri episcopi appellabãtur, vnde D. Paulus ad Philipp. cap. 1. & habetur in c. legimus, dist. 93. Omnibus, ait, sanctis, qui sunt Philippis cum episcopis, id est presbyteris. &c. Et textus in c. olim, dist. 95. ait: Sicut ergo presbyteri sciunt, se ex ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos, ita episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispensationis dominicæ veritate presbyteris esse maiores, & in commune debere ecclesiam regere. Pro quo videndus Roman. in sermone post sua consilia n. 8. & seq. Ergo non mirum si glossa, quæ firmauit hanc opinionem de sacerdotibus, induxerit iura loquentia de episcopis. Et licet
8 hodie per sanctam Romanam ecclesiam † episcopi sint declarati superiores, tamen inspecto tempore, quo leges ciuiles compilatæ fuerunt, non erat maior ratio de vno, quàm de altero, qua ratione, etiam secundum Ciuilistas, hanc videmur posse sustinere sententiam.

9 Quartus articulus: Clericus † quilibet per constitutionem sacrorum ordinum statim eximitur à patria potestate. Quam opinionem Doctores sequuntur cum hac distinctione: Aut loquimur quoad spiri-
10 tualia, † & respectu ipsorum non retinetur patria potestas, & hæc est communis opinio, de qua testantur omnes, Ias. in d. l. patre furioso, col. fi. & ibi Io. Orosc. n. 11. & Guttieres in repetit. §. sui, n. 9. Instit. de hered. quali. & different. & Ascanius Clementius in d. tractat. patr. potest. c. fin. n. 63. in fine, & ratio est, quia cum patria potestas sit de iure ciuili, ea in spiritualibus non attenditur, c. fi. de iudic. in 6. Abb. in d. c. cum voluntate, n. 8. de sent. excom. Ias. in d. l. patre furioso, n. 80. Menoc.
11 in tract. de recuperan. possess. remed. 15. num. 320. vt si † filius familias vellet agere super beneficialibus, non requiritur consensus patris, d. c. finali, de iud. lib. 6. secus dicunt esse in temporalibus, quia tunc retinetur sub patria potestate, & hanc dicunt esse communem opinionem Ascan. Clement. vbi sup. & Guttieres in d. §. sui. n. 7. post Couar. in dict. c. quia nos. n. 5. de testam. volentes omnes retineri patriam potestatem in filiofamilias clerico sacrorum ordinum, per l. sacrosanctæ, C. de episco. & cleric.

Sed certè quantum pertinet ad illam legem, contrarium fuit dispositum de iure authentic. per auth. presbyteros C. eod. tit. quam induximus in præcedenti casu, vt merito possumus dicere illam legem esse correctam: quod si non esset, neque etiam posset allegari pro hac opinione, tanquam à non habente iurisdictionem in clericos facta.

Vnde gloss. in c. renouantes, dist. 22. dicit quod licet
12 alias quis † non debet priuari iure suo, tamen fallit fauore religionis; item fauore ordinis secundum iura, quæ allegat, & quod ex mutatione qualitatis personæ mutari debeant iura, & attendatur qualitas su-
13 perueniens † personæ, tẽpore quo tractatur de illa, scribit Albert. Brun. in consil. 91. columm. 1. inter feudalia. ergo dicit, si laicus tenebatur ad aliquid, factus clericus, non potest vlterius ad illud conueniri propter qualitatem superuenientem, & notant omnes in leg. heres absens, ff. de iudic. & dicam latius in casu speciali infra.

Et quod de iure canonico non attendantur iura patriæ † potestatis, ita vt quicunque ordo liberet à 14
patria potestate, congerit multos pro hac opinione, quam sequitur Simon de Præt. de interpret. vltim. volunt. li. 2. dub. 1. fol. 4. n. 76. vers. & Ias. in l. filiæ, C. de collat. vbi testatur, etiam sic esse decisum in Rota Romana, quę opinio semper videtur obseruanda, postquam factus † clericus, si conueniretur à patre pro iuribus 15
patriæ potestatis, coram ecclesiastico conueniendus esset, c. 2. de foro compet. cum similib. & ita secundum ius canonicum & obseruantiam Canonistarum decidendum esset.

Secundùm quam opinionem infertur, quod cum prima † tonsura sit ordo, c. cum contingat, de ætate & 16
qualitate, &c. ergo ex prædictis etiam tonsuratus iste liberabitur à patria † potestate, quia per primam ton- 17
suram gaudet etiam priuilegio fori, vt per Grammatic. voto 33. & dixi latius supra parte 2. Et licet D. Thom. in 3. parte summæ, quæst. 36. art. 2. & qu. 40. art. 2. teneat quod prima † tonsura non sit ordo, & sic 18
concludant communiter omnes Theologi, prout disputando hanc quæstionem ita firmauit Io. Lupus in tractatu de libertate ecclesiastica, parte secunda. capite quinto. Tamen secundum † Canonistas contrarium 19
est decisum, vt d. c. cum contingat. & ista est communis opinio Canonistarum, vt per summam Syluestri. in ver. ordo ecclesiasticus, in 1. quæst. quia Canonistæ tenent, quod nomen † sunt ordines, Summa Angelica in ver- 20
bo, ordo. n. 1. Et Theologi cogitarunt primam tonsuram non habere officium spirituale, sicut habent cæteri ordines, vt dicit Innoc. in dict. c. cum contingat, prope finem. Cuius contrarium est verius, quia recipit officium cantandi, Anton. de Butr. ibi numer. 6. Abb. numer. 1. versicul. quaro an psalmistatus. Io. Andr. n. 12. vbi quod est ordo, & habet omnia priuilegia iuris. Ancaran. in fine, & fuit opinio originalis Hostiens. quem omnes citant. Cardinal. in clement. dudum, in 8. not. de sepultur.

Et retenta hac opinione pro vera, infertur non esse veram illam duplicem communem opinionem, quæ distinguit, patriam potestatem posse considerari respectu spiritualium, & temporalium, vt primo modo sit liberatus, secundo vero nequaquam: nam cum patria † potestas sit indiuisibilis, nec potest aliquis es- 21
se in duplici statu, Doctores communiter affirmarunt alteram opinionem, quod non potest quis emancipari † ad vnum actum solum, Bald. in leg. senium, in fi. 22
C. qui testament. facer. poss. notant omnes in l. prima §. hoc autem. ff. ad Trebellian. vbi etiam Alex. num. 8. & de communi D. Hierony. Gabriel. præceptor meus in consi. 17. num. 35. vol. 1. Sed est habilitatus quilibet clericus † beneficiatus à summo Pontifice, vt possit age- 23
re sine consensu patris, d. c. final. de iudi. libro 6. ergo intelligi debet generaliter liberatus quoad omnia.

CASVS XXVIII.

Statuta & constitutiones circa solemnitates testamentorum non comprehendunt testamenta clericorum.

SVMMARIA.

1 *Testamenta clericorum valent sine solemnitate.*
2 *Solemnitas iuris ciuilis in testando non requiritur de iure canonico.*
3 *Extensio quando fiat etiam in correctoriis.*

4 Ra-

4 *Ratio legis generalis non restringitur per legem particularem.*
5 *Testamenta clericorum debent regulari de iure canonico.*
6 *Statuta de solemnitatibus testamentorum non habent locum in testamentis clericorum.*
7 *Laici non possunt derogare iuri canonico.*
8 *Statutum de insinuatione testamenti, non comprehendit testamenta clericorum heredum institutorum.*
9 *Etiam si prater piam causam fuerit institutus.*
10 *Donatio laici facta clerico debet insinuari coram iudice laico.*
11 *Statutum de insinuandis testamentis per heredes, cur non comprehendat clericos heredes.*
12 *Statutum, quod nullus possit testari absque præsentia presbyteri parrochialis, non comprehendit clericos.*
13 *Laici non habent potestatem in clericos, etiam in consequentiam.*
14 *Paria sunt esse specificata, & verbis generalibus expressa in prohibitis.*
15 *Statuta etiam contra ius commune quomodo recipiat interpretationem de iure communi.*
16 *Testamentum clerici factum per manus Notarij Apostolici in regno valet, & n.20.*
17 *Instrumenta facta per manus Notarij Apostolici in regno Neapolis non valere.*
18 *In contrarium est communis opinio.*
19 *Vtile per inutile quando vitiatur.*
21 *Statuta laicorum non possunt afficere hereditates clericorum, etiamsi ad laicos perueniant.*
22 *Notarius Apostolicus in regno Neapolis potest conficere instrumentum de bonis ecclesiasticis.*
23 *Iudex laicus quando non debeat iudicare secundum leges ciuiles.*

1 TEstamenta † clericorum sine solemnitate valent, ad similitudinem testamenti militis armatæ militiæ, ita firmat Abb. *in c. quia nos, de testament.* Dec. *in c. in præsentia. num. sexagesimo, de probat.* latè per Vasquium *de successiõn. creatione, lib. 3. §. 22. limitatione decimaseptima, numero trigesimo septimo*, vbi testatur de
2 communi. Et ratio est, quia de iure canonico † nulla solemnitas iuris ciuilis in testando requiritur ex ratione *c. relatum, in 1. de testament.* vbi est ratio expressa, quia in ore duorum, vel trium stat omne verum: & quando ratio est expressa in lege, fit extensio etiam
3 † in correctoriis; quam opinionem tenet gl. *in authet. de heredit. ab intestat. venient. §. final. in verbo, ordine.* quam Baldus *in l. finali, ff. de hered. instit.* dicit esse singularem, & de communi testatur Ias. *in authen. quas actiones, numero vigesimo secundo, C. de sacrosanct. eccles.*
4 Cuius legis ratio † generalis non restringitur per legem particularem, vt de communi testatur Tiraquellus *in tractatu caussa cessante, parte prima, numer. 152.* quia ratio legis generalis omnes casus comprehendit, non ex vi intensiua, sed ex vi comprehensiua, sicut genus comprehendit omnes suas species, vt per Tiraquellum *in dicta parte prima, numero centesimo trigesimo septimo*, ergo cum *in dict. c. relatum.* sit expressa ratio, quia in ore duorum, vel trium stat omne verum, sequitur, vt illa solemnitas, quæ sufficit in actibus inter viuos, illa eadem sufficiat in vltimis voluntati-
5 bus de iure canonico: & cum testamenta † clericorum regulari debeant de iure canonico, cui subiiciuntur, sequitur clarissimè, quod ipsi possint testari sine solemnitatibus iuris ciuilis. Quæ opinio clarior fiet in practica in declaratione infra scriptorum articulorum.

Primus articulus est: Statuta † & constitutiones 5
requirentes certam solemnitatem in testamentis, non habent locum in testamentis clerici. Quia aut disponerent idem quod ius commune, & expeditum est ex dictis, aut contra ius commune, & maiorem sollemnitatem introducendo, & idem dicendum est quia non possunt tacitè comprehendere in genere, de quibus non possent in specie. Item talia statuta & constitutiones respectu clericorum essent contra ius canonicum, contra quod laici † non possunt derogare, 7
Bald. *in tractat. de statutis, in ver. decretum.* imo essent contra libertatem ecclesiasticam, vt communiter per Doct. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.*

Ex quo infertur, statutum, † dictans, quod instru- 8
menta testamenti non insinuata per heredem supra sex menses non valeant, non comprehendere illud testamentum, in quo clericus est heres institutus, ita probat Paris de Puteo *in tractatu de reassumptione instrumentorum, rubrica 9. numer. 4. & sequent.* & hanc tenet expresse Abb. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, in 2. lectur. nu. 39.* sequendo Baldum *in auth. cassa. Cod. de sacrosanctis ecclesiis.* & latius firmat Iacob. de Canibus *in tract. de repressaliis parte 2. num. 7. & sequente.* qui respondet contrariis.

Neque obstat distinctio Felyn. *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, n. 83.* vbi quod hæc procedunt, si ad pias † cau- 9
sas sit facta heredis institutio, secus si ipse clericus fuerit heres institutus, cum ipse ligetur statuto de insinuandis testamentis. Quia Felyn. mouetur ad tenendum hanc opinionem, (quam Bartolus primo firmauit *in l. cunctos populos.*) inferendo à † donatione laici 10
facta clerico, quæ debet insinuari coram iudice laico, ex allegatis per eum *ibid. n. 82.* ergo ipse infert, idem est in testamento, in quo clericus est institutus. Sed hæc ratio non militat circa insinuationem testamenti, si quidem in donatione auctoritas insinuationis interponitur in agente actum, vt dixit Rota, per Bellamer. *decis. 6. de foro compet.* quem citat, & sequitur Rota *decis. 7. n. 5. de iudiciis in nouis.* sed in testamento, in casu proposito, laicus poterat instituere clericum absque insinuatione, ideo sunt termini differentes, & sta- 11
tutum, † vt instrumenta testamenti insinuentur infra sex menses, habet respectum ad heredem recipientem, quo casu non potest comprehendere recipientem non subditum, vnde si heres non insinuans, amittit, ergo per statutum punitur heres de delicto suo, & ita vires statuti non extenduntur ad clericum, qui iam adiuit hereditatem, & ipsius acquisiuit dominium, *l. cum heredes, ff. de acqui. possess.* Item mouetur Felyn. allegando Abb. *in ca. quod clericis, de foro comp. & in c. relatum, in 1. de testam.* sed vtrobique potest videri Abb. qui tenet contrarium in sequendo Bald. *in d. auth. cassa.* & clarius dicit hoc idem Abb. *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, in 2. lect. n. 39.* ex quib. locis magis innotescit resolutio huius casus. Et de hac distinctione, in alio proposito, locutus sum supra *in casu 5. vers. in hoc articulo.* qui satis differt ab hoc.

Item infertur, quod statutum † dictans, neminem 12
posse testari absque præsentia presbyteri parrochialis, alias testamentum non valeat, non includit clericos ipsos testantes, propter rationes supra dictas, & hanc quæstionem disputat ad partes, & ita firmat Salycet. *in dict. auth. cassa. numero decimo tertio.* & sequitur Io. Lecirier. *in tractat. de primogenit. libr. 1. quæstion.*

24.*n.*8.& hanc etiam sequitur Roch.de Curte *in tract. de consuetudine, sectione* 8. *n.*77. motus, quia alias po-
13 testas laicorum † esset in clericos saltem in consequentiam, quod non est permissum, imo reprobatum sub pœna, vt ipse probat *ibid.n.*60. Et huius generis statutorum illationes possent plurimæ allegari, in quibus datur regula, aut specialem de clericis faciunt mentionem,& non valent ex defectu potestatis,*d. c. ecclesia sanctæ Mariæ.* aut generaliter possunt comprehendere clericos, & idem dicendum est, quia
14 specificata,& † verbis generalibus expressa parificantur,*l.Lucius,ff.de vulgar.& pupill.l. precibus, in fine,C. de impub.substit.* Aut dubitatur,& recipiunt interpretationem ex similibus casibus de iure communi, quia
15 etiamsi statuta † sint contra ius commune, secundum illud,quantum fieri potest debent interpretari, Alex. *in l.inter cætera.numer.*5 *ff.de liber.& posthum.*Roland. *in consil.*72.*numer.*33. latè Zanch.*in consil.*169.*nu.*8.*inter consil.vltimar.voluntat.volum.*1. Curtius iun. qui de communi testatur *in consil.*7. *n.*8. quorum casuum multa exempla congerit Vasquius *de success. creatione libro* 3.§.22.*limitation.*17.*numer.*85.*vsque ad numer.* 91. *fol.*554.

16 Secundus articulus est,Testamentum †clerici† factum per manus Notarij Apostolici in regno valet, etiamsi sit institutus heres laicus, ac postea super eodem testamento lis oriatnr coram iudice laico. Quia *Constitutio Regni, quæ incipit ; Instrumentorum robur.* disponens contractus omnes debere fieri per Notarium regia auctoritate creatum, interueniente iudice ad contractus,& testibus se subscribentibus,atque annullans instrumenta aliter facta, intelligitur etiam de instrumentis testamenti, vt per Afflict.*decis.*166.Quo casu licet secundùm opinionem Andreæ ibi instru-
17 menta † facta per manus Notarij Apostolici in regno non valeant, secundùm quam opinionem fuit decisum, vt per Afflict. *in decis.*345. *& in d. constitutione; Instrumentorum robur,n.* 21. & in specie de testamento facto per manum Notarij Apostolici in regno quod non valeat,Capyc.*decis.*201.

18 Tamen communior est opinio † dicentium, instrumenta facta in regno per Notarium Apostolicum esse valida,quam affirmat Luc.de Penn.*in leg.final.column.penultim.versicul.ex his infertur ad quæstionem C.de locatione præd.ciu.libr.*11. qui respondet omnibus rationibus Andreæ in contrarium sentientis, idem L: c.*duumuirum, column.*2. *prope finem*, *C.de decurion.lib.*10. eandem opinionem tenet Palatius Rubeus *in repetitione rubricæ de donatio.inter virum & vxorem,n.*20.& Bonifacius de Vitalin. *in clem.dudum,§. ad honorem,n.*73. *& plur.seq.de sepulturis.* quos sequitur Boer.*in decis.*242. quæ opinio videtur verior per rationes per dictos Doctores allegatas, quibus satis conferunt omnia scripta à nobis in prima parte huius operis. Et posset addi ratio, quia *dicta constitutio; Instrumentorum robur.* specialiter disponit de clericis, per hæc verba, clerici cuiuscunque sint ordinis, in iudices.& Notarios.nullatenus statuantur. Quo casu habet locum dispositio *d.c.ecclesia sanctæ Mariæ,de constitutionibus.* quam sæpius confirmauimus supra : & habebit locum in omnibus dispositis, quia † vtile per [illegible]le vitiatur ex regula *c.*1.*§.profectò, de lege Corra-* [illegible] Andr.tenendo secundam opinionem,quam se- [illegible]osit. & Aluarot.Loffred. *in consilio tertio.* [illegible] *in cap.imperialem.folio trigesimo secundo, li-* [illegible] *tota columna prima,in magnis,* & dicitur

indiuiduum etiam ratione voluntatis, vt per Bartolum *in leg.Græcè,§.illud versicul.& dicitur.ff.de fideius.*

Sed loquendo secundùm ea, quæ seruantur de facto, probo testamentum † clerici factum per manus 20
Notarij Apostolici valere in regno, quia post mortem ipsius dominium bonorum non est omnino abolitum, sed repræsentatur in eius hereditate † tan- 21
quam clerici, prout firmant Iacob de Aren. Bald. & Immola *in l.illa institutio.ff.de here.inst.*ex regula *l.hereditas,ff.de acquir. rerum dom.* propter quam alias rationes conclusi supra *in casu* 5.*vers.sed hodie.*quod statuta laicorum non possunt afficere huiusmodi hereditates post eius mortem,& ibi multa allegaui ; ergo non potest per d. constitutionem auferri potestas à Notario Apostolico super dispositione bonorum clerici, quæ sua sunt tempore dispositionis, & sua vocantur in alium translato titulo vniuersali, quousque dicta dispositio habuerit effectum. Et propterea decisum est etiam Neapoli, Notarium † Apostolicum in 22
regno posse conficere instrumentum de bonis ecclesiasticis, quam decisonem allegat Vrsill. cum aliis *in additionibus n.*1.*ad Afflict.super decis.*345.

Neque obstat, quod iudex † laicus, vt in casu Ca- 23
pycij *decis.*201.debet iudicare secundùm leges ciuiles, quia contrarium probaui in his propriis terminis *in d.casu* 5.vbi vide,ne repetam.

CASVS XXIX.

Statutum vrbis,quod filij positi in conditione censeantur vocati, comprehendit clericos ciues Romanos.

SVMMARIA.

1 *Filij positi in conditione non sunt vocati secundum veriorem opinionem.*
2 *Secundum aliquas coniecturas censentur vocati.*
3 *Coniecturæ sunt arbitrariæ.*
4 *Statutum vrbis, quod filij positi in conditione conseantur vocati,comprehendit clericos.*
5 *Clerici possunt vti statutis fauorabilibus laicorum.*
6 *Statutum excludens fœminas propter masculos comprehendit clericos.*
7 *Statutum quod agnati excludant matrem comprehendit clericos.*
8 *Statutum fauorabile clericis, eos non comprehendit ex defectu iurisdictionis.*
9 *Priuilegiũ non potest concedi clericis per modũ legis.*
10 *Clerici qui volunt gaudere beneficio alicuius statuti laicorum,illo non ligantur.*
11 *Titulus,quod quisque iuris in alium statuit,non habet locum in clericis.*
12 *Declaratio nihil facit de nouo.*
13 *Statutum contra communem opinionem dicitur correctorium,non autem declaratorium.*
14 *Statuta vrbis quare ligent clericos.*
15 *Statuta confirmata per Papam,dicuntur Papalia.*
16 *Statuta contra libertatem ecclesiasticam non censentur approbata generali confirmatione.*
17 *Statuta vrbis confirmata per Papam ligant clericos solum ciues Romanos.*

FIlij † positi in conditione non sunt vocati secundum veriorem & magis communem opinionem, 1
pro qua Rustic.*in tractatu, An & quãdo positi in condi. cens.voc.in part.*1.*c.*2.per sexcedecim columnas cõgerit

Doct,

Doct. ad hoc, quæ opinio est etiam vera in contractibus, vt per Peregrin. *de fideicommiss. articul. 28. numer. 29. & sequen.* & Rustic. *in d. tractat. an & quando, parte 1. capit. 3. numer. 7.* Sed quia secundum aliquas † coniecturas censentur vocati, iuxta communem opinionem, de qua per Menoch. qui etiam recenset multas coniecturas *lib. 4. præsumpt. 76.* & per Rimin. iun. *in consi. 21. vol. 1.* & D. Fab. Ann. *in consi. 9.* & coniecturæ, quæ sunt † species probationis, sunt arbitrariæ, ex regula *l. quinquaginta. ff. de probat.* Ad euadendas difficultates in vbe Roma fuit statutum, vt filij positi in conditione censeantur vocati, vt habetur *in lib. 5. statutorum vrbis, c. 25.*

4 An igitur hoc statutum † comprehendat filios clericos, non videtur opus disputare, postquam sic fuit decisum per dominos meos de Rota vrbis, vt habetur *in decis. 379. n. 3. parte 1. in nouissimis,* quam decisionem facere ius Romæ latè scripsi *in tractatu de auctoritate tribunalium vrbis, & eorum præuentionibus,* quem composui in adolescentia mea, dum incipiebam Aduocatum facere, sed quia Rota *in d. decisione 379.* non disputat articulum, videamus quæ sit vera ratio illius decisionis.

5 Aliqui putant comprehendere, quia hoc respicit fauorem clericorum, † qui possunt vti statutis fauorabilibus laicorum, Dec. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, num. 215. de constit.* latè Surd. *in cons. 2. n. 35. & seq. vol. 1.* Alex. *in consi. 211. n. 2. vol. 2.* Io. Lecirier. *in tractat. de primogenit. li. 1. q. 24. n. 3. in fi. & n. 16. in fine, & num. 18. & nu. 21. vsque ad numer. 28.* Qua ratione dicunt, quod statu-
6 tum † excludens fœminas propter masculos, comprehendit clericos, vt est communis opinio Doct. de qua testantur Addentes ad Roman. *in singular. 446. incip. habeo casum.* Mynsinger. *centur. 3. obseruation. 26.*
7 Laurus *de statuto exclusiuo fœminarum propter masculos, num. 106.* Item statutum † quod agnati excludant matrem, comprehendit clericos, quia est eis fauorabile, vt ad hoc multa scribit Benedict. *in c. Raynutius, in versicul. & vxorem nomine Adelasiam, num. 37.*

Sed ista ratio non est vera, quia dicere, statutum fa-
8 uorabile † clericos comprehendere, esset dare iurisdictionem laicis, quam non habent in clericos, & ita respondet Afflict. *in c. 1. n. 19. de pace tenenda.* Nisi con-
9 cederetur merum † priuilegium clericis non imperando, nec permittendo, nec vetando, nec puniendo, Alex. *in d. consi. 211. nu. 2. vol. 2.* & notant omnes *in c. dilecti, de foro compet. & in c. cum venissent, de eo qui mitt. in possess.* & ex his supra *in casu 5. in princip.* conclusi, statutum exclusiuum fœminarum non comprehendere clericos, ipsosque debere succedere vna cum fœminis, & ex eisdem rationibus dico, quod statutum exclusiuum matris propter agnatos, non comprehendit clericos. Et licet Surdus *in decis. 20. numer. 9. dicat,*
10 quod clerici † possunt se iuuare beneficio statutorum, & cum actu vtuntur, actu ligantur: tamen clerici non possunt hoc facere in præiudicium ordinis clericalis, *cap. si diligenti. de foro compet.* & quomodo regula, *quod*
11 *† quisque iuris in alium statuit, &c.* non habet locum in clericis, idem Surdus probat *in dict. consil. 2. numer. 35. & seq.*

Alia ratio videtur posse assignari, quod hoc non proueniat vigore statuti vrbis, sed vigore legis communis. Nam cum magna fuerit altercatio inter Doctores antiquos & modernos, an filij positi in conditione censeantur vocati, ad euadendum difficultatem, vtra opinio sit verior de iure, statutum vrbis voluit declarare esse comprehensos, sed qui declarat, nihil † de nouo facit, *l. heredes palam §. sed etsi notam. ff.* 12
de testam. l. adeo. §. cum si quis. ff. de acquir. rer. dom. Bald. *in l. petens, n. 5. C. de pact.* Alex. *in consil. 52. n. 26. vol. 4.* Dec. *in consil. 423. num. 20. in fine.* ergo clerici comprehenduntur non ex vi declarationis dicti statuti, sed ex vi legis communis Romanorum, sic declaratæ.

Nec ista ratio potest subsistere: Nam cum dixerim magis communem opinionem esse, positos sub conditione non esse vocatos, statutum † hoc contra com- 13
munem dicitur correctorium, non autem declaratorium, vt per Felyn. *in c. fi. in 5. fallentia, n. 12. ver. nec obstat. de constit.* & sequitur Rustic. *in d. tract. an & quando, c. 8. n. 11.*

Rota *in d. decis. 379. n. 3.* arbitratur, ideo hoc statutum de filiis positis in conditione ligare clericos, quia statuta † vrbis ligant clericos, vt fuit resolutum co- 14
ram Rip. d. Robusterio in vna plani vlmi 1576. quam decisionem iterum amplexa est Rota, vt habetur *in decis. 452. parte 1. in nouissimis.*

Sed ista ratio videtur habere difficultatem, quia cum regulariter statuta laicorum non ligent clericos, non potest assignari altera ratio, cur statuta vrbis ligent ipsos, nisi quia fuerunt approbata & confirmata per summum Pontificem, quo casu dicuntur † statu- 15
ta Papalia, vt per Baldum, *in lege ex placito, numer. sexto. vers. an illa statuta. C. de rer. permutat.* Fely. *in ca. cum venissent. nu. 2. de testib.* Sed contra hanc rationem posset replicari, quia inter statuta vrbis adest vnum, vt inter ciues Romanos seruetur ius commune Romanorum in casibus non decisis per statutum, ergo totum ius Romanorum ligaret clericos. Verum tenendo rationem esse veram respondetur, quod per approbationem generalem non censentur approbata † statu- 16
ta contra libertatem ecclesiasticam, Felyn. *in dict. c. ecclesia S. Mariæ, n. 4. & in c. ex parte, nu. 38. de rescript. & in c. ad nostram, num. 4. de probationib.* Baldus *in consil. 339. vol. 3.* Neque censentur † approbata quoad om- 17
nes clerici, sed solum quoad clericos ciues Romanos litigantes in foro Capitolino, & ideo dicit Rota *in d. decis. 379. n. 3.* quod hoc statutum operabitur suum effectum in clericis ciuibus Romanis, saltem quoad bona existentia in directum, & ita intelligenda sunt hæc duo statuta vrbis.

CASVS XXX.

Ius protomiseos, siue ius retractus non habere locum in clericos, neque ipsos volentes vendere, teneri requirere consanguineos vigore statuti, neque ecclesiam posse cogi ad vendendum iusto pretio.

SVMMARIA.

1. *Statuta & constitutiones de iure congrui, siue consanguinitatis, & retractus, vbi vigent.*
2. *Statuta de iure congrui sunt exorbitantia à iure communi.*
3. *Vendere nullus cogendus est in certam personam.*
4. *Statuta correctoria non ligant, nisi fuerint publicata, & vsu recepta.*
5. *Nisi habuerint clausulam irritantem.*
6. *Statuta quando ligent etiam ignorantes.*
7. *Statuta de iure congrui an ligent ecclesiasticos.*

8 Cle-

8 *Clerico emente à laico, nullus potest ab eodem retrahere.*
9 *Statutum, ne immobilia alienentur in extraneos, non comprehendit clericos.*
10 *Statuta de rebus, non afficiunt illas quæ transeunt in ecclesiasticos.*
11 *Statuta præceptiua, seu arctatiua personarum non ligant clericos.*
12 *Et in patrimonialibus.*
13 *Voluntatis defectus præsumitur ex defectu potestatis.*
14 *Laicus vendens clericis contra statutum de iure congrui, an teneatur ad interesse.*
15 *Clericus quando vendit laico, non tenetur denuntiare vicinis vigore iuris congrui.*
16 *Statuta laicorum non afficiunt res, & bona clericorum.*
17 *Lex prohibitiua personarum non afficit personam non subditam.*
18 *Laicus emptor à clerico tenetur reuendere vigore iuris congrui. & n.22.*
19 *Statutum reale dirigit effectum suum ad actum consummatum.*
20 *Statutum de insinuandis testamentis per heredem, afficit laicos heredes clericorum.*
21 *Ius congrui non habet locum in emphyteusi ecclesiæ.*
23 *Statutum arctans emptorem ad vendendum vicino iusto pretio taxato ab aliquo, non comprehendit emptorem ab ecclesiastico.*
24 *Clericus potest retrahere vigore iuris congrui, quando laicus vendit laico.*
25 *Sacri Consilij Neapolitani auctoritas recensetur.*
26 *Æqualitas non est seruanda inter clericos & laicos.*
27 *Nec est seruanda inter minorem & maiorem.*
28 *Clerici agunt, sed non conueniuntur iure congrui.*
29 *Consuetudines censentur approbatæ, dummodo non sint contra libertatem.*

IN quamplurimis partibus Europæ adsunt Consti-
1 tutiones, † aut statuta, vel consuetudines de iure prothomiseos, siue retractus, aut de iure congrui, quæ pro eodem in effectu ponuntur, per quas cogitur venditor denuntiare consanguineis, vel vicinis, vt infra certum tempus retrahant iusto pretio: an liceat consanguineis vel vicinis retrahere à manibus emptoris, soluto iusto pretio, vel sub aliis formis, prout visum fuerit expediens. In Hispania est *lex 6. & seq. ti. 5. partita 5.* In regno Franciæ de consuetudine obseruari, testatur Tiraquell. post multos, quos allegat *in præfatione tractatus de retractu lign. n.1.* In regno Siciliæ est *constitutio Federici Imperatoris, sub titulo de iure prothomiseos.* In ciuitate Neapolis est *consuetudo in scriptis redacta sub titulo de iure congrui.* Alia statuta aliorum locorum Italiæ singulariter recensentur à Tira-
2 quell. *in d. præfatione, in prima & seq. column.*

Et istæ constitutiones, consuetudines † & statuta exorbitantia sunt à iure communi, quia ipsius correctoria: restringunt enim facultatem disponendi de re sua ad libitum, contra *l. in re mandata, C. mandat. & l.*
3 *nullus, C. de indic.* Item quia nullus de iure communi cogitur potius vni, quàm alteri vendere, † aut consortem, vel consanguineum requirere, *l. dudum, C. de contrah. empt.* & firmant Corn. *in cons. 151. n. 1. & seq. vol. 3.* & Paris. *in cons. 81. n. 1. & cons. 82. n. 1. & seq. vol. 3.* Pro-
4 pterea † non ligant, nisi fuerint publicata, & vsu recepta. Nec sufficit probari fuisse vsu recepta per paucas vices, nisi generaliter de consensu populi, & qui fundat se in eo, debet illud probare, Caputaque. *decisione 203. parte tertia*, nisi habuerit † clausulam irritan- 5
tem, quo casu ligat etiam † ignorantes, quia inferio- 6
res non potuerunt per non vsum tollere legem Principis, nisi de eius consensu expresso, vel præsumatur spatio decem annorum, Caputaquens. *decisione 204. parte tertia.* Et si habuerit clausulam irritantem, afficit ignorantes quoad nullitatem actus, secus quoad pœnam, nisi fuerit publicatum, Put. *decisione 281. parte prima.*

Frequens est igitur quæstio in criminalibus, an huiusmodi statuta, † & consuetudines ligent ecclesiam, 7
& ecclesiasticos, quam tractarunt diffuse Afflict. *in tractatu de iure prothomiseos, in principio, num. 8. & plurib. sequent. & in § 9. numer. 14. & plur. seq.* Maranta *in tota disputatione octaua.* & Tiraquell. *in tractat. de retract. lignag. §. 1. gloss. 13. numer. 2. & plurib. sequentibus.* Sed vt clarior appareat, ipsam expedio per tres articulos.

Primus articulus est: Quando clericus vendit clerico
† & tunc nullus poterit à clerico retrahere, neque vi- 8
gore iuris prothomiseos, aut congrui, neque consuetudinis aut statuti; & hanc opinionem firmarunt Abb. & Immol. *in c. constitutus, de restit. in integrum.* Afflict. *in tractatu de iure prothom. in princip. n. 8.* qui hoc admittit in ecclesia, non autem in clerico, & postea *in eo. tract. in §. 9. n. 17.* dicit veriorem opinionem esse, vt procedat etiam in clerico, Ias. *in consil. 152. col. fin. vol. 4.* Socin. iun. *in consi. 1. n. 8. vers. his nonobstantibus, vol. 2.* Hondedeus *in consi. 3. vol. 1.* & ibi *nu. 28.* dicit esse communem opinionem.

Et pro hac communi facit, quia statutum, † ne im- 9
mobilia alienentur in extraneos, non comprehendit clericos nec ecclesiasticos secundum magis communem opinionem, quam probauimus supra *in casu sexto.* Imo ille casus non differt ab hoc, nisi in verbis. Item facit quod licet huiusmodi constitutiones, & statuta † essent realia, & afficerent res ipsas immobi- 10
les vendendas: tamen non potest dici, quod transeant in clericos cum eadem affectione, & ita, vt possint retrahi, quia ex mutatione personæ mutatur ius, & statim liberari ab illa qualitate statuti, cum primum translata fuerint in ecclesiasticos, plenè scripsi supra *in casu vndecimo* secundum veriorem opinionem.

Sed huiusmodi constitutiones & statuta non possunt dici realia, quia sunt directa in emptorem, & venditorem, quo casu statuta laicorum † præceptiua 11
seu arctatiua personarum non ligant clericos, prout probat Maranta *in d. disput. 8.* in pluribus locis, quem refert Honded. *in d. consil. 3. n. 10. in fine. & seq.* Neque possunt clericos obligare respectu personæ, neque respectu bonorum † etiam patrimonialium, Immol. 12
in d. c. cõstitutus, n. 6. Riminald. iun. *in consil. 449. nu. 35. vol. 4.* Ripa *responso 4. n. 7. in ti. de iure gent. vel ciui.* ergo nõ præsumitur clericos voluisse huiusmodi statuta obligare, de quibus in specie disponere non possunt, Alex. *in consi. 220. numer. 1. volum. 2.* Abb. *in c. à nobis in 1. num. 4. & seq. de sentent. excomm.* Alba. *in cons. 8. n. 10.* Et defectus potestatis † in verbis generalibus facit 13
præsumi defectum voluntatis, Riminald. iun. *in d. consil. 449. num. 32.* Io. Andr. *in c. fin. de immunit. eccle. li. 6.* Socin. sen. *in consil. 46. num. 9. vol. 4.* Nec obstat quod res alteri hypothecata potest à clerico euinci, vt per Marant.

Marant. *in d. disput.* 8. *num.* 36. *in fin.* Quia hoc procedit, quando per pactum facta est hypotheca, secus si per viam legis, vt hic, quorum differentiam latè scripsi supra *casu* 14.

Declaratur tamen hic casus, vt licet venditio à laico clerico facta teneat, nec possit res vendita retrahi, ta-
14 men negari non potest, quin laicus † vendens contra formam constitutionis, cuius vigore tenebatur denuntiare consanguineis, vel vicinis, teneatur condictione ex ipsa lege ad interesse, si qua forte occurrere possunt, sicut in casu contrario, dicemus infra in declaratione sequentis casus.

15 Secundus articulus est, quando clericus † vendit laico, & tunc clericus non tenetur denuntiare vicinis, vel consanguineis vigore constitutionis, aut statuti, quia si verba legis directa sint in venditorem, clericus non afficitur, sed potest liberè alienare non seruata forma statuti, Ruyn. *in consi.* 39. *n.* 16. *vol.* 1. quem sequitur Cephal. *in consil.* 53. *nu.* 37. *vol.* 1. Honded. *in d. consi.* 3. *num.* 28. Boer. *decis.* 231. *num.* 1. *&* 2. Si vero verba directa sint in res alienandas, puta quod res non possit alienari, nec ad aliquem peruenire, vt in simili dixit Bart. *in l.* 1. *num.* 42. *C. de sacros. Eccles.* & Dec. *in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, num.* 267. Ruyn. *in consi.* 195. *num.* 4.
16 *vol.* 2. *& consi.* 49. *nu.* 3. *vol.* 3. Neque afficit † res, & bona clericorum, quia extra iurisdictionem statuentium ex
17 reg. *l. fi. ff. de iurisd. omn. iud.* & si lex prohibitiua † personarum minimè afficit personam non subditam ratione bonorum, Inn. *in c. pastoralis, de foro compet.* Ang. *in l. hæres absens, in §.* 1. *col. pen. in fi. ff. de iudic.* Tiraq. *de legib. connubialib. gl.* 8. *q.* 27. *num.* 225. tanto magis si est arctatiua bonorum, non potest bona extra territorium afficere.

Declaratur etiam hic articulus per Marant. *in d. disput.* 8. *n.* 51. vt procedat respectu clerici venditoris, sed
18 respectu laici † emptoris, dicit, quod tenetur reuendere: & ad hunc modum possent procedere allegata per Socin. Sen. *in consil.* 45. *vol.* 3. & per Ioan. de Amicis *in consi.* 14. atque per Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *gl.* 13. *nu.* 10. cuius declarationis affertur ratio, quia quando sta-
19 tutum est reale, † dirigit effectum suum ad actum consummatum, & tunc si bona peruenerunt ad subditum iurisdictionis statuentium, ipse remanet obligatus vigore statuti, & res retrahi potest; secus est, si est clericus, qui non est subditus: Sicut in simili dicimus de sta-
20 tuto † de insinuandis testamentis per heredem. Nam si hæres clerici est laicus, debet illud insinuare, alias perdit, vt per Bald. *in auth. cassa, C. de sacrosanct. Eccles.* secus est, si hæres laici sit clericus, vt dixi supra *in casu* 27. Neque obstat replicatio Hondedei *in d. consi.* 3. *nu.* 32. quod sic clerici per indirectum afficerentur statutis laicorum. Quia hoc negatur, clericus enim vendidit laico iusto pretio, & quando esset læsus, habet re-
21 media iuris: Nisi essemus in emphyteusi † Ecclesiæ, in qua, Prælato recusante emere habet locũ ius congredi iuxta tradita per Afflict. *in d. tract. in principio legis, nu.* 7. quo casu clericus, vel Ecclesia per indirectum afficeretur, quia eum cogerentur habere emphyteutam, qui forte vel odiosus, vel non vtilis Ecclesiæ foret, vt scri-
22 psi supra *casu* 20. Cessat etiam illa ratio, † quam consideraui supra *in casu* 13. videlicet, quia clerici non inuenirent personas, qui secum contrahere vellent iusto pretio, & ita efficerentur timidiores; quia ibi volebãt solum locare, hic autem vendere, vicinus, vel consanguineus volentes retrahere à clerici emptore, debent sub eodem iusto pretio; nullum igitur est detrimentũ clericorum, etiam per indirectum: Nisi statutum † ar- 23
ctaret emptorem ad vendendum, pretio facto ab æstimatoribus, prout est dicta consuetudo Neapolis, quo casu Ecclesiastici possent lædi, qui extranei forte pluris emerent, nisi dubitarent euinci minori pretio æstimato, ab ipsis vicinis, quo casu Ecclesiastici per indirectum læderentur, & in hoc etiam casu puto declarationem non procedere.

Tertius articulus est, quando laicus † vendit laico, & 24
tunc verius est, vt dicamus, clericum consanguineum, vel vicinum posse retrahere, & ad hoc est text. *in c. constitutus, de in integr. restit.* vbi omnes Canonistæ hoc notant, & post alios scribit Octauian. Vulpell. *in tract. de libert. Eccles. part.* 3. *nu.* 9.

Sola difficultas remanet in decisione sacri † consilij 25
Neapolitani, de qua per Franch. *decis.* 285. cuius auditorij decisiones licet priscam, germanamque Iurisconsultorum auctoritatem, & grauitatem præ se ferant, ac iuris maximum decus, & ornamentum; Tamen quia quælibet iuris dogmata sæpius agitata, magis veritatem ostendunt, dicam liberè dictam decisionem non obstare. Nam ratio, qua mouetur æqualitatis seruandæ, de qua *in l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* procedit in subditis † iurisdictioni statuentium, vt latius respon- 26
det Cardinal. Alban. *in tract. de immunit. Ecclesiar. n.* 58. *in fin. & plur. seq.* & cum iurisdictioni laicorum clerici non subsint, attendere dictam æqualitatem, esset destruere omnia priuilegia clericorum, vt ibi per Cardinal. Imo in subditis eiusdem iurisdictioni fallit ista æqualitas † in casu nostro, quod sic deducitur. Nam qui 27
cum minore contrahit obligatur, ipse autem non obligatur, sine auctoritate tutoris, etiamsi pecuniam receperit, *§.* 1. *Inst. de auctor. tut. & C. de auct. præst. per tot.* sed Ecclesia gaudet priuilegiis minorum, *c.* 1. *de rest. in integr.* & in materia statutorum, quod non procedat ratio æqualitatis seruandæ cum Ecclesiasticis, latius scripsi supra *casu* 5. *in fi.* ibi vide, ne repetam, Et quod clerici † agant iure congrui, sed non conueniantur eo- 28
dem, dicunt Abb. & Immo. *in d. c. constitutus,* propterea Afflict. *in d. tract. in d. §. nu.* 17. dicit hanc esse veriorem, & communiorem opinionem, licet addat non seruari de facto, ipsi autem viderint, qui non seruant, idem dicit Cumias *super ritib. magnæ curiæ Regni Siciliæ, c.* 40. *n.* 287. Neque debet mouere altera ratio reprobationis dictæ consuetudinis à foro Archiepiscopali Neapolis. Quia quando esset vera, de qua dubitatur etiam *in dict. decis.* reprobatio procederet de iure, quia vt dictum, clerici possent agere *d. c. constitutus,* sed non conueniri iure congrui: Et † approbatio cætera- 29
rum, debet intelligi, dummodo non sint contra libertatem Ecclesiasticam, Felin. *in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, nu.* 4. & dixi supra latius, & infra *casu* 99. & quando ratio esset vera.

CASVS XXXI.

Statuta circa ordinationem litis comprehendunt clericos litigantes coram iudice seculari, quando non concernunt iura ipsorum.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiastici in quibus casibus litigent in foro seculari.*
2 *Statuta circa litis ordinatoria comprehendunt clericos in foro seculari.*

3 *Acta ordinaria debent fieri secundum statuta laicorum etiam ab Ecclesiasticis in foro secularium.*
4 *Ecclesiastici litigantes in foro secularium poterunt appellare, nisi in casibus permissis de iure ciuili.*
5 *Laicus litigans in foro Ecclesiastico poterit appellare etiam ante diffinitiuam.*
6 *Feriæ iudicis sunt attendendæ, non partium.*
7 *Testes examinandi sunt secundum consuetudinem loci iudicis.*
8 *Iudex alterius ditionis debet examinare testes secundum consuetudinem propriam.*
9 *Statutum prohibens in fauorabilibus comprehendit actum extra territorium factum, & n.11.*
10 *Testes cur debent recipi cum interrogatoriis.*
12 *Lex pœnalis quando extenditur.*
13 *Statutum prohibens mulierem contrahere habet locum extra territorium.*
14 *Iudex quando debeat recipere testes secundum modum iudicis committentis.*
15 *Statutum de litis ordinatoriis non habet locum in clericis, quando minuuntur eorum iura, & n.17.& 23.*
16 *Exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum in mutuo infra biennium, in cæteris infra triginta dies.*
18 *Leges contra ius Canonicum, & eius principia, & æquitatem auferentia iura clericorum, non valent.*
19 *Præscriptio nunquam procedit cum mala fide de iure Canonico.*
20 *Ecclesiastici litigantes in foro laicorum possunt opponere contra leges & statuta laicorum.*
21 *Statutum limitans, tempus de iure communi in præiudicium clericorum, est contra libertatem Ecclesiæ.*
22 *Statuta non possunt excludere nullitatem, quæ opponitur excipiendo.*

1 SVnt multi casus, in quibus Ecclesiastici † litigant in foro seculari, puta sequendo forum rei. Item in causa reconuentionis, & in aliis, vt dicemus infra, su-
2 per his sæpissimè occurrit differere, an statuta † circa ordinatoria litis comprehendant omnes litigantes in eodem foro, etiamsi sint Ecclesiastici, quam quæstionem examinant ad partes Ancharan. *in c.ea quæ, in 26. q.de reg.iur.lib.6.* & Stephan. Aufrer. *in tract.de potest. secul.in Ecclesiasti.in reg.2.post nu.39.* in particulari quęstione, quam facit de hoc. Pro cuius resolutione, ego constituo duos articulos.

Primus articulus est, quando tractatur quomodo a-
3 cta † fieri debeant, nulla habita ratione iuris competentis actori, vel reo, & tunc siue clericus sit actor, siue reus, communis opinio est, vt statuta circa huiusmodi ordinationem litis comprehendant Ecclesiasticos litigantes in illo foro, vbi illa statuta vigent; de qua cõmuni testatur Ancharan. *in d.regula, ea quæ, col.penult. in fin.vers.vera tamen,* & communis opinio est, & Æneas de Falco *in additionib.ad Abb.in c.clerici, litera L. de iudic.* & de magis communi testantur Corn. *in consi. 114.nu.4.vol.2.* & Riminald.iun. *in consi.479.n.12.vol. 5.* & esse communem inter Canonistas, testatur Abb. *in c.quod clericis, nu.10.de foro compet.* & ibi Sebastian. Sapia *in addit.litera B.* alios refert Butr. *in d.cap.quod clericis, nu.10.* Dd. *in l.3.§.fi.ff.de testib.* glo. *in l.1.in ver. controuersia, C.quæ sit longa consuet.* Alex. *in l.1.num.19. ff.de legat.2.& in cons.164.circa dubitationem, colum.2. vol.2.* Dec. *in c.Ecclesia sanctæ Mariæ, num.43.& sequ.de constitut.& ibi* Felyn. *nu.81.versi.tertius casus,* Dec. *in consi.47.& consi.48.* Cæphal. *in cons.263.nu.39.* Cumias *super ritibus magnæ curiæ Siciliæ, c.40.num.281.* Rochus de Curte *in tract.de consuetud.sect.8. num.59.& 67. & 69.* Asinius *in tract.de execut. §.1.c.78.num.11.& plur. seq.* Octau. Vulpell. *in tract.de libert.ecclesiast.par.2. nu. 48.* Borgnin. *decis.10.num.10.sub tit.de delictis part.4.* Capyc. *decis.66.nu.2.* Ioseph. Ludouic. *in decis.Lucensi 39.n.2.*

Præcipua ratio est, quia ius Canonicum consentiens in certis casibus causas Ecclesiasticorum agitari coram iudice seculari, tacitè videtur permittere, quod agitentur secundum modum illius iudicij, ita dicit glo. *in d.c.quod clericis, de foro compet.* Ideo Ecclesiastici † 4
litigantes in foro seculari non poterunt appellare, nisi in casibus à iure ciuili permissis, vt *in auth.de appellat. & intra quæ tempora,* sed laicus † litigans in foro Ec- 5
clesiastico poterit appellare etiam ante diffinitiuam, *c.super eo, de appellationib.* prout notant omnes Canonistæ *in d.c.quod clericis,* & Ancharan. *in d.quæst.26.* & Stephan. Aufrer. *in d.particul.quæst.* Innocent. *in c.fi.de*
feriis, † dicit, quod in assignatione termini, non sunt 6
attendendæ feriæ partium, sed iudicis coram quo causa agitatur. Item † in vocatione testium standum est 7
consuetudini loci, in quo iudex iudicat, *l.3.in fin.ff.de testib.* Item si actor teneatur dare fideiussorem, etiam clericus tenetur coram iudice seculari, casus est *in l. cum clericis, in 2.respons.C.de Episcop.& cleric.* & ibi notant omnes Dd. etiam de libelli oblatione, & appellatione, & de causa compromittenda & similibus, de quibus dicemus infra.

Ex qua ratione ego consului, dum viuo Pisis purgando peccata mea, quod cùm in Tuscia in examinandis testibus dentur interrogatoria, si examen committeretur in regno Neapolis, vbi ex ritibus examinantur absque interrogatoriis, legitimè dicebantur examinati absque illis, quia dum est commissum examen
simpliciter, † & togatus iudex alterius iurisdictionis, vt 8
examinaret testes, tacitè videtur commissum, vt reciperet secundum modum sui iudicij.

Neque obstabat ratio illius Doctoris de reperto-
riis, quod quando statutum † concernit prohibitio- 9
nem, & actum fauorabilem, tunc comprehendit actum licet factum extra territorium, Bartol. *in l.1.in 6.quæst.C.de summa Trinit.* vbi Signor. *nu.17.* sequitur Dec. plures allegans *in l.fi.num.13. ff. de iurisdict.omn.*
iudic. sed leges Tusciæ prohibentes testes † recipi cum 10
interrogatoriis sunt fauorabiles ad euitandum falsitates, & vt inueniatur ipsa veritas etiam ex depositionibus testium alterius ex collitigantibus; ergo, &c. Nam ego dicebam, quod doctrina Bartoli non fuit bene scripta in suo repertorio: Bartolus enim loquitur, quando statutum est prohibitiuum in personam,
& † continet prohibitionem fauorabilem, tunc con- 11
tinet etiam ciuem illius ciuitatis, vbique existentem, & exempla Bartoli sunt, vt minor non possit facere testamentum. Item quod maritus non possit vxori legare, neque econtra. Nam istæ prohibitiones habent locum in eisdem personis sibi subditis extra territorium existentibus: & ratio potest dari, quia vbi-
cunque dispositio legis posset † reddi elusoria, tunc 12
etiam in materia pœnali licita est extensio, vt alter casus comprehendatur, qui ex verbis comprehendi non posset, Ias. *in l.talis scriptura, num.21.de legat.1.* & scripsi latius in mea Methodo consulendi, & iudicandi in quarto statu legitimæ constitutionis. Vnde
Baldus *in consil.60.volum.5.* loquens de statuto † assi- 13
sij, dicit, quod habet locum in eadem muliere prohibita contrahere, etiamsi contrahat in alieno territo-

ritorio, ne statutum fiat ludibrium, idem Ruyn. *in cons. 60. col. 2. vol. 4.* Riminald. sen. *in cons. 598.* Paris. *in consi. 99. col. fi. vol. 1.* Aliter ergo consuluissem, si apparuisset non fuisse habilitatum iudicem remissoris examinis
14 ad recipiendum testes secundum modum sui † iudicij, puta quia fuisset commissum, vt reciperentur testes etiam super interrogatoriis, qui tunc iudice acceptante debebant recipi etiam super illis, ex reg. *l. fi. C. de contrah. empt. & ibi not. gloss. & Dd.*

Et hæc conferunt ad dictum casum primum. Nam si iudex secularis in ciuitate Neapolis, coram quo litem habet clericus, remiserit simpliciter examen ad iudices Ecclesiasticos, coram quibus in toto regno recipiuntur cum interrogatoriis, possent interrogatoria produci coram iudice Ecclesiastico, & super illis recipi testes, ex quo tacitè videtur habilitatus ad recipiendum illos secundum formam sui iudicij: Nisi in specie fuisset dictum, vt reciperentur secundum modum iudicij committentis.

Secundus articulus est, quando tractatur de eisdem
15 actis, habendo respectum ad ius † competens actori, vel reo, & tunc dico, quod si clericus coram iudice seculari reconueniatur à laico, non habent locum leges, neque statuta, quæ penitus extinguerent iura ipsius Ecclesiastici reconuenti. Puta lex disponit, quod ex-
16 ceptio † non numeratæ pecuniæ possit opponi solum infra biennium in tractatu mutui, in aliis verò contractibus non potest opponi, nisi infra triginta dies, vt est text. & ibi Bald. *in l. in contractib. C. de non numer. pecun.* gloss. *Instit. de literar. oblig. in ver. extendatur, & in l. pecuniæ, C. de sol.* Affl. *decis. 105. nu. 2.* An elapso illo termino possit opponi per clericos. Item statutum disponit, quod de nullitate sententię non possit dici post annum à die sententiæ numeratum: An si clericus reconueniatur super executione sententiæ alterius iudicij possit dicere de nullitate, si lapsus est annus. Ego
17 credo, † quod licet ista iura respiciant ordinatoria iudicij, tamen quia concernunt substantiam iuris competentis clericis, ideo ipsos non afficit, & quando allegarentur, esset contra libertatem Ecclesiasticam, ex il-
18 la regula, quia † leges contra ius Canonicum, & eius principia, & æquitatem, atque auferentia, quæ competunt clericis, de iure communi sunt contra libertatem Ecclesiæ, vt sæpius dixi supra. Quod autem Ecclesiastici possint in perpetuum excipere de non numerata
19 pecunia de iure Canonico: Ratio est, quia hoc † iure nullus præscribit cum mala fide, *c. possessor. de reg. iuris, li. 6.* & hanc opinionem firmarunt Dyn. *in reg. locupletari, in fin. li. 6.* Innoc. *in c. quia plerique, de immunit. Eccles.* Bal. & Cyn. *in authen. hoc ius porrectum, C. de sacros. Eccles.* Roman. *in repet. authen. similiter, C. ad leg. Falcid.* Angel. *in cons. 156. videtur prima fronte, nu. 1. in fin.* Rom. *in cons. 45.* Abb. & Canonist. *in c. fin. de solut.* Ca-
20 pella Tholosan. *decis. 408.* & quod Ecclesiastici † litigantes in foro laicorum possint opponere contra leges, & statuta laicorum, ponit Bald. *in tract. de statutis in regulis generalibus circa iudicia, & circa exceptiones, in versi. sexto qui incipit, statutum an clericus conueniens laicum in foro seculari, &c.*

Item quod nullitate possit dici in perpetuum, Bald. *in l. data opera, n. 59. C. qui accus. non poss.* Saly. *in l. si præses, n. 6. in fin. versi. in contrarium, C. quomodo, & quando iud.* Vant. *in tract. de nulli. in titul. quoties, & intra quod*
21 *tempus, n. 8.* ergo statutum † limitans tempus, si comprehenderet clericos, esset contra libertatem Eccles. quia tolleret ea, quæ competunt de iure communi: Imò quæ competunt de iure naturæ, quia nullitas est species defensionis naturalis, præsertim si perueniat ex defectu citationis, *clem. pastoralis, de re iudi.* cui statutum derogare non potest, *§. sed naturalia, Insti. de iure natur. gent. & ciuil. & l. 2. ff. de vsu & habit.* quo casu semper dici potest de nullitate, vt per Franc. *in c. dilecto, n. 126. & seq. de appell.* & quod statuta non † possint 22
excludere nullitatem, quæ opponitur excipiendo, latissimè scribit idem Franch. *in d. c. dilecto, nu. 151.* quia nullitas in excipiendo est species defensionis naturalis, Bal. *in l. 1. in princ. C. de iur. & facti ignor. & in l. scire oportet, §. fi. ff. de excus. tut.* & statuta quæ tollunt competentia clericis de iure naturæ sunt contra libertatẽ Ecclesiæ. Ex quibus concludo, quod quando statuta † 23
circa ordinatoria litis concernunt ius, vel personam clerici, tunc non obseruabuntur in foro clericorum contra clericos, & ita in specie firmat Steph. Aufrer. *in d. quæst. alleg. in fi.* cuius exemplum affert, si statutũ dicat, quod solutio debiti non possit probari per testes, clericus illo statuto non afficitur secundum receptiorem sententiam, de qua infra speciali casu tractabimus, & tamen probationes respiciunt ordinem iudicij, quia versatur circa extinctionem iuris ipsius clerici.

CASVS XXXII.

Tempus instantiæ non esse idem de iure ciuili, & Canonico, & clerico litigante in foro seculari esse obseruandam instantiam de iure Canonico.

SVMMARIA.

1. *Instantia causæ est de ordinatoriis iudicij.*
2. *Instantia iuris ciuilis ligat clericos, & n. 7.*
3. *Instantia perempta profertur sententia ab obseruatione iudicij.*
4. *Et quando profertur sententia diffinitiua.*
5. *Iudicium malè fundatum non interrumpit præscriptionem.*
6. *Instantia perempta si reus fiat clericus, non potest suscitari per laicum.*
8. L. properandum, *non comprehendit Ecclesias.*
9. *Instantia causæ dotis non expirat triennio.*
10. *Instantia causarum ciuilium an sit eadem de iure ciuili, & Canonico.*
11. *Instantia de iure Canonico non expirat triennio secundum communem opinionem.*

INstantiam † causæ ponunt inter ordinatoria iudicij 1
Ancharan. *in reg. ea quæ, in 26. q. de reg. iur. li. 6.* & Aufrer. *de potestat. secul. in reg. 2. post nu. 39.* & multi ex præcitatis Dd. in præcedenti casu, dum volunt instantiam † iuris ciuilis ligare etiam clericos in foro ciuili: Pro 2
cuius resolutione videamus, an instantia perempta, pereant iura clerici: & certè opinio affirmatiua est verior; Primo, quia perempta instantia † perit ius acto- 3
rum, ideo iudex profert sententiam ab obseruatione iudicij, vt dicit Ias. *in l. properandum. §. & siquidem, nu. 15. & seq. C. de iudic.* Salyc. *ibid. n. 36.* & de communi testatur Mynsing. *in lib. obseru. centur. 3. obseru. 50.* Item perempta instantia, si fuerit datus terminus ad probandum, & nihil probatum, iudex profert sententiam † diffinitiuam, vt probat Ias. *in d. §. & siquidem, num. 16.* & est communis, vt ibi per Dd. & Petrus de 4
Bellapertica *in l. fin. C. vt intra certum temp. q. termin.*

dicit,quod si ante lapsum instantiæ non sunt producti testes per actorem,tunc debet absolui ab obseruatione iudicij,sed quando sunt producti testes,tunc debet absolui diffinitiuè,& ita non poterit vlterius agi. Hoc autem procedere tam in causa criminali, quàm ciuili, probat ibi Petrus,& sequitur Ioan. de Amicis *in consi.* 139.& Grammat.*in voto crim.*31.*n.*15.Mangrella *in additionib.ad Bar.in d.l.si.C.vt intra certum tempus.*Item Bald.*in l.*2.*nu.*5.*C.de formul. & impetr.act.sublat.& in*
5 2.*C.de fruct.& lit.expens.*habet,quod iudicium † malè fundatum non interrumpit præscriptionem, textus *in authent.offeratur,in fi. C.de litis contestation. & ibi glo. in verb.pro nihilo*,& ibi Bal.*n.*17.*& seq.*dicit,quod per actum nullum præscriptio non interrumpitur, Petrus Rauen.*singul.*346.&quod ius actoris pereat omnimodo, probatur ex ea receptiori sententia, quod si per-
6 empta † instantia reus fiat clericus, & actor per viam restitutionis in integrum,siue per insufflationem spiritus vitæ, vt dicit glo. *in verb.rescissa,in §.rursus ex diuerso,Insti.de actionib.* solutis expensis,velit iterum agere,si interim reus factus est clericus,non poterit vlterius conueniri coram eodem iudice seculari,ita post multos quos allegat, probat Ioan.Vincent. de Anna *in singul.*129.& dicit hanc esse veram opinionem.

Sed in fine præcedentis casus conclusum est, omnia statuta etiam respiciétia ordinatoria litis, si quid iuris auferant,& extinguant ipsis clericis,illos non comprehendere, de quibus in specie disponere non potuissent, esseque contra libertatem Ecclesiasticam; ergo
7 concludendum est clericos † litigantes in foro seculari non ligari instantia,per *l.properandum, C.de iudic.*
8 Quod autem instantia † *d.l.properandum*, non includat Ecclesias, probatur, nam *d.l.properandum*,excipit causas fiscales, & ita hoc datur fisco in priuilegium; ergo debet eodem modo competere Ecclesiis, quia à pari procedunt,*l.fi.C.de sacros.Eccles.c.*1.*de in integr.restit.*& propter rationem *l.*2.*C.de priuile.fisc.* idem fir-
9 maui *in scholiis de dote*, vt causa † dotis non expiret triennio,vt scripsi *in l.*1.*q.*3.*art.*4.*ff.solut.matr.* quam rationem licet Abb.*in c.venerabilis,nu.*12.*de iudiciis*,sequatur in Ecclesiis,non autem in clericis litigantibus super eorum patrimonialibus, tamen quia dispositio *c.Ecclesia sanctæ Mariæ,de constitut.* habet locum etiam in patrimonialibus clericorum, vt ex communi opinione Dd.sæpius firmauimus supra, ideo etiam ex aliis supradictis rationibus erit verum in clericis respectu eorum patrimonij.

10 Neque obstat, quod eadem sit instantia † causarum ciuilium per ius ciuile, & per ius Canonicum disposita,vt per Ant.Franc. *in additione ad Abb.in d.c.venerabilis,in princ.in addit.quæ incip. circa hoc*, cum aliis per Mynsinger.*centur.*3.*obseruat.*44. Quia in contrarium est communis opinio, vt instantia causarum de iure
11 Canonico † non expiret triennio, de qua testatur Ias. *d.l.properandum,in princ.nu.*27. & Syntagma communium opinionum *part.*4.*loc.*11.*tit.*9.*c.vnic.in fin.*& ad hoc est textus *in §.anteriorum, §. ad hæc. & ibi* Archidiac.2.*q.*6.& Abb.allegat textum *in c.cùm olim,§.iudices,de priuileg.* vbi fuit facta condemnatio expensarũ factarum per quadriennium,cum aliis allegatis,& resolutis per Abb.*in d.c.venerabilis,n.*5. & latius per Felyn.Specul.*de iuramen.calum.§.sequitur,versi.quid si instantia*, Alex.*cons.*23.*vol.*3.*& cons.*64.*col.*2.*vol.*4. Barbat. *in cap.de causis,col.*2.*de offic.deleg.* Prosdocimus *de Comitib. in tract.de differentiis iuris ciuilis & Canonici, n.*46.*& seq.* & quæ sit ratio differentiæ, ponit Bald.*in c.fin.de dolo & contumac.*ergo ne pereat ius clerici litigantis coram iudice seculari, debemus attendere ius Canonicum, quod fauet clericis, & in cuius derogationem ius ciuile nihil potuit etiam in ordinatoriis litis contra clericos disponere.

CASVS XXXIII.

Clericum succedentem laico non ligari instantia sui auctoris,quæcunque causa sit, etiam executiua, de intellectu *legis, heres absens,ff.de iudiciis.*

SVMMARIA.

1 *Heres debet litem inceptam prosequi coram eodem iudice.*
2 *Qui teneant idem esse de clerico herede.*
3 *Clericus successor laici conueniendus est in foro suo.*
4 *Contraria sententia quando procedit.*
5 *Clericus successor laici nullo modo conuenitur coram iudice laico,siue lite cœpta,siue non cœpta.*
6 *Instantia contra laicum inchoata non transit in monasterium.*
7 *Clericus succedens laico obligato per instrumentũ executiuum conueniendus est coram iudice Ecclesiastico.*
8 *Clericus heres mercatoris non est conueniendus coram consulibus,ob causam mercaturæ.*
9 *Opinio quæ habet regulam pro se,est magis tuta.*
10 L.heres absens, ff.de iudiciis, *quis sit verus intellectus.*
11 *Instantia defuncti non transfertur in heredem ipso iure,& quæ sit practica transferendi illam.*
12 *Instantia transit in heredem per sententiam.*
13 *Persona quando est priuilegiata augetur ius translatũ ex priuilegio personæ.*
14 *Laicus factus clericus post iudiciũ inchoatum coram iudice laico,non tenetur vlterius comparere coram eo.*
15 *Clericatu assumpto in fraudem, an teneatur clericus comparere coram iudice laico.*
16 *Clericus qui in vniuersali iure succedit laico,non censetur esse in fraude.*
17 *Clericus potest continuare iudicium seculare in fauorabilibus,si cœptum sit per defunctum.*

COmmuniter scribentes firmant ex *l.heres absens, ff.de iudic.*probari heredem † debere litem inceptam prosequi coram eodem iudice, idque intelligũt 1
etiamsi sit clericus † heres laici, qui litem inceperit 2
coram iudice laico, Couarru. *pract.quæst.cap.*8.*num.*2. propter præuentionem litis factam coram iudice laico, quo casu dicetur fieri continuationem instantiæ cum defuncto inchoatæ, cuius ipse clericus vniuersalis successor repræsentat vnam, & eandem personam, quam opinionem firmarunt Immol. *in l. si eum hominem,ff.de fideiussor.*Roman.*in l.si constante,§.fi.num.*14. *ff.soluto matrimon.* & ibi Castrens.dicit esse communem opinionem,Ang.*in d.l.heres absens,in princ. circa med.* & ibi Castrens.sequitur Ias.*in authent.quas actiones,num.*39.*C.de sacrosanct.Eccles.*Alex.*in d.l.si constante,§.fin.*vbi allegat Baldum,& Cuman.*ibid.*Idem Alexand. *in addit. ad Bartol. in authent. & consequenter, num.*19.*C.de sentent.*Barbatia *in c.quia V.n.*45.*& sequ. de iudic.* & ibi Aretin.eam sequitur, & respondet contrariis,& ibi Dec.*col.fi.*Milis *in suo repert.in ver.miles*, Stepha. Aufre. *in tract.de potestate secul.reg.*2.*fallen.*6.

Viuius

Viuius ait communem *in lib.2.comm.opin.48.in verb. clericus*, Vasq.*de success.creat.li.3.§.22.limit.17.num.72.* Marant.*in suo spec.part.4.n.79.dist.11.* Carauit, *super ritib.magnæ curiæ vicar.in ritu 234.* Andr.Gail. *lib.1.obseru.37.nu.9.* Surd.*in decis.110.* qui dicit, hanc opinionē sæpius fuisse approbatam in Senatu, & ipsam sequitur ea sola ratione, cui putat neminem potuisse respondere ex loco Baldi *in l.si quis posteaquam.ff.de iudic.* vbi si inchoato iudicio reus fiat clericus, cogitur coram eodem iudice seculari comparere; ergo eodem modo, ait, quando clericus succedit laico litiganti.

Propterea multi declarant, quod si lis non fuerit adhuc cœpta contra laicum defunctum, clericum succes-
3 sorem † laici fore conueniendum coram suo iudice Ecclesiastico, gl.*in c.is qui, de reg.iur.li.6.* Dd.*in c.clericus nullum, 11.q.1.* Couarr.*in d.c.8.conclus.3.* & hanc dicunt esse communem opinionem Villalob.*in ver.clericus, n.70.* & de magis communi Mynsing.*in li.obseruat.centur.3.obseruat.45.* & sequitur Gregor.Lopez *in part.1.tit.6.l.57.gl.5.*

4 Et licet non desiit, qui contrariam † sententiam sectentur, etiam lite non adhuc cœpta, Guid.Pap.*decis.139.* Francisc.Marc.*decis.61.part.2.* Stephan.Aufrec.*de potestate secul.reg.2.num.5.* Benedict. *in cap.Raynutius, in verb.& vxorem, in 2.num.322.* Boer. *in decis.69.num.20.* Nihilominus prædictorum auctoritates procedunt de consuetudine locali, vt ipsi testantur, quę non extenditur ad alias regiones, vt probat Couar. *in lib. practic.quæst.c.31.num.5.vers.2.ex præmissa resolutione,* & declarat Menoch.*de retinenda poss.ss.in 3.remed.nu.353.*

Ego credo contrariam opinionem esse veriorem, vt
5 clericus † successor laici nullo modo conueniri possit coram iudice laico, siue lite non adhuc cœpta, siue incepta fuerit contra laicum & contestata. Quam firmarunt Ant.de But.*in d.c.quia V.n.12.in fin.de iudic.& ibi* Abb. & Felyn.*n.3.versi.limita secundo.* Dec.*in fin.post* Immol.*ibi sibi contra dicentes,* Bald.*in l.1.C.si pendente appellat.mors interuenerit.& in .. in præsentia, num.9.de*
6 *probat.* vbi dicit, quod instantia † cōtra laicum inchoata non transit ad monasterium, Angel.sibi contrarius *in l.tam ex contractib.ff.de iudic.* Lancellot.Dec.*in d.l. heres absens, in prin.* vbi Iacobin.*nu.7.* qui dicit, secundum hanc opinionem fuisse iudicatum, sequitur Curt. iun.*ibid.* & hanc opinionem esse magis communem, & habere rationes efficaciores, dicit Maranta *de ordine iudic.part.5.in prin.num.12.& seq.* quem refert Surd.*in consi.222.n.4.vol.2.* & Aretin.*in d.c.quia V.*dicit, quod hæc opinio præualet in practica, Borgnin.*decis.8.n.11. in fin.*& ita fuit decisum in Rota vrbis, vt *in decis.5.de foro compet.in antiqu.* vbi laicus erat obligatus obligatione contra quam nulla poterat opponi exceptio, & erat præuentus in iudicio, & tamen clericus illi succedens non tenebatur stare illi iudicio, quia licet fuisset præuenta persona laici, non tamen erat præuenta persona clerici, & ideo debebat conueniri coram iudice Ecclesiastico.

7 Et quod clericus † succedens laico obligato per instrumentum executiuum debeat conueniri coram iudice Ecclesiastico, probat Anton.de Canario *in tract. de execut.instrumentorum, q.57.* Item, quod clericus he-
8 res † mercatoris non debeat conueniri coram consulibus ex negotio mercaturæ per defunctum laicum gestæ, sed coram iudice Ecclesiastico, probat Beneuenut. Straccha *in tract.quomodo in caus.mercatorum procedendum sit, in 1.partic.vlt.part.prin.n.45.*

Ego credo hanc secundam opinionem esse veriorem, eámque in practica, & in omni foro esse amplectendam: nam licet vtraque allegetur communis, & hæc secunda magis communis etiam appelletur, tamen hæc secunda † habet regulam pro se, vt clericus 9
non conueniatur coram iudice laico, *auth.statuimus C.de Episcop.& cleric.c.si diligenti, de foro compet.* & allegare limitationem regulæ quando clericus est heres laici conuenti coram iudice laico, hæc limitatio iure non probatur, ideo erubescamus illam sequi ex regula *l.illam.C.de collationib.* Nec valet responsio Surdi *in d. decis.110.n.4.* hoc esse dispositum *in d.l.† heres absens,* 10
vbi instantia transit in heredem coram eodem iudice. Quia, vt dicit Archidiacon.post Ioan.de Fan.quos refert & sequitur Gregor.Lopez *in partit.1.tit.6.l.57.gl.5.versi.respondent Doctores,* illa lex loquitur de priuilegio loci, per quod vellet eximi à loco, non de priuilegio personæ, vt *in versi.vbi defunctus debuit, & in versi. si ibi inueniatur.* Vnde dicit D.Francis.de Ponte *in cōsi.18.n.9.* quod illa lex locum habet in foro respectu loci, non in foro respectu personæ iudicis post Fulgos. *in eadem l.n.1.* & alios quos citat. Inde concludit, quod dispositio *d.l.* non meretur allegari, sed standum sit regulæ.

Præterea secundum vera principia iuris, instantia 11
defuncti † non transfertur in heredem ipso iure, adeo quod sententia lata contra defunctum possit exequi cōtra heredem, per tex.*in l.Paulus, in 2.ff.quæ sent. sine appell.rescind.& l.in summa, §.fin.ff.de re iudi.* & ibi dicunt Paul.de Castr. & Alexand.ad hoc, vt instantia transferatur in eum, opus esse, vt citetur per text. *in l. edictum, ff.de iudic.& l.oratione, ff.de fer.* & tunc intelligitur instantia translata ex eisdem actis, & instantia iudicari poterit contra ipsum, per *l.fin.ff.ad exhibend. & l.Lucius, §.rogatus, cum his quæ ibi not.* Bart.*ff.ad Trebell.* Bald.*in l.si eos, C.de fideiuss.* Angel.& Immol.*in l. pœnales, in prin.ff.ad leg.Falcid.* & ideo vidi obseruari in practica, quod mortuo reo, citantur ij qui prætenduntur heredes ad declarandum, si sunt heredes, & pro quota parte, & ad videndum translationem iudicij in ipso faciendam, qua citatione facta iudex postea interponit decretum in ipsos transferendo iudicium, & ad vlteriora procedit vsque ad sententiam, neque amplius nominatur defunctus, sed hæc præuia causæ cognitio non potest fieri per iudicem secularem in clericos, vt notat Rota *in d.decis.5.in fin. de foro compet.in antiq.*

Ex his eliditur ratio Surdi *in d.cons.222.n.10.* quia licèt instantia † transeat in heredem, non fit transitus 12
ipso iure, sed per sententiam, præuia causę cognitione, quam iudex laicus non exercet in clericum. Neque militant omnes aliæ eiusdem rationes vsque ad finem dicti consilij, videlicet quod vbi cœptum est iudiciū, ibi finiri debet. Item quod heres est vna, & eadē persona cum defuncto. Item quod heres clerici teneatur ex quasi contractu laici, sicut ex contractu, & ita teneatur prosequi instantiam, quæ est ex quasi contractu. Item quod obligatio non varietur, & ius formatum in persona defuncti actiuè & passiuè transit in heredē. Quia iustæ, & omnes aliæ similes regulæ non procedunt, quando persona † in quam transferantur iura est pri- 13
uilegiata, quia tunc ab ipso priuilegio augetur ius trāslatum, & hoc ius auctum non habetur à transferente, sed à proprio priuilegio, & de hoc est casus *in l.cùm quidam, §.debitores, ff.de vsuris,* & scripsi latius de hoc supra *in cas.11. vers. hoc fundamentum.* & inde colligas-

responsionem ad hæc.

Nec obstat ratio Surdi, qua mouebatur Senatus *in* 14 *d.decis.110.n.3.* quod laicus † factus clericus post inceptum iudicium coram iudice seculari, debeat coram eodem iudice comparere. Quia hæc opinio communiter reprobatur, videlicet quando absque fraude susceperit ordinem Ecclesiasticum, liberatur, & eximitur prorsus à iurisdictione iudicis laici, & remitti debeat ad iudicem Ecclesiasticum, vt de communi testatur Plaza *in li.1.epit.delict.c.35.num.1.* qui licet loquatur in criminalibus, tamen Stephan. Aufrer. *de potestate secul. in Ecclesiasti.regul.1.in 11.fallent. versic.communiter tamen*, loquitur tam in ciuili, quàm criminali causa. Nisi 15 clericatum † assumpsisset in fraudem, vt se eximeret à iurisdictione iudicis laici, quia tunc non liberatur, sed poterit iudex laicus etiam procedere, vt de communi testatur Immo. *in cons.119.n.1.* Couar. *lib.practicar.q.c.32.n.4.vers.secunda conclusio*, sed hoc casu neque poterit cogi personaliter, nisi mulctari in bonis, & ita non erit subditus ratione personæ, super quo casu Franch. facit plures decisiones, & multa scribit, *in decis.109.& decis.184.& decis.195.* & nos inferius in particulari ca- 16 su tractabimus. Sed quando clericus † vniuersali iure succedit laico, nulla fraus potest considerari ad euadendum iurisdictionem iudicis laici; ergo non potest procedere argumentum illius Senatus. Nec obstant multa argumenta Barbat. pro prima opinione, quia vt prudenter aduerterunt Addentes ad Felyn. *in d.c.quia V.ante nu.4.de iudic.* in omnibus casibus adductis per 17 Barbat. clericus † potuit continuare iudicium cœptum per defunctum, quia erat sibi fauorabile, sed hic est sibi damnosum. Vnde restat secundam opinionem esse & magis communem, & magis tutam.

CASVS XXXIV.

Ecclesiastici venditores denuntiati à laico in iudicio euictionis, coram quo iudice debeant, & possint comparere, atque causam defendere, & quid si ipsi fuerint emptores, & non denuntiauerint.

SVMMARIA.

1 *Euictio non habet locum, nisi lite prius denuntiata venditori.*
2 *Etiamsi venditor aliunde habeat notitiam.*
3 *Citatio in causa euictionis est iudicialis, & arctissima.*
4 *Clericus denuntiatus à laico coram iudice laico an teneatur suscipere defensionem.*
5 *Clerico venditori debet fieri denuntiatio coram iudice Ecclesiastico.*
6 *Denuntiatio facta clerico est nulla, nisi coram iudice Ecclesiastico.*
7 *Ecclesiastici emptores possunt agere de euictione, licet non denuntiauerint litem venditori.*
8 *Clericus venditor denuntiatus coram Ecclesiastico, poterit defendere emptorem coram laico, habita licentia Episcopi.*
9 *Clerici non possunt ferre testimonium sine licentia Episcopi.*
10 *Clericum debere defendere emptorem coram iudice laico, intelligitur, si velit, & de licẽtia Episcopi, n.12.*
11 *Clericus venditor denuntiatus coram laico, non potest trahere causam ad iudicem Ecclesiasticum.*
13 *Et quomodo fuerit seruatum in iudiciis, in diuersis locis, n.14.*
15 *Fiscus venditor laudatus in auctorem per priuatum, non potest declinare forum priuatorum.*
16 *Contrarium est verius.*
17 *Dispositio in vno de æquiparatis per legem antiquam procedit in altero.*
18 *Fiscus habet priuilegium auocandi causam ad suum forum.*
19 *Et an in hoc sit communis opinio.*
20 *Emptor à fisco conuentus à priuato potest petere se remitti ad iudices Cameræ.*
21 *Ecclesiastici venditores laudati in auctorem possunt petere se remitti ad iudicem competentem in iudicio euictionis.*
22 *Quod est verum quoad se, secus quoad priuatos.*
23 L.nulli prorsus, C.de iudic. *non procedit in iudicibus diuersæ iurisdictionis.*

CVm emptor † pulsatus ab aliquo super re empta, 1 vt possit postea agere de euictione ex *l.habere licere,ff.de euict.* teneatur denuntiare venditori litẽ sibi motam, vt veniat ad defendendum. Nec sufficit venditorem † aliunde habere notitiam, vel ex tertio, quia ci- 2 tatio & denuntiatio est de forma *l.emptor,C.de euict.c.fi.de empt.& vend.* & citatio hoc casu non fit ad certiorandum, sed ad incitandum, † & ideo requiritur iudi- 3 cialis arctissima, Couar. *lib.3.var.resol.c.17.illat.1.* Viuius *opin.com.434.* latè per Gaspar. Caballin. *in tract. de euictionib.in §.3.per tot.* & ipse venditor denũtiatus teneatur vigore pacti emptorem illum defendere, litémque in se suscipere, aliàs, abdicata re, tenetur de euictione. Hinc dubitarunt Dd. quid iuris est, si clericus venditor † denuntiaretur à laico emptore pulsato coram iudice laico, an is clericus debeat *ex l.venditor,* 4 *ff.de iudi.* suscipere in se iudicium coram iudice laico, vel debeat per eius instantiam remitti ad iudicem Ecclesiasticum propter suum interesse, & necessariam defensionem ad quam tenetur, pro cuius resolutione constituo quatuor articulos.

Primus articulus est: Denuntiatio, quæ fit clerico venditori † à laico pulsato super iudicio euictionis, 5 debet fieri coram iudice Ecclesiastico, quia cùm, vt dixi, dicta denuntiatio non fit ad incitandum tantùm, sed iudicialiter & strictissimè facienda, necessariò fieri debet coram iudice Ecclesiastico, vnde Cagnol. *in l. venditor,col.2.ff.de iudi.* & Cardinal. Zabarell. *in clem. causam,§.fi.de elect.* dicunt, huius negotij hanc esse veram practicam, vt emptores venditoribus, & auctoribus suis litem intiment, contra eos motam super re vendita, requirendo & interpellando, vt veniant ad defendendum, exhibendo copiam libelli contra eos dati, & protestando de omnibus damnis, expensis, & interesse, & de agendo contra eos de euictione, & vt magis securè hæc faciant, auctoritate sui iudicis hæc omnia intimare procurent, ita etiam dicit Caballin. *in d.tract.de euict.c.3.num.34.* & ideo dicit Cardinal. Zabarel. *in d.§.final.* quod arctari debet venditor sub forma *d.clem.causam.* Quare si denuntiatio † ista 6 non fieret coram iudice Ecclesiastico, esset nulla ipso iure, ex notatis per Bar. *in l.3.ff.de testib.* & de citatione nulla ex defectu iurisdictionis est textus *in cap.cùm causam,& ibi per Abb.n.3.& c.prudentiam,n.6.de offic. delegat.* de quo etiam per Speculat. *in tit.de citatione,§. iam de citatione,col.5.versi.hoc autem nota,* Vantius *de nullit.in tit.de nullitate ex defectu citationis,num.27.& seq.*

seq. & ideo sperni poterit, Innocent. *in ca. præterea. de dilationib.* cum aliis per Vantium *ibid.* quo casu habebit locum dispositio *d. cap. fin. de empt. & vend.* in primo casu, vt emptor pulsatus in iudicio euictionis, non possit post rei abdicationem, de euictione agere contra clericum venditorem, quia illi non denuntiauit iuxta dictam formam requisitam.

7 Secundus articulus est: Ecclesiasticos † cum nomine Ecclesiæ emerint, posse agere de euictione, licet litem antea non motam, in qua succubuerint, venditori laico non denuntiauerint, ex latè deductis per Couar. *in lib. 3. variarum resolut. c. 17. illat. 4.* & Steph. Aufrer. *in additionib. ad Capell. Tolosan. decis. 408. nu. 3.* Tiraquell. *de priuileg. piæ causæ, priuileg. 141. & seq.* cum aliis ad hoc congestis per Caballin. *in d. §. 3. n. 102.* vbi probat esse communem opinionem, de qua etiam testatur Couarru. *loco citato*, & licet contrarium teneant Anton. de Burgos *in d. cap. fin. de empt. & vendit. n. 9.* & Caballin. *in d. §. 3. num. 108. & plur. seq.* moti per *cap. breui. de iureiuran.* & per *c. potuit. de locat.* Tamen dictis iuribus respondit Couar. *in d. loco*, & Andr. Facchin. *in suis controuers. lib. 2. c. 37. col. 1.*

8 Tertius articulus est, Clericus † venditor denuntiatus canonicè coram iudice Ecclesiastico poterit defendere laicum emptorem si vult, & habuerit licentiam à suo Episcopo coram iudice laico, de licentia habes gloss. *in c. clericum nullus, 11. quæst. 1. in verb. secularem, versic. licet et præstet auctoritatem*, & Archidiacon. *ibi col. 1. in fin.* & Cardinal. Turrecrem. *in princ.* dicit, duo requiri, vt clericus velit, & vt habeat licen-
9 tiam à suo Episcopo, sicut in ferendo † testimonio coram iudice laico sine licentia Episcopi comparere non possunt, glo. *in c. quanquam, 14. quæst. 2.* cum aliis multis ad hoc per Farinac. *in tract. de testib. quæst. 61. num. 83.*

10 Quod autem omnes Dd. qui citantur ad hoc, loquantur quando clericus vult † comparere coram iudice laico, sic specialiter inducuntur, Bald. *in d. l. venditor, nu. 2.* dicit hæc verba: Quid de clerico, qui vult in se suscipere iudicium rei, quam vendidit laico, & litigare coram iudice seculari. Et parum infra dicit: Tu dic: quod merus defensor potest comparere pro emptore, Angel. *in l. non solum. §. quod vulgo ff. de vsuc.* dicit, quod clericus venditor pro suo interesse comparebat ad defendendum reum, & sic volens comparebat, Abb. *in c. quoniam frequenter, §. in aliis, n. 28. vt lite non contest.* dicit: aut clericus venit nominatus in iudicio seculari, & tunc dandus est contra eum libellus, & debet remitti ad iudicem suum: Aut venit voluntariè ad defendendum, non nominatus prædicto modo, vel ad defendendum emptorem suum, & tenetur ibi defendere. Idem dicit *in c. fin. nu. 8. de empt. & ven.* Hoc idem dicit Anton. de Burgos, sequens doctrinam Abb. *ibi num. 16.* & clarius *nu. 18. versic. at post iudicium inceptum clericus cōparuit per se*, Ancaran. *in c. ea quæ, in 17. quæst. de reg. iur. lib. 6. versic. in contrarium*, paulo infra dicit: Ad istud iudiciū nō trahitur clericus, tunc enim haberent locum canones, qui hoc vetant, quod trahatur, sed quia se vltro offert, videtur in hoc casu reus voluntarius, de quo aliter, quàm de reo necessario iudicādum est, oci Sn. *in consil. 91. numer. 10. & seq. vol. 3.* licet multa alleget, tamen *num. 13. in fi.* allegat Specul. vbi habet, quod clericus nominatus venit ad iudicium voluntariè, & ipse dicit, quod illa quæstio similis est huic de qua agimus & tandem concludit, quod voluntariè venit, non ex necessitate, Ripa *in c. 2. num. 24 de iudic.* citans Anton. de Butr. *in d. cap. fin. de empt. & vendit.* dicit: Aut clericus directè, & sua sponte venit ad defensionem, & procedit textus *in d. l. venditor.*

Ex quibus apparet, quod omnes præcipui Doctores, vnde formata est ista asserta communis, de qua per Caballin. *in d. §. 3. numer. 119.* & per Andream Facchin. *in d. c. 37. versic. communis est, & vera sententia*, videlicet, clericum venditorem † non posse trahere 11
causam ad forum Ecclesiasticum, loquuntur, quando clericus sponte venit ad dictum iudicium, si quidem dubitationem probat facere apud Doct. ex quo clericus etiam volens non potest comparere in iudicio seculari, *ca. si diligenti, de foro compet.* *cum similib.* Ideo firmarunt Doctores posse comparere clericum voluntariè, & defendere reum emptorem, contra quem iudicium intentatum est, sententiáque pro vel contra illum ferenda. Nos autem † firmauimus doctrinas 12
præfatorum Doctorum procedere, quando de consensu Episcopi, ipse clericus compareret, & ita cessaret illa dubitatio, & fortior redderetur ista communis opinio ad alium sensum allegata.

Quartus articulus est: quando clericus venditor formaliter denuntiaretur in iudicio seculari, & ita diceretur defensor necessarius, an tunc possit trahere causam ad iudicem Ecclesiasticum. Aliqui dicunt negatiuam † partem esse veram, sed teneri *ex d. l. vendi-* 13
tor, clericum defendere suum emptorem, Mynsing. *in lib. obseruat. centur. 1. obseruat. 22. num. 7.* qui testatur sic fuisse iudicatum in illa Camera, Andreas Gail. *in lib. 1. practicar. obseruat. obseru. 37. num. 9.* qui omnes citant Boer. *decis. 69. num. 7.* Stephan. Aufrer. *de potestate seculari in Ecclesiast. reg. 2. fallent. 5. n. 23.* vbi dicit, quod ita de consuetudine † obseruatur in regno Franciæ, 14
Bene dict. *in cap. Raynutius, in ver. & vxorem, decis. 2. n. 125.* qui etiam testatur de consuetudine regni, & quod ita seruetur Tolosæ in curiis secularibus, testatur Aufrer. ad Capel. Tolos. *in decis. 360. n. 2. versic. hoc tamen scio.* sed quia isti testantur de consuetudine locorum, quæ an sit valida aliàs disputauimus: nos autem loquimur de mero iure, ideo eorum dicta non sunt ad exēplum trahenda. Couar. etiam sequitur hanc opinionē *in lib. pract. q. c. 8. nu. 3.* mouetur *ex d. l. venditor*, ex qua dicit idem fuisse particulari lege sancitum in Hispania, *l. 57. tit. 6. partit. 1.* quam esse cōtra libertatem Ecclesiasticam, non est dubitandum, postquam venit in derogationem *d. cap. si diligēti, de foro compet.* eandem opinionem sequitur Caballin. *in d. §. 3. numer. 119.* qui cum Couarru. in dicto loco mutant sibi Doctores ad inuicem quos allegant. Sed eorum verba nos induximus in præcedenti casu, vt ostenderemus omnes Doctores citra montes loqui solum in casu, quo clericus volens comparet coram iudice seculari? ergo pro ista opinione restant soli Dd. Vltramontani, & isti Ingolstadieēses, qui eorum doctrina imbuti sunt.

Conantur etiam defendere hanc opinionem, ex eo quod fiscus & Ecclesia à pari procedant, *l. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* & notatur per glos. *in l. si procurator, §. 1. ff. de iure fisci*, sed fiscus † venditor laudatus in au- 15
ctorem per priuatum emptorem non potest declinare forum, sed tenetur necessario emptorem defendere in iudicio priuatorum, vt disputando concludit Caballin. *in d. §. 3. num. 124.* qui ad fundandum hanc esse communem opinionem, citat Couarru. *in di. cap. 8. nu. 3.* & hanc opinionem primo loco tenuit Baldus *in l. 3. C. de iure fisci*, & eam sequitur Aretinus *Institut. de exce-*

*de exceptionibus,in rubrica,nu.*17.Socinus *in cons.91.vol.*
3.Antonius de Burgos *in d.c.fi.n.*18.*de emption.& vendit.*Andreas Fachin.*in d.c.37.col.fin.*& Thesaur.*in decis.*213.& hi sunt omnes Doctores qui allegantur pro hac opinione.

Sed hoc argumentum verè potest retorqueri: Fi-
16 scus † habet priuilegium auocandi caussam à Præside
prouinciarum, coram quo iudicium cœptum est inter priuatos, ergo & Ecclesia, quæ vendidit,si laudata est in auctorem: probatur consequentia, quia cum in hac materia non habeamus legem expressam, vt dicit Thesaurus.*in dict.decis.*213.*in princip.* & solum aga-
17 mus ex communibus opinionibus Doctorum † dispositio eorum in vno de æquiparatis per legem veterem, censetur inducta etiam in altero, ex regula *l.si quis seruo,C.de furt.& l.quid vero,& ibi gloss.ff.de legibus,cap.quanquam,c.quamuis,cap.quam si, de electione, cap.qui contra certam,de electione, li.*6.Roman.*in cons.* 221.*num.*3.

18 Modo probatur antecedens; quod fiscus † habeat facultatem auocandi causam ad suum forum, & in primis aduertendum est, malè Caballin. allegat Couarru.tanquam testetur de communi, ipse enim hoc non dicit, vt si oculis apertis legatur, apparere potest, dicit autem communem, dum loquitur de clerico, hoc etiam aduertit Borgnin.*in decis.*8.*num.* 13. *part.*1. & ideo ipse Borgnin.testatur magis communem opi-
19 nionem esse pro fisco. Age numeremus † Doctores, videamusque an ista verè sit magis communis, Bartol.*in l.cum vero,C.de sentent.* testatur, quod quando quæstio est inter priuatos,& dependent à causa fiscali, procurator Cæsaris est iudex,idem dicit *in l.*3.*C.de iure fisci*, vbi quod speciale est in fisco, vt in eo non habeat locum *d.l.venditor*,hanc eandem tenent glossam *in d.l.*3.& Alexand.ad Bart.*ibid.* & Angel. *in repetit. l.*1.*C.de fide instru.& iure hast.fisc.lib.*10. Anton.de Alex.*in l.*2.*C.si aduersus fiscum*,Castren.*in l.edicto,C.eod.*
20 *tit.*vbi dicit,quod emptor † à fisco conuentus à priuato potest petere se remitti ad iudices Cameræ, Salycet.*in l.cum vendente,in 3.q.C.vbi causæ fisc.* dicit cognoscere debere procuratorem Cæsaris inter duos priuatos in consequentiam,& accessoriè ad causam fiscalem. Idem firmat Francisc. de Platea *in tract.de priuileg.fisc.priuileg.*24.*& priuileg.*31. Socinus *in consil.*46. *volum.*4.Cagnol.*in l.venditor,num.*16.*ff.de iudic.*& *ibi* Iacobin.Ancar.*in d.reg.ea quæ,in* 17.*quæst.*Dec.*in consil.vlt.nu.*8.Peregrin.*de iure fisc.lib.*7.*tit.*1.*num.*9.Capyc.*decis.*197.Borgnin.*in d.decis.*8.*numer.*13. qui dicit magis communem *parte* 1.prout re vera ex relatis apparet.

Ergo resolutis contrariis apparet, veram esse eo-
21 rum opinionem, qui asserunt Ecclesiasticos † venditores laudatos in auctores, & defensores necessarios in casu *d.l.venditor*,iure debere remitti ad suum iudicem competentem. Neapoli autem obseruatur in practica, vt iudex laicus retineat causam inter ipsos priuatos, & remittat Ecclesiasticum ád suum iudi-
22 cem, † prout sæpissime fuisse sic iudicatum, testatur Maranta *in suo speculo,part.*3.*distinct.*11.*nu.*78.& Afflictus *in constitutione regni,incip.si quis in posterum testatur de consuetudine*,Capyc.*in dict.decis.*197.*numer.*7.& Grammatic.*in decis.*21. Quorum opinio ideo videtur
23 in omnibus amplectanda, quia regula *l. nulli* † *prorsus, C. de iudic.* non procedit in causis quorum pars spectat ad iurisdictionem secularem, & partim ad Ecclesiasticam, sed vnusquisque procedit in causa sua, prout latius, & sæpius scripsi supra *in parte secunda.*

CASVS XXXV.

Vitium litigiosi an liget Ecclesiasticos etiam quo ad pœnas ciuiles.

SVMMARIA.

1 *Alienans rem lite pendente, quam pœnam patiatur, & num.*4.
2 *Executio potest fieri contra tertium ementem lite pendente.*
3 *Etiam absque nouo iudicio.*
5 *Vitium litigiosi an procedat alienatione facta in Ecclesiasticos lite pendente.*
6 *Ecclesia Romana non ligatur vitio litigiosi.*
7 *Litigiosi vitio,quilibet iudex potest dispensare.*
8 *Papa contrahendo censetur derogare omni vitio quod impediebat.*
9 *Ecclesiastici ligantur vitio litigiosi ex dispositione iuris Canonici.*
10 *Litigiosa res est, etiamsi intentetur actio personalis ad rem.*
11 *Actio personalis ad quantitatem non facit rem litigiosam,secus si ad rem.*
12 L.2.C.de litigios. *loquitur tam de actione, quàm de re.*
13 *Ecclesiastici nullo modo possunt trahi ad iudicium secularium.*
14 *Sententia contra reum dolosè alienantem, non exequitur contra tertium non citatum.*
15 *Siue fiat executio in reali,siue in personali.*
16 *Secus si idem tertius fuerit condemnatus.*
17 *Ecclesiastici non ligantur vitio litigiosi quo ad pœnas ciuiles.*
18 Cap.Ecclesia,in 2.vt lite pend.*declaratio.*
19 *Ius Canonicum seruatur in terris Ecclesiæ.*
20 *Alienatione facta in Ecclesiam siue ex titulo lucratiuo,siue oneroso non habent locum leges ciuiles super vitio litigiosi.*
21 *Ius ciuile non potest afficere bona, quin liberè transeant in Ecclesiam.*
22 Titulus;ne liceat potentioribus,&c. *non habet locum in cessione,quæ fit Ecclesiæ.*
23 Titulus,C.de litigiosis, *non habet locum in Ecclesia.*
24 *Ecclesia cur non teneatur iurare fidelitatem.*
25 *Reus qui alienauit lite pendente, potest condemnare in iudicio vendicationis.*
26 *Et contra eum iuratur in litem.*
27 *Ius canonicum semper seruatur in iudiciis piæ causæ.*
28 *Alienans lite pendente tenetur alteram rem loco alienatæ subrogare.*
29 *Lex ciuilis quando præualet canonicæ,& econtra.*

ALienans rem, † lite pendente super ea, punitur in pretio ipsius rei,fisco applicando,*l. fin.C. de litigiosis*, ipsaque res debet restitui à possessore, ac si alienata non fuisset, Andreas de Isernia *in titul. quæ sint regalia,in verb.condemnatorum,num.* 49.& execu- 1
tio † potest fieri etiam contra ipsum tertium emptorem,sicuti ipse reus possideret,Ias.*in l.à.D.Pio.* §.*si super rebus,nu.*10.*ff.de re iudic.*Alexand. *in additionib. ad Bartolum in l.si quis missum*, §.*fin.ff. de damno infecto*, & ita semper fuit decisum in tribunalibus, in Rota Romana,Mohedan. *decisione* 12. *in eadem sub titulo de execut.* 2

3 *de execu.rei iudic.* vbi quod potest exequi contra ✝ tertium, etiam absque nouo iudicio, Afflict. *decis.* 39. *&* *dec.* 331. Guido Pap. *decis.* 81. *col.* 2. *vers. & corroboratur, & ibi latè addentes*, Caccher. *in decis.* 38. *n.* 7. *in fi. & decis.* 65. *nu.* 4. Anton. Gom. *in decis. Lusitaniæ*, 56. Caualc. *decis.* 16. *n.* 8. *part.* 1. *& decis.* 23. *n.* 115. *parte* 2. *& decis.* 5. *n.* 15. *sub tit. de vltimis voluntatib. part.* 4. *cum aliis congestis per eum.*

4 Multoties per statuta ✝ reperiuntur pœnæ alteratæ, vt de pœna statuti vrbis Romæ, testatur Summus Pontifex *in c. Ecclesia, in* 1. *vt lite pend.* & in regno Neapol. adest *c. regni*, *sub tit. de conuentis qui alienant possessiones*; de quo per Afflict. *in constitut. regni*, *incip. eorum fraudibus*, & alia similia statuta, quæ omitto.

Quæro igitur, an si lite pendente in clericum alie-
5 natio ✝ facta sit, aut etiam in Ecclesiam, procedat hoc vitium litigiosæ rei, vel actionis, etiam quoad pœnas, à iure ciuili, vel à statutis indictas. Pro cuius materiæ explicatione constituo quatuor articulos.

6 Primus articulus est: Ecclesia ✝ Romana non ligatur vitio litigiosi. Potest enim Princeps dispensare huic vitio, vt dicit Afflict. *in constit. regni. incip. eorum fraudib. n.* 16. *vers. sed quid si litigat feudum*, quem sequitur D. Francisc. de Ponte *in cons.* 55. *nu.* 19. Imò quilibet iu-
7 dex ✝ potest dispensare ex iusta & rationabili causa, vt docet Angel. *in l. diuus, ff. de petit. heredit.* quem sequitur Afflict. *ibid.* Tanto magis Summus Pontifex, ad quem, vt dicit tex. *in clem.* 1. *in fin. vt lit. pend.* omnium Ecclesiarum, personatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, plena & libera dispositio ex suæ potestatis plenitudine noscitur pertinere.
8 Vnde qui cum Papa ✝ contrahit, non indiget aliqua expressa derogatione, quia præsumitur derogare omni vitio, quod redderet actum nullum, ex reg. *l. penul. C. de don. inter vir. & vxor.* & dicit Francis. de Ponte *in d. cons.* 55. *nu.* 20. ergo hoc vitium non ligat Ecclesiam Romanam.

9 Secundus articulus est: Ecclesiasticos ✝ omnes ligari omni vitio litigiosi ex dispositione iuris Canonici, de hoc est casus *in c. Ecclesia*, *in primo & in secundo, vt lite pendent. & ibi* Io. Andr. Ant. de Bur. Ab. & cæteri.

Primo declaratur hic casus, vt dicatur res affecta vi-
10 tio litigiosi, ✝ etiamsi actio personalis fuisset intentata ad rem, glo. *in l. quanquam, & ibi* Bart. Alber. Immol. Raphael, Barbat. ad Bar. & Salyc. *ff. de aqua pluuia arcend.* gloss. *in l.* 2. *& ibi* Ang. & Salyc. *C. de litigiosis*, Angel. *in auth. litigiosa. C. eod. tit.* Bart. *in l. pen. & ibi* Alexand. *in additionib. ff. eod. tit.* Felyn. *in c. cùm dilecte, in fi. de exceptionib. & ibi* Imm. *& in d. c. Ecclesia, in* 1. *col.* 2. *vt lit. pen. & in c. cùm M. Ferrariensis. n.* 35. *de constit. & in l. si quis missum, §. iudex. ff. de dam. infe.* vbi Alexand. Ant. de Butr. *in c. fi. vt lit. pend.* Ioa. de Ana. *in d. c. cùm M. & ibi* Dec. *n.* 140. Ripa *nu.* 193. Paul. Rosell. *in additionib. ad* Innoc. *in d. c. cum M.* Ias. *in consi.* 43. *vol.* 1. Petr. Iacobus *in sua pract. in titul. de litigiosis.* Couar. *pract. quæst. c.* 15. Caccher. *in decis.* 64. *num.* 13. Guido Pap. *decis.* 337. Tiraq. *in tract. de retract. in fi. n.* 122. Napodanus *in consuet. Neapolis, incip. si quis emit, in gloss. in ver. possidet, versic. sed quid si possessor*, Lancellot. *in tract. de attentatis, c.* 4. *nu.* 482. Pellegrin. *de iure fisci, li.* 4. *tit. de litigiosis, n.* 9. Belluga *in speculo Princip. rubrica* 41. *§. leges regni, num.* 45. vbi dicit, hanc esse communem opinionem.

11 Et licet aliqui Doctores dicant, quod hoc casu ✝ actio tantùm, & non res efficitur litigiosa, tamen erit vera ista opinio in actione merè personali ad quantitatem, non in actione personali ad rem consequendam, vt declarat Ripa *in d. c. cum M.* sed in actione personali ad rem, non est tenenda ista opinio, vt dicit Alexand. ad Bart. *in d. l. penult.* imo est falsa, vt dicit Immol. *in d. c. cùm M.* nec à prima opinione est recedendum, vt dicunt Ias. Couar. & alij allegati, & Ias. *in d. consil.* 43. dicit, quod temerarium est à prima opinione recedere, & qui hanc tenent, nullam rationem allegāt super qua fundari posit.

Item conclusio prima iam firmata, etiam ratione suadetur. Nam textus *in d. l.* 2. ✝ non potest pati hunc 12
intellectum, quod sola actio, & non res efficiatur litigiosa, cum expresse loquatur tam de actione, quàm de re, & dicit Ripa vbi supra: quod actor, & reus non debent ad imparia iudicari: Nec debet reo licere rem alienare lite contestata, cum actori non liceat cedere actionem, pro qua opinione facit *authent. de litigiosis versi. hoc autem litigiosi vocabulo*, vbi actionibus intentatis, quæ operantur litigiosi vitium, excipitur actio hypothecaria, & sic in reliquis firma remanet regula. Nec est verum, quod dixit Roman. *consil.* 370. hanc secundam opinionem esse communem. Quia Tiraquel. *de retract. conuen. in fin. num.* 171. & Bertachin. siue addentes ad ipsum, *in verb. litigiosi vitium*, qui retulerunt Doctores pro vtraque opinione, non ausi fuerunt affirmare, quænam sit communior, solus Belluga, vbi supra dixit primam esse communiorem, quam amplectandam esse, non est vlterius dubitandum ex rationibus inductis.

Secundo declaratur, vt contra Ecclesiasticos ✝ de- 13
beat procedi coram iudice Ecclesiastico, de hoc est casus *in d. c. Ecclesia, in* 1. *vt lite pend.* vbi Summus Pontifex auocat ad se causam à Senatore vrbis, & hanc opinionem tenet Socin. *in consil.* 13. *incip. insignis Doctor in causa presbyteri, volum.* 4. quia siue iudicium sit summarium siue ordinarium, siue agatur reali, siue personali, siue petitorio, siue possessorio, clericus ad iudicium seculare trahi non potest, vt declarat Io. Andr. *in c. qualiter*, per illum textum: *& in c. fin. de iudic.* quod sic plenius deducitur, siquidem data sententia ✝ con- 14
tra reum dolose alienantem, non potest exequi contra tertium possessorem, nisi ipsius citatio interueniat, *l.* 1. *C. de iuris & facti ignorant. in versi. cœperis ex sententia conueniri, l. meminerint, C. vnde vi. & ibi Bart.* Idem firmant Bartol. Alex. Ias. & cæteri *in l. à Diuo Pio*, *§. in venditione, ff. de re iudi.* Abb. *in c. pastoralis. §. quia vero, num.* 7. *de offic. delegat.* Ripa *in l. qui pro tribunali. n.* 10. *ff. de re iudic. cum alijs per Asinium in sua pract. §.* 31. *c.* 4. *in princip.* vbi quod hoc procedit ✝ siue fiat executio 15
in reali, siue in personali actione. & licet aliqui dicant non requiri citationem, quando fit executio pro eadem re, super qua fuit lata sententia, Afflictus *decis.* 157. *in fin.* tamen hoc procedit, quando idem ✝ reus 16
condemnatus in sententia possidet, & ista est communis opinio, obseruata in practica, de qua per Ioseph. Lud. *in decis. Perus.* 6. *n.* 2. *par.* 1. sed si executio facienda esset contra aliam personam in sententia non nominatam, tunc citatio requiritur, vt declarat Felin. *in c. quia V. nu.* 4. *vers. tu vero, de iudi.* & in terminis nostris ita firmat Bald. *in l.* 1. *n.* 9. *in fi. C. de alien. iud. mut. caus. fact.* Inno. *in d. cap. quia V.* quem ibi sequuntur Aretin. Ægid. & Felin. *in d. nu.* 4. Capyc. *decis.* 128. & procedit, etiamsi post latam sententiam alienatio facta esset, Rota *decis.* 3. *vt lite pendente, in nouis*, & latius declarat Octauian. Vestr. *in sua practica Romana, lib.* 8. *in tit. de execution. rei iudicatæ. numero* 4. vbi quod propter personæ

personæ mutationem ; contra quam esset exequen-
dum in realibus , esset quasi noui iudicij inchoatio.
Sed quia hoc iudicium qualecunque sit, coram iudice
laico fieri non potest , propterea concludo Ecclesia-
sticos ligatos vitio litigiosi de iure Canonico , non
posse cognosci à iudicibus secularibus , sed solum ab
Ecclesiastico.
17 Tertius articulus est : Ecclesiasticos † non ligari
vitio litigiosi quo ad pœnas ciuiles , & hanc tenet gl.
in d.c. Ecclesia , in 2.in gloss.fin. vt lit. pend. & sequun-
18 tur communiter Canonistę. Nec obstat, quod *in d.*† *c.
Ecclesia* , Summus Pontifex approbauerit pœnas à sta-
tuto vrbis dispositas, vt dicit Ant. de But. *in d.c.Eccle-
sia, in 1.in fi.* Quia hoc negatur, nam *in d.c.Ecclesia.in 2.*
declarauit irritum, & inane, quicquid fuit per iudices
laicos factum , post ad se causam auocatam , ibi gloss.
in ver. irritum, dicit, tanquam à non suo iudice factum.
Imo idem Ant. de Butr. *in d.c.Ecclesia , in 1.num.2.* dicit
hoc esse , quia dum tractabatur causa coram iudice
seculari , non erat decidenda secundum statutum , sed
secundum ius Canonicum , & ibi sequuntur commu-
niter omnes. Et pro hac facit altera communis, quod
19 in terris Ecclesiæ seruatur ius † Canonicum, Felin. *in
c. in causis.nu.1.in fin. de testib.* & ad hoc multos conge-
rit Carot. *in lib. 2. commun. opin. tit. 9. nu. 55. & seq.* Imo
statuta vrbis propter approbationem Papę ligant Ec-
clesiasticos, vt sæpius decisum est, & scripsi supr. *ca.29.*
20 Quartus articulus est , si alienatio † rei litigiosæ fa-
cta est à laico in Ecclesiam, siue ex titulo lucratiuo, si-
ue oneroso, disposita per ius ciuile , nullo modo pro-
cedunt respectu Ecclesiæ. Primo , quia ius ciuile non
21 potest taliter afficere † bona, quin transeant libera in
dominium Ecclesiarum , vt latè dixi supra *casu 6.* de
statuto prohibente alienationem fieri in extraneos,
quod non comprehendit alienationem, quæ fit in Ec-
clesiam. Item dixi *in casu 11.* de statuto tributorum,
quod non comprehendat ea bona , quæ antea erant
tributaria, & postea in Ecclesiam sunt translata. Vn-
22 de † *tit. C. ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus
præstare, vel actiones in se transferre*, non habet locum
in ea cessione, quę fit in Ecclesiasticos, & licet gl. *1. in c.
1. de alien. iud. mut. caus. fact.* dicat contrarium, tamẽ il-
la glossa est communiter reprobata, vt per Abb. *ib. nu-
mer. 2.* & eam reprobat etiam Gomes. *in reg. de subro-
gandis collitigantibus, quæst. 1. versic. dicitur etiam*, & de
prædicta communi reprobatione testatur Iacobin. *in
l. 1. nu. 13. C. eod. tit.* Potest tamen intelligi dicta glossa
de iis Ecclesiasticis , qui habent iurisdictionem secu-
23 larem super laicos. Et quod *tit.* † *de litigiosis*, non com-
prehendat alienationem , quæ fit in Ecclesiam, firmat
Socin. 14. *vol. 4.* Secundo , quia ius ciuile disposuit su-
per rebus litigiosis propter duo , videlicet ad euitan-
das fraudes, vt meminit Imperator *in d. l. fin. C. de liti-
gios.* & propter præiudicium tertij, vt per Paris. *in con-
sil. 138. num. 28. vol. 4.* Cephal. *in consil. 64. num. 19.* Burs.
24 *in consil. 100. n. 22. vol. 1.* Sed in Ecclesia † non præsumi-
tur fraus, ideo non tenetur iurare fidelitatem, sicut nec
in pupillo, vt dicit Bald. *in prælud. feud. nu. 57.* quia ipsa
est matrix iustitiæ in se, & in alio. Et respectu alienan-
tis , ipsum ius ciuile dedit multa alia remedia. Nam
25 ipse reus , † qui dolo, vel culpa alienauit lite penden-
te, condemnatur in actione rei vendicationis , quia
habetur pro possessione iuris interpretatione , sicut
considerat Cyn. *in l. 1. in 7. & 8. quæst. C. de aliena. iudi.
26 mut. caus. fact.* Item contra dictum † reum iuratur in
litem propter dictam alienationem factam , vt latè
per Plotum *in tract. de in litem iurando, §. 4. nu. 74. &
sequ.* quem citat & sequitur Mynsinger. *in lib. obseruat.
centur. 1. obser. 55. n. 6.* ergo ille, in cuius præiudicium est
facta alienatio, nullum potest pati interesse.
Et licet Lancellott. *in tract. de attentatis , part. 4. nu.
453.* firmet, rei litigiosæ alienationem , nec impiã cau-
sam fieri posse , quia specialiter dispositum non repe-
ritur : Tamen, vt diximus, hoc casu contra Ecclesiam
agendum esset ex dispositione iuris Canonici coram
Ecclesiastico, & in iudiciis piæ causæ semper † ius Ca- 27
nonicum seruandum est, vt latè per Felyn. *in c. Ecclesia
sanctæ Mariæ, n. 94. de constitutionib.* Ideo hoc casu pro-
uideri posset ei, in cuius præiudicium facta est aliena-
tio, † vt altera res loco alienatæ subrogaretur, iuxta di- 28
spositionem *d. c. Ecclesia, vt lite pendente* , & tunc alie-
natio non inficiatur de iure ciuili, & de iure Canonico
rectè prouisum est. Et pro hac decisione satis confert
illa communis, quod vbi lex ciuilis, † & Canonica sunt 29
diuersę circa materiam non concernentem peccatum,
illa præualet, quæ benignior est , ad euitationem pœ-
næ, de qua per Felyn. *in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 53.
de constit.*

CASVS XXXVI.

Statuta laicorum impedientia exceptionem declinatoriam fori Ecclesiastici, nullo modo valere.

SVMMARIA.

1 *Exceptio declinatoria fori debet opponi ante litem contestatam.*
2 *Et ante alias dilatorias.*
3 *Exceptiones declinatorias opponens debet semper protestari de iudice.*
4 *Citatio clerici coram iudice laico est nulla ipso iure.*
5 *Clericus citatus coram laico , qui teneant debere comparere solum in habitu, nihil allegando.*
6 *Citati habentes priuilegiũ fori , debent illud ostẽdere.*
7 *Clericatus probatio vbi fiat ad simplicem instructionẽ iudicis.*
8 *Statutum quod qui declinauerit iurisdictionem potestatis sit extra protectionem communis, an valeat.*
9 *Non comprehendit clericos.*
10 *Couarruuiæ error ostenditur de clerico primæ tonsuræ declinante iurisdictionem laicam.*
11 *Edictum etiam contra clericos primæ tonsuræ, non valere.*
12 *Statuta per indirectum afficientia clericos sunt contra libertatem Ecclesiæ.*
13 *Statuta generaliter disponentia non includũt clericos.*
14 *Statutum non potest negare suum beneficium Ecclesiasticis.*
15 *Dispositio laicorum nulla valet , per quam Ecclesiastici redduntur timidiores.*

Exceptio † declinatoria fori opponi debet ante li- 1
tis contestationem, non autem post, *l. fin. C. de ex-
cept. l. peremptorias. cum ibi not. C. sent. rescindi non poss.*
Imo debet opponi † ante omnes alias dilatorias, quia 2
si altera prius obiiciatur, per eam inducitur consensus
in iudicem, vt amplius declinari non possit, *l. sed & si
susceperit, in princ. ff. de iudi. & d. l. fin.* Bart. *in l. quidam
consulebat. ff. de re iudic. & in l. si conuenerit, ff. de iurisd.
om. iudi.* Canonistæ *in c. inter monasterium, de re indi.* &
quòd opponẽs exceptiones † declinatorias fori semper 3
debet protestari se non consentire in eum , tanquã in
iudi-

iudicem competentem. Nisi si, & quatenus est iudex, aliter si non apponeret dicta verba, iudex procederet contra eum, tanquam contumacem, Aretin. *in l. si ita scriptum, & ibi* Alexand. *de legat.* 1. Idem Alexand. *in l. non solum, §. morte, ff. de noui operis nuntiatione*, Immol. *in d. l. quidam consulebat*, Baldus *in l. 2. C. vbi de cur. vel cohortal.*

Sed si clericus citatur coram iudice laico, sunt di-
4 uersæ opiniones. Prima est, quod ipsa citatio † est nulla, *c. significasti, & ibi communiter* Doctores *de foro competent.* Vantius *in tit. de nullitate ex defectu citation. n.* 22. *& seq. & numer.* 31. Purpurat. *in consil.* 402. *numer.* 2. *volum.* 4. & ideo non debeat comparere coram iudice laico, Ancaran. *in c. ea quæ, in* 25. *quæstione principali. in princip. de regulis iuris, lib.* 6. Altera opinio est Baldi, quem refert Ancaran. ibidem, quod clericus citatus simpliciter, non autem vt clericus, nihil debet di-
5 cere coram iudice laico, sed comparere patienter † in habitu, & tonsura, tunc enim ipse nihil excipit, sed habitus illum clericum manifestat, *c. si iudex laicus. de sentent. excommunicat. lib.* 6. per quem textum dici potest, ipsum clericum ad euitandum illud periculum
6 nihil debere dicere. Tertia opinio est, quod citati † habentes priuilegium declinandi forum iudicis citantis, tenentur comparere, & eius priuilegium allegare, ex regula *l. si quis ex aliena, ff. de iudic. c. si duobus, & cap. cum parati. de appellationibus*, gl. notab. *in c. si Episcopus*, 3. *q.* 2. de quo plenè per Carauit. *super tit. magnæ curiæ Vicariæ Neapolis, in ritu* 235. & ibi quod probatio cleri-
7 catus † fit summariè ad instructionem iudicis, & ad effectum declinandi forum, de qua probatione clericatus, quomodo, & coram quo iudice fieri debeat, latè scripsi supra *in part.* 2. *c.* 37.

Ad euitandum igitur istas fori declinatorias exce-
8 ptiones, facta sunt aliqua statuta: Puta, † quicunque declinauerit iurisdictionem potestatis, sit extra protectionem communis: Nec potestas habeat iurisdictionem cognoscendi de iniuria, vel offensa talibus irrogata, de quo statuto per Ancaran. *in d. quæst.* 25. Baldus *in tract. de statutis, in verb. clericus. nu.* 5. narrat statutum sub alia forma. Si clericus coram potestate conuentus declinet forum, sit extra protectionem communis, & non reddatur ei ius, Stephanus de Federicis *in tract. de interpretat. iuris, n.* 128. disputat de simili statuto sub diuersa forma. Quod omnis declinans iurisdictionem potestatis, possit impune offendi, Beneuenutus Stracccha *in tract. de mercat. in tit. quomodo in causis mercatorum procedendum sit*, disputat de statuto Senensi, quo cauetur trahentem aliquem ciuem Senensem coram alia curia, quam temporali Senensi, in pœnam quingentorum aureorum incidisse intelligatur. An igitur huiusmodi statuta sint valida?

Decisiuè loquendo, dico receptissimam esse sententiam statuta prædicta, & alia similia non valere, siue expressam mentionem fecerint de clericis, siue non, sed generaliter tantum disposuerint. Primo casu non valent, † quia dum exprimunt clericos, directò
9 sunt contra *authent. statuimus, & cap. ecclesia sanctæ Mariæ*, & alia huiusmodi, vt latius per omnes Canonistas *in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ*, & Ancaran. *in d. quæst.* 25. *in princ.*
10 Ex quo infertur non bene Couarr. † posse defendere pragmaticam illam constitutionem Ioannis Regis II. qua disponitur, clericum primæ tonsuræ iurisdictionem iudicis secularis declinantem ipso iure priuatum esse omnibus, & quibuscunque stipendiis, muneribus, & officiis publicis, quæ ab ipso Rege obtinuit, de qua per ipsum *in lib. practicar. quæstion. c.* 33. *num.* 6. *versic. hinc etiam.* Nec posse defendere *ibidem, numer.* 7. illud edictum Caroli Cæsaris Hispaniarum Regis, quo statutum † est, clericos primæ tonsuræ, 11
qui semel iurisdictionem secularem fori exceptione declinauerint, & fuerint ab eorum punitione liberati, non posse arma ferre, nec etiam armis vti, illis videlicet, quæ sunt Regia lege laicis communiter permissa, ac ideo posse per iudices seculares hisce armis hos primæ tonsuræ clericos licitè expoliari. Nam cum de clericis expressam mentionem faciant, & disponant contra eorum iurisdictionem, sunt directò contra libertatem Ecclesiasticam. Imo etiam † si per 12
indirectum id facerent non valerent: Puta si statutum prohiberet clericis, ne forum declinent seculare, non expresse, sed tacitè videlicet clerico declinante forum eius consanguineos teneri soluere pœnam, vt dicit Baldus *in l.* 1. *C. de indicta viduit. tollend.* quem refert, & sequitur Abb. *in d. c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. in* 2. *lect. nu.* 29. *de constitut. & ibi* Dec. *nu.* 189. & latius per Fulgos. *in d. auth. cassa.*

Secundo casu nequaquam clericos includere, quando videlicet generaliter † disponendo de eis 13
nullam mentionem fecerint, dicit Ab. *in d. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ num.* 28. sed dici prædictum statutum contra libertatem Ecclesiasticam ex eo solo, quod clerici efficiuntur timidiores ad allegandum declinatoriam fori, sequitur Felin. *ibi num.* 70. vbi, latius per eum, & Iacob. de Canibus *in trac. de repressaliis. par.* 2. *nu.* 9. & Stephanus de Federicis *in tract. de interpretatione iuris, num.* 128. & Straccha *in d. t. quomodo in causis mercatorum procedendum sit. num.* 27.

Nec obstat, quod dicebat Baldus *in tract. de statut. in verb. clericus. num.* 5. vtroque casu statutum valere, quia non tollit priuilegium Ecclesiasticis concessum, sed negat beneficium † suum, quod potest facere, 14
quia potestas secularis potest concedere laicis priuilegium ad sui libitum, & potest illud non concedere clericis. Quia aut denegat clericis expresse, & dispositio laicorum non valet, aut tacitè concedendo tantum laicis, & licet valeat respectu laicorum, tamen ex quo per indirectum offenditur libertas Ecclesiastica, cum illi applicatur, incipit non valere, puta laicis tantum conferuntur patrocinij communis beneficia, si hæc dispositio applicetur clericis, per indirectum offenduntur, quia priuantur beneficio opponendi declinatoriam sibi de iure communi competentem. Item ex alio, quia redduntur timidiores † in 15
opponendo illam exceptionem, & laici actores redduntur audaciores, quo casu dispositionem non valere concluserunt omnes *in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ.* Bartol. *in l.* 1. *§. quæ onerandæ, ff. quarum rer. actio nō detur.* Ex quo apparet, opinionem Baldi esse nimis captiosam, vnde dicit Felin. *in d. c. Ecclesia S. Mariæ. n.* 70. quod licet statuentes hoc modo non incidant in excommunicationem, ex quo non sumus in casu *c. nouerint, de sentent. excommunicat.* tamen ex quo clerici efficiuntur timidiores, potest Episcopus cogere statuentes ad declarandum huiusmodi statuta non comprehendere clericos: & quis modus sit tenendus in huiusmodi declaratione latius scripsi supra *in part.* 2. *cap.* 41.

CASVS

CASVS XXXVIII.

Edicta monentia quemcunque ad comparendum coram iudice laico, si sua putauerit interesse, non ligare clericos, nec Ecclesiasticos, & sententiam, quæ contra ipsos profertur, tanquam contumaces, & eos qui iura sua non probarunt, non valere.

SVMMARIA.

1 *Citatio quando est nulla ex defectu iurisdictionis, totus processus corruit.*
2 *Iudex laicus non potest pœnam contumaciæ in clericum infringere.*
3 *Clerici non possunt prorogare iurisdictionem iudicis laici, & n.15. & n.21.*
4 *Edicta generalia laicorum, etiam citando, non afficiunt Ecclesiasticos.*
5 *Clerici non coguntur ad comparendum vigore edicti generalis, si sua putauerint interesse.*
6 *Et comparentes dicuntur rei voluntarij.*
7 *Iudex laicus an citet clericum per edictum in casibus in quibus est competens.*
8 *Clerici nullo modo afficiuntur per citationem per edictum si sua putauerint interesse.*
9 *Citationes per edictum sunt à iure exorbitantes.*
10 *Citatus per edictum, tanquam grauatus potest appellare.*
11 *Citatio extra territorium citantis fieri non potest.*
12 *Citatio territorium citantis, an possit fieri per nuntium, vel per edictum, vel per iudicem loci.*
13 *Citatio generalis non sufficit, quando sumus certi de persona.*
14 *Citatio extra territorium quomodo fiat.*
16 *Clericus citatus per edictum fit reus necessarius secundum veriorem opinionem.*
17 *Conditio ex sui natura trahitur retro ad suum principium.*
18 *Citatio per edictum non differt à personali, quando purificatur conditio.*
19 *Clausula alias procedetur in contumaciam, quis sit effectus.*
20 *Reus necessarius dicitur citatus cum clausula, alias procedetur in contumaciam.*
22 *Clerici quomodolibet citati coram iudice laico, debent opponere declinatoriam fori.*
23 *Alias est puniendus.*
24 *Clericus citatus per edictum, opponens declinatoriam est remittendus.*
25 *Iurisdictio laici non censetur prorogata per clericum comparentem post citationem generalem.*
26 *Exceptio declinatoria fori potest opponi à clerico etiam post sententiam iudicis laici.*

Qvia clerici nullo modo possunt citari per iudicem laicum, *c. si iudex laicus, de sent. excomm. li. 6.*
1 & quando citatio † ruit ex defectu iurisdictionis, totus processus est nullus, Bar. & alij *in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit*, & not. *in l. fi. ff. de iurisdict. omn. iudic.* & latè scribit Dec. *in cons. 241. scripsi alias per tot.* & id-
2 eo iudex † laicus non potest pœnam contumaciæ in clericum infringere, *c. 1. de cleric. coniugat. li. 6.* cum alijs per Grammatic. *in consil. nu. 36. & seq.* quod consilium editur post suas decisiones, & per Afflict. *in decis. 366. num. 15. ad fin.* Ideo clerici † nullo modo tenentur comparere coram iudice laico, quia non est 3
possibilis illius iurisdictionis prorogatio, *c. si diligenti. de foro compet. c. nullus iudicum, 11. q. 1.*

Hinc putarunt Doctores quandam nouam formam citandi clericos † per edicta generalia monen- 4
tia quoscunque ad comparendum, si sua putauerint interesse, de quo per Bald. *in testamenta, num. 4. C. de testament. & ibi* Castr. *num. 7.* Ias. *col. 2. versi. vltimo perpetuo teneas,* Salyc. *in l. consulta diualia, n. 2. C. de testament.* cum alijs plurimis ad hoc allegatis per Afflict. *in decis. 2. & dec. 24.* & vtrobique multos congerit Vrsill. & per Surdum *decis. 26. num. 2. & 3.* atque Roland. *in consil. 29. vol. 2.* arbitrantes hunc esse modum valde singularem pro limitatione *d. c. si diligenti, & d. c. clericum nullus, & authent. statuimus, C. de Episcop. & cler.* In quibus disponitur, nullo modo posse trahi clericos coram iudice seculari. Nam per hanc formam non læditur Ecclesiastica libertas, quia clerici † non co- 5
guntur ad comparendum, vt dicunt gloss. & Dd. *in l. ea quidem, C. si mancip. ita fuerit alienat.* & ita non arguitur aliqua superioritas, in citante gloss. *in c. cum causa, de offic. deleg.* & ipsi clerici comparentes † æstima- 6
buntur rei voluntarij, & quasi actores, vt post alios latè per Dec. *in c. cum inter. num. 36. & plur. seq. de exceptio.* Felin. *in c. intelleximus, de iudic.* Doct. *in l. fin. C. de edi. Diui Adriani tollend.* ex quibus dicunt, hoc modo clericos posse comparere coram iudice seculari, & comparentes nullo modo posse opponere declinatoriam fori.

Quorum opinionem Surdus *in d. decis. 26. n. 11. & seq.* arbitratur esse veram saltem in illis casibus, in quibus iudex † laicus est competens etiam respectu cle- 7
ricorum, puta in confectione inuentarij, feudorum redintegratione, insinuatione donationis, & similibus.

Vt igitur clericorum causæ cum magna consideratione decidantur, explicemus totam hanc materiam per tres articulos.

Primus articulus est: clericos † nullo modo affici 8
citatione generaliter per edictum facta, cum clausula si sua putauerit interesse: Quia istæ citationes edictales sunt à iure communi exorbitantes, † *clem. causam.* 9
de elect. & l. dies, §. prætor ait. ff. de damno infecto, hinc est, quod non possunt fieri in principio causæ, vt latè probat Vantius *in tit. de nullitat. ex defectu citationis, num. 123.* & si fierent, grauaretur citatus, & posset 10
appellari, Bart. *in extrau. ad reprimendum, in verb. per edictum, num. 2.* Maranta *in speculo, part. 6. tit. de citatione, num. 8.* Ideo non possunt comprehendere clericos, sed strictè in suis casibus sunt intelligendæ, prout dicit Summus Pontifex *in clem. 1. de iudic.* & dixit Rota *in decis. vnic. nu. 3. de feriis, in nouis.* Et qui sint isti casus, satis doctè recensetur à Gail. *in lib. 1. obseruat. 157. per totam.*

Item Doctores nostri communiter concluserunt citationem † extra territorium citantis fieri non pos- 11
se, Barto. *in d. extrauag. ad reprimendum, n. 9. & in l. omnes, §. verum si apparitor, num. 2. C. de Episcop. & cle. & in l. 1. §. 1. ff. de requir. reis.* Soc. *in c. sane si Episcopi, nu. 12. & seq. de foro compet. & in c. dilecti filij, n. 24. & seq. eod. tit.* Anton. de Butr. *in c. fi. nu. 19. & ibi latè Felin. n. 1. & seq. eod. tit.* Angel. & Ias. *in l. fi. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Oldrad. *in consil. 88. incip. tertio quæritur.* Maranta *part. 6. tit. de citationibus, nu. 40. glo. in clem. pastoralis, in ver. præsupponendum, de re iud. & ibi cōmuniter omnes Canonistæ.*

12 Canonistæ. Et licet conclus erint † fieri posse vel per nuntium, vel per edictum, vel per iudicem loci, vt per addentes ad Bart. *in dict. l. 1. §. 1. ff. de requir. reis.* tamen primus modus iure non probatur, quia textus, quem allegant *in d. l. omnes, in d. §. verum si apparitor.* cùm loquatur de clericis, vt ibi per gloss. non potest allegari, tanquam factus à non habente potestatem, vt communiter per Doct. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de const.* & scripsi supra sæpius.

Nec secundus est sufficiens, quia hoc est illud quod quærimus, an citatio per edictum, quæ citationis species est, possit fieri extra territorium. Et quod non possit fieri extra territorium, ratio certissima alle-
13 gatur, quia quando sumus † certi de persona, non sufficit citatio generalis per edictum, sed persona ipsa est citanda nominatim, vt dicit Bart. *in d. extrauag. ad reprimēdum, nu. 16.* & notat Io. Andr. *in c. fi. de elect. lib. 6. & ibi* Geminian. *circa finem, &* Ancha. Ang. *in consil. 194. pro decisione quæsitorum, col. fi.* Fulgos. *in consi. 190. visis, vol. 3.* & post alios, quos allegat, firmat Dec. *in c. gratum, n. 11. de offic. deleg.* & Simon de Prætis *lib. 2. de interpret. vltim. volunt. dub. 2. solut. 3. n. 5.* Solus tertius modus iu-
14 re probatur, † vt videlicet literæ mittantur ad iudicem alterius territorij, vbi citandus domicilium habet, quibus illi futuram litem denuntiet, atque admoneat, vt veniat responsurus super libello actoris, de quo habetur *in l. 1. §. 1. ff. de requir. reis, in vers. sed & si literas ad magistratus vbi consistunt mittere, &c.* sed clericus e-
15 tiam † volens non potest coram iudice laico conueniri, nec in illum consentire, aut illius iurisdictionē prorogare, etiam cum episcopi consensu, *ca. si diligenti, de foro compet.* gl. Abb. & alij *in c. significasti, eod. tit. auth. statuimus, C. de episc. & cleric.* & dixi supra *casu 34.* ergo citatio per edictum generaliter facta nullo modo potest afficere clericos.

Secundus articulus est: Clericos nullo modo posse citari generaliter cum aliis mediante ista clausula: *Si sua putauerit interesse.* Siquidem omnes Doct. conclu-
16 dunt, quod quando clericus † per dictam citationem efficeretur reus necessarius, citatio ipsa non valeret, vt per Dec. *in d. c. cùm inter, n. 38. de exceptionib.* & Roland. *in d. cons. 29. n. 18. vol. 2.* Sed datur casus, vt per istā clausulam reus necessarius sit aliquando, puta in casu Afflict. *in d. decis. 2. & d. decis. 24.* de quibus infra dicā, puta quando clericus possideret, ergo clericus, quando vigore dictæ citationis compareret, efficeretur reus
17 necessarius. Hæc probantur ex eo, quia conditio † ex sui natura trahitur retro ad suum principium, Bolognet. *in l. si is qui pro emptore, n. 305. ff. de vsucap.* & quod quando purificatur trahatur ad suum principium, tanquam si non esset apposita, firmant Angel. *in l. si. §. 1. & ibi latè* Alex. *ff. de vulg. & pupill.* Dec. *in l. si pecuniam, in 2. not. ff. si cert. pet.* Tiraq. *de retract. consanguinit. §. 1. gloss. 2. n. 27.* Peregr. *de fideicommi. art. 43. n. 17.* Et in ter-
18 minis quod citatio † facta sub dicta conditione, ipsa purificata per comparitionem clerici, non differat à citatione, quæ purè facta fuerit, post multos alios quos refert, firmat idem Roland. *in d. cōs. 29. n. 18. vers. tertia conclusio. vol. 2.* & Dec. *in d. c. cùm inter. n. 37.* Præsertim, quia in huiusmodi citationibus post clausulā:
19 *Si sua putauerit interesse,* semper apponitur, † alias procedetur in eius contumaciam, per quam clausulam, & si non constituatur ius in persona, vt pœna pecuniaria, vel banni citato in contumaciam irrogari queat, tamen constituitur ius in ipsa re, adeo vt super ipsa re iudex in contumaciam non comparentis, iurisdictionem suam exercere possit, Bar. *in d. l. 1. §. 1. ff. de requirend. reis.* Soc. *in d. c. sanè si episcopi, nu. 12. de foro compet.* Et quod si apposita † fuerit dicta clausula, non dicatur 20 amplius reus voluntarius, sed necessarius, firmat Soci. *in tract. de citationib. in 2. artic. in quæst. 14.* quem refert, & sequitur Capyc. *in decis. 8. n. 4.* Nec valet consideratio Decij *in d. c. cùm inter, nu. 38.* Quod clausula, *Si sua putauerit interesse,* ponit conditionem ad voluntatem citati, & sic in effectu citatus videtur si voluerit; ergo dato quod probet de interesse, voluntarius dicitur, quia conditio non refertur ad veritatem interesse, sed ad voluntatem citati, & ad illud quod putauerit citatus. Quia etsi hæc videantur procedere, vbi clericus non possidet, & ita in illis casibus, in quibus voluntarius actor diceretur: tamen etiam in istis est specialiter † dispositum, vt etiam volens non possit se submit- 21 tere iudici laico, & coram illo comparere, gloss. *in d. c. significasti. de foro compet.* Alex. *in consi. 8. col. 1. vol. 1.* Roland. *in cons. 4. n. 10. vol. 1.* Alberic. *in 3. parte statut. nu. 42.*

Tertius articulus est: Clerici † citati coram iudice 22 seculari, siue generaliter per edictum, siue cum clausula, Si sua putauerit interesse, semper debent apponere declinatoriam fori, & remitti ad suum iudicem competentem, & ad hoc est *decis. 61.* Grammatici, vbi multa allegat. Vnde Bald. *in l. 1. C. de indict. viduit. tollend.* dicit, quod si clericus non opponat declinatoriam fori, tanquam transgressor † canonum est puniendus, 23 cuius dictum sequitur Phanut. *in tractat. de inuentario, parte 3. n. 23.* & Surdus *in d. decis. 26. n. 5.*

Quod autem facta citatione per edictum, † & cleri- 24 co voluntariè comparente, & opponente declinatoriam, sit ipse remittendus ad suum iudicem, firmarunt Dec. *in cons. 700.* Roland. *in d. cons. 29.* Capyc. *decis. 8.* & Roland. *in d. 3. parte. nu. 24.* vbi testatur sic fuisse decisum in Rota Senensi.

Ex quo infertur, errare eos, qui arbitrantur, per voluntariam comparitionem ipsius clerici non posse vlterius opponere declinatoriam, nec illi amplius dari locum. Quia cùm † non possit nec expressè, nec tacitè 25 in secularem iudicem cōsentire, nec illius iurisdictionem aliquo modo prorogare, vnusquisque actus considerabitur de per se, & ita solus actus comparitionis erit voluntarius, per quem non potest præsumi voluntas in cæteris, reluctante lege, & ipso clerico opponente declinatoriam, vnde dicit Felyn. *in d. c. cùm inter, de exceptionib. col. 7. vers. limita 2.* quod propterea in Rota fuit annullatus processus. Imò in casu fortiori, in quo † non fuit opposita declinatoria, nisi post senten- 26 tiam, quæ tamen non potuit exequi, & acta facta contra clericum fuerunt nulla, vt per Franch. *decis. 400.* Quomodo autem debeant citari in casibus, in quibus iudex secularis est competens, dicam infra in scribendo de ipsis casibus specialibus.

CASVS XXXVIII.

Statutum, quod clericus spoliator laici cognoscatur per iudices seculares, non valere.

SVMMARIA.

1 *Statutum, quod clericus spoliator laici cognoscatur per iudices laicos, non valere.*

2 Iudex laicus an cognoscat de quolibet possessorio clericorum.
3 Et in quibus partibus ita obseruetur.
4 Iudicem laicum posse cognoscere super spolio clericorum, qui teneant.
5 Contrariam partem qui teneant.
6 Iudex laicus an cognoscat in clericos per modum extraordinariæ cognitionis.
7 Citatio per edictum non sufficit, quando sumus certi de persona.
8 Citatio per edictum nullo modo afficit clericos.
9 Citatio per edictum non sufficit in quolibet possessorio.
10 Clerici non possunt priuari iure suo ex citatione per edictum.
11 Iudicem secularem non posse cognoscere de possessorio bonorum ecclesiasticorum, esse veriorem opinionem.
12 Iurisdictio ecclesiastica est de iure diuino, & an possit derogari per Papam.
13 Clerici debent conueniri etiam in realibus coram iudice ecclesiastico.
14 Causa de possessorio beneficialium dicitur ecclesiastica.
15 Iudex secularis est competens super possessorio bonorum ecclesiæ, quando clericus conuenit laicum.
16 Statutum specialem mentionem faciens de clericis non valere.
17 Litis contestatio requiritur etiam in causis spoliorum.
18 Remissio clerici ad ecclesiasticum est facienda in iudicio spolij.
19 Iudex procedens extraordinariè censetur vt priuatus.
20 Rex potest per modum charitatis impertiri suum auxilium clericis.

Ex resolutione præcedentis casus infertur, labi in maximum errorem iuris & conscientiæ eos, qui
1 arbitrantur, hoc statutum † valere, ea moti ratione,
2 quia quasi omnes Doctores firmant, iudicem † laicum cognoscere de quolibet possessorio clericorum, vt post Io. Andr. *in c. fi. de iudic.* esse communem opinionem affirmat Ripa *in rubrica eiusdem tituli, num. 90.* Guido Pap. *decis. 1. & decis. 71. & decis. 85.* & Francisc. Marc. *in decis. 1060. parte 1. & decis. 119. parte 2.* qui te-
3 stantur, sic obseruari in toto † Delphinatu, Igneus *in repetition. l. necessarios, §. non alias, num. 487. & pluribus sequentib.* vbi probat ex pluribus, hanc opinionem procedere, in quocunque interdicto, recuperandæ, retinendæ, & adipiscendæ, & ita obseruari in tota Francia dicit Rebuff. quem citat Menoch. *in tract. de recuperand. remedio 14. numer. 211.* Eandem opinionem obseruari in tota Hispania ex pluribus ordinationibus regiis, quas refert, testatur Aluarus Valascus *in tomo primo consultationum, consultation. 93.* Et ita fuisse iudicatum in Camera Imperij testatur Mynsinger. *in lib. obseruation. centur. 2. obseruation. 67. in princip.* Ita etiam seruari in excellentissimo Mediolanensium senatu affirmat Alciat. *responso 24. num. 1.* & Menoch. *in d. num. 211.* Ita pluries fuisse iudicatum, & semper obseruari in senatu Pedemontano, per Caccheran. *decis. 116.* & Thessaur. *decis. 82.* in quolibet possessorio siue retinendæ, siue recuperandæ, siue adipiscendæ, & de obseruantia Neapolis testatur Afflict. *decision. 2. & decision. 24.* qui citat Capitula regni: firmantes, clericos in huiusmodi possessoriis posse citari per edictum, vt dixi in præcedenti casu, & ita cum natura causæ sit de iurisdictione iudicis secularis, quia hæc possessoria sunt temporalia, & ipsi clerici non arctentur personaliter, sed ipsi per hanc citationem edictalem sponte veniant ad iudicium, nihil est impedimento, quin iudex laicus hanc cognitionem exercere possit.

Et quod in spolio † bonorum clericorum aut ecclesiasticorum iudex laicus possit cognoscere, scripserunt Crauett. *in consilio 258.* cum infinitis aliis ad hoc citatis per Roland. *in consilio 23. volumin. 2.* & per Menoch. *de retinenda, in dicto remedio 15. numer. 211. & sequent.* & per Borgnin. Caualcan. *in decision. 45. num. 75. parte 1.* 4

Doctores nostrates † circa spolia clericorum magis modestè scripserunt, videlicet non aliter licere iudicibus secularibus se intromittere circa huiusmodi spolia, ordinariè procedendo, quia nullam in clericos possunt exercere iurisdictionem, & ideo dum casus euenisset, fuit annullatus processus aliter factus, vt per Afflict. *in decis. 85. in 1. dub.* Sed posse eosdem iudices † per modum extraordinariæ cognitionis, & prouidere per modum charitatis notoriè, & euidenter oppresso & spoliato, quod sibi fiat restitutio, & in hunc modum procedunt dictæ decisiones Afflicti, *decis. 2. & decis. 24.* 5 6

Quod autem labantur in errorem, sic deducitur, certum est, illa citatione edictali non affici clericos, vt probatum est in antecedenti casu; ergo deficit fundamentum, quo sustinent, iudicem laicum posse de possessorio clericorum cognoscere. Probatur etiam hic, quia si constat † quisnam possideat, is nominatim citandus est, non autem per edictum siue proclama, *l. 1. §. penult. ff. de ventre inspicien.* Bart. *in extrauagant. ad reprimendum, in verb. prædictum, numero decimo sexto.* Felyn. *in c. 2. num. 8. de consti.* Alex. *in consi. 107. numer. 1. volumin. 5.* Paris. *consil. 31. num. 29. volumin. 4.* Ruyn. *in consil. 62. num. 20. in fine, volum. 5.* Et quod dicta citatio † per edictum nullo modo afficiat clericos, inducitur *decisio Grammatici 61.* in qua sacrum consilium, nemine discrepante, vt ipse dicit in fine, reuocauit totum processum & sententiam executam, restituendo omnia, tanquam facta à seculari iudice incompetente, & non valente citare clericos per edictum, cum clausula: *Si sua putauerit interesse.* Imò, vt etiam inibi dixi, clerico citato per edictum, comparente & opponente declinatoriam, debet remitti, vt per Capyc. *decis. 8.* 7 8

Et generaliter loquendo in quolibet † possessorio non sufficit citatio per edictum, quia spoliatus maxima vti debet diligentia ad inquirendum quisnam possessor sit, vt eum nominatim citari faciat, ita dicit Anc. *in c. fi. per illum tex. de elect.* quem sequitur Alex. *in cons. 5. n. 1. & seq. vol. 2.* & vtrumque refert & sequitur Menoch. *de retinenda in d. remed. 15. nu. 233.* qui respondet contrariis. Et quod clerici † iure suo non possint priuari ex sola citatione per edictum, Abb. *in cap. fi. de vita & honest. cleric.* & Specul. *in tit. de competent. iudic. adit. in princip. in ver. & breuiter scias.* dicit, clericum trahentem clericum coram iudice seculari, causam, id est, rem petitam perdere per sententiam, & dandam esse conuento, atque priuari communione sacramentorum & fidelium, nisi super hoc satisfacere velit, per tex. *in c. si diligenti, de foro compet. cum similibus.* 9 10

Propterea certiorem tutantur sententiam affirmantes, iudicem † secularem non posse de possessorio bonorum ecclesiasticorum cognoscere, Anton. de Butr. *in c. fi. de iudic. & ibi* Immola *n. 9.* Abb. *in c. literas, nu. 8. de iuram. calum.* Io. de Lign. *in clem. dispendiosam, de iudi.* Bero. *in rub. de iudi. n. 55.* Guid. Pap. *in consil. 143.* 11

contrarium cum pluri[illegible] tenet [illegible] 393 a n. 17.

149. Gulielm. de Benedict. *in c. Raynutius, in ver. & vxorem, n.331.* Couar. *variarum q.c.35.n.1.vers. secunda cõclusio.* Menoch. *de recuperand. in d. remed.15. à num.211. per multos sequentes.* vbi respondet omnibus rationibus in contrarium, Afflict. *in Constitutione regni, incip. de Burgensaticis, n.9. vers. nota primo.* Roland. *in d. consi. 13. volum.2.* qui validissimis rationibus eam probat, & hanc esse communem opinionem, testatur Stephan. Aufrer. *in addition. ad Capell. Tholosan. in decis. 470.* quam etiam attestatur Valasc. *in d. consultatione 93.n. 3.* cum aliis per Borgnin. *in d. decis. 45.n.7. versi. tamen contrarium.*

Pro qua opinione sunt omnes regulæ, quod laicus non possit conuenire clericum in foro seculari, quia tenetur sequi forum rei, *c. cùm non ab homine, de iudic.*
12 *c.2. de foro compet.* Item quod priuilegium † clericis cõcessum est de iure diuino, nec posset derogari etiam per Papam, Abb. *in c. at si clerici, de iudic.* & dixi latius
13 supra *in parte 2.c.38.* Item quod clerici † debeant conueniri coram ecclesiastico iudice etiam in realibus, Rota *decis.5.n.1. de foro compet. in antiquis.* & dixi latius supra in hac parte in pluribus casibus. Item quando
14 sumus in possessorio † beneficialium, quæstio est ecclesiastica, *clem. vni. de caus. possess. & propriet.* de qua laicus cognoscere non potest, quia vt fiat restitutio spolij, debet ostendi titulus saltem coloratus, gloss. *in d. clem. vnic.* & per Cassador. *decis.1.nu.9. de caus. possess. & propr.* Couar. *practic. q.c.25.nu.4.* Menoch. *de recuperand. remed.15.n.458* & dixi latius supra *parte 2.c.4.*
15 Quare ex regulis prædictis prima opinio † potest intelligi, vt habeat locum suum, vbi clericus conuenit laicum, prout ita declarat Roland. *in d. cons.23.n.16. & seq.* Menoch. *in d. remed.15.n.222.* & ita de iure communi hæc opinio non procedit.
16 Tanto minus statutum † huiusmodi potest esse validum, cùm specialem de clericis faciat mentionẽ, vt verissima sit conclusio, quam supra in plurimis casibus exarauimus. Et Lucas de Pen. *in l. si coloni, col. fi. in prin. C. de agric. & censit. lib.11.* loquens de simili statuto, dicit hæc verba, (sed vt cum ipsorum illustrium reuerẽtia loquar) fortè non fuit oportunum super hoc nouas edere formas, quin etiam melius de iure videtur esse prouisum.

Nec potest opitulari statuto extraordinaria illa cognitio: quia aut volumus hanc cognitionem esse iudicialem, ita quod iudex extra ordinem cognoscat, quasi non seruatis omnibus substantialibus iudicij, & tunc
17 in causis † spolij etiam requiritur litis contestatio secundum communẽ opinionem, de qua testatur Alex. *in l. naturaliter, §. nihil commune, nu.96.ff. de acq. poss.* cũ aliis per Menoc. *in tract. de recuperãda poss. in d. remed. 15.n.253.* sed iudex laicus nullo modo per viam iudicij cognoscit in clericũ, quin incidat in pœnam *d.c. cleri-*
18 *cum nullus 11.q.1. cum simil.* Imò si clericus cõuentus † in iudicio spolij allegaret suum titulum, in ipsa contestatione litis, iudex laicus non posset vlterius procedere, sed debet remittere ad ecclesiasticum, vt probat Affli. *in d. constit. de Burgensaticis, in 5.q.* Aut extraordi-
19 nariè † procedit, tanquam priuatus, quod videntur velle ipsa Capitula regni allegata ab Afflicto *in d. decis.2. & 24.* Quia iudex extraordinariè procedens aliquando dicitur priuatus, vt per Menoch. *in d. tract. de retinend. remed.9.num.141.* & tunc, cùm vti priuatus agit, resisti potest, *l. prohibitum, C. de iure fisc. li.10.* Dec. *in l. vt vim, nu.24.ff. de iust. & iure.* cum aliis allegatis per Menoch. *in d. tract. de retinend. remed.8.nu.9.* quo casu iudex ecclesiasticus posset illum, vt priuatum, excommunicare, ex his quæ latius scripsi supra *in 3. parte, c....*

Neque possunt iuuare hoc statutum *c. petimus 12.q.1. & c. quidam monachi 16.q.1. & c. omnis 7.q.1.* qui textus Afflicto probant *in d. decis.24.n.10.* Regem † posse per 20
modum charitatis clericis oppressis impertiri suum auxilium, & eos à spolio passo restituere: per quæ iura dixit Luc. de Pen. *in d. l. si coloni, col. fi.* melius esse prouisum de iure, quam per illa ipsa capitula regni. Quia, vt legenti patet, per d. iura probatur, Rectorem prouinciæ in subsidiũ debere impertiri suum brachium, & ad inuocationem iudicis ecclesiastici, detentore ipso conuento, & damnato: quod nec etiam nos negamus, & latius scripsi supra de hoc *in parte 1.c. fi.* de imploratione brachij secularis.

CASVS XXXIX.

Rectorem Vniuersitatis scholarium semper eligendum esse clericum, & ideo laicum electum non posse exercere iurisdictionem in scholares ecclesiasticos.

SVMMARIA.

1 *Scholares quot iudices habeant.*
2 *Iudices scholarium habent iurisdictionem in solidum.*
3 *Scholares rei habent electionem coram quo iudice malint comparere.*
4 *Clerici scholares an habeant electionem iudicis.*
5 *Scholaris etiam episcopus debet conueniri coram Rectore.*
6 *Clericus scholaris cum licentia videtur habilitatus ad omnia pertinentia ad scholares.*
7 *Rector scholarium semper est eligendus clericus.*
8 *Etiam data minori parte scholarium clericorum.*
9 *Rector potest interdicere scholas alicui scholari.*
10 *Rector animaduertens in scholarem clericum, incidit in pœnas canonicas.*
11 *Scholaris clericus non tenetur obedire rectori laico.*
12 *Scholaris si turbat scholas potest inde expelli per Rectorem.*
13 *Rector quando non possit eligi, etiam vno scholare repugnante.*
14 *Rector laicus non potest causam clerici scholaris alicui committere.*
15 *Episcopus non potest vniuersitatem scholarium clericorum submittere rectori laico.*
16 *Rector laicus nullo modo potest exercere iurisdictionem in scholares ecclesiasticos.*
17 *Clerici scholares sunt conueniendi coram episcopo loci, ipsius studij.*

CVm scholares † tres habeant iudices, Episcopum, 1
Doctorem, & Potestatem, vt est tex. *in §. penul. in proœm. ff. & ibi gl. in ver. professores. & in auth. habita, C. ne fil. pro patr.* gl. *in l. si quis in conscribendo, in ver. licere, C. de pact.* Imò verius quatuor, cõputato etiã Rectore, vt per Bart. *in d. auth. habita, n.5.* Bald. *n.26. & n.32.* Stepha. Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholos. in decis.169.* Rebuff. *de priuileg. scholar. priuileg.152.* Horatius Lutius *de priuileg. scholar. priuile.45.* & quilibet dictorũ † quatuor habet iurisdictionẽ in solidum, gl. *in c. vt officium,* 2
in ver. separatim, de hæret. li.6. idque ratione immensi fauoris, Bald. *in l.1. in fi. ff. si quis in ius voc. non ier.*

3 Et sit in potestate † scholarium, etiam si sint Rei, eligere coram quo malint conueniri, vt est tex. *in d. auth. habita*: approbata quoad studentes Romæ per Bonifacium VIII. & Leonem X. idque speciali fauore, vt notat Saly. *in d. auth. habita, n.* 20. gl. *in d. ver. professores, in proœmio, ff.* Spec. *in tit. de reo, n.* 7.

4 Videtur quod hoc etiam competat clericis † scholaribus, vt possint quem malint ex prædictis eligere, glossa magna circa med. *in c. inolita*, 11. q. 1. & dicit Bar-
5 bat. *in proœm. Clementin. n.* 30. quod, etiamsi † episcopus est in studio, debet conueniri coram Rectore, quia *d. auth. habita.* generaliter loquitur. Hoc etiam videtur probari ex dispositione sacrosancti Concilij Tridentini *sess.* 25. *c.* 6. *de reformatione.* vbi decernit, vt clerici in causis ecclesiasticis coram episcopis conueniantur, saluis tamen in omnibus priuilegiis, quæ vniuersitatibus studiorum generalium seu earum personis sunt
6 concessa. Nam qui concedit clerico † licentiam, vt ad scholas accedat, videtur illum habilitare ad omnia quæ scholares faciunt.

Sed hæc procedunt, quando Rector scholarium clericus eligeretur, prout est dispositum in statutis Bononiæ. Aliter clericos non habere hanc electionem iudicis, firmarunt Petrus de Bella Pertic. *in d. auth. habita, in prin.* Cyn. *n.* 6. Angel. *n.* 9. Salyc. *n.* 24. Specul. *in tit. de reo, nu.* 9. *& in tit. de executione sententiæ, §. nunc dicendum, n.* 12. Bart. *in l. sodales, n.* 13. *ff. de collegiis illicitis.* quia clerici non possunt in iudicem non suum consentire, *c. si diligenti, de foro compet. auth. statuimus, C. de episc. & cleric.*

7 Et propterea Rectorem † scholarium semper esse eligendum clericum, firmarunt Bald. *in d. auth. habita, n.* 83. Saly. *n.* 38. Bolognin. *n.* 114. Bart. *in l. cùm senatus, n.* 4. *in fi. ff. de reb. dubiis, & in d. l. sodales, n.* 13. Abb. *in c. ex rescripto, n.* 12. *de locato.* Bal. *in proœm. ff. §. discipuli, n.* 8. Marsi. *in rubr. ff. de fideiussor. n.* 131. Et licet hęc opinio videatur procedere, quando maior pars scholarium esset clericorum, vt erat olim, prout affirmat gl. *in c.* 1. *de locato, in ver. sub excommunicatione.* & Hostien. *in summa eiusdem tituli, in §. propter sterilitatem, in fine.* Vel quando essent paris numeri, quia tunc magis dignum trahit ad se minus dignum, *l. quæ religiosis, ff. de rei vēd.* Bart. *in d. l. sodales, nu.* 15. Abb. *in d. c.* 1. *n.* 12. *de locato, &*
8 *ibi* Immola *n.* 13. Nihilominus † etiam data minori parte scholarium clericorum, arbitror Rectorem clericum esse eligendum. Siquidem, vt quies in scholis habeatur, introductum est, eligendum esse Rectorem, qui cæteris præsit, cui si scholaris obedire recusat, po-
9 terit Rector † interdicere scholas, vt notat Abb. *in c. cùm ab ecclesiarum, col.* 1. *in med. de offic. ordin.* sed cleri-
10 cus scholaris non † est de iurisdictione Rectoris, neq; in illum potest animaduertere, quin incidat in censuras canonum. Imò etiam *Bulla*; *Cœna Domini.* Nec
11 tenetur scholaris clericus † Rectori laico iurare obedientiam, Alex. *in additionib. ad Bar. in d. l. sodales, n.* 13. *in addit. quæ incip. non potest.* Zuccard. *in addit. ad Abb. in d. c.* 1. *n.* 12. *de locato, in addit. quæ incip. & hoc facit,* Apostill. fin. ad Bart. *in d. l. cùm senatus.* Anchar. *in reg. ea*
12 *quæ, in* 16. *q. de regul. iur. lib.* 6. Item scholaris † si turbat scholas, potest expelli per Rectorem, Geminian. *in c. Doctores, in prin. ne clerici vel monachi, lib.* 6. & ibi Addentes dicunt, quod scholaris ridens & turbans vniuersitatem scholarium potest expelli, allegat Roman. *sing.* 12. clerici autem turbantes alios, expelli non possent, & interest publici quietè legi in scholis. Imò da-
13 tur casus, in quo non posset eligi Rector † sine consensu ipsius clerici, puta quando Rector fuisset vno anno, & vellet confirmari pro alio, tunc enim non sufficit maior pars, sed debet fieri nemine discrepante, Angel. *in l. maiorem, ff. de pact.* quem refert, & sequitur Barb. *in c. fin. in vltimo not. de iudic.* sed clerici non possent consentire in iudicem laicum, *d. cap. si diligenti, de foro compet.* Quare vt in scholis iura obseruentur, quæ profitentur, opus est dicere, Rectorem semper clericum esse eligendum.

Nec posset Rector † laicus alicui ecclesiastico scho- 14
laris clerici causam delegare, etiam si ipse clericus id vellet, Bald. *in d. §. discipuli, n.* 8. *& in proœm. decretal. n.* 19. Nam qui mandatam iurisdictionem suscepit, proprium nihil habet, *l.* 1. *§. qui mandatam, ff. de offic. eius.* Nec posset episcopus † vniuersitatem scholarium cle- 15
ricorum submittere Rectori laico, vt latius dixi supra *in parte* 2. *c.* 38. Ideo quando de consuetudine Rector scholarium approbaretur ab episcopo, neque posset exercere iurisdictionem in scholares clericos. Hinc semper miratus sum, quomodo clerici, & quilibet alij ecclesiastici, qui fiunt Doctores Pisis, in præsentia Episcopi iurent obedientiam Rectori, & fidelitatem Principi.

Sed quia vsus nostrorum temporum est, vt Rector laicus † eligatur: concludo ex prædictis, nullo modo 16
posse in scholares ecclesiasticos iurisdictionem exercere, ipsosque clericos † scholares non habere fori ele- 17
ctionem, sed coram episcopo loci studij conueniendos esse, prout affirmarunt Canonistæ omnes *in d. c. si diligenti.* Spec. *in d. tit. de reo n.* 9. Luc. de Penn. *in l.* 2. *in prin. C. de incolis, li.* 10. & latè de hoc per Horatium Lutium *in d. tract. de priuileg. scholarium, priuileg.* 45. *limit.* 1. *prope finem.*

CASVS XL.

Statutum de compromissis faciendis inter coniunctos, nullo modo ligare clericos, etiam in minoribus ordinibus constitutos.

SVMMARIA.

1 *Statutum de compromissis inter coniunctos, intelligitur si fuerit petitum.*
2 *Statuta de compromissis dicuntur fauorabilia.*
3 *Et qua ratione fuit inductum.*
4 *Clerici litigantes in foro laicorum an possint cogi ad compromittendum vigore statuti.*
5 *Clericus volens potest compromittere in laicum causam sui patrimonij.*
6 *Arbiter & arbitrator non habent iurisdictionem.*
7 *Compromissum à clerico in laicum an debeat fieri de consensu episcopi.*
8 *Statutum de compromittendo inter coniunctos, non semper respicit decisoria causæ.*
9 *Statutum hoc fit ad dirimendas lites.*
10 *Compromissum est transactio ad litis determinationem ordinata.*
11 *Statutū de cōpromissis principaliter respicit decisoria.*
12 *In articulo iuris nullus ordo iudicij seruatur.*
13 *Arbitri quando non sunt astricti seruare iura positiua.*
14 *Clericus actor in iudicio laicorum non potest cogi ad compromittendum vigore statuti.*
15 *Statutum circa decisoria non seruatur in foro laicorum contra clericos.*

16 *Statuta & consuetudines litigantium seruantur in decisoriis.*
17 *Statuta circa ordinatoria iudicij, quando non habent locum contra clericos.*
18 *Statuto de compromißis quomodo clerici dicuntur grauari.*
19 *Compromisso expirato, quando debeat fieri renouatio per duas vices.*
20 *Statuto de compromißis grauantur litigantes.*
21 *Statutum prohibens appellationem dicitur odiosum.*
22 *Statutum de compromißis respectu clericorum quomodo dicatur contra libertatem ecclesiasticam.*
23 *Statutum generaliter loquens non extenditur ad ecclesiasticos.*
24 *Dispositio generalis non comprehendit ea, de quibus in specie non potest disponi.*
25 *Statutum de compromißis non dicitur iniicere vinculum ante clericatum.*
26 *Fauor qui consideratur respectu laicorum, est odium respectu clericorum.*

AD pacificum statum ciuitatis pertinet dirimere lites, propterea in pluribus locis statutum est, vt
1 causæ inter coniunctos † compromittantur, quod intelligitur, si ab aliqua ex partibus petitum sit, Ant. de Butr. *in c. cùm venerabilis, de iudic.* cum aliis per Carolum de Grassis *in tract. de exceptionib. exceptione 32. nu. 110.* Ideo statuto Genuæ dispositum est, vt magistratus ad partis petitionem, teneatur causam committere bonis viris cognoscendam, & terminandam, de quo per Dec. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, n. 166. de constit.* Hu-
2 iusmodi autem statuta † dici fauorabilia, tanquam inducta odio litium dirimendarum, affirmarunt Bald. Alex. Castrens. Roman. Salyc. Ias. & Dec. *in l. qui se patris, C. vnde lib.* Angel. & Salyc. *in l. non ideo minus, C. de hered. instit.* Alex. *in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc.* Dec. *in l. pen. col. fi. C. de pact.* Ias. *in l. de quibus, nu. 17. ff. de legib.* Bald. *in l. affinitatis, C. communia, de succeßionib.* Roland. & Salyc. *in l. 1. C. vnde vir & vxor.* Alex. *in consil. 207. vol. 6. & cons. 225. col. fin. vol. 7.* Anchar. *in cons. 159. rationes. & cons. 187. apud me quæstio ista,* Fulgos. *in cons. 152. supposito statuto,* Natta *in cons. 622. num. 7.* vbi dicit,
3 quod † tale statutum fuit inductum ratione fauorabili, vt inter personas sanguine coniunctas euitetur rigorosus strepitus iudiciorum, Blancus, qui alios citat *in tract. de compromißis, qu. 1. col. 5.* vbi concludit, hanc esse magis communem opinionem: ideo dubitarunt plu-
4 rimi, an hoc statuto possint arctari clerici litigantes † coram iudice seculari ad compromittendum cum suo reo coniuncto.

Et licet pro parte affirmatiua consuluerit Corn. *in cons. 114. vol. 2.* & pro negatiua Socin. *in cons. 71. vol. 4.* & vtriusque rationes reassumens, tractauit quæstionem ad partes Blancus *in d. tract. de compromißis, q. 3. de personis, n. 32. per multas columnas.* Ergo in hac materia constituo tres articulos pertinentes ad ipsam iurisdictionem.

5 Primus articulus est: Clericum † volentem posse compromittere in laicos causam vertentem super eius patrimonio, & pro hoc est tex. *in c. exposita, de arbitr.* vbi electus Feltrẽsis in causa, quam habebat cum ciuibus Taruisinis, compromisit in Ducem Venetorum, & ad hoc est gloss. 2. & ibi Aretin. & Barbat. *in c. 2. de iudic.* Hanc opinionem tenet Bald. *in cons. 5. incip. nunquid clericus, vol. 2.* vbi dicit, quod si litigat de proprio patrimonio, tunc potest compromittere si vult, Io. de Anan. *in cons. 83. visis his, in princip.* Abb. *in consil. 83. quia quinque dubia, in princip. vol. 2.* vbi quod duo clerici compromiserunt in quatuor mercatores, & quod possunt compromittere de rebus temporalibus ad eorum patrimonium spectantibus, per *d. c. exposita.* cum aliis ad hoc allegatis per Io. Baptist. *in tract. de arbitr. parte 4. q. 15. n. 1. in fi. & n. seq.* & latius per Blanc. *in d. tract. de arbitr. q. 2. n. 63.* & omnium ratio est, quia arbiter † & arbitrator non habent iurisdictionem, sed 6
quandam notionem, *l. ait prætor. ff. de re iudic.* ergo per compromissum non se subiiciunt iurisdictioni laicorum, quod est prohibitum. An autem compromissum
† à clerico in laicum debeat fieri cum consensu Episcopi, Blancus *in d. n. 63.* dicit quod non, Io. Baptista *in d. qu. 15.* dicit affirmatiuam esse veram, per *d. c. exposita.* 7
quod ego credo verius, & est optimum consilium pro laico collitigatore, vt laudum postea possit exequi coram iudice ordinario clerici, si ipsum contigerit condemnari.

Secundus articulus est: Statutum † de compromittendo inter coniunctos, siue deposuerit de iure, & de 8
facto, siue non: Item siue negauerit peti reductionem ad arbitrium boni viri, sed quod statim habeat executionem paratam, siue non, semper respicere decisionẽ causæ, à qua denominandum est, licet etiam dicatur disponere circa ordinatoria iudicij, vt latè probat Corn. *in d. cons. 114. n. 4.* & Blanch. *in d. tract. de compromiss. q. 3. n. 32. col. 1. & 2.* Tamen negari non potest, quin statutum, de quo agitur, dicatur disponere tã de modo procedendi, quàm de terminatione litis: nam, vt dixi in principio, ad hunc finem principaliter est conditum, vt litium sit finis, præsertim inter coniunctos, itaque simul & semel de vtroque disponit, alias si solum de modo procedendi disponeret, ad iudicem ordinarium remittenda esset. Quare opus est concludere hoc statutum disponere tam de ordinatoriis, quàm de decisoriis; & hanc opinionem firmat Bal. *in c. fin. de foro compet.* & sequitur Benedict. Capr. *in c. quod clericis, circa fin. eod. tit.* quos refert, & sequitur Soc. *in d. cons. 71. nu. 12. vol. 4.* Sed, vt dixi, finis statuentium fuit dirimere † lites, quæ magis dirimuntur per decisiones, quàm per ordinem iudicij; ergo statutum huiusmodi ex mente statuentium principaliter respicit tam decisoria, quàm ordinatoria, vt dicit Bald. *in l. 1. in fin. C. quæ sit longa consuet.* 9

Confirmatur, quia principaliter tendit ad litis decisionem: nam compromissum dicitur † quædam transactio, *§. si verò contigerit, in auth. vt different. iudic.* & latè per Innoc. *in c. Quintauallis, de iureiur.* & transactio est litis finitæ, & ad litis determinationem ordinata, *l. fratris, C. de transact.* & dicitur transactio perfecta, etiam ante laudum, vt not. *in l. fin. C. de contrah. empt.* Et quod respiciat † principaliter decisoria, sic probo: Pone, quod alter ex litigantibus instet compromissum fieri, alter neget, stante prædicto statuto, iudex non interloquetur, sed hic etiam articulus compromittendus est, *l. pen. & ibi Bart. & alij, C. de pact.* Pisanellus *super pragmatica Regni edita Thori, n. 43.* ita etiam tenet Castren. *in l. si quis in conscribendo, nu. 11. C. de pact.* vbi Ias. *nu. 21.* Dec. *n. 33.* qui alios allegat, licet Bartol. inibi nolit determinare, & ad hoc sunt duæ glossæ. pen. *in d. l. si quis in conscribendo. & gloss. fin. in fin. in l. cùm proponas, C. de reb. cred.* quo casu nullus ordo † iudicij requiritur, cùm sit articulus iuris, sed tantùm ipsius decisio expectatur; ergo principaliter de decisoriis disponere dicitur, & de ordinatoriis, prout ad ipsam de- 10 11

decisionem conferunt.

Hæc tanto magis procedunt, si statutum adderet, & quod arbitri valeant procedere de iure, & de facto: nec possit peti reductio ad arbitrium boni viri, sed eorum
13 † laudum paratam habeat executionem; tunc enim arbitri non sunt astricti in iudicando, seruare iura positiua, vt latè per Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. figura, & in ver. videbitur, & in l. filiusfamilias, ff. de donationib.* vbi scripsi latissimè *in l. 1. ff. de milit. testam.* nam cùm per dictas clausulas tollantur remedia iuris, statutum ipsum respicere decisionem causæ firmauit Dec. *in d. c. ecclesia sancta Mariæ, n. 169. de constit.* Capyc. *decis. 66.*

14 Tertius articulus est: Clericus † si egerit contra laicum coram iudice laico, & ille opposuerit de statuto prædicto, non potest cogi vigore ipsius ad compromittendum causam. Hanc opinionem firmat Dec. *in d. c. ecclesia sancta Mariæ, n. 20. & seq.* vbi quod neque ligat clericos primæ tonsuræ, & *n. 211. & seq.* Soc. *in dict. cons. 71.* Bald. *in d. cons. 5. vol. 2.* Alex. *in cons. 210. & 211. vol. 2.* Octauian. Vulpel. *de libert. ecclesiastic. parte 3. n. 11.* Rochus *in tract. de consuetudine, sectione 8. n. 68.* Cotta *in memor. in ver. clerici ligantur, vers. ex quo infert.* Lanfranc. *in tract. de arbitr. in 7. diuis. n. 96.* Io. Baptista *in d. tract. de arbitris, li. 2. c. 19. n. 6.*

Præcipua omnium ratio est, quia cùm hoc statutum
15 † disponat de decisoriis, non est seruandum in foro laicorum contra clericum, sed seruabitur ius loci contractus, si nascitur ex contractu, *l. si fundus, ff. de euict. l. 1. C. de vsur. & c. constitutus, de in integ. restit. & cap. cùm venissent, de eo qui mitt. in possess.* Affli. *in decis. 226. n. 4.* si verò respiciat rem de qua litigatur, tunc seruanda sunt iura loci, vbi res sita est, *c. Raynutius, de testam. l. an*
16 *in totum, C. de ædific. priuat.* & quod in decisoriis † attendantur statuta, & consuetudines litigantium, dicit Inno. *in rubri. de consuetud.* Host. *in c. 1. eo. tit.* Ancha. *in regula; ea quæ, in 26. quæst. li. 6.* Steph. Aufrer. *de potest. secul. in ecclesiastic. regula 2. post n. 39.* in particulari quæstione quam facit de hoc. Imò admissa illa opinione, quod hoc statutum disponat tam de ordinatoriis, quã decisoriis, affirmandum est, neque etiam includi cleri-
17 cos, ex eo quia ista † ordinatoria ad compromittendũ sunt extinctiua iurium ipsius clerici, vt infra probabo, quia ratione conclusi supra *casu 31.* quod statuta disponentia de ordinatoriis litis, quibus regulariter ligantur clerici litigantes contra laicos in foro laicorum, non habent locum contra ipsos, quando illa ordinatoria sunt extinctiua, siue diminutiua iurium clericorum, vt ibi dixi latè.

18 Quod autem per huiusmodi statutum † clericorum iura vel extinguerentur, vel diminuerentur, probatur, primo quia dictum statutum grauat actorem, vt inuitus debeat facere compromissum, vbi de iure cõmuni non tenebatur, vt considerat Afflict. *in decis. 46. n. 3.*
19 propter quam rationem conclusit, quod expirato † cõpromisso non tenebatur renouare, nisi per duas vices.
20 Item cogitur litigare † coram iudice non suo, quod est grauamen irreparabile, vt not. *in auth. habita, C. ne fil. pro patre.* & per Bart. *in l. 2. ff. de appellat. recip.* Item quia cogerentur ire ad arbitros, vel arbitratores, qui de iure vnius sæpe adimunt, & adimere possunt, vt notant Bart. & communiter omnes *in l. societatem, §. arbitrorum, ff. pro soc.* Et possent lædere in aliqua summa, pro qua non possent petere reductionem ad arbitriũ boni viri, vt not. *in d. §. arbitrorum.* & à sententia iudicis potest appellari prætextu omnis iniquitatis, non est sic de reductione ad arbitrium boni viri. Et dicit Soc. *in d. cons. 71. n. 18.* quod ex quo per statutum † hoc pro- 21
hibetur appellatio, & omnis reclamatio, dicitur odiosum odio irrationabili, nec est extendendum ad clericos, allegat Io. de Immol. *in d. c. quod clericis, de foro cõpet.* Hoc igitur statutum inferendo clericis † præiudi- 22
cium in prædictis, diceretur contra libertatem ecclesiasticam, quia tollit clericis sibi competentia de iure communi, vt notat Innoc. *in c. nouerint, de sent. excom.* Bart. & alij *in auth. cassa, C. de sacros. eccles. & in l. cunctos populos.* Canonistæ *in d. c. ecclesia sancta Mariæ.* tex. *in c. eos, de immun. eccles.* & dixi latius supra *casu 19.* Vnde cùm hoc † statutum generaliter loquatur, ad ecclesia- 23
sticos non potest extendi, tum ex defectu potestatis, *d. c. ecclesia sancta Mariæ, & c. bene quidem. dist. 96.* tum ex defectu voluntatis, quia intentio statuentium à potestate regulatur; & ideo generalis dispositio † statu- 24
ti non trahitur ad illud, quod in specie fieri nõ potest, vt ait Bart. inferens ad propositum de clericis, *in l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit.* Bald. *in l. fi. §. in cõputatione, C. de iure delib.* Io. Monach. *in c. 1. de constit. li. 6.* Ant. de But. *in d. c. ecclesia sancta Mariæ, circa fin.* cum similibus à Decio cumulatis *ibid. n. 65.* Idem Dec. *in c. 1. in 2. lect. in gloss. in omnibus, de constit. & in cons. 54. col. 1.* Craueit. *in cons. 106. n. 6.*

Nec valet ratio Blanci *in d. n. 32. vers. in hac quæstione* sequutus opinionem Cornei, ex eo quia hoc statutum † iniecit vinculum ante clericatum, ante quem suscep- 25
tum, isti erant consanguinei, quia, vt latè scripsi supra *casu 22.* non dicitur statutum iniecisse vinculum, nisi tempore, quo agi potest vigore dicti statuti, sed cùm agitur iste est clericus, ergo vana est hæc ratio.

Neque posset dici hunc casum non procedere, quãdo statutum simpliciter disponit de compromisso faciendo, non aliter prohibendo appellationem. Quia etsi contra hoc non militent rationes odij, & damni irreparabilis, militant tamen aliæ, quia in decisoriis & ordinatoriis diminuentibus iura clericorum non attenduntur; ergo fauor † qui consideratur respectu a- 26
liorum, est odium respectu clericorum, ex not. per gloss. communiter receptam *in l. venia, C. de in ius voc.* & propterea nullo modo potest comprehendere clericos inuitos ad compromittendum.

CASVS XLI.

Repressalias nunquam concedendas esse contra clericos, neque per iudices laicos, neque per ecclesiasticos.

SVMMARIA.

1 *Repressaliæ contra clericos exerceri non possunt.*
2 *Repressaliæ quomodo differant à bello, & n. 9.*
3 *Pignoratio quid sit, alio vocabulo Repressaliæ dictæ.*
4 *Repressaliæ quid sint.*
5 *Bellum publicum quid sit.*
6 C. dominus noster, 23. q. 3. *loquitur de bello publico, & n. 17.*
7 *Bellum non pertinet ad priuatos.*
8 *Bellum inter priuatos quando sit licitum.*
10 *Bona capta per repressalias quare debeant in inuentario describi.*
11 *Duellum est species belli illiciti.*
12 *Repressaliæ omni iure sunt prohibitæ.*
13 C. 1. de iniuriis, li. 6. *intelligentia.*

14 Ine-

14 *Indefinita æquiparatur vniuerſali orationi.*
16 *Repreſſalias eſſe iure ciuili prohibitas, quomodo probetur, & n.20.*
17 *Repreſſalias eſſe prohibitas iure diuino.*
18 *Repreſſalias non eſſe permiſſas de iure gentium, nec fuiſſe cognitas.*
19 *Repreſſaliæ vnde habuerunt originem.*
21 *Ordinem iuris in iudiciis eſſe attendendum.*
22 *Repreſſaliæ an ſint permiſſæ ob negligentiam iudicis, vel ſi eius copia haberi non poteſt.*
23 *Repreſſalias eſſe prohibitas de iure canonico.*
24 *Iudex eccleſiaſticus exercet iuſtitiam deficiente iuſtitia ſecularium.*
25 *Vniuerſitas ſubmittitur interdicto propter delictum adminiſtratorum.*
26 *Repreſſalias nullo modo eſſe concedendas à laico, contra clericos.*
27 *Eas exercentes contra clericos incidunt in excommunicationem* Bullæ; Cœnæ domini.
28 *Repreſſaliæ conceſſæ Bononienſibus contra Parmenſes, non comprehendunt Bononienſem, qui per longum incolatum erat effectus Parmenſis.*
29 *Conceſſæ contra ciues ciuitatum Tuſciæ non comprehendunt natos in caſtris Tuſciæ.*
30 *Non poſſunt concedi contra eum, qui non poteſt in ius vocari.*
31 *Repreſſaliæ contra clericos nullo modo ſunt concedendæ ab eccleſiaſticis.*
32 *Repreſſaliæ conceduntur ſolum in caſu neglectæ, vel denegatæ iuſtitiæ.*

1 Licet ſpecialiter ſit deciſum *in c.1. de iniuriis, lib.6.* repreſſalias † contra clericos exerceri non poſſe, quia tamen Doct. volentes contra ipſos exerceri poſſe, variis modis reſpondent *ad d.c.1.* Guid.Pap.*deciſ.*34.Franciſc.Marc.*deciſ.359.parte 2.* & tota reſolutio iſtius materiæ dependet à cognoſcendo, quæ ſint iſtæ repreſſaliæ, ſic vulgariter appellatæ, vt iuriſdictionis ſpecies in ipſis etiam innoteſcat, explico per quatuor articulos.

2 Primus articulus eſt. Repreſſalias † ſatis differre à bello, ſiquidem repreſſaliæ exercentur inter priuatos, quando vnus pro alio, vel res vnius pro re alterius apprehenditur, vt dicit tex.*in d.c.1.*& dicit tex.*in l.vn.C. vt nullus ex vicaneis,lib.11.* quem Lucas de Penn.interpretatur de repreſſaliis.Bart.*in tract.de repreſſal.q.1.n.2.* dicit, licet repreſſaliæ multum latè accipiantur, tamen hic intendo tractare ſolùm quando conceditur licentia capiendi perſonam, vel res alterius pro altero, & iſtæ ſunt, quæ vocantur repreſſaliæ. Iacob.à Canib.
3 *in tract.de repreſſal.par.1.num.1.*dicit:Pignoratio † eſt, quando vnus pro alio grauatur, quæ vulgari nomine dicitur repreſſaliæ, & ſunt quando apprehenditur vnus pro alio, vel res vnius pro re alterius, Alberic.*in tract.de ſtatutis,part.1.q.53.ſub tit.de repreſſaliis,n.1.* di-
4 cit, repreſſaliæ † appellantur, quando ciuis alicuius ciuitatis derobatur, vel damnificatur in territorio alterius, & illa ciuitas non facit ſibi fieri reſtitutionem, tunc ciuitas ſua concedit ſibi licentiam capiendi perſonas, & bona illius ciuitatis, in qua derobatus, vel damnificatus eſt, præmiſſis quibuſdam ſolemnitatibus, vt ibi per eum. Et quod repreſſaliæ ſint duntaxat quàdo pignoratur alter pro altero ſiue in perſona, ſiue in bonis, firmant Andr.Gail.*in lib.ſingul.de pignoration. obſer.2.in princ.* Mynſing.*centuria 6.obſeruat.1.in princ.* Afflict.*in conſtit.regni,incip. Pacis cultum,nu.35.*

Sed bellum eſt quod † indicitur per Imperatorem, 5
vel Regem, ſiue alterum recognoſcentem ſuperiorem, qui propriè hoſtes appellantur, inter quos bona, & ſerui efficiuntur capientium, dummodo iuſtum fuerit bellum, vt declarat Bart.*in l.hoſtes,num.14.ff.de captiuis.* & Summa Syluestrin.& Angelic.*in ver.bellū.* & de hoc bello publico intelligitur tex.*in c.dominus noſter,*† 23.q.3.probatur *in verſ.id eſt inſidiantes bellatores ad inſidiandum hoſtibus, &c.* non enim hoſtes dici 6
poſſunt, quando bellum inter priuatos, vel ex priuata cauſa exercetur, vt per Bart.*in d.l.hoſtes.* Item *in verſ. In quo bello ductor exercitus, vel ipſe populus, non tam auctor belli quam miniſter iudicandus eſt.* Ex quo apparuit illum tex.loqui de bello publico.Itē de hoc bello publico loquitur D.Thom.*in 2.2.q.40.art.2.*in quo diſputat, vtrum bellum ſit licitum? Et reſpondendo dicit non poſſe hoc pertinere ad priuatos, ad † quos nō ſpe- 7
ctat conuocare multitudinem, & cum cura reipubl. commiſſa ſit Principibus ad eos pertinet rempubl.ciuitatis, vel regni, ſeu prouinciæ ſibi ſubditæ tueri, &c. Ex quibus verbis ſatis conſtat ipſū loqui de bello publico. Et licet parum infra aſſerat bella iuſta diffiniri, quæ vlciſcuntur iniurias, ſi gens, vel ciuitas plectenda eſt, quæ vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere quod per iniuriam ablatum eſt, tamen hæc ad priuatorum bella applicanda non ſunt, cùm ſemper de publico in certis locutus ſit.

Et licet inter priuatos † etiam bellū indici poteſt, vt 8
per Bart.*in d.l.hoſtes,n.9.*puta pro exercitio ſuæ iuriſdictionis, Io.de Plat.*in l.vnic. C. vt armorum vſus.l.11.* Item pro defenſione, ſiue recuperatione rei ſuæ, vt latè *in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.* tamen, vt dicit Sylueſtr. *in ver.bellum,in 1.nu.1.* bellum propriè non eſt, idem dicit Angel. *in ver.bellum,num.1.& 2.*& Archidiacon. *in c.iuſtum.33.quæſt.2.* ponit ſeptem genera bellorum, & tamen proprium appellat publicum, in quo dicuntur hoſtes: Vnde Martin. Laudenſ. *in tractat.de repreſſaliis,num.8.*dicit, quod repreſſaliæ ſunt quædam ſpecies belli iuſti, ne pereat iuſtitia: & dicit Innocent. *in c.olim cauſa,in primo.num.8.de reſtitut.ſpoliat.*quod hoc propriè bellum non eſt, ſed quædam ſpecies defenſionis, etiam ſi tractetur de recuperando rem perditam cum auctoritate ſui ſuperioris, quæ aliter recuperari non poſſet. Item differunt, quia † repreſ- 9
ſalias ratione perſonarum concedit ſolus magiſtratus, qui habet merum imperium, *l.ſi quid erit.ff.de offic.proconſul. & leg. & l.magiſtratibus, de iuriſdiction. om.iudic.* ſed ratione capturæ rerum, ſufficit habere ſolùm mixtum imperium, *l.iubere. ff.eod.tit.* Bald.*in authent.ſed omnino,num.13. C.ne vxor pro marito.* Sed bellum propriè non indicitur niſi auctoritate Imperatoris, Bartol.*in dict.l.hoſtes.* Item quia bona † capta 10
per repreſſalias debent in inuentario deſcribi, eáque teneri loco pignoris, aliàs iuratur in litem, niſi iudici præſententur, vt dicit Bald. *in d.auth.ſed omnino.nu.8.* & ideò Andr.Gail. *in d.obſeruat.2.numer.2.*dicit, quod repreſſaliæ ſunt ſpecies arreſtorum, ex quib.apparet, repreſſalias, quæ exercentur inter priuatos, vel ex cauſa priuata, ſatis differre à bello iuſto è publico, de quo loquitur D.Thom. *in d.quæſt.40.artic.1.* & D.Auguſtin. *in d.c.dominus noſter.* Alias oportet fateri, quod cum duellum † ſit etiam ſpecies belli, vt concludit Io. 11
de Lignano, & Iacob.de Caſtillo, & Iul.Ferret.*in trac. de duello.* omnes in principio.& Andr. Alciat. *in tractat. de ſingulari certamine. in princip.* poſſet duellum comprehendi ſub diſpoſitione *d.cap. dominus noſter.* quod

quod est omnino falsum, quia duellum iure canonico reprobatum est, *cap.si non licet,23.q.5.*& per Io.de Cignan.*in d.tract.§.circa tertium,n.5.& toto §.circa quartum.* & Anton.Mass.*in tractat.contra vsum duelli.*

12 Secundus articulus est: Repressalias † omni iure esse prohibitas, hoc probat text. *in d.c.1.de iniur.lib.6.in vers. tanquam graues legibus, & æquitati naturali contrariæ, ciuili sunt constitutione prohibitæ. Vt tamen earum prohibitio,&c.* Nec valet responsio Iacob.à Canib. *in d.tract.repressaliar.parte 1.n.19.* illum tex. procedere in casibus specialibus, sed regulariter ipsas repressalias
13 esse permissas. Quia † ille text. generaliter prohibet repressalias in clericos: ergo generaliter debet intelligi illa indefinita prohibitio, ex qua fit dispositio iuris Canonici, probatur consequentia; quia aliter in eisdem casibus in quibus sunt prohibitæ de iure naturæ, & ciuili, in eisdem prohiberentur in clericos, non enim ex particulari oratione potest inferri ad v-
14 niuersalem, ergo quando ex indefinita, quæ † solet æquiparari vniuersali, Couarr.*in lib.2.var.resolut.cap.13. numer.9.* inferimus vniuersalem orationem, necessariò opus est dicere illam indefinitam orationem fuisse per legislatorem vniuersaliter intellectam, & ita
15 cùm dicat summus Pontifex repressalias † esse ciuili iure prohibitas, & propterea vniuersaliter eas prohibeat in clericos, voluit intelligere vniuersaliter esse ciuili iure prohibitas, & hanc opin. tenet Bald. *in d. auth.sed omnino, in princ.* & Andr.Gail. *in d.lib. de pignorat.obseruat.2.n.2.vers.sed illam communem regulam limitat.*

Age probemus hanc vniuersalem prohibitionem
16 omni iure: Sunt quidem prohibitæ † iure diuino, nam habetur *in cap.18.* Ezechielis: Anima quæ peccauerit ipsa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris, vt est tex.*in c.inde,2.q.4.* Neque obstant loca iuris diuini inducta per Iacob.à Canib. *in d.tract.repressal. part.1.num.14.* quia omnia loquuntur quando aliquis propter peccatum, & delictum proprium punitur in bonis propriis. Nam text. Matth.*cap.21.* de quo habetur *in cap.2.27.qu.3.* auferetur regnum delinquenti, & dabitur genti facienti fructum eius, expressè dicit, propter delictum proprium impositam esse pœnam, sed nos loquimur, quando vna persona innocens punitur propter alteram nocentem, quod permittitur propter incertitudinem personæ delinquentis, alias non, vt dicit Bald.*in d.auth.sed omnino, numer.6.* & ita procedunt alia iura per ipsum allegata, quæ non transcribo.

Nec obstat text. communiter inductus *in d.c. domi-*
17 *nus † noster,23.qu.3.* & D.Thom.*in 2.2.quæst.40.art.1.* vbi dicunt probari repressalias esse iure diuino permissas. Quia vt dixi nuper in præcedenti casu, ille tex. & D.Thom. loquuntur de bello publico. Ex quo infertur errare Iacob.à Canib.*in d.part.1.num.15.* vbi vo-
18 lens probare repressalias † esse permissas de iure gentium, allegat text. *in l.omnes populi, & in §.quod verò. Instit. de iure nat.gent. & ciuil.* Quia nos non loquimur de bello publico, in quo fiunt captiui, sed de repressaliis, quæ inter priuatos tantùm exercentur, & quarum vigore alter punitur, & arrestatur, vel in persona, vel in bonis. Ergo restat quod iure gentium dictæ repressaliæ inter homines priuatos non fuerunt cognitæ. Pro quo facit doctrina Bartol. *in tract.de repressal.in princ.* vbi dicit: Cùm Imperium prostratum
19 † iaceret per tempora multa, & Reges, & Principes, ac etiam ciuitates, maximè in Italia, saltem dominum in temporalibus non agnoscerent; propter quod de iustitiis ad superiorem non potest haberi regressus, cœperunt repressaliæ frequentari, & sic effecta est frequens, & quotidiana materia, quicquid dixerit Zas. *in l.2.§.& ita leges quasdam, ff. de orig. iuris.*

Item iure ciuili sunt prohibitæ, & ad hoc est *auth.* 20
vt non fiant pignorat. & auth.sed omnino, C.ne vxor.pro marito, & totus tit.C.ne filius pro patre, & l.1.C.vt nullus ex vicariis, lib.11. & l.vnic.Cod.de probib.sequestr.pec. Et pro hoc cōferunt multæ regulæ: Nam dispositum est, vt seruetur ordo iuris, † & adeatur iudex compe- 21
tens, *l.prolatam, C.de sent. & interloc.§.inordinatum, in auth.de hered. & Falcid.l.si quis ex aliena.ff.de iud.l.fin. ff.de iurisdict.omn.iud.& toto tit.C.de execut.iudic.* Et si iudex non facit iustitiam, adeatur superior, *l.1.ff.de appell.l.maiorib. C.eo.tit.* vel supplicetur principi, vt *toto tit.C.libellus principi datus & auth.quæ supplicatio, C.de precib.imper.offer.* & si iudex malè iudicat, agitur contra ipsum, quia fecit litem suam, *l.fin.ff.de var.& extraordinar.cognit.* Imò si repressaliæ essent permissæ, liceret vnicuique sine iudice se vindicare, contra *tit. Vt nemin.liceat.* & caperentur liberi homines contra formam iuris, *l.qui filios, Cod.quæ res pigno.obl.poss.l.ob æs, C. de action.& oblig.* Item confunderetur ordo iuris, quia non adiretur iudex debitoris, & rei conuenti, sed iudex actoris, quod est iniquissimum, *l.iuris ordinem, C.de iurisdict.omn.iudic.* Neque obstant † inducta 22
per Bart.*in d.tract.repressal.q.1.num.3.* Vbi quod sunt permissæ de iure ciuili, quando gens, & populus requisiti negligunt facere iustitiam: Neque inducti per Iacob.à Canib.*in d.part.1.n.16.* vbi copia iudicis haberi non potest, licet nobis ipsis ius dicere, *l.ait prætor, §.debitorem.ff.quæ in fraud.credit.l.creditores, C.de pign.* Quia isti sunt casus particulares, in quibus repressaliæ permissæ sunt, vt probat Mynsing.*in d.obser.2.* Imò ex casibus specialibus arguimus regulam in contrarium, & dicit Andr.Gail.*in d.obser.2.num.2.in fin.* qui allegat repressalias esse licitas, casum exceptum probare debet, alias statur regulæ prohibitiuæ, quia qui regulam habet pro se, ius firmum habere dicitur, donec exceptio probetur, *l.ab ea parte.ff.de probat.* Ias.*in l.2.nu.33. ff.si quis cautionib.*

Denique quod sint prohibitæ † iure canonico, fa- 23
cit, quia omnes supradictæ regulæ procedunt etiam de iure canonico, siquidem disponitur hominem liberum capi non posse pro debito, *c.2.de solut.* & iudex male iudicans facit sibi litem, *c.cum æterni, de re iudic. lib.6.* & mandantur leges seruari, vbi deficiunt canones, *c.1.de noui oper.nunciat.* Imò deficiente iustitia secularium, recurritur † ad ecclesiasticum, *c.qualiter, &* 24
quandò, in fin. de iudic. Et quod Papa ratione supremæ potestatis exerceat iustitiā inter laicos, satis latè scripsi supr.in prima parte *in relect.extrau.vnam sanctam, c.16.* Neque obstat consideratio Iacobi de Canib.*in d. part.1.n.16.in fi.* quod propter derelictum administratorum † aliquando tota vniuersitas submittitur inter- 25
dicto, etiam qui non deliquerunt. Quia, vt dixi supra *parte 2.c.41.* hoc permittitur solùm in subsidium, vt vel cogant delinquentes ad satisfaciendum, vel illos deiiciant. Quare restat d. repressalias esse omni iure prohibitas, & ideò dicit Francisc. Marc. *in decis.767. num.5. parte 1.* cùm hoc remedium sit odiosum, ad euitandum scandalum, non semper debet relaxari, nisi in defectum iustitiæ.

Tertius articulus est: Repressalias † nullo modo
esse

esse concedendas à iudice laico contra clericos. Hoc probatur *in d.c.1.de iniur.lib.6.* & hanc tenet Bart.*in tract.de repressal.in 7.quæst.princip.numer.6.* Mart.Laudens.*in d.tract. num.43.* Iacob. à Canib.*in d.tract.in 2.parte.in princip.* Io.Lignan. *in tractat. de bello, cap.153.*
27 & quod concedentes,& exercentes repressalias † contra clericos incidant in excommunicationem *Bullæ, Cœnæ domini,*probat Stephan. Aufre.*in tract.de potest. ecclesiastica in seculares,num.86.*& scripsi latius de hoc supra *in parte 2.cap.15.* Et Guid. Pap. *in d.decis.34.*nescit respondere ad *d.cap.1.* & tandem dicit,non habere locum in clerico debitore fugitiuo , sed hoc non est respondere ad illum textum , & de eius dicto dicam paulò inferius. Neque valet respōsio Francisci Marci *in d.decis.359. num.1. parte 2.*dicens, quod loquitur de debito alieno, secus de debito proprio, quia hoc est violare illius literam, quæ generaliter loquitur. Imò ex defectu iurisdictionis non possunt laici, & quia regulariter sunt prohibitæ,& odiosissimæ,ideò non debent extendi ad clericos. Qua ratione Alberic.*in tractat.de statutis,in d.quæst.53.num.8.*dicit,quod in gene-
28 rali concessione † repressaliarum pro Bononiensibus contra Parmenses, non venit ille ciuis Bononiensis, qui per longum incolatum effectus erat Parmensis, quia repressaliæ sunt restringendæ,& Iulius Ferrettus *in tractat.de gabellis,numer.235.*dicit,quod si sunt con-
29 cessæ repressaliæ contra † ciues ciuitatum Tusciæ,virtute ipsarum non poterunt capi illi , qui nati sunt in castris Tusciæ , cùm illi non ciues Tusciæ orti de aliqua ciuitate,ita tenet Baldus singulariter *in l.si aliquā, ff.de offic. proconsul. & leg.* & de odio statutorum concedentium repressalias, vide per Dec.*in consil.491.in*
30 *princip.* Et pro hoc casu facit, quia qui † non potest in ius vocari, contra eum non possunt concedi repressaliæ,Bartol.*in d. tractat.in 7.quæst. principali,numer.17.* qui loquitur de furioso,& infante,& sequitur Martin. Laudens.*in d.tract.nu.45.* sed clerici nullo modo possunt in ius vocari per laicum,*authentic.statuimus,C.de episc. & cler.2.de for.compet.c.1.de cleric.coniugat.lib.6.* cum aliis quæ diximus supra;ergo.

31 Quartus articulus est: Repressalias † contra clericos nullo modo esse concedendas à iudicibus ecclesiasticis,& ad hoc videtur dispositio *d.cap.1.de iniuriis, lib.6.* Laici enim nihil iurisdictionis poterant in clericos exercere, *d.authent. statuimus.& c.ecclesia sanctæ Mariæ,de constit.*ergo in illis non poterat esse ratio dubitandi, in foro clericorum dubitatio procedebat;ergo illius dispositio in foro ecclesiastico obseruanda est, & hanc firmat Iacob. à Canibus contra Bartol. *in dict.tractat.repressal.parte 2.in princip.* vbi Iacob. dicit hanc opinionem tenere communiter Canonistas *in dict.c.1.* Adde alteram rationem. Nam cùm repressa-
32 liæ † concedantur solùm in casum neglectæ,vel denegatæ iustitiæ per superiorem iudicem ipsius Rei , vt censuit Bartol.*in dict.tract.repressal.quæst.2.*& Martin. Laudens.*in eius tractat.num.7.*& Francis.Marc.*in dict. decis.767.numer.5.parte 1.* Vel si fieret maxima,& notoria iustitia, Paris de Put. *in tractat. de Syndicatu, in ver.quidam.*& Iacob. de Canibus *in d.tractat.repressal. nu.20.* Non desunt superiores ecclesiastici,qui omnibus petentibus possunt facere iustitiam , & iniustitiam quamlibet reuocare: supra episcopum sunt Archiepiscopus, Patriarcha, & summus Pontifex, qui culmen iustitiæ est, & iudex ordinarius totius orbis, vt dixi latius *in part.1.cap.6.* & propterea dispositum est *in dict.c.qualiter,& quando, de iudiciis.*quod in casu denegatæ vel neglectæ iustitiæ per iudicem ecclesiasticum, non est recurrendum ad laicos, sed ad summum Pontificem, à quo speratur culmen ipsius iustitiæ,& notatur *in c.placuit,11.quæst.1. & c. nullus,de iure patronatus, & authent.vt differentes iudices, in princip.* & quæ sint alia remedia,ponit Andr.Gall.*in l.1.obseruat.38.numero tertio.*

CASVS XLII.

Clericos non posse prehendi per laicos,etiam in fragranti crimine repertos: Neque si fuerint debitores fugitiui laicorum.

SVMMARIA.

1 *Clericus pro delictis commissis capi non potest à ministris laicis,& num.4.*
2 *Excommunicatio latæ sententiæ lata est in ministros laicos capientes clericos.*
3 *Reuocatis omnibus priuilegiis à sede Apostolica concessis.*
5 *Debitor suspectus de fuga potest arrestari per creditorem.*
6 *Clericum suspectum de fuga, qui dicant posse capi per laicos,& remitti ad ecclesiasticum.*
7 *Laici possunt capere clericos delinquentes de licentia prælati ecclesiæ,nu.14.*
8 *Abbas* in c.cum non ab homine,num.12.de iudiciis. *declaratur.*
9 *Innocentius* in c.si verò, de sententia excommun. *declaratur.*
10 *Felyn.*in c.cum non ab homine, num.3.de iudiciis *reprobatur.*
11 *Clericus nullo modo potest capi à laicis, etiam si sit suspectus de fuga.*
12 *Clericum capiens etiam suspectum de fuga incidit in excommunicationem.*
13 *Clericus criminosus si aufugiat,delictum non remanet impunitum.*
15 *Prælatus valens verberare clericum non potest committere executionem ministro laico.*
16 *Licentia generalis concessa præsupponit aliquam cognitionem,secus est de speciali.*
17 *Clericus in fragranti crimine repertus non potest prehendi per iudicem laicum.*
18 *Fallit respectu defensionis priuatæ.*
19 *Clericus debitor laici,suspectus de fuga,potest capi per ministros laicos.*
20 *Clericus impotens ad satisfaciendum non potest carcerari,neque excommunicari.*
21 *Clericus non potest renuntiare beneficio* c.Odoardus *de solutionibus.*
22 *Clericus non potest in compedibus detineri.*
23 *Debitor suspectus de fuga, vt capi possit, quot requirantur.*
24 *Suspicio debitoris fugæ debet esse de recenti causata, antiqua non sufficit ad arrestandum illum.*
25 *Debitor, qui tempore contracti debiti erat pauperrimus,non potest arrestari.*
26 *Debitor captus vt suspectus de fuga non potest allegare iudicis incompetentiam.*
27 *Captura existente nulla, potest debitor in carceribus refirmari.*

28 *Carce-*

28 *Carceratus nulliter quando vigore aliarum literarum debeat reſirmari.*
29 *Captura nulla ex defectu iuriſdictionis non poteſt confirmari.*
30 L.ait prætor, §.ſi debitorem, ff. quæ in fraudem credit.*declaratur*.& *num*.32.
31 *Clerici pro debitis carcerari non poſſunt à priuatis.*
33 *Iuramentum in litem datur contra capientem clericum cum propria pecunia.*

CONſequens eſt, vt videamus an clerici poſsint prehendi (quod vulgariter dicitur arreſtari, & eſt ſpecies repreſſaliarum, vt dicit Andr. Gail. *in lib. ſingulari de pignorationib. obſeruat.2.*) vel pro delicto commiſſo, aut committendo, vel pro debito in caſu ſuſpicionis fugæ, & hic articulus expedietur per tres articulos.

1 Primus articulus eſt: Clericus † pro delicto commiſſo capi non poteſt à miniſtris iudicis laici, neque à priuatis laicis, quorum interſit. Hic caſus deciſus eſt *in Bulla Cœnæ domini*, cuius verba deſcribit Cardinal. Tolet. *in ſua ſumma, titul. de caſibus, in Bulla Cœnæ domini*. & ſunt huiuſmodi:

2 [Vndecima excommunicatio † eſt addita nunc de nouo ad maiorem, expreſsioremq; declarationem Romani Pontificis, contra duodecim genera perſonarum, quę in aliquam ex quatuor actionibus ſe intromittunt. Hæ ſunt perſonæ, Magiſtratus, Senatores, Præſidentes, Auditores, Iudices quocunque nomine nuncupati, Cancellarij, Vicecancellarij, Notarij, Scribæ, Exequutores, Subexequutores, omnes quomodolibet ſe intromittentes in quatuor actionibus excommunicantur. Actiones autem ſunt quatuor, in cauſa criminali contra perſonas eccleſiaſticas, Capere, Proceſſare, ſententiam ferre, vel exequi.
3 Et reuocantur † omnia priuilegia, etiam à ſede Apoſtolica conceſſa Regibus, Ducibus, Principibus, Rebuspublicis, Monarchis, Ciuitatib. aliiſque potentatibus, quouis nomine nominentur. Hæc ſunt verba clara, vtinam Principes Chriſtiani aperiant oculos ad videndum, & aures ad audiendum: non enim iam excuſationem, vel ſubterfugium habere poſſunt. Hucuſque Cardinalis.]

4 Age videamus an idem ſit de iure † communi, quod credo veriſsimum, per tex. *in c.ſi verò, in 1. de ſen. excommun. in ver. cœperit*. & hanc eſſe communē opinionem, probat Boſſ. *in tit. de foro compet. nu*.150.*& in tit. de captura. num*.35. & Farinac. *in tit. de inquiſitione q.8.n.115. & in tit. de carcerib. & carceratis. quæſt*.32.*nu*.72. cum aliis per eos allegatis.

Difficultas autem ſtat in hoc, quia dum Ciuiliſtæ *in l. ait prætor, §.ſi debitorem. ff. quæ in fraud. cred.* & alibi, vt infra allegabo, dicunt debitorem † ſuſpectum
5 de fuga poſſe capi per creditorem, & volunt illius diſpoſitionem extendi etiam ad clericum debitorem aufugientem, commiſcentes terminos, dicunt text. *in d.c.ſi verò. de ſentent. excomm.* non procedere quan-
6 do clericus † eſt de fuga ſuſpectus, tunc enim poteſt capi per iudicem laicum, ſeu eius familiam ad effectū remittendi illum, & trahendi ad iudicem eccleſiaſticum, quam intelligentiam firmarunt omnes Moderni, Boſſ. *in tit. de foro compet. num*.150. Farinac. *in ti. de inquiſitione quæſt*.8.*nu*.116. Menoch. *caſu* 180.*nu*.23. Villalob. *in commun. opinion. ver. clericus, num*.78. Clarus *in §.fin. quæſtion*.28. *verſ. ſi verò loquimur*: Stephan. Aufrer. *in repet. clemen*.1. *de offic. ordinar. in* 2. *quæſtion.* Ignatius Lopez *in additionib. ad practic. crimin.* Diaz *ſuper cap*.123. *in additione quæ incip. Per laicum.* Mexia *pragmatica taxæ panis, folio* 83.

Sed quia omnes prędicti, & alij Moderni fundant hanc eorum opinionem ſuper doctrina antiquorum Canoniſtarum, ideò operæpretium eſſe arbitror, illorum verba inducere, vt cognoſcatur in iuriſdictionis controuerſia, an illi verè hanc opinionem affirmarint.

Imprimis allegant gloſſ. pro hac opinione, † *in d. c. cum non ab homine. de iudic. ver. deprehenſus*, quę dicit, ſed etiam per laicos poteſt comprehendi clericus in ipſo facinore, vt ita notorium fiat crimen, & detinere abſque nota excommunicationis, dum tamē hoc faciat de prælatorum ſuorum auctoritate, *c. vt fama, de ſentent. excommun.* Hæc ſunt verba gloſſæ, ex quibus nullo modo colligi poteſt, laicos propria auctoritate id facere poſſe, cum gloſſ. aſſerat de prælatorum auctoritate fieri oportere, quod non negamus. 7

Item pro hac opinione allegatur Abb. † *in d. cap. cùm non ab homine.* qui verè illam firmat ſub *num*.12. *verſ. Sed poteſt intelligi illud dictum, quando nō tenetur de fuga*, & ad hoc allegat Innocent. *in d.c.ſi verò*, qui ſecundùm Abb. dicit, quòd ſi clericus ab inferenda iniuria etiam tertio non poteſt aliter compeſci, poteſt capi, & ligari, ſine metu excommunicationis, & ſine peccato, imò talis meretur. Quod autem opinio Abbatis ſit fundata ſuper doctrina Innocent. probatur per alia verba eiuſdem Abb. paulò infra, *in verſ. tamen in veritate puto, quod licita ſit captura, & meritoria, ſi timetur veriſimiliter de fuga, &c.* Ex quibus vides Abbatem velle illud meritum, de quo per Innocent. trahi poſſe ad capientem clericum ſuſpectum de fuga. Sed re vera Innocent. † non loquitur in iſtis terminis, ideò doctrina Abbatis euaneſcit. Nam dum dicit text. *in d.c.ſi verò.* nulli laico tanta datur auctoritas (ſcilicet iniectionis manuum) in clericos, niſi turbam arcendo irruentem, non ex deliberatione, ſed fortuito caſu clericum lædat, Innocen. in gloſſa ſua deliberatione dicit, quia etiam ſine dolo, ſciens tamen in bello, vel inſultū, percuteret clericum, bene eſſet excommunicatus, ſed non mittetur ad ſedem Apoſtolicam: ſed nec excommunicationem incurreret officialis, ſi compeſceret eum, vt ligaret eum, ſi aliter non poſſet compeſci ab iniuria alterius, nec eſſet ibi prælatus ſuus, qui hoc faceret; nam ex hoc non credimus, quod officialis, vel quiuis alius, excommunicationem, vel peccatum incurrat, imò meretur. Ex his verbis Innoc. apparet malè allegari, qui non loquitur in caſu quo eſſet de fuga ſuſpectus, ſed in caſu quo in bello, vbi prælatus ſuus eſſe non poteſt, clericus irruens in alterum, ab iniuria inferenda compeſci non poſſet.
8
9

Opinionem Abbatis ſequutus eſt Felin. † *in dict. c. cùm non ab homine, num*.3. motus ratione, quia *c.ſi quis ſuadente diabolo*.17.*q*.4. eſt correctū per *l. capite quinto, ff. de adulter.* & ideò capiens clericum criminoſum, ſuſpectū de fuga, non incidet in excommunicationē: Cuius ratio in materia iuriſdictionis ridicula eſt, poſtquam ex dictis per eundem *in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitut.* nulla eſt poteſtas ſecularium in Eccleſiaſtico, præſertim in legibus condendis, tanto minus in corrigendis. Eandem ſequitur Ancharan. *in regul. ea quæ. in* 20. *quæ. de regul. iur. lib*.6. Sed ipſe imprimis citat Innocent. ex cuius auctoritate mouetur. Quare Abb. Felyn. & Anchar. cùm neglexerint videre Innocent. 10

cent, non videtur esse fundamentum huius opinionis Moderniorum se subsequentium adinuicem sicut aues; hanc etiam tenet Io. Andr. *in d.c.cum non ab homine.*

Ideò veriorem arbitor esse opinionem, clericum
11 criminosum † nō posse capi aliquo modo à ministris laicæ iurisdictionis, neq; etiam à priuatis laicis quorū intersit, etiam si de fuga suspectus fuerit. Quam opinionem affirmarunt Hostiens. *in summa, in tit. de sent. excomm. §. si quis debet, vers. fallit.* vbi dicit hæc verba: Fallit quod quis in causa sua ius nō sibi dicat, vbi quis non habet copiā Magistratus, *C. de Iudæis l. nullus, arg. ff. de orig. iur. l. 2. §. post originē*, quod intelligas quo adhoc, vt si fortè aduersarius meus fugiat, liceat ipsum mihi detinere, & etiā manus iniicere, ad hoc vt ipsum ducam coram iudice competente, *ff. quæ in frau. cred. l. ait prætor, §. si debitorē. & C. de decurio. l. generali, lib. 10.* Et est argumentū, quòd si clericus delinquat & fugiat, possit sine metu canonis coram episcopo duci, & quousq; sibi redditus fuerit detineri, sicut & vtitur ecclesia Gallicana, non tamen definio, vtrum excommunicatio euitetur, quia hoc expressum non est de iure canonico, nisi in casibus, *de sent. excommunicat. c. 3. §. nec ille, & c. perpendimus.* Ergo ex his verbis Hostiens. constat capientem † clericum incurrere in excommu-
12 nicationem, etiam in casu suspicionis fugæ. Hanc opinionem sequuntur Io. de Lignan. & Dom. Cardin. *in d.c. cū non ab homine*, & Collectar. *n. 1.* dicit hæc verba, & credo, quod nec vbi timeretur de fuga, nisi sua specialiter interesset. Non enim reperitur expressum per canones, quod laicus in clericum hoc casu habeat potestatem, nisi ratione proprij interesse, & parum infra dicit; credo tamen tutius esse dicendum, tales esse excommunicatos. Eādem opinionem sequitur Archidiac. *in c. presbyter. dist. 81.* Milus *in repertor. in vers. laicus capiens clericum, fol. 233.* Bonifacius de Roseggio *in clem. 1. de offic. ordinar.* postquam retulit verba Hostiens. *in c. nuper, de sent. excomm.* dicentis, se non fateri, quod vbi leges capturam permittunt, possit illo casu capi clericus, nisi detur in canonicum expressum: Subdit, non obstare contrarias opiniones, quæ ideò sunt reprobandæ, quia in legib. ciuilibus sunt fundatæ, & contra priuilegium clericale, nihil possunt, vel debent operari, Bertrand. *in c. 1. de consuet.* sequitur opinionem Hostiens. subdit, consuetudinem in contrarium non valere per illum text. idem dicit Henric. *in c. at si clerici, de iudic.* Aretin. *in d.c. cum non ab homine*, dicit communem opinionem esse contra Hostiens. sed ipse eam non sequitur, & miratur de omnib. Doctoribus illam sequentib. postquam est contra casum *in d.c. si verò*, cui nullo modo responderi potest, hanc eandem sequuntur Addentes ad Felyn. *in d.c. cum non ab homine, sub nu. 2.* & Alex. ad Bart. *in l. si quis in seruitute, ff. de furt. in additione quæ incip. Iuxta hoc quæro.* moti ea ratione, quia *d.c. si verò* pro regula ponit, laicos prehēdentes clericos, incidere in excōmunicationem, & ille intellectus dummodo criminosi in fuga non fuerint, nimis restringit literam, quæ dum de criminosis loquitur, opus est præsumere eos esse in fuga, cū sola accusatione præsumatur aliquē fugere velle, vt notat Bart. *in l. 1. ff. de bonis eorum, qui sibi mortē consciuerunt*, cùm igitur *d. cap. si verò*, regulam faciat, in capiētem clericum criminosum incidere in excommunicationē, intelligi debet de criminoso, qui verisimiliter aufugeret, regula enim aptatur ad ea, quæ vt plurimum accidunt, *l. nam ad ea, ff. de legib.* Nec est verum quòd si clericus † fugiat, delictum remaneat 13
impunitum, quia, vt Alex. ibi dicit, contra illum, licet absētem, poterit procedi multipliciter, vt not. *in c. veritatis, de dolo, & contumac. & in clem. pastoralis, de re iudic.* vel si alibi constituat domicilium, poterit ibi accusari, vt not. *in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet.* ego cessat ratio publici interesse, & ratio interesse priuati debebit regulari à ratione publici, & vterque debet canere ab excommunicatione. Ex his constat opinionem contrariam, quam communem asserunt, non fundari inter Canonistas, & hanc firmat Dec. *in d.c. cūm non ab homine, num. 45.* dicens, finaliter concludo, in puncto iuris veriorem esse opinionem contra Abbat. & respondet suis rationibus, & latè eam sequitur Barbat. ibid. neque posse Ciuilistas per leges ciuiles corrigere ipsum ius canonicum. Imò neutros Doctores posse declarare aliquem non incidisse in excōmunicationem: contra regulam: Neq; ratio ciuilium legum de debitore fugitiuo loquentium, ipsis clericis conuenire potest, vt dicam infra.

Declaratur hęc opinio vera, vt non procedat quotiescunque laicus † de licentia sui Prælati, ad quem 14
correctio pertinet, clericum caperet fugitiuum, vt dicit glo. *in d.c. cum non ab homine.* & ibi Anton. de Butr. *n. 31.* dicit, regulariter si laicus capiet clericum sine auctoritate sui superioris, incurrit in excōmunicationē, & parum infra dicit: Sis ergo cautus si vis absq; scrupulo licitas facere tales prehensiones, quod officiales laici in hoc deputentur executores, & captores à prælatis suis, idem dicit *in c. vt famæ, n. 7. de sent. excom. & ibi Felyn. n. 3.* & addentes ad ipsum alios citant, Dec. *in d.c. cum non ab homine, nu. 46. in fin.* Bernardin. Diaz *in sua pract. cap. 123.* Angel. *in tract. de malefic. in ver. quod fama publica. num. 63. in princip.*

Et licet aliqui arbitrentur, neq; de licentia prælati posse laicū capere clericos malefactores, per text. *in c. vniuersitatis, de sent. excom.* Vbi Prælatus † valens ver- 15
berare clericum, non potest committere executionem laico, etiam quando crimen aliter non potest puniri, tanto minus videtur laico permittendum esse capere clericum. Tamen Dec. *in d.c. cum non ab homine, n. 45.* per multa probat non valere argumentum de verberibus ad capturam. Et Anchar. *in d.c. ea, quæ, in 20. q. de reg. iur. lib. 6.* rectè dicit, quod licētia † nō potest dari in generali, sed potest in speciali, quia sic nullā habet cognitionem de crimine, sed merā executionem facti, sed in † generali negari non potest, quin sit sibi 16
commissa aliqua cognitio super crimine per quod ad capturam procedere vult.

Secundus articulus est: clericus † in fragranti cri- 17
mine repertus nō potest prehendi per iudicem laicū, etiam cum animo illum ducendi ad iudicem competentem. Hic casus patet ex resolutione eorum quę diximus in præcedenti, quia nulla est potestas laicorū in clericos, nisi tanquam meri executores de licentia proprij prælati: Nec potest limitari, vbi deest Prælatus, quia est contra text. *in c. qualiter, & quando, de iud.* vbi in defectum ecclesiastici, non recurritur ad laicū iudicem pro iustitia ministrāda inter clericos, sed ad alterum ecclesiasticum. Et illa † communis opin. quę 18
habet clericum in fragranti crimine repertum, posse per laicū apprehendi, & duci ad suum episcopum, de qua per Clar. *in §. fin. q. 77. vers. sed quæro.* cūm aliis per eum, & latius per Syntagma com. opinion. *tom. 1. loc. 1. cap. 5. col. 1.* vbi citat Suarez. Bonacoss. & alios testantes de communi, debet intelligi respectu defensionis

priuatę,

priuatæ. Nam omnes Dd. allegant Inno. *in d. c. si vero.* qui vt dixi loquitur in defensione priuati hominis, *in vers. si concupisceret eum, & ligaret, quia aliter compesci non poterat ab iniuria priuati hominis.* Et Clarus *in d. vers. Sed hic quæro.* disputat de clerico, qui vult aliquod delictum committere contra personam, vel res alterius, & respondet, quod potest illum impune capere, & ligare, si aliter eum à maleficio prohibere non potest, hæc igitur procedunt in laico priuato, respectu defensionis personæ suæ, vel suorum, aut etiam bonorum, vt per Innocen. ibi, non autem in publico, considerato vt publica persona, quia regula est in contrarium, & non potest allegari iurisdictio laicorum super clericos criminosos, (si qui fortè reperiuntur) nisi ius canonicum expressum alligetur, quod reperiri non potest. Imò contrarium per *Bullam; Cœnæ domini.* vt dixi in principio.

19 Tertius articulus est: Clericus † debitor laici, suspectus de fuga, non potest capi per ministros laicos. Primo per text. *in c. si clericos, de sent. excomm. lib. 6.* vbi à contrario sensu, clericus pro debito ciuili non potest capi, nec carceribus mancipari, & hanc firmant ibi Io. Andr. Geminian. & Franch. Item Inno. *in c. vt famæ. de sent. excommun.* Cardinal. *in clemen. 1. de offic. ordin.* Franch. *in c. dilectus, de appellat.* Marsil. *in sua pract. crimin. §. attingam, n. 7.* Lapus *allegatione 98. incip. Quæritur non leuiter, & in rub. de foro compet. col. 1. in fin.* Bertach. *in suo repertorio in ver. clericus conuenitur, vers. clericus pro debito.* Io. Andr. *in c. nullus, de priuileg.* Hostië. *in c. 2. de deposito,* & ibi Abb. *colum. 2.* vbi dicit, si cleri-

20 cus † est impotens ad satisfaciendum, non potest carcerari, nec excommunicari, nec potest cogi ad cedendum bonis, quia non tenetur vltra quam facere potest, *d. c. Odoardus, de solutionib.* Et hæc procedunt etiam in clericis in minoribus ordinibus constitutis, vt dicit Mathesil. *singul. 60. inci. Nota quod clerici,* quia *d. c. si clericos.* generaliter loquitur, vt notat Franch. *ibi in*

21 *1. not.* Et ideò priuilegio † *d. c. Odoardus.* non potest per clericos renunciari, etiam cum iuramento, cùm sit inductum ob reuerentiam personæ, & ordinis clericalis: Vnde dicit Bald. *in consi. 80. incip. Clericus, volu. 2.* quod clericus non potest se obligare ad personalem districtionem iudicis secularis, sed per episcopum posset personaliter distringi, si coram eo hoc actum esset: Sed hoc intelligitur dummodo teneatur in curia ecclesiastica, non autem in seculari, nec in compedi-

22 bus, propter † metum excommunicationis, vt firmant Io. Andr. *in c. ex rescripto, in fin. de iureiur.* & ibi cæteri sequuntur, Hostiens. *in c. 1. depositi.* & ibi Io. Andr. vbi licet arguat clericum posse in vinculis detineri, qui gessit administrationem laici, donec rationem reddat, tamen subdit, quod hoc non auderet facere sine licentia Papæ, vt ibi factum fuit, nec quandiu paratus est obedire.

23 Secundò probatur, siquidem ad capiendum † debitorem suspectum de fuga multa requiruntur, quæ latius aliis ponit Lanfranc. de Orian. *in c. quoniam contra, de probationib. n. 118. & seq.* videlicet quod constet de debito, & sit liquidum, alias non fiet carceratio, *l. 1. C. de præd. curia. li. 11.* Bal. *in l. apertissimi, in fin. C. de iud.* & latè probat Dec. *in consil. 75. colum. 2. vers. quinto suadetur.* qui etiam respondet contrariis. Item illa suspicio debet probari per duos testes summariè, Bal. *in auth. ei qui, C. de bonis auctorit. iudic. possidend.* Aretin. *Instit. de actionib. in princ.* ait, quod cùm agatur de graui præiudicio, propter verecundiam, debet probari suspicio fugæ per duos testes, Alex. *in l. si fideiussor. ff. qui satisd. cogant.* Caccialup. *in tract. de debit. suspect. & fugitiuo, q. 6. principal. nu. 13.* vel per instrumentum liquidum, vt per Dec. *in d. consil. 75. col. 2.* Item quod ista suspicio † sit causata de nouo; nam si inerat tempore 24
contracti debiti, nihil fieri potest, testes igitur debent dicere quod tempore contracti debiti erat diues, & nunc effectus est pauper, alias secus, vt notat Ang. *in l. si ab arbitro, ff. qui satisd. cogant.* qui dicit propterea se fecisse destrui mille capturas debitorum, Imol. *in l. 1. in princip. ff. solut. matr.* Alexan. *in consi. 19. viso processu capturæ, vol. 3.* Aretin. *Instit. de actionib. in princ.* latè Dec. *in d. consil. 75. col. 1.* vnde debitor, † qui tempore con- 25
tracti debiti erat pauperrimus, non potest capi per text. *in d. l. si ab arbitro, §. qui ex causa, ff. qui satisdar. cogant.* quę si non fuerint obseruata, captura ipsa est nulla, vt notant omnes pręcitati Doctores, Roman. etiam *in cōsi. 251. spectabiles domini,* cum aliis per Dec. *in toto d. consil. 75.* sed hæc omnia iudicialia sunt: ego contra clericum coram iudice laico expediri non possunt, *c. si diligenti.* quia iurisdictiones sunt distinctæ, *c. bene quidem, distinct. 96.*

Nec valet dicere quod si hæc omnia facta fuerint per iudicem laicum, possint postea confirmari per ecclesiasticum, quia captus, † vt suspectus de fuga non 26
potest allegare iudicis incompetentiam, vt consuluit Ancharan. *in consi. 192. in auxilium veritatis, colum. 2.* Item captura † existente nulla potest refirmari, *l. fin. §.* 27
fin. ff. de eo quod met. caus. vbi Bartol. & communiter Doct. sic intelligunt. Marsil. *in practica criminal, §. secunda, num. 38.* vbi in materia capturæ dicit, quod quādo constat de veritate, non curantur sollemnitates, nec iuris ordo, idem *in l. patre, vel matre, numer. 58. & seq. ff. de quæstion.* quem sequuntur Addentes *ad singular. 93. Cremens. quod incipit; Tenuta,* idem dicit Dec. *in consil. 449. num. 19.* quod si captura fuit nulla ex defectu citationis, vel alio modo, & in rei veritate constat de debito, non debet relaxari, sed confirmari, per *d. l. fin. in §. fin.* Crauett. *in cons. 46. n. 7.* vbi carceratus † 28
nulliter, quando vigore aliarum literarum deberet carcerari non debet relaxari, sed confirmari, allegat doctrinam Angeli communiter receptam *in l. si finita, ff. de damn. infect.* Crauet. *in cons. 172. nu. 7.* qui alios refert, & ita fuit sæpius decisum. Franc. *decis. 415. nu. 3.* Francisc. Marc. *decis. Delphinal. 1061. part. 1.* Rota *decis. 151. n. 5. part. 2. in nouiss.* Ioseph. Ludouic. *decis. 40. Perusina in 1. parte.*

Quia hęc omnia non procedunt in captura † nulla 29
ex defectu iurisdictionis, vt latè probat Dec. *in d. cons. 75.* respondens omnibus contrariis, sed procedunt in captura nulla ex defectu citationis, vel alterius solemnitatis requisitæ coram illo iudice capiente, hac enim captura committitur delictum, quia iudex decernens, & eius ministri laici incidunt in excommunicationem *Bullæ; Cœnæ domini,* & iudex ecclesiasticus non potest absoluere & confirmare, nisi priùs pareant, & sic carceratus in pristinum reducatur.

Neque obstat illa recepta Dd. sententia, creditorem posse capere debitorem suũ fugientem cum pecunia, ex regula *d. l. ait † prætor, §. si debitorem, ff. quæ in fraud.* 30
credit. & ita inferunt si potest fieri à priuato, multo magis auctoritate iudicis laici in clericum, vt firmarunt Ias. *in §. 1. numer. 72. & seq. Instit. de actionib.* Andr. Gail. *in lib. 2. obseruat. 44.* Mynsing. *centur. 2. obseru. 65.* Caccialup. *in tractat. de debitore suspecto, & fugitiuo, quæst. 5. princip. nu. 19.* Cornel. Benincas. *in tract. de paupertate*

pertate, in §. speciali, n. 17. cum aliis per eos citatis, & per Dd. allegatos nuper *in 1. casu.* Primo, quia istorum opinio est fundata super legibus ciuilibus, quæ non obseruantur in clericos, vt per Compostellan. Io. Andr. & Ant. de Butr. *in rubric. de consuetudine,* dicẽtes, quod coram iudice ecclesiastico non attenduntur leges laicorum, sed ius canonicum, *c. quod clericis, de foro com-*
31 *pet.* Item quia clerici † pro debito ciuili in carceres mancipari non possunt per ecclesiasticos, tanto minus per laicos & priuatos, & quatenus posset in clericum fieri aliqua detentio, ipse debet iudicari secundum ius canonicum, & ita, vt euitetur carcer, quod est clerico-
32 rum priuilegium, *d. c. si clericos.* Nec regula *d. §. † si debitorem.* quo mouentur Dd. quicquam facit pro hoc negotio. Quia ille text. procedit, quando creditor caperet debitorem fugientem cum propria pecunia, vt dicit Marian. Socin. *in tract. de dilationib. artic. 20. q. 17.* quem refert, & sequitur Caccialup. *in d. qu. 5. num. 20.* ita creditor hanc capturam faciet pro defensione rerum suarum, & habebunt locum quæ dixi nuper in proximo præcedenti articulo, ex doctrina Innoc. *in d.*
33 *c. si verò.* Et si id fieret contra † clericum fugientem cum propria pecunia, illa debet statim præsentari iudici ecclesiastico, alias iurabitur in litem contra eum, vt dixit Bald. in materia repressaliarum *in auth. sed omnino, C. ne vxor pro marito,* & dixi latius supra *in cas. 41.*

CASVS XLIII.

Ecclesiasticos non teneri ad præstandum homagium Principibus secularibus, neque etiam Prælatis ratione spiritualium: Neque temporalium in ecclesiam translatorum, nisi ratione feudi.

SVMMARIA.

1 *Homagium, & fidelitas quid sint.*
2 *Et quomodo differant.*
3 *Contractus fidelitatis potius capit vires de consuetudine, quàm de iure.*
4 *Homagium ligium est quod fit Imperatori, & Regi.*
5 *Iuramentum fidelitatis præstitum contra Imperatorem non valet.*
6 *Homagium aliquando præstatur iurisdictionis.*
7 *Iuramentum fidelitatis si interueniat cum præstatione homagij, facit præsumi concessionem in feudum, & n. 20.*
8 *Ecclesiastici non tenentur præstare homagium superioribus ecclesiasticis ratione spiritualium.*
9 *Homagium dicitur species seruitutis temporalis.*
10 *Simonia est præstare homagium pro rebus spiritualibus.*
11 *Clerici pro beneficiis quæ obtinent ab episcopo tenentur iurare fidelitatem.*
12 *Iuramentum fidelitatis præstatur potius dignitati, quàm personæ.*
13 *Prælati ecclesiarum non tenentur facere homagium Regi.*
14 *Principes laici ratione feudorum quomodo faciunt homagium.*
15 *Ecclesiastici non tenentur facere homagium principibus laicis, ratione bonorum temporalium.*
16 *Nec tenentur præstare iuramentum ratione originis, aut familiaritatis.*
17 *Ecclesiastici tenentur præstare iuramentum fidelitatis ratione feudi, quod tenent à Principibus.*
18 *Tenentur obseruare omnia alia, quæ cæteri vasalli.*
19 *Feudo concesso, intelliguntur concurrere omnia requisita.*
21 *Iuramentum fidelitatis potest remitti per pactum.*
22 *Et potest præscriptione acquiri.*
23 *Præscribi possunt prohibita alienari.*
24 *Feudalia præscribi possunt.*
25 *Fidelitas nullo tempore potest præscribi à feudatario.*
26 *Fidelitas non potest remitti per pactum.*
27 *Nec potest præscriptione quæri.*

Homagium † aliquando ponitur pro fidelitate, 1
Aluarott. *in prælud. feud. quæst. 7. vers. aliqui appellant.* Est autem fidelitas iusiurandum quod à vasallis præstatur domino, *cap. 1. §. fidelitatem, quid præced. deb. inuestit. vel fidel. vbi* Andr. *nu. 1.* Ego puto quod satis differunt, quia homagium est, quando quis facit promissionem † alteri genibus flexis, & positis mani- 2
bus intra manus illius, ita quod efficitur homo illius, & talis homo dicitur homo ligius, ita dicit Abbas *in c. ex diligenti, de simon.* Anton. Corsett. *in repet. cap. grandi. de suppl. negligen. prælat. numer. 150.* & latius per Specul. *in tit. de feudis, §. quoniam, col. 1.* vbi subdit, quod iste contractus † potius capit vires de consue- 3
tudine, quàm de iure, & de diuersis moribus præstandi homagium inter Reges, & alios, scripsi supra *parte 1. cap. 7. & cap. 8.* Speculat. autem *in dict. §. quoniam. colum. 1. ver. & nota.* distinguit: Aut fit Imperatori, vel † Regi, & dicitur propriè homagium, quia ligium 4
est, & hanc esse veriorem opinionem testatur Mozz. *in tract. de feud. rubric. de substitut. feud. numer. 24.* Aut alteri, & non est proprie ligium, quia semper iuratur salua auctoritate Imperatoris, vel Regis, *cap. imperialem. §. fin. de prohib. alienat. feud. per Federic.* Aluarott. *in cap. 1. §. nulla, colum. 4. vers. ex qua collige: per quos fiat inuestit.* Bald. *in d. §. fin. num. 23.* vbi subdit, quod iuramentum † fidelitatis, vel homagij præstitum contra 5
Imperatorem non valet, quia est contra legem, & contra bonos mores, Afflict. *in d. §. fin. numer. 3. & seq.* vbi etiam, quod in dicto iuramento semper excepta est auctoritas Papæ, Sonsbecc. *in tractat. de feud. part. 11. n. 4.*

Præstatur autem homagium, † aliquando ratione 6
iurisdictionis, puta cùm subditus loci inferioris, ratione loci iuret homagium loco superioris, Oldrad. *in consl. 159.* & latè per Roland. *in consl. 50. num. 53. & sequ. vol. 3.* & tunc dicitur præstitum tanquam à subdito, ratione bonorum temporalium, sed si cum iuramento † homagij interueniat promissio seruitij persona- 7
lis, tunc illa bona, pro quibus hæc præstantur, dicuntur esse concessa in feudum, Afflict. *in decis. 129. numer. 2.* Grammatic. *in decision. septuagesima septima, numer. 1.* Caccheran. *decis. 27. numer. 8.* Idem Afflict. *in constitutione regni, incip. Constitutionem diuæ memoriæ, num. 65.* Albertus Brun. *in consl. 41. num. 4. part. 1.* Cæphal. *in consil. 1. num. 25. & sequ. volum. 1.* & tunc homagium dicitur præstitum tanquam à subdito, & vasallo simul. Ideo videndum est, vtrum ecclesiastici teneantur præstare homagium vel Principibus laicis, ratione bonorum, & feudi, aut etiam ecclesiasticis superioribus, etiam pro spiritualibus, qui casus expedietur per tres articulos.

Primus articulus est; Ecclesiastici † non tenentur

præstare homagium superioribus ecclesiasticis ratione spiritualium: Nam cùm iuramentum fidelitatis sit species seruitutis, Andr. *in cap.1.de noua forma fidel.* Luc.de Penn. *in l.coloni, colum.1. C.in quib.cauſ.coloni. lib.11.* Afflict.*decis.304.nu.2.* tanto magis homagium † 9 dicitur species seruitutis, & res temporalis, Anton. Corsett.*in d.c.grandi,n.150.* Ant.de Butr.*in c.veniens, num.3.de accusat.* Ideo non præstatur pro rebus spiritualibus, quia præstare homagium pro rebus spiritualibus est quid simoniacum, gloss. *in c.1.§.verum, de statu regular.lib.6.* Ideo dicit text.*in c.fin.de regul.iuris* quod indignum est, & à Romanæ ecclesiæ consuetudine alienum, vt pro spiritualibus facere quis homagium compellatur, tum quia hæc præstatio seruitutis speciem habet, Felyn. *in c.meminimus,nu.7.de accusat.* & ecclesia libera est, & mater libertatis; ergo & eius filij ministri, & hanc opinionem firmant Doct.*in d.c. veniens.* Anton.Corsett.*in d.c.grandi.num.150.in fine.* vbi respondet contrariis, Philip.Probus *in tract.de iure regal.quæst.1.nu.4.* Abb.*in c.ex diligenti. de simonia.*

10 per illum text. vbi probatur † hanc esse simoniam, qua ratione idem tenet Arnolphus Ruzeus *in tract.de iure regal.priuileg.43.num.13.* Speculat.*de feud.§.quoniam,in princip.* Aluarott.*in prælud.feud. qu.7.verſ.vtrum autem.*

11 Et licet clerici † pro beneficiis, quæ obtinent ab episcopo, teneantur iurare fidelitatem, *c.cùm clericus, de verb.signific.c.quanquam,dist.23. c.ego N.de iureiur.& c. graue, de excess.prælat.* vbi præstant iura fidelitatis, & homagij: Tamen tex.*in d.cap.graue,* debet intelligi de homagio largo modo, vt comprehendat tantùm fidelitatem, vt ibi notant omnes cum hac ratione, quia homagium continet temporale commodum illius, cui præstatur: nam efficitur eius subditus, & vasallus, & obligatur ad certa seruitia, quæ pro spiritualibus beneficiis præstari non possunt, vt notat gloss. *in d.c.*

12 *ex diligenti, de simonia.* Sed iuramento † fidelitatis iuratur sola ipsa fidelitas, & præstatur potius dignitati, quàm personæ, *c.venerabilis, de elect.* quæ fidelitas aliquando iuratur etiam ratione administrationis. Propterea infero non bene aduertisse excellentissimos illos Doctores, qui scribentes de iuribus Regalium Christianiss. Regis Francorum, circa facultatem nominandi episcopos aliosque prælatos ad multas ecclesiasticas dignitates, vt ex indultis summ.Pontif. obtinuerunt, de quibus scribo supra *in part.2.c.14.* dicentes, dictos episcopos, cæterosque prælatos teneri facere homagium ipsi Christianissimo Regi, quia fidelitas, quæ præstatur Regi, dicitur homagium, ergo debet præstari cum ea omni solemnitate, cuius consue-

13 tudo est in loco præstandi homagij. Siquidem † hæc non procedunt in Prælatis. Vnde Io.Ferrald.*in tract. de iurib.& priuileg.regni Francorum,n.25.* dicit, episcopi & Prælati aliter se habeant iurãdo, quã seculares Prin-

14 cipes, & † laici. Nam ipsi solent iurare stola ad collum posita, & manu ad pectus, non autem iurant inter manus Regis, aut dignissimi Cancellarij, aut quæstoris, & laici iungunt manus inter manus, & Arnulph.Ruzeus *in d.tract.de iure regal.n.14.* dicit idem, addens hanc fidelitatem non fieri ratione episcopatuum, qui sunt spirituales: Nec ratione temporalium in ecclesiam translatorum, sed solum ratione feudi, quod obtinent à Rege, & ita firmauit etiam Innoc. *in c.solitæ, de maior.& obedient.*

15 Secundus articulus est: Ecclesiastici † non tenentur præstare homagium Principibus laicis ratione bonorum temporalium: nam cùm ea bona sint in ecclesiã translata, & sic Deo dicata, *§.sacræ.Instit.de rer.diuis.& ibi* Aret.*latißimè,* non possunt vlterius in vsus humanos referri, *c.nouerint,10.qu.1.c.semel Deo dicatum, de reg.iur.li.6.* & hanc opinionem firmant Inn.*in c.solitæ, de maior.& obed.* Abb.*in c.veniens,n.4.de accusat.* Ant. Corsett. *in d.c.grandi,n.150.in princ.* Arnulph.Ruz. *in d.priuileg.43.nu.13.* pro istis igitur bonis nullum præstatur iuramentum, neque homagij, vt dictum, neque iuramentum assecurationis illi Principi, sub cuius iurisdictione habitant, de quo *in c.1.§.1.quali.vasal. iur. deb.fidel.* & per Paris.de Put. *in tract.de reinteg.feud.c. 246.quod incip.Nunc videndũ est,n.4.* Neq; iuramentũ

† quod præstatur ratione originis, puta quando aliquis 16 succedit ad bona, neque iuramentum quod præstatur ratione familiaritatis, domesticitatis, habitationis, vel longæ habitationis, in sua terra, istæ enim iuramentorum species omnes sapiunt naturam seruitutis, vt dixi, à qua libera sunt bona Deo consecrata.

Tertius articulus est; Ecclesiastici † tenentur præsta- 17 re iuramentum fidelitatis ratione feudi, quod tenent à Principibus secularibus, ad hoc est tex. *in c.vnic.§.verum, de statu regul.li.6.* vbi Abbatissa pro feudo, quod tenet monasterium à Principe seculari, præstat iuramentum cum aliis iuribus superadductis, & hanc firmant Inno.*in d.c.solitæ.* Abb.*in d.c.veniens,nu.4.* Iaſ.*in prælud.feud.n.5.* Curt.iun.*in tract.feud.part.2.q.4.* Aluarot.*in c.1.col.pen.verſ.si verò clerici, qualit.vasall.iur. deb.fidelit.& in c.1.§.qui clericus,col.fi. verſ vtrum autẽ, si de feud.fuer.controuer.* & omnia alia † obseruare de- 18 bent, ad quæ alij vasalli obstricti sunt, Bald.*in l.fi.in fi. C.sine censu, vel reliq.* Afflict. *in c.1.§.item si clericus, de capit.Corr.* Iaſ.*in l.placet,nu.21.C.de sacros.eccleſ.* Curt. *part.1.in 2.quæst.principali.*

Et ratio est, quia dum conceditur in feudum, opus est † vt concurrant omnia requisita, Afflict.*decis.80.* 19 *n.8.* substantia feudi est fidelitatis, Andr.*in c.1.ex quib. cauſ.feud.amit.& in c.1.§.similiter, de capit.qui cur.vendidit.* Affli.*decis.320.n.4.* Ideo iuramentum fidelitatis arguit † rem esse feudalem, Curt.iun.*de feud.part.1.q.* 20 *6.princ.* Abb.*in conf.82.n.6.part.1.* Ruyn.*consi.42.nu.1. vol.1.* Iaſ.*in prælud.feud.nu.28.* cum aliis per Menoch. *lib.3.præsumpt.91.num.46.* Et licet iuramentum † fide- 21 litatis possit remitti per pactũ, *c.1.§.nulla, per quos fiat inuestit.c.1.in fi.qualit.domin.propriet.priu.c.1.§.1.& ibi* Aluarot.Præposi.& Affli. *quæ fuit prima cauſ.benefic.amitt.c.1.in princ. de capit. Corrad.* ergo potest præscriptione † acquiri, quia præscriptio æquiparatur inue- 22 stituræ, *c.1.quib.mod.feud.consti.potest, c.1.in princip.de consuet.recti feud.cap.1. §.si quis per triginta annos, si de feud.defuncti contentio sit.* Et quod præscribi † possint 23 prohibita alienari spatio 30.vel 40.ann. Castr.*in l.fin. §.pen.C.comm.de legat.* Alex.*in consil.59. num.11.col.3.* Corn. *in conf.404.vol.1.* Curt.iun.*in auth.res quæ,n.7. C.comm.de leg.* Iaſ.*in conf.57.vol.1.& in §.diui,n.156.* Et in specie quod feudalia † præscribi possint, est casus *in* 24 *d.§.si quis per triginta annos.* Iaſ.*in l.imperium,nu.22.ff. de iurisd.om.iudic.* & latè per Schrader.*de feud.part.5.c. 4.per totum.* Tamen nunquam præscribitur ipsa fidelitas, & † ipsi feudatarij omni tempore sunt obligati 25 ad omnia quæ in iuramento fidelitatis continentur, Alexand.*in consil.30.num.19.vol.1.* Aluarott.*in c.1.§.1. num.6.& ibi* Præposit.*nu.1.quæ fuit prima cauſ.benefic. amitt.* Zaſ.*in tractat.de feud.parte vltima,nu.34.* Curt. *in tractat.de feud. parte 1.in 7. quæstio.* Iason *in prælud. feud.num.114.* Vnde retorqueri potest argumentum, domi-

26 dominus cum vasallo ✝ conueniri non potest, nec vasallus sit ipsi obligatus ad fidelitatem, Aluarot. *in prælud eud. in 2. diuis. & ibi* Præpos. *n.34.* Curt. *in tract. de*
27 *feu. 1. part. q. 7. n. 3.* Ergo ipsa fidelitas ✝ præscriptione aquiri non potest; & sic semper clerici, vt obseruent sostantialia contractus, tenentur iurare fidelitatem, vel eam obseruare directo domino feudi.

CASVS XLIV.

Statutum, puniens concubinas clericorum, non valere, & illarum animaduersionem esse solius iuris canonici.

SVMMARIA.

1 *Christus Dominus noster cum Publicanis conuersatus est.*
2 *Delicta latentia non habent vindictam publicam, & publica dant scandalum.*
3 *Statutum de puniendis concubinis clericorum intelligitur de publicis.*
4 *Imperator Constantinus quando videbat ecclesiasticos peccantes, sua chlamyde cooperiebat.*
5 *Concubinæ clericorum etiam respectu concubinatus sunt de foro ecclesiastico.*
6 *Concubinatus prohibitio ab ecclesia habuit originem.*
7 *Concubina clerici, ratione adiuncti efficitur de foro ecclesiæ.*
8 *Delinquens simul cum clerico est remittendus ad ecclesiasticum.*
9 *Concubinæ clericorum dicuntur de familia ipsorum, & de eorum foro.*
10 *Concubinatus clericorum cognitio pertinet ad solos iudices ecclesiasticos ex declaratione Papæ.*
11 *Statutum de puniendis concubinis clericorum, nullo modo valet.*
12 *Publicum dicitur aliquando etiam per solam suspicionem.*
13 *Statutum contra ecclesiæ iurisdictionem non valet.*
14 *Statutum publicans crimina clericorum non valet.*
15 *Iudices seculares nullo modo animaduertunt in concubinas clericorum, nisi in subsidium implorati ab ecclesiastico.*
16 *Nec possunt punire concubinas clericorum ob negligentiam iudicis ecclesiastici.*
17 *Prælati possunt habere ministros executionis.*

1 OPortet in hoc mundo cum fornicatoribus, & peccatoribus viuere, sicut Christus ✝ Dominus noster cum Publicanis, & peccatoribus conuersatus est, & sciens Iudam furem, tolerauit. nec perdidit, vt not. *in c. multi, & c. si peccauerit, & c. Deus omnipotens, 2.*
2 *q. 1.* quia latentia ✝ delicta non habent vindictam publicam, *c. Christiana religio, 22. q. 7.* sed quando sunt publica, præsertim in clericis concubinariis, magnum afferunt scandalum, propterea, quia reipublic. Christianæ interest huiusmodi mala exempla arceri vehementius; etiam per seculares solent fieri statuta de punien-
3 dis ✝ concubinis clericorum, quæ intelliguntur de publicis, non autem de occultis; quia peccata occulta in hoc seculo non habent punitionem *d. c. Christiana*, & ecclesia non iudicat de occultis, sed talia iudicio diuino relinquuntur, *c. erubescant impij 32. distin. in vers. de manifestis quidem loquimur, quia secretorum Deus cognitor est & iudex*, & habetur *in cap. in scripturis, distin. 96.*
4 quod Constantinus ✝ Imperator, quando videbat sacerdotes peccantes, illos sua chlamyde cooperiebat, ne ab aliis viderentur. Propterea dubito de validitate istorum statutorum, pro cuius resolutione explico tres articulos.

Primus articulus est, concubinas ✝ clericorum esse 5
de foro ecclesiastico, & nullo modo illarum animaduersionem respectu dicti cōcubinatus pertinere ad iudices laicos. Nam cùm criminis concubinatus prohibitio ✝ ab ecclesia habuerit originem, *c. nemo sibi blan-* 6
diatur, 32. q. 4. & de iure ciuili permittebatur, *l. in concubinatu, ff. de concubin.* Ideo ponitur crimen merè ecclesiasticum, Abb. *in c. cùm sit generale, de foro compet.* qui refert Goffredum Doctorem antiquum hoc tenuisse, omnes Canonistæ *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* quos refert Bermōd. *in tract. de concubin. in ver. penitus arcere, nu. 2.* & ideo per iudicem ecclesiasticum punitio fieri debet, Io. Andr. *in reg. sine culpa, li. 6.*

Quod tanto magis procedit in casu nostro, concubinatu ✝ patrato per clericum, quia ratione adiuncti ef- 7
ficitur de foro ecclesiæ, & ad ecclesiasticum iudicem est remittenda, vt docuit Anton. de Prato veter. *in l. 1. ff. quæ sent. sine appell. rescind.* Soc. *in cap. 2. col. 15. vers. secundo fallit, de mutui petit. & cons. 12. col. 6. vol. 1.* Marsi. *sing. 18.* Ferrar. *cant. 10.* Vbertinus de Carrigio *in l. posthumo, nu. 36. C. de bonorum possess. contra tab.* Socin. *in l. cùm Senatus, in fi. ff. de reb. dub.* qui testatur ita vidisse in practica obtentum in quolibet delinquente ✝ cum cle- 8
rico, vt ad iudicem ecclesiasticū remittēdus sit, Steph. Aufrer. *in clem. 1. de foro comp. in Addit. reg. 2. fall. 15.* Socin. iun. *in cons. 34. col. 1. vol 1.* Paris. *in cons. 154. col. 1. vol. 4.* Bart. *in l. præcipimus, in fi. C. de appell.* Alciat. *in l. 2. in prin. ff. de verb. oblig.* Andr. Sic. *in c. quanto, in prin. de iudic.* Rimin. sen. *in cons. 399. in fi.* Bossius *in tit. de foro cōpet. nu. 147.* Foller. *in practica crimin. in parte 1. 2. partis, ver. audiant accusatores, n. 79.* Io. de Arnono *Soliloquio 57.* & isti tres testantur sic fuisse iudicatum, Menoc. *de arbitrar. iud. casu 371. nu. 12.* Sapia *in l. imperium, ff. de iurisdict. omn. iud. & ibi* Rim. iun. *n. 83.* Et licet aliquando fuerit decisum in foro laicorum, vt clericus remittatur ad iudicem ecclesiasticum, & laicus socius delicti retineatur, vt infra dicam in particulari casu, tamē hæc diuisio non potest procedere in illis personis, quæ per coniunctionem effectæ sunt de foro ecclesiastico ex propria natura, sicut sunt concubinæ ✝ clericorū, quia 9
dicuntur de eorum familia, & idem priuilegium habet familia, quod dominus, *cap. ad deliberandum, de Iudæis.* gl. *in c. clericum nullus, 11. q. 1.* & dicitur per naturam de foro ecclesiæ, quia non iure ciuili, sed iure canonico dicitur ancilla ecclesiæ, vt etiam per Bermond. *in d. ver. penitus arcere, n. 1.*

Et hoc in specie declarauit Leo Papa X. *in sua Bulla concordatorum Franciæ, in tit. de publicis concubin.* quod cognitio ✝ istius criminis clericorum & eorum concu- 10
binarum pertineat ad solos ecclesiæ Prælatos. Nec obstat opinio Rebuffi *in d. titul. de public. concubin. §. eos, vers. contrarium teneo.* vbi quod si dicta cōcordata fuerunt facta inter Papam & Regē, ergo lex est cōmunis vtriusque, & ita Rex Franciæ etiam Legislator, & eius officiales possunt cognoscere de concubinis clericorum. Quia hæc opinio etsi iure reprobata sit, vt dictū, tamen quantum pertinet ad cōcordata, Pontifex Leo prohibuit secularib. ne se intromittant circa huiusmodi animaduersionem, per hæc verba: *Præterea omnibus secularibus viris, etiam si regali præfulgeant dignitate, ne vllum qualecunque inferant impedimentū, quocunq; quæsito colore, Prælatis, qui ratione officij sui, aduersus subdi-*

eos suos pro huiusmodi concubinatu, & aliis causis, sibi à iure permissis procedunt, &c. Nulla igitur volūtas Christianissimi Regis præsumi potest in ferendo legem super concordatorum obseruantia, in animaduertendis clericorum concubinis; quod tum iure canonico, tum specialiter per ipsum Beatissimum Pontificem inhibitum fuerat.

11 Secundus articulus est; Statutum † de puniendis concubinis clericorum, nullo modo valere. Nam licet intelligatur de publicis, vt dixi, tamen Leo Pontifex *in d. Bulla concordatorum, in d. tit. de publicis concubin.* de-
12 clarauit, non solum dici publicos, si † per sententiam aut confessionem in iure factam, seu per rei euidentiā, quæ nulla possit tergiuersatione celari, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamatam tenent, quo casu posset procedi. Sed quod non valeat, quia est contra libertatem ecclesiæ, probatur ex duabus rationibus. Prima, quia cùm hæc cognitio pertineat ad ecclesiam, vt firmatum est in præcedenti arti-
13 culo, hoc statutum † esset de directo contra ecclesiæ iurisdictionem, & ita libertatem illius infringeret, ita in terminis huius statuti probat Felyn. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, n. 102. de constit.* Secunda ratio est valde notabilis Petri de Ancharan. *in cons. 196. incip. Magnifice & illustris domine, n. 4.* Quia per hoc statutum detege-
14 rentur † crimina clericorum, & infamarentur saltem de facto, & in mentibus fidelium scandalum generaretur, *c. presbyter, 2. qu. 5. & c. si mala fama, ibid.* Ias. *in l. cùm quædam puella, col. fi. ff. de iurisdict. omn. iudi.* Felyn. *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 102. vers. putarem tamen.* Rebuff. *in d. tit. de publicis concubin. §. ipsas, vers. & hoc intelligi debet.* Io. de Anan. *in rubr. de adulter. col. fin.* & alios ad hoc congerit Bertach. *in tract. de gabell. in 7. parte principali, num. 15.* Ex quibus Felyn. ibi concludit, quod consuetudo, vel statutum emanans ad opprobrium cleri, non tenet.

15 Tertius articulus est, Iudices † seculares nullo modo posse animaduertere in concubinas clericorum, nisi in subsidium, implorati pro brachio ab ecclesiasticis. Quod disponitur *in d. Bulla, in vers. Ipsas autem concubinas, aut suspectas Prælati omnibus modis curent à suis subditis per auxilium, & brachij secularis inuocationem, si opus fuerit, penitus arcere, &c.* & ideo ipsi laici sunt meri executores, *c. pastoralis, §. quia verò, vers. nihilominus exequi tenentur eandem, de offi. deleg.* Canonistæ *in c. 2. de maledicis.* Dd. *in l. si quis latrones, C. de his qui latro. occultau.* & not. *in l. executorē, C. de execut. rei iudic.* Neq; possunt huius clausulæ vigore animaduertere in ipsos ante prædictam implorationem, vt credebat Rebuff.
16 *in d. §. ipsas, in fi.* videlicet † in casu negligentiæ iudicis ecclesiastici, quia hoc non est iure dispositum, & regula incurrendæ excommunicationis est in contrariū, ideo nisi detur ius canonicū expressum pro hoc, semper censetur excommunicatus: tanto magis, quia ipsū brachium seculare imploratur in subsidium; si Prælatus per suos ministros non poterit executionem facere, vt scribit Bermond. *de publicis concubin. in ver. si opus*
17 *fuerit.* & quod Prælati suos † possint habere ministros exequendi etiam contra laicos latè scripsi supra *part. 2. c. 35.* quomodo autem brachium imploratum imperciendum sit, latius dixi supra *part. 1. c. fi.*

CASVS XLV.

Statutum imponens pœnam cōsanguineis clericorum, intuitu eorum, non valere.

SVMMARIA.

1 *Statutum grauans consanguineos clericorum propter ipsos est contra libertatem ecclesiæ.*
2 *Metus illatus consanguineis clericorum, censetur illatus clericis.*
3 *Statutum imponens pœnam coniunctis clericorum declinantium iurisdictionem, non valet.*
4 *Statuentes non possunt per indirectum grauare ecclesiasticos.*
5 *Donatio, vel legatum factum filio Titij, censetur factum Titio.*
6 *Statuta quibus modis censeantur inferre grauamen ecclesiasticis.*
7 *Donatum infanti à compatre leuante ipsum de sacro fonte, censetur datum contemplatione patris.*
8 *Renunciatio ob liberationem fratris à carceribus, dicitur esse meticulosa.*
9 *Iniuria facta domestico meo, censetur facta mihi.*

Statutum † grauans cōsanguineos clericorum, propter ipsos clericos est contra libertatem ecclesiæ, 1
quia clerici efficiuntur timidiores, ad hoc est tex. *in c. sciant cuncti, de elect. lib. 6. in vers. vel consanguineos eorum.* vbi metus † illatus consanguineis clerici, censetur 2
illatus ipsi clerico, quoad reddendū eum timidiorem, & hanc opinionem firmat Bald. *in l. 1. C. de indict. vid. vol. nu. 3.* vbi quod statutum † imponens pœnam con- 3
iunctis clericorum declinantium iurisdictionem iudicis laici, non valet, neque etiam quoad pœnam ipsorum coniunctorum, Bart. *in l. 1. in fin. ff. de his quæ pœnæ nomin.* Bald. & Angel. *in l. 1. ff. in ius voc. vt eant.* & ibi Alex. & Io. de Immol. *in l. heres meus, §. si. ff. de cond. & demonstr.* Federic. de Sen. *in consi. 111. quæstio talis est, an diœcesanus, col. pen.* vbi loquitur de colonis & fictuariis ecclesiæ, Anchar. *in repet. c. 1. de constit. lib. 6.* Abb. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, in 2. lect. nu. 29.* & Fely. *ibid. n. 99.* & Dec. *n. 180.* Barb. *in cons. 29. vol. 4.* Syluest. Aldobrād. *in addit. ad Dec. in d. nu. 80.* qui dicit se ita consuluisse, & allegat *consilium 48. li. 4. Antonij Vespucij,* Bertach. *in tract. de Gabellis, parte 7. nu. 15.* Baldus Perusinus *in tract. de statutis, in ver. ecclesia, nu. 1. & 2.* Lapus *allegatione 30.*

Nam cùm non possint † derogare directo libertati 4
ecclesiæ, dicūtur illam offendere per indirectum, grauando eorum consanguineos, quando ipsi ecclesiastici sunt causa finalis ipsius grauaminis per statutū inducti, de quo *in auth. cassa, & in auth. statuimus.* & per Bal. *in l. cunctos populos.* Sic in simili dicimus, quod † dona- 5
tio, vel legatum factum filio Titij, censeatur factum contemplatione Titij patris, ita vt illi acquiratur ex regul. *l. profectitia, §. 1. ff. de iur. dot. & l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup. & l. traditio, §. 1. ff. de acq. hered. cum simil.* & quot modis id cōtingere possit ex diuersis modis nominandi patrē, vide per Menoch. *in li. 3. præsum. 28.* quia eisdem modis possumus præsumere, quando statuta † huiusmodi dicātur inferre grauamen 6
huic generi hominum contemplatione ecclesiasticorum. Addo alterum modum præsumendi, quando nulla est alia causa statuendi præter clericos, quia tunc ea causa censetur expressa, Ias. *in auth. quas actiones, nu. 22. & seq.* Grauet. *de antiquit. parte 4. nu. 48. & sequ. & nu. 83.* Gambara *in tractat. de extensionib. nu. 118. & seq.* Propterea diebus præteritis consului in casu nouo, quod donatum † infanti à compatre ipsum leuante de 7
sacro fonte, censetur donatum cōtemplatione patris, ex di-

exactis per Surd. *in decis. 322. n. 52. in fin. & nu. 53.* quia
ssas pater fuit causa finalis dictæ donationis, qui il-
jm vocauit in compatrem, & hodie fiunt donatiua
eciproca inter ipsos compatres, vt habetur inter mea
consilia.

Rota *decis. 7. de renuntiationib. in nouis.* dicit, quod re-
5 nunciatio † facta in manibus ordinarij propter libe-
rationem fratris renunciantis de carceribus, dicitur fa-
cta per metum, & non valet, quia metus consangui-
neorum est iustus metus. Sic etiam si facta est propter
timorem amissionis patrimonij, venit rescindenda;
Cardinal. *in clem. 1. in princip. not. 13. de excess. Prælato-*
10 *rum*; dicit, quod iniuria † facta domestico meo, con-
templatione mea, dicitur facta mihi, qua ratione iniu-
ria facta clericorum consanguineis propter ipsos cle-
ricos, dicitur facta eisdem clericis, & est excommuni-
catus, ac si propriè in clericos intulisset iniuriam, vt
dicit Felyn. *in d. c. ecclesia S. M. n. 99. vers. sed ad istud de*
vulnerante.

CASVS XLVI.

Constitutiones, & statuta laicorum circa
possessiones beneficiorum ecclesiastico-
rum acquirendas, etiam sub prætextu
quietis publicæ, ad euadendum scanda-
lum facta, esse nulla & inualida, præter-
quam de beneficiis, quorum collatio,
ex indultu summi Pontificis pertinet
ad Reges.

SVMMARIA.

1 *Dispositio nulla laicorum valet super possessionibus beneficiorum ecclesiasticorum.*
2 *Principes laici non possunt se intromittere circa beneficia ecclesiastica.*
3 *Iurisdictio ecclesiæ non est vsurpanda.*
4 *Princeps non potest facere edictum, ne quis accedat Romam ad impetrandum beneficium.*
5 *Statutum pro bono publico, & quiete ciuitatis non potest fieri super rebus ecclesiasticis.*
6 C. filiis, vel nepotibus, 16. q. 7. *quomodo procedat.*
7 *Principes possunt disponere super possessorio beneficiorum, de quibus possunt disponere ex indultu Papæ.*
8 *Vicereges an possint disponere de possessorio beneficiorum, de quibus poterant Reges.*
9 *Causæ spirituales non possunt aliis committi, vel delegari.*
10 C. cùm inter vniuersas, de electione, *declaratio.*
11 *Papa potest confirmare actum, cuius confirmatio spectabat ad Regem.*
12 *Rex si confert beneficia ex priuilegio Papæ, nihil spiritualitatis confert ex se.*
13 *Rex quando confert beneficia dicitur subrogatus loco episcopi.*
14 *Principes ex indultu Pontificis possunt disponere super possessorio beneficiorum respectu exterorum.*
15 *Aduenæ in quibus locis non possunt obtinere beneficia.*
16 *Principes seculares nullo modo possunt auocare ad se possessionem beneficiorum vacantium.*
17 *Oeconomi deputatio est ius spirituale.*
18 *Oeconomus quomodo differat à vicedomino.*
19 *Oeconomus debet esse de gremio Ecclesiæ.*
20 *Beneficiorum fructus sunt temporales.*
21 *Fructuum collector dicitur Oeconomus.*
22 *Principes satagunt possessionem beneficiorum in diminutionem iurisdictionis ecclesiasticæ.*
23 *Principes se intromittunt super possessorio beneficialium ex priuilegio Papæ.*

SOlent plurimæ nasci discordiæ circa possessiones
acquirendas, vt not. *in l. æquissimum, ff. de vsufruct.*
etiam circa beneficia ecclesiasticorum. Propterea su-
periores laici, ex regula d. legis ciuilis sub prætextu e-
uitandi scandali, & quietis publicæ ipsius ciuitatis, sa-
tagunt variis modis de beneficiorum possessionibus
disponere, quos reducendo ad tria capita generalia,
decisiuè describo per duos articulos:

Primus articulus est: Nullam dispositionem † laico- 1
rum, etiam Principum, esse validam disponentem cle-
ricos beneficiis institutos, non posse eorum accipere
possessionem absque licentia laicorum. Nam cùm be-
neficia ecclesiastica sint spiritualia, *c. fi. de rescript. li. 6.*
cum aliis per Io. de Selua *in tract. de beneficiis, part. 1. q.*
1. & q. 7. num. 38. & plur. seq. & per Alphons. Hoieda *in*
tract. de beneficiorum incompatibilitate in præfat. n. 2. So-
la ecclesia † administrat, *c. si Imperator, dist. 96. cap. fi. de* 2
reb. eccles. non alien. Neque possunt Principes, aut iudi-
ces laici se intromittere, *c. tuam, de ordine cognit. c. la-*
tor, qui fil. sint legit. Abb. *in c. literas, de iuram. calumn.*
col. 3. vers. merè spiritualis: & ius statuendi de rebus, &
iuribus spiritualib. ad solam ecclesiam pertinet, *c. de-*
nique. & c. cùm ad verum, dist. 96. & contrarium facien-
tes excommunicatur, *c. generali, & c. quia sæpe, de elect.*
vnde Papa *in clem. pastoralis, circa fi. de re iudic.* dicit nõ
esse vsurpandam iurisdictionem † ad alterũ pertinen- 3
tem, & *c. venerabilis, in princ.* falcẽ in alienam messem
imponit, qui alterius officium vsurpat, & ideo huius-
modi statuta laicorum dicuntur potius destitutio, quã
constitutio, vt *in d. c. fin. de reb. eccles. non alien.*

Hanc opinionem firmat Abb. *in cons. 83. præsens du-*
bium, part. 1. ex tribus rationibus, quibus repetitis per
Felyn. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, n. 96. de const.* sequitur
eandem opinionem, atque Dec. *ibid. n. 185.* Similis ca-
sus est, de quo per Boss. *in tit. de Principe, nu. 218.* Vbi,
quod Princeps † non potest facere edicta, ne quis ac- 4
cedat Romam ad impetrandum beneficia, vel capiat
possessionem illorũ sine beneplacito principis, & ne
quis citet alium ad Romanam curiam, qui propterea
damnat talia edicta facta per Ducem Mediolani, & con-
dentes, quam à non habente potestatem, & tam
quàm seruantes incidunt in pœnam *c. nouerint, & cap.*
graue. de sent. excomm. Abb. *in d. cons. 83. versi. quinimo*
statuentes.

Ex quibus infertur errare Angel. *in cons. 23. incip. Nul-*
la persona de ciuitate. & Socin. *in cons. 20.* inter consilia
Curt. sen. relatus per Thesaur. *in decis. 131. n. 6.* atq; Syl-
uest. Aldobrandin. *in addit. ad Dec. in d. c. ecclesia sanctæ*
Mariæ, n. 185. in additione, incip. Vide quæ scripsi in cõmen-
to d. statuti Florentini. vbi tenui quod valet d. statutũ.
Moti, quia huiusmodi statutum † pro bono, & quiete 5
publica ciuitatis potuit per statuentes fieri: hæc enim
opinio latius est reprobata à nobis supra *in cas. 1.* Vbi
quod non valet ex causa boni publici, etiam si nullam
de clericis faceret mentionem, à fortiori ergo non va-
let hoc, de quo loquimur, expressam de clericis, & eo-
rum beneficiis nominationem faciens. Neque huic
statuto posset opitulari regula *c. filiis,* † *vel nepotib. 16.* 6
q. 7. vbi habetur recursus ad Regem; quia vt latius dixi
in 2. part. ille est casus particularis propter distantiam
loci à Romana curia, & videtur tolerari, seruatis prius

ſeruandis, videlicet prius comparitione facta coram
epiſcopo, & eo negligente coram Archiepiſcopo, &
tandem quia eccleſia iuriſpatronatus minabatur rui-
nam, nec poterat expectari tempus propter diſtantiam
ab vrbe, in ſubſidium aditur Rex. Nam de regula eſt,
vt propter negligentiam iudicis eccleſiaſtici, ipſi laici
non ſe intromittant, de quo *in c. qualiter & quando, in
fi. de iudic.* Nõ enim debent apponere manum in meſ-
ſem alienam, aliter ſunt excommunicati. Nec obſtat ſi
diceretur, quod valet ſtatutum, quia de poſſeſſorio be-
neficiorum, etiam laici cognoſcere poſſunt, quia hæc
opinio procedit tantùm, vbi clericus ageret contra
laicum, ſecus eſt, quando tractatur de acquirendo poſ-
ſeſſionem contra alterum clericum, vt latè ſcripſi ſu-
pra *caſu* 38.

Primo declaratur hic articulus, vt non procedat ſu-
7 per poſſeſſione † illorum beneficiorum, quorum col-
latio & inſtitutio ex indultu ſumm. Pontif. pertinet ad
Reges, vt de Rege Apuliæ eſt gloſſ. *in ver. eccleſias, in
ſumma, 16. q. 7.* & de aliis Regibus habentibus hanc fa-
cultatem ſcripſi ſupra *in part. 2. c. 14.* Nam ſi ſunt habi-
litati ad conferendum, & inſtituendum clericos de
certis particularibus beneficiis, cenſentur etiam ha-
bilitati ad diſponendum circa poſſeſſionem ipſo-
rum.

Hanc declarationem aliqui intelligunt procedere
non ſolùm in Regibus habentibus hanc facultatem,
8 ſed etiam in eorum Viceregib. † Igneus *in repet. l. 5. §.
non alias, n. 331. ff. ad Syllanian.* de quo ego valde dubi-
to, quia poteſtas conferendi regulariter eſt laicis in-
terdicta, *cap. dilectus, de præbend. c. fi. de conceſſ. præben. &
not. q. 7. in fi. ſummæ, cum aliis per* Pariſ. *in conſ. 40. n. 22.*
9 *& 29. volum.* 4. Neque poſſunt cauſæ † ſpirituales aliis
committi, vel delegari, vt de legato de latere Papę di-
cit Petr. Andr. Gambarus *in tract. de auctoritate legati
de latere li. 8. num. 72.* & ibi notat in hoc eſſe maiorem
poteſtatem epiſcopi, quàm legati de latere, cuius per-
ſona cùm ſit electa circa ipſa ſpiritualia, non poteſt a-
liis committere, tanto minus Rex poteſt committere
10 laicis. Nec obſtat † *c. cùm inter vniuerſas, in fin. de elect.*
quo mouetur Igneus, vbi Papa vice regia approbat il-
lam electionem. Quia illa confirmatio imprimis per-
tinebat ad Regem, non tamen erat penitus abdicata à
perſona Papæ, quia & ipſe denuò debebat confirma-
re. Vnde notat ibi gloſſ. & communiter omnes Ca-
11 noniſtæ, quod Papa † confirmans pro Rege, debet ite-
rum confirmare vt Papa, ergo canonicè potuit fieri il-
la confirmatio vice regia, quia Pontifex erat capax il-
lius iuriſdictionis, vt in altero ſimili iuriſdictionis di-
cit Bald. *in proœm. ff. nu. 51.* Neque eſt verum, quod ius
conferendi non ſit merè ſpirituale, ſed ratione vnio-
nis, & ideo facilè tranſit in laicum, vt inuitentur ad
conſtructionem & fundationem eccleſiarum, Archi-
diac. *in c. piæ mentis, 17. q. 6.* Abb. *in c. 1. de præbend.* Quia
hoc procedit in præſentatione patronatuum; ſed in
collatione beneficiorum præſertim curatorum ſecus
eſt, quorum collatio ſpiritualis eſt, ideo pertinet ad ſo-
lum Papam, & epiſcopum priuatiuè, & ad legatum de
latere, *c. 1. de offic. legat. li. 6.* non autem ad laicum pro-
pter commiſſionem exercitij curæ animarum, quam
laicus, prout nec alius Prælatus à prædictis tribus cõ-
mittit. Nam hierarchia huiuſmodi curæ ſolum in Pa-
pa & Epiſcopo, ac ſubſidiariè in Curato exiſtit, vt di-
cunt Anchar. Ant. de But. & Immol. *in c. cùm non igno-
res, de præbend.* qui ſubdunt, non eſſe abſurdum pluri-
bus in ſolidum curam populi competere, ſicut pluri-
bus tutoribus, *l. 1. ff. de adminiſt. tut.* Et dicit Io. de
gnan. *in c. dilectis, in 3. in fin. de præbend.* quod ſi Rex 12
confert beneficia ex priuilegio Papæ, nihil ſpiritual
tatis dat ex ſe, ſed à Papa & per ipſum Regem tranſi
ſpiritualitas ſicut aqua per canale lapideum, vt not. *in
c. ſi iuſtus fuerit, 1. q. 1. in verſ. in canali lapideo nihil gene-
ratur.* Et quando † Rex confert, dicitur ſubrogatus lo- 13
co epiſcopi, vt ait Probus *in tract. de iure regaliæ, q. 12.
nu. 5.* Sed laicus non poteſt eſſe vicarius Prælati eccle-
ſiaſtici in ſpiritualibus, & ſpiritualibus annexis, vt pro-
bant Io. Andr. Gemi. & Fran. *in c. vnic. de cleric. coniug.
lib. 6.* Abb. *in c. ſanè, in 1. not. de offic. vicar.* Collectar. *in
c. decernimus, de iudic. & ibi* Abb. *nu. 12.* Rebuff. *in pract.
benefi. tit. de form. vicar. epiſcop. n. 35. & ſeq.* ergo nec po-
teſt eſſe Vicarius Regis laici ad conferendum benefi-
cia eccleſiaſtica.

Secundo declaratur vt non procedat † in poſſeſſione 14
illorum beneficiorum, quæ ſita ſunt in regnis, & ciui-
tatibus, quarum Regibus ſummi Pontifices conceſſe-
runt gratiam, vt nullus exterus poſſet obtinere bene-
ficia ſine licentia ipſorum, & huiuſmodi priuilegio
obtinuit Rex Catholicus Hiſpaniarum, vt nullus ex-
terus † in Regnis Hiſpaniarum abſque ipſius conſen- 15
ſu poſſit obtinere beneficium, præſertim dignitates
electiuas Pontificales, & Cathedrales, annullando gra-
tias, & expectatiuas in contrariam obtentas, vt teſta-
tur glo. *in regula Cancell.* 19. & refert Benedict. *in cap.
Raynutius, in ver. & vxorem, n. 482. de teſtament.* & pro-
pterea condita eſt *lex Regia, li. 1. partitarum, tit. 3. li. 16.*
Idem priuilegium conceſſum fuit Chriſtianiſſimo Re-
gi Franciæ, vt ait Benedict. *ibid.* & Rebuff. *de liter. na-
turalib. glo. 2. n. 2. & in pract. beneficial. in tit. de reſcript.
mixtis, gloſſ. 1. & in tract. de pacific. poſſeſſor. numer. 219.*
Boer. *deciſ. 31. n. 18.* Propterea idem fuit diſpoſitum de
ſtylo Parlamenti, vt cautum eſt *ſub rubric. de præbend.
ordinat.* 3. Quo caſu ipſi Reges volunt eſſe certi quis
poſſideat beneficia, ne exteri ſecreta regni in maximã
eius perniciem reuelent, & ſuper hac declaratione la-
tè ſcribit Diaz *in pract. canonica, c. 54.*

Secundus articulus eſt, Principes † ſeculares nullo 16
modo poſſe auocare ad ſe poſſeſſionem beneficiorum
vacantium, conſtituendo Oeconomum, donec de be-
neficio fuerit per Pontificem prouiſum. Nam vt con-
cluſum eſt ſupra *in 1. artic. in princip.* laici nullo modo
poſſunt ſe intromittere circa ſpiritualia, ſed deputa-
tio † Oeconomi eſt ius ſpirituale, vt probat Ioan. de 17
Selua *in tract. de benefic. part. 1. q. 7. n. 44.* quia habet i-
pſe aliquid iuriſdictionis ſpiritualis, & ideo debet cõ-
ſtitui auctoritate epiſcopi, vel Prælati, *c. cum ſimili. 9.
q. 3. l. omnes, § nihilominus, C. de epiſcop. & cleric. Impera-
torem, in fin. de iuram. calumn. c. quia in quibuſdam, diſt.
89. c. cum nobis, de offic. ordinar.* Aliquando autem appel-
latur Vicedominus, † *c. volumus, diſt. 89.* tamen Oeco- 18
nomus propriè eſt in rebus canonicorum, & eccleſiæ,
Vicedominus autem in epiſcopalibus, de quo per
Spec. *in tit. de his qui alieno nomin. §. 1. ver. Oeconomus,*
& debet eſſe clericus, *l. decernimus, C. de epiſc. aud. c. no-
ua. 27. q. 7. arg. c. edoleri, de reſcript. & c. vnic. de ſyndic.* I-
tem debet † eſſe de gremio illius eccleſiæ, à qua eſt 19
Oeconomus conſtitutus, aliàs nõ valet, *c. quia, diſt. 89.
c. quoniam. 16. qu. fin.* Ergo non poſſunt Principes laici
circa conſtitutionem Oeconomi aliquo modo ſe in-
tromittere.

Neque obſtant conſiderationes Theſauri *in dict.
deciſ. 131. num. 5. ad fin.* qui contrarium determinauit, ex
eo quia fructus † beneficiorum ſunt temporales, cùm 20

vendi

vendi possint, ex not. etiam per Caccher. *decis. 31. nu. 5.* Quia aliud est vendere, & locare fructus ad modicum tempus; quod est temporale, secus si ad longum tempus; quia tunc ratione administrationis, dicitur quid spirituale, vt per Io. de Selua *de benefic. parte 1. q. 7. n. 2.*

21 Aliud est deputare † collectorem fructuum, qui Oeconomus appellatur, & hic ratione iuris spiritualis, quod habet, vt dixi, non potest à Principe laico deputari. Et quamuis ista reductio fructuum beneficij vacantis ad manus Principis esset vtilis Ecclesiæ, tamen dicitur nimis damnosa Ecclesiæ vniuersali, quia Prin-

22 cipes † hoc satagunt ad diminutionem iurium ecclesiasticorum, & potest Oeconomus à Capitulo, vel alio ecclesiastico superiore in Ecclesia vacante deputari: nec debent laici apponere falcem in messem alienam, vt dicit Pont. *in d. clem. pastoralis, in fine.* aliàs excommunicantur, *d. c. generali, & d. c. quia sæpe, de elect.* Nec est vera illa opinio, quod iudex secularis se intromittat de possessorio spiritualiũ, vt dixi supra *casu*

23 38. Non tamen nego posse † hoc facere illos Reges & Principes, quibus ex priuilegio summi Pontificis id indultum est, de quibus loquuntur Doctores allegati per Thessaur. *in d. decis. 131. nu. 9.* & dicta priuilegia firmant regulam in contrarium in cæteris.

CASVS XLVII.

Nulla consuetudine, etiam immemorabili, introduci posse, vt Principes laici cõuocari debeant ad eligendum Prælatum Ecclesiæ, neque aliquo modo posse Prælatum electum non admittere, nisi canonica existente causa.

SVMMARIA.

1 *Principes laici possunt episcopos electos sibi suspectos non admittere.*
2 *Principes laici non possunt interuenire in electionibus prælatorum.*
3 *Neque consuetudine id introduci potest.*
4 *Laici non se intromittunt super spiritualibus, vel illi annexis, nisi de licentia Papæ.*
5 *Laicus poßidens spiritualia semper præsumitur esse in mala fide.*
6 *Præscriptione nulla acquiruntur spiritualia.*
7 *Consuetudo, vt mortuo prælato denuntietur Principi laico futura electio, an sit valida.*
8 *Principis munus est ecclesias restaurare.*
9 *Princeps potest opponere contra canonicam electionem causas suspicionis.*
10 *Exceptiones in facto consistentes potest quis cogi ad opponendum.*
11 *Consuetudine potest introduci, vt Princeps requiratur ad opponendum exceptiones in facto contra electum prælatum, & n. 14.*
12 *Consuetudo requirendi Principem nõ est ad essentiam electionis.*
13 *Electio facta non requisito Principe seculari est valida, etiam stante consuetudine in contrarium.*
15 *Electio contra priuilegium est nulla.*
16 *Princeps irritat electionem solum quando timet de coniuratione, proditione patriæ, & reuelatione suorum secretorum.*
17 *Princeps ex consuetudine posset restringere electionem ad certum genus personarum.*
18 *Electio restricta per Principem ad certum genus personarum, non dicitur per impreßionem facta.*

Quia Principes † laici possunt Episcopos electos sibi suspectos non admittere, & causis suspicionis probatis electionem retractari facere, vt per Innoc. *in c. super his, col. fi. de accusat.* quod Abb. *in col. 3.* reputat dictum singulare, & *in c. 1. de elect.* & Felyn. *in d. c. super his.* Geminian. *in c. 1. in nouo, dist. 71.* extollit, & sequitur dictum Innoc. pro quo multos allegat Petrus à Biasio *in suo directorio electionum, parte 1. c. 6. numer. 2.* Ideò paulatim creuerunt multi abusus in Ecclesia Dei, vt dicit idem Petrus in principio *dicti directorij*, qui tanquam contra canones sunt penitus extirpandi, eósque reduco ad duos articulos principales. 1

Primus articulus est: Cùm principes † laici regulariter non poßint interuenire in electionibus Prælatorum ecclesiæ, *c. sacrosancta, & c. Messana. de elec.* licet poßint ex priuilegio summi Pontificis, tamen nullo modo posse consuetudine † introduci, vt interuenire debeant. Hanc opinionem firmarunt Abb. *in c. quisquis, n. 3. de elect.* post Io. Andr. *in c. 2. de præben. lib. 6. in nouell.* vnde hic potius dicitur abusus, & consuetudo corruptela, vt *in d. c. Messana, in fin. & ibi gloss. 1. in vers. vt laicus princeps, vel potestas.* Idem Abb. *in c. sacrosancta, n. 2. de elec. & in d. c. Messana, n. 4. & in c. causã, nu. 3. & plur. seq. de præscr. & in sua disputatione incip. Augerio.* Spe. *in tit. de instrum. editione. §. 7. vers. quid ergo.* Dec. *in c. decernimus. n. 198. & plur. seq. de iudiciis.* Alex. *in cons. 57. viso puncto, vol. 4.* Francisc. Marc. *in deci. Delphinal. 1024. n. 5. parte 1.* Laicus † enim nõ se intromittit de spiritualibus, vel illi annexis, nisi de licentia Papæ, *c. cùm contingat, de arbitr. d. c. causam, de præscript. & c. princeps 26. q. 3,* & habetur *in c. Adrianus. distinct. 3.* & per Gemin. *in d. c. 2. de præben. lib. 6.* nisi à casib. à iure expreßis, gl. singul. *in c. fin. 23. q. 1.* ergo firmatur regula in contrarium in cæteris. Vnde dixit Innoc. *in c. constitutis, de elect.* quod laicus † poßidens spiritualia semper præsumitur esse in mala fide, idem dicit Bald. *in l. super longi, col. 4. C. de præscr. longi temp. & in l. malè agitur, C. de præscript. 30. ann.* dicit, quod poßidens spiritualia cogitur ostendere titulum; ergo nulla temporis præscriptio, † etiam immemorabilis potest iuuare laicũ in istis spiritualibus, *d. c. causam, & ibi* Abb. *nu. 3.* dicit, non valere argumentum de priuilegio ad præscriptionem, quando persona non est habilis ad poßidendum, tunc enim per priuilegium Papæ fit habilis, gl. *in §. verum, dist. 32. & in c. bene quidem, dist. 96. & in dict. c. Adrianus.* vbi Papa conceßit Imperatori, & multis Regibus facultatem conferendi beneficia: sine priuilegio non sunt capaces, vt dixi: ergo non possunt præscriptione acquirere, ex reg. *c. sine possessione, de reg. iur. lib. 6.* & quomodo hoc argumentum non procedat data incapacitate tituli, scripsi latius supra *in parte. cap. 10.* 2 3 4 5 6

Secundus articulus est: Consuetudo, † vt mortuo prælato denuntietur Principi laico futura electio, vt habeatur eius consensus in eligendo, est valida. Hanc opinionem firmauit primus Innoc. *in c. quod sicut, n. 1. in fine, de elec. & ibi* Abb. *n. 7.* Idẽ Ab. *in c. 1. n. 9. & in c. cũ inter vniuersas, n. 4. de elec. & in c. 1. in fine, de consuetudin.* Roman. *singular. 290. incip. cap. cùm terra, de electione.* Io. Lup. *in procemio repetit. de donat. inter virũ & vxor. col. 6. vers. hinc est.* Restaur. Castald. *in trac. de Imperat. quæ. 100. n. 21.* Corset. *de potestate regia, parte 2. n. 12.* Io. de Selua *in tractat. de benefic. parte 2. quæ. 23. n. 25.* Petrus de Biasio *in d. directorio electionum. cap. 6. nu. 3. parte 1.* Card. Alex. *in dict. c. 1. de elec.* Felyn. *in c. directo, in prin-* 7

in princip. de testib. & in c. apostolicam, de regul. & in c. apostolicæ, col. 4. vers. cæterum limitabis. de except. Bertachin. *in tract. de episcop. parte 1. princip. quæst.*

Primo declaratur validitas huius consuetudinis, vt
8 Princeps, † cuius munus est ecclesias contritas restaurare, *c. boni principis, dist. 96. & ibi* Archidiac. & Geminian. admoneat Capitulum ad eligendum aliquem bonum, & fidelem sibi; vt defendat ecclesiam ab oppressionibus aliorum, & ne quid prauitatis in electione intercedat, ita dicit Franc. Marc. *in d. decis. 1024. nu. 9. parte 1.* Super alio etiam potest esse fundata dicta
9 consuetudo: nam cùm Princeps † post electionem factam, possit opponere canonicas causas electionem irritandi, vt dixi in principio huius casus, potuit per consuetudinem similis casus introduci, vt denuntietur ei electio futura, ad finem, vt proponat exceptio-
10 nes suas si quas habet: & quod habens † exceptiones in facto consistentes, possit cogi per iudicem ad eas opponendum, siue sine scriptis, vt tenet Bartol. *in l. 1. §. 1. ff. de except.* & Cyn. & Bald. *in auth. querelam, C. de non num. pec.* prout est communis opinio, de qua per Dec. *in c. quoniam contra, n. 101. de probationibus.* siue in scriptis, vt probat Lanfranc. de Orian. *in d. c. quoniam contra, num. 13.* quam opinionem contra communem ego sequor, instante parte, vt probat Barbat. *in additionib. ad Abb. in c. pastoralis, super nu. 4. de iudic. in additione incip. quod sic.* per tex. *in d. c. pastoralis, in vers. nisi indiscretè per alios.* & ita vidi iudicari Neapol. in sacro consilio, vt habens exceptiones in facto consistentes, teneatur, instante parte, illas in scriptis proponere, & facit altera *decisio Franchi 263. in fine.* Ergo si hoc est
11 verum de iure, potuit consuetudine † introduci, vt ipse Princeps requiratur ad opponendum, alias præcludatur via vlterius ipsam electionem irritandi, ita dicit Abb. *in c. cum terra. n. 2. de elect. in vers. sed requiritur consensus, vt audiantur exceptiones legitimæ, si quas habet, vt in posterum non possit opponere.* Et erit intellectus huius consuetudinis: cùm enim Princeps debeat consentire, saltem tacitè, non opponendo causas legitimas contra electionem iam factam, potest consuetudine introduci, vt ipsius consensus requiratur, ne postea electio impediatur, ita dicit Corsett. *de potestate regia, parte secunda, numero duodecimo, in fine, & numer. 13.*

12 Secundo declaratur, vt requisitio Principis, † vigore prædictæ consuetudinis non fiat ad essentiam electionis, quia sic esset contra libertatem ecclesiasticam, *c. 1. de consuetud. d. cap. cum terra, de elect.* sed tantùm de honestate, vt dicit Francis. Marc. *in d. decis. 1024. nu. 6. parte 1.* & de vrbanitate vt per Abb. *in d. c. cum terra.* I-
13 deo electio † facta non requisito Principe seculari, est valida, nec potest irritari, ratione prædicti consensus omissi, ita firmat Abb. *in d. c. cum terra. in tota col. 1. & in d. c. quod sicut. §. super eo. n. 7. in fi. de elect.* Io. de Selua, *de benefic. parte 2. q. 23. nu. 27.* Corsett. *de potestate regia, parte 2. num. 13.* post alios per eum citatos, & Franc. Marc. *in tota decis. 1024.* Et hoc mihi videtur voluisse
14 † Innoc. *in d. cap. quod sicut.* si rectè perpendantur eius verba, dum dicit in princip. quod aduersus electũ potest opponi aliquod crimen, mox in glossa sua (nominatio) dicit, quod laici possunt interesse, si hoc habent de iurisdictione sua, *c. nobis, de iurepatronat.* id est, ex priuilegio Papæ, statim subdit; Mors autem Prælati potest nuntiari Principi, & eius consensus requiri, si de consuetudine, vel priuilegio hoc habet Princeps: sed quia dixerat de consuetudine, vel priuilegio, statim declarat, de priuilegio, quia electio † contra priuile- 15
gium est nulla; electio autem contra istam consuetudinem nuntiandi nõ est nulla, quia, vt dicit ipse, iura spiritualia non cadunt in personas non spirituales, & non consecratas, & ita ex ipso Innocentio, qui est auctor huius opinionis, quam sequuti sunt, apparet electionem factam contra hanc consuetudinem nuntiandi esse validam.

Electione autem facta, duo tantùm possent opponi per Principem ad irritandum illam, videlicet quod Princeps † timet de coniuratione, seu proditio- 16
ne patriæ, seu reuelatione secretorum suorum, & hoc ratione patriæ, vnde electus est oriundus, vel propter parentes suos, qui sibi fuerunt infesti, in quo est audiendus, vt dicit Inno. *in d. super iis*, & præfati Doct. in princip. huius casus, Io. de Selu. *in d. quæst. 23. nu. 27.* Ex quo notant Doct. quod Princeps † requisitus pro 17
consensu, vigore dictæ consuetudinis, posset restringere electionem faciendam ad certum genus personarum, nec tunc diceretur impediri libertas, quæ est substãtia electionis, vt dicit Abb. *in d. c. cum terra, n. 2. propè finem.* per tex. *in c. abbate, de ver. signif. & in c. cum dilectus, de consuet. & in c. 2. de in integr. restit.* & declarat Petr. de Biasio *in d. c. 6. n. 9.* vbi etiam quod talis electio † non diceretur per impressionem facta. 18

CASVS XLVIII.

Neque iura disponentia de præscriptione mobilium, vel immobilium, aut actionũ, vt breuiori quadraginta annorũ tempore præscribantur, comprehẽdere ecclesias, & ecclesiasticos, neque statuta laicorum contra ius commune restringentia præscriptionẽ: & si de ecclesia aut ecclesiasticis mentionem faciant, non valere.

SVMMARIA.

1 *Præscriptio quadraginta annorum currit contra quamlibet ecclesiam, præter Romanam, tam de iure ciuili, quàm canonico.*
2 *Et incipit à morte prælati alienantis.*
3 *Ecclesia Romana patitur solum præscriptionem centum annorum.*
4 *Ecclesia restituitur aduersus præscriptionem, stante læsione.*
5 *Ecclesia præscribit contra ecclesiam spatio quadraginta annorum.*
6 *Priuilegium eius qui tractat de damno præualet ei, qui tractat de lucro.*
7 *Præscriptionum tempora quot sint assignata in iure.*
8 *Vsucapio triennij non habet locum in bonis mobilibus ecclesiæ.*
9 *Iuris canonici generalitas non potest limitari per ius ciuile.*
10 *Lex ciuilis in dubio præsumitur correcta de iure canonico.*
11 *Ecclesia non admittit minorem præscriptionem quadraginta annorum, etiam in mobilibus.*
12 *Bona mobilia ecclesiæ alienari non possunt, sicut immobilia.*
13 *Vsucapio triennij non habet locum in bonis mobilibus fisci.*
14 *Ecclesia qualibet habet fiscum.*
15 *Statutum in vno de æquiparatis censetur in altero.*

16 Vsu-

16 *Vſucapione transfertur dominium in poſſeſſorem.*

17 *Vſucapio regulariter eſt fauorabilis, fallit reſpectu eccleſiæ.*

18 *Statutum correctorium diſponens in vno cenſetur diſponere in altero, quod ſublata ſignificatione comprehenditur ſub diſpoſito.*

19 *Vſucapionis & præſcriptionis eadem ratio aſsignatur.*

20 Aut. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccleſiis. *qua ratione liget eccleſias.*

21 *Eccleſia circa præſcriptionem non vtitur alio iure, quàm canonico.*

22 *Vſucapionem triennij qui dicunt currere contra eccleſiam, firmant etiam ipſam reſtitui aduerſus vſucapionem.*

23 *Præſcriptiones minori tempore quadraginta annorum de iure ciuili, non currunt contra eccleſiam.*

24 *Præſcriptio quadriennij* l. bene à Zenone. *non habet locum contra eccleſiam.*

25 *Eccleſia donataria Imperatoris poteſt vti præſcriptione* l. bene à Zenone.

26 *Eccleſia ſi non ſit vſa reſcripto infra annum, non præſcribitur ius eius.*

27 *Præſcriptio vnius anni actionum de dolo non comprehendit eccleſiam.*

28 *Statutum, quod contra eccleſiam præſcriptio currat minori tempore quadraginta annorum, non valet.*

29 *Statutum, quod eccleſia nunquam præſcribat, non valet.*

30 *Statutum non poteſt præiudicare eccleſiæ, etiam in quærendis.*

31 *Statuentes laici non poſſunt derogare iuri canonico.*

32 *Statutum de præſcriptione crediti nullo modo afficit eccleſiaſticos.*

33 *Nec afficit laicos, quia eſt nutritiuum peccati.*

34 *Negligentia non petentis non præpõderat peccato præſcribentis in realibus, ſecus in perſonalibus.*

35 C. finale, de præſcript. *loquitur tam de realibus, quã perſonalibus actionibus.*

36 *Obligatio maior eſt in actione perſonali, quam reali.*

37 *Conſtitutio correctoria ampliatur, quando tractatur de euitando peccato.*

38 *Ius canonicum eneruat omnem præſcriptionem ratione peccati euitandi.*

39 *Statutum inducens præſcriptionem vſurarum eſt validum.*

40 *Statuta laicorum valida, non includunt eccleſiaſticos.*

41 *Statutum de præſcriptionib. non nocet eccleſiæ heredi creditoris, contra quem erat incepta præſcriptio.*

1 OMnis eccleſia † præter Romanam patitur præſcriptionem quadraginta annorum, tam de iure ciuili, *auth. quas actiones*, C. *de ſacroſanctis eccleſiis.* quàm de iure canonico, *c. de quarta, c. ad aures, c. illud, de præſcription.* vnde laicus poſsidendo rem eccleſię bona fide, ſpatio quadraginta annorum præſcribit contra eccleſiam, gloſſ. final. *in c. final. de præſcription. lib. 6. & in c. facultates, in verſicul. triginta annorum 14. quæſtione ſecunda.* cum aliis ad hoc allegatis per Franciſc. Balbum *in tractat. de præſumptionibus in prima quæſtione quintæ partis principalis.* Hoc autem tempus † quadra-
2 ginta annorum non incipit in vita Prælati alienantis, ſed ab eius morte capit procedendi principium, *c. ſacerdos 16. quæſt. 3.* & per Innocen. *in c. tum ex literis. in princip. de reſtitution. in integrum.* Bald. *in l. 1. C. de bonis matern.*

Eccleſia autem † Romana ſolam centum annorum 3 præſcriptionem patitur, *dict. auth. quas actiones, & c. ad audientiam, & c. cum nobis, & c. ſi diligenti, de præſcriptionib. & in auth. vt eccleſia Romana, in rubro & nigro.* & quot modis dicatur eccleſia Romana, declarat Balbus *in d. auth. quas actiones, col. pen. & final.*

Et finito tempore † præſcriptionis eccleſiæ com- 4 petit reſtitutio aduerſus præſcriptionem completam ſtante læſione, ſecundùm magis communem opinionem, de qua per Iaſ. *in d. auth. quas actiones, n. 43. & ſeq.* per tex. *in clem. 1. & ibi gl. in ver. admittenda.* & Cardinal. Zabarell. *n. 3. & 4. & 7. & 9. & alij Doct. de reſtit. in integrum.* Decius *in cõſi. 36. verſ. tertio & vltimo quæritur, & in conſil. 282. viſo puncto, & conſ. 367.* Bellonus *in conſil. 46. verſ. ad vltimũ an poßit peti reſtitutio.* Abb. *in conſil. 32. parte 1.* Roman. *in conſil. 166. verſ. præmiſsis tamen & in conſ. 369. col. 4. verſ. quoad quartũ.* Et ſicut eccleſia † præſcribit contra eccleſiam ſpatio quadragin- 5 ta annorum, Iaſ. *in d. auth. quas actiones, verſ. ſum in ſecunda parte.* quia quandocunque ſunt duo priuilegiati, quorum vnus tractat de lucro, alter de damno, tunc † conquaſſantur priuilegia, & tractans de damno vitã- 6 do gaudet, *l. verum, §. fin. de minoribus.* ita vna eccleſia reſtituitur in integrum aduerſus aliam, & ſic priuilegiatus contra priuilegiatum, Abb. *in c. auditis. col. 2. de reſtit. in integr.* Roman. *in conſil. 166. in fine.*

Sed quia de iure communi Romanorum in multis caſibus ſatis minori tempore præſcribitur, puta res mobiles † præſcribuntur triennio, *Inſtit. de vſuc.* 7 *in princip.* & iſta vſucapio currit etiam contra ignorantem, Bal. *in l. cum longi, col. 2. verſ. adde quod ſicut vſucapio, C. de longi tempor. præſcript.* Item actio de dolo præſcribitur per ſpatium vnius anni, vel biennij, quibus elapſis amplius in iudicium deduci non poteſt, Bartol. & Doct. *in l. itaque, §. at ſi res, ff. de dolo.* Bart. Bald. Salyc. Caſtrenſ. Alex. & alij *in l. fin. C. de dolo.* affirmantes, quod tempus prædictum ſit continuum, & ideo currit etiam contra ignorantem. Item præſcriptio quadriennij, ad fauorem fiſci, de qua *in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præſcript.* Item per ſtatuta laicorum ſolet limitari præſcriptio in multis caſibus, aliquando etiam contra eccleſiam, ideo circa materiam iuriſdictionis reſpectu præſcriptionis in hoc caſu decidendi ſunt ſex articuli.

Primus articulus eſt, Vſucapio † triennij, quæ de 8 iure ciuili procedit reſpectu mobilium, non habet locum in bonis mobilibus eccleſiæ, vel eccleſiaſticarum perſonarum, quæ non poſſunt vſucapi minori tempore quadraginta annorum. Hanc opinionem tenent gloſ. *in c. fin. §. quas actiones 16. qu. 3.* gloſſ. *in c. 1. de reſtit. in integr.* & ibi Hoſt. quem refert ibidem, Abb. *nu. 11. & num. 13.* in fine dicit, quod eſt æquior opinio, quia eſt in fauorem eccleſiæ.

Et ad hoc eſt tex. *in c. illud. de præſcri.* quod generaliter loquitur, aduerſus eccleſias canones non approbare, niſi præſcriptionem quadragenariam, nec ponitur differentia inter mobilia & immobilia: neque poteſt generalitas † iuris canonici limitari per ius ciuile 9 quia hoc non permittitur, vt dicit Innoc. *in fin. de rebus eccl. non alie.* Dyn. *in regula, poſſeſſor, n. 18. & ſeq. de regul. iur. lib. 6.* Nec eſt verum quod dicit Iaſ. *in auth. quas actiones, n. 43. in fine.* & Fely. *in c. de quarta, in fine.* legem ciuilem † in dubio non præſumi correctam 10 per ius canonicum, quia quando conſtat de correctione non debemus exquirere falſas ſolutiones, vt in his terminis dicit Io. Andr. *in c. qui ad agendum, nu. 3. in fine,*

fine,de regul.iur.lib.6. Quod autem constet de correctione, patet *in d.c.illud.* vbi Papa dicit, licet quidam canones comprobent tricennalem præscriptionem:
11 tamen Romana ecclesia non admittit † minorem præscriptionem, quam quadraginta annorum, & ita illud capitulum conditum est ad correctionem iuris antiqui, & licet Abb.*in d.c.1.n.13.in fine de restit.in integrum.*dicat,corrigere ius antiquum respectu immobilium; tamen quia generaliter corrigit, intelligendum est corrigere, etiam respectu mobilium, in quibus militat eadem ratio. Siquidem ratio præscriptionis quadragenariæ fuit, quia cùm immobilia ecclesiæ prohibita sint alienari, quæ regulariter non possunt præscribi,*l.2.C.de vsucap.pro empt.*quia in tali præscriptione requiritur titulus,*l.nullo,C.de rei vindic.l.diutina.C.de præscrip.longi tempo.*& talis titulus alienationis est nullus, *l.filiusfamilias,§.diui,de leg.1.l.pater fil.§.Iulius Agrippa,de leg.3.l.cùm pater,§.libertis,de leg.2.* & est communis opinio,vt dicit Ripa *in d.§.diui,n.113.* nisi in præscriptione triginta vel quadraginta annorum, Castrens. *in l.fin.§.pen.C.comm.de legat.*Alex.*in consi.59.n.11.vol.3.*Corn.*in consi.404.vol.1.*Curt.iun.*in auth.res quæ.n.7.C.comm.de legat.*Ias.*in consil.57.vol.1.& in d.§.diui,nu.156.* Socin.*in consi.251.vol.2.*Balbus *in tract.de præscriptionib.parte 4.principali,q.5.* Ideò fuit specialiter dispositũ per Imperatorem, vt res ecclesiæ præscribi non possint, nisi spatio quadraginta annorum, & præscriptio huius temporis fuit admissa per ecclesiam,*d.c.illud.*Sed hęc ratio militat etiam in mo-
12 bilibus † ecclesię, quæ alienari non possunt, *l.sancimus.C.de sacros.eccles.* ergo stante identitate rationis dicendum est, dispositionem *d.c.illud.* generaliter loquentem,verificari,& comprehendere etiam pręscriptionem in rebus mobilibus, & ita cessat Dyni ratio *in d.c.possessor, nu.20.de reg.iur.lib.6.* dicentis,indefinitam non æquipollere vniuersali in terminis *d.c.illud.* quando non militat eadem ratio. Addo quod Salyc.*in l.1.n.4.C.de vsucap.transform.* tenet, res mobiles Ro-
13 manæ ecclesiæ non posse † vsucapi triennio,ea ratione quia Ecclesia Romana habet fiscum, sicut Imperator, & in rebus mobilibus ipsius fisci non currit vsucapio, *§.res fisci.Instit.de vsucap.*& hanc opinionem tenet etiam Abb.*in c.cum dilecta,n.12.in fine.de confirmat.vtili vel inut.* & Balbus *in tract. de præscription.parte 5.prin-*
14 *cip.quæst.1.num.23.*sed quælibet ecclesia † habet fiscum, sicut Rex,glo.*in c.quia diuersitatem,de concess.præbend.* quæ reputatur singularis à Cardinali *in clem.2.§.1.de hæretic.*Anania & Felyn.*in c.excommunicamus,in 1.cod.tit.*Barbatia *in c.1.n.61.de probationib.Repertoriũ inquisitorum,in ver.confiscatio.*Anton.de Butr.& Immol.*in d.c.quia diuersitatem.col.4.* Paul.de Castr.*in l.fi.n.5.in fine,C.de sacros.eccles.& ibi Bald.*& hæc est verior opinio,& moribus recepta, vt per Couar.*in lib.2.var.resol.cap.9.nu.11.*Item testatur Bernard.Diaz *in practic.crim.canonic.cap.134. & c. 124.* cum aliis per Peregrin. *de iure fisci,li.7.tit.de præscript.fiscalibus,n.42.*ergo cuiuslibet ecclesiæ, res mobiles vsucapi non debent triennio, sed quadraginta annorum spatio, iuxta *d.c.illud.* Vnde fieri potest ratio generalis,ecclesia & fiscus æquiparantur, *l.fin.C. de sacros.eccles.*sed disponitur in fisco, vt eius mobilia triennio non vsucapiantur, *d.§.res fisci.* Ergo idem debet esse in ecclesia,quia statutũ
15 in † vno de æquiparatis, censetur dispositum in altero,*l.si quis seruo,C.de furt. l.quod verò.& ibi gl.ff.de legib.c.quamquam, c.quamuis, & c.quam sit,de elect.c.qui contra certam,de elect.lib.6.* Roman.*consi.221.n.3.*

Et quod hæc opinio sit vera, confirmatur, quia 16
cum vsucapione † transferatur dominium in possessorem, *§.1.& ibi gloss.final.* quæ dicit,hoc non habere contradictorem, *& ibi omnes Doctor.Instit.de vsucap.* Non potuit lex ciuilis sola transferre dominium rei ecclesię in alterum,quæ ratio mouit Hostiens.*in c.1.de restitution.in integrum.*ad sequendam hanc opinionem, subdens, hanc legem vsucapionis, tanquam damnosam ecclesiis esse valdè odiosã: vnde illa regula, quod vsucapio † est fauorabilis, præscriptio verò o- 17
diosa,de qua per gloss. *Instit.de vsucap.in princ.in versicul.per triennium. & ibi Io.Fab. column.2. & Arct.col.penultim.*& Dyn.*in dict.regul.possessor.*& Bart.*in l.2.§.final.ff.pro emptore. & in leg.final.in princ.ff.de eo per quem fact.erit,& in leg.naturaliter,§.1.ff.de vsucapi.& in l.sicut,Cod.de præscript.30.vel 40.annor.*non militat in vsucapione contra ecclesiam, ex doctrina glossæ communiter recepta *in leg.venia, Cod.de in ius vocan.* cuius respectu dicitur valde odiosa.Et ita respectu ecclesiæ valebit illa receptissima opinio, quod statutum correctorium † disponens in vno censeatur dispone- 18
re in altero, qui ex lata significatione comprehendi poterat sub expresso,de qua per gloss.*in clem.1.in ver.eligatur,cum ibi not.de elect.*& glo.*in ver.ad curationẽ, in authent.vt hi,qui oblig.se hab.perhib. res minor.& in authent.minores, Cod.qui tut.dari poss.*per quas glossas ita firmat Alex.*in l.2.col.1.ff.de legat.1. & in cons.97.& consil.216. nec arguendi sumus, col.pen.col.2.* præsertim quando est eadem ratio vtriusque, vt per Iason.*in d.authent.quas actiones,numer.22.* Sed,vt dixi,vsucapionis & † præscriptionis eadem ratio est, videlicet odij 19
causati ex translatione & acquisitione rei ecclesiasticæ, ego dispositio *dict.c.illud.* quatenus eius generalitas esset tantùm respectu immoblium, quod non admitto, adhuc extenderetur, imò ex identitate rationis vsucapionem comprehenderet rerum mobilium,& sic tanto magis cessaret ratio Dyni *in d. regula,possessor.* si de hac diuersitate rationis voluit intelligere.

Neque obstat ratio Abb.*in d.c.1.n.13.de in integr. restit.* per quam dixit quod contraria opinio est verior de subtilitate iuris.Nam si ecclesia recipit, *d.aut.quas actiones*, † pro se respectu temporis quadraginta an- 20
norum in immobilibus; ergo debet recipere pro se, respectu triennij vsucapionis mobilium. Quia ego nego assumptum,nam *d.auth.quas actiones.* si nõ esset recepta de iure canonico *in d.c.illud.*nõ ligaret ecclesiam, & ecclesia † circa præscriptionem non vtitur a- 21
lio iure,quam canonico,tex.cum gloss. *in c.quicunque militum.12.q.2.* Item d.rationi respondet Ioan. Andr. quem ipse Abbas potuisset videre *in c.qui ad agẽdum, de re.iur.lib.6.*vbi per plures rationes firmat,quod ecclesia contra priuatum præscribit spatio decennij, vel viginti annorum, & tamen priuatus contra ecclesiam solo quadraginta annorum tempore præscribit. Neque titulus quod quisque iuris locum habet in ecclesia, quia motu proprio Imperiali fuit conditus, non autem ad petitionem ecclesiæ, de quo etiam scripsi supra *casu 5.*

Et licet Innoc.*in d.c.de restit.in integr.* & ibi Doct. dicant, vsucapionem † triennij currere in rebus mo- 22
bilibus ecclesiæ,Dyn.*in d.reg.possess.*Ias.*in d.auth.quas actiones,col.fin.*Felyn.*in d.c.de quarta, col.fin.* Tamen Innoc.& cæteri fatentur etiam,post finitam vsucapionem ecclesiæ dari restitutionem in integrum, Specul. *de restit.in integr.§.2.vers.vt autem.* Cardin.*in clemen.*

1.in

1.in 12.q.eo.ti. Sed glossa *in d.c.finali,in ver.vsucapione* 16.q.3.dicit,cum ecclesia restituatur iure minoris,melius est intacta eius iura seruari,quam post causam vulneratam remedium quærere,*l.si.C.in quibus caus.restit. in integr.non est necess.*

23 Secundus articulus est: Præscriptiones † minoris temporis quadraginta annorum de iure ciuili non comprehendere ecclesias. Qui licet ex præcedenti satis liqueat, tamen placuit aliquos casus subnectere.

24 Præscriptio quadriennij, † de qua *in l.bene à Zenone, C.de quadrien.præscript.* non procedit de iure canonico,quod debet seruari in ecclesia, *c.quicunque militum 12.q.2.& ibi gloss. in ver.consensu.* gloss. & Doctor.*in c.*

25 *2.de rebus eccles.non alienan.* Sed an ecclesia † donataria Imperatoris posset ea se iuuare, Balbus *in tract.de præscriptionibus, in quinta parte principal.quæst.1. nu.11.* tenet quod non:ego autem contrarium firmo per rationes Io.Andr. *in d.c. qui ad agendum.* quem ad hoc

26 citaui in præcedenti articulo. Item si ecclesia † non sit vsa rescripto infra annum, non præscribitur ius eius,Io.Andr.*in c.plerunque,column.1.de rescript.*Collectar.*in c.1.nu.5. de in integrum restitution.* Abb. *in con-*

27 *silio 31.parte prima.* Item præscriptio † vnius anni actionum de dolo, de iure ciuili, vt dixi in principio huius casus,non comprehendit ecclesiam, in qua non admittitur præscriptio cum mala fide, & iudex ecclesiasticus cogit laicum ad obseruantiam iuris canonici, stante mala fide præscribentis. *c.licet, de iureiur.lib.6.* & *c. decernimus, de sent. excomm. eod.lib.6.* & not.*in c. cùm sit generale,de foro comp.*& dixi latius supra *part.2. cap.46.*

28 Tertius articulus est: Statutum,† quod contra ecclesiam præscriptio currat minori tempore quadraginta annorum, non valet. Hic articulus non habet difficultatem, postquam tendit in derogationem iurium ecclesiæ, & sic statuentes incidant in pœnam *c. nouerit,de sent.excomm.*& ex defectu potestatis nominando expressè ecclesiam, vel ecclesiasticos, non valet, ex notatis per omnes *in c.ecclesia sancta Mariæ, de constitutionibus.* Et quod statutum non valeat, firmarunt Bald.*in consil.450.vol.3.*Ancar.*in cons.258.supradictum statutum.* Tiraq.*in tract.de præscriptionib.glossa 16.§.1.* Io.Andr. *in c.1. de iure patro.lib.6.in nouell.*Boiius *in tract. de statutaria vrbis præscriptione, glossa 19. num.100.*

29 Quartus articulus:Statutum † non valere,quod ecclesia nunquam præscribat, Bal.*in rubrica de constitutionib.* Octauian.Vulpell. *in tract.de libertate ecclesiastic.parte 2.n.2.* Nec valet ratio Nattæ *in consi.647.viso themate suprascripto,n.11.* vbi quod valet huiusmodi

30 statutum, † ex eo quia respicit quærenda ecclesiæ, in quibus per laicos potest fieri præiudicium. Quia neque etiam in quærendis potest inferri præiudiciũ ecclesiæ,per text.*in l.magis puto,§.fundum.ff.de reb.eorũ.* & diffusè probat Villagut.*decis.1.nu.52.& plur.seq.* Et cum præscriptio sit etiam inducta de iure canonico

31 in ecclesiasticis, non possunt statuentes † expressè illi derogare,vt per Bald.Perusinum *in tract.de statutis,in ver.decretum,n.1.* & derogantes iuri ecclesiæ incidunt in pœnam *d.c.nouerit.* de quo per Abb. *in d.c.ecclesia sancta Mariæ,in 2.lect.n.27.*

32 Quintus articulus est: Statutum † de præscriptione crediti nullo modo afficere ecclesiasticos, quia hoc statutum non valere dixerunt Bartol.*in l.omnes populi &* Io.Andr.*in c.2. de except. lib.6. & ibi Ancar. Immol.& Geminian.* Idem Ancar.*in regul.possessor.in 7.quæst.de reg.iur.li.6.*Et licet Bart.*in l.sequitur,§.si viam 9.de vsucap.* dixerit contrarium, quem sequuti sunt Bald.*in c.1.§.si quis per triginta annos, col.3.tit.3.si de feud.fuer. controuers.*Abb.*in cap.fin.col.2. & seq.de præscript.*& alij multi, quos recenset Gabriel. *in communib.conclus. tit.de præscriptionibus,conclus.4.* Tamen relatis ibi per eum omnibus Doctoribus,probat primã opinionem esse magis communem. Et quod ne dum clericos,sed nec etiam laicos † liget hoc statutum, tanquam nul- 33
lum & inualidum, præcipua ratio ab omnibus assignatur,quia est nutritiuum peccati,cùm inducat præscriptionem ad fauorem debitoris cum mala fide, & ad hoc est tex.*in c.fin.de præscrip.vers. cũ generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quæ absque peccato mortali non potest conseruari.*

Et licet Hostiens.*in summa,in tit.de præsumption.rerum corporalium,§.res quæ præscribi possunt.* dicat *d.c.fin.* loqui de præscriptione rerum realium, in quibus ius canonicum corrigit ius ciuile, quia cùm talis præscriptio requirat possessionem præscribentis,meritò si apud eum est mala fides, & sic est in peccato, tali casu negligentia † non petentis, non præponderat pecca- 34
to ipsius præscribentis, & in hoc ius canonicum corrigit ius ciuile circa præscriptionẽ, de qua *in l.1.C.de annali excep.& l.2.C.de constit.pec.& l.omnes,& l.sicut. C.de præscript.30.annor.& Instit.de perpet.& temporal. actionib.in princip.* Secus dicit esse in actionibus personalibus, in quibus debitor obligatus nihil possidet alienum,*l.2.§.appellata.ff.si cert.pet.*& ideò non dicitur debitor peccare si non soluit,nisi interpellatus,& inuitus, propterea potest præscribere ius liberationis contra negligentiam creditoris non petentis.

Tamen verior est opinio, quod *d.c.fin.* † loquatur 35
de præscriptione tam in actione personali, quam reali,Io.And.*in c.2.de exceptionib.lib.6.*expressè dicit,disputatum fuisse, tale statutum non iuuare debitorem, nec valere, & *in c.per tuas, de donationib.*loquens de actione personali, quæ de iure ciuili præscribitur spatio triginta annorum, ait, deficiente bona conscientia ex parte debitoris, ratione peccati, agi poterit de iure canonico, etiam post illud tempus per *d.c.fin.de præscriptionib.* Mox declarat illum peccare,qui se tuetur iniquo præscriptionis præsidio, eo quod habuit malã fidem,vt dicit esse casum *in auth.vt ecclesia Rom. gaudeat spatio 100.annor.col.2.*Item tenet *in c.1.de iud.* quod contra Bartol.est text. *in d.c.fin.* qui videtur habere locum in quolibet mala fide præscribente, etiam in actione personali, quia alias *d.c.finale* diceret illud idem,quod dicitur *in c.vigilanti,eo.tit.* Item dicit Ancar. *in d.c.2. de exept.lib.6. & in regula,possessor malæ fidei, eod.libro.* Et hanc opinionem sequuntur Anton.de Butr.*in c.2.de præscript.*& Florian.*in d.c.vigilanti.* & esse communiter receptam inter Modernos testatur Immol. *in d.c.fin.* pro qua dicit se alias consuluisse.

Et ad hoc ponderatur *d.c.fin.in ver.vt nulla valeat absque bona fide præscriptio tam canonica, quam ciuilis, &c.* loquitur per vniuersale negatiuũ, quod comprehendit etiam personale. Imò potius est quis obligatus † actione personali, quam reali,quia propriè ob- 36
ligatus non dicitur, qui tenetur reali actione, *§.1.Instit.de action.l.Aurelius,§.Mæuia,ff. de liberat. legat.* & quando tractatur de euitando peccato, † constitutio 37
etiam correctoria ampliatur, vt notat Bartolus *in authentic.sacramenta puberum,C.si aduer. vendi.* & in dubio tenenda est illa opinio, per quam euitatur pecca-

tum, *c.iuuenis, de sponsalib. clem. exiui de paradiso, de verb.signific.* & not.gl.*in c.vnic.de scrutinio.* Item ponderatur *vers.final.d.c.fi.* Vnde oportet, vt qui præscribit, in nulla temporis parte, rei habeat conscientiam alienæ. Sed præscribens aduersus actionem personalem habet scientiam rei alienæ, quia certus est contra quem præscribit; & præscribendo actionem dicitur præscribere rem, cuius appellatione veniunt actiones & iura, *l. Quintus, ff. de auro & argent.legat.* Bartol.*in l.rei appellat.ff.de verb.signific. & in l.1.ff. si certum petatur.* Item quia dicitur res aliena, quæ est alteri debita, *l. si me & Titum. ff.si certum petatur, cap.quid dicam 13.quæst.3.* Item debitor in larga significatione dicitur possidere debitum, *l.etiam,§.final.ff.de petit.heredita.* Immol.*in d.l.sequitur,§.si viam,ff.de vsucapionib.*

Neque obstat quod ius ciuile introducens præscriptionem cum multa fide considerauit finem publicæ vtilitatis, videlicet, vt esset litium finis, *l.fin.ff.pro suo.* & ne dominia rerum essent in incerto, *l.1.ff.eod.* Quia
38 ius canonicum † eneruat omnem præscriptionem ratione peccati euitandi, in quo esset præscribens debitor, cum eius peccatum non tollatur negligentia non petentis, & quia tractatur de peccato vitando, ideò ius canonicum præfertur iure ciuili, gloss.*in d.cap.malæ fidei.* & not.*in c.1. de noui oper.nuntiat. & in l.priuilegia, C.de sacros.eccles.*

Sed si cessaret ratio peccati, puta quia debitor ignorasset se debitorem, vel fuisset obligatus ex facto procuratoris, tunc præscriptio procedit, vt per Innoc. *in c.quia plerique, de immunit.eccles.* Capy.*decis.4.* Item
39 si statutum † induceret præscriptionem crediti odiosi, puta quod infra quinquennium præscribatur creditum fœneratorum, quod esset validum, vt firmant Anton. de Butr. & Immol. *in d.c.fin.de præscriptionib.* & Anchar.*in dict.regula, possessor.* Quod ego credo verum, quia præsumitur, fœneratorem infra quinquennium tantùm exegisse de vsuris, quod verisimiliter confundat totam sortem, & ita debitor non sit in peccato, sed statutum sit inductum in solum odium fœ-
40 neratorum. His casibus statutum † validum non includeret ecclesiasticos, ex defectu potestatis, vt *d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.* & quia tenderet in diminutionem iurium ipsorum, vt *d.c.nouerit, de sent. excomm.* & ad hoc videnda est *decisio* 86. Rotæ Auenionensis, quam post hæc scripta vidi, loquens de statuto Auenionen. quo mercatores non possunt petere credita post tres annos.

41 Sextus articulus est: Statutum † de præscriptionibus non nocet ecclesiæ hęredi creditoris, contra quē erat incepta præscriptio. Hanc opinionem firmauit Bald. *in d.auth.quas actiones, n.9.* Dec.*in c.ecclesia sanctæ Mariæ, nu.207. & ibi Felyn.nu.2.* & post Anton.de Butr.*in sua disputatione incip. stante statuto municipali, in si.2.dub.* consuluit Cuman.*in consil.139.* Milus *in repertorio.in ver.præscriptio inchoata contra priuatū.* Vnde si sumus in realibus, & contra priuatum cucurrisset præscriptio per octo annos, pro complemento pręscriptionis contra ecclesiam illius hæredem requiruntur alij triginta duo. Secus dicunt esse in actionibus personalibus, quia sufficit tempus triginta annorum, & minus secundùm qualitatem actionis. Corset. *in singular. præscriptionum, n.2.* Capic.*decis.4.nu.11.* Milus *in repertor.in dict.ver. præscriptio contra priuatum.* Quorum opinionem non admitterem, quia Romana ecclesia nullam aliam præter quadraginta annorum præscriptionem admisit contra ecclesiam, vt dixi supra *eod.art.1.* ergo si volumus contra d.ecclesiam heredem præscribi; ex suo priuilegio non requiritur minus temporis.

CASVS XLIX.

Priuilegia ecclesiis cōcessa competere etiam ecclesiasticis in eorum patrimoniis, & an limitetur in aliquibus casibus.

SVMMARIA.

1 *Clerici in bonis patrimonialibus gaudent omnibus priuilegiis concessis ecclesiæ.*
2 *Ecclesiastici an gaudeant priuilegiis ecclesiæ in non expressis, sed per similitudinem expressorum.*
3 *Ecclesiastici gaudent priuilegiis in patrimonialibus, quæ accessoriè veniunt ad personam.*
4 *Bona clericorum non habentia onus annexum sequuntur personam.*
5 *Clerici in patrimonialibus, in quorum titulum susceperunt ordines gaudent priuilegiis ecclesiæ.*
6 *Patrimonium clerici destinatum ad alimenta an possit alienari.*
7 *Non potest imputari filio in legitimam.*
8 *Decima an debeat solui de patrimonio clerici, propter quod suscepit ordines.*
9 *Collecta non potest imponi in bonis patrimonialibus clericorum.*
10 *Bona patrimonialia clericorum an gaudeant priuilegiis ecclesiæ, quando persona eorum accessoriè consideratur.*
11 *Clerici in patrimonialibus non gaudent præscriptione ecclesiæ.*
12 *Restitutio in integrum non conceditur ecclesiasticis in patrimonialibus.*
13 *Compromissum potest fieri à clericis in patrimonialibus.*
14 *Ecclesiastici actores possunt gaudere beneficio agendi ex* l.vnica, C.quando Imper.inter pupillos & viduas.
15 *Ecclesia æquiparatur pupillo.*
16 *Clerici sunt personæ miserabiles in foro laicorum.*
17 *Ritus magnæ curiæ vicariæ Neapolis specialiter mentionem facientes de ecclesiasticis sunt nulli ipso iure.*

Clerici † in bonis patrimonialibus etiam gaudent omnibus priuilegiis, quibus gaudent ecclesiæ, 1
c.fin. & ibi gloss.fin. de vita & honest. cleric. Doctores tamen intelligunt hoc non procedere, nisi tantùm in casibus à iure expressis. Hanc dicit communem opinionem Decius *in c.episcopus, nu.10. de præb.* Abb.*in c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu.3. & 26. de constitut. & in c.1.de consue. & in c.si diligenti, n.36. de præscript. & in c.ex literis, n.12. de pignorib.* Abb.& Immol.*in c.fin.de vita & honest.cleric.* Felyn.*in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.n.8.ver. sed nihilominus. & ibi* Dec.*n.63.* Anton.de Butr.*in d.c.si diligenti.* Felyn. *in c.2.in fine, de præscript.* Philip.Fran. *in c.1.col.2.in fine, de præscript.lib.6.* Sal.*in auth.quas actiones, in fine, & ibi* Ias.*in fine, C.de sacrosanct.eccl.* Balbus *in tract.de præsumptionib. quæst.5. princip.in quinta quæst.* Couar. *in lib.1. variarum resolut.c.4.n.3.* Tiraqu. *in tract. de præsumption.§.1.glossa 10.vers. sed an etiam.* Vasquius *in trac. de successión.creatione lib.3.§.22.limitatione 17.nu.42.*

Sed quia Doctores multoties concluserant; ecclesiasti-

2 siasticos † gaudere priuilegiis in certis casibus etiam
qui non sunt de iure expressi, sed per similitudinem
expressorum, ex regula *l.non possunt,ff.de legib.* Ideo
videamus, an isti casus possint reduci sub certa metho-
do doctrinæ, Dec.*in d.c.Ecclesia sanctæ Mariæ,n.3.versi.
sed in ista communi resolutione animus non acquiescit.*
arbitratur omnes prędictos casus posse reduci ad duos
articulos, qui plurimum placent.

Primus articulus est; In omni actu, in quo persona
principaliter consideratur, & bona accessoriè veniunt
3 ad personam, ipsi Ecclesiastici † in eorum patrimo-
nialibus, gaudent priuilegiis Ecclesiarum. Nam quo-
ad forum persona principaliter consideratur, *c.si dili-
genti,de foro compet.*& notat Oldrad.*in cons.83.an Epi-
scopus,*ideo gaudent priuilegio fori, *c.decernimus,de iu-
dic.*Dec.*in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ,n.67.& ibi* Abb.*in
2.lect.n.3.in fi.*& dicit Cardinalis *in clem.præsenti,in 2.
4 notab.de censib.*quod bona † clericorum non habentia
onus annexum, sequuntur personam tanquam acces-
soria, ideo gaudent priuilegio fori Ecclesiastici, de quo
etiam per Abb. *in c.cùm sit generale, col.2. de foro com-
pet.*& hæc omnia procedere, etiamsi ageretur actione
reali contra clericos, decisum est per Dominos meos
de Rota vrbis *decis.5.de foro compet.in antiqu.*& scripsi
sæpius de hoc supra. Adde Roland.*in cons.17.in fi.vol.
4.*qui respondet contrariis, & *in cons.11.nu.61.eod.vol.*
Alban.*in cons.480.n.17.& seq.*

5 Item clerici † in patrimonialibus, in quorum titu-
lum susceperunt ordines, gaudēt omnibus priuilegiis
Ecclesię, glossa fin.*in c.Episcopus,de præbend.& ibi* Dec.
*n.20.*Idem Dec.*in d.c.Ecclesia sanctæ Mariæ,n.70.versi.
prædicta,& ibi* Felyn.*n.10.* Bald.*in tit.de pace Constan-
tiæ,col.5.* & licet Couar. *in lib.1.var.resol.c.4.nu.4.* dis-
sentiat, quem refert, & sequitur Vasquius *de success.
creatione,li.3.§.22.limit.17.nu.45. vers. sed contrarium,*
propter gloss.fi.*in c.tuis,de præbend.*quam sequitur ibi
Abb.& Imm.& Couar.*in d.n.4.vers.deinde glossa Ber-
nardi,*dicit, non videri sibi veram dictam opinionem,
6 quia patrimonium † clerici non fuit expressè destina-
tum in titulum alimentorum clerici, sed solum ex iu-
ris dispositione, eo videlicet casu, quo clericus habens
patrimonium fuit promotus per Episcopum. Tamen
hæc ratio Couarr. cessat hodie ex dispositione sacro-
sancti Concilij Tridentini *sess.21.c.2.in versi.patrimo-
nium illud vel pensionem verè ab eis obtineri,taliaque es-
se,quæ ad eis vitam sustentandam satis sint,atque illa de-
inceps sine licentia Episcopi alienari,aut extingui, vel re-
mitti nullatenus possint, &c.* & sic cessat ratio Couarr.
postquam ex præfata dispositione in titulum alimen-
torum ipsum patrimonium prohibitum alienari assi-
gnandum est. Ex quo infertur, quod cùm ipsum patri-
monium sub cuius titulo ordinatus est clericus hodie
7 vendi non possit, ideo nec † posset imputari filio in
legitimam, quam opinionem tenet Ioannes Fab. *in §.
si.Institut.de inoff.testam.* & sequitur Aymo Sabyllin.
in cons.136.& stante dispositione præfati Concilij, ces-
sat ratio Vasquij *in d.limit.17. nu.44.* qui contrarium
sentiebat. Nec mouere debet glossa fin.*in d.c.tuis,*vbi
quod etiam de hoc patrimonio, in cuius titulum est
8 ordinatus, debet solui decima, † ergo dicunt, non gau-
det priuilegiis Ecclesiæ. Quia illa glossa loquitur de
decima prędiali, qua erat prius affectum dictum patri-
monium ipsi Ecclesiæ, à qua neque Prælati Ecclesiæ,
neque Canonici, neque Sacerdotes aliquo modo ex-
cusantur, vt latè per Rebuff *q.5.in tract.de decimis.* I-
tem glossa non dicit, quod soluitur decima de patri-
monio, in cuius titulum est ordinatus, sed quod solui-
tur illa decima, in qua dictum patrimonium prius e-
rat affectum; ergo opus est, vt deducta decima, & aliis
oneribus, iudicetur sufficiens, & sic in eius titulum or-
dinetur.

Alterum exemplum est, quia sicut non possunt col-
lectari res † Ecclesiæ, ita nec bona patrimonialia cleri- 9
corum, cum persona principaliter consideretur, & col-
lectæ imponuntur personæ pro rebus, Bart.*in l.rescri-
pto,§ sciendum.ff.de muner.& bonor.*cum aliis per Dec.
in d.c.Ecclesia sanctæ Mariæ,nu.69. Addo, quod ista est
communis opinio, de qua testatur Ioan. Ant. de Ni-
gris *in repet.extrauag.vnic.de vita,& honest.cleri.num.
152.*& ita not.per Abb.& alios *in c.fi.de vita,& honest.
cleri.* Archidiacon.& alij *in c.1.de immunit.Eccles.li.6.*
Bart.*in l.vnic.C.de mulierib.& in quo loco,lib.10.*Bald.
in l.placet,C.de sacros.Eccles. Afflict.*in constit.regni, in-
cip.hac edictali,col.1.* Geminian.*in c.1.§.cæteris,de cleri.
coniugat.lib.6.*Anto.de Butr.*in c.non minus,in 3.not.de
immunit.Eccles.*

Secundus articulus est: In omni actu, in quo bona
clericorum † principaliter considerantur, & persona 10
venit accessoriè, non gaudent priuilegiis Ecclesiarum:
Cuius multa exempla adducuntur. Primum de præ-
scriptione, in qua principaliter considerantur bona, i-
deo in ipsis patrimonialibus clerici † non gaudent pri- 11
uilegiis Ecclesiæ, nec currit præscriptio quadragena-
ria, sed solum præscriptio, quæ inter priuatos, glo.*in c.
possessiones,16.qu.3.*quam Abb.sequitur, & æstimat sin-
gularem *in d.c.Ecclesia sanctæ Mariæ,in 2.lect.nu.3.* cum
aliis per eum ad hoc citatis. Idem Abb.*in d.c.1.nu.3.de
consuet.& in c.si diligenti,n.36.de præscrip.*Ias.& Saly.*in
d.auth.quas actiones,in fi.*Tiraq.*in d.gloss.10.* Bald.*in d.
q.5.partis quintæ principalis,num.1.* Item restitutio † in 12
integrum conceditur ratione bonorum, & non perso-
næ, *c.1.de restitut.in integr.* ideo Ecclesiastici in patri-
monialibus non restituuntur in integrum, gl.*in clem.
1.in verb.Ecclesia,de restitut. in integrum, & ibi* Cardin.
*n.14.*Felyn.*in d.c.Ecclesia sanctæ Mariæ,n.9. & ibi* Dec.
*n.69.*Afflict.*decis.390.*& ibi Vrsil.qui alios refert, cum
aliis per Odd.*de restit.in integrum,part.1.q.6.art.8.* vbi
num.55. putat id extendi etiam ad bona clerici, ad quo-
rum titulum sacros ordines suscepit, quæ opinio fuit
reprobata supra *in 1.artic.* Item, † quia in patrimonia- 13
libus potest compromittere in laicum, *cap.exposita,de
arbitris,* de quo diffusè scripsi supra *casu 40. art.1.* vbi
vide.

Ex prædictis infero, non bene sentire excellentissi-
mos illos Dd. qui asserunt Ecclesiasticos † actores cir- 14
ca concernentia res Ecclesiæ tātum posse gaudere pri-
uilegio *l.vnicæ, C.quando Imp.inter pupillos, & viduas,*
quia Ecclesia † æquiparatur pupillo, gloss.& ibi notat 15
Bart.& alij *in l.respublica, C.ex quibus caus.maior. c.au-
ditis,in fin.& ibi gl.in ver.minoris, de restitut.in integr.
& ibi per Canonistas,* quæ glossa dicit, quod æquipara-
tur minori viginti quinque annis, sed quod æquipare-
tur pupillo, est glossa *in l.liberos, in verb.administrauerint,C.de excus.tut.* de quo etiam per Carauit. *super ri-
tu magnæ curiæ vicar.Neapol.251.* & hic est casus deci-
sus per Afflict.*decis.257.*Quod dicunt non esse verum,
quando agerent clerici circa concernentia patrimo-
nium, quia tunc de loco subdito non habent electionē
agendi coram Imperatore, & laicum ciuem Campa-
num conuenire Romæ. Nam, vt dixi supra *in art.1.in
prin.*quoad forum persona principaliter consideratur,
& bona accessoriè veniunt: ergo hic casus comprehen-

ditur sub *d.art.1.* & priuilegium hoc competens Ecclesiis, debet competere clericis agētibus circa eorum patrimonia. Nec obstat, quod clerici non æquiparan-
16 tur pupillis, sicut Ecclesia. Quia † negari non potest ipsos esse personas miserabiles in foro laicorum, ex illa regula, quia semper sunt infesti laicis, *cap. laicos, 2.q.7.* præsertim propter libertatē Ecclesiæ, de quo per Dec. *in d.c. Ecclesia sanctæ Mariæ, nu.4.* & licet Neapoli semper contrarium decidatur, vigore *constitutionis regni, incip. statuimus, vt magnæ curiæ.* Tamen illæ decisiones non possunt procedere de iure communi, sed ex qua-
17 dam declaratione *rit.* † 229. eiusdem curiæ, quo disponitur, quod si clerici de rebus Ecclesiasticis, cum iuramento dixerint, quod perhorrescunt, trahunt ad magnam curiam, non autem de rebus eorum, cuius dispositio, cùm specialiter nominet clericos, & res Ecclesiæ, est nulla ipso iure: sed dicunt fuisse prædictos ritus approbatos per Summum Pontificem, ipsi viderint, quos obtestor, vt timeant censuras.

CASVS L.

Statuta laicorum non esse seruanda in curia Episcopi.

SVMMARIA.

1 *Causæ clericorum sunt decidendæ de iure Canonico.*
2 *Ritus magnæ curiæ vicariæ Neapolis non habent locum in foro Episcopi.*
3 *Leges laicorum non ligant Ecclesiasticos, nisi fuerint expressè approbatæ per Papam.*
4 *Statutum pœnale non extenditur contra non subditum.*
5 *Ius Canonicum seruatur etiam in foro laicorum in causis spiritualibus.*
6 *Seruatur inter subiectos iurisdictioni Pontificiæ.*
7 *Statuta laicorum non seruantur, cùm tractatur de rebus Ecclesiasticis.*
8 *Statuta laicorum an sint seruanda, quando sunt condita in patrocinium clericorum.*

1 CAusæ † clericorum de iure Canonico decidendæ sunt, *c. quod clericis, de foro compet.* & ideo statuta laicorum non esse seruanda in foro ecclesiastico, firmarunt Io. Andr. Compostellan. & Ant. de Butr. *in rubrica de consuetudine*, Ant. de Butr. *in d.c. quod clericis, & ibi* Abb. *col. fi.* Alex. *in cons. 183. viso processu, col. 1. vol. 2.* Vnde Affli. *in constitutione regni, incip. si quis in poste-*
2 *rum, n.17.* dicit, quod ritus † magnæ curiæ vicariæ Neapolis non habent locum in curia Episcopi, & sequitur Ioan. Ant. de Nigr. *in extrauag. vnic. de vita, & honest.*
3 *cleri. n.350. & seq.* & ratio est, quia leges † laicorū non ligant Ecclesiasticos, nisi fuerint expressè approbatæ per Papam, vel tacitè receptæ, ex regula *c.1. de noui operis nuntiat. cum similibus.* quod intelligas, vt dixi supra
4 *casu 19.* Ideo statutum generale † pœnale non extenditur contra non subditum, vt *c. à nobis, in 1. de sent. excomm. c. vt animarum, de constit. li. 6. & c. cùm esses, de testam.* vbi statuta laicorum imponentia pœnam super insinuatione non facta non seruantur in foro Ecclesiastico, & hanc opinionem firmant Abb. & cæteri Canonistæ *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.*
5 Nam si sumus in foro Canonico, & tractatur † materia spiritualis, vel peccatum concernens, sicut est v-
surarum, iuramenti, & similes, tunc non solum in foro Episcopi, sed etiam in foro seculari, causæ decidendæ sunt secundum ius Canonicum, Soc. *in cons. 77. nu. 20. vol. 1.* & de hoc habetur *in c. fin. de præscript.* Marant. *de ordine iudic. in 3. part. nu. 73.* cum aliis late per Felyn. *in c. cum causis, n.1. de testib.* & per Afflict. *in decis. 322.* & ibi Vrsill. Item si sumus † inter subiectos iurisdictioni 6
Pontificiæ debet seruari ius Canonicum, & non statuta ciuilia, vt est communis opinio, de qua per Foller. *in sua pract. censual. in verb. iur. mod. vigorem, n.22.* post Inno. Fulgo. & alios, quos allegat, Marant. *in d. nu. 73.* Corn. *in cons. 169. in hac consultatione, n.4. versi. his non obstantibus, vol. 3.* omnes Canonistæ *in d.c. Ecclesia sanctæ Mariæ.* Item si ageretur de rebus † Ecclesiasticis, 7
non seruarentur statuta laicorum, sed ius Canonicum, Abb. & cæteri *in c.1. de constit.* Dec. late *in 2. lect. nu. 5.* Marant. *in d. 3. part. n.76.* Nec possunt dicere consuetudinem esse ius ciuile, *l. de quibus*, ipsamque factam esse etiam per clericos de populo, & ideo aliquando iudicandum esse iure ciuili laicorū in foro Ecclesiæ. Quia hoc negatur, non enim populus Ecclesiæ potest facere consuetudinem, vel statutum, vt post Hostiens. dicit Bald. *in c. cùm omnes, in fi. de constit.* & sequitur Barbat. *in additionib. ad* Abb. *in d.c. quod clericis, de foro compet. sub nu. 45. in addit. quæ incipit; non valerent.*

Hanc autem conclusionem non procedere, quando statuta † laicorum essent condita in patrocinium cle- 8
ricorum, per textum *in c. si in adiutorium, dist. 10.* firmarunt Bald. post Bart. & Oldrad. *in l. cunctos populos, C. de summa Trinit.* quos refert & sequitur Bald. Perusin. *in tract. de statutis, in verb. statuere statutarij, n.10.* & ego sequor, dummodo illa statuta non sint condita per modum legis, de quo *in l. legis virtus. ff. de legib.* vt dixi supra, & notant communiter *in d.c. Ecclesia sanctæ Mariæ.*

CASVS LI.

Statutum obligans filium ad debita patris cedentis, non comprehendere filios clericos, etiam in minoribus ordinibus constitutos.

SVMMARIA.

1 *Statutum obligans filios, & vxorem ad debita patris esse validum.*
2 *Etiamsi non sint hæredes patris.*
3 *Statutum quod pater teneatur pro delicto filij est validum.*
4 *Statutum quod dominus teneatur pro familia est validum.*
5 *Consuetudo quod villa teneatur pro facientibus furta est valida.*
6 *Statuta possunt obligare aliquos ex sola causa sine culpa.*
7 *Statutum obligans filios ad debita patris cessantis nō comprehendit Ecclesiasticos, etiam in minoribus ordinibus constitutos.*
8 *Statutum prædictum ex quibus probetur odiosum.*
9 *Statutum quod pater sit obligatus pro debito filij, non comprehendit contractum factum extra territorium.*
10 *Clerici dicuntur extra territorium statuentium laicorum.*
11 *Statutum quando dicatur iniicere vinculū in ligatos.*

Barto-

BArtolus *in tract. repressaliarum, q.1.n.8.* dicit statu-
1 tum † Florentinum, quo disponitur pro mercato-
re fugiente teneri vxorem & liberos, esse validum, &
sequitur Bald. *in l. dotis, n.4. C. de iure dot.* vbi quod te-
2 neantur † filij, etiamsi non probentur heredes, vel con-
stet, quod expressè repudiauerint hereditatem, Dec. *in
cons.359.* Alex. *in l. sæpe, nu.14. ff. de re iudic.* Straccha *in
tract. de decoctorib. part.4.n.14. & 15.* Bald. *in l.1.n.8. C.
ne fil. pro patre,* Anchar. *in c. canonum statuta, col.2. versi.
quæro vlterius, scriptum est, de constit.* Roman. *in l. si fi-
lio, in 2. ff. solut. matrim.* cum multis aliis cumulatis per
Farinac. *in tit. de delictis, & pœnis, q.24.n.159. & seq.* Nã
3 valet † statutum, quod pater teneatur pro delicto filij,
Bald. *in l. receptitia, C. de constit. pec. & in l. si §.1. col. fin.
C. de vsur. rei iudic.* & de hoc est casus *in c.2. in versi. se-
cundum consuetudines, de delictis puerorum, & ibi per*
Ant. de Butr. de quo latè per Alex. *in d. l. sæpe, num.11.*
4 Item valet † statutum, quod dominus teneatur pro
familia, Bart. *in l.1. §. familiæ, ff. de publican.* Item valet
statutum, quod illi de domo teneantur pro consorte,
Bald. *in l. sancimus, C. de pœnis,* Ias. *in l. si quis suo, §. legis
5 autem, ff. de inoff. testam.* Item valet † consuetudo, quod
villa teneatur pro facientibus furta; Bald. *in l. de qui-
bus ff. de legib.*

Declaratur autem validitas prædictorũ statutorum
iusta existente causa, aliàs sine ipsa non valent, vt per
Alex. *in d. l. sæpe, n.13.* Nam, vt vxor & liberi teneantur
pro mercatore fallito, videtur dispositum ad obuian-
dum fraudibus, quæ possunt fieri in fallimentis, in oc-
cupandis bonis deficientium, quod facilius potest fie-
ri per vxorem, & filios. Item, vt prudentius agant, &
6 magis absterreantur à delictis, & sufficit sola † causa,
licet non interueniat culpa eius, qui tenetur ex statu-
to, *c. sine culpa, de reg. iur. li.6. c. quoniam, §. si verò, vt lite
non contest. cum alijs per* Alex. *ibi.*

7 Hoc autem † statutum non comprehendere cleri-
cos, etiam in minoribus ordinibus constitutos, firma-
runt Socin. *in cons.57.n.12. vol.3.* post Alex. quem citat
in cons.210. & consi. seq. vol.2. Straccha *in d. tract. de de-
coctorib. part.4. nu.15.* Negari enim non potest, huius-
8 modi † statutum esse odiosum, quia contra ius diui-
num, quod disponitur, filius non portabit iniquitatem
patris. Item contra naturalem æquitatem, *c.1. in prin. de
iniur. li.6.* Item contra ius ciuile, vt *C. ne filius pro patre,
& C. ne vxor pro marito.* Sed statutũ odiosum restrin-
gitur, & non extenditur vltra territorium statuentiũ,
*c. cùm dilectus, de consuetud. c. ex literis, de constit. c. vt a-
nimarum, §.1. de constit. lib.6. c. à nobis, de sent. excomm. l.
fi. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Anchar. *in cons.91. pro specifi-
ca, n.1.* Alex. *in cons.41. visis quæ subtiliter, n.3. vol.5.* pro-
pter quam rationem Immo. *in cons.80.* in casu præmis-
9 so consuluit, statutum, † quod pater sit obligatus pro
filiofamilias non existente soluendo, quando ei pecu-
lium non apparet, non comprehendere contractus, &
debita facta extra territorium statuentium, idem dixit
Socin. *in l. Modestinus, ff. de exception.* propter quorum
auctoritatem Dec. *in d. cons.359.* consuluit, quod filij o-
bligati vigore dicti statuti, non teneantur ad debita
patris facta extra territorium statuentium, sed clerici
10 † sunt extra territorium statuentium, ideo nõ possunt
eos ligare, tanquam non subditos, *l. fi. ff de tutor. & cu-
rator. datis ab his, &c.* & in his terminis dicit Alex *in d.
consi.211.n.1.* & sicut expressè non possunt statuentes li-
gare clericos, ita nec tacitè, ex reg. *l. cùm quid, ff. si cert.
pet. & l. triticum, ff. de verb. oblig.* & ita tenent Salyc. &
Fulgos. *in auth. cassa, C. de sacros. Eccles.* Alex. *in d. consil.*
210. *n.8. vol.2.* & dixi latè supra *in casu* 11. Neq; possunt
creditores decocti iuuari contra filios clericos ex illa
sententia; quod statutum † iniecit vinculum in filios 11
ante clericatum. Quia hoc negatur, tunc enim vincu-
lum iniecisse dicitur, quando incipit agi posse, vt diffu-
sè scripsi supra *casu* 22. sed ante decoctionem agi non
poterat contra filios; ergo vinculum tunc temporis
iniecisse non dicitur, cùm autem decoctus est, filij fa-
cti sunt clerici; ergo eos nullo modo comprehendit.

CASVS LII.

Statutum quod laici sint æquales clericis, etiam in iudiciis, esse contra libertatem Ecclesiæ. Item priuilegia Ecclesiis concessa reuocari non posse.

SVMMARIA.

1 *Statutum quod clerici sint æquales laicis, & econtra, quomodo intelligatur.*
2 *Statutum quod clericis reddatur idem ius in foro laicorum, quod redditur laicis in foro Canonico, an sit validum.*
3 *Legis natura est, vt posit ad libitum legislatoris reuocari.*
4 *Princeps reuocando priuilegium nemini facit iniuriam.*
5 *Priuilegium sponte concessum, potest ad libitum reuocari.*
6 *Priuilegia concessa Ecclesiis per leges laicorum, an possint per nouas leges reuocari.*
7 *Priuilegiorum reuocatione quando nulla fiat iniuria.*
8 *Statuta laicorum, expressam mentionem facientia de clericis, etiam si priuilegia concederent, non esse valida.*
9 *Statuendi potestas à iurisdictione regulatur.*
10 *Priuilegium potest concedi clericis à laicis, non per modum legis.*
11 *Statuta fauorabilia clericis non valent, nisi approbata per Papam.*
12 *Statuta fauorabilia clericis in dubio præsumuntur approbata.*
13 *Statutum Florentinum de seruanda æqualitate inter clericos & laicos, non valere.*
14 *Statutum reuocans eleemosynam faciendam Ecclesiæ non esse validum.*
15 *Priuilegium concessum Ecclesiæ reuocari non posse.*
16 *L. si quis curialis,* C. de Episcop. & cleric. *quomodo procedat.*
17 *Priuilegia Principum æquiparantur vltimis voluntatibus.*
18 *Sine causa reuocari non possunt.*
19 *Neque per eius successorem possunt reuocari.*
20 *Priuilegium concessum non subdito, reuocari non potest.*
21 *Statuta non posse reuocare alia statuta in præiudiciũ Ecclesiæ.*

STatutum † quod laici sint æquales clericis, & econ- 1
tra, intelligitur de omni æqualitate, & priuilegiis,
quæ cadere possunt in personis eorum, vt declarat Al-
beric. in statuto Pergami *in tract. de statut. qu.164.* &
ideo potest intelligi de ea æqualitate, quæ in iudiciis
seruatur, de qua *in l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* Vnde

Abb. *in c.Ecclesia sancta Mariæ,num.24.in 1.lect.de con-*
2 *stit.& ibi* Dec.*nu.*183. dicunt, statutum † validum, quo cauetur, clericis reddendum esse idem ius in foro seculari, quod redditur laicis in foro ecclesiastico, quia in effectu nullum ipsis infertur præiudicium, sed beneficia duntaxat statutorum laicorum denegantur clericis, quibus propterea nulla fit iniuria, & hanc opinionem affirmarunt Bald.*in auth.cassa,num.3.C.de sacros.Eccles.& ibi* Salyc.*numer.*8. qui loquitur de statuto Florentino, quod est huiusmodi, & ibi Fulgos.& Castrens. Idem Bald.*in l.si quis curialis,in fin.versic.deinde noto,C.de Episcop.& cleric.* Ancharan.*in repet.cap.canonum statuta, in* 11.*q.de constit.* & ratio potest assignari,
3 quia de natura legis † est, vt possit ad libitum concedentis, vel legislatoris reuocari, etiam sine causa, *c.conquestus,* 9.*q.*3.*c.frater,*16.*qu.*1.& ita procedit totus titulus de priuilegiis, & ad hoc facit textus *in c.*1.*de constitut.li.*6. quem retentis his terminis, allegat pro ratione Castrens.*in cons.*287.*vol.*1. Vnde dicit Bald.*in cons.* 226. *Rex Romanorum, num.*6.*volum.*1. quod Imperator non potest sibi legem imponere, quo minus ad suum libitum, possit concessa reuocare, per textum *in §.interim, in authent.de defensor.ciuit.* & sicut statuentes fuerunt causa concessionis, eodem modo ipsi possunt reuocare & sibimet sunt causa, Angel.*in l.Antiochensium,ff.de priuileg. creditor. & in l.* 2. *C. de quadriennij*
4 *præscript.* Ideo Princeps † non tenetur priuilegium obseruare, & illud reuocando nemini facit iniuriam, Bald.*in l.qui se patris, C.vnde liberi*, & sequitur Ias. *in*
5 *cons.*1.*col.*7.*vol.*1. & quod priuilegium † sponte concessum possit ad libitum reuocari, affirmarunt Felyn. *in c.quæ in Ecclesiarum,num.*48.*de constitut.* Bellon. *in consil.*28.*numer.*9.& hanc sententiam dicit notabilem Curtius iunior *in cons.*157.*num.*18. *& consi.*174.*num.*13. *& consil.*138.*num.*5. & quia statuentes sunt causa illius iuris ciuilis, pari ratione possunt illud ius sine causa, medio alterius iuris ciuilis auferre, etiamsi agatur de graui præiudicio, vt est communis opinio, quam tenet Curtius iunior *in cons.*1.*num.*18.*& seq.vol.*1. Ideo dixit Fulgosius *in l.si quis curialis, C.de Episcop.& cleri.*
6 quod priuilegia † collata Ecclesiis per Principes, & generales constitutiones, possunt per eosdem concedentes contrariis constitutionibus reuocari, quia non possunt sibi legem imponere, à qua recedere non valeant, *l.si quis in principio testamenti,ff.de legat.*3. & dicit Abb.*in d.cap.Ecclesia sanctæ Mariæ.in* 1.*lect.nu.*24.*in fi.* quod per reuocationem primi statuti priuilegium inducentis, non fit iniuria clericis. Adde rationem;
7 nam quando per † reuocationem illius quod prius concessum erat, reducitur ad ius, quod prius competebat antiquitus, non potest conqueri, is qui damnum sentit ex tali reuocatione, Bald.*in c.canonum statuta,n.*22.*de constitut.* gloss. *in l.si vnus, §.pactus ne peteret, in ver.quod in specie,ff.de pact.* quam refert, & sequitur in his terminis Curtius iunior *in d.cons.*1.*nu.*22. & ratio finalis est, quia quando per aliquam dispositionem reuertimur ad ius commune, illa dispositio est fauorabilis iudicanda, Gozadin.*in cons.*9.*num.*32.*& consil.*26. *n.*54.

8 Ego autem considero receptissimam esse sententiam, statuta † laicorum, vbi de clericis expressam nominationem faciunt, etiamsi priuilegia concesserint, non esse valida. hoc probat textus *in c.bene quidem,distinct.*96. vbi expressè disponitur, quod laici, licet religiosi sint, & potentes de facultatibus ecclesiasticis aliquid detrahere quomodolibet prohibentur, nam potestas statuendi † à iurisdictione regulatur. Ita bene 9
distinguit Anton. de Butr. *in cap.quod clericis, de foro compet.& ibi* Abb.Imm.*& alij,* Dec.*in d.c.Ecclesia sanctæ Mariæ,nu.*89.*& in c.quæ in Ecclesiarum,nu.*38.*eodem tit.* Neuizan.*in consi.*39.*num.*10. Alexand.*in consil.*211. *num.*1.*in fi.vol.*2.Surd.*in consi.*2.*nu.*14.*vol.*1. Nam cùm statuere sit iurisdictionis, Bartol.*in l.omnes populi,numer.*3.*ff.de iustitia & iure,* Roman.*in consi.*218.*nu.*2. & laici nullam habeant iurisdictionem in clericos, *l.decernimus,C.de Episcop.& cleri.c.*2. *vbi gl.de foro compet.* Oldrad.*in consil.*83.*c.si Imperator,distinct.*96. non possunt expressè etiam priuilegia concedendo clericis de illis disponere per modum legis, ex regula *l.legis virtus,ff.de legib.* vt dicit Alex.*in d.consi.*211.*num.*1. quia licet esset vtile clericis illud priuilegium, tamen est magis damnosum ratione iurisdictionis statuentium, quam sibi appropriant super clericis, in quibus non possunt.

Ergo in casu nostro, si primum statutum generaliter loquens est vtile clericis, & de eis mentionem non faciat, est validum. Idem est, si † de clericis mentionem 10
faciat, puta concedendo illis priuilegium, sed non per modum legis, vt dixi. Cùm verò per secundum statutum, de quo tractamus, fiat de clericis specialis mentio, iubendo, vt sint æquales laicis, hoc statutum non valet, quia licet possint statutum illud reuocare, vt dixi, tamen non valet ex defectu potestatis, quia carent in nominando clericos. Addo, quod statuta, † etiam 11
fauorabilia clericis non valent, nisi sint approbata per Papam, Mathesilan. *singul.*112. cum aliis per Surdum *in d.consi.*2.*num.*15.*vol.*1. *& consil.*301.*num.*14. *& seq.volum.*3. sed in dubio semper censetur approbata, † quan- 12
do est fauorabilis, nisi expressè reprobetur, vel contradicat alicui canoni; ergo primum statutum erit validum, secundum verò ex eo quia continet odium clericorum, non præsumitur à Papa approbatum, & non valebit.

Effectus huius resolutionis erit, nam dum Salycet. *in d.auth.cassa, num.*8. vult exemplum adducere pro validitate dicti statuti, dicit, stante statuto † Florenti- 13
no, quod si clericus litiget in foro seculari, id consequatur contra laicum, quod consequeretur laicus contra clericum in foro Ecclesiastico. Pone, quod alio statuto cauetur, vt inuentus portare vuas de alterius vinea, domino inuito, vel ignorante, teneatur pro quolibet racemo soluere domino solidos decem, clericus non potest cogi ad solutionem dictæ pœnæ in foro Ecclesiastico, si inuentus fuerit portare vuas de vinea alicuius laici, vigore statutorum; ergo dicit Salycet. idem debet esse, si laicus inuentus fuerit portare vuas de vinea clerici, & ad hoc conueniretur in foro seculari, quia laicus conuentus posset excipere de primo statuto seruandæ æqualitatis: Nos autem dicamus, quod cùm dictum statutum sit inualidum, dicta exceptio opposita contra clericos, nullo modo est admittenda: Nec opus est adducere illam regulam, *quod quisque iuris, &c.* quia, vt sæpius scripsi, non procedit contra clericos, & vide ad hoc Ioann.Andr. *in cap.quoad agendum, de regulis iur. li.*6.

Secundus effectus est, quia laici non possunt reuocare † per statutum eleemosynam singulis annis fa- 14
ciendam Ecclesiæ per alterum prius statutum dispositam, ita firmat Bartolus *in l.priuilegia, in fin.C.de sacrosanct. Eccles.* & sequitur Geminian. *in cap.quæ in Ecclesiarum,colum.*7.*versi.venio ad tertium,de constitutionibus.*

nibus, Roman. *in auth. similiter, versi. nono, &c. C. ad leg. Falcid. & in singul. 438. pone quod populus*, Io. Andr. *in additionib. ad* Specul. *in tit. de instrument. editione, §. nūc verò aliqua, in fi.* Fely. *in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, n. 97. & in c. ad Apostolicam, n. 2. de simon.* qui respondet contrariis, & Tiraquell. *de priuileg. piæ causæ, priuileg. 159.* vbi multos allegat pro vtraque parte, & nihil concludit. Tamen hæc opinio est verissima, quam tenet Decius *in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, n. 232. & 238.*

15 Et quod priuilegium † concessum Ecclesiæ reuocari non possit, firmat Luc. de Penn. *in l. fi. nu. 64. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11.* vbi quod Princeps debet imitari Deum, qui nunquam reuocat beneficia collata in aliquem, sed magis cumulat liberalitatis fasciculum, *cap. quantaslibet, in fi. 23. qu. 3.* & Princeps imitando Deum, non debet, nec potest priuilegium suum semel concessum, præsertim Ecclesiæ, reuocare, prout loquuntur in Ecclesia iura per eum allegata, eandem firmat Innocent. *in d. c. nouit. de iudic.* pro quo Fely. *in d. c. ad Apostolicam, n. 1. de simonia*, dicit esse ibi casum de hoc, Ias. *in l. non amplius, §. si certum, n. 14. ff. de legat. 1.* dicit, quod ista opinio in consulendo, & iudicando est tenē-
16 da. Nec obstat *d. l.* † *si quis curiales, C. de Episcop. & cleric.* quia, vt dicit Felyn. *in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 97. in fi.* ibi Imperator reuocauit de facto. Nos autem dicamus, quod dictæ leges Codicis, in quantum sunt præiudiciales Ecclesiis, non censentur approbatæ per Summum Pontificem, & tanquam factæ à non habente potestatem, non valent, neque sunt allegandæ in decisionibus causarum, Dec. *in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, nu...*

17 Et confirmatur, quia etsi priuilegia † Principum æquiparantur dispositionibus vltimarum voluntatum, *c. quia cunctis, de concess. præbend. c. si pluribus, de præbend. li. 6.* Gigas *in tract. de pensionib. q. 27. nu. 5.* Tamen sine
18 causa † reuocari non possunt, Bald. *in l. 1. in 5. not. C. de legib.* inferens ad concessionem castri factam alicui bene merito, quod sit ei defendenda, neque auferenda, & impetratio in contrarium facta sit nulla ipso iure, per gl. *in l. si qua loca. C. de fundis & saltibus rei dominicæ, li. 11.* quem sequitur Curt. iun. *in l. heres absens, in prin. n. 19. de iudic.* post Castr. *in d. l. 1.* qui dicit, Bald. sæpe facere mentionem de hac conclusione, quia sibi contigit in facto proprio. Idem dicit Bald. *in cap. 1. in princ. de feudo sine culpa non amit.* & ad hoc est text. *in auth. de referend. in prin.* vbi proprium Principis est concessa per eum non auferre, Afflic. *in c. 1. §. similiter, n. 64. de cap. qui cur. vend. & ibi* Andreas, *n. 14. in fi.* qui reprobat aduocatos fiscales contrarium sentientes, & latius Bald. *in cons. 326. Rex Romanorum, nu. 6. vers. sed ego non credo, volum. 1.* tenet, quod priuilegia non possunt
19 per Principem, neque per eius successorem † sine causa reuocari, quia Princeps quicquid agit sine ratione non valet, & ad hoc est gloss. fin. *in c. penult. 22. dist.* neminem posse amittere priuilegium suum sine causa, sed nullam causam potuit Ecclesia dare, propter quam esset priuanda solita eleemosyna sibi per priuilegium concessa.

20 Item confirmatur, quia priuilegium † concessum non subdito reuocari non potest, vt voluit singulariter Innocen. *in d. c. nouit*, quem sequitur Bar. *in l. qui se patris. C. vnde lib. & in l. si cùm mihi, ff. de dolo.* Cardi. *in repetit. c. perpendimus, in princ. de sent. excommu.* Archidiac. *in c. quicunque, 11. q. 1.* Castren. *in cons. 317. viso & examinato puncto, col. 3. vers. constat autem, vol. 1.* vbi loquitur in priuilegio immunitatis, Dec. *in cons. 286. n. 6.* Ias. *in cons. 56. n. 2. vol. 1.* Castr. *in l. digna vox, circa med. vers. nota pro terris Ecclesiæ, C. de legib.*

Neque obstant allegata per Boss. *in tit. de Principe, nu. 176.* vbi dicit communem opinionem esse, priuilegium concessum Ecclesiæ per Principem posse reuocari per eundem, etiam ex interuallo, post acquisitionem. Quia nullus ex citatis per eum, loquitur in reuocatione priuilegij, sed tantùm in † reuocatione statuti: 21
Quo casu intrat supradicta resolutio, quando priuilegium concessum est per statutum, non per modum legis, quia tunc censetur approbatum per Papam, si reuocatur per statutum subsequens, specialiter mentionem faciens de clericis, non valet, tum ex defectu potestatis statuentium, tum etiam quia dicitur inductum in diminutionem iurium Ecclesiæ acquisitorum, & sic contra eius libertatem.

CASVS LIII.

Statutum quod maritus lucretur dotem, exclusis filiis primi matrimonij, nō comprehendere filios Ecclesiasticos.

SVMMARIA.

1 *Statuto Florentino maritus lucratur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij.*
2 *Statutum Florentinum de lucro dotis an comprehendat filios Ecclesiasticos.*
3 *Statutum non extenditur extra territorium statuentium.*
4 *Statutum afficiens personas non comprehendit non subditos.*
5 *Statutum de lucro dotis dici fauorabile qui teneant.*
6 *In contrarium quod sit odiosum secundum veram opinionem.*
7 *Statutum mandans ne quis declinet iurisdictionem potestatis, non includit clericos.*
8 *Statuti generalis dispositio non trahitur ad ea, de quibus in specie non poterat disponi.*
9 *Noluntas arguitur ex defectu potestatis.*
10 *Filij Ecclesiastici possūt succedere ad bona extra territoriū, non obstante statuto Florentino de lucro dotis.*
11 *Ex statutorum diuersitate causatur diuersum ius testandi & succedendi.*
12 *Filij primi matrimonij capiunt bona extra territoriū non obstante statuto Florentino.*
13 *Etiamsi filij sint subditi iurisdictioni statuentium.*
14 *Etiamsi statutum esset fauorabile.*
15 *Statutum excludens à successione, dicitur excludere à legitima.*
16 *Statutum non potest excludere filios à legitima respectu bonorum extra territorium.*
17 *Statuta ad bonum publicum facta non ligant clericos postea factos.*

Statuto † Florentino maritus lucratur dotem post mortem vxoris, non obstantibus filiis dictæ vxoris ex primo marito, quod est sub *rubr. 129. lib. 2.* & semper fuisse obseruatum, etiam in præiudicium filiorum primi matrimonij, testatur Dec. *in consi. 19. & consi. 283.* Socin. *in cons. 52. vol. 3.* Paris. *in cons. 91. vol. 3.* Roland. *de lucro dotis, quæst. 24. & seq. & quæstion. 31. & sequ.* concludentes per hoc statutum correctam esse dispositionem *l. hac edictali, C. de secundis nupt.* Menoch. *consi. 4. nu. 41.* Berous *quæst. 119. col. 5.* vbi de communi opinione testatur Cæphal. *consi. 299. nu. 8. vol. 2.* & de 1

& de hoc statuto Florentino meminit Castr. *in l.1.n.4.C.de inoffic.dot.*& hanc opinionem per plura firmauit Rota Florentina *decis.209.lib.17. part.2.* & ita ego consului in casu occurrenti Florentiæ, dum eram Pisis legendo ordinariè ius ciuile, desero ad purgandum peccata mea Anno 1598.

2 Sed dubitationis est, an hoc statutum † excludat filios primi matrimonij Ecclesiasticos, non subiectos iurisdictioni statuentium, Paris. *in consi.91.vol.3.* affirmat comprehendere, sed re vera ipse non dispungit articulum respectu qualitatis Ecclesiasticæ, tantum disputat de statuto disponente maritum lucrari dotem, & donationem propter nuptias, si filios non habuerit ex illo matrimonio, & concludit comprehendere filiam monialem, cuius allegationes duntaxat respiciunt, an comprehendat filios primi matrimonij simpliciter loquendo. Nos igitur hanc Ecclesiasticam qualitatem considerantes, dicimus statutum huiusmodi nullo modo excludere filios Ecclesiasticos primi matrimonij à successione matris secundo nubentis.

3 Est enim opinio receptissima, vt statutum † non extendatur extra territorium statuentium, Bart. *in l.1.n.32.in fi.C.de summa Trinit.l.fi.ff.de iurisdict.om.iudic. & ibi* Dec. *n.3.* Cagnol. *n.21.* Dec. *cons.276.n.4.& consi.314.in 2.dub.& consi.457.nu.4.* Crauett. *cons.30.num.3.* Rub. *consi.45.col.1.& cons.17.in fi.* Gozadin. *cons.55.n.9.& cons.49.n.6.& seq.* Tiraqu. *de retract.consanguin.§.1.gloss.1. & in tract.de iure primogenit.qu.46.* Brunus *in tract.de statuto exclusiuo fœminarum, artic.8.q.25.& qu.26.* & ista est communis opinio, de qua per Viuium inter communes, *in verb. statutum excludens fœminas*, & ita fuit pluries decisum, Caccher. *decis.Pedemontanæ 100.in fin.* Puteus *in decis.Romana 351.part.1.* Item quia

4 hoc statutum † afficit personas, intendit enim præiudicare filiis, quod fieri non potest aduersus non subditos, Bar. *in d.l.1.n.42.C.de summa Trinit.* Alex. *in cons.44.videtur prima facie, vol.4.* Anchar. *in cons.169. visis puncto, & statuto, prope fin.versi. & maximè hoc verum,* Brun. *in d.tract.de statuto exclusiuo fœminarum, artic.6.in 1.q.col.2. vers. sin autem verba concipiuntur in personam,* Dec. *in d.cons.276.col.fi.vers.secundo ad dictum statutum,* Immol. *in c.quod clericis, de foro compet.* concludit statutum non comprehendere forensem non subditum, quando respicit personam.

5 Et licet hoc statutum † dicatur fauorabile, vt per Roland. *de lucro dotis, q.24.n.7.* quia inductum fauore matrimonij, vt viduæ facilius viros reperire possent, quod respicit publicam vtilitatem, vt per Bald. *in cons.495.n.4.versi.item quia, & in fi.vol.5.* vbi dicit, non obstare, si dicatur hoc statutum continere quandam iniquitatem, quia excludit filios primi matrimonij, quia ipse respondit, concedendo tale statutum non esse æquum, sed esse bonum secundum situm generatiuæ, id est, appetitiuæ regionis: Tamen hac vtilitas non est publica primario, sed secundario, Bart. *in l.1.§.huius studij, in 2.opposit. ff.de iustitia & iur. & in l.1.in 4.opposit. versic.exemplum, ff.soluto matrim.& in l.ambitiosa, col.6.versi.sed pone quæro.ff.de decret.ab ordine faciend.& in*

6 *l.2.ff.ad municipal.* Ergo cùm principaliter † sit odiosum, auferens filiis successionem maternam contra *l.maximum vitium, C.de liberis præter.* & contra dispositionem *l.hac edictali, C.de secundis nuptiis,* quæ fundata est in iure naturæ, vt scripsi consulendo, & iuris cõmunis correctorium, strictè est interpretandum, Paris. *cons.56.n.6.vol.2.* vt non comprehendat, nisi casus expressos, *l.præcipimus, C.de appellat.l.sancimus, C.de testam.c.cupientes, §.quod si per viginti, & ibi gloss.& Dd. de elect.* Bart.& alij *in l.si verè, §.de viro. ff.sol.matrim.* nec comprehendat eos filios, de quibus in specie disponere non poterant, Bart. *in l.si quis sub conditione, in fin.ff.de condit.instit.* dicit, quod statutum † mandans, 7
nequis declinet iurisdictionem potestatis, non includit clericos, idem dixit Io.Monachus *in c.2.de constit. li.6.* generalis enim statuti † dispositio non trahitur 8
ad ea, quæ fieri non possunt in specie, Dec. *in c.Ecclesia sanctæ Mariæ, n.50.de constit.* Crot. *in §.diui, n.80.de legat.1.* & generalis dispositio non comprehendit ea, quæ specialiter non venirent, *l.obligatione generali, ff. de pignorib.*& ex defectu † potestatis, arguimus nolun- 9
tatem, *l.Lucius, §.penult.ff.ad municip.c.à nobis, de sent. excomm.* nemo enim videtur apponere manum ad sibi illicita, & impossibilia, *l.miles, §.eam, vbi* Angel. *ff.de adulter.* Anchar. *in repet.c.1.nu.29.de constitut.* Strictè igitur intelligendo statutum odiosum, non possunt comprehendi filij Ecclesiastici, de quibus in specie statuentes disponere non poterant.

Sed vt iste casus diffusius explicetur, describamus duos articulos.

Primus articulus est, quando mulier secundo nubens † habet bona dotalia existentia extra territo- 10
rium statuentium, tunc filij primi matrimonij, etiamsi non sint Ecclesiastici, possunt succedere ad dicta bona, non obstante prædicto statuto, Bald. *in l.si arrogator, n.27. vers.& facit ad plures quæstiones, ff de adoptionib.* vbi loquens de bonis dispositis per statutum, dicit, seruari ex diuersitate patriæ, diuersitatem statutorum, & quodlibet in suo territorio præualet, & ibi diffusè Ias. *num.42.& 48.& 50.* Idem Bald. *in consi.19.factum, prope fin.versi.soluendo igitur propositam, & consil.439. super primo, circa finem, versic. tamen consideratis omnibus, vol.3.* Corn. *in cons.85.prima dubia, nu.9.vol.3.* dicit ex diuersitate statutorum † causari diuersum ius te- 11
standi, & successionis, quæ dicitur anomala, in qua non habet locum regula: Neminem posse decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, & *in consi.202. circa præsentem, col.4.vers.nihilominus.vol.2.* Alex. *cons.41.n.7.vers.nisi, vol.5.& cons.19.circa primum, n.7. vers.& ista.vol.6. & cons.155 viso titulo, n.4. vers.& saltem, vol.7.* vbi addentes testantur de tali obseruantia, latè Gozadin. *in cons.49.* Brun. *in d.tract.de statuto exclusiuo fœmin.artic.8.q.25.nu.119.& n.130. vers.quicquid autem sit,* quem sequitur Phanucc. *in tract. de lucro dotis, gloss.9.n.36.*

Cùm ergo bona diuersorum locorum habeant diuersa iura successionis, sequitur vt filij † primi matri- 12
monij capiant bona extra territorium statuentium, & maritus cætera existentia in eorum territorio: & hæc conclusio procedit, etiamsi statuentes expressè disposuerint de dictis bonis extra eorum ditionem existentibus, & ille, qui vellet succedere, † esset subditus di- 13
ctis statuentibus, quia nihilominus statutum non cõprehendit dicta bona, vt concludit Rubeus *in consi.71.in fin.*& post Alexand.Socin.& alios quos refert, testatur esse communem opinionem Paris. *consi.84.numer.42.& seq.volum.1.& consil.98.num.8. volum.2.* vbi loquitur, non obstante, quod † statutum esset fauorabi- 14
le pro familia, & Ruyn. *in consil.48. volum.3.* qui respondet rationi Calderini *in consil.34. numer.2.& 3.de testamen.* quicquid dixerit Puteus *in consil.vnic.nu.112. post consilia Oddi Perusini*, tanto magis, si ille, qui vult succedere, non esset subditus ditioni statuentium, puta quia

quia esset Ecclesiasticus, de quo per Cæphal. *in consil. 161.n.11.vol.2.*

15 Nam cùm statutum † excludens à successione dicatur excludere à legitima, Dec. *in cons.525.* Alexand. *in cons.41.vol.1.* quia legitima debetur respectu successionis ab intestato, *auth.nouissima, C de inoffic.testam.* Alex. *cons.65.vol.4.* Cuman. *in cons.188.* vbi dicit, quod contraria opinio Salycet. communiter reprobatur, & post plurimos quos allegat Bott. *in cons.9. num.9.* testatur de magis communi, & latè per Turret. *in cons.5. per tot.* non videtur conueniens filios primi matrimo-

16 nij esse exclusos per statutum à legitima, † etiam respectu bonorum alibi sitorum, cùm statuta sint taliter restringenda, vt quanto minus lædant ius commune, Caccialup. *in l.omnes populi, nu.103.* Laurus de Palatio *in tract.de success.mascul.exclus.fœmin. super §.cæterum, Instit.de hæredit.quæ ab intestato deferunt. in 2.part.nu.44.* Dec. *in cons.484.n.9.* Soci. *in cons.252.in fi.versic.secundo respondeo, vol.2.* Ruyn. *in cons.28.nu.5.vol.3.* Brunus *in d.tract.de statuto exclusiuo fœminarum, art.13.q.4.col.1.versi.& iccirco bene dixit,* Parisius *consi.59.volumine 3.*

Secundus articulus est, filij Ecclesiastici primi matrimonij, non excluduntur per dictum statutum à successione matris, per illius secundum maritum, & hic patet, tum ex generalibus dictis in principio huius ca-

17 sus, tum etiam quia statuta † ad bonum publicum facta, non ligant clericos postea factos, Aretin. *in cap. quod clericis, in fin.de foro compet.* Salyc. *in authen.cassa, num.14.C.de sacrosanct.Eccles.* qui dicit, ita fuisse determinatum per valentissimos viros, & hæc opinio fuit recepta in tribunalibus, vt per Capyc. *decis.98.* & Franchus *decis. 411.* qui decidunt in casu consuetudinis Neapolitanæ prohibentis testari de bonis antiquis ante clericatum, vt non comprehendat clericos, Surd. *decis.20.* & scripsi latè de hoc supra *in cas.4.* Tunc enim filij Ecclesiastici dicuntur excludi, quando venit casus successionis, & non ante, vt ibi dixi per *l.si cognatis, ff.de rebus dubiis,* sed eo tempore non sunt subditi ditioni laicorum; ergo, &c. propter quam rationem conclusi *in casu 5.* quod statutum excludens fœminas propter masculos, non comprehendat moniales, ex quorum casuum resolutionibus, apparebit resolutio præsentis articuli.

CASVS LIV.

Statutum laicorum, quo funebris pompa Ecclesiæ imminuatur, atque clericorum, vel cereorum numerus restringitur, non valere.

SVMMARIA.

1 *Statutum laicorum disponens de mortuariis est contra iurisdictionem Ecclesiæ.*
2 *Statutum disponens de impensis quæ fiunt in mortuariis ad solatium animæ defunctorum non valere.*
3 *Prælati successor tenetur soluere expensas pro mortuario prædecessoris.*
4 *Sumptus funerum olim fecisse Ecclesiam Constantinopolitanam.*
5 *Expensæ funerum ad pompam viuorum possunt taxari per statutum laicorum.*
6 *L. & si quis, §. equini, ff. de relig. & sumpt.funer. quomodo intelligatur.*
7 *Sumptus funerum ad solatium viuorum, non debent solui à Prælato Ecclesiæ.*
8 *Dispositio testatoris quod eius cadauer sepeliatur cum cantu & alacritate, an valeat.*

Statutum † laicorum disponens de mortuariis esse cōtra iurisdictionem Ecclesiæ, dicit text. *in c.fin.de rebus Ecclesiæ non alienand. in versic. sed etiam de mortuariis, nec non de aliis, quæ iuri spirituali annexa sunt;* propterea huiusmodi statutum non valere, concludit Decius *in cap.Ecclesia sanctæ Mariæ, num.196. de constit.* Roman. *singul.358.reuerendißimus dominus,* & quod sit ius spirituale, super quo committitur simonia, probat Ægidius Bellamera *in tract.de permutatione beneficiorum.part.2.q.3.n.3.* Ideo laici non possunt se intromittere: vt autem hic casus clarius innotescat, explico per duos articulos. 1

Primus articulus est, statutum prædictum si disponat † de impensis, quæ fiunt in remedium, siue solatium animæ defuncti, vt sunt impensæ, quæ fiunt circa clericos confluentes ad associandum cadauer, & orand um pro eius anima in officio sepulturæ, vel circa cercos, & cruces, & similia, & tunc statutum non valet, ita dicit Abb. *in d.c.fin.nu.5.de rebus Ecclesiæ non alienandis, & in consi.26.quidam officiales, & in cons.63. part.1.& in qu.3.incip.Sempronius Clericus, column. 2.* & sic intelliguntur omnes præcitati Dd. & ipse text. *in d.cap.fin.* 2

Hinc est, quod Prælato † Ecclesiæ defuncto, successor tenetur ad huiusmodi impensas, quia concernunt spiritualia, à quibus nullus Prælatus excusatur, Rodoanus *in tract.de rebus Ecclesiæ nō alienandis, quæstione 5.in §.& Prælatus successor, nu.5.* Abbas *in d. quæstione 3.in 1. dubio,* Benedictus Canofilus *in repetitione extrauagantis, ambitiosæ, in tit.de rebus Ecclesiæ non alienandis, in 2.suo tract. in tit. de sepulturis,* & ita est casus decisus vt per Capyc. *decis. 84.* Idē Abbas *in c. vt prætеritæ, colum.penult.versic.& ex prædictis, de electione,* & Decius *in consil.157.num.1.* scribens in funere Cardinalis Triuultij, &c. Ioannes Baptista Asinius *in l.funeris impensam, nu.4.ff.de religiosis, & sumpt. funerum,* & pro hoc facit, olim in ciuitate Constantinopolitana huiusmodi funerum sumptus † fecisse Ecclesiam, cui ob id oneris Constantinum, & Anastasium Imperatores mille, & centum officinas donasse, vt ex eorum redditu funerum sumptus faceret, & feretra suppeditaret, vespillonibus & lecticariis mercedes solueret, iis nempe qui mortuos efferunt, & sepeliunt, vt habetur *in Nouel.43. de officio Eccles. Constantinopolitan. & 59.* vbi Iacobus Cuiacius *de sumpt. funer.* explicat. 3 4

Secundus articulus est, † impensæ funerum, quæ fiunt ad pompam viuorum, vt sunt apparatus, constructio sepulturæ, pretiosa exequiarum pompa, videlicet quod multi induantur vestibus luctuosis, & similibus, vel quod fiant illæ ampliæ cultrices sericæ, vel aureæ, quæ fiunt Neapoli in funere cuiuslibet defuncti nobilis, & postea deseruiunt pro ornamentis capellarum, seu sepulchrorum ipsius defuncti, bene possunt taxari, & restringi per statutum: hanc opinionem firmat Abbas *in d. cap. fin.num.6.de rebus Ecclesiæ nō alienādis, & in d.quæ.3.in 1.dub.* Ioannes Fran- 5

ciscus Pauin. *in tract. de officio & potestate Capituli sede vacante, in 2. part. princip. q. 8. nu. 28.* Petrus de Vbaldis *in tract. de canonica Episcopali, & parrochiali, c. 13. canonicæ parrochialis*, & ratio est, quia huiusmodi pompæ, magis sunt viuorum solatia, quàm mortuorum suffragia, vt habetur in Diuo Augustino *in lib. de cura pro mortuis, c. 2. & c. 18.* & per Diuum Thomam *in 4. libro sentent. dist. 45. q. 2.* Summa Tabien. *in tit. de excommunicatione, casu 20.*

Et quod huiusmodi impensæ funerum factæ ad solatium viuorum, & sic temporaliter possint taxari per statuta laicorum, inducitur. Nam, vt ait Cicero *in 2. li. de legib.* ex lege Solonis ab initio fuerunt taxatæ istæ funerum impensæ: Postea lege duodecim tabularum idem dispositum est: *Ne facito rogum, ascia ne polito, mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento.* Nec enim laudabilia sunt, & locupletibus ferè cum plebe communia, & à natura procedit, vt in morte tollatur discrimen fortunæ. Post legem duodecim tabularum iterum ad easdem immensas effusiones res redacta est, & iure ciuili dispositum est, maiorem esse debere funeris impensam in nobili viro, quàm in i-
6 gnobili, propter ætatis dignitatem, *l. & si quis*, † *§. equini, ff. de religios. & sumptibus funer.* quem textum intelligit Alex. *in l. ex facto. §. si quis rogatus, ff. ad Trebellian.* & Bonus de Curtili *in tract. de nobilitate, part. 5. nu. 82.* quo fit, vt per diuersa statuta funerum sumptus, in diuersis ciuitatibus fuerunt restricti, ne videlicet fierent tot apparatus equorum, signorum vestiumque diuersarum, aut etiam conuiuarum, de quibus habetur per Asinium *in l. si quis sepulchrum, §. sumptus funeris, in pluribus numeris, ff. de religiosis, & sumptib. funer.* Et hanc limitationem fieri posse non est dubitandum, cùm de temporali tractetur negotio, atque reducendo funera ad statum naturæ, vt in morte tollatur omne discrimen fortunæ.

7 Confirmari potest, quia huiusmodi † sumptus cùm sint temporaliter facti ad solatium viuorum, vt dixi, non debent solui à Prælato successore in Ecclesia, sed ab herede defuncti, vt est decisum per Capyc. *in d. decis. 84.* & scribunt Rodoanus *in dicta quæstione 5. §. & Prælatus, nu. 5.* Ioannes Franciscus Pauin. *in d. quæstione 8. num. 2.* Cardinal. qui ita pluries consuluit per textum *in c. bonæ, in 2. de elect.* Calderinus *in consi. 1. & cons. 2. in tit. de solutionibus*, & ad hanc confirmationem fa-
8 cit dispositio † illius, qui ordinauit eius cadauer tumulari debere cum cantu, & alacritate, rubeis vestimentis, ex quo fuit iudicatum illum fuisse dementem, de quo per Alex. *in l. 1. in princ. n. 19. ff. de verborum obligationib.* & Castrensis *in l. non oportet, num. 2. C. de his quibus vt indign.* Tamen Mantic. *de coniectur. lib. 2. titul. 5. numer. 9.* dicit, non posse præsumi illum fuisse dementem, ex quo erat Doctor: & à nobis adducuntur ad firmandum, quod dispositio super huiusmodi impensis funerum temporalis est, propterea per laicos iure possent moderari.

CASVS LV.

Statutum negans audientiam non subdito, nisi præster fideiussionem, non comprehendit Ecclesiasticos actores coram iudice seculari.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiastici, strictius dicuntur non subditi, quàm forenses.*
2 *Statutum Lucæ negans audientiam non subdito, nisi præstiterit fideiussionem, comprehendere clericos, qui teneant, & num. 16.*
3 *Contrarium est verius.*
4 *Statuta facere pertinet ad iurisdictionem.*
5 *Paria sunt ligari statuto, & ad forum trahere.*
6 *Statutum deteriorem faciens conditionem clericorum, quàm sit de iure communi, est contra libertatem Ecclesiæ, & num. 8.*
7 *Statutum auferens priuilegium, quod est commune omnibus, non valere.*
9 *Statuentes quod non possunt expressè contra clericos, nec possunt tacitè.*
10 *Statutum laicorum non potest priuilegium auferre, quod competit clericis ex eodem statuto.*
11 *Statuti reuocatio nõn valet in præiudicium clericorum, sine approbatione Papæ.*
12 *Processus factus ab Ecclesiasticis coram laico, etiam non præstita fideiussione ordinata à statuto, valet.*
13 *Statutum recipit interpretationem de iure communi.*
14 *Etiam si corrigat ius commune, & quomodo.*
15 *Fideiussionem præstare obligatus, non tenetur, nisi fuerit ipsa petita.*
17 *Statutum, quod bannitus non audiatur, facit processum nullum, etiamsi non fuerit opposita exceptio statuti.*
18 *Processus factus contra formam legis, est nullus.*
19 *Conditio licet debeat impleri, quamprimum potest, tamen debet peti implementum.*
20 *Statutum negans audientiam forensi, nisi præstita fideiussione, intelligitur si petita fuerit.*
21 *Acta facta absque fideiussione ab eo, qui satisdare debebat, valent, nisi petita fuerit.*
22 *Exceptio dilatoria, debet à principio opponi.*
23 *Bannitus auditur, non obstante statuto, nisi fuerit oppositum.*
24 *Vel exceptio banni sit notoria.*
25 *Exceptio fideiussionis præstandæ censetur reiecta per processum ad vlteriora.*
26 *Exceptiones peremptoriæ debent statim terminari.*
27 *Alias censetur reiecta per processum ad vlteriora.*
28 *Iudex dicitur cognoscere super exceptione, quando super ea auditis partibus ad vlteriora procedit.*
29 *Etiamsi eadem die interloquatur.*

Statutum Lucæ *libro 1. capite 145.* denegat audientiam non subdito: Nisi præstiterit fideiussionem; & cum Ecclesiastici † strictius dicantur non subditi, quàm ipsi laici forenses, vt dixit Signorol. *in cons. 21.* 1
statuta ciuitatis, quia ipsi etiamsi volunt, non possunt consentire in laicum, *cap. si diligenti, de foro competenti.* Ideo Decius *in ca. Ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 223. & seq. de constitutionibus*, dixit, dictum statutum comprehendere clericos, & *in consil. 275.* in causa Lucæ † con- 2
suluit idem, & ita reperio fuisse decisum per Rotam Lucensem inter decisiones nouissimas Camilli Lepidi, & aliorum, *decisione 43.* Ego autem in resolutione istius casus ecclesiastici constituo tres articulos.

Primus articulus est: Statutum † huiusmodi nullo modo comprehendere clericos. Quia si statutum denegaret audientiam clericis, expressè non valeret, 3

ita

ita dicit Decius *in consil.275. num.2. vers.& sic licet ab-*
solutè nõ valeret statutũ per quod audiẽtia clericis dene-
gatur,&c. Item ex alia causa, quia expreßè de clericis
faceret mentionem, Decius *in d.c. ecclesia sanctæ Ma-*
riæ,nu.197.& distinct.96. in summa,&c. bene quidem.
4 Nam cum, vt sæpius dixi, statuere † sit iurisdictionis,
Bartolus *in l.omnes populi,nu.3. ff. de iustitia & iure,*&
laici nullam habét in clericos iurisdictionem, *l.decer-*
nimus, C. de Episcop.& cler.c.2. & ibi gloss.de foro comp.
Innocent.*in c.significãtibus,de off. deleg.* vbi quod cle-
rici sunt exempti à Iurisdictione Imperatoris,& dicit
textus *in c.si Imperator,distin.96.* & sicut Princeps se-
cularis non potest iudicare clericos,*c.at si clerici.de iu-*
5 *dic.*ita non potest statuto astringere, quia à pari pro-
cedunt ligare aliquem statuto, & ad forum trahere,
Innocent.*in rubr.de consuetud.* Archidiac.*in c.quo iure,*
*distinct.9.*Dec.*in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ,num.6.* Item
quia auferet competentia clericis de iure communi.
6 Quo casu statutum † faciens deteriorem conditio-
nem clericorum, quàm sit de iure communi, dicitur
esse contra libertatem ecclesiasticam, *auth.cassa,& ir-*
*rita,C.de sacros.Eccles.*vbi dicitur esse contra ecclesia-
sticam libertatem, quod sit contra canonicas,& tem-
porales sanctiones, & Innoc.*in c.nouerit, de sent. ex-*
7 *commun.* dicit, non valere statutum † auferens priui-
legium,quod est commune omnibus, Alexan.*in con-*
*sil.210.num.11.vol.2.versic.roborantur,*dicit nõ solũ lę-
di Ecclesiasticam libertatem,quando tollitur priuile-
gium competens clericis, sed etiam quando id dene-
gatur, quod à iure communi conceditur; & subdit,&
si non possit dici contra libertatem ecclesiæ, quo ad
incurrendam pœnam *d.c.nouerit,* tamen negari non
potest, quod nullo modo sunt seruanda contra cleri-
cos, contra quos statuentes nullam habent iurisdi-
ctionem, & statuta non ligant extra territorium sta-
tuentium,*c.vt animarum,de const.lib.6. l.fin.ff.de iuris-*
dict.om. iudic. & difficilius tollitur, quod competit de
8 iure communi,†quam quod de iure speciali,*l.eius mi-*
*litis.§.militia missus,ff.de milit.testa.*Feli.*in d.c.Ecclesia*
sanctæ Mariæ,nu.42.& ibi Dec.*num.3.* post Anton. de
Butr. dicit, magis dici contra libertatem Ecclesiasti-
cam,si tollantur, quæ iuris communis beneficio com-
petunt,quàm si competant ex priuilegio.
9 Ergo si statuentes † non possent expreßè hoc sta-
tutum facere contra clericos, neque dicuntur posse
tacitè,quia in dubio nemo videtur in sua dispositione
voluisse comprehendere eos, de quibus expreßè dis-
ponere non potest,*c.à nobis.de sent.excomm.l.Lucius,§.*
penult.ff.ad municip.& statutum recipit semper inter-
pretationem à potestate statuentis, Bart.*in l.si quis sub*
conditione,in fi.ff.de condit.& demon. Ioan. Monach.*in*
*c.2.de const.li.6.*Dec.*in d.c.Ecclesia sanctæ Mariæ.nu.50,*
Crot.*in l.filiusfamilias,§.diui,n.80.de lega.1.*& genera-
lis dispositio non comprehendit ea, quæ specialiter
non venirent, *l.obligatione generali.ff.de pign.cũ simil.*
Nec valet,quod dicit Dec.*in d.cons.275.n.2. ver.ideo*
10 *debet valere quantũ † ad denegandũ audientiã in bene-*
ficio statuti,de quo agitur,&c. Primo,quia conclusimus
supra *in casu 52.* statutum laicorum non posse auferre
beneficium competens clericis etiam ex eodem sta-
tuto,quia aut expreßè de eis faceret mẽtionem, & nõ
valet,aut generaliter aufert certo generi personarum,
& ex defectu potestatis, nec comprehenduntur, nec
intelliguntur tacitè comprehensi. Item quia si illud
beneficium clericis fuisset concessum expreßè,& non
per modum legis,vt dicit Alex.*in d.consi.211.n.2.vol.2.*
valeret [illegible] &, in dubio censeretur approbatum à Papa,
quatenus non ostenderetur reprobatum, Abb.*in d.c.*
ecclesia sanctæ Mariæ,nu.9. sed reuocatio † istius bene- 11
ficij fieri non posset sine approbatione Papæ,quia sta-
tuta laicorum non ligant clericos sine dicta approba-
tione,Matthesil.*sing.112.*Denique quia Dec. *in d.n.2.*
expreßè sibi contradicit. Primum dicit statutum de-
negans audientiam clericis non valere, deinde dicit
valere in hoc, vt denegetur audientia quo ad benefi-
cium dicti statuti, sed beneficium dicti statuti consi-
stit in hoc, vt actores possint audiri coram iudice se-
culari, nec de alio loquitur; ergo expressa videtur con-
tradictio,& propterea sibi non credendum, Alexand.
in cons.185.nu.32.versi.non obstat,volum.7. Ias.*in consil.*
89.colum.penult.vol.3.
Secundus articulus est: processum † factum per 12
Ecclesiasticos actores coram iudice seculari, vbi vi-
get tale statutum, esse validum etiamsi fideiussio præ-
stita non fuit, neque opposita per laicum conuentum
fideiussionis exceptio. Quia statutum † recipit inter- 13
pretationem de iure cõmuni, *l, serui.vestri. Cod.de no-*
*xal.& ibi Bar.*gloss.fin.*in l.fi. §.in cõputatione,C.de iu-*
re delib. vbi Bald. & cęteri *c.ad audientiam,de cler.non*
*resid.*gloss.*in c.contra eum,de reg.iur. l.6.* glo.*in l.vete-*
*rib.ff.de pact.*Bartol.*in l.omnes populi,in 6.quæst.* Fel. *in*
cap.ex literis,num.4.& ibi Abb.*nu.5.de constitutionibus,*
etiam † si est contra ius commune, tamen in quan- 14
tum fieri potest, secundum illud debet interpretari,
Alexand.*in l.inter cætera,num.5.de liber. & posth.* Ro-
land.*in consil. 72.nu.33.volum.3.*Zanch.latè *in cons.169.*
*nu.8.inter consil.vlt.volunt.vol.1.*Cur.iun.qui testatur
de communi *in consil.7. num.8.* quod intelligo solum
excepto eo,in quo expreßè corrigit, *c.dilectus,de fide*
*instrument.*glossa,& Doctores *in d.l.si serui vestri,*Go-
zadin.*in consil.19.numer.16.*Ruyn.*in consil.29.num.5.&*
consil.32.num.11. & consil.38.nu.6.volum.3. & ideo re-
cipit omnes declarationes datas de iure communi
ipsi iuri communi in illa materia, Antonius de Bu-
trio *in consilio 9. viso, in 3.dubio,* Decius *in consi-*
lio 484.
Sed de iure communi specialiter dispositum est in
materia præstandæ fideiussionis, † vt qui ad illam te- 15
netur,cogi non possit,nisi petatur, *l.peto, §.fratre,de*
leg.2.in versic.si cautio non fuerit postulata,& l.2.§.quod
ait prætor,ff.quorum legatorum,in versic. non ergo offerre
debet satisdationem,sed petenti moram non facere, & l.1.
§.non exigit,ff.vt in posses.legat.in versic.quare si nõ fue-
*rit,qui interpellet.*Item glos.fin.*in l.vniuersa,C.de pre-*
*cibus Imperat.offerend.*dum dicit textus, impetrans re-
scriptum vti non potest, nisi præstet fideiussionem,
exponit, tenetur ad hoc, si postuletur, aliter actus fa-
cti valent. Plura similia huius generis, actus videlicet
factus præter illud quod fieri debebat ab agente va-
lere, quando interpellatus non fuerit, congerunt Fe-
lyn.*in cap.si autem,de rescript.* Marsil. *in l. vnius, §. co-*
gniturum,colum. 2. & 3. ff. de quæstionibus. & Ias. *in di-*
cta l.vniuersa, qui etiam iuris Canonici similia con-
gerit.
Sed quia ex resolutione contrariorum veritas ma-
gis elucescit, ideo videamus per quas rationes motus
fuerit Decius † ad consulendum contrarium *in d.con-* 16
sil.275.in 2.dub. & cur Rota Lucensis *in d.decis.43.* se-
quuta fuerit Decium,qui *in consil.275.numer. 2. versic.*
& Immola,*in l.1.§.sublata,ff.ad Trebellia.* *& ibi Alex.*
dicit,istam esse magis communem opinionem. Vn-
de postea Dec. concludit, & cum ista sit communis,
ab ea

ab ea non est recedendum. Sed rogo ad ite Iudi-
ces rem tam magni præiudicij in eccle o, lega-
tis obsecro Alexan. *in d.c. sublata, in versi. vt quis sta-*
17 *tutum dicat, bannitus* † *non audiatur, seu ius non redda-*
tur, nam tunc ipso iure, absque quòd opponatur exce-
ptio aliqua, processus erit nullus, & ad hoc allegat Io.
Andr. *in addition. ad Speculat. tit. de sententia, §. iuxta,*
num. 5. in additione, quæ incip. est sciendum, vbi quæ-
rit de statuto, quod bannitus non audiatur, vel ei ius
non reddatur, & concludit, quod etiamsi non fue-
rit opposita exceptio, processus factus est nullus, quia
18 † contra formam legis, & hanc dicit esse magis com-
munē opinionem. Sed hic non est casus noster, quia
statutum Lucæ dicit, forensem non audiri, nisi præsti-
ta fideiussione, vnde aliud est tollere actionem, & im-
pedire, ne nascatur, & hæc est illa magis communis,
quæ procedit in bannito: aliud est impedire exerci-
tium actionis iam natæ, & hoc facit statutum Lucæ,
dum dicit, non audiatur, nisi præstiterit fideiussio-
nem, non ergo impedit natiuitatem ipsius, quam præ-
supponit esse productam, per dictionem *Nisi*, ex re-
gula, quod priuatio præsupponit habitum, *l. decem,*
ff. de verborum obligationibus, sed vult impediri eius
exercitium, quousque fuerit fideiussio præstita, quo
casu non loquitur dicta communis, & succedit regu-
la, difficilius tolluntur nata, quàm nascenda, vt in
his terminis dicit Cumanus *in dict. l. 1. §. sublata*, per
regulam *l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni*
iuris. Nec obstat, quod dicit Ripa *in d. §. sublata, nu-*
mer. 4. versic. item dicebam, vbi quod hic *versi. nisi præ-*
stiterit fideiußionem, est de forma, quia inducit condi-
tionem, quo casu debet offerri, etiamsi non peta-
tur. Quia Aretinus *in consi. 94. consideratis, colum. 4.*
19 *versic. tertio sicut*, dicit, licet conditio † debeat imple-
ri quam primum potest; tamen debet procedere in-
terpellatio partis, cui mora prodesset, & plura ad hæc
allegat, & sequitur Marsilius *in dicto §. cognitum, nu-*
mero 11.

Pro confirmatione istius resolutionis allego ver-
ba Doctorum circa hunc articulum dicentium sta-
20 tutum huiusmodi, † forensem non esse audiendum,
nisi præstita fideiussione, intelligendum esse, si peti-
ta fuerit ipsa fideiussio, aliàs acta valent. Ex quo lice-
bit intelligere, quantum differat hoc statutum ab al-
tero simpliciter loquente de bannito non audiendo.
Paulus de Castro *in l. vniuersa, nu. 6. C. de precibus Im-*
21 *perator. offer.* querit de statuto, quando forensis † agit
contra ciuem, teneatur præstare fideiussionem, aliàs
processus non valet, & concludit processum valere,
nisi fuerit petita fideiussio, Ias. *in d. l. vniuersa, numer. 2.*
dicit, quando lex, vel statutum requirit, quod præste-
tur fideiussio, alias actus non valeat, debet intelligi,
si petatur à parte, prout ipse declarat de statuto Pata-
uino, quod dicit esse huiusmodi, & refert hanc opinio-
nem tenere Alexand. *in consi. 210. volumin. 2.* & Are-
tin. *in consi. 137.* vbi etiam dicit, istam esse exceptio-
22 nem † dilatoriam, quæ si à principio non fuit oppo-
sita, non potest vlterius opponi. Eandem tenent
Marsil. *in dicto §. cogniturum*, & Felyn. *in d. ca. si autem*,
& pro hac confirmatione faciunt doctrinæ grauissi-
morum virorum, dicentium hanc opinionem proce-
23 dere etiam in statuto loquente de bannito, † vt non
audiatur, qui tamen potest audiri, nisi opponatur, Bar-
tol. *in l. eleganter, §. si quis post, ff. de condict. indeb.* Ange.
in l. venditioni, numero 2. C. de vsucapion. pro emptor. &
hanc eandem tenet Io. Andr. *in c. statutum, de rescript.*
li. 6. in glossa in ver. nec audiatur, prout refert, & sequi-
tur Angelus ibi. Sed possunt intelligi, quando exce-
ptio † banni non est notoria iudici; vt tunc debeat 24
opponi, alias processus factus valet, ita declarat Bal-
dus *in l. non dubium, num. 30. versic. & ideo dico, aut quis*
non debet audiri, & hoc liquet iudici, C. de legibus, eodem
modo declarat Ioannes Andr. *in additionib. ad Specu-*
lat. in d. addit. est sciendum, in versi. aut quia exceptionē
non habuit pro probata, & ita illa magis communis, in
qua se fundarunt Decius & Rota Lucensis, procedunt
solum de statuto non audiendi bannitum; quando
notoriè constat, illum esse bannitum, ergo si ad exclu-
dendum bannitum non notorium debet opponi ex-
ceptio, multo magis in casu statuti, de quo tractamus,
alias processus factus tenet.

Tertius articulus est: Si clericus egerit contra
laicum in foro Lucensi, & sibi per laicum opposita
fuerit exceptio † fideiussionis præstandæ per proces- 25
sum ad vlteriora censeri reiectam. Nec iste articu-
lus contradicit superiori proximè præcedenti: Ini-
bi enim tractauimus processum aliter factum esse va-
lidum, ea ratione, quia peti debebat, Doctores autem
allegati loquuntur simpliciter de forensi, nec aliquis
ex eis loquitur de clericis: sed isti dicto statuto non
ligantur, vt conclusimus *in primo articulo*. Ergo
quando dicta fideiussio à clerico actore peteretur,
per processum ad vlteriora, reiecta censenda est.
Hæc enim exceptio impedit litis ingressum, ideo si-
cut cæteræ debent † statim terminari, ne sequatur lis,
Afflict. *decis. 63.* Nec est reseruanda ad merita, sed in
primis discutienda, Puteus *decis. 243. num. 2. part. 3.* er-
go si ea non obstante, iudex ad vlteriora † processe- 26
rit, dicitur cognita, & tacitè aduersus opponentem in-
terlocutum, *l. 1. C. de ordine iudic. l. à procedente, vbi*
Bart. C. de dilationibus. & hæc interlocutoria facit ius, 27
c. cum dilecti, de electione. & Bartol. sequuntur cæteri, vt
dicit Felynus *in cap. suborta, columi. 4. versic. limita ta-*
men prædicta. de re iudic. Addo Barbatiam *in consil. 45.*
colum. penult. in fin. volum. 2. Signorol. *in consil. 242. nu-*
mer. 12. Aretin. *in consil. 73. columi. 2. versi. aliquando iu-*
dex, & consil. 107. numer. 2. versicul. secundus casus, Ruyn.
in consil. 61. num. 36. volum. 5. Dec. *in consil. 276. num. 4.*
Iason *in consi. 105. numer. 2. & consil. 199. in fin. volum. 1,*
Tiraquell. latè *de legibus connubialibus, glossa 5. num. 50.*
Vantius *in tract. de nullitat. in tit. quibus modis sententia*
nulla poßit reparari. num. 9. Socinus *in consi. 99. colu. pe-*
nult. volum. 3. Paris. *consil. 98. num. 15. volum. 3.* Chassan.
in consil. 68. num. 41. Alciatus *responso 409. nu. 3.* & An-
caranus *in consil. 192. num. 4. versic. confirmat hoc*, dixit,
contradictionem sine appellatione esse leuis mo-
menti, & Aretinus *in l. naturaliter. §. nihil commune,*
nu. 10. in princip. ff. de acquirend. possess. dicit hoc proce-
dere, quando reipsa iudex cognouisset de ipsa excep-
tione, † quod satis mihi videtur cognitum, quando op- 28
posita exceptione, & auditis partibus super ea, iudex
non interloquitur super ea, sed procedit ad vlteriora,
puta dando dilationes iuris in causa principali. Et li-
cet Felyn. *in d. cap. suborta, columi. 4. versi. limita tamen*
prædicta. putet hoc procedere, quando ex interuallo
iudex ad vlteriora procedit, & sequitur Ruyn. *in consi.*
117. num. 18. volum. 5. Tamen idem est, si eadem † die, 29
dummodo partes super dicta exceptione audiuerit,
quia satis dicitur cognouisse, & in omni casu
debere appellari, dicunt omnes
præfati Doctores.

***

CASVS

CASVS LVI.

Statutum, vt non possit haberi recursus ad Papam, esse contra libertatem Ecclesiæ.

SVMMARIA.

1 *Papa est iudex ordinarius omnium hominum totius mundi.*
2 *Ecclesia Romana est refugium omnium oppressorum.*
3 *Appellatio ab omnibus oppressis permittitur ad Ecclesiam.*
4 *Appellatio à iudicibus laicis regulariter non permittitur ad Papam.*
5 *Nisi quando iniustitia laicorum esset notoria.*
6 *Papa habet iurisdictionem temporalem in omnibus.*
7 *Recursus est species naturalis defensionis, qui non potest impediri.*
8 *Statutum nullo modo potest prohibere, ne habeatur recursus ad Papam.*
9 *Statuentes contra iurisdictionem Ecclesiæ incidunt in* Bullam, Cœnæ Domini.

1 SVmmus † Pontifex est iudex ordinarius omnium hominum totius mundi, & concurrit cum quolibet alio iudice ordinario, Baldus *in cap.1. in princ.qui feud.dare possunt,c.cuncta per mundum,9.quæst.3.*etiam quo ad collationem beneficiorum, *capit.si à sede, de prebend.lib.6.* Nam Ecclesia † Romana est refugium omnium oppressorum fidelium Christianorum, instar Dauid, ad quem erat oppressorum recursus, 1.*lib. Regum, cap.* 22. omnis quis opprimebatur à Saule, recurrebat ad Dauid. Et habetur *in cap.ad Romanam, in* 2.
3 *secunda, quæst.6.* Ad Romanam † Ecclesiam ab omnibus, maximè tamen ab oppressis appellandum est, & concurrendum, quasi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à suis oppressionibus releuentur, quia non debet mater obliuisci filium suum. Est etiam alter textus *in c.omnis oppressus, eadem caussa,& quæstione.*
4 Et licet regulariter à iudicibus laicis † non appelletur ad Papam, qui non sunt de eius iurisdictione temporali, Abbas *in rubric.de appellationibus*, *nu.9.& ibi* Franch.*nu.13.* Idem Abbas *in cap.si duobus, §.denique, num.5.per illum textum, eodem titu.& ibi Franc.nu-*
5 *mer.* 11. *& omnes Canonistæ.* Nisi quando † iniustitia Imperatoris, vel Regis, aut aliorum Principum non recognoscentium superiorem esset notoria, essetque in casibus arduis, tunc enim posset ad Papam appellari, secundum gloss.*in cap.ex transmissa, de foro compet.* & latè per Innocent.*in cap.licet ex suscepto, eodem titu.* & per Afflict.*in proœmio constitutionum regni, quæst.21. num.7.ad finem,* Dec.*in d.cap.si duobus, nu.* 10. *& plur. sequen.* Non solum ratione peccati commissi propter notoriam iniustitiam, vel quia eius causa posset tur-
6 bari pax vniuersalis. Sed etiam ratione † propriæ temporalis iurisdictionis, quam Summus Pontifex habet in vniuerso, vt diffuse scripsi supra *part.1. in relectione extrauagant. vnam sanctam, cap.18.* vbi etiam quod facilius admitti debet appellatio ad Summum Pontificem ab illis regnis, & statibus, qui sunt sub recognitione dominij sedis Apostolicæ, vt per eam infeudati, quos singulariter recensui *in d.part.1. cap.8.* & probat Lucas de Penna *in l.fin. colum.fin.versi.quinto ex his quæritur an à Rege Siciliæ, C. de locat. prædior. ciuil.lib.11.*

Tamen non posset impediri recursus, † qui est spe- 7
cies defensionis naturalis, Minadous *decis.27. num.2.* Hinc est, quod prohibita appellatione non censetur prohibitus recursus, Minadous *in d. dec. Neapolitana 27.& in decis.42.* Abbas *in capi.1.de rescript.*& latè per Lancellot.*de attentatis, tit.de attentatis pendente recursu, cap.19.*vbi *num.21.*post alios testatur hanc esse magis communem opinionem, & per Menoch.etiam *de arbitrar.iudic.lib.1.quæst.70.*

Ideo cum viderim *decis.196. primæ partis Francisci Marci Delphinalis*, in qua disputatur, an per statutum 8
possit † prohiberi, ne habeatur recursus ad Papam, non potui non indignari tantæ temeritatis vitium, quærentes auferre iurisdictionem ab eo, qui est fons, & origo totius iurisdictionis spiritualis, & temporalis, vt scripsi supra *in d.cap.6.primæ partis.* Item si statutum specialem mentionem faciens de clericis est contra libertatem Ecclesiæ, etiamsi priuilegium eiusdem concederet per modum legis, ex regula *l. legis virtus, ff.de legibus, artic.1.* quanto magis, quando de ipso Summo Pontifice mentionem facit, qui omnes iudicaturus à nemine iudicari potest, *can. cuncta per mundum,9.quæst.3.* Denique rogo, † vt aduertant iudices, 9
& consiliarij Principum, ad quos huiusmodi cura sanciendæ legis pertinet, singulis annis in cœna Domini Romæ per ipsum beatissimum Pontificem excommunicari sic statuentes, consulentes, & impedientes eos oppressos, qui ad Summum Pontificem, & Ecclesiam Romanam recursum habere satagunt, de quo *in Bulla cœnæ prædicta, excommunic.7. vbi Cardinalis Toletus num.1.& excommunicat.9.vbi idem Cardi.num.7. impressa post eius summam.*

CASVS LVI.

Statutum prohibens venationes & piscationes, nõ cõprehendere Ecclesiasticos.

SVMMARIA.

1 *Clerici de iure Canonico prohibentur venari.*
2 *Statutum prohibens venationes comprehendere Ecclesiasticos, qui teneant.*
3 *Feudatarij non possunt prohibere venationem, aut piscationem suis vasallis.*
4 *Venationes concessæ Baronibus, non intelliguntur concessæ cum iure prohibendi.*
5 *Gratia Principis semper debet intelligi saluo iure alterius.*
6 *Iurisdictionis possessio probatur per bannimenta.*
7 *Bandum non intelligitur vsu receptum, stante contradictione.*
8 *Barones non possunt statuere contra regulas iuris communis.*
9 *Neque prohibere piscationes.*
10 *Princeps non potest prohibere venationem, aut piscationem.*
11 *Nisi ex causa.*
12 *Et antiqua consuetudo non dicitur iusta causa.*
13 *Princeps prohibens venationẽ,& piscationem peccat.*
14 *Venationis prohibitionis iusta causa quæ sit.*
15 *Piscationes,& venationes à iure æquiparantur.*
16 Cap.1. in ver.piscationibus, quæ sint regalia, *declaratur.*
17 *Clericis de iure Canonico non sunt regulariter prohibiti venari.*

18 *Clerici in quibus partibus viuant de venationibus ex consuetudine.*
19 *Clerici habentes redditus sufficientes ad alimenta possunt aliquando venari.*
20 *Venatio in dubio præsumitur facta causa recreationis.*
21 *Et quando præsumitur facta ad viuendum.*
22 *Clerici nullo modo sunt prohibiti piscari.*
23 *Clerici ferentes arma prohibita, non tenentur vigore statuti prohibentis.*
24 *Venationis prohibitio potest fieri à priuatis dominis locorum.*
25 *Clerici possunt prohiberi venari, & piscari in re alterius priuati ab eodem domino.*

1 CVm clerici † de iure Canonico prohibeantur venari, vt toto titulo de clerico venatore: ideò putarunt aliqui statutum, siue edictum Principis secula-
2 ris prohibens † venationes, comprehendere dictos Ecclesiasticos, sicut in simili statutum prohibens exportationem armorum, comprehendit clericos, qui de iure Canonico ferre arma prohibentur, vt de magis communi opinione testatur Clarus *in §.fin. quæstione 36. versicul. vlterius quæro.* & scripsi de hoc supra *casu* 7. Vt igitur hic casus innotescat, explico per tres articulos.
3 Primus articulus est: Vtiles dominos, † Feudatarios, siue Barones, vel Domicellos appellatos non posse aliquo modo venerationē, aut piscationē subditis vasallis prohibere: Hanc opinionem firmauit Hostiens. *in c. non est, de decim* vbi dicit, quod si dominus prohibeat subditis, ne venentur, seu aucupentur, dicitur eis facere violentiam, quem secuti sunt Iacobin. *in sua inuestitura feudali, in verb. & cum venationibus, n.1. in fin.* Capy *in sua inuestitura feudali, in ver. & cum venationib.* Ioā. Fab. *in §. flumina, Institut. de rerum diuis.* Bossius *in sua practica criminali, in tit. de regaliis, num.42.* Grammatic. *in decis.67. num.9.* Guid. Pap. *decis.514.* & omnes isti loquuntur in inferiori à Principe, vtili domino, & feudatario ipsius. Et ratio est, quia licet ve-
4 nationes † sint concessæ Baroni, non tamen sunt concessæ cum iure prohibendi, vt declarat Natta *in consil. 435. nu.6. & seq.* & in simili, quod nec habeat ius prohibendi respectu furni vel molendi, declarat Bossius, *ibid. tit. de regaliis, n.41.* Iacobin. *in d. inuestitura in ver. & cum molendinis, nu.3.* Ias. *in l. quo minus, ff. de fluminib. & ibi* Ripa *nu.132. & seq.* Cepol. *in tract. de seruitutibus urban. prædior. c.50. de furno, n.2.* Abb. *in c. significante, de appellationib. & in c. Abbate sancti Syluani, de*
5 *verborum significat.* & gratia † Principis semper debet intelligi sine præiudicio alterius, Alciatus *regula 3. præsumpt.11. n.3.* Marsilius *singula.483. post princip.* Afflict. *decis.334. n.3.* ergo dicta concessio & cum venationib. non potest intelligi, & cum iure prohibendi, quicquid dixerit Andr. Fachin. *in suis controuersiis. lib.1. c.1. colu.3. versic. secunda est causa*, & quia Barones faciunt
6 bannimenta, per quæ probant possessionem † iurisdictionis, etiam quod non probentur postea fuisse vsu recepta, Innocent. *in c. dilectus, n.3. de capell. Monachor.* Ripa *in cap. cum Ecclesia, num.62. & seq. de caussa possess. & propriet. & in l. arboribus. §. nam & si agrum, num.2. ff. de vsufruct.* Rolandus *in consil.22. num.27. volum.2.* Ideo cautela est ad euitandam possessionem huiusmo-
7 di iurisdictionis Baronum, † vt ipsi subditi statim contradicant, nec acquiescant, ita dicit Hostiens. *in d. cap. non est de decimis*, & sequitur Ioan. Andr. & Anton. de Butr. ibidem, ex quo sequitur ipsos feudatarios non posse prohibere venationem suis subditis vasallis. Adde aliam rationem, † quia non potest sta- 8
tuere contra regulas iuris communis, Rolandus *in d. consil.22. num.6.* Socinus *in consil.227. num.5. versicul. quam principaliter, vol.2.* ergo in hoc articulo non debemus tractare, an comprehendat clericos, quia non entis nullæ sunt qualitates. Et quod † neque possint 9
prohibere piscationes, scribit Iacobin. *in d. inuestit. in ver. & cum piscationibus, nu.2.* vbi, quod ita obseruatur in Francia.

Secundus articulus est: Licet iure communi Princeps † non possit prohibere venationem per textum 10
in l.1. & 2. & 3. ff. de acquir. rerū domin. & §. feræ, Instit. de rerum diuis. vbi Imperator determinat, quod venatio, & aucupatio sint de iure gentium, cuilibet licet venari, & aucupari, ne dum in suo, sed etiam in alieno: ergo Princeps non potest contrarium iubere, cuius potestas subest iuri naturali primæuo, & gentium, vt declarat Bartol. *in l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. public.* Dec. *in consi.197. in 1. fundam.* Grammat. *in d. decis.67. nu.9. & nu.12.* & Natta *in consil.375.*

Nihilominus quia hæc conclusio non seruatur de facto, cum indies fiant edicta venationum prohibitoria ab ipsis supremis Principibus, Doctores se inuicem insequentes firmarunt vnam communem opinionem concludentes, supremos Principes † ex cau- 11
sa posse venationem prohibere, de qua testatur Couar. *in relectione c. peccatum, de reg. iur. lib.6. in 2. part. §.8. n.1.* & Sebastianus Medic. *in tract. de venatione, q.5. nu.1.* & Andr. Fachin. *in d. c.1. col.2. versicul. quibus tamen non obstantibus*, & isti cognouerunt omnes Dd. qui hanc sequuntur sententiam.

Neque existimo iustam causam prohibendi, quādo ex antiqua † consuetudine solis Principibus venatio 12
competit, quia si illi quorum interest, prohibitioni acquieuerunt, dicitur fieri de eorum consensu, & contra facientes † peccant, vt dicit Hostien. *in d. c. non est,* 13
de decim. col.2. versic. si verò hoc faciunt de consensu illorum, quorum interest, & sequitur Anton. de Butr. *ibid. col.1. versicu. hæc vera, nisi interueniat consensus illorum, quorum interest*, vnde consensus non potest esse iusta causa prohibitionis, quia prohibitio non fit illi.

Ideò omissis multis † arbitror iustam causam pro- 14
hibitionis esse, quotiescunque publica vtilitas suadet, prohibendum esse, puta si prohiberetur certis tantùm mensibus, in quibus animalia syluestria solent esse prægnantia: nam cùm hoc tendat ad vtilitatem publicam, licita est talis prohibitio, vt dicit Antonius de Padilla *in l. per agrum, n.8. C. de seruit. & aqua.* Item quando venatio esset multum excessiua, circa quoddam genus animalium, quæ omnino extinguerentur: nam tunc licet prohibere, vt post alios, quos allegat, firmat Grammaticus *in d. decisione 67. numer.11.* Aut si prohiberetur ad conseruandam pacem, ne quis ingrederetur ad aucupandum in alienum fundum: nam si dominus fundi potest prohibere, ne ingrediatur venator, *§. feræ. versic. planè, Instit. de rer. diuis.* multò magis per Principem superiorem, ad conseruandum pacem, id fieri potest, & ita textus *in §. nemo retia, de pace petenda*, super quo fundata est dicta communis opinio, & qui habet plurimos intellectus, quos congesserunt ibi Andreas de Barulo, & Afflict. & Iacobin. *in d. ver. & cum venationibus, col.1.* & propterea non videbatur super eo posse fieri fundamentum, ex regula *l. in ambiguo, ff. de rebus dubiis, cum vulgaribus*, videtur saltem posse intelligi propter publicam

cam vtilitatem ad conseruandam pacem, propter auctoritatem dictæ communis opinionis.

15 Et quia piscationes † & venationes in iure æquiparantur, *§. flumina, Inst. de rerũ diuis.* & latè probat Dec. hanc æquiparationem, *in cons.* 197. *col.* 2. propterea quę dicta sunt de venationibus, procedunt in piscationi-
16 bus. Nec obstat *c.* 1. † *in ver. piscationib. quæ sint regal.* quia, vt dicit Dec. *in d. cons.* 197. loquitur de datiis super piscationibus, & ita affirmãt ibi Doct. & Iacob. *in inuestitura, in ver. & cum piscationibus.* Bello. *in cõs.* 49. *n.* 9. ergo nulla existente causa publicæ vtilitatis piscationes prohiberi non possunt. Nec loquimur de ea præscriptione, quæ permissa est de iure, de qua *in l. si quisquam, ff. de diuers. præscriptionib.* & per Dec. *in d. cons.* 197. *in* 4. *fundamento.* sed de prohibitione generaliter facta per Principem super flumine publico, quam, nisi iusta existente causa publicæ vtilitatis, fieri non posse, ex superioribus liquet.

17 Tertius articulus est: Clericos † de iure canonico non esse regulariter prohibitos venari, sed tantum si ad voluptatem venati fuerint, & sæpius in ipsa voluptate detecti fuerint, ita dicit tex. *in c.* 1. *de clerico venatore, in vers. quod si quispiam talium personarum in hac voluptate sæpius detentus fuerit.* & ita cõcludit Abb. *in d. c.* 1. *prope finem.* & Collectarius. Tanto magis, quia in
18 quibusdam partibus clerici † non habentes redditus viuunt de venationibus, vt in Francia testatur idem Abb. *in d. c.* 1. *vers. sicut in Francia licet eis, quia non faciunt ad voluptatem.* & hoc voluit etiam Hostiẽs. *in c.* 2. *de clerico venat.* & testatur Guglielm. de Benedict. *in c. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelasiam, n.* 313. Sebastian. Medic. *in tract. de venationib. quæst.* 8. *n.* 17. I-
19 tem quia in aliis partibus † habentes redditus possunt aliquando venari recreationis causa, puta vt excitarẽt appetitum, propter infirmitatem præcedentem, vt dicit tex. *in c. dilectus, de homicid.* & Abb. *in d. c.* 1. *prope fi-*
20 *nem.* Propterea in dubio præsumitur venari † causa recreationis, vt tenet Archidiacon. *in c. qui venatoribus, dist.* 86. Alex. *in consil.* 82. *inspecto diligenter processu vol.*
21 1. Item præsumitur venari, † vt ex venationibus faciat retractum ad viuendum, vt dicit Collectar. *in d. cap.* 1. quod intelligo, si in loco venetur, vbi non habet redditus, & de consuetudine clerici viuunt ex venationibus. Ex quibus licet intelligere, hãc ferarum venationem, de qua loquimur de iure canonico nõ esse clericis simpliciter prohibitam.

22 Piscationes † autem clericis non sunt aliquo modo prohibitæ, sed permissæ, *c. Esau. dist.* 86. *c. nunquam, de consecratione, dist.* 5. Afflict. *in c.* 1. *§. nemo retia, n.* 4. *de pace tenenda.* Et quare clerici regulariter non prohibeantur piscari, & aliquando prohibeatur venari, Sebastian. Medic. *in d. tractatu de venationibus, q.* 8. ponit vndecim causas.

Non igitur militat illa ratio, clerici de iure canonico prohibentur venari; ergo statutum Principis venationem interdicens comprehendit clericos. Quia nec clerici prohibentur simpliciter venari, vt dictum est, & quando simpliciter prohiberentur, ratio non concluderet; supra enim *in casu* 7. *vers. & quod clericus.*
23 conclusimus, ipsos ferentes † arma prohibita non comprehendi sub statuto prohibitionis laicorum: neque per proprium Episcopum pœna dicti statuti esse puniendum, sed ad ipsius arbitrium. Nec supremi Principes hanc habent prohibendarum venationum facultatem, nisi ex causa: sed nulla publicæ vtilitatis causa potest iurisdictionem dare principibus, & generaliter statuendo possint comprehendere ecclesiasticos, prout diffuse *in casu* 1. exarauimus. Ex defectu igitur potestatis præsumitur eos noluisse comprehendere, de quibus in specie disponere non poterant, vt sæpius diximus, præsertim *casu* 55.

Declaratur iste articulus, vt non procedat in ea prohibitione, † quam domini locorum propriorum pos- 24
sunt facere aliis, ne ingrediantur ad venandum, de qua *in d. §. feræ, vers. plane. Instit. de rerum diuis.* & per Francisc. Marc. *decis. Delphinal.* 529. *n.* 16. *parte* 1. & Sebastiã. Medi. *in d. tract. de venationibus c.* 5. *n.* 4. Item nec procedat in ea prohibitione iuris piscandi, quam possunt facere domini locorum priuatorum cuilibet, puta stagnorum, & similium, de quo per Dec. *in d. cons.* 197. *in* 4. *fundamento.* Rolan. *in consi.* 5. *n.* 68. *vol.* 1. vbi quod quamuis in mari & flumine publico quis possit piscari, nec per alium possit prohiberi, tamen si alii iussit præscriptum in aliqua parte ex consuetudine vel priuilegio, aliter dicendum est, Iacobin. *in d. ver. & cum piscationibus, n.* 3. His enim casibus, etiam clericis † per 25
priuatos potest fieri huiusmodi prohibitio. Nam ob defensionem rerum suarum licitum est clericis resistere, Innoc. *in c. olim. de restitut. spoliat.* & scribunt communiter Ciuilistæ *in l. vt vim, ff. de iust. & iur.* & si contra prohibitionem attentauerint, quia dicuntur facere iniuriam, Aretin. *in d. §. feræ. Instit. de rerum diuis.* possunt coram proprio Episcopo conueniri.

CASVS LVIII.

Statutum, vt si in foro seculari non opponatur exceptio excommunicationis, non valere. Neque statutum de probanda excommunicatione per instrumenta tantum.

SVMMARIA.

1 *Exceptio excommunicationis rarissimè solet admitti in Curia Romana.*
2 *Iudex secularis an possit cognoscere de exceptione excommunicationis coram ipso opposita.*
3 *Statutum, quod non opponatur exceptio excommunicationis, vel non possit probari per testes, non valere.*
4 *Et esse contra libertatem Ecclesiæ.*
5 *Excommunicatus nullatenus potest interuenire in iudiciis.*
6 *Excommunicatio est actus merè ecclesiasticus.*
8 *Ius canonicum vbilibet est seruandum in materia excommunicationis.*
9 *Laici non possunt corrigere ius canonicum.*
10 *Statutum inferioris valet contra ius commune de iure ciuili, secus est de iure canonico.*
11 *Excommunicatio probanda est per certissima argumenta.*
22 *Et qui sunt modi probandæ excommunicationis.*
13 *Excommunicatum appellans, qui non est, tenetur ad interesse.*
14 *Excommunicatio non probatur per denuntiationem.*
15 *Nisi præsumptiuè.*

CVm exceptio † excommunicationis rarissimè 1
soleat admitti in Curia Romana, Rota *decis.* 8. *nu.* 2. *de senten. excommunicat. in nouis.* Francis. Marc. *decis. Delphinali* 983. *n.* 2. *parte* 1. Et si opponatur corã iudice seculari † variæ sint opiniones, an ille possit de excom- 2
municatione cognoscere, vel de iure, vel de facto. Ideo in multis partibus statuta fiunt circa huiusmodi censurarum exceptionem. Bononiæ † extat sta- 3

tutum, quod non opponatur exceptio excommunica-
tionis, vt testatur Bald. *in l. placet, n. 18. C. de sacrosf. ec-
cles.* Item Lucæ extat statutum, quod excommunicatio
non possit probari per testes, sed solum per instru-
mentum, super quo consuluit Angel. *in consil. 200. in-
cip. in ciuitate Lucana, n. 4. vers. circa secundum.* Item in
magna Curia Vicariæ Neapolis extat ritus, per quem
statuitur, ipsam Curiam cognoscere & pronuntiare de
exceptione excommunicationis. Dubitatur igitur
quid iuris sit de huiusmodi dispositionibus.

Respondendum est, nullo modo valere, ita probat
Dec. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, num. 197. de constit.* cum
specialiter disponant de excommunicationibus, quæ
sunt de foro ecclesiæ, & hanc opinionem tenet Io. de
Anania *in cap. postulasti, de homicid.* & Bald. *in d. l. pla.*
4 quem refert Dec. ibi. Alexand. † *in additionibus ad Bar-
tol. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non de-
tur.* dicens esse contra libertatem ecclesiæ, prout legi-
tur, & notatur *in c. 1. in ver. sed ipse aliquis, in tit. de sta-
tutis, & consuetudinibus contra libertatem Ecclesiæ.* post
Bar. Bal. Iacob. Butr. & alios, quos ad hoc allegat A-
lex *in d. additione.*

Addo alteram additionem: nam cum excommuni-
5 catus † nullatenus possit interuenire in iudiciis, *c. decer-
nimus, de sent. excommunicat. l. 6.* nec vti actor, *c. intelle-
ximus, de iudiciis.* neque per viam reconuentionis,
quia reconuentio est species actionis, *c. cum inter, de
exceptionib.* nec vti Iudex, nec vti Aduocatus, nec vt
Notarius, *d. c. decernimus,* nec vt iudex delegatus, *c. ad
probandum, de re iudic.* nec arbiter esse potest, quia ar-
bitria sunt redacta instar iudiciorum, *l. 1. ff. de arbitr.*
Doct. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, in 2. ff. ad Trebell. &
in l. si quis arbitratu, ff. de verb. obligat.* Blanc. *in tractatu
de compromiss. in 2. quæst. principali, n. 9.* nec vt iudex or-
dinarius, Vantius *in tractatu de nullitat. tit. de nullita-
tib. ex defectu iurisdictionis, n. 137. & tit. de nullit. sente.
ex defectu iurisdict. delega. n. 61.* nec etiam vt accusator,
d. c. intelleximus, vbi Abb. generaliter loquitur, nec vt
denuntiator, nec vt liti assistens, Abb. *in c. veritatis, nu.
32. de dolo & contumac.* Quod facit iudex etiam parte
non opponente, *c. exceptionem, de exceptionib. vbi Abb.
col. final.* & multi alii sunt effectus excommunicationis
de quibus scribo supra *parte 3. cap. 8.* Si non posset op-
poni exceptio censurarũ, vigore dicti statuti destrue-
retur tota machina iurisprudentiæ. Item cum ex-
6 communicatio † sit actus merè ecclesiasticus, in quo
secularis potestas nihil potest disponere, *cap. bene qui-
dem, dist. 96. c. 2. de iudic. c. quanto, de sentent. excommu-
cat. c. si iudex laicus, eod. titulo. lib. 6.* Calderin. *in cons. 9.
sub tit. de iudic.* & ideo circa ipsum attendendum est
8 ius † canonicum, non ciuile, tam in terris Imperii,
quam ecclesiæ, *c. fi. & ibi Doct. de præscript.* Abb. *in d. c.
ecclesia sanctæ Mariæ, n. 11.* Felyn. *n. 41.* Marc. Mantua
n. 17. 10. Andr. & alij *in c. possessor. de regu. iur. lib. 6.* Bar.
in l. priuilegia. n. 2. C. de sacro. eccles. Geminia. *in c. 114. si
procurator episcopi, col. fi. n. 5.* Afflict. *decis. 322.* Maranta
de ordine iudican. 3. parte n. 73. & quod procedat etiam
in foro seculari post multos alios, quos refert, firmat
Cornel. Benincasi. *in tractatu de paupertate, q. 5. n. 31.*
& Maranta, vbi supra. Ideo non possunt laici statue-
re, ne opponatur exceptio excommunicationis in
9 iudiciis. Quia hoc † esset corrigere ius canonicum,
quod non possunt: vt probat Baldus Perusinus, *in tra-
ctatu de statutis, in verbo, decretum, n. 1.* Et de iure cano-
10 nico † non valet statutum inferioris contra canones,
c. quod super his. de maior. & obedient. licet secus sit de
iure ciuili, ex reg. *l. omnes populi, & l. 1. C. de emancipa-
tio. liberor. & l. prohibere, §. plane, ff. quod vi aut clam,*
vbi valet statutum inferioris contra ius commune, &
rationem diuersitatis ponit Abbas *in c. finali de consu.*
Immol. *in c. final. de officio deleg.* & Canonistæ omnes
in d. c. quod super his.

Istæ etiam rationes militant contra d. statutum
Lucæ: nec potest alia dispositio subsistere, tanquam
de iure canonico. Quia etsi † excommunicatio, tan- 11
quam negotium magni præiudicij, sit probanda per
certissima argumenta, *c. pia, de exceptionib. lib. 6.* Tamẽ
multi sunt alii modi probandæ excommunicationis
in † iure, videlicet per literas ordinarij, *cap. post cessio-* 12
nem, de probationib. c. curæ, 11. quæst. 3. Bellamera *decis.
86.* quia litteræ episcopi solo sigillo sigillatæ, absque te-
stium subscriptione, ac tabellione in his, quæ spe-
ctant ad eius officium, plenè probant, vt dixerunt
domini de Rota *decis. 1. de probationib. in nouis, & deci.
16. eod. tit. in antiq. & decis. 8. de offi. delegat. in antiq.* la-
tè Mascard. *de probationib. conclus. 627. vol. 2.* Item pro-
batur per literas aliorum officialium, Bald. *in l. pacta
nouissima, C. de pact.* Felin. *in d. c. post cessionem, nu. 12. de
probationib.* Item probatur per denuntiationem, vt la-
tè per Mascard. *conclus. 692.*

Et textum *in d. c. pia, de exceptionib. lib. 6.* aliter intel-
ligit Hostiens. quam nos induximus, & multi Cano-
nistæ sequuntur Hostiens. tamen stante diuersitate
probationis excommunicationis potest dici, quod
quotiescunque excommunicatio opponitur in vim
peremptoriæ, hæc exceptio sapit obiectum, quod de-
bet clarè dari & probari, *c. super his, de accusationib. c.
accedens, de elect.* quia maxima fit iniuria appellando
aliquem excommunicatum, † qui non est, & tenetur 13
appellans ad interesse, Nauarr. *in relectione cap. si quan-
do, de rescript. remed. 2. n. 29.* In vim autem dilatoriæ
exceptio admittitur, Roman. *in consil. 349.* Paris. *consi.
104. vol. 4.* leuiùs, & citius addmittuntur, atque expe-
diuntur exceptiones dilatoriæ, quam peremptoriæ,
*c. dilectus, de ordine cognit. c. 1. cum ibi notat. de litis con-
testation. lib. 6.*

Item licet Rota *decis. 8. de sent. excommunicat. in no-
uis* dicat, per denuntiationem † nõ probari excommu- 14
nicationem aliquo modo, neque in vim dilatoriæ,
neque in vim peremptoriæ, & ita dixere Curiam ser-
uare, in qua rarissimè admittitur exceptio excommu-
nicationis, quia nunquam debitè proponitur, neque
specificatur, & ita videtur decisio contraria *decision. 8.
de exceptionib. in nouis,* tamen hanc contrarietatem re-
soluit Franc. *in c. licet, n. 4. de sentent. excommunicat. lib.
6.* & est communis opinio, quod per denuntiationem
probatur † exceptio excommunicationis, saltem 15
præsũptiue vt testatur Paris. *in d. consi. 104. n. 4. vol. 4.*
quam tenet etiam Milus *in suo repertorio in ver. ex-
communicatio non probatur per denuntiationem.* vbi a-
lios congerit.

Ex quibus concludo Angelum *in d. consil. 200.* malè
consulere pro validitate dicti statuti; tum quia in a-
lienam messem, videlicet spiritualem, laici non potue-
runt manus apponere; tum etiam quia cum multi sint
modi probandæ excommunicationis, vt dixi, dictum
statutum tenderet ad correctionem iuris canonici,
quod est omnino reprobatum, vt dixi.

Quod vero ad ritum magnæ Curiæ Vicariæ Nea-
polis, an iudices laici possint cognoscere de exceptio-
ne excommunicationis, scribam in-
fra *casu 101.*

CASVS

CASVS LIX.

Priuilegium patriæ, ne incolæ trahantur ad iudicium extra patriam, non comprehendere ecclesiasticos, qui debent conueniri coram proprio Episcopo, etiam si existeret extra illam patriam.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium incolis concessum non extenditur in alterius præiudicium.*
2 *Princeps non præsumitur in dubio derogare iuri tertij.*
3 *Princeps de plenitudine potestatis an possit præiudicare iuri tertij.*
4 *Priuilegium vtile clerico præsumitur approbatum à Papa.*
5 *Priuilegium laicorum non valet in præiudicium iurisdictionis ecclesiæ.*
6 *Papa non potest alicui Principi concedere iurisdictionem iudicandi in ecclesiasticos.*
7 *Clerici veniunt appellatione incolarum & ciuium.*
8 *Dicuntur ciues districtuales.*
9 *Dicuntur ciues etiam alienigenæ in loco beneficij.*
10 *Clerici non possunt consentire in iudicem laicum.*
11 *Priuilegium incolis concessum, ne trahantur extra patriam ad iudicium, non comprehendere clericos.*

1 HOc priuilegium incolis Delphinalis concessum, etiam si cum clausulis derogatoriis esset concessum, non extenditur ad ea, per quæ potest alteri parari præiudicium, Bald. *in proœm. ff. col. 4. vers. item dicit Andr.* & Felyn. *in c. nonnulli, n. 48. vers. & si rescribit, de rescript.* Caccheran. *decis. Pedemont.* 90. *n.* 11. quia Prin-
2 ceps † nõ præsumitur in dubio velle derogare iuri tertij, Ias. *in l. Barbarius. ff. de offi. prætor.* Dec. *in l. 1. n. 81. ff. de regul. iur. & in consil. 284. nu. 2. & consil. 520. n. 9.* Alciat. *regula 3. præsumpt. 11. n. 3.* Marsil. *singul.* 483. Affli. *decis. 334. nu. 3.* Imo dicunt quod etiam de plenitudine
3 † potestatis non possit præiudicare iuri tertij, Gabriel. *in suis commun. conclus. in tit. de iure quæsito non tollen. conclus. 1. n. 1. vers. contrarium, & vers. tenendo, n. 6.* Hieronym. Gabriel. *consil. 193. n. 13. vol. 2.* Camil. Borrell. *in consil. siue controuers. cap. 14.* etiam si esset concessum per modum gratię, quæ semper censetur habere clausulam, sine præiudicio tertij, Afflict. *in d. decis. 334.* de hoc dixi infra *casu* 195.

Vnde licet hoc priuilegium Delphinale, de quo scribit Francisc. Marc. *in decis. 1090. parte 1.* esset vtile
4 alicui clerico particulari, quo casu posset præsumi esse approbatum à Papa, ex his, quæ scribunt Hostiens. *in c. fin. de censib.* & Abb. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, n. 9. de constitution.* Tamen est maximum † præiudiciũ to-
5 ti ordini clericorum, *c. si. de reb. eccles. non alienand.* vbi consideratur hoc præiudicium ratione iurisdictionis, cuius clericale priuilegium est de iure diuino, *cap. Imperator, dist. 96.* Cardinal. *in repetit. cap. perpendimus, de sent. excomm. in 12. responsione.* & probat Inno. *in c. 2. de maior. & obed.* & Abb. *in c. proposuit, nu. 14. vers. ex*
6 *qua infertur, de concess. præb.* Propterea Papam † non posse sine causa concedere alicui Principi seculari potestatem & iurisdictionem iudicandi inter clericos. Vnde cum clerici conuenirentur coram Episcopo residente in metropoli suæ diœcesis, forte extra patriã Delphinalem, si opponerent, se vigore dicti priuilegii elige re forum patriæ Delphinalis, fieret præiudicium iurisdictioni totius ordinis clericorum; ergo ipsos eccle siasticos comprehendere est impossibile, & si summus Pontifex non possit derogare, vt dictum, ergo nec Imperator facere præiudicium, *d. c. Imperator.* Ideo succedit illa receptissima conclusio, non intelliguntur comprehensa in genere, de quibus non potest specialis fieri dispositio, de qua scripsi supra *casu* 55.

Neque potest comprehendere clericos, ex eo quia priuilegium est concessum incolis, † quorum appel- 7
latione veniunt clerici, quia mouebatur Frãcis. Marc. *in d. decis. 1090. parte 1.* & dicit Bart. quod veniunt appellatione ciuium, *in l. 1. n. 11. ff. ad municip.* Bald. *in c. 1. de vasallo qui arma bell. depos.* vbi dicit, quod ecclesia dicitur de corpore ciuitatis, Natta *in tract. de statuto exclusiuo fœminar. in 3. quæstione princip. n.* 85. Marsil. *in tract. de bannitis, in ver. ciuitate, n. 116.* & Chassa. *in consuetud. Burgund. rubric. 13. §. 9. n. 2.* vbi dicit quod clerici † dicũtur ciues districtuales, & pars ciuitatis, Tira- 8
quell. *de primogeniis quæst. 44. n. 9.* Cumias *super ritib. magnæ Curiæ Siciliæ, c. 40. n. 280.* Et procedit etiam in clericis † alienigenis, si in eo loco habitent, vel ha- 9
beant beneficia, quia habẽtur pro ciuibus, dum morã ibi trahunt, Bart. *in l. ciues, C. de incolis, lib. 10.* Barb. *in c. Rodulphus, n. 137. de rescript.* Fely. *in c. dilectus, in 2. n. 2. & 8. de rescript.* Boer. *decis. 260. n. 20.* Idem gaudere debent omni commodo ciuitatis. Quia cum conuenirentur coram proprio Episcopo extra patriam existẽti, & ipsi exciperent de priuilegio, † tacitè consentirẽt 10
in iudicem laicum, quod non est permissum, *c. si diligenti, & c. significasti, de foro compet. & c. cõtingit, de sent. excommun.* Speculator *in tit. de citatione, §. 1. versi. sed pone.* & latè per Gramm. *in voto criminal. 18. col. 2.*

Ex quibus patet d. decisionem Francisci Marci iure non subsistere. Neque obstare *c. dilecti, de foro compet.* vbi dicit esse casum de dicto priuilegio. Quia priuilegium, de quo *in d. c. dilecti.* fuit concessum à sede Apostolica, vt ibi legitur expresse, & propterea sunt differentes termini. Quare † priuilegium laicorum incolis 11
concessum, etsi clericis particularibus esset vtile, tamen ipsos comprehendere non potest, ne fiat præiudicium iurisdictioni ecclesiasticæ.

CASVS LX.

Statutum quod occidens clericum puniatur in aliqua pecuniæ quantitate, est contra libertatem ecclesiæ.

SVMMARIA.

1 *Pœnæ imponuntur delinquentibus pro medicina.*
2 *Pœna debet correspondere qualitati criminis.*
3 *Pœna mortis in quibus casibus imponatur de iure communi.*
4 *Pœna statuti est imponenda, vbi concurrit cum pœna iuris communi.*
5 *Pœna illa est imponenda per statutum, quæ magis timetur.*
6 *Etiam si esset pecuniaria.*
7 *Pœna pecuniaria quis potest puniri, etiam post mortẽ.*
8 *Statutum, quod pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, an valeat.*
9 *Pœna minuitur ratione delicti extra territorium commissi.*
10 *Ius canonicum nunquam imponit pœnam mortis, etiam pro delicto grauissimo.*
11 *Statutum, quod pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, est nutritiuum peccati, & non valet. n. 14.*

12 *Et est contra legem diuinam.*
13 *Leges humanæ non possunt in totum corrigere legem diuinam.*
15 *Statutum imponens pœnam pecuniariam in occidente clericum est contra libertatem ecclesiæ.*
16 *Statutũ, quod laici vulnerantes clericos puniantur in quinque solidis, non valet.*
17 *Episcopus potest præcipere laicis, vt cassent statuta contra libertatem ecclesiæ de libro statutorum.*

IN qualibet bene instituta ciuitate & republica pœ-
1 næ † imponuntur delinquentibus pro medicina, vt illarum timore cæteri mali abstineant à criminibus committendis, cum in omnibus bene institutis communitatibus potissima pars publici magistratus in hoc versetur vt delicta iustis puniantur pœnis, alioqui libera daretur delinquẽdi licẽtia, nec tuta esset inter improbos innocentia, *c. facta sunt leges, dist.* 4. & post multa ex Eusebio tradit Io. Stobæus *sermone* 44.
2 Pœna † autem debet correspondere qualitati criminis, *c. non offeramus* 24. *quæst.* 1. *l. respiciendum. ff. de pœnis*, & facit *auth. omnes peregrini. C. communia, de success.* vbi dicitur, quod pœna esset commensuranda delicto, ad idem tex. *in l.* 1. *§. sed & qui, ff. de abigeis, & §. si quis autem per donationem. in auth. ne non alienãd. & c. felicis, §. cæterum. de pœnis, lib.* 6. *& c. quæsitum, de his quæ fiunt à maiori parte Cap.* & scribitur Deuterom. *c.* 25. iuxta mensuram delicti, erit plagarum modus.
3 Ideo de iure communi in multis casibus † imponitur pœna mortis, vt in eum, qui lapidat Christianum odio nominis Christi, *l.* 1. *C. de Iudæis.* Item in raptorem virginis, *l.* 1. *C. de raptu virgin.* Item in sacrificantem idolis, *l.* 1. *C. de Saracenis.* Item in turbantem officia diuina, *l. si quis in hoc genus, C. de episcop. & cleri.* Item in luxuriantem contra naturam, *l. cum vir. C. de adulte.* Item in eo qui scienter se rebaptizauit, *l.* 2. *C. ne sanctum bapt. reiteretur.* Itẽ in violante muros ciuitatis, *l. fi. C. de rerum diuis.* Item in proditore Principis, *l. quisquis. C. ad l. Iuliam. de adulter.* Item in parricida, *l.* 1. *C. de his qui parent. occider.* Item homicida, *l.* 3. *C. de episcop. audient.* Item in frangente pacẽ, *c.* 1. *§. si quis de pace iuram. firmand.* Item in seditioso, *l.* 1. *C. de seditios.* Item in seruo proditore domini, *l. capitalium, §. signi. de pœnis.* Itẽ in seruo vitiante dominã, *l.* 1. *C. de mulier. quæ se propriis seru. supposuer.* Item in adultero, *l. quamuis, C. de adult.* Item in commentariense, qui reũ mortis emisit, *l. ad commentariensem, C. de cust. reorum.* Item in faciente priuatum carcerem, *l.* 1. *C. de priuat. carc.* Itẽ in sacrilego maiore, *l. sacrilegi. ff. ad l. Iul. peculat.* Item in falsario monetæ, *l. fin. C. de falsa monet.* Itẽ in latrone publico, *l. capitalium, §. grassatores, ff. de pœnis.* Item fure famoso, *d. l. capitalium, §. famosos.* & in multis aliis casibus solet imponi pœna mortis.

Et licet per statuta soleant minui pœnæ, quo casu
4 pœna † statuti, non autem iuris communis est imponenda, Marsil. *in practica criminal. in §. quæritur per totum, & n.* 6. *in principio*, citatis aliis, probat hanc esse
5 magis communem opinionem, & illa pœna † debet à statuto imponi, quæ magis timetur, glossa *in c. licet. de pœnis.* Hostiens. & Io. Adr. *in c.* 1. *de homic. lib.* 6. etiam si esset pecuniaria,
6 † vt post alios, quos citat, firmat Felyn. *in c. irrefragabili, num.* 5. *prope princip. de offic. ordinar.* tanto magis, quia pœna
7 † pecuniaria quis potest puniri etiam post mortem, Caccheran. *decis. Pedemontana* 149.

Ideo videtur valere statutum, † quod pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, prout dicit esse communem opinionem Albericus *in tractatu de statutis, parte* 2. *quæ.* 120. & Decianus *in tractatu crimin. tomo* 2. *lib.* 9. *cap.* 20. de legibus circa homicidium latis *n.* 25. Et sic videtur esse validum statutum, quod pœna pecuniaria imponatur in occidente clericum, quia
pœna † minuitur ratione delicti commissi extra territorium delinquentis, Carrerius *in sua practica criminali fol.* 24. *num.* 65. & ius canonicum † numquam pro 9
quocunque delicto etiam grauissimo imponit pœnam mortis, glo. *in c. præuaricator* 2. *quæst.* 3. Innocen. *in c. cum oporteat, & in c. qualiter & quando. de accusationib.* vbi Felyn. *in §. ad corrigendos, & in c. crimina. vbi Abbas, de collus. deteg.* Castr. Alex. & Ias. *in l. transigere, C. de transactionib.* Cæpolla *in consil.* 73. Socin. *in c. sententiam sanguinis, ne clerici vel monachi.* Abb. *in c. at si clerici, de iudic.* dicit, non reperire de iure canonico pœnam mortis. 10

Sed certè, si nolumus attendere veritatem, statutum, † quod pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, non valet. Primo quia est nutritiuum peccati, cum præbeat audaciam delinquendi, sicut dicimus, quod pactum huiusmodi non valeat, *l. conuenire. ff. de pactis dotalib. c. quemadmodum, de iureiu.* per quam rationem ita firmarunt Hostiens. & Io. Andr. *in c. fin. de consuetud.* Aretin. *in consil.* 59. *col.* 8. *circa medium.* qui simpliciter sequitur opinionem Hostien. & Decius *in c. cognoscentes, n.* 4. *de constitutionib.* qui dicit hanc esse communem opinionem. Hanc rationem expressit textus *in c. pauper.* 11. *quæst.* 3. per hęc verba: Cito violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Propterea Couar. post multos alios, quos refert *in lib.* 2. *variarum resol. cap.* 9. *n.* 2. *vers. deinde quod pœna pecuniaria.* sequendo hanc opinionem dicit: Crescit enim multitudo peccantium, cùm redimendi peccati spes datur, & facilè itur ad culpas, vbi venalis est ignoscentium gratia. Item quia hoc statutum aduersatur † legi diuinæ & euangelicæ, per quas homicida debet mori, Genes. *cap.* 9. *Quicunque effuderit humanum sanguinem, effundetur sanguis illius.* Et Leuitici *c.* 24. *Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur.* Et Numer. *cap.* 5. *Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus erit homicidij & ipse morietur.* Et Matthæi *c.* 26. *Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Sed leges humanę † non possunt in totum corrigere legem diuinam, pręsertim peccandi occasionem prębentes. 11 12 13
Et pro confirmatione † istius verę opinionis videndus est Clarus *in §. homicidium, vers. sed nunquid valet statutum.* vbi citatis multis probat; quod hęc est verè magis communis, & secundum eam testatur fuisse iudicatum, eamq; obseruari nostris temporibus, quicquid Albericus de obseruantia scripserit *in d. quæ.* 120. quod fortè procedebat suis temporibus. Et quia hęc opinio est vera, rogo de ea dubitantes, vt perlegant Doctores citatos in contrarium à Deciano *in d. cap.* 20. *n.* 25. & à Marsil. *in singular.* 665. & à Romano *in singular.* 714. *& Addent. ad eum.* & Augusti. de Arimi. *in additionib. ad Ang. de malefi. in ver. & ex interuallo, n.* 7. Quia nullus ex dictis Doctoribus simpliciter loquitur, vt nos allegauimus, ideo aliqui dixerunt statutum esse validum, quando pœna pecuniaria non est contemptibilis, quod si sic esset, statutum esset tela aranearum, ligans pauperes, & non diuites, quia valentes soluere pœnam, inuitarentur ad delinquendum. 14

Ergo statutum † imponēs pœnam pecuniariam in
15 occidente clericū hac ratione non valet, imo est cōtra
libertatem ecclesiæ, vt firmat Felyn. *in c. ecclesia sanctæ*
Mariæ, n. 102. in fine, de constitut. Octauianus Vulpellus
in tractatu de libertate ecclesiastica, parte 1. n. 6. Summa
Tabiena *in ver. excommunicatio, casu 20. n. 1. & seq.* vbi
quod sic statuentes incidunt in excommunicationem:
16 tanto minus erit validum † statutum Venetorum, quo
cauetur, vt laici vulnerātes clericos puniātur in quinque
solidis, quod recēset Felyn. *in d. n. 102. in fine.* sunt
enim huiusmodi statuta contra libertatem ecclesiasticam,
ex quo clerici efficiuntur timidiores, vt per eundem
Felyn. *in d. c. ecclesia, n. 70. & ibi cæteri Canonistæ.*
& scripsi super hoc puncto supra *casu 36. vers. secundo*
17 *casu.* Et quod tunc poterit Episcopus † præcipere laicis,
vt cassent huiusmodi statutum de libro statutorū,
alias submittere locum interdicto, latè scripsi supra *in*
secunda parte, capite 44.

CASVS LXI.

Statutum de executione instrumenti, etiā secundum formam guarentigiæ, non habere locum contra clericos, etiam in foro ecclesiastico.

SVMMARIA.

1 *Obligatio iuxta formam guarentigiæ frequens est in Italia.*
2 *Statuta de executione instrumentorum iuxta formam guarentigiæ comprehendunt clericos.*
3 *Clericus creditor laici vigore instrumenti guarentigiæ, petit executionem illius coram iudice laico.*
4 *Statuta generalia, fauorabilia clericis, ad eas extenduntur.*
5 *Guarentigia quid sit.*
6 *Notarius dicitur iudex chartularius, & habet iurisdictionem in habitu.*
7 *Statutum excitat iurisdictionem Notarij solum contra debitorem.*
8 *Statuta guarentigiæ sub qua forma fieri debeant.*
9 *Iudicium executionis instrumenti est criminale.*
10 *Reconuentio in criminalibus fieri debet solum coram iudice ordinario rei.*
11 *Reconuentio non habet locum in executiuis.*
12 *Reconuentio non fit, vbi non est iudicium.*
13 *Executio instrumenti guarentigiæ non potest peti contra clericum debitorem.*
14 *Statutum de instrumento guarentigiæ non est seruandum in curia Episcopi contra clericos.*
15 *Causæ in foro ecclesiastico non sunt iudicandæ secundum leges laicorum.*
16 *Statutum de executione instrumenti respicit ordinatoria iudicij.*
17 *Ius canonicum attenditur in executione contra clericum in vtroque foro.*
18 *Executio de iure canonico non fit, nisi prius facta discussione bonorum.*
19 *Clericus debitor nullo modo potest carcerib. mancipari.*
20 C. 1. de noui operis nunciat. *non habet locū in constitutionibus Regum derogantibus iuribus clericorum.*

1 FRequentissima est hæc obligandi † conditio in omnibus
Italiæ partibus, vt debitores & contrahētes
obligentur in forma guarentigiæ per statuta locorum,
sub diuersis formis inductæ: ideo apud plurimos
2 dubitatum fuit, an statuta † inducentia executionem
dictæ obligationis & instrumenti comprehendant
clericos. De qua quæstione tractarunt Benedict. de
Barz. *in tractatu de guarentigiis, parte 1. quæst. 4. per totam.*
Freccia *in tractat. de præsentatione instrumen. parte 13. quæst. 1.*
Carauita *super ritu 166. magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis, à num. 34. vsque ad 41.*
Anton. de Canar. *in tractatu de executione instrument. quæst. 51.* Sed vt casus
magis innotescat, explicemus ipsum per duos articulos.

Primus articulus est: Clericus † creditor laici vigo- 3
re instrumenti guarentigiæ petit executionem illius
coram iudice laico, Benedict. de Barz. *in dict. quæst. 5. in*
princ. Anton. de Canar. *in tract. de execut. instrument. q.*
22. n. 51. Carauita *super d. ritu 166. n. 37.* qui multos allegat,
Couar. *in lib. pract. quæst. cap. 8. num. 5.* Berardinus
Pandus *in tractatu de executione instrument. parte 2. declaratione 14.*
Omnes mouentur ea ratione, quia statuta † generalia, fauorabilia clericis, ad eos extendūtur, 4
c. dilecti, de foro compet. c. si in adiutorium, distinct. 10. Ego
autem moueor alia ratione. Cum enim guarentigia † nihil aliud sit, quàm confessio voluntariè facta 5
coram iudice chartulario, vt docuit Cyn. *in l. 1. Cod. de*
confess. & sequitur Bartol. *in l. non fatetur, ff. eo. tit. & in*
l. 1. ff. de edendo. & in l. possessio, §. si possessio, ff. de acquir.
possess. Angel. *in l. ait prætor, §. 1. ff. de re iudic.* sequitur,
quod Notarius, † apud quem facta est dicta confes- 6
sio, & qui dicitur iudex chartularius, gloss. *in l. 1. ff. de*
iudic. & in l. rem non nouam, Cod. eod. tit. dicitur habere
iurisdictionem in habitu pro exercendo præcepto
guarentigiæ, vt dicit Barto. *in l. fi. C. vbi & apud quem.*
ideo non potest vti iurisdictione in faciendo præceptum,
nisi ex speciali concessione sibi facta à lege &
statuto, Bartol. *in l. à diuo Pio, §. si iudex, ff. de re iudi.*
Sed cum statutum † excitat iurisdictionem dicti No- 7
tarij iudicis chartularij, habentis illam in habitu, &
reducit ad actum, dicitur excitare solum respectu ipsius
debitoris, in quem facit præceptum, & ideo Barzius
in d. quæst. 1. in princip. dicit, guarentigiam esse ipsum
præceptum, & in fine d. quæstionis dicit, communiter
omnia huiusmodi statuta † fieri sub hac for- 8
ma: Quod præceptum factum à Notario habeat executionem
paratam. Non igitur debet tractari an statutum
comprehendat clericos creditores quia effectus
statuti est solum respectu præcepti exequendi in debitorem,
& propterea iure poterit exerceri per clericum
creditorem contra laicum coram suo iudice seculari.

Nec obstant quæ dicit Frecc. *in d. tract. de præsentation. instrument. parte 13. quæst. 1.* vbi conclusit, clericum
non posse exercere guarentigiam contra laicum in
foro seculari, quia si laicus vellet reconuenire clericum
debitorem in eodem foro, petendo executionem
alterius instrumenti, non posset: quia hoc iudicium
† executionis instrumenti est criminale, vt in 9
casu suo scribit Frecc. ibi, sed iudex laicus non est
competens contra clericum in iudicio criminali, *c. ac*
si clerici, de iudic. c. si diligenti, de foro compet. cum vulgaribus,
ergo concludit, statutum prædictū nullo modo
includere clericos, neque actiuè, neq. passiuè. Quia
respondeo, quod etsi in criminalibus non detur † re- 10
conuentio nisi coram iudice ordinario ipsius reconuenti,
l. 2. §. sed si agant, ff. de iudi. cum aliis per Marant.
de ordin. iudi. parte 4. dist. 6. n. 60. Tamē in causis † exe- 11
cutiuis, de quibus tractamus, non habet locum reconuentio,
Bald. *in auth. & consequenter, col. 3. in fine, vers.*
quæro nunquid, C. de sent. & interloc. vbi in terminis di-

cit, quod si petatur executio instrumenti cõfessionati, non habet locum reconuentio, Speculat. *in tit. de reconuention. §. nunc dicamus, vers. sed quid si agebam.* Maranta *in d. dist. 6. n. 39.* Et hanc opinionem sequor, quia
12 reconuentio † propriè non fit, vbi non est iudicium, Cyn. *in l. fi. C. qui admitti.* Bal. *in c. 1. col. fi. de controuers. apud par. termin.* Barbat. *in repet. rubric. de mutuis petitionib. n. 6. vers. & vnũ pondera.* Circa hanc executionẽ tractatur solum de præcepto faciendo vigore confessionis liquidæ, & veræ, non fictæ, quæ fit coram iudice chartulario; ergo propriè iudicium non est, & reconuentio non admittitur: non igitur valet ratio, non admittitur reconuentio eiusdem generis; ergo clericus non potest petere executionem instrumenti. Nec loquor de aliis pœnis ritus 166. prædicti, propter quas arguebat Frecc. ibi in contrarium. Quia illæ aliæ pœnæ recesserunt ab aula.

Secundus articulus est: Executio instrumenti iuxta
13 † formam guarentigię non potest peti contra clericũ debitorem, sic obligatum, coram suo proprio Episcopo. Hanc opinionem firmarunt Bened. de Barz. *in d. tract. guarentig. q. 4. col. pen. & fi.* vbi probat, huius opinionis fuisse Azonem *in summa, tit. de consue. §. ver. tate, vers. sed pone quod statutũ vult, &c.* & Bal. *in l. omni innouatione, C. de sacros. eccles.* vbi concludit, hoc statu-
14 tum † non esse seruandum in curia episcopali in præiudicium clericorum, & Petr. de Ancar. *in quadam disputatione, quæ incipit; Ea quæ fiunt à iudice maleficiorũ, &c.* Et licet allegetur doctrina Bart. in contrarium *in l. 1. n. 29. C. de sum. Trinit.* tamen Bal. *ibi n. 55.* respondet eius rationi, & ideo Barzius ibi concludit, Baldum esse huius opinionis, quam etiam sequuntur Aret. *in d. l. 1. C. de sum. Trin. col. 5.* & Caccial. *ibid. col. 10.* Affli. *in constitutione regni, incip. Si quis in posterum, n. 16.* Fr. Marc. *decis. Delphi. 61. n. 6. part. 2.* Bernardinus Pãdus *in tract. de execut. instrum. part. 2. declaration. 14. n. 2.* Felyn. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, n. 81. in princ. de constitu.* qui plurimos refert Canonistas esse huius opinionis.

Et satis mihi videtur hæc opinio esse veritati conso-
15 na, non solum quia causæ † in foro ecclesiastico non sunt iudicandæ secundũ leges laicorum, *c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutionib.* & scripsi supra *casu 50.* sed etiam quia tenentes contrariam opinionẽ dicunt, hu-
16 iusmodi statutum † respicere ordinatoria iudicij, quo casu clerici ligãtur huiusmodi legibus, vt scripsi supra *casu 31.* Sed, retento hoc principio, dico, quando hoc statutũ concerneret modum procedendi, tunc in Curia Episcopi non esset seruãdum, quia circa ordinatoria prædicta seruantur leges eiusdem fori, ex reg. *l. 2. C. quemadm. testam. aper. & l. 2. C. de emancip. liber.* Addo quod cũ hoc statutum nullam admittat exceptionem contra instrumentum, ideo respicit meram executionem, & non præparatoria iudiciorum, vt dicunt
17 Doct. *in d. l. 1. C. de summa Trin.* Sed in † executiuis & decisiuis attenditur ius canonicum, & nõ ciuile, etiam in foro ciuili, vt dixit gl. *in c. quod clericis, de foro compet.* Bald. *in l. ex ea, ff. de postulan. & in d. l. 1.* Imo de iu-
18 re canonico pro debito ciuili non fit executio, † nisi prius facta discussione bonorum; ergo attenta dispositione iuris canonici non potest fieri executio dicti instrumenti vigore dicti statuti. Item quia statuta guarentigiæ disponunt, debitorem posse in carceribus
19 mãcipari, sed de iure canonico clericus † debitor nullo modo potest in carceres mitti, *c. si clericos, de sent. excom. lib. 6.* & scripsi supra *casu 42. art. 3.* ergo statutũ prædictum, tanquam procedens contra dispositionem iuris canonici, non est seruandum in Curia Episcopi.

Ex quibus apparet, non esse vera allegata per Couar. *in lib. pract. q. c. 8. n. 5.* hæc procedere in statutis inferiorum à Principe, non autem in constitutionibus Regum habentium iura Imperatoris, quorum dispositiones, si iuri canonico non sint contrariæ, militant etiam in foro ecclesiæ, & hanc sequitur Carauita *super d. ritu 166. n. 38.* quia regula † *c. 1. de noui operis nunt.* nõ habet locum in constitutionibus Regum deroganti- 20
bus aliquo modo iuribus clericorum, vt scripsi supra *casu 19.* Sed huiusmodi constitutiones expresse derogarent iuri canonico, & eius principiis, vt dixi; ergo neque in curia secularium, neque in foro ecclesiastico afficiunt clericos.

CASVS LXII.

Solemnitates contractuum celebrandorum, ordinatæ per statuta laicorum, in quibus casibus debeant obseruari etiam per clericos.

SVMMARIA.

1 *Statutum laicorum, de sollemnitatibus contractuum debet seruari etiam à clericis, qui volunt sibi obligari laicos.*
2 *Contractus est nullus, nisi adhibeantur sollemnitates statuti.*
3 *Clericus si vult sibi obligari laicũ, debet seruare omnes sollemnitates requisitas pro obligatione laici,*
4 *Statuti qualitates debẽt seruare etiã forenses in loco.*
5 *Laicus subditus non potest contrahere cum non subditos, spreta lege sui superioris.*
6 *Statutum:* Ne minor, vel mulier possit contrahere sine consensu propinquorum: *an comprehendat ecclesiasticos.*
7 *Statutum:* Ne mulier possit testari sine consensu propinquorum: *non comprehendit testamentum, quod fit ad pias causas.*
8 *Statutum introducens nouam sollemnitatem cõtra ius cõmune, non obseruatur in præiudicium clericorum.*
9 *Statuta dicuntur contra libertatem ecclesiæ, si auferunt competentia clericis de iure communi, aut ex priuilegio.*
10 *Siue directè, siue indirectè id fiat.*
11 *Etiam si tacitè, principaliter disponendo de laicis.*
12 *Statutum:* Quod filij non nubant sine consensu patris: *non valere.*
13 *Statutum:* Quod cessio actionis non possit fieri in nobilem contra plebeium: *non potest comprehendere ecclesiasticos.*
14 *Statutum:* Ne inuestitura fiat alteri, non vocato possessore: *non comprehendit inuestituram, quæ fieret per clericum.*
15 *Statutum semper debet aliquid operari vltra ius commune.*
16 *Statutum disponens idem quod ius commune saltem operatur monitionem.*
17 *Sollemnitas introducta per statutũ laicorum seruatur à clericis quando nullum sibi paratur præiudicium.*
18 *Sollemnitates nouiter inductæ per statuta impossibiles, aut difficiles obseruatu, non habent locum in contractibus, qui fiunt cum ecclesiasticis.*
19 *Principis cõsensus an & quãdo reputetur impossibilis.*
20 *Princeps in quib. casib. teneatur necessario consentire.*

21 Sta-

21 *Statutum de consensu Principis habendo, an liget ecclesiasticos.*
22 *Statutum prohibens laicos contrahere cum clericis non valere.*
23 *Et si statuentes incidunt in excommunicationem.*

AD euitandum dolos, qui solent interuenire in contractibus celebrandis, sæpissimè dispositum est in pluribus ciuitatibus: vt, nisi adhibitis certis sollemnitatibus, vel interuentu coniunctorum, aut decreto iudicis & similibus, contractus sint ipso iure nulli, quorum occasione, dubitare contingit, an prædictæ sollemnitates statutariæ seruari debeant, etiam si cum clericis contrahendum sit. Ad cuius decisionem explicemus tres articulos.

1 Primus articulus est: Statutum ✝ de sollemnitatibus contractus conditum per laicos, debet obseruari etiam per clericum, qui vult sibi obligari laicū, Abb. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, in 2. lec. n. 43. vers. sed hoc casu distinguo.* Felin. *n.* 81. *vers. quartus casus.* Dec. *nu.* 257. *& plur. seq.* vbi referens Abbatem, dicit, quando statu-
2 tum ✝ concernit sollemniatem adhibendam tempore contractus, si omissa tali sollemniate contractus fiat, erit nullus, prout statutum disponit, & hoc etiam habet locum si contrahatur cum clericis, non quia
3 statutum liget ✝ clericos, sed quia si clericus velit laicū obligare, debet obseruare omnia, sine quibus ille obligari non potest, idem dicit Rochus de Curte *in tractat. de consuetudine, sectione 8. num.* 75. multos ad hoc congerit Decian. *in tomo 1. tractat. crimin. lib. 2. cap. 35. num.* 11. Propterea Domini de Rota vrbis sæpiùs con-
4 cluserunt, quod statuti ✝ qualitates tenentur obseruare etiam forenses contrahentes in loco statuti, alias contractus redderetur nullus, Coram R. P. D. Robusterio illa Vrbeuetana heredit. 7. Nouembr. 1578. *ex consilio Signorol. 166. & Cuman. consil. 72.* & est *decisio Caputaquens. 195. & decis. 206. lib. 3.* Adeo vt non sufficiat in ipso contractu exprimere sollemnitates statuti in genere, sed speciatim, & singulariter exprimi debet, ne ipse contractus corruat, Caccheran. *decis. Pedemont. 172. à numer. 10. ad finem.*

Omnes ea mouentur ratione, quia non potest lai-
5 cus ✝ subditus contrahere cum non subdito, spreta lege sui superioris, vel consuetudine ciuitatis suæ, imo peccat, *c. 2. de maior. & obed.* & quod trāsgressor cōsuetudinis puniatur sicut transgressor legis, est tex. *in c. in his, dist.* 11. ergo ex parte laici nulla cōtraheretur obligatio, nisi seruata sollemnitate data à lege particulari qui obligationi resistit, *l. cū lex, & ibi notatur, ff. de fid.*

Difficultas est modo in videndo de qua sollemnitate possit huius conclusionis reddi exemplum. Philip. Francus *in disputatione petitorij, §. fin. n.* 22. putat
6 posse dari exemplū, vt si statutū ✝ disponeret: *Ne minor, vel mulier possit cōtrahere, vel alienare, sine consensu propinquorum:* cum fragile & debile sit consilium mulieris, *c. forus, in fin. de verb. signif.* quo in casu dicit in tali prohibitione comprehendi ecclesiam, ideo nō poterit minor, vel mulier alienare etiam ad pias causas, vel in ecclesiam sine sollemnitate statuti. Sed huius cōtrariū tenet Bal. *in l. in generali, C. de sacros. eccl.* vbi
7 concludit, statutum: *Ne ✝ mulier posit testari sine cōsensu propinquorum,* non includere casum, quando testamentū fieret ad pias causas, quia valebit sine tali sollemnitate, ex quo ecclesia est priuilegiata à principio in vltimis voluntatibus, & ibi sequitur Fulgos. cum aliis etiam per Abbatem *in c. relatum, in 1. de testam.*

Ideo pro resolutione distinguo: Aut ✝ sollemnitas statutaria venit in derogationem, vel diminutionem solemnitatis introductæ de iure communi, & tunc si ex solemnitate iuris communis ecclesia, vel ecclesiastici sentiunt aliquod commodum, quod per statuti solemnitatem perderent, statutum non valet respectu contractus, & dispositionis quæ fieret in ecclesiasticos, & hoc probatur ex dictis per Anchar. *in consil. 155. col. 2. & 3.* Et ex alia ratione, quia illa statuta dicun-
tur ✝ contra libertatem ecclesiasticam, per quæ im- 9
pediuntur personæ ecclesiasticæ facere, quæ sibi competunt, aut priuilegio, aut iure communi, aut alio modo, vel redderentur timidiores, ad id faciēdum vigore statuti, Fely. *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. n. 61. & in c. nouerint, de sent. excommun.* Socin. *in consil. 241. circa primam, col. 3.* & probatur ex dictis Bart. & aliorum *in auth. cassa, C. de sacros. eccles.* & Bart. *in l. 1. §. quæ onerandæ, §. quarum rerum actio non detur.* & dicuntur cō-
tra libertatem ecclesiæ, siue ✝ directè, siue indirectè id 10
fiat, *c. statutum de hæretic. lib. 6.* siue expressè, siue tacitè, *c. clericis, §. fin. & nos igitur, de immun. eccles. lib. 6.* etiam si non loquantur de personis ecclesiasticis, sed solum de subditis statuentium, *c. quanto. de priuileg. c. fin. de immunit. eccles. lib. 6.* Alba *consil. 8. colum. 2. vol. 1.* Sed ecclesia est priuilegiata à principio in ipsis vltimis voluntatibus, per *l. 1. C. de sacros. eccles.* vnde dicit Bald. *in l. cunctos populos, C. de summa trinit.* cum ecclesia, & pia causa sit ab ipso principio priuilegiata, si per statuta laicorum impediretur, fieret contra libertatem ecclesiæ. Neque obstat quod dicit Francus *in d. §. fin. num.* 23. quod hoc non sit contra ecclesiasticos principaliter, sed in suos subditos, disponitur, quo casu ipse putat valere dispositionem. Quia, vt dixi, etiamsi tacitè,
& ✝ per indirectum fieret contra ecclesiasticos, non 11
valeret, dicit tex. *in dict. capit. quanto. de priuileg.* quod pœna quæ personis ecclesiasticis per laicos imponi non potest, neque etiam imponi potest subditis statuentium, cum aliis ad hoc allegatis per Alban. *in d. consil. octauo column. quinta num.* 18.

Quare concluditur hoc exemplum de solemnitate testamentorum per statutum introducta, non esse verum pro confirmatione, & declaratione præsentis articuli, & de hoc scripsi supra *casu* 28. & ex
hoc infertur non valere ✝ statutum de sollemnitate 12
matrimonij, puta quod filij non nubānt sine consensu patris, vt latè per Dec. *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, n.* 128. hæc enim solemnitas est in derogationem iuris canonici, quo matrimonia debent esse libera, vt dicam latius infra particulari casu. Item infertur exem-
plum statuti: ✝ *quod cessio actionis non possit fieri in no-* 13
bilem contra plebeium, non posse applicari huic articulo, de quo tractamus, prout scribunt Felyn. *in d. c. ecclesia S. M. n. 81. vers. quartus casus.* & Deci. *n. 261. & seq.* quia concernit substentiam dispositionis, & nos loquimur de modo, quo ipsa dispositio solemniter facienda est. Et ex alio dictum statutum non valere, quia est exorbitans, & correctorium iuris communis, auferens liberam disponendi facultatem, contra tex. *in l. in re mandata, cum vulgarib.* ideo non potest tacitè comprehendere ecclesiasticos sub generali sermone, de quibus in specie non potuissent statuentes disponere, vt pluries scripsi in superioribus, quicquid dixerit Federic. de Senis *in consil. 85. statuto ciuitatis Perusinæ.* Item infertur statutum: ✝ *Ne inuestitura fiat alteri,* 14
non vocato possessore, non comprehēdere inuestituram quæ fit per clericū alteri laico, non vocato possessore, prout cōsulebat Ale. *in cons. 93. vol. 2.* & seq. Fel. *in d. c.*

quartus casus, quia impedit hæc solemnitas libertatem ecclesiæ,& venit in præiudicium notabile ipsius,vt latè scripsi supra *casu* 20.

Aut statutum disponit de sollemnitate iuxta formā iuris communis, & tunc quia debet † aliquid aliud operari vltra ius commune, ne videatur frustra factū, vt probat Marsil. *in repetit. rubricæ, ff. de fideiussorib. n.* 356. *in prædicta criminali,§. opportune, n.* 41. *& plur. seq.*

16 Dico,quod †producet effectum monitionis,sicut statutum de residentia episcoporum, ad hoc vt aliquid disponat vltra ius commune, Felin. *in c. si autem, nu.* 3. *vers. primo si statutum, de rescript.* & huius membri distinctionis potest esse exemplum, puta si statutum disponeret insinuandis donationibus coram tali iudice, quod cum procedat iuxta dispositionem iuris communis, *l. sancimus, C. de donat.* comprehendet donationem, quæ fit in ecclesiasticos, quia per insinuationem auctoritas impertitur agenti actum, non recipienti, Ægid. Bellam. *decis.* 6. *de foro compet.* quem citat, & sequitur Rota *deci.* 7. *n.* 5. *de iudiciis, in nouis.* ergo si clericus vult gaudere donatione debet prædicta sollemnitas obseruari.

17 Aut sollemnitas non erat prius per ius† commune introducta, sed de nouo inducitur per dispositionem statuti, propter occasionem euitandæ fraudis vel doli, & tūc dico procedere etiam supradictum articulum, dummodo nihil præiudicii ecclesiasticis inferatur.

18 Secundus articulus est: quando † sollemnitates nouiter inductę sunt impossibiles obseruatu, tunc non habent locum in contractibus, qui fiunt cum personis ecclesiasticis. Cuius exemplum potest esse, si statuto disponeretur, quod nō possit fieri contractus sine cō-
19 sensu Pricipis, qui † reputatur impossibilis, ex regula *l. continuus, §. cum quis, ff. de verb. oblig.* & probat Ias. *in l. apud Iulianum, §. constat. n.* 16. *de legat.* 1. per illum tex. Sed pro declaratione distingue: Aut cōsēsus Principis de facili solet impetrari, & sibi imputet qui non impetrauit, ex reg. *l. sed & per prætorē, vers. sed nec reos, ff. ex quib. caus. maior. l.* 3. *§. quid ergo, ff. de contrario iudicio tutel. l.* 1. *§. permittitur, ff. de aqua quoti. & æstiu.* melior text. *in l. qui cum maior. vers. si minor, ff. de bon. libert. & in l.* 2. *§. tentari, vers. vel imputetur matri, ff. ad Tertull.* Ideo si ecclesiasticus, qui vult acquirere obligationem laici, sibi imputet, qui non obtinuit consēsum Principis: Aut sumus in casibus, in quibus Prin-
20 ceps † tenetur de necessiate consentire, qui recensentur ab Afflict. *in consti. regni, incip. si quis in posterum, n.* 22. *& seq.* quo casu, si dignaretur per Principem, fieret iniuria, vt ibi per eū, & probatur in postulatione, quæ est gratia, & si non admittitur, fit iniuria, *c. bonæ. in* 1. *de postulat. prælat.* quo casu consensus iste dicitur debitus, vt post Abb. *in d. c. bonæ*, dicit Afflict. ibi, & ita si Princeps non consentit, nec denegat, iudex poterit interponere decretum, quod facilius est, & sufficit, vt per Afflict. *ibid. n.* 23. Aut consensus iste est difficilis
21 impetratu, quia Princeps†non solet consentire in beneficium clericorum, & tunc aut tractatur de contractu oneroso, & ecclesiasticus poterit modestè abstinere, & super alio negotio contrahere; aut lucratiuo, & hic punctus, &c. Ego credo quod cum hoc statutum procedat in diminutionem rerum ecclesiæ, cui neque in quærendis potest fieri præiudicium, Villagut. *deci.* 1. *n.* 51. *& plur. seq.* & dixi sæpius, nullo modo erit obseruandum, & patet etiam ex allegatis in præcedenti articulo.

Tertius articulus est: quando statutum † prohibet omnino laicos contrahere cum clericis, & tunc dico statutum non valere, esseque contra libertatem ecclesiæ, *c. fin. de immun. eccles. lib.* 6. Bart. & Salyc. *in d. auth. cassa.* Octauian. Vulpell. *de libertate eccles. part.* 1. *nu.* 7. Quo casu statuentes † incidunt in excommunicationem, vt probat Francisc. Plot. *in tract. de excommunicatione, §.* 30. *nu.* 5. Abb. *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. in* 2. *lect. nu.* 27. Et huc pertinet, quod non possunt statuētes laici de ecclesiasticis specialem mentionem facere, quod deseruit pro inualiditate statuti, vt per Surd. *in consi.* 301. *col.* 2. *vol.* 3. & Alban. *in d. cons.* 8. *col.* 3. *vol.* 1.

CASVS LXIII.

Consuetudinibus laicorum nullo modo affici clericos.

SVMMARIA.

1 *Consuetudinis virtus, & potestas quæ sit.*
2 *Et quomodo differat à legibus.*
3 *Consuetudo potentius operatur, quàm statutum.*
4 *Consuetudo trahitur ad casus similes.*
5 *Argumētum à contrario sensu non habet locum in statutis, secus in consuetudinibus.*
6 *Priuilegium concessum terræ, vel patriæ comprehendit clericos.*
7 *Clerici non possunt facere consuetudinem.*
8 *Consuetudinem introducere est iurisdictionis.*
9 *Consuetudinem quando possit inducere vna familia.*
10 *Consuetudo non potest induci ex tacito consensu clericorum.*
11 *Consuetudo potest recipere validitatem per præscriptionem quadraginta annorum.*
12 *Præscriptio iurisdictionis ecclesiasticæ non introducitur consensu Papæ.*
13 *Clerici non ligantur consuetudinibus laicorum.*
14 *Consuetudo mixta clericorum, & laicorum simul, dari non potest.*
15 *Lege correcta, censentur correcta omnia, quæ eius occasione facta sunt.*
16 *Statutis reuocatis censentur reuocatæ omnes reformationes statutorum.*
17 *Lege correcta non censetur correcta eius ratio.*
18 *Ratio quæ nunquā in lege scripta fuit, potest allegari.*
19 *Ratio legis quando censeatur correcta, ipsa lege correcta.*
20 *Consuetudo mixta laicorum & clericorum simul, nullo iure canonico probatur.*
21 *Consuetudo iudicij dicitur obseruantia actorum causæ.*
22 *Clerici ligantur consuetudine iudiciorum laicorum, si ibi litigant.*
23 *Nisi consuetudo sit contra ius.*
24 *Consuetudines laicorum in diminutionem iurium ecclesiæ, non esse validas.*
25 *Stylus, & obseruantia tribunalium contra ius, non valet.*
26 *Stylus debet probari, & cur sit difficillimæ probationis.*

Consuetudo, vt † inquit Connanus *in Commentariis iuris ciuilis, lib.* 1. *cap.* 10. pars est iuris ciuilis, 1
in iis rebus posita, quæ prius quàm venissent in consuetudinem poterant sine scelere, vel prætermitti, vel violari, postquam autem longo omnium vsu comprobatæ sunt, parem legib. habent potestatem. Imo sanctiora videntur esse ea, quæ moribus afferuntur, quàm

quam quæ impetrantur legibus, propterea † quod leges dantur, vt plurimum inuitis, & recusantibus, ab eo, qui plus potest, & iccirco ingratiores sunt, quia coactæ. At quod in consuetudine est, suaue per se influit in mores hominum, sic, vt vel à natura putetur esse, aut ab antiquis, bono publico institutum, & licet consuetudo † non differat à statuto, nisi tanquam tacitum ab expresso, Dec. *in consil.* 694. *numer.* 7. Andr. *in proœmio constitutionum regni.* Tamen quantum ad effectum potentius operatur consuetudo, quàm statutum, Felyn. *in c.* 1. *num.* 4. *& seq. de sponsalibus.* Primo, quia trahitur † ad casus similes, quod nõ est in statuto, Angel. *in consil.* 52. Alexand. *in consil.* 119. *n.* 14. *vol.* 6. & multa de præstantia consuetudinis ponit Cardin. Alban. *in additionib. ad Bart. in repetition. l. de quibus. ff. de legibus.* Item quia consuetudines dicuntur pacta ciuium, & sic quodammodo contractus, vnde in statutis non habet locum argumentum † à contrario sensu circa ea quæ sunt prouisa de iure communi, Bart. *in l. omnes populi, in 6. q. princ. ff. de iust. & iur.* & tamen in contractibus non ita distinguitur, *l. pecuniam, ff. si cert. pet.* etiam si sint stricti iuris, Roman. *consil.* 339. Capyc. *decis.* 21. *num.* 5. Sed clerici nõ desinunt esse ciues illius ciuitatis, Bartol. *in l.* 1. *col.* 3. *vers. iuxta prædicta, ff. ad municip.* Bald. *in c.* 1. *colum. fin. vers. an sacerdos, de milit. vasall. qui arma bellic. depos.* Oldrad. *in cons.* 22. Natta *in consil.* 157. *num.* 8. Et ideo priuilegium concessum † terræ, vel patriæ non solùm laicos, sed etiam clericos comprehendit, Roman. *in consil.* 180. *num.* 2. Felyn. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, num.* 76. *de constit.* & Oldrad. *in consil.* 32. dixit, clericos esse de vniuersitate personarum; ergo videtur quod consuetudine ciuitatis ligentur clerici, etiam ciues ipsius, cum eorum cõtractus cum laicis facti, sint etiam obseruandi. Pro cuius casus resolutione, explicemus tres articulos.

7 Primus articulus est: Cõsuetudine † laicorum non ligantur clerici: Quia clerici non possunt consuetudinem facere, Bald. *in c. cùm omnes, in fi. de constitut.* post Hostiens. quem refert ibi, cum non possint in laicos tacitè, vel expresse consentire, *c. significasti, de for. compet.* Franc. Marc. *decis. Delphinal.* 157. *par.* 1. Itẽ quia

8 introducere consuetudinem † est iurisdictionis, quia ipsa est lex, vt dixit Alex. *in consi.* 173. *nu.* 12. *vol.* 6. ergo ille populus potest introducere consuetudinem, qui potest facere statutum, Bald. post gloss. *in l.* 2. *in* 1. *&* 3. *opposit. C. quæ sit longa cõsuetud.* Vnde dicit Innoc. *in c. cum accessissent, de constitut.* Qui habent iurisdictionem, possunt facere statuta super omnibus, quæ ad iurisdictionem suam pertinent, sicut & consuetudinem inducere possunt. Ideo vna familia non potest indu-

9 cere † consuetudinem, nisi habeat imperium, & sic ius statuendi, vt probat Alex. *in l. si non speciali, col.* 2. *C. de testament.* post plures Doct. quos refert. Sed laici non possunt statuere aliquo modo, vt includant clericos, vt scripsi latius supra *casu* 1. ergo nullo modo possunt inducere consuetudinem, quæ ipsos liget: & licet sint ciues, & de populo, vt dixi, tamen postquam facti sunt clerici non possunt vlterius in laicos consentire, *c. si diligenti, de foro compet.* ego si consuetudo

10 induceretur † ex tacito eorum consensu, esset contra ius, & sic non valeret, nec debet attendi, Dec. *in cons.* 11. *& cons.* 49. *col.* 1. *& consil.* 677. *in fi.* Alex. *cons.* 36. *vol.* 2. Socin. iun. *consil.* 2. *num.* 7. *volum.* 2. Natta *consil.* 252. *num.* 6. *& consi.* 575. *num.* 32. *& seq.* Borgnin. *decision.* 11. *num.* 47. *parte* 1. Caccheranus *decis. Pedemont.* 22. *num.* 3. *& seq.* Afflict. *decis.* 315. *num.* 11. Quo casu, licet posset recipere validitatem † per præscriptionem quadraginta annorum, vt per Aretin. *in consil.* 23. *col.* 4. *vers. sed quando vniuersitas, & consil.* 115. & Crauett. *de antiquit. parte* 4. *in pri. in* 4. *&* 5. *different.* & post alios Borgnin. *in d. decis.* 11. *nu.* 48. Tamen hæc præscriptio iurisdictionis † ecclesiasticæ non posset procedere sine consensu Papæ, consensus episcopi non sufficeret nisi ad præscriptionem ecclesiastici, *d. c. significasti, de foro compet.* Papa sicut non potest expresse consentire, vt clerici sint de foro laicorum, vt dixi supra *casu*... Ita nec tacitè, ergo neque præscripta consuetudo valere posset. 11 12

Quare nec clerici faciunt consuetudinem, nec populus potest eam inducere in clericos cum aliis, nec clerici possunt dici præstare consensum circa ipsam introducendam, nec potest ipsa consuetudo præscribi in præiudicium clericorum. Propterea affirmarunt Dd. consuetudinibus † laicorum clericos non ligari, 13

Cyn. *in l.* 2. *in fin. C. quæ sit long. consuetud.* Ant. de Butr. *in rubric. de consuetudin. n.* 3. *&* 12. Hostiens. *in summa tit. de consuetud.* Inno. *in rubr. de consuetud.* Abb. *in d. c. ecclesia S. Mariæ, n...* Geminian, *in c.* 1. *de iureiur. lib.* 6. cum aliis per Petr. Duen. *regul.* 135. & ita fuit sæpius decisum in practica, Capella Tholos. *decis.* 153. Franch. *decis.* 285. *& decis.* 411. Capyc. *decis.* 98.

Secundus articulus est: Non posse dari consuetudinem † mixtam clericorum, & laicorum simul, quia 14

clerici non possunt consentire super consuetudine introducenda, vt dixi nuper in primo articulo, quicquid dixerint Abb. *in c. cũ causa, n.* 4. *vers. erat ergo consuetudo mixta, scil. clericorũ & laicorũ, de sent. & re iud. & in c. cũ venisset, n.* 3. *de eo qui mit. in poss. causa rei seruandæ, vers. & potest intelligi, quãdo cõsuetudo est cõmunis clericis & laicis;* & Inno. *in c. ad nostrã, de probat.* qui vult illum textum loqui de dicta consuetudine mixta. Quia textus *in d. c. cum causa,* in quo se fundat Abb. *in c. ad nostram.* in quo se fundat Immol. fuerunt per summũ Pontificẽ reprobati, & correcti, & lege † correcta, censentur correcta etiam omnia, quæ eius occasione facta sunt, vt dicit Cyn. *in l. transigere. circa fin. vers. pro hoc optime C. de transact.* per text. *in lege fin. C. de edict. diui Adrian. tollen.* & ibi Bald. & Castrens. & ad hoc facit *c. translato. de constitut.* vbi Bald. in principio dicit, abolito titulo, intelligitur abolita lex sua, idem Bald. *in l. prima in princip. C. de Latin. libert. tollend.* quod reuocatis statutis, † censentur reuocatæ omnes reformationes statutorum, quia sublato principali, tolluntur omnia, quæ ipsum sequuntur, *c. fraternitatis, de hæretic.* vbi damnato auctore, censentur damnata omnia eius scripta, nisi specialiter sint approbata, *c.* 2. *§. fin. de summa Trinit.* & ideo dicit Abb. *in d. c. cum causa, num.* 3. *in fine.* Sed certè per istum textum non potest fieri aliquod bonum fundamentum: Primo, quia Papa simpliciter consuetudinem reprobauit, &c. & ita dici potest *ad dict. cap. ad nostram.* Neque obstat quod correcta lege, † non censeatur correcta eius ratio, *l. has obligationes, ff. de capit. diminut. cap. auctoritate, de concess. præbend.* vbi est casus de hoc, quia ratio legis est æterna, & immutabilis, vt notat Abbas *in cap. non debet. de consanguinit. & affinit.* ideo correcta lege, non esse correctam rationem, dixerunt Antonius de Butr. & Imol. *in c. primo, de constitut.* Ioan Andreas & Geminian. *in cap.* 1. *§. illum autem, de restitut. spoliat.* per *dict. l. has obligationes.* Vnde sicut ratio quæ † nunquam in lege scripta fuit, posset allegari, *cap. ratio nulla, & ibi Doct. de præbend.* 15 16 17 18

præben. l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excusat. tut. ita poterit allegari ea quæ remanet, & semel à iure probata est. Quia hæc omnia non procedunt ex defectu iurisdictionis, & in resolutione huius articuli incidentis, datur ista distinctio. Aut ratio legis non innitebatur
19 rationi † naturali, & æquitati, sed solum Legislator cogitauit illam esse bonam, & tunc correcta lege, est etiam correcta eius ratio, nec vlterius potest allegari: Aut est fundata super æquitate naturali, & communis est opinio, vt correcta lege, & eius ratio possit allegari. Sed nulla ratio legis, vel consuetudinis secularium est sufficiens ad obligandum clericos, & quilibet est contra naturalem rationem ad inducendum illorum ligamen; ergo correcta & reprobata lege, vel consuetudine, censentur etiam reprobatæ eius rationes, saltem respectu obligationis clericorum inducendæ. Ex
20 quibus † concludo, non posse aliquo modo tractari *d. c. cum causa, & d. c. ad nostram,* intelligi debere de prædicta consuetudine mixta.

Neque obstat *d. c. constitutus,* quia ibi clericus agebat contra laicum, eratque laicus de temporali iurisdictione ecclesiæ, vt notat ibi Abb. in princip. & quia respectu rei, erant seruandæ leges, & consuetudines laicorum, ideo legatus commisit causam iudicandam secundum ius & consuetudinem laicorum: Non igitur tractatur ibi an consuetudo liget clericos. Et dum Pontifex dicit, si consuetudinem, quam allegat, laudabilem esse constiterit, &c. Animaduertendum est, quod loquitur de consuetudine procedendi in iudicio, probatur per *vers. qui cum secundum ius tantum vellent procedere, &c.* verbum enim *procedere* significat ordinem iudicij, vnde Petrus ille reus appellauit, & sic etiam fecit actum de ordine processus, *c. quoniam contra, de probat.* sed consuetudo iudiciorum ligat clericos litigantes in foro laicorum, vt mox subiiciam; ergo, &c.

21 Tertius articulus est: Consuetudo † iudicij, quæ aptiori vocabulo dicitur obseruantia actorum curiæ & tribunalis, vt per Roch. de Curt. *in tract. de consuet. n. 23. & 27.* siue stylus Curiæ, Fely *in c. ex parte n. 17. de*
22 *rescript.* debet obseruari, etiam † si clerici litigent in foro seculari contra laicum, ex regula *l. actor, C. vbi in rem act. & c. si clericus. & c. cum sit generale, de foro competet.*

Hanc opinionem probat Felyn. *in d. c. ad nostram, nu. 3. vers. ex eodem textu, de probationib.* pro quo dicit esse casum *in c. quod clericis, de foro compet.* & ego credo esse casum *in d. c. constitutus.* secundum inductionē, quā fecimus in præcedenti articulo. Ex quo notandū est, Doctorum sententiam, concludentium clericos ligari consuetudine laudabili clericorum, intelligendam esse consuetudinem iudiciorum, quia laudabilis
23 dicitur, † dummodo non sit contra ius, aliter diceretur irrationabilis, vt per Aret. *in cons. 44. col. 2.* Idem si esset contraria æquitati naturali, vt per Aretin. *in consi. 92. col. 3. vers. tertio confirmatur. & cons. 145. col. 2.* vel quando à lege, aut statuto reprobaretur, Alex. *in cons. 196. col. 3. vol. 2.* Crauet. *in cons. 96. n. 3.* & probatur per *d. c. constitutus,* vbi loquitur de hac consuetudine laudabili iudiciorum, vt dixi.

Et quod clerici ligentur statutis & consuetudinib. circa ordinem iudicij, latè scripsi supra *casu* 31. & inibi declaraui, non procedere, quando statuta & consue-
24 tudines † iudiciorum extinguerent iura clericorum, tunc enim obseruandæ nō essent cōtra clericos, quia procedentes in diminutionem iurium ipsorum, essent contra libertatem ecclesiasticam, & ita non laudabiles. 25 Vnde stylus, † & obseruantia tribunalis contra ius non valet, nec debet attendi, Dec. *in cons. 11. & cons. 49. col. 1. & cons. 677. in fin.* Alex. *in cons. 36. col. fin. vol. 2.* Soc. iun. *in cons. 2. n. 7. vol. 2.* Albert. Brun. *in consi. 8. n. 10.* Nisi essent præscripti, vt dixi *in 1. art.* quo casu debet probari † stylus, & est difficillimæ probationis, 26
quia variabilis, vt probat Paris. *in cons. 31. vol. 1* & præscriptio nō obesset ecclesiasticis, quia si statutum circa ordinatoria litis non attenditur in curia respectu clerici, si tendit in diminutionem iurium ipsius, multo minus cōsuetudo, obseruantia, aut stylus præscriptus, cum non plus possit consensus tacitus, quàm expressus: Neque possit consensus tacitus operari sine scientia Papæ, vt dixi *in d. art. 1.*

CASVS LXIV.

Consuetudine nullo modo posse induci, quod Principes laici habeant iurisdictionem in clericos: Nisi ex dispensatione Papæ, quam potest facere contra ius diuinum ex causa.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium fori clericorum est de iure diuino.*
2 *Clerici sunt exempti à Deo de iurisdictione Imperatoris.*
3 *Opinio communis nunquam est amplectenda contra ecclesiasticos, & piam causam.*
4 *Papa non potest submittere omnes causas clericorum iurisdictioni laicorum.*
5 *Iurisdictio clericorum nulla præscriptione quæri potest.*
6 *Consuetudo quod rex habeat iurisdictionem in clericos, non valet.*
7 *Consuetudo vt inferior habeat iurisdictionem in superiorem non valet.*
8 *Clerici sunt maiores laicis, etiam principibus.*
9 *Principes respectu iurisdictionis clericorum, reputantur vt priuati.*
10 *Consuetudo non potest dare iurisdictionem priuato.*
11 *Consuetudo potest dare iurisdictionem fœminæ in dignitate existenti.*
12 *Consuetudo potest inducere iurisdictionem in alieno territorio.*
13 *Priuilegio quæsibilia possunt quæri præscriptione.*
14 *Papa potest dispensare in omnibus, etiam contra ius diuinum, præterquam in articulis fidei.*
15 *Papa potest dispensare super matrimonio contracto à simpliciter vouente.*
16 *Pontifices pro tempore, in quibus matrimoniis dispensarunt contra ius diuinum.*
17 *Papam non posse dispensare in voto tenent Theologi, contrarium obseruatur, vt per Canonistas.*
18 *Papa potest committere aliquas causas clericorum laicis.*
19 *Laici sunt infesti, & odiosi clericis.*

PRiuilegium † fori clericorum est de iure diuino 1
introductum, vt habetur Numer. *c. 3. Ego tuli Leuitas à filiis Israel, eruntque Leuitæ mei, meum est enim primogenitum.* Idem habetur *c.* 18. & Iosuæ *c. 17. in fine. Tribui Leui non dedi possessionem, quoniam Deus Israel ipse est possessio eius.* Et alibi: *Nolite tāgere Christos meos. Psalm. 104.* hanc opinionem tenet gl. *in c. si Imperator, dist. 96.* gloss. *in ver. degenerari, in auth. de non alienan. reb.*

reb.eccles.& Beatus Gregorius *in c.sacerdotibus,* 11.*q.*1. dicit Imperatorem Constantinum retulisse, cum episcoporum accusatio eidem proposita fuisset: *Ite, & inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est, vt nos iudicemus deos, id est clericos.* Item Constantinus in sancta Nicæna Synodo, præsidens, cum querelam clericorum quorundam ad se ferendam conspiceret, ait: *Vos à nemine diiudicari potestis, quia ad Dei solius iudicium seruamini, c.satis, distinct.96.c.continua,* 11. *quæst.*1. *& c.certum, distinct.* 10. *Cum de causis Dei agitur, studeatis subdere regiam voluntatem sacerdotibus Christi.*

Hanc opinionem satis probat Cardinalis *in repetit. c.perpendimus.de sentent.excõmunicat.in 7.opposit.* Abb. *in c.at si clerici. num.23. de iudic. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ, in princ.de constit.& in c.solitæ, in 6.not.de maior. & obedient. & in c.diligenti, de foro compet.* gloss. *in c. quanquam. de censib.lib.6.* quam communiter sequuntur Canonistæ, latè Felyn. *in c. 2.colum. 1.& 2.de maior.& obedient.* qui multos ad hoc congerit, Dec. *in c. clerici, num 61.& seq. de iudic.* Oldrad. *in consil.83.col. penult.* Rom. *singular.419. incip. Sed an Papa, & in l.si vero, §.de viro, in 7.fallent.ff.solut.matrim.* Alexand. *in consil.8.videtur, volu.1.& in consil.149. in causa, vol. 6.* Grammatic. *decis.29.& decis.61.& consil.1.num.29.edito post suas decisiones.* Stephanus Aufrerius, *in repetit. clemen.1.de officio ordinar.in 3.quæst. nu. 8.* & cum aliis ad hoc cumulatis per Addentes ad Felyn. *in d. c. 2.* & per Addẽtes ad Alexand. *in d.singular.419.* Ex quibus apparet hanc esse receptissimam omnium Doctorum sententiam, eamque tenet Innocent. *in d.c. de maior.*
2 *& obedient.* Vbi quærit, quis † exemit clericos de iure Imperatoris, dicit Papam consentiente Imperatore, statim subdit.: Sed hic plenè non eximunt, vnde dicimus, quod exempti sunt à Deo, allegat *d.c.si Imperator, dist.96.* Ex quo infertur malè Couar. *in lib.practic. quæst.cap.31.nu.2.vers.contraria opinio.* allegare Innocentium pro contraria parte. Nec illa contraria sententia est amplectenda, cum neque iure subsistat, neque plurimorum Doctorum auctoritate fulcita sit, &
3 licet aliquando dubitar. possit, an opinio † contra communem sit amplectenda, quæ melioribus rationibus fulcita sit: tamen ipsam nunquam sequi debemus contra ecclesiam, ex regula *leg.sunt personæ, ff. de religios. & sumpt. funer.* & de hoc scripsi infra *in cap.* 164. ibi vide.

Ex huius articuli resolutione inferunt præcitati
4 Doctores, Papam † non posse submittere omnes causas clericorum iurisdictioni laicorum, Abb. Felyn. & Roman. in præallegatis locis, & latè scripsi de hoc
5 supra *parte 2. cap. 6.* ergo non potest iurisdictio † in clericis aliquo tempore, etiam immemorabili, etiam mille annorum præscriptione acquiri, gloss. *in c.clerici, ver.consuetudine, de iudic.* Rolan. *consil.23.n.9.vol.1.* Alex. *consil.8. vol.1.* propter quam rationem ita decisum est pluries in Rota Romana, vt *decis.2.de consuetudine in antiquiorib.& decis.10.eod.tit.in antiquis.* vbi
6 consuetudo † Anglicana, quod Rex habeat iurisdictionem cognoscendi in clericos, non valet, & hanc opinionem tenet Innoc. *in c.postulasti, de foro compet.* Archidiac. *in c.1.n.2.gloss.eod.tit.li.6.* Rochus de Curte *in tract.de consuetudine, section.5.nu.31.* Rebuffus *super concordatis Franciæ, in tit. de protectione concordatorum col.fin.vers.Tertio infertur.* Stephan Aufrer. *in addition.ad Capell. Thol. decis. 126.* & licet Doctores non loquantur de consuetudine immemorabili: Tamen gloss. *in d.c.clerici, ver. consuetudinem immemorabilem importare videtur,* per illa verba, quantocunque tempore obtenta esset, & quia semper est contra libertatem ecclesiæ, ideo nullis metis temporum præscribitur, & quanto est longior, tanto est periculosior, & aduersus hanc consuetudinem immemorabilem scribit Decian. *in lib.4. cap.9. num.14. tract. criminal.* & processus *Bullæ Cœnæ Domini*, qui legitur singulis annis in fine, aufert quascumque consuetudines etiam immemorabiles.

Item consuetudo, vt † inferior habeat iurisdictionem in superiorem, nõ valet, *c.inferior, & ibi Præposit.dist.21.* quia esset contra rationem naturalem, vt 7
inferior iudicaret superiorem, vt habetur *in c.cum inferior, & c.solitæ, de maior.& obe.*& naturaliter inferior exhibet honorem superiori, *l.1.§.sicut, & ibi* gloss. *ff.de aqua pluu.arcend.* gloss. *in summa, distin.93.* Sed clerici sunt † maiores laicis, etiam Principibus, *c.1. in fine* 8
dist.17.& c.quis dubitet, distinct.96.& c.duo sunt, 12.quæ. 1. ergo non possunt Principes vigore consuetudinis acquirere iurisdictionem in clericos. Item quia reputantur † priuati respectu iurisdictionis clericorum, 9
cum nullã in eis exercere possunt, *c.at si clerici, & c.clerici, & c.qualiter.de iud.c.2.& c.diligenti, de for.comp.& d.c.continua, 11.quæst.1.* Boer. *dec.96.* cum aliis per Couarru. *in d.cap.31.num.3. vers. hæc autem exemptio clericorum.* & per Diaz *in cap. 62.suæ practicæ, colum.1.* Sed consuetudo, quæ alias dat iurisdictionem, *l. 1.C.de emancip.lib.* etiam contentiosam & necessariam, *l. vires, C.de diuers.offic.lib.11.* cum aliis per Io. Mariam de 10
Riminald. *in cons.726.num.8.vol.4.* non habet locum in priuato, vt dicit Decian. *in tom.1.trac.criminal. li.4. c.27.n.2.ver. & cætera iura quæ adducuntur, nõ loquũtur in priuato.* Et licet Dec. *in l.fœminæ.col.2.ff.de reg. iur.* firmet quod consuetudo potest dare iurisdictionem etiam fœminæ priuatæ, tamen eius opinionem per multas rationes reprobat Marcus Anton. Blancus *in tract.de compromissis.q.2.in ver. Mulier.* vbi post Abb. *in c.dilecti, num.3.de arbitr.* probat consuetudinem tribuere † non posse fœminæ iurisdictionem, nisi in di- 11
gnitate existẽti, ex quo fuit habilitata ab initio, & Doctores omnes, qui ad hoc allegantur, non loquuntur in inducenda iurisdictione noua, sed ampliando antiquam, Ias. *in l.fin.num.18.de iurisdictione omn. iud.* dicit consuetudinem posse † inducere, vt quis in alie- 12
no territorio valeat iurisdictionem suam exercere, Alex. *cons. 240. vol.6.* probat ex quamplurimis consuetudinem ampliare iurisdictionem.

Non ergo possunt Principes præscriptione prætendere se posse exercere iurisdictionem in causis profanis clericorum, quia huiusce iurisdictionis sunt incapaces, & ideo regula, *quæ sunt quæsibilia † priuilegio, possunt etiam præscriptione acquiri*, de qua *in c. super quibusdam, §.præterea, de verb.significat.* non procedit da- 13
ta incapacitate possidentis, vel quasi, Felyn. *in c.causam, col.1.& in c.accedentes, n.6.vers.fallit tertio, de præscript.*& dicit Andr.Barbat. *in consil.35.sapienter scribitur, colum.7. in princip.vol.2.* si possidens non esset capax, licet per mille millia dierum possideret, non præscriberet, nec acquireret ius in ea re, cuius incapax existit. Nisi per priuilegium Apostolicum essent habilitati ad hoc in certo causarum genere clericorum, quo casu sufficeret immemorabilis cum fama priuilegij, vt per Felyn. *in d.3.fallentia*, & fuit decisum per Dominos de Rota *decis. 1027.parte 3.lib.3.* & quæ requirantur ad probandum consuetudinem immemorabilem, ponit gloss. *in c.1.ver.memoria, de præscrip. lib.6.*

*lib.6.*Natta *conſ.636.n.*105.Felyn.*conſ.2.nu.*8.Veral.*deciſ.343.part.3.* Et non poſſet per ſcripturas probari,gl. *in d.ver.memoria,*& ibi Io.Andr.*nu.*4.

Neq; obſtant allegata per Couar.*in d.c.31.n.4.verſ. Sed & dum ipſe permittit.*vbi iſta nō poſſe ſtare,& cōtradictionem præ ſe ferre, quod priuilegium fori clericorum ſit de iure diuino, & Papa poſſit in aliquibus caſibus cauſas clericorum cōmittere laicis, atque dare priuilegium huiuſmodi Principibus laicis, diſpenſando contra ius diuinum, contra quod Papa diſpenſare non poteſt, vt ipſe idem Couarru.ex auctoritate Theologorum conatur probare *in epitom.in 4.lib.decretal.in 2.part.cap.6.§.9.num.4.*

14 Quia in contrarium eſt veritas, ſummum † Pontificem poſſe diſpenſare in omnibus, etiam contra ius diuinum, præterquam contra articulos fidei, & contra vniuerſalem ſtatum eccleſiæ,*c.literas,& ibi gloſ.in ver.non poteſt.de reſtit.ſpoliat.*gloſ.*in c.propoſuit,in ver. diſpenſare, de conceſſ.præbend.* Hoſtien. *in c.rurſus,col.2. circa finem, qui clerici vel vouentes*, dicens, ſicut Pa-
15 pa † potuit facere conſtitutionem, vt teneat matrimonium contractum à ſimpliciter vouente, ſic poteſt facere à ſollemniter vouente, Abb.*in c.non eſt.de voto,*dicit,poſſe eum cum cauſa in iure diuino diſpenſare, Felyn.*in c.quæ in eccleſiarum,num.19.de conſtitut.* & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Gratus *in conſil.1.num.31.vol.2.* & hoc ſæpeſæpius practicatur
16 in Curia Romana, Martinus V. † diſpenſauit,vt frater duceret in vxorem germanam ſuam, Archiepiſc. Florentin.*in ſumma,parte 3.titulo 1.cap.11.* Item in alio caſu, de quo per Ancharan. *in conſil.373.* quod filius fratris duceret in vxorem relictam patrui ſui, quod fuit in Rege Angliæ, vt per Felyn.*in d.c.quæ in eccleſiarum, numer.26.* & not.*in c.fin. de diuort.* Iulius Papa II. diſpenſauit in Rege Angliæ,vt poſſet ducere in vxorem relictam fratris ſui ſine ſobole,in ſimili caſu conſuluit Laurent. de Pinu *in conſil.2.* Celeſtinus Papa tertius diſpenſauit, vt Henricus Imperator Cōſtantiam monialem, quæ ſollemniter vouerat,Siciliæ Regis filiam duceret in vxorem, pro quo vide Rom. *in ſingular.596.incip.An ſubdiaconus.*Alexan.Papa III. Venetiis exiſtens, pro recuperanda familia Iuſtiniana,cum Monacho diſpenſauit, & quod poſſit diſpenſari cum Monacho filio Regis vnico, vt vxorem ducat, ne Regium nomen pereat, Io.Andr. *in reg.actus legitimi, & in reg.ſemel Deo dicatū,de reg.iur.lib.6.* Sixtus Papa V. noſtris temporibus diſpenſauit in fratre Illuſtriſsimi,& Reuerendiſsimi Cardinalis ex Gioioſa, equite ſancti Ioannis Hieroſolymitani, vt vxorem duceret, ne eius Illuſtriſsima familia extingueretur. Et licet D. Thom. *in 2.2.q.88. artic.fin.* teneat con-
17 tra opinionem Canoniſtrarum,quod Papa † non poſſit diſpenſare in voto: Tamen contrarium tenet *in 4. lib.ſent.diſt.28.quæſt.1.art.4.*quod poſſit fieri diſpēſatio ex magna cauſa, & hanc commun. opin. ſequuntur plurimi Doctores, relati per Felyn. *in c.ſi quando, col.4.& ſeq.de reſcript.*Ideo Calixt.Papa III.recuſauit diſpenſare ſuper coniugio diaconi, qui ſolummodo allegabat,ſe legi carnis nō poſſe reſiſtere, vt per Dec. *in d.conſ.112.col.5.& in d.c.quæ in eccleſiarum.*

18 Ideo ceſſante allegata contradictione per Couarr. firmiter reſtat,vt ſummus Pontifex † clericorum cauſas etiam laicis poſſit committere, & prophanarum priuilegium Principi laico ex cauſa concedere: Non tamen omnium, quia committendo totum clerum laicis, peruerteretur vniuerſalis ſtatus eccleſiæ, quod non poſſe eum facere,dicunt gloſſ.& Doct.*in d.c.propoſuit, de conceſſ.præbend.* Bened. *in c.Raynutius,in ver. & vxorem, n.427.& ſeq. in ver.ſi abſque liberis, in 2.nu.47.de ſubſtitutione fideic.de teſtament.*cuius dicti credo rationem eſſe,quia inimicis ſe committere,eſt contra rationem naturalem,ſed laici † ſunt communiter cle- 19
ricorum inimici,& infeſti,*c.laici,2.q.7.c.clericos,de immun.eccleſ.lib.6.*Quam rationem,vtinam Sum.Pontifex pro tempore exiſtens, conſideret, cum caſus acciderit, cauſas huiuſmodi clericorum Principi laico concedendi.

CASVS LXV.

Eccleſiaſtici litigātes in foro ſeculari,in omnib.cauſis tenentur iurare de calūnia, & reſpōdere poſitionibus cum licentia proprij epiſcopi,& quid ſtante ſtatuto.

SVMMARIA.

1 *Clerici ſiue agant, ſiue reconueniantur, tenentur iurare de calumnia.*
2 *Tenentur per ſe ipſos iurare, quando per ſeipſos cauſas agunt.*
3 *Poſſunt hodie iurare per procuratores, niſi pars petierit iurari ab eis.*
4 *Clerici tenentur iurare de calumnia ſiue in cauſis prophanis, ſiue in ſpiritualibus, ſiue annexis.*
5 *Iuramentum calumniæ non poteſt tolli, per contrariam conſuetudinem.*
6 *Statutum quod Procuratores fiſcales non teneantur iurare de calumnia, non valet.*
7 *Clerici in foro alterius tenentur iurare de calumnia de licentia proprij epiſcopi.*
8 *Licentia epiſcopi datur clerico in ſcriptis, alias non eſſet licentia, ſed voluntas.*
9 *Statutum de præſtando iuramento per partes, quomodo liget clericos.*
10 *Clerici non tenentur reſpondere poſitionibus criminoſis collitigantis.*
11 *Nec tenentur reſpondere poſitionibus captioſis, & multiplicibus.*

CLerici † ſiue agant, ſiue reconueniantur, vtroq. 1
iure tenentur iurare de calumnia, *c.cæterum, de iuram. calum. & ibi glo. in ver. ciuilib.cauſis, vbi Ab.in princ.*gloſſ.*in c.1. in ver.in criminali.eod.tit.* gloſ.*in l.2. §.ſed quia veremur, in ver.remitti.verſ.alij diſtinxerūt, C.de iureiur.propter calum.dand.*Et hāc opinionē ſimpliciter ſequitur Bartol.*in d.§.ſed quia veremur, nu.4.* Alberic.*in d.l.2.num.27.* & tenentur † clerici per ſei- 2
pſos iurare, quando per ſeipſos cauſas agunt, gloſſ.*in d.ver.in criminali.* per text. *in c.final.de iuram.cal.* Sed hodie † poſſunt iurare per Procuratorem,vt poſt mul- 3
ta concludit Socin.*in c.in pertractandis,num.7.eod.tit.* Quod intellige, niſi pars aduerſa inſtaret iurari de calumnia per ipſos clericos principales, tamquam legaliores, & magis de facto certioratos, quo caſu non obſtante procuratoris iuramento, & ipſi etiam iurare debent,Socin.*in d.c.in pertractandis,nu.25.Spec.in tit. de iuram.calum.§.3.n.2.verſ.ſi tamen,& ſeq.*Nec ſolum tenentur † hoc iuramentum præſtare ſiue agant, ſiue 4
reconueniantur pro facto, ſiue re propria,vt per gloſ. *in d.§.ſed quia veremur,in ver.remitti.* ſed etiam ſi pro rebus ſpiritualibus, vel eiſdem annexis, vt ſunt decimæ, ius patronatus & ſimilia, & in iſtis licet non iurabatur

rabatur de calumnia, *c.2.eod.tit.* ſed ſolum de veritate
dicenda, vt *c. dudum, de election. & c. ex literis, de iure-
iur.* tamē hoc eſt hodie correctū, & in huiuſmodi cau-
ſis etiam iuratur de calumnia, *c.1. de iuram. calu. lib. 6.*
Abb. *in d. c. dudum, in 2. num. 3. & in c. in literis, num. 19.
de reſtitut. ſpoliat.* licet Socyn. *in c. fin. eod. t. in antiquis,
num. 46.* dicat in cauſis ſpiritualibus, vel annexis, iu-
rari ſolum de calumnia in illis caſibus, in quibus vera
confeſſio noceret, non autem in aliis. Adeo quod
5 conſuetudo † contraria non poſſet tollere hoc iura-
mentum calumniæ, quo minus præſtaretur à partib.
nam cum ſit inductum ad eliciendum veritatem, frau-
déſque vitandas, conſuetudo in contrarium eſſet irra-
tionabilis, & non valeret, Abb. *in d. c. cæterum, n. 3.* & i-
bi Addentes alios congerunt. Et dicit Andr. *in c. 1. de
6 controuerſ. inueſtitur.* non valere ſtatutum, † quod pro-
curatores fiſcales non teneantur iurare de calumnia,
Io. Andr. *in additionib. ad Specul. in tit. de iuram. cal. §.
ſequitur, verſ. & not.* vbi quod licet non poſſit in totū
tolli per ſtatutum, vel conſuetudinem, poteſt tamen
poſtergari, & differri vſque ad ſententiam, & ſequitur
Anton. de Butr. & Abb. *in d. c. cæterum*, & licet reſcri-
pto principis poſſit remitti, gloſſ. communiter appro-
bata *in d. §. ſed quia veremur, in ver. remitti.* Tamē hoc
caſu diuerſa eſt ratio à ſtatuto, quia hoc reſpicit gene-
raliter omnes cauſas, ſed princeps reſcribendo potuit
moueri ex aliqua iuſta cauſa, vt dicit Franciſc. Curt.
*in tractatu de iureiurando propter calumn. §. cum & iu-
dices, num. 12.*
7 Declaratur hic caſus, vt clerici † iurare debeant
de calumnia in alterius foro ſiue epiſcopi non pro-
prij, ſiue ſecularium cum licentia ſui proprij epiſcopi,
per text. *in c. 1. §. penult. & ibi gloſſ. fin. eod. tit. in antiq.*
& ratio eſt, quia iuramentū calumniæ defertur aucto-
re prætore, *l. de pupillo, §. qui opus, ff. de noui oper. nunt.
& ibi gloſſ. in ver. prætor.* Socin. *in c. 1. num. 11. de iuram.
cal.* etiam in præſentia iudicis, *d. l. 2. §. 1. C. eod. titul.* ſed
clericus non poteſt conſentire in non ſuum iudicem,
c. ſi diligenti, de foro comp. & hanc opinionem affirma-
8 rūt, Socin. *in d. c. fin. n. 17.* vbi quod debet eſſe verbis †
expreſſa, nec ſufficit tacita, vt probāt Addētes ad Abb.
in d. c. 1. eo. tit. in antiq. ſub n. 20. in ver. licētia litigandi,
quia ſi eſſet tacita, diceretur potius voluntas, quam li-
centia. Addentes ad Abbat. *in c. ſignificaſti, in princip.
in ver. epiſcopi licentia, de for. compet.* & magna aduer-
tentia eſt, vt concedatur licentia ſpecialiter ad iuran-
dum ſuper tali cauſa, ſicut in aliis ſimilibus diximus
ſupra *caſu* 34.
9 Secundus articulus eſt, ſtante ſtatuto † quod quæ-
libet pars teneatur reſpondere poſitionibus cum iu-
ramento calumniæ, an hoc ſtatutum includat cleri-
cos litigantes in foro ſeculari, & in illis caſibus, in
quibus tenentur iurare de calumnia: Cum clerici li-
gentur ſtatutis laicorum circa litis ordinatoria, quæ
non ſunt in extinctionem, ſiue diminutionem iurium
ipſorum clericorum, vt concluſum eſt ſupra *caſu* 31.
& caſu 64. & hoc ſtatutum noluit comprehendere
clericos ab initio, ſed ipſi clerici ſe ſubmiſerunt legi-
bus illius fori rei, contra quem agere ſatagebant, di-
cendum eſt hoc ſtatutum ſeruandum eſſe, etiam inter
clericos.
Declaratur tamen hic articulus, vt non procedat,
10 quoties ex poſitionibus aduerſarij † collitigantis, iura
clericorum efficerentur deteriora, ſaltem quo ad fa-
mam, vel honorem, quia tunc ſtatutum ex poſt facto
eſſet contra libertatem eccleſiæ, puta ſi poſitiones eſ-
ſent criminoſæ, quia tunc non teneretur reſpondere,
Innoc. *in c. dudum de electione.* Specul. *in tit. de poſition.
§. ſeptimo videndum, num. 40.* Bald. *in l. 2. §. quod obſer-
uari. num. 23. C. de iuram. calum.* Item non tenetur † re- 11
ſpondere, quando poſitiones eſſent captioſæ, & multi-
plices, ſeu non ſimplices, ſecundum gl. *in c. 2. de confeſſ.
lib. 6.* Specul. *in d. §. ſeptimo videndum, num. 21.* Item
non teneretur reſpondere, quando poſitiones eſſent
duplicatæ, vt ſolent multoties facere litigantes, ad fi-
nem potius inuoluendi principalem, quàm veritatem
habendi, & Specul. *in d. §. ſeptimo videndū, num. 1.* Bal.
in d. §. quod obſeruari. num. 20. gloſſ. *in c. 2. ver. abſque ra-
tionabili. de confeſſ. lib. 6.* alios caſus ponit Specu. *in d. §.
ſeptimo videndum.* & Bart. *in l. manifeſtæ, ff. de iureiur.*

CASVS LXVI.

Leges imperiales de iureiurando in litem non habere locum in eccleſiaſticis.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum in litem quotuplex ſit.*
2 *Iuramentum in litem veritatis quale ſit.*
3 *Iuramentum veritatis defertur in vim difficilis probationis.*
4 *Iuramentum in litem affectionis, quale ſit.*
5 *Clerici agentes in foro ſecularium non debent præſtare iuramentum in litem affectionis.*
6 *Eccleſia non poteſt exigere pœnam, niſi quatenus damnum paſſa eſt.*
7 *Eccleſiaſticis poteſt deferri iuramentum in litem veritatis.*
8 *Prælati eccleſiarum non poſſunt vendere bona plus iuſto pretio.*
9 *Diſpoſitio de iureiurando in litem non habet locum contra clericum conuentum in foro eccleſiaſtico.*
10 *Iuramentum in litem affectionis non habet locum contra clericum reconuentum in foro ſecularium.*
11 *Iuramentum in litem irrogat pœnam reo ex ſola voluntate iurantis.*

CVm duplex ſit iuramentum † in litem ſecun- 1
dum communiorem ſententiam, de qua per Iaſ.
in l. in actionibus. nu. 12. ff. de in litem iurand. & ibi Bar-
tol. Bald. & Alexand. gloſſ. *in l. 2. §. interdum, ff. eod. tit.*
Abb. *in c. finali, de his, quæ vi, metusve cauſa fiunt.* Quo-
rum alterum iuramentum in litem † veritatis appel- 2
lant, vt cum proſequimur illud ſolum quod nobis
debetur abſque dolo aduerſarij, & nihil aliud, quod
ex affectione pluris æſtimaremus, *d. l. in actionibus, §.
plane, & l. ſi quando, C. vnde vi, & d. l. nummis, & l. ſi. C.
de iur. dom. impetr. & d. c. fi. de his quæ vi metusve cauſ.
fiunt*, & defertur hoc iuramentum † ſolum in defe- 3
ctum difficilis probationis, vt conſuluit Abb. *in conſi.
109. in fin. vol. 2.* & declarat etiam Phanuccius *in tra-
ctatu de in litē iurando, caſu 2. parte 1.* vbi etiam ponit
multas alias huius iuramenti in litem veritatis ſpecies.
Alterum iuramentum † in litem affectionis dicitur, 4
quando vltra communem rei exiſtimationem, ex pro-
prio, & ſingulari affectu, aliquid efflagitando iura-
mus, de quo habetur *in l. ſi tutor, & l. videamus, ff. de in
lit. iur. & l. qui reſtituere. ff. de rei vindicat.* licet gl. *in d.
l. in actionibus. §. plane.* velit quod hoc propriè ſit iura-
mentum in litem, in quo de affectu in rem iuratur,
quam ſequitur Bald. & Dec. *ibi n. 23. verſ. hoc efficaciter.*

 & Ho-

& Hostiens. *in summa titul. de iureiur.* Sed communis est in contrarium, vt dixi, & ab etymologia iuramenti in litem apparet includi etiam hoc iuramentum veritatis, cum litis nomine veniat quicquid in iudicium deducitur, aut deducẽdum esset, *l. litis, l. actionis verbo, ff. de verb. signific.* & declarat Bolognett. *in d. l. in actionib.* An igitur disposita de huiusmodi iuramẽto in casibus, vbi præstandum est, de quibus apud Phanucc. *in d. tractat. in 2. parte.* locum habeant in ecclesiasticis, constituo tres articulos, negatiuè conceptos.

5 Primus articulus est: Clerici † agẽtes in foro secularium, non debent iurare in litem ex iuramento proprio, & singulari affectu rei æstimationem efflagitando, Zas. *in l. si tutor, ff. de in lit. iur.* dicit Christiana æquitas non patitur, vt vltra verum rei pretium aliquid soluatur, & ideo de iure canonico non reperitur hic tit. de iureiurando in litem, & sequitur Phanuc. *in d. tract. part. 1. c. 3. n. 3.* & Dec. *in consil. 138. n. 7.* consuluit, ec-
6 clesiam † non posse exigere pœnam, nisi quatenus dãnum passa est. Et Afflict. *in decis. 169. n. 7.* dicit, ecclesia-
7 sticis † posse deferri iuramentum in litem veritatis, & *n. 9.* post quam de hoc iuramento æstimationis affectionis non potest particularis Doctorum decisio inueniri, illud Prætorium determinauit, esse deferẽdum ad arbitrium sacri Consilij. Et pro hoc articulo facit,
8 quia prælati ecclesiarum † non possunt vendere bona plus iusto pretio, etiam sponte offerenti, vt dicit gl. *in c. hoc ius porrectum, in vers. vt plus, 10. q. 2.* Abb. *in c. plerunque, n. 9. de immun. eccles. & in c. 1. de empt. & vendit.* Bald. *in l. causæ, in 2. ff. de minorib.* Io. de Arnono. *sing. 173.* & scripsi de hoc supr. *in 3. part. cap. 1. & 2.* ergo non possunt petere æstimationem rei, vltra verum ipsius valorem, qui communis est, non affectionis, vt notant Dd. *in l. 2. C. de rescind. vend.*

9 Secundus articulus est: disposita † de iureiurando in litem non habent locum contra clericum conuentum in foro ecclesiastico. Nam quantum pertinet ad iuramentum æstimationis ex affectu, non innititur principiis iuris canonici, cum contra æquitatem, & summo iuris ciuilis rigore procedat, ideo non obseruandum in foro ecclesiastico, vt declaraui sup. *casu 19.* Fateor tamen posse deferri iuramentum in litem veritatis, vt per multa probat Soc. *in cons. 213. num. 3. & seq. vol. 2.* quem sequitur Plot. *in tract. de in litem iuran. nu. 200.* qui multa ad hoc congerit, & ego sequor cum resolutione præcedentis articuli.

10 Tertius articulus est: contra clericum † reconuentum in foro seculari, non posse iurari in litem iuramẽto æstimationis affectionis, quia hoc solum datur ob dolum rei, *d. l. in actionib.* & ideo multoties irrogat infamiam quando casus esset huiusmodi, de quo casu si leges ciuiles contra clericos obseruarentur, essent cõtra libertatẽ ecclesiæ, vt plenissimè not. *in c. ecclesia S. M. de constitut.* Item quia hoc iuramẽtum irrogat pœ-
11 nam † reo ex sola voluntate iurantis, gl. *in d. l. in actionib. in ver. non etiam ob culpam, vers. Item nec quantum.* Sed leges ciuiles pœnales non habent locum in clericis; ergo sufficere debet posse iurari iuramento veritatis, quanti verè interfuit.

CASVS LXVII.

Statutum quod banniti possint impune offendi, non comprehendit clericos.

SVMMARIA.

1 *Banniti possunt occidi vigore statuti permittentis offensionem.*
2 *Clericus bannitus per episcopum, non potest impunè offendi vigore statuti laicorum.*
3 *Statutum semper recipit interpretationem à potestate statuentium.*
4 *Statuti quod banniti possint occidi, quando intelligitur.*
5 *Statuta de occidendis bannitis non valere de iure.*
6 *Non extenduntur in non subditos.*
7 *Statutum non ligat clericos ob causam publicæ vtilitatis.*
8 *Clericus bannitus non amittit ea quæ sunt ordinis.*
9 *Statutum de occidendis bannitis non comprehendit bannitum per episcopum.*
10 *Statuentes quando habent intentionem comprehendere clericos sunt excommunicati.*
11 *Clerici non debent occidere bannitos vigore statuti laicorum.*
12 *Clerici sunt prohibiti delicta perpetrare.*
13 *Filius quando possit occidere patrem bannitum.*
14 *Bannitus an possit occidi etiam in foro conscientiæ, stante statuto secularium de occidendis bannitis.*
15 *Homicidium non excusatur in foro conscientiæ, quod permittitur à statuto ad vindictam.*

Extant statuta in Italia, vt banniti † possint impunè offendi, quo casu posse etiam interfici, concluserunt communiter, quia verbum *offendere*, continet homicidium, *c. fin. de homicid. lib. 6. & l. testamento centurio. ff. de manumiss. testam.* Bartol. *in consil. 188. statuto castri plebis, parte 1.* Ioan. Andr. *in additionibus ad Specula. in titulo de constitutionib. §. 1.* Alberic. *de statutis, parte 4. quæst. 18.* cum aliis per Menoch. *de arbitrar. iudic. quæst. 90. num. 26.* & per Peregrin. *in tractat. de iure fisci, lib. 3. tit. 7. num. 3.* Dubitantes igitur an huiusmodi statuta includant clericos, resoluamus per duos articulos. 1

Primus articulus est: Clericus † bannitus per episcopum, non potest impunè offendi vigore dicti statuti. Quia in dubo nemo videtur eos voluisse comprehendere in sua dispositiome, de quibus expresse disponere non potest, *c. à nobis de sentent. excommun. l. Lucius, §. fi. ff. ad municipal.* vnde statutũ † semper recipit interpretationem à potestate statuentium, Bart. *in l. si quis sub conditione. in fin. ff. de cond. & demonst.* cũ aliis quæ latiùs scripsi super hoc *in cas. 55.* Sed statuẽtes non poterant expresse disponere, non solum quia in clericos nullam habent iurisdictionem, *c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut.* sed quia non potuerunt banniri, vt occiderentur, cum ecclesia sanguinis pœnam non imponat, *c. sententiam sanguinis, ne clerici vel monachi,* & illa opinio, bannitos † posse occidi vigore huiusmodi statuti, temperatur, dummodo sit bannitus pro delicto, pro quo veniebat imponenda pœna mortis, Ang. & Castr. *in l. binas ædes. ff. de seruit. vrban. præ.* Nellus *in tractat. de bannitis, in 2. parte secundi temporis, num. 7.* Et quantum ad aliam offensionem præter occisionem, aduertendum est talia statuta † de iuris subtilitate non valere, vt per Iacob. de Aren. *in tracta. de bannitis, num. 17.* per textum *in l. 4. ff. de decretis ab ordine faciend. & in l. decernimus, C. de episcop. audient.* ideo vt odiosa & correctoria iuris non posse ampliari † in non subditos, & de communi opinione testatur Iason *in authent. quas actiones, Cod. de sacrosancta ecclesia.* Et licet communiter dicant huiusmodi statuta valere propter publicam vtilitatem, vt homines à delinquendo terreantur, scien- 2 3 4 5 6

scientes se posse impune offendi, & ne maleficia remaneant impunita, vt probat Nellus *in d. tract. de bannitis, in 1. parte secundi temporis, col. 1.* tamen nullũ sta-
7 tutum, † quãtumcunq; ob publicam vtilitatem conditum, potest ligare clericos ex defectu iurisdictionis, vt latius probaui supra *in casu 1.* Et quantum ad causam ne delicta remaneant impunita, non possunt laici se intromittere, cum separatum sit negotium, etiam ob negligentiam iudicis ecclesiastici, *c. qualiter*
8 *& quando. de iudic.* Item clericus † bannitus non admittit ea quæ sunt ordinis, ideo non est casus exceptus à regula, *c. si quis suadente diabolo, 17. quæst. 4.* quos casus recenset ibi Turrecremata, ideo offendens bannitum clericum est excommunicatus, & probari potest: nam regula *l. Gracchus, C. de adulte.* non habet locum in offendente clericum, cum nullam potuerit dare auctoritatem offensionis, quam leges ciuiles non habent, *d. c. ecclesia sanctæ Mariæ.* Offendens igitur clericum bannitum dicitur delinquere; ergo in excommunicationem incidit. Item quia hoc statutum non
9 includit laicum † bannitum per episcopum pro causa spirituali, vel in aliis casibus in quibus habet iurisdictionem, vt *c. si. de foro compet. lib. 6. & c. decernimus, de iudic.* & scripsi pluries supra *in 2. part.* & ita concludit Nellus *in d. tract. de bannitis, in d. 2. parte secundi temporis, num. 37.* ergo tanto minus comprehendit clericos
10 bannitos. Et quando statuentes † habuissent talem intentionem, essent excommunicati, Francisc. Plot. *in tractat. de excommunicatione, §. 30. num. 1.* Quare concludo statutum prædictum nullo modo includere clericos bannitos ab episcopo, quicquid dixerit Bald. *in l. 1. col. 2. C. si à compet. iudic.* & ad Specul. *in tit. de citatione, colum. 1. vers. non valet citatio*, post hæc scripta visus.

11 Secundus articulus est; Clerici † non debent vigore dicti statuti occidere bannitos, illos autem occidendo pœnam pati non debent temporalem, sed quia incurrunt irregularitatem, sunt ab episcopo puniendi. Primo, quantum ad pœnam temporalem: Nam bannitus dicitur inimicus, & hostis patriæ, *l. 3. §. transfugas. ff. de sicar. l. amissione, §. qui deficiunt, ff. de cap. dim.* & hanc opinionem tenet Marsi. *in cons. 11. circa hoc dubium.* Sed hoc procedit quantum ad iudicem bannientem, à iudice autem ordinario ipsius homicidæ poterit puniri, Ias. *in l. fin. nu. 22. ff. de iurisdict. om. iudic.* Corn. *1. num. 20. C. de heredib. instit.* Afflict. *in c. 1. in 1.*
12 *not. Hic finit. lex Corradi.* tanto magis in † clerico, qui specialiter prohibitus est similia perpetrare, *d. c. sententiam sanguinis. Ne clerici, vel monachi.* Item sunt prohibiti arma portare, *c. clerici arma portantes, de vita & honest. cleric.* Nec licet clerico committere homicidium absque incursu irregularitatis, præterquam pro defensione sua, *clem. vnic. de homicid.* in aliis autem casibus semper incurrit irregularitatem, *c. suscepimus, c. de cætero, c. tua nos, cap. Ioannes, de homicid.* Nec possunt se excusare ex regula *d. l. Gracchus*, ex defectu iurisdictionis, vt dixi.

Neque obstant allegata per Marsil. *in d. cons. 11.* lici-
13 tum esse aliquando homicidium, & filio † etiam occidere patrem bannitum, quia eius doctrinæ procedunt, quando tractatur de liberando patriam à proditione patris, quæ alia via liberari non posset, vt declarat Franch. *in decis. 276. n. 16.* vnde decisum est in Prætorio Neapolis, neq; filio, neq; vxori licitum esse occidere, aut mandare occidi patrem, vel maritũ bannitum, & aliter facientes, esse puniendos: Ita & multo fortius debemus affirmare de clerico, quia specialiter de iure canonico prohibitus est.

Vnde licet bannitus † possit occidi, etiam in fo- 14
ro conscientiæ, si statutum permittat illum occidi, vt est communis opinio, de qua per Alexand. *in l. si plagii, in princip. ff. de verb. obligat.* qui allegat Bald. *in l. Gracchus, C. de adulter. & in l. 1. col. 12. C. de confess. & in l. 1. col. 3. C. si à non compet. iudic. & in l. 1. col. 9. C. de summa trinit. & in l. si. C. si contra ius vel vtilit. public.* Ang. *in l. de quibus ff. de legib.* Anton. de Butr. *in c. quæ in ecclesiarum, de constitut.* Quod intelligitur, quando occidens facit zelo reipublicæ, & animo exequendi statutum, aliàs peccaret, si animo fundendi sanguinem humanum, & ex odio particulari, vt per Bald. *in l. vt vim, ff. de iustit. & iur.* Et ex hoc sequitur, quod vbi per legem, vel statutum permittitur homicium † ad 15
vindictam, non excusatur occidens in foro conscientiæ, gloss. *in c. inter. 33. q. 2.* quæ dixit patrem occidentem adulterum filiæ, nõ accusari in foro conscientiæ, quia lex id concedit ad vindictam, Ioan. de Anania *in c. interfecisti, de homicid.* Abbas *in c. veniens, in 2. de sponsalib. & in c. cum esses, de testamen.* Tamen hæc non procedunt in clerico, qui specialiter est prohibitus, vt dixi, eiusque arma debent esse lachrymæ, & orationes, *c. conuenior. 23. q. 6. c. porro, vbi glossa, 16. q. 4.* gloss. *in c. ex multa, §. fin. de voto.* ideo contra faciens, peccat mortaliter & delinquit, estque puniendus pœna homicidij, de qua per Bernadin. Diaz *in sua practica criminali canonica, cap. 94.*

CASVS LXVIII.

Statuta non posse fieri per laicos super iure quærendo ecclesiæ, eiusq. præiudicium, & facta non valere, essetque contra libertatem ecclesiasticam.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiæ non potest fieri præiudicium etiam in quærendis.*
2 *Et qui teneant opinionem contrariam.*
3 *Statuto laicorum posse fieri præiudicium ecclesiæ in quærendis, qui teneant.*
4 *Prælatum posse præiudicium facere ecclesiæ in quærendis, qui teneant.*
5 *Prælatum posse non acceptando legatum præiudicare ecclesiæ.*
6 *Prælatus solus potest remittere caducitatem emphyteutæ.*
7 *Ecclesia habet recursum contra prælatum, & eius bona, ratione præiudicij sibi facti.*
8 *Prælatus sine iusta causa non acquirens ecclesiæ, tenetur de suo satisfacere.*
9 *Prælatus patiens rem ecclesiæ præscribi, tenetur ad interesse.*
10 *Statuto laicorum non posse impediri dominium, quin transeat ad ecclesiam.*
11 *Statutum auferens ecclesiasticis competentia de iure communi, est contra libertatem ecclesiæ.*
12 *Statuentes laici non possunt expresse disponere de quærendis ecclesiæ.*
13 *Prælatos non posse præiudicare ecclesiis in quærendis, esse veriorem opinionem.*
14 *Dominium transit in ecclesiam recta via.*
15 *Ecclesia an æquiparetur pupillo, vel minori viginti quinque annis.*

16 L.1.C.de prædiis minor.*declaratur.*
17 *Præscriptione quare non possunt quæri bona ecclesiæ.*
18 *Alienatio bonorum ecclesiæ in casibus à iure permissis hodie non potest fieri sine consensu Papæ.*
19 *Alienationis sollemnitas quando non posset præscribi.*
20 *Prælatum posse præiudicare ecclesiæ in quærendis, quomodo intelligatur.*
21 *Legatum relictum ecclesiæ non potest repudiari per rectorem.*

LIcet in præcedentibus scripserim, neque per laicos, neque per clericos posse fieri præiudicium
1 iuri quærendo † ecclesiæ: Tamen nunc ad satietatem placuit hunc casum describere, qui multoties, in pertractandis iuribus, & priuilegiis ecclesiasticis, occurre re solet.

2 Et in primis sciendum est opinionem † contrariam affirmare Bald. *in consil.* 11. *factum super, inter consilia Anchara*n. *& in rubric. de constitutionib.* Deci. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ num.* 240. *& seq. eod. tit. & in consi.* 259. *colum.* 2. *& consi.* 271. *colum. fin. vers. non obstat.* Cardinal. *in consil.* 144. *statuit ciuitas.* Probus *in additionib. &* Io. Monac. *in c. quia, nu.* 13. *de rescrip. lib.* 6. Addentes ad Abb. *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, in* 2. *lect. sub n.* 42. qui allegant ad hoc Corn. *in consi.* 114. *incip. Quamuis primo aspectu, volum.* 2. Hyppolit. Riminald. *in cons.* 368. *num.* 65. *volum.* 4. Marsil. *singular.* 194. *magna diffe-*
3 *rentia.* Omnes concludunt † statuto laicorum posse disponi super iure quærendo ecclesiæ, illique fieri præiudicium in quærendis, licet secus sit in quæsitis.

Mouentur omnes quadam opinione receptissima inter Doctores, cateruatim & sine discursu illam
4 fundantes, videlicet, posse prẹlatũ † qui aliàs est prohibitus bona ecclesiæ alienare, & sic iurauit, *c. vt circa, & c. si. de reb. eccles. non alienan.* præiudicare illi in quęrendis, & non acquirere ecclesię, quam opinionem in primis dixit Federic. de Senis, quem cęteri sequuti sunt, *in consi.* 9. Io. Andr. *in c.* 1. *de sepultur. lib.* 6. dicit, prẹlatum in acquirendo posse illi quandoque prẹiudicare, Abb. *in c. tua, n.* 9. *de his quæ fiunt à maior. parte Capit. & in c. quoniam, num.* 4. *vers. vltimo hic quæro. de decimis, & in c. vtrum, num.* 28. *de foro compet. & in c. verum, num.* 3. *de conditionib. apposit. & in c. potuit, num.* 15. *vers. vnde solus prælatus, de locato.* Decius vltra loca superius adducta, *in c. pastoralis, num.* 25. *de exceptionib. & in l. seruus, num.* 9. *& seq. C. de pact. & consi.* 588. *num.* 15. Geminian. *in c.* 1. *colum. penult. in fi. vers. pone quod prælatus, de rebus eccles. non alienan. li.* 6. Mantua, *in c.* 1. *de in integrum restitut. à num.* 29. *ad* 32. Innocent. *in c.* 2. *de donationib.* & ibi Imola, loquens de legato facto sub conditione, quam si non adimplet prẹlatus, non debetur, & sic prẹiudicatur ecclesię, quem in hoc refert, & sequitur Socin. *in l. Termilius, num.* 16. *ff. de condit. & demonstrat.* Bartol. *in l. iubemus, in* 2. *num.* 4. *C. de sacros. eccles. & in l. seruus, C. de pact.* Ias. *in d. l. seruus, num.* 2. *& in l. si constante, num.* 10. *ff. solut. matri. & in l. filiusfamilias, §. diui. nu.* 8. *de legat.* 1. *& in l. legatũ, eod. tit.* Vbi dicit esse communem opinionem, quod pos-
5 sit prẹlatus † non acceptando legatum, prẹiudicare ecclesię, Roman. *in consil.* 184. *visis & narratis.* vbi quod statutum prohibens mulieri alienationem bonorum, intelligitur de quęsitis, non de quęrendis, idem dicit Imola *in consil.* 74. *in casu præmisso.* Berous *in consil.* 109. *nu.* 31. *vers. nec repugnat licentia.* vbi quod emphyteuta non soluens, non cadit ipso facto, ideo solus prẹlatus † posset, reciciendo pensionem remit- 6
tere caducitatem, & sic prẹiudicare ecclesię, quia non tractatur de non alienando, sed de non acquirendo, in quo potest fieri prẹiudicium, allegat Innoc. *in d. c.* 2. *de donat.* Idem dixit *in consil.* 112. *n.* 9. *&* 23. *vol.* 1. & de hoc etiam per Cardinal. Florentin. *in c. potuit, de locat. & per Imol. ibi col.* 26.

Sed certè illa ratio non firmat opinionem, pro validitate statuti. Nam quatenus prẹlatus † posset prẹ- 7
iudicare ecclesię, pro quantitate prẹiudicij poterit habere recursum super bonis ipsius prẹlati, gloss. *in c. placuit. in ver. peruenlant,* 16. *q.* 3. quam Felyn. æstimat singularem *in c. contingit, num.* 5. *vers. & si ecclesia patitur graue damnum,* & hanc sequitur Archidiacon. *in d. c. placuit.* & si Prẹlatus † sine iusta causa non acquisi- 8
uit ecclesię, tenetur de suo satisfacere, Abb. *in cap. tua, circa finem, de his quæ fiunt à prælatis.* Item Rebuff. *in tractatu de rebus eccles. non alienand. vers. Sexto dicit prælatus, qui potuit quærere ecclesiæ, & non quæsiuit, tenetur ad interesse, c. quicunque, & ibi gloss.* 12. *quæst.* 4. *& ibi gloss. in ver. aut neglectum.* quę dicit teneri ad similitudinem tutoris, ex regula *l. quicquid, C. arbitr. tutel.* Abbas *in c. paternitati, de donationib.* dicit: Prẹlatum † patientem rem ecclesię prẹscribi, teneri ad in- 9
teresse in quantum ecclesia est damnificata ex negligentia sua, sed hoc non potest fieri contra statuentes; ergo non est bona ratio. Et ideo si statutum laicorum † posset fieri circa quęrenda ipsius ecclesię, 10
& impedire ne quęreretur, corrigeret ius commune, quo disponitur dominium ipso iure transire in ecclesiam absque traditione, *l. final. C. de sacrosanct. eccles. l.* 1. *& ibi gloss. C. de donationib. quæ sub modo.* sed statutum auferens † ecclesiis sibi competentia de iu- 11
re communi dicitur contra libertatem ecclesiasticam, Innocent. *in c. nouerint, de sentent. excommunic. & ibi Anton. de Butr. col. penult.* vbi quod libertas magis tollitur in his, quę competunt de iure communi, cum aliis ad hoc allegatis per Dec. *in c. eccles. sanctæ Mariæ, n.* 7. *& seq. de constit.* Bart. *in l. cunctos populos, & in aut. cassa.* & ibi per Dd. & addentes ad Bartol. qui alios congerunt. Item aut hic statuentes † expresè dispo- 12
suerunt circa quęrenda ipsis ecclesiis vel ecclesiasticis, & statuta non valent si de eis simpliciter faciant mentionẽ, etiam concedendo beneficia per modũ legis, si vero intulerint vel minimũ prẹiudicij dicitur contra libertatẽ ecclesiasticam, & statuentes incidunt in excommunicationem, Abb. *in d. c. ecclesia S. M. n.* 26. *& n.* 37. Dec. *n.* 197. & sępius dixi: Aut de eis non loquuntur expresè, sed generaliter, & nõ possunt intelligere de ecclesiasticis, de quib. expresè nõ poterat disponere, *c. à nob. de sen. excõ.* & dixi sup. *casu* 55. *& cas.* 67. *art.* 1.

Nec est vera illa opinio, quod prẹlati † possint 13
prẹiudicare ecclesię in quęrendis, & contrariam opinionem Anchar. *in c. vt circa, num.* 6. *de rebus eccles. non alienand.* Felyn. *in d. c. contingit, nu.* 5. *de sentent. excom.* qui dicit veriorem esse opinionem glossę ibi *in ver. iniuriosa.* dicens, ecclesiam non posse facere conditionẽ suę ecclesię deteriorẽ, Imol. *in c.* 1. *de reb. eccles. non alien. & in c. tua nuper. in fi. vers. vltimo tãgit hic, de his quæ fiunt à prælat.* Prẹposit. *in c. sine exceptione, num.* 17. 12. *quæst.* 2. qui dicit hanc opinionem tenuisse Io. Calderin. & Petrum de Perusio *in d. c. contingit, de sentent. excom.* per text. *in l. magis puto, §. fundum, ff. de re. eor.* Paul de Cast. *in d. l. legatum, de legat.* 1. dicit Feder. de Sen. *in d. cons.* 9. consuluisse contra casũ legis *in d. l.* magis

magis puto,§.fundum. Ruyn.*in consi.123.col.1.in fi.versic.& sicut videmus.vol.3.* qui dixit hanc esse communem opinionem, Alex.*in d.l.legatum, n.2.in fi.* dixit hãc esse magis communem opinionem, Roman.*in l.si is qui heres,§.neque filius,ff.de acq.hered.* Et potissima ratio
14 huius veræ opinionis est secundum me, quia cum † in ecclesiam transeat dominium recta via, *d.l.fi.C.de sacrosf.eccles.* cum aliis per Tiraq.*de priuileg.piæ causæ,c.107.* semper prælatus diceretur præiudicare in quæsitis, nec habet locum titulus distinctionis in quęrendis. Et licet Abbas Alphonsus Villagut *in decis.15.* vbi latè disputat de hoc articulo, sub *n. 24.* dicat prædium pu-
15 pillo † debitum iure pignoris posse vendi, neq; esse casum Senatusconsulti prohibentis alienationem, per *l.1.C.de prædijs mino.* & sic arguit de pupillo ad ecclesiã, vt vult glossa iuris ciuilis *in §.ex maleficijs.Inst.de actionib.& ibi per Aret.& Ias.* Tamen glossa iuris canonici, *in c.auditis,in ver.minoris,de in integ.resti.* dicit ecclesiã æquiparari minori viginti quinq; annis, & non pupillo, per text.*in c.1.eo.tit.* Et si æquipararetur pupillo secundum Ciuilistas, hic procedit quantum ad prohibitionem alienationis, vt per Euerardum *in loco à pupillo ad ecclesiam,nu.6.* sed non procedit quantum ad priuilegium acquirendi dominium sine traditione, quod habet ecclesia, vt dixi, & caret pupillus. Neq; *in d.l.1.*
16 † *C.de præd.minor.* tractatur de quærendis pupillo, imò de distrahendo iure luendi, competente pupillo, ex causa necessaria, vigore pacti præcedentis, saltem taciti, ex traditis per Dd.*in l.ordo.C.de execut.rei iudi.*

Cum igitur dominium sit incorporatum ecclesiæ statim absque traditione Doctores firmãtes prælatum posse præiudicare in quærendis, voluerunt intelligere, vt illud dominiũ possit per possidentẽ pręscriptio-
17 ne † acquiri, ob negligentiã prælati, quod licet potuisset fieri de iure communi, quo sufficiebat pręsumptus consensus, qui præscriptione poterat pręsumi, sed hodie stante dispositione *extrauagantis, Ambitiosæ,de reb.eccles.non alien.* qua certa sollemnitatis forma, cũ consensu Papę in alienationib. huiusmodi interuenire debet, consensus pręsumptus non sufficit, & ita nec pręscriptio, Frecc.*in 2.lib.de subfeudis, qu.28. assensus.* vbi quod propter constitutionem regni prohibẽtem alienationem feudorum, non sufficit consensus tacitus per pręscriptionem inductus, & dicit Gõdissaluus de Villadiego *in tract.de leg.q.11.* quod hodie in casib. à iure
18 expressis, & permissis, non licet alienare † res cuiuscũque ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, quia hoc est inductum pro forma, & ideo consensus legati non sufficit, & sequitur Rodoan. *in tract.de reb.ecclesiæ non alien.casu 6.n.6.* Huc etiam pertinent quæ decisa sunt per Caccher. *decis.Pedemontana 165.* vbi quando per
19 nouam legem prohibentem alienationem † est inducta noua forma, sollemnitas alienationis non potest præscribi, quia defectus formæ constituit in mala fide, cum qua non potest stare præscriptio.
20 Deniq; prædicta opinio, quod prælatus † possit pręiudicium facere ecclesiæ in quærendis, recipit varias declarationes per Dd.Bald.*in l.pupillorum. nu.2. C.de repud. vel abstinend. heredit.* dicit: prælatus, perquisito, quod hereditas delata ecclesiæ sit damnosa, vel nimis subiecta vexationibus, potest eam efficaciter repudiare; tamen si est ecclesia collegiata, requiritur cõsensus Capituli. Idem Bald.*in l.contra iuris,§.si curator, ff.de pact.* dicit: Iste text. est argumentum, quod lega-
21 tum † relictum ecclesiæ, Rector ecclesiæ non possit repudiare, sicut non poterit pacisci de non petendo, & si Federicus tenuerit contrariũ, credo, (inquit) si istud legatum esset vtile ecclesiæ, quod non posset repudiare, secus si contineret onus. Nam etiam in acquirendis, cum repudiatur, versatur damnum, *l.liberto octoginta,ff.de bonis libert.* Idem dixit *in l.magis puto,§.fundum,ff.de reb.eorum.& in l.fi. C. de acquir.& retinend. possess.in sua additione,in fi.* Fely.*in d.contingit. n.5.* dat alias declarationes, alias etiam ponit Villagut *in d.decis.15.n.27.* ex quibus iura ecclesiæ respectu istius articuli conseruantur illæsa.

Quare concludendum est: Neque hoc fundamentum huius statuti esse certum, neque statutum ipsum, prætermisso eodem fundamento posse subsistere, & laicos non posse præiudicium inferre iuribus ecclesiasticis, in quærendis, vt aiunt.

CASVS LXIX.

Statutum quod solutio debiti non possit probari per testes, non afficit clericos litigantes in foro laicorum.

SVMMARIA.

1 *Probatio in quibus casibus de iure non potest fieri per testes.*
2 *Statuto potest disponi, vt in omnibus casibus probatio debeat fieri per instrumenta.*
3 *Statutum quod solutio debiti non possit probari per testes, non comprehendit ecclesiasticos.*
4 *Statutum laicorum circa litis ordinatoria in diminutionem iurium clericorum non afficit ipsos.*
5 *Statutum de probationibus non faciendis per testes, quare non afficiat clericos, & piam causam.*
6 *Statutum quando dicatur iniicere vinculum ante, vel post clericatum.*

De iure communi in multis casibus dispositũ est, quod probatio † non possit fieri per testes, sed requiratur scriptura, *l. ne cui,C.de locato,l.generaliter.C.de non num.pecun.auth.sed nouo iure, Cod.si cert.pet.auth.hoc ius porrectum,C.de sacrosf.eccles.l.testium,C.de testib.l.3.C.si minor se maiorem dix.cap.1.de censib.lib.6.* cum aliis ad hoc cumulatis per gl. *ibi in ver.in scriptis,* 1
Propterea potest per statutum † disponi, vt in omnibus casibus, probatio debeat fieri per instrumentum, 2
non autem per testes, prout extat statutum Bononiæ, & in multis aliis ciuitatibus Italiæ, quod in omni negotio excedente summam centum aureorum, vel cẽtum librarum, probatio nõ possit fieri per testes, sed debeat fieri per instrumentum. De cuius statuti validitate disputat Marsi.*in rubr.C.de probat.n.43.& plur.seq.* & tandem *n.47.* concludit pro validitate dicti statuti, reprobata glossa communiter per omnes *in rubr.C.de decretis decur.* de quo etiam per Fely.*in c.sicut consuetudo.n.12.& plur.seq.de probat.*

An autem hoc statutum † liget clericos litigãtes in foro secularium, communis opinio, & vera resolutio est pro parte negatiua, quam firmarunt Io. Calderin. *in sua disputat.incip.Statuto ciuitatis,in fi.* Felyn.*in d.c.sicut consuetudo,n.15.* post Io.Andr.Ancharan.& Io.de Imol. quos allegat, Marsi.*in d.rubr.de probation. nu.56.* post Petr. de Perusio fratrem Baldi, quem allegat in sua subscriptione facta *ad consilium Baldi 107. dictat statutum,vol.6.* Idem Marsil.*in repetit.rubricæ, ff.de fideiussorib.n.141.& in suo singulari 29.inci.Statuta laico-* 3

 rum,

rum. Abbas *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu.46. de constit.* post Archidiacon. & Cyn. quos allegat Dec. *in d.c. ecclesia, num.206.* post Raphael. Cuman. *in consi.139. col.2.* quem allegat Alexan. *in consi.211. visa facti narratione, nu.4. volum.2.*

4 Nam statutum † laicorum si est circa litis ordinatoria, atque in diminutionem iurium clericorum, nõ seruatur in clerico litigante in foro seculari, vt dixi supra *casu* 31. Sed hoc statutum † propriè respicit perso-
5 nam, quæ probationis onus subire debet, vt dicit Ale. *in d.nu.4. vers. quia probatio propriè respicit personã, quæ secundum dispositionem iuris communis potest probare per testes*, ergo in quibus limitaretur ista probandi facultas, corrigeretur ius commune, & adferrentur clericis sibi competentia de iure communi, & sic cõtra libertatem ecclesiæ. Imo fortius, quia tollerentur sibi competentia de iure canonico, quo admittitur probatio per testes, *c. in omni negotio, de testib. c. cum esses, & c. relatum, de testam.* & propterea statutum prædictum nõ habere locum in causis piis, probat Marsil. *in d. rubric. de probationib. nu.63.* Nec habere locum in dote, ibidẽ probat *n.75.* sed dos non habet plura priuilegia clericis, ex quibus apparet certa conclusio, non habere locum in ipsis.

Nec obstat illa distinctio, quod si debitum fuit factũ ante clericattum, ligat clericos postea factos, quia statutum iniecit vinculum ante clericatum, vt dicit Alex. referendo Io. Calder. *in d. consi.211. nu.4. in princ.*
6 *vol.2.* Quia tunc statutum † dicitur iniicere vinculũ, quando actio exerceri potest, vt dixi supra *casu* 22. ergo licet debitum sit factum ante clericatum, quia tamen probatio contingit fieri post clericatum, non possumus dicere quod statutum iniecerit vinculum ante clericatum, vt etiam dicit Decius *in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, num.206.*

CASVS LXX.

Statutum prohibens contrahi matrimonium sine consensu patris, nõ valere, secus si disposuerit super consilio, aut sollemnitate non substantiali, & in casu inualiditatis statuti, pœnam non deberi.

SVMMARIA.

1 *Statuta super matrimoniis contrahendis sæpissimè fiunt in Italia.*
2 *Statuta laicorum disponentia circa substantiam matrimonij contra ius canonicum quomodolibet, non valent.*
3 *Leges ciuiles circa matrimonia recipiunt correctionem de iure canonico.*
4 *Matrimonium est de foro ecclesiastico.*
5 *Statutum quod filij non possint nubere sine consensu patris est nullius efficaciæ.*
6 *Leges ciuiles requirentes consensum patris in matrimoniis esse correctas.*
7 *Consensus patris in matrimonio filij requiritur de honestate, non necessitate.*
8 *Matrimonij omnis qualitas impeditiua reiicitur.*
9 *Conditio de non mouendo reiicitur.*
10 *Statutum etiam rationabile non valet dato defectu potestatis in statuentibus.*
11 *Statutum requirens consensum patris in matrimonio filij de consilio, an sit validum.*
12 *Testator potest disponere, vt eius filia nubat de consilio (talis.*
13 *Conditio nubendi de consilio talis, potest apponi in institutionibus.*
14 *Et talis conditio non reiicitur à lege.*
15 *Ad matrimonium potest quis inuitari præmiorum exhortatione.*
16 *Filia instituta heres sub conditione nubendi de consilio talis, non habet hereditatem, nisi nubat.*
17 *Conditio perpetuæ viduitatis an sit seruanda.*
18 L. cum tale, §. rescriptum. ff. de condit. & demonst. *declaratur.*
19 *Conditio quando ponatur ad impediendum principiũ acquisitionis, & quando ad resoluendum ipsam acquisitionem.*
20 *Conditio nubendi, quando censeatur apposita à testatore, fauore mulieris.*
21 *Statutum quod pater possit exheredare filiam nubentem sine eius voluntate, non valet.*
22 *Statutum quod matrimonium non possit contrahi cum puella ante 25. annum sine consensu agnatorum, non valet.*
23 *Statuta imponentia pœnam contrahentibus matrimonia sine certa forma, non valere.*
24 *Pœnæ impositæ nubentibus infra tempus luctus, sunt sublatæ.*
25 *Statutum impediens matrimonium nullo modo valet, etiam quo ad pœnam.*
26 *Pœna quæ imponitur secundo nubentibus fauore filiorum, non est sublata per canones.*
27 *Statutum quod mulier secundo nubens non succedat filio, est validum.*
28 *Statutum tollens lucrum à seipso, vel à lege datum, est validum.*
29 *Statuta laicorum circa accidentia matrimonij, sunt valida.*

NImis creuit vsurpandæ iurisdictionis ecclesiasticæ desiderium in Italia, vbi quasi in singulis ciuitatib. statuta † sunt cõdita super matrimonijs contra- 1
hendis, vt testatur Io. Andr. *in cap. statuimus, in 1. n.1. de hæretic. lib.9. in nouella.* quę cum pertineant ad forum ecclesiasticum, *c. tua. cum ibi not. de ordine cognit. l. Titia, & ibi not. Bart. ff. solut. matri.* tanquam res spirituales, nullius valoris existunt, super quorum nullitate, discurramus per aliquos articulos.

Primus articulus est: Statuta laicorum † disponẽtia 2
circa substantiam matrimonij contra ius canonicum, vel directè, vel indirectè, aut contra eius principia, nullius sunt valoris, nec efficacię, de hoc est casus *in c.1. de sponsal.* vbi sic disponitur.

[De Francia quidam nobilẽ mulierem de Saxonia, lege Saxonũ duxit in vxorem, verum quia nõ eisdem vtuntur legibus Saxones, & Francigenæ, causatus est, quod eam non sua, id est non Francorũ lege desponsauerit, dimissaque illa, aliam superduxit, diffiniuit super hoc sancta Synodus, vt ille transgressor euangelicæ legis subiiciatur pœnitentiæ, & à secunda coniuge separetur, & ad priorem redire cogatur.]

Per quem textum ita firmant hunc articulum ibi Anto. de Butr. & Abb. quos refert & sequitur Felyn. *ibid. n.10. in prin.* Item Hostien. & Io. Andr. *in nouell. in c. fi. de secund. nupt.* firmarunt, quod omnes leges ciuiles † circa matrimonia, recipiunt correctionem à lege 3
canonica, quia lex secularium nõ potest disponere de matrimoniis, & sequuntur Butr. Abb. & cęteri. Feder. de Sen. *in cons.340.* generaliter dicit, quod statuta laicorum circa matrimonium, nullius sunt roboris, vel momen-

4 momenti, cùm matrimonium † ſit de foro eccleſiaſti-
co, iuxta notata in d.c.tua.de ord. cognit. & per Bart. in
d.l.Titia. & per Io. Andr. in d.c.fin.de ſecun.nupt. idem
tenet Abb. in conſil.12.parte 1. Io. Brunellus in tractatu
de ſponſalibus concluſ.19.in princip.

5 Secundus articulus eſt, ſtatutum, † quod filij non
poſsint nubere ſine conſenſu patris, eſt nullius robo-
ris & efficaciæ, cuius reſolutio licet verificetur ex præ-
cedenti articulo, tamen in propriis terminis huius
ſtatuti ita affirmarunt Io. Andr. in d.c.ſtatutum, in no-
uel. de hæretic.lib.6. quem ſequuntur ibi Ancaran. Ge-
minian. & Franc. item Ab. & cæteri in d.c. 1.de ſponſa-
lib. Ab. in d. conſ. 12. parte 1. Decius in c. eccleſia ſanctæ
Mariæ.n. 30. de conſtit. poſt Ab. ibi. quem refert An-
6 tonius de Butr. in conſi.40.viſa forma. dicit, leges † re-
quirentes in matrimoniis conſenſum patris eſſe cor-
ctas, c.primo 27.quæſt. 2. & c. vnico 30.quæſt. 2. Brunell.
in d.concluſ.19.n.5. verſ.ſed his non obſtantibus. Anc. in
conſil.20.n.3. dicit quod l. in coniunctione, C. de ſecund.
nupt. & aliæ leges ciuiles loquentes de huiuſmodi con-
ſenſu patris ſunt correctæ de iure canonico, per d.c.1.
de ſponſalib. & c.honorantur 32.quæſt.2. vbi quod requi-
7 ritur conſenſus † patris, procedit de honeſtate, non
neceſſitate: & ideo concludit, quod poſtquam canones
dant liberam nubendi poteſtatem, non poteſt per ſta-
tuta coarctari, hanc etiam tenent Barbatia in tractatu
de præſtantia Cardinalium, in 2. quæſtione baſilica primæ
partis, num.13. & Bal. in l.omnem, n.15. C.ad Tert. & ibi
latè apoſtilla.

Et ratio eſt, quia matrimonia debent eſſe libera, c.
8 gemma.de ſponſ. & omnis qualitas † impeditiua matri-
monij à qualibet diſpoſitione reiicitur, tanquam à iure
reprobata, l. cum tale, §. reſcriptum, de condition. & de-
monſtration. vbi probatur, quod non ſolum conditio
9 † de non nubendo reiicitur, ſed etiam omnis illa, quæ
inducit nuptiis impedimentum, c. cum locum. & c.ve-
niens, de ſponſal. l. vnic. C. de his quæ pœnæ nomine. & ita
ſcripſerunt Bal. & Alber. in d.l.cũ tale. & Immol. latè
in fine. & conſuluit Aretin. in conſ.142. Et licet hoc
ſtatutum videatur rationabile, vt probat Dec. in d.c.
10 eccleſia ſanctæ Mariæ, n. 28. tamen dato defectu † pote-
ſtatis in ſtatuente, nihil poteſt operari rationabilitas,
vel aperta iuſtitia ſtatuti, ita reſpondet Felyn. in d.c.1.
n.13.prope finem.verſ.& dato defectu.de ſponſalib. & Bru-
nell. in d.concluſ.19.n.5.in fine.

Declaratur hic articulus, vt procedat ſolum quan-
11 do requirit conſenſum de neceſſitate, † ſecus ſi de
cõſilio, vt dicit Dec. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, n. 30.
poſt Bal. in d.c.per ſtatutũ, de hæretic. lib.6. & dicit Fel.
in d.c.1.n.14.de ſponſal.verſ.& ad iſtud facit cõformitas.
12 vbi probat teſtatorem † poſſe diſponere, vt eius filia
nubat de conſilio talis; ergo idem poteſt per ſtatutum
induci, propter informationem quæ eſt in hoc caſu à
teſtamento ad ſtatutum. Quod probatur, quia ſi te-
ſtator inſtituit heredem Titiam, vt nubat de conſilio
talis, dicitur inuitari ad futuras nuptias ſub ſpe lucri,
quod eſt permiſſum de iure, l.Titio centũ, §.1.ff.de con-
dition. & demonſtrat. l.vter ex fratrib.ff. de condit.inſti-
tut. l.2.C.de inſtitut. & ſubſtitut. Et quod talis conditio
13 poſſit apponi inſtitutioni ſcribunt Cyn. in l.cum ta-
le, §.arbitratu, ff.de condit. & demonſtrat. Caſtrenſ. An-
gel. de Periglis, & Alex. in l.turpia, §. 1.de legat.1. & ibi
Iaſ. n.4. Anca. in c.nemo poteſt.colũ.3.de regul.iur.lib.6.
Felyn. in c.ex parte, col.2. de conſtitu. Dec. in d.c.eccleſia
ſãctæ Mariæ, n.132. & in c.ſi pro debilitate, n.9.de of.dele-
gat. & in l.2.n.10.C.de inſtitut. & ſubſti. Io. Lup. in c.per
veſtras, §.52.n.8.de donat.inter vir. & vxor. Benedict. in
c.Raynutius, in ver. qui cum alia matrimonium contra-
hens, n.88. & in ver.cuidam Petro, n.8.de teſtam. Et pro
hac opinione conſuluerunt Ruyn. in conſi.126. n.6. &
7.vol.2. Io. de Anania in conſi.15. & Bolognin. in conſil.
ſeq. Menoc. in conſi.69.n.29.vol.1. Hieron. Gabriel. in
conſi.131.n.10. & ſeq.vol.1. Hippolyt. Riminald. in conſ.
215.n.183.vol.2. citans ad hoc Connanum in ſuis com-
mentariis, lib.8.c.2.col.5. vbi latè de hoc.

Quod autem talis conditio † non reiiciatur à lege 14
ſcribit Bal. in l.1.in fine, C.de nupt. per text. in l.Theopõ-
pus, ff.de dote prælegat. & per l.ſi pater pactum, C.de ſpõ-
ſalib. ergo niſi Titia nuberet de conſilio talis, ſub qua
conditione fuit inſtituta, caderet ab hereditate prædi-
cta, prout conſuluerunt Oldrad. in conſil.16. Paul. de
Caſtr. in conſil.300.videtur dicendum, vol.1. Crauett. in
conſil.1.per totum, & conſil.80. n.11. & Io. de Anania in
d.conſi.15. Nec eſt nouum † quod quis præmiorum 15
exhortatione inuitetur ad bonum, l.1.ff.de iuſt. & iur.
Fely. in d.c. 1.n. 14. de ſponſalib. & in d. c.fin.de ſecund.
nupt. quẽ ſequitur Benedict. in d.c. Raynutius. in 2.part.
in ver.cuidam Petro, n.10. Dec. in d.c.eccleſia ſanctæ Ma-
riæ, n.32. Poteſtque certa conditio apponi rei, quæ da-
tur, l.ob res, §.1.ff.de pact.dotal. l.1.ff.de ſolutionib. quam
ſi Titia heres inſtituta † non adimplet, non poteſt lu- 16
crari hereditatẽ, vt conſuluerunt Oldrad. Caſtren. &
Crauett. in locis præfatis, & deficiente conditione,
ſub qua dos relicta eſt, debet deficere etiam relictum,
l.pecuniam quam, ff. ſi cert. pet. l.hæc venditio, ff.de con-
trahen.empt. cum ſimilibus per Crauett. in conſil.93.n.
3. vnde Caſtren. in l.fin.n.2. & ſeq. C. de indict. viduit.
tollend. dicit: Si maritus leget vxori ſub iſta conditio-
ne, † ſi non nupſerit, vel ſi remanebit vidua, quæ con- 17
ditio inducit viduitatem perpetuam, & perpetuo de-
bet ſeruari, & vxor aliquo tempore vidua, ſi poſtea ſe-
cundo nupſerit, tenetur reſtituere rem cum fructibus
perceptis, ac ſi legatum nunquam fuiſſet factum, per
tex. in auth.cui relictum, C.de indicta vid.toll. quod di-
ctum ſequitur ibi Corn. n.1. dicens eſſe de mente om-
nium Doct. Iaſ. col.fin. Pariſ. conſi.95.n.52. & ſeq. vol.2.
quo loci ſubdit omnes ita tenere in d. auth. cui reli-
ctum. Natta in conſi.459.n. 15. & 17. Angel. in conſi.34.
Conſtantinus, n.10. Fely. in c. Rodulphus, n. 7. de reſcript.
Agitur enim in prædictis de auferendo lucrum, non
autem de pœna imponenda, quod perditur, niſi parea-
tur voluntati teſtatoris imponentis conditionem de
conſilio reſpectu matrimonij contrahendi, vt eſt ca-
ſus in l.cum pater, §.libertis, de legat.2.

Neque obſtat tex. in d.l. † cum tale, in §.reſcriptum, 18
ff.de condit. & demonſt. quia loquitur, quando in ſub-
ſtantia matrimonij apponitur dicta conditio, hoc eſt,
committitur in mera voluntate alicuius, vtrum ma-
trimonium fiat, vel non, ſecus ſi conditio apponatur
circa qualitatem tantum, Io. de Ann. in d.conſ.15.n. 4.
Caſtren. in d.conſ.300. vbi n.1. verſ.item ibi. dicit, in d.
§.reſcriptum. conditio tenebat † ad impediendũ prin- 19
cipiũ acquiſitionis legati; ſecus eſt quando cõditio ap-
ponitur de conſilio, quia tunc cenſetur appoſita ad re-
ſoluendam acquiſitionẽ ipſius, iam factam, ſi voluntas
ipſius teſtatoris non impleretur. Quã differentiam nõ
aduertũt aliqui Dd. dicẽtes eſſe potius verbalẽ, quàm
realem, niſi ad hoc allegantes; imo debebant aduerte-
re, in ſuo caſu ſubſtantiam matrimonij eſſe collatam
in arbitrium tertij, vt ipſi in principio ſuæ deciſionis
figurant, dicentes, teſtatorem illum ordinaſſe, vt pri-
mogenitus teneatur, & debeat accipere in vxorem, &

pro vxore illam puellam, quam ipsa Maria voluerit & ordinauerit, &c. quæ verba sic præcisa & geminata vnicuique demonstant, substantiam matrimonij esse collatam in alterius voluntatem. Et dicit Bologni. *in additionib. ad d. cons.* 15. Io. de Ana. *sub n. 9. in fine* quod *in d. §. rescriptum.* est fauor mulieris, vt reiiciatur illa
20 conditio, † sed quando est apposita consilio est fauor mulieris, vt seruetur, vt valeat acquirere hereditatem. Ergo sic probata conformitate inter testamentum, & statutum, remanet verificata declaratio, vt statutum sit validum, quando non imponit necessitatem, sed solum disponit de consilio. Nec desunt qui tenent, semper hoc statutum intelligi de consilio, & nunquam de præcepto, quia emanat fauore personæ, vt latè de hoc per Guttieres *in repet. auth. sacramenta puberum, n. 38. C. si aduers. vendit.*

Ex resolutione huius articuli infertur: Non valere
21 statutum, † quod pater possit exhæredare filiam, quæ nuberet absque voluntate ipsius, contra quod consuluit Ancaran. *in d. consil. 20. in 2. dubio.* Item non valere statutum Ferrariæ imponens pœnam librarum trium millium mulieri nubenti forensi, non sustinenti onera in ciuitate, contra quod consuluit Curt. sen. *in d. consil. 27. in 1. dubio.* Item nec valere statutum dis-
22 ponens † contrahentem matrimonium cum puella ante 25. annum sine consensu agnatorum incidere in certam pœnam, vt tenebat Calderin. *in c. 2. de clandestin. despons.* contra quem concludit Curt. sen. *in d. consil. 27. n. 3.* & probat Abb. *in d. consil. 12. n. 4. parte 1.* non valere statutum, per quod libertas matrimonij impeditur ad tempus, alia statuta huius generis omitto breuitatis causa, de quibus per Brunell. *in d. conclus. 19. n. 3. & 4. & seq.*

23 Tertius articulus est: Statuta † huiusmodi inualida quoad contractum matrimonij non tenere, etiam quoad pœnam, Inno. *in c. fin. de secund. nupt.* dicit: quia
24 pœnæ † impositæ nubentibus intra tempus luctus sunt meræ pœnæ, & ideo omnes pœnas à legibus propter hoc inflictas tolli credimus, sicut infamiam, &c. & sequitur Bald. *in d. l. omnẽ, n. 15. C. ad Tertull.* vbi etiam quod episcopus posset inhibere iudici laico, ne huiusmodi pœnæ exigantur, & hanc esse magis communem doctrinam, testatur Curt. *in d. consil. 27. n. 3. vers. ex quorum contractibus.* videlicet, sicut non valet
25 statutum † impediens matrimonium, odio contrahentium, ita non valeat quoad pœnam, vbi *n. 2. & n. 3. in fine,* plurimos Doctores congerit ad hoc.

Declaratur iste articulus, vt procedat, quando pœ-
26 na † est imposita odio contractus matrimonij, quod secus est, si fuerit imposita fauore filiorum, Innoc. *in d. c. fin. de secund. nupt.* dicit, sed pœna, quæ imponitur secundo nubentibus, non est mera pœna, sed fauor filiorum, ideo non tollitur hæc pœna per canones, & hanc opinionem sequuntur Balbus, Antonius de Butrio, & Felyn. *in d. c. de spõsalibus,* & quasi cæteri Canonistæ, præter Abbatem ibi, cuius rationibus respondet Io. Brunell. *in d. tractatu de sponsalib. conclusione 19. n. 6.* Ideo Bald. *in cons. 215. incip. quæritur vtrum,*
27 *vol. 3.* dicit, valere statutum, † mulierem transeuntem ad secundas nuptias non succedere filio, & loquitur in terminis statuti Masij & in terminis statuti Astensis Signorol. de Homodeis *in consil. 37. factum sic, ver. venio ad tertium.* hoc est, ad secundam dispositionem & *in cons. 69. incip. in quæstione Blãdixiæ,* præsertim *col. final.* Raymundus de Forliuio *in consil. 68. incip. quædã mulier. ver. in tertia parte, inter cõsilia Signoroli.* Alex. *in consil. 68. circa præmissam consultationem, in fine, vol. 4.* & latè de hoc per Albert. Brun. *in tractatu de statuto exclusiuo fœminarum, art. 1. quæst. 2.* Et pro confirmatione facit, quia, vt dixi in declaratione secũdi articuli huius casus statutum † imponens pœnam lucri cessantis, videlicet tollens lucrum à seipso, vel à lege datum, est validum, quem articulum latius probat Brunell. *in d. conclus. 19. limitatione 2. n. 7.* & dicit Bald. *in rubric. de constitutionib. in fine.* valere omnia statuta † laicorum circa accidentia matrimonij, vt sunt dotes & successiones, & solemnitates extrinsecæ, quæ non tangunt substantiam matrimonij. 28 29

CASVS LXXI.

Statutum prohibens fieri matrimonia clandestina, atque imponens pœnam aliter facienti, est nullius roboris & efficaciæ, etiam quoad pœnam.

SVMMARIA.

1 *Matrimonia clandestina sunt prohibita de iure canonico.*
2 *Et propter quas causas.*
3 *Statutum prohibens matrimonia clandestina an sit validum, & n. 6.*
4 *Pater salua conscientia potest impedire filium ne contrahat matrimonium cum indigna.*
5 *Matrimonia quare debent fieri præcedentibus publicis denuntiationibus.*
6 *Matrimonij clandestini triplex est species.*
7 *Matrimonium dicitur clandestinum si fiat in præsentia testiũ & alterius sacerdotis, quã proprij parochi.*
8 *Matrimonium sine denuntiationibus est clandestinum, sed est validum.*
9 *Denuntiationes non probant matrimonium contractum, sed contrahendum.*
10 *Matrimonium non dicitur clandestinum sine denuntiationibus si non solent fieri de consuetudine.*
11 *Matrimonium sine denuntiationibus est validum.*
12 *Denuntiationes quare nõ sint de essentia matrimonij.*
13 *Episcopi possunt ex causa remittere denuntiationes matrimonij.*
14 *Denuntiationes quæ non fiunt ex causa ante contractum matrimonium, debent fieri postea.*
15 *Denuntiationes post contractum matrimonium, quare fieri debeant aliquando.*
16 *Statutum laicorum non potest prohibere matrimonium derogando iuri canonico.*
17 *Matrimonia clandestina valent in se, quoad forum conscientiæ.*
18 Menoch. in consil. 69. *reprobatur.*
19 *Matrimonium non impedit disparitas coniugum.*
20 *Matrimoniũ nõ præsumitur ex disparitate coniugum.*
21 *Filius debet ducere vxorem de consilio patris.*
22 *Matrimonij libertas nullo modo debet impediri ex dispositione sacri Consilij Tridentini.*
23 *Pœna statuti non debetur, quando statutum est inualidum.*

Clandestina † matrimonia prohibita sunt de iure canonico, *c. cum inhibitio, de clandestin. despons.* Primo propter peccatum, ne fiant inter personas prohibitas, vt dicit Innoc. *in d. c. cum inhibitio, col. 1.* Item ne tantum sacramentum sit in incerto, Anton. de Butr. *ibid. in 3. not.* Addunt etiam Ciuilistæ, ne iuuenes † contrahendo matrimonium decipiantur, respectu 1 2

spectu sanguinis, ætatis, diuitiarum, & morum: propter quam causam arbitrantur posse multas oriri discordias in ciuitatibus inter patrem & filium. Item inter patrem filij, & patrem filiæ, vt post alios dicit Menoch. *in consil. 69. n. 44. vol. 1.* Ad quas euitandas, pro bono publico, iustè videtur posse fieri statutum, clan-
3 destina † prohibens matrimonia, prout fuit dispositum Mediolani, *sub rubrica de pœnis, in §. matrimonia,* vbi cauetur, quod matrimonia clandestina esse non debent, & vt occurratur morbo, ne ipsa clandestinè celebrentur, præcipitur fieri debere cum licentia patris vel matris, & in subsidium duorum ex proximioribus agnatis, & si aliter fiat, imponitur pœna, de qua in ipso decreto. Pro cuius decreti validitate scribit Plotus *in tractatu de in litem iurãdo, n. 329. & plur. seq.* post Gratum *in consil. 42. visis.* Et ad hoc facit quod
4 pater † salua conscientia potest impedire, ne filius cum indigna contrahat, vt Genes. *cap. 24.* vbi Abraham seniorem seruum suum adiurat, ne de filiabus Chananæorum filio suo Isaac vxorem accipiat, sed ex terra, & cognatione sua. Item Genes. *cap. 28.* vbi Isaac ita præcepit filio suo Iacob: Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patrem matris tuæ, accipe tibi in vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Et hæc videtur fuisse intentio sacrosancti Concilii Tridentini, vt dicit Cephal. *in cons. 712. n. 7. & seq. vol. 5.* vbi *sess. 24. cap. 1. de reformatione,* habetur
5 matrimonia † fieri debere præcedentibus denuntiationibus, &c. dicit Cepha. vt patefiant si qua sunt impedimenta, propterea arbitratur ex intentione d. Concilij, *in tractatu matrimonij,* posse interuenire cõiunctas personas, quę melius cęteris possunt habere nota nuptiarum impedimenta, ac debere consilium illarum interuenire, ne iuuenes nubentes decipiantur, idémque dixit *in consi. 421. n. 68. vol. 3.* post Crauet. *in consil. 190. n. 2. vers. ea propter.*

6 Veritas tamen huius articuli est, statutum † huiusmodi esse nullum & inualidum. Pro cuius resolutione est pręmittendum ex eodem sacrosancto Conci-
7 lio, *in d. cap. 1. de reformat. sub sess. 24.* haberi † triplicem speciem matrimonij clandestini. Primo, quando deficiunt testes: Secundo, quando pręsentia parochi: Tertio, quando non fiunt tres denuntiationes in ecclesia; ideo circa primum casum disponitur, quod si contrahatur sine testibus, licet cum pręsentia parochi, dicatur matrimonium clandestinum, irritum, &
8 nullum: circa secundum, si cum testibus, verum sine pręsentia parochi, licet cum præsentia alterius sacerdotis, non tamen de licentia parochi, vel ordinarij, est clãdestinum, vt habetur *in d. cap. 1. vers. qui aliter.* & ad hoc fuit facta declaratio 68. sacræ congregationis Concilij Illustriss. & Reuerendissimorum Cardinalium, ordinans huiusmodi matrimonium debere declarari irritum & nullum; circa tertium, cum defi-
9 ciunt † denuntiationes, etsi dicatur clandestinum, vt docet Rebuff. *in practic. benefic. in regul. de dispo. in gra. prohibit. glo. 5. n. 54.* non tamen est irritum & nullum, sed matrimonium est validum, siue denuntiationes omissæ fuerint cum licentia ordinarij, sicut habet arbitrium ab eodem Consilio, quicquid dixerint Menoch. *in d. consil. 69.* & Cephal. *in d. consil. 421.* siue fuerint omissæ absque licentia ordinarij, ita dicit Nauar. *in manuali cap. 22. n. 70.* Couar. *de sponsalib. parte 2. c. 6.*
10 *n. 10.* Et ratio diuersitatis est, quia per † denuntiationes non probatur matrimonium contractum, sed contrahendum, ideo si post factas denuntiationes quis clam, & sine testium, vel parochi præsentia nuberet mulieri denuntiatæ, posset nihilominus cum alia palam contrahere, neque sufficerent præcedentes denuntiationes ad probandum matrimonium fuisse contractum cum denuntiata; & ita non esset succursum malo, cui sancta Synodus prouidere satagebat, *in d. c. 1. ver. cui malo.* Et licet Ceph. *in d. cons. 421. n. 59. vers. neque sextum.* dicat, per denuntiationes etiam probari legitimum impedimentum responsio sua aptatur ad impedimentum matrimonij primi, non autem ad probandum, an sit canonicè contractum ad impedimentum secundum.

Et licet Oldrad. *in consil. 256. n. 3.* arbitretur matrimonium † non dici clandestinum ob omissionem 11
denuntiationum, tamen hoc procedit, vbi denuntiationes fieri non consueuerunt, sed vbi solitæ sunt fieri procedit hæc declaratio, vt respondet Abb. *in c. fin. n. 9. de clandestina desponsat.* & Geminian. *in cons. 27. in fi.* cum aliis per Menoch. *in d. cons. 69. n. 70. & seq.*

Quod autem matrimonium † absque denuntia- 12
tionibus sit validum, licet partes grauiter peccent, & puniri possunt, si omittantur, Nauarr. *in d. c. 22. nu. 69. & 70.* cum aliis multis ad hoc allegatis per Plot. *in d. tract. de in lit. iur. n. 431. vers. scias quod.* & fuit sæpius iudicatum, vt testatur Borgninus Caualc. *in decis. 29. n. 18. parte 1.* & ego etiam sic vidi bis iudicari, Romæ, & Neapoli, & probatur per simile *in c. sicut, ne clerici vel monachi.* vbi Host. & Io. And. clerici prohibiti tabellionatus officium exercere, si exerceant, contractus valent, sed ipsi debent puniri, Dec. *consil. 17. n. 2. & seq. & consil. 494. n. 11.*

Et ratio est, quia denuntiationes † non sunt de 13
substantia matrimonij, cum possint præcedere, & sequi, vt habetur *in d. c. 2. de reformatione.* vbi cum detur facultas episcopis † remittendi denuntiationes præ- 14
dictas ex causis, de quibus per Nauarr. post alios *in d. c. 22. n. 70. in fine.* si absque illis fieret matrimoniũ, declarauit † dicta sacra congregatio sub declaratione 3. 15
antequam deueniatur ad consummationem ipsius, semel vel bis esse faciendas denuntiationes prędictas; & sic fuisse responsum ab eadem congregatione episcopo Lucensi, probat episcopus Minorensis *in sua praxi episcopali, parte 1. verbo, matrimonium, vers. 9.* & est valida consequentia, quia quæ sunt de substantia actus, debent in ipso actu interuenire, gloss. & Doct. *in l. filio in l. vniuersa, C. de precib. Imper. offerend.* Bart. *in l. filio præterito, ad finem. ff. de iniusto testam.* Gemina. *in c. vt circa, §. 1. in fine, de electione li. 6.* Nec sine magna ratione fuerunt ordinatæ denuntiationes † faciendæ post 16
contractum matrimonium de licentia episcopi sine prædictis, quia si postea oriretur aliquod impedimentum impediens & dirimens, filij nati essent illegitimi, etiamsi illud impedimentum ignorauerint, antequam contraxerint, Soto *in 2. lib. senten. dist. 28. q. 1. art. 2.* Couar. *in 2. parte de sponsalib. c. 6. n. 12. vers.* Summa Syluestrina *in ver. filij. §. 9.*

Cum igitur matrimonium clandestinum absque denuntiationibus valet de iure canonico, non potest statutum † laicorum prohibere huiusmodi ma- 17
trimonium, derogando iuri canonico, & apponendo manus in messem alienam, ex his quæ scripsi in præcedenti casu. Item quia † matrimonia clandestina 18
valent in se quoad Deum, & forum consciẽtiæ, vt notatur *in summa 35. q. 5.* & per Dd. *in rubr. de clandest. despons.* Berous *q. 107. in fi.* Cephal. *cons. 276. n. 16. vol. 2.*

Nec

19 Nec eſt vera ratio Menochii † *in d.conſ.69.*propter diſparitatem ſanguinis poſſe patrem impedire ne matrimonium fiat, quia ſecundum magis cõmunem opi-
20 nionem diſparitas † non impedit matrimonium, de qua teſtatur Cephal.*in conſ.540.n.18.vol.4.*per text.*in c.inter opera charitatis,de ſponſalib.*& probat idem Menoch.*in conſi.18.nu.12.* licet ipſa diſparitas ſit ſufficiens
21 cauſa,† vt non præſumatur matrimonium, Cephal.*in d.conſ.540.n.23.& conſi.82.n.63.vol.1.*

22 Quamuis etiam filius † debeat ducere vxorem de conſilio patris, Soto *in 4.lib.ſent.diſt.28.q.1.art.1.*& aliter faciens abſque rationabili cauſa peccet, *c. honorantur 32.q.2.* Nauarr.*in manuali,c.14.n.15.* Decanus Louarienſis *in tractatu de impedimentis matrimonij.* Alphonſus à vera cruce *in ſpeculo cõiugum, parte 3. art. 20.concluſ.3.* Burgos de Paz.*in conſi.20.n.7.*Nihilominus ſacroſanctum Concilium Tridentinum *in d. ſeſſ. 24.c.9.*maximè nefarium eſſe dicit, matrimonij liber-
23 tatem † violare,& ab eis iniuriam naſci, à quibus iura expectantur, vnde præcipitur ſub anathematis pœna, ne quouis modo, directè, vel indirectè, ſubditos ſuos vel alios quoſcunque cogant, quo minus matrimoniũ contrahant. Quem textum intelligi etiam de parentibus & aliis quibuſcunque impedientibus matrimonium, probat Albernoz.*lib.4.delli arte delos cõtractos, titulo 1.del ſancto Concilio Tridentino fol.157.in verſ.el, cap.8.* quicquid dixerit Io. Guttieres *in ſuis quæſtionibus canonicis,cap.20.*

24 De pœna autem † non loquor, quia dixi in præcedenti caſu, quando ſtatutum eſt inualidum, neque etiam deberi pœnam.

CASVS LXXII.

Statuta laicorum non poſſe irritare contractus iuratos, neque ſuper iuramentis etiam per indirectum diſponere,& ideo ſimpliciter loquentia non comprehendere contractus iuratos.

SVMMARIA.

1 *Statuentes laici nullo modo poſſunt diſponere ſuper iuramento.*
2 *Iuramenti religio eſt res ſpiritualis.*
3 *Iuramentum eſſe de iure naturæ, qui teneant.*
4 *Statutum laicorum ſuper ſpiritualibus non tenet.*
5 *Statutum annullans contractum minoris iuratum, ſine interuentu conſanguineorum, non valet.*
6 *Statuta infirmãtia iuramenta nõ valere, qui teneant.*
7 *Ius canonicum non poteſt diſponere, vt iuramentum non obſeruetur in caſu licito.*
8 *Contractus minoris prohibitus per ſtatutum firmatur iuramento.*
9 *Iuramentum eſt ſeruandum, etiamſi perſona quæ iurauit ſit prohibita contrahere per ſtatutum.*
10 *Iuramentum mariti alienantis fundum dotalem contra prohibitionem legis Iuliæ eſt ſeruandum.*
11 *Iuramentum mulieris eſt ſeruandum, nõ obſtante ſtatuto prohibente ipſam contrahere ſine conſenſu propinquorum.*
12 *Iuramenti relaxationem ad effectum agendi non poſſe fieri à iudicibus laicis.*
13 *Seculares non poſſunt aliquid diſponere ſuper iuramento præſtando.*
14 *Principes ſeculares non poſſunt prohibere Notariis, ne opponant iuramentum in contractibus, de quibus rogantur.*
15 *Principes ſeculares non poſſunt diſponere, quod Notarij loco iuramenti apponant in contractibus aliquam clauſulam executiuam.*
16 *Principes laicos poſſe aliquid diſponere ſuper iuramento præſtando qui teneant.*
17 *Lex ciuilis an poſſit remittere iuramentũ præſtandũ.*
18 *Iuramentum eſſe de iure diuino quomodo probetur.*
19 *Statuta laicorum non valere quomodocunque ſpiritualia nominauerint.*
20 *Seculares etiam ſuper ſpiritualibus non adhuc in eſſe productis carent iuriſdictione.*
21 *Statuere ne iuramenta producantur in eſſe, eſt ſtatuere, ſuper ſpiritualibus.*
22 *Statutum prohibens matrimonium contrahendum inter perſonas prohibitas de iure canonico eſt contra libertatem eccleſiæ.*
23 *Statutum laicorum quomodolibet mentionem faciat de iuramento non valet, ſecundum communem opinionem.*
24 *Iuramenti remiſſio poteſt fieri à quolibet creditore.*
25 *Statutum diſponens principaliter de contractu,& in conſequentiam de iuramento, non valet.*
26 *Statutum inducens præſumptionem fraudis in contractu, etiam iurato, non valet.*
27 *Statutum an poßit præſumere iuramentum eſſe dolo extortum.*
28 *Iuramentum appoſitum ſuper contractu à lege prohibito non obligat.*
29 *Statuentium aſſertioni an ſit ſtandum ſuper veritate cauſæ expreßionis.*
30 *Diſpoſitio qualibet ſimpliciter loquens non comprehendit contractum iuratum.*
31 *Statutum de compromiſsis non habet locum ſuper contractibus iuratis.*
32 *Saluus conductus conceſſus per Principem non extenditur ad contractus iuratos.*

CVm in ſecunda parte huius operis cap.12. tractauerimus cognoſcere de iuramenti viribus atque cauſis eſſe mixtis fori: nunc videamus, vtrum ſeculares poſſint directè vel indirectè ſuper iuramentis ſtatuta condere:& equidem negatiuè reſpondendum eſt in omni caſu. Vt autem deciſio huius caſus clarior fiat, explico per quinque articulos.

Primus articulus eſt: Seculares † nullo modo poſſunt directè ſtatuere ſuper iuramentto iam præſtito. 1
Quia iuramentum procedit de iure diuino, iurate & reddite vota veſtra, *c.& ſi Chriſtus, c.debitores,de iureiu.*& not.gl.*in c.quanto.eo.tit.& in c.cum ſit generale,de foro compet.* Ergo iuramenti religio † pertinet ad re- 2
uerentiam,& fidem Deo præſtandam,& tanquam res ſpirituales ad laicos ſpectare non poteſt, *c.venerabilis, de election.c.nouit.de iudic.c.cum contingat,& d.c.debitores,de iureiur.*Et tenendo quod etiam ſit iuramentũ de † iure naturæ, vt voluit Archidiaco. *in c. auctorita-* 3
tem 15.q.6.& Ancaran.*in conſ.382.releto themate.*quos ſequuntur addentes ad Bellug. *in ſpeculo Principum, rubric.12.§. quadam, in additione, quæ incipit diuinum,* per legem humanam non poteſt naturalis obligatio impediri, *§.naturali,Inſti.de iure nat.gẽt.& ciuil.*& ſtatutum laicorum † in ſpiritualibus non tenet, cum de- 4
ficiat auctoritas ſtatuentinm, *c. decernimus, de iudic.c. eccleſia ſancta Mariæ,de conſtitut.c. contingit.de arbit.c. ſi.de reb.eccleſ.non alie.* etiamſi in fauorem eccleſiæ ſit conditum, quia ſeculares non debent apponere manum in meſſem alienam, *c.ſi Imperator, diſt.96.*Barbat. *in con-*

in consil.15.clementissime, col.4. circa medium.volum.4. Alex.*consil.59.n.4.& consil.115.n.6.vol.1.* Grammatic. *decis.29.n.8.& consil.1.for.iudic.n.28.*

5 Vnde statutum annullans † contractum minoris, etiam iuratum, si vltra iuramentum non interuenerit certa solemnitas, puta interuentus consanguineorum, vel vicinorum, non valet, vt de hoc statuto Sarzanæ, ex multis probat Socin. *in cons. 279. n.2.vol.2.* qui testatur hanc esse magis communem opinionem, an ita potest dici de statutis Parmæ, Paduæ & Papiæ, annullantibus iuramenta & derogantibus, *auth. sacramenta puberum, C.si aduersus vendit.* de quibus Fortun. Garzias, *in tract.de vltimo fine vtriusque iuris, n.374.*

6 Et quod huiusmodi statuta † non valeant, firmauerunt Hostiens.*in c.tuam, super glossa, de ordine cogni.* Abb.*in c.tua, de decimis, & in d.c.cum contingat, de iureiur.*& latius *in sua disputatione, incip.statuto ciuitatis Senarum.* Immola & Geminian. *in c.quamuis, de pactis, lib.6.*Couar.*de pactis, li.6.parte 1.§.3.n.7.* Steph.Aufr. *in tractatu de potestate seculari super ecclesiasticis, regula 4.vers.sed videtur salua correctione.*Bart.*in l.omnes populi, in 8.quæst.princ.ff.de iust.& iur.* Cuma. *in l.si quis pro eo, ff.de fideiussor.*dicit hanc opinionem Bartoli esse veriorem, Bald.*in auth.sacramenta puberum.*& ibi Castrens. *n. 11.* dicit opinionem contrariam esse falsam, Alex.*in consil.59.vol.1.* Franciſc. Marcus *in decis. Delphinali 84.parte 2.* Ferrarius *cautela 16.* Ias. *in l. fin.ff. qui satisd.cog.*qui respondet omnibus contrariis.

Et pro confirmatione facit illa opinio, quod neque

7 ius † canonicum potest disponere, vt iuramentum non obseruetur in casu licito, vt tenet Innoc. *in c.cum inter.de renuntiat.*& Archidiacon. *in d. c. auctoritatem 15.quæst.6.*vbi gloss.de hoc satis dubitat.Specul.*in tit. de legato §.nunc ostendendum, vers.24.* gl.*in c.quanto de iureiur.& ibi* Abb.*col.3.* & probatur *in c. si vero. de iureiur.* vbi dicit summus pontifex, se nolle esse auctorem periurij, licet iusta causa absoluatur à iuramento, vt *d.c.si vero.* putas quia vi, vel metu iuratum est, & habetur etiam *in d.c.auctoritatem.*

Neque valet illa distinctio longam faciens diffe-

8 rentiam, an per statutum sit prohibitus † contractus minoris, an vero persona ipsius sit prohibita contrahere; nam primo casu dicunt, non obstante statuto, iuramento firmari; secundo vero nequaquam, Bartol.*in d.auth.sacramenta puberum, n.15.& in l. si quis pro eo, n. 11.ff.de fideiussor.& in l. non dubium, in fine.ver.C.de legib.& in l.decernimus, n.1. C.de arbit.in l.2.in fine, C.ne fideiuss.dot. dentur.* Et hanc opinionem Bartoli sequuntur Baldus & Angelus relati per Curtium iun. *in d. auth. sacramenta puberum, n. 109.* qui dicit se legendo & consulendo tenuisse hanc opinionem, & de communi per Couar.*de pact.lib.6.in 2.part.§.2.in prin.* & fuit recepta in prætorio Neap. vt per Grammatic. *decis.12.*

9 Quia quod in vtroque casu † iuramentum sit seruandum, probant Castrens.*in d.auth.sacramenta, n.11. in fine*, dicens se ita pluries consuluisse, & vidisse alios consulentes, Salyc. *n.27.* dicens, differentiam Bartoli esse potius verbalem, quàm realem, & adducit rationes, & contra Bartol.consuluit Alex.per decem rationes *in consilio 27.viso libello producto, vol.1.* vbi dicit, quod fere omnes Doctores, Legistæ & Canonistæ, tenent hanc opinionem contra Bartol. Idem Alex. *in consil.38.n.10.& seq. vol. 3.* & hanc opinionem contra Bartol.esse magis communem, testatur Ias. *in d.auth. sacramẽta pub.n.51.& seq.*vbi plures allegat.Coua. vbi *sup.n.7.vers.primum falsam esse opinionem* Bart. & Alciat.*in c.cum contingat, n. 96.de iureiur.* Belluga *in d.§. quædam, n. 30.* dicens, quia prohibitio legis Iuliæ de fundo dotali est facta in persona viri ne alienet, & tamen si interueniat iuramentum, † tenetur ad illius 10 obseruantiam, *d. c. cum contingat.* & tali iuramento non potest fieri relaxatio, vt ibi per eum, & *n. 37.* respondet omnibus contrariis allegatis per Bartol. Ita etiam consuluit Alex.*in consil.29.n.11.vol.7.* vbi quod est communis opinio, vt stante statuto, quod mulier non possit contrahere sine præsentia consanguineorum, iuramentum tamen † mulieris confirmet con- 11 tractum per ipsum celebratum, absque prædicta sollemnitate, & sequitur Castrens.*in d.l.fin.n.4.ff.qui satisd.cog.* Ex quibus satis clarè liquet, siue prohibitio fiat de contractu, siue in personam, nunquam statutum posse infringere iuramentum, in vtroque vel altero casu opposito.

Quas rationes vtinam bene considerarent illi Excellentissimi de Camera Imperiali, qui relaxant iuramentum † ad effectum agendi, quam opinionem co- 12 nantur probare validam, Andr.Gail.*lib.1. obseruation. 22.& obseruat.25.*Mynsinger. *in lib.obseruat. centur. 3. obseru.99.* quia leges, quas allegant, non probant eorum intentionem, vt in eorum terminis respondet Stephan.Aufrer.*in d.tractat. de potestat.secul. super eccles.regula 4.n. 4. vers. sed videtur salua correctione.* & Matthæus Boys ibi in additionibus post multa dicit, eorum opinionem esse correctam de iure canonico, cui in materiis spiritualibus standum est, & latius per Ias.*in d.l.fin.qui satisd.cog.*

Secundus articulus est: Seculares † non possunt aliquid statuere super iuramento præstando, puta si 13 prohiberent ipsum interponi, vel recipi in actibus subditorum, & hic probatur rationibus inductis in præcedenti articulo. Hanc etiam opinionem latè probat Alex.*in consil.59.col.2.volum.1.*vbi dicit etiam esse magis communem opinionem, à qua in iudicando non est recedendum, eamque sequitur *in consil.125. col.3.vol.1.& cons.53.vol.3.& cons.25.col.pen.in fine, vol. 1.*Dec.*in cons.639.col.final.& consil.351.col.final.& cons. 536.*Ruyn.*in consil.132.n.6.vol.4.*Socin.iun.*in consi.3.n. 24.vol.2.& consi.125.vol.3.* Ias.*in consil.156.in 3.quæstio. vol.4.* Et hanc opinionem latissimè defendit Rolandus *in consil.99.vol.3.*

Et ideo non possunt Principes † seculares prohi- 14 bere Notariis, ne iuramentum apponant in contractibus, vt latè distinguendo probat Ægidius Bellamera *in c.cum laicus.n.19. & seq. de foro compet.* quam lecturam ponit post eius consilia Benedict.*in c.Raynutius.in 1.parte, verb. duas habens filias. n.247. vers. nec potest iudex secularis, aut Princ.prohibere Notariis, de testam.* loquens in materia renuntiationis & finium quas faciunt mulieres, de qua *in c. quamuis, de pact.lib. 6.*& subdit, quod ita fuit iudicatum in arresto pacis, & super hoc articulo consuluit Barbatia contra statutum Parmæ *in consil.15.vol.3.*

Et licet plurimi ex Doctoribus teneant † laicos 15 posse disponere super iuramento præstando: sicut Parmæ per constitutionem Ducalem fuit dispositum de anno 1595. ne per Notarios iuramenta formalia exigantur, sed loco iuramenti apponatur clausula, *Sub vinculo sinceræ & immaculatæ fidei*; quam constitutionem latè credebat posse defendere Petr. Anton.à Petra *in tractat.de potestate Principis, c.20.*& fuit eius liber ab ecclesia reprobatus & interdictus.

Et

16 Et quod princeps † possit super iuramento præstando aliquid disponere, allegantur isti Doctores, Baldus *in l.omnes populi,n.39.ff.de iust. & iure vers.antequam incidat in periurium potest populus ei remittere.* Idem Bald. *in l.pactum, n.10.C.de collat.* vbi quod per statutum ciuitatis potest prouideri, ne valeat iuramẽtum, idem dicit ibi Dec. *n.11.* Ias. *in auth.sacramenta*
17 *puberum,n.* 82. dicit legem † ciuilem posse remittere iuramentum præstandum. Alex. *in consil. 151. n.4. vol. 7.* Couar. *de pact.lib.6.parte 1.§.3.n.7. vers.primum posse legislatorem.* Afflict. *in c.1.§.item sacramenta, n.58.de pace iuram.firmand.* Marsil. *singula.194.in fine.* Belluga *in speculo Princip.§.quædam.rubric.12.n.77.& seq.* Anton.Sala *in constitut. Sabaudiæ in tit. de alienat. minor. gloss.5.n.2.vers.sed quantum.* Carpanus super statuto Mediolan. *parte 1. cap. 463.n. 101. & 106.* & hanc esse communem opinionem probat Viuius *opinion. 194.* dicens post Mynsinger. ita fuisse iudicatum in Camera Imperiali, Iaffred. *decision.320.* Asinius *de executionibus §.9.cap.378.num.3.*

Nihilominus ista opinio est falsa. Negari enim
18 non potest iuramentum † esse de iure diuino, *d.c.etsi Christus*, vel de iure naturæ, cui ius diuinum cooperatur, vt ait Bald. *in cons.147.n.1.vol.1.* & Soc. *in c.1.n.80. & seq.de crim.fals.* Bertazol. *in cons.99.n.12.& plur.seq. in ciuilib.* & ideo iudicium, tanquam rei spiritualis, pertineat ad ecclesiam, *d.c.venerabilem, de elec. & d.c. etsi Christus.de iureiur.& c.fin.de foro compet. lib. 9.* Et propterea non valere, quomodocunque ipsa spiri-
19 tualia † nominauerint, etiamsi ad bonum finem, vt est receptissima inter Canonistas *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut.* Ab. *in 2.lect.n.26.& 36.* Dec. *n.197.* & dixi millies in præcedentib. & ex defectu potestatis non possunt virtutem iuramenti impugnare, prout est communis opinio, de qua per Beroum *in consi. 37. n.22.vol.1.* cum aliis ad hoc congestis per Roland. *in d. consil.99.n.14.vol.1.*

20 Nec valet dicere, hoc casu seculares † non impugnare iuramentum, quod non est adhuc in esse productum, & ipso non producto non adesse qualitatem tribuentem iurisdictionem ecclesiasticis, vt volebat Petra *in d.c.20.n.7.* quia Doctores, quos allegat non dicunt hoc, & certè ipse decipitur, si quidem super spiritualibus in habitu, ecclesiastici habent iurisdictionem, saltem in habitu, & impedire, ne res spiritualis producatur in esse, directe sit contra libertatem
12 ecclesiæ. Item statuere † ne iuramenta producantur in esse, est statuere super re spirituali in habitu, quod non licet laicis, ergo quantum ad potestatem statuendi, non facienda differentia de iuramento præstito, & præstando, & ita disponitur in multis similibus,
22 statutum † prohibens matrimonium contrahendum inter personas non prohibitas de iure canonico est contra libertatem ecclesiæ, vt est receptissima opinio de qua per Fely. *in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ, n.62.* Item statuta disponentia de acquirendis ecclesiæ non valent, cum aliis multis, quæ scripsi supra *casu 46.& casu 68.* Et ipse idem Petra *in d.tractatu cap. 19. n.25.* dice-
23 bat, quomodolibet statutum † mentionem faciat de iuramento, non valet, atque probabat esse communem opinionem ex Bartolo *in d.l.omnes populi, n. 25.* sed disponere ne iuramenta recipiantur, non solum expresse disponitur sed etiam impeditur ecclesiastica libertas.

Neque debet mouere numerus Doctorum, qui allegantur per Petram pro contraria parte, quos recensui nuper *in vers. & quod Princeps*, quia si rectè legantur, vel non loquuntur in terminis, vel friuolis, & reprobatis rationibus mouentur. Bal. *in d.l.omnes populi.* loquitur de remissione iuramenti, † quod potest 24
fieri à quolibet creditore, & *in d.l.pactum.* loquitur de iuramento præstito, qui casus est reprobatus supra *in artic.1.* Dec. *ibid.n.11.* dicit expresse statutum potest prohibere iuramentum præstari, sed allegat Bald. *in dict.l.pactum.* qui loquitur de iuramento præstito, vt dixi, Ias. *in d.auth.sacramenta puber.* allegat pro se Geminian. qui *in c.quantumuis, col. fin. vers.sed quæritur, de pactis, lib.6.* post allegatam *l.quæ sub conditione, ff. de condit.& demonstrat.* dicit esse cogitandum, quia passus est periculosus, Alex. *in d.consil.151.n.4.* loquitur de iuramento præstito. Couar. *in d. vers.primum posse,* mouetur per *d.l.quæ sub conditione.* & per *l. 2. C.de indic.viduit.toll.* sed est quod disputamus, an leges ciuiles possint prohibere iuramenta de futuro, ideo non est opus ad firmandam opinionem propriam allegare leges ciuiles. Afflict. *in d. §. sacramenta.* loquitur, quando statutum prohibet minorem contrahere, etiam cum iuramento, quem casum probauimus supra *articul.1.vers.neque valet illa distinctio.* Mars. *singula.194.* mouetur, quia laici possunt præiudicare ecclesiæ in quærendis, quem articulum reprobauimus supra *in d.casu.68.* cæteros Doctores omitto, quia alter alterum allegat, & ex passione statutorum suæ patriæ scribunt.

Tertius articulus est: Statutum † non disponens 25
principaliter, & directo super re spirituali, sed principaliter super actu, vel contractu temporali, puta annullando, vel impugnando contractum, etiam si iuratus fuerit, non valet. Hanc tenet Bartol. *in d.l.omnes populi, numer.25.* Alex. *in d.consil.59. numer.4.volum.1.* Barbat. *in d.consil.15.vol.3.* cum aliis per eos relatis, & patet ex dictis in primo articulo, & ex dicendis in sequenti.

Quartus articulus est: Quotiescunque † statutum 26
præcipit, ne minores & mulieres possint contrahere, non seruata certa solemnitate, & contractus aliter factus sit nullus, præsumptus & simulatus, atque præsumendum esse minores dolo inductos ad contrahendum, etiam si iurauerint, non valet. Quia disponit de iuramento per indirectum, vt dicunt Doct. ex regula *c.cum quid vna via, de reg.iur. lib.6.* Ego dico, quia disponit directo de iuramento, propter illam clausulam, etiam si iurauerint. Et hanc opinionem firmarunt Abbas *in quæst.2.stante statuto, n.5.& seq.& in cap.cum contingat.& ibi* Immol. *de iureiur.* Alberic. *in d.l.omnes populi.* Castrens. *in d.l.quæ sub conditione, n.6.ff.de condit.instit.* Paris. *in consi.16.n.90.vol.2.* Ang. *in l.1.ff.de constitut.* Roman. *in consil.12.* Ruyn. *in consil.51.n.22.& seq.vol.1.* vbi probat hanc esse magis communem opinionem, & Iasonem *in d. auth.sacramenta puberum.* dicentem opinionem contrariam esse communem, dicere falsitatem, & post multos relatos, concludit hanc opinionem, vti magis communem Roland. *in d.cons.99.n.15.vsque ad n.19.vol.3.* Pro qua facit etiam illa receptissima opinio, quod statutum laicorum non potest præsumere contractum esse vsurarium, de qua per Abbatem *in d.c. ecclesia sanctæ Mariæ, n.22.& Fel.n.94.in fine, versic.octaua & vltima declaratio.& Dec.num.144.*

Et licet Bartolus *in d.l.omnes populi.n.25.* obfirmet 27
statutum huiusmodi † esse validũ, fingẽdo contractũ simulatum, & propterea iuramentũ super eo appositũ esse

eſſe dolo extortum, cuius opinionem ſequuti ſunt, vltra plurimos Ciuiliſtas, relatos per Iaſ. *in d. authent. ſacramenta puberum*, & per Lamberteng. *ſuper ſtatuta Mediolani, de contract. mulier. gloſſ. 8. nu.* 93. & de communi teſtatur Neuizan. *in conſil. 21. num. 24.* & firmarunt etiam Canoniſtæ, Abb. *in d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 22. verſic. ſeptimus caſus*, quem ſequitur Felyn. *ibi n. 65.* & dicit eſſe notabile Dec. *n.* 145.

Tamen iſta opinio poſſet ſuſtineri concurrentibus duobus. Primo, quando ſtatutum nihil expreſſe diceret de iuramento, ſed ſolum de temporali actu loqueretur, vt quia annullat contractum factum cum minore, vel muliere ſine certa ſollemnitate, qua omiſſa, præſumit illum contractum per dolum, vel me-
28 tum extortum, quia tunc iuramentum † ſuper eo appoſitum non obligat, vti per dolum præſumptum præſtitum, *d. c. quamuis, de pact. lib. 6. & d. c. cum contingat, & d. authen. ſacramenta puberum, & vbique per Doctores.* quia fictio ſtatuti idẽ operatur quod veritas in caſu vero, & pro hac declaratione multa cõgerit idem Roland. *in d. conſil. 99. num.* 19. Secundo, quod ſtatuentes moti fuerint ex aliqua iuſta, & rationabili cauſa ad id diſponendum, vt quia in loco frequenter mulieres, vel minores decipiebantur, vt declarant Anto. de Butr. & Abb. *in d. c. cum contingat.* & Abb. *in d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.* 22. & latius per Roland. *in d. con. 99. n. 20. vol.* 3. vbi relatis multis, probat eſſe communem opinionem, & ibi etiam quod illa iuſta, & rationabilis cauſa debet eſſe expreſſa in ſtatuto: De cuius cauſæ veritate, multi dicunt, non eſſe ſtandum aſ-
29 ſertioni † ſtatuentium, ſed volentem ſuſtinere validitatem actus, debere probare cauſam, frequentiam, & conſuetudinem decipiendi, niſi ſtatutum fingeret dolum, vel metum, vt per Alciat. *in d. c. cum contingat, n. 150. in 3. difficult.* Communis tamen opinio eſt, ſufficere talem cauſam eſſe in ſtatuto expreſſam, vt per Lamberteng. vbi ſupra *n.* 96.
30 Quintus articulus eſt: Quælibet diſpoſitio † ſimpliciter loquens, non comprehendit contractum iuratum, glo. fin. *in c. cum non deceat, de elect.* & ibi communiter omnes notant, Alba *conſil. 4. num. 21.* & de communi Pariſ. *conſi. 92. num. 2. vol. 1.* Cephal. *conſ. 170. nu. 34. vol. 2.* Burſat. *conſi. 183. vol. 2.* cum multis aliis relatis per Lamberteng. vbi ſupra *num. 10. & ſeq.* Vnde ſi
31 ſtatuto † cauetur, quod inter coniunctos ad inſtantiam rei debeat fieri compromiſſum, non habeat locum, quando actor fundaret ſuam intentionem ex inſtrumento promiſſionis iuratæ per ipſum reum, qui petendo compromiſſum fieri veniret contra iuramentum. Nec eſt veriſimile ſtatuentes de hoc caſu cogitaſſe, quia aperuiſſent viam periuriis, & ſtatutum non debet extendi ad caſum illicitum, Alexand. *in conſil. 37. volum. 2.* dicens ita fuiſſe iudicatum, quem ſequitur Marcus Antonius Bauerius *in tract. de virtute, & viribus iuramenti, nu.* 37. Item ſaluus condu-
32 ctus † conceſſus debitori per Principem, non extenditur ad debita iurata, Alexand. *conſil. 137. nu. 4. vol. 6.* Afflict. *deciſ. 5. & deciſ. 101.* & pro hoc videndi ſunt Iaſ. *in l. quoties, in princ. C. de preci. Imperat. offeren. & in l. ſi. ff. qui ſatiſdare cogunt.* Felyn. *in cap. conſtitutus, col. 2. verſic. ſtatuta iurata, num. 3. de reſcript.* & Addentes ad Afflict. *in dicta deciſ. 5. & deciſ. 66. & deciſ. 111.* Puteus *deciſ. 512. num. 4. parte ſecunda.*

***

CASVS LXXIII.

Principem ſupremum non poſſe impedire Presbyterum à miniſterio Sacramentorum tempore peſtis, ſed miniſtrantes infectis poteſt prohibere à commercio ſanorum.

SVMMARIA.

1 *Peſtis eſt omnium ægritudinum regina.*
2 *Eſt diuina vltio.*
3 *Principes ſeculares tenentur adhibere humana remedia contra peſtem.*
4 *Principes ſeculares tempore peſtis, quæ prohibere poſſint.*
5 *Principes ſeculares an poßint prohibere Sacerdotes ne miniſtrent Sacramenta, tempore peſtis.*
6 *Cauſa beneficij publici non tribuit laicis iuriſdictionem ſuper clericis.*
7 *Peſtilentia immiſſa eſt à Deo propter peccata Regis.*
8 *Religio noua poſſet inſtitui ad obſequium infectorum.*
9 *Sacerdotes non debent impediri tempore peſtis ab obſequio infectorum.*
10 *Princeps tempore peſtis poteſt prohibere Sacerdotes & alios miniſtrantes infectis à ſanorum commercio.*
11 *Leproſis propter ſcandalum ſanorum interdicitur ingreſſus Eccleſiæ.*
12 *Filij leproſorum ſeparantur à parentibus, & debent manere cum ſanis.*
13 *Coniux ſana non debet manere in eadem domo cum leproſo viro.*
14 *Rector Eccleſiæ leproſus factus remouetur ab adminiſtratione.*
15 *Rectori Eccleſiæ ſuſpecto de infectione datur coadiutor ab Epiſcopo, non à Principe laico.*

CVm peſtilentia † omnium ægritudinum ſit regi- 1
na, *c. ſicut. de ſimonia.* & plaga Dei, eiuſque virga, & manus nuncupetur, Exod. *cap. 9.* Leuit. *cap. 26.* Deuteron. *cap. 28. & lib. 2. Reg. cap. 24. & 1. Paralip. cap. 21.* &
Ezechiel. *cap. 6. cap. 14. & cap. 33.* & ideo tanquam † di- 2
uinam vltionem immitti, cui humanæ vires reſiſtere non poſſunt, Bartol. & Doctores *in l. naturaliter, ff. de vſucap.* Anton. de Butr. Abb. & Fely. *in c. ex tranſmiſſa, de præſcript.* Putauerunt Summi Pontifices precibus, & orationibus rogare Omnipotentem Deum, vt liberet populum ſuum ab huiuſmodi vltione, etiam indulgentias concedendo iis, qui tempore peſtis infectis miniſtrant, vt Clemens VI. Gregorius XIII. & alij.
Atque Principes † ſeculares alia remedia inuenire, & 3
ſumma cura, & diligentia procurare, vt humana remedia adhibeantur; & inprimis, qui Deum tentare conatur, qui in loco contagioſo contendit habitare, vt dicit
Abb. *in c. dilecti, de dolo, & contu.* Propterea † prohi- 4
betur, ne quis cum infectis commercium habeat, imo eos ipſos infectos, ſeu ſuſpectos de ſuis domibus eiici mandant; eorumque bona mobilia contaminata cõburi, vt fuit iudicatum in Regio criminali Conſilio Cataloniæ die 24. Maij, 1583. de quo Ludouic. à Peguera facit deciſionem *cap. 8.* Ideo dubitari poteſt, an ſu-
premus Princeps † ad auferendum contagium quan- 5
tum poteſt, valeat ordinare, ne Presbyteri miniſtrent Sacramenta tempore peſtis, quem caſum expedio per duos articulos.

Primus articulus eſt: Principes non poſſe impedire Sacerdotes miniſtrare Sacramenta tempore peſtis:

stis: Quia etsi non valeat ordo ex defectu potestatis &
6 causa † beneficij publici non tribuit laicis iurisdictionem super clericis, vt latius dixi *in casu* 1. & propterea Principem non posse impedire prædicationem, dixit D. Thomas *in quolibetis, quæst.*18.*arti.*28. tamen in ipsis terminis loquendo, per talem legem Deus magis ad furorem, & iracundiam prouocaretur, quia cum multi in necessitate spirituali morientes sine auxilio damnarentur, Deus intensius tenderet arcum, & vibraret sagittas, nam si propter peccatum Dauid
7 numerando † populum, pestilentiam immisit, quanto magis propter tam iniquam legem, qua tot fidelium animæ, sine auxilio damnari possent. Propterea multæ erigentur congregationes fidelium ad hunc effectum, & hodie ad obsequium infectorum posset ali-
8 qua religio † institui, vt dicit Sanctus Thomas *in* 2.2. *quæst.*188.*artic.*2.*&* *artic.*4. Item probatur Leuit.*c.*14. vbi tempore lepræ, qui erat morbus contagiosus, Sacerdos ingrediebatur domum leprosi ad mundãdum, vel iudicandum, nec expellebatur: ergo multo minus
9 impediendus est Sacerdos † noui Testamenti à prædicto obsequio infectorum, & ideo curatus non tenetur obedire illi secularium legi, vt dicit D. Thomas *in* 1. 2. *quæst.*96.*art.*4.*ad secundum.* *&* *in* 2.2.*q.*60.*artic.*5.*ad primum*, oportet enim magis obedire Deo, quam hominibus, Actuum *cap.*4.

10 Secundus articulus est: Princeps † tempore pestis, potest impedire curatos, & alios ministrantes infectis à sanorum commercio, idque probatur Leuitici *cap.*13.*&* *cap.*14. & Num.*c.*5. & habetur *in c. hoc ipsum,* 33.*quæst.*3. vbi traditur lex de separatione leprosi à castris, ne contaminet ea, & Leuit.*cap.*14. domus leprosi claudebatur septem diebus, quo tempore omnia efferebantur de domo, radebantur lapides, & parietes, rasura in locum immundum extra ciuitatem proiiciebatur, & demum si quispiam domum introisset, quamdiu immunda erat, immundus erat vsque ad vesperam, & qui dormiebat in ea, vel comedebat, lauabat vestimenta sua, & quod hæc lex erat iustissima, probat ibidem Anton. Fonseca *in additionib. ad commentarios Caietani.* Item ad probandum hunc articulum adducitur dispositio Caroli Vormatiensis *cap.*31. vbi ita habetur: Leprosis si fideles fuerint, Dominici corporis, & sanguinis participatio tribuatur, cum sanis autem eis conuiuia celebrare non permittatur, atque ad hoc est dispositio *c.*1.*&* *ibi glo. de coniug. lepros.* *&* *ibi* Abb. *num.*1. separandus est autem non solum à conuersatione leprosus, sed etiam à cœmeterio sanorum propter horrorem, Abb. *in c.*2.*de Eccles. ædificand.*
11 Item † leproso de iure Canonico interdicitur ingressus Ecclesiæ propter scandalum sanorum, *c. de rectoribus, & ibi* Abb. *num.*3.*&* 4.*de cler. ægrot.* & cum multo magis præualeat contagium in pestilentia, ideo non solum ipsi infecti, sed qui cum ipsis conuersantur, cautè erant prohibendi, & sequestrandi. Item confir-
12 matur, quia filij † leprosorum separantur à parentibus, & debent manere cum sanis, ne inficiantur. Sum-
13 ma Syluestrina *in ver. lepra, num.*3.*in fin.* Item coniux sana non tenetur habitare in eadem domo, vel lecto cum leproso, si immineat periculum probabile mortis, vel similis infectionis, D. Thom. 4.*distinct.*32.*qu.*1. *&* *distinct.*36.*quæst.*1. Petrus de Palude *in* 4. *li. sent. distinct.*32.*quæ.*1.*artic.*2.*conclus.*2. & ita post alios probat Syluestrina *in ver. debitum,* §.1.*&* *in ver. lepra, n.*3. De-
14 nique probatur, quia si rector † Ecclesiæ leprosus factus sit, propter scandalum sanorum, & eorum qui Ecclesiam ingrediuntur, ne propter abominationem & timorem contagij deterreantur, remouetur ab administratione, & dandus est ei coadiutor, *c. tua. c. de rectoribus, de clerico ægrot.* & dicit D. Thomas *in.*2.2.*quæ.* 108.*artic.*4.*ad secundum.* *&* *in* 3.*part. summæ qu.*82.*arti.*10 *ad tertium*; ergo si tempore pestis sit infectus, vel cum infectis conuersetur, & propterea sit † suspectus 15
de infectione, ob eandem causam necesse erit dare ei coadiutorem. Verum quia hæc omnia fiunt ab Episcopo, propterea Princeps, quia nullam habet in clericos hæc exercendi iurisdictionem, poterit rogare Episcopum pro executione prædictorum.

CASVS LXXIV.

Nullum Principem, præter Summum Pontificem, posse alterare testatorum voluntates, in quibuslibet casibus.

SVMMARIA.

1 *Papa solus potest vltimas voluntates morientium alterare.*
2 *Destinata inter viuos, vel in vltima voluntate ad vsum pium non posse alterari ab alio, quàm à Papa.*
3 *Episcopus tanquam delegatus sedis Apostolicæ debet cognoscere de causa alterandi voluntates defuncti.*
4 *Sed non potest alterare voluntates defuncti.*
5 *Papa solus derogat iuri patronatus, & an possit legatus Papæ.*
6 *Papa de plenitudine potestatis potest commutare voluntates defunctorum sine causa.*
7 *Potest donare omnes res Ecclesiæ.*
8 *Donatum Ecclesiæ proficit ad pœnas purgatorij.*
9 *Papa potest disponere super pœnis purgatorij.*
10 *Episcopus potest dispensare super legato pecuniæ facto ecclesiæ ad certum vsum.*
11 *Legatum pecuniæ factum Ecclesiæ pro calice, potest expendi pro planeta ex ordine Episcopi.*
12 *Princeps secularis non potest alterare morientium voluntates.*
13 *Rex potest derogare maioratui, qui de licentia ipsius erectus est.*
14 *Et qui teneant contrarium.*
15 *Principes seculares an possint derogare vltimis voluntatibus morientium cum iusta causa.*
16 *Causa propter quam possunt alterari morientium voluntates debet esse publica.*
17 *Causa semper præsumitur in principe, etiamsi non exprimat.*
18 *Princeps debet exprimere causam, & probare in derogando iis, quæ sunt de iure gentium.*
19 *Princeps an possit de plenitudine potestatis derogare vltimis voluntatibus.*

CVm iure Canonico declaratum sit, Apostolicam duntaxat sedem, Summumque † Pontificem posse vltimas morientium voluntates alterare, & commutare, *clem. quia plerique, de religios. domib. in versic. cum tamen ea, quæ ad certum vsum largitione sua destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium, salua quidem sedis Apostolicæ auctoritate conuerti, &c.* Sed quia frequentissimè inter Doctores conclusum est, idem posse supremum Principem secularem, vt veritas istius casus innotescat, explico per duos articulos. 1

Primus

2 Primus articulus eſt: deſtinata † inter viuos, vel in vltima voluntate ad vſum pium, non poſſe alterari, aut commutari, præterquam per Summum Pontificem, *d. clem. quia plerique*, & notatur *in c. quod tranſlatione, de offi. legat.* Sed quia non decet alterare voluntatem defuncti, *c. non licet. 12. q. 2. & c. non eſt, de voto.* Ideo dicunt, Summum Pontificem volentem id facere, debere moneri ex iuſta cauſa, priuſquam exequatur Epiſcopus, † tanquam delegatus ſedis Apo-
3 ſtolicæ, ſummariè, & extraordinariè debet cognoſcere, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum, vt cauetur hodie per ſacroſanctum Concilium Tridentium *ſeſſ. 22. cap. 6. de reformatione.*

Et hanc opinionem tenet Staphileus *de literis gratiæ, n. 15* dicēs, hoc eſſe de caſibus reſeruatis Papæ, Couar. *in c. tua, nu. 17. de teſtam.* dicens, id non poſſe fieri,
4 præterquam à Summo Pontifice, † Guido Pap. *deciſ. 556.* dicens, id nō poſſe Epiſcopum, Capella Tholoſana *deciſ. 26.* Ioan. Guttierez *in repetit. l. nemo poteſt, de legat. 1. n. 83.* Alex. *in conſi. 94. prope fi. vol. 1.* qui ſe remittit ad dicta per eum *in conſ. 2. eodem vol. 1.* quem ſequitur Petrus Anton. de Petra *in tract. de fideicommiſſis, q. 11. concl. 22. verſi. & hanc opinionem, fol. 155.* & omnes Canoniſtæ *in d. clem. quia plerique*, præſertim Cardinalis *n. 12. in 5. q.* vbi quod pertinet ad ſolum Papam
5 † derogare iuri patronatus contra voluntatem fundatoris, poſſet autem legatus Apoſtolicus id facere ad tempus, & cum conſenſu heredis, & quod eodem modo poſſet facere Epiſcopus, ſcribit Fely. *in c. cum acceſſiſſent. nu. 19. de conſtit.*
6 Verum ſi Summus Pontifex † vellet, poſſet de plenitudine poteſtatis, etiam ſine cauſa, voluntatem defuncti commutare, quia ipſe tanquam Dominus rerū Eccleſiæ, poſſet remittere quicquid donatum eſt Ec-
7 cleſiæ, atque donare † res Eccleſiæ ad nutum ſuæ volūtatis, vt *c. oportebat. diſtinct. 9. & ibi Archidia. & in c. 1. de præbend. lib. 6.* Imo etiam laicis donare poſſet, *§. his ita, 35. q. 1.* Item ſi in remiſſionem peccatorum, vel in aliā cauſam piam relictum ſit, etiam poteſt per Summum
8 Pontificem remitti, cum enim id proficiat ad † purgatorij pœnas, vt notatur *in c. quod te, de pœnitent. &*
9 *remiſſ.* ipſe Summus Pontifex † poteſt etiam ſuper illis diſponere ex poteſtate clauium, vt notatur *in d. c. quod te, & in clem. 1. de pœnit. & remiſ. & in c. 1. de pœnis, lib. 6.* & per Ancar. *in reg. peccati, de reg. iuris, lib. 6.* & latius per Felyn. *in tract. de indulgentiis.*

Declaratur hic articulus, vt non procedat in lega-
10 to † pecuniæ facto ad certum vſum pium, non ita neceſſarium Eccleſiæ, eo enim caſu poſſet Epiſcopus diſpenſare vt in illum vſum pium magis neceſſarium illa pecunia expandatur, cui neceſſitati aliunde ſubueniri nequiret abſque maxima neceſſitate: Couarr. *in d. c. tua. num. 7. de teſtam.* Ioan. de Selua *in tract. de benefi. parte 1. quæſt. 6. num. 12. verſ. 5.* Summa Syluestrina *in ver. legatum. in 4. num. 12.* Summa Tabiena *in verb. le-*
11 *gatum, in 2. num. 2.* exemplum eſt, ſi legetur † pecunia pro calice Eccleſiæ, quo Eccleſia non indigeat, vti eget planeta, quam propter tenuitatem redditūum Eccleſia facere non poſſet, eo caſu, Epiſcopus poſſet pecuniam legati calicis conuertere in faciendo planetam, & licet Gomeſius in regula de triennali poſſeſſore *quæſt. 92.* requirat ad hoc conſenſum heredis, tamen Ioan. de Selua in loco citato id intelligit, quando non poſſet adimpleri Epiſcopi voluntas de iure, & de facto.

Secundus articulus eſt: Supremum † Principem ſe- 12
cularem non poſſe alterare voluntates morientium, derogando teſtamentis, aut fideicommiſsis, aut legitimando ſpurios, vt ſuccederent contra voluntates morientium, per textum expreſſum *in l. ſi teſtamentum, C. de teſtament.* & hanc opinionem affirmarunt, Martin. Laudenſ. *in tract. de Principibus, §. 22.* Archidiacon, *in c. Epiſcopus, diſtinct. 88.* Roman. Fulgoſ. & Corn. *in d. l. ſi teſtamentum*, qui teſtatur eſſe communem opinionem:, Socin. iun. *in conſi. 65. per tot. vol. 2. & conſi. 110. nu. 26. vol. 3.* & de communi Pancirola *in conſi. 59. n. 63. & ſeq.* Alciat. *in conſi. 201.* Menoch. *in conſ. 20. n. 27. & plur. ſequ.* Dec. *in conſi. 357. numer. 5. & conſi. 403. num. 14. & conſi. 519. num. 5. & conſi. 557. num. 5.* Crauet. *in conſi. 296.* Petr. Antonius de Petra *in tract. de fideicommiſſ. quæſt. 12. conclus. 22. verſicul. hic autem dubitari poteſt, fol. 154.* Theſaur. *deciſ. 270. num. 6.* vbi quod inſtitutio heredis ſub conditione deferendi arma teſtatoris, & mutandi cognomen heredis, non poteſt alterari, neque mutari per Principem.

Et licet Couarr. *in lib. 3. variar. reſolut. c. 6. in prin.* teneat, poſſe † Regem derogare maioratui, qui de licen- 13
tia Regis erectus eſt, in perſona primogeniti, & in præiudicium legitimæ cæterorum filiorum, tamen Vaſquius *in tract. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 1. de teſtantium potentia, n. 32.* ſatis † docte probat contrariū, non enim 14
poteſt Princeps ius alterius de poteſtate ordinaria, & citra vrgentem, & legitimam cauſam aliqua ex parte minuere, ideo cum non potuerit ab initio erigi maioratus in perſona primogeniti in præiudicum legitimæ cæterorum filiorum, ſine iuſtæ & legitimæ cauſæ cognitione, ita nec poteſt poſtea per Principem fieri præiudicium illi primogenito abſque eadem veræ, & legitimæ cauſæ cognitione.

Propterea in hoc articulo dixerunt communem eſſe reſolutionem, poſſe ſupremum Principem † de- 15
rogare vltimis morientium voluntatibus cum iuſta, & legitima cauſa, & plurimis Doctoribus relatis, hanc communem probarunt Couar. *in d. c. 6. n. 7. verſ. ſexto hanc ſententiam*, & Vaſquius *in d. §. 1. nu. 29.* & Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. arti. 24. n. 44.*

Primo declaratur iſte articulus, vt hæc cauſa, † pro- 16
pter quā debent alterari morientium voluntates, debeat eſſe publica, Bart. *in l. ſi. C. ſi contra ius, vel vtilit. public.* Abb. & cæteri *in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* Alex. *in conſi. 26. nec redarguendi, col. 4. verſi. prob. quia, vol. 2.* cum aliis per Crauet. *in conſi. 5. nu. 4. & conſi. 135. n. 21. & conſ. 241. n. 13.* vbi multas conſiderat cauſas, ex quibus permiſſum ſit ius quæſitum tolli per Principem & ideo licet in Principe † ſemper præſumatur 17
cauſa, etiamſi non expreſſerit, vt communiter per ſcribentes, de quibus per Iaſ. *in d. l. ſi teſtamentum, num. 3. C. de teſtam.* & ad iuſtificandum placitum Principis ſola voluntas dicitur eſſe iuſta cauſa, glo. fi. *in l. relegati, quam ſequitur Bart. & cæteri. ff. de pœnis.* Tamen hoc procedit in eis, quę ſunt de iure ciuili, ſecus ſi vellet derogere contra ius gentium, ſicut eſt teſtamentum, quia tunc non pręſumitur iuſta cauſa in Principe: † 18
Neque ſufficit ſola voluntas, ſed debet exprimere cauſam, & probari iuſta, aliàs diſpoſitio non valet, vt latè per Iaſ. *in d. l. ſi teſtamentum*, cum aliis per Socin. iun. *in d. conſi. 65. vol. 2.* Bald. *in d. l. ſi teſtamentum*, dicit, per temeritatem autem nullus rationabiliter poteſt, cum adita hęreditate ſit nata naturalis obligatio ad obſeruationem teſtamenti, quę per temeritatem reſcripti non tollitur. Hęc Baldus.

Secundo declaratur, vt de potestate absoluta possit
19 Princeps† corrigere, & mutare vltimas volũtates, quia dicta potestas nullis regulis est submissa, & hoc modo posset etiã sine causa, sed ita faciens, tenetur ipse Princeps soluere pretium ei, cui ius ablatum est, Decius *in d.consi.357.col.4.versi.postremo*, Soci.*in cons.120.memini, col.7.vers.sed hoc non obstante, vol.3.* Archidia.*in c.si.9. q.si.* Restaur. *in tract.de Imperatore, q. 98.n.8.* Pinellus *in rubr.de rescind.vendit.part.11.cap.12.n.14.* Berous *in cons.76.n.24.vol.1.* Roland.*in cons.69.n.23.& seq.vo.2.*

CASVS LXXV.

Ecclesiasticos heredes institutos, non conficientes inuentarium, non teneri insolidum, sed duntaxat de eo, quod est in hereditate.

SVMMARIA.

1 *Heres simpliciter adiens hereditatem tenetur omnibus creditoribus.*
2 *Sed conficiendo inuentarium quæ commoda habeat.*
3 *Ecclesia, vel monasterium heredes instituti, non conficientes inuentarium, non tenentur insolidum.*
4 *Ecclesiæ non potest donari res damnosa.*
5 *Clerici heredes instituti, non conficientes inuentarium, non tenentur vltra vires hæreditarias.*
6 *Heres non conficiens inuentarium an teneatur vltra vires hereditarias in foro conscientiæ.*
7 *Heres in terris Ecclesiæ non conficiens inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditarias.*
8 *Clericus adeundo hereditatem quare non teneatur, nisi de eo, quod ad ipsum peruenit.*
9 *Clerici per non confectionem inuentarij non tenentur amplius, quàm facere poßint.*
10 *Heres in foro conscientiæ non tenetur, nisi de eo, quod ad ipsum peruenit.*
11 *Lex ciuilis obligat in foro conscientiæ, si prohibeat, secus est, si consulat.*
12 *Heres non conficiens inuentarium præsumitur esse fur, siue dolosus.*
13 *Lex ciuilis præsumens fraudem, siue delictum in clericis, nullo modo valet.*
14 *Iuramentum in litem datur contra heredem non conficientem inuentarium.*
15 *Iuramentum in litem non datur contra clericos.*

1 HEres† simpliciter adiens hereditatem, tenetur insolidum omnibus creditoribus hereditariis, *l.si te bonis, l.si.§.cum igitur, C. de iure delib.l.more, ff.de acqui.hered.l.quæ dotis ff.sol.mat.l.quia poterat, ff. ad Trebell.* sed per † confectionem inuentarij præseruatur
2 sine damno, *l.si.§.& si præfatam, & §. hæc quidem, & §. sin autem hoc, C.de iure delib.* ob quod ne ad minimum quidem tenetur de suo creditoribus, nec legatariis, imo lucratur Falcidiam, & liberatur ab omni molestia iuris, & facti, *d.§. & si præfatam.* cum aliis per Moncul.*in tract. de inuentar.c.1.n.76.* Ideo dubitari potest, an hæc habeant locum in Ecclesiasticis hæredibus institutis, & quidem duo articuli considerandi sunt.

3 Primus articulus est; Cum Ecclesia, † vel monasterium instituitur heres, si inuentarium non fecerit, non tenetur insolidum, nec vltra vires hæreditatis. Hanc opinionem tenet Bartol. *in l.1.C.de sacrosan. Ec-*
4 *clesi.* quia quilibet prohibetur † Ecclesiæ donare rem damnosam, *auth.sicut, C.de sacros. Eccles.* Bald. *in l.fin. C.de iure deliber.* vbi quod fiscus hæres, si inuentarium non fecerit, non tenetur vltra vires hæreditatis, *l.1.§. 1.ff.de iure fisci*, ergo neque Ecclesia, qui fiscus est spiritualis, quo argumento vtitur Abb. ad hoc probandum *in c.Ecclesia sanctæ Mariæ, in 1. lect.num. 13.de const.* Idem Abb.*in c.1.num.4.de testam. & in cap. 1.n.13. de restitut. in integr.* & ibi Addentes alios allegant, Cardinal.*in c. 1.de solutionib.* Monticulus *in d. tract.de inuentario, c. 6. num. 11.* Felyn.*in c.de quarta, num.7. versi. decimo, de præscript.* qui dicit, hanc esse communem opinionem.

Secundus articulus est; Clerici † & cæteri Ecclesia- 5
stici heredes instituti, non conficientes inuentarium, non tenentur vltra vires hæreditatis in solidum, sed solum de eo, quod verè in hæreditate reperitur. Hanc opinionem firmat Ioan.Andr. *in c. quanquam, num.9. de vsur.lib.6.* vidi dubitari, an in foro conscientiæ, hæres qui † nõ confecit inuentarium, teneatur vsuras re- 6
stituere vltra vires hæreditatis, Hostien. tenet quod non, & ipse, & Ber.*in c.in literis, de raptor.* intelligunt de foro iudiciali, & constat, quia sæpè hi duo fori discordant, Ange.*in d.l.si.§.si vero, C. de iure delib. nu.2. vers.in tex.ibi insolidum teneatur*, dicit hæc verba: Hoc fallit de æquitate canonica in terris Ecclesiæ, in quib. hæres † licet inuentarium non conficiat, non tenetur 7
vltra vires hęreditatis, vt notat Hostiens.*in summa ti. de testam.* Bald.*in rubr.ff.de acq.hæred.* dicit, bene tamẽ fateor, quod de iure Canonico, non tenetur vltra vires hęreditatis, & istud & de benignitate iuris Canonici, sed de rigore iuris, quia adeundo quasi contrahit cum creditoribus hęreditariis, secus est. Et licet inducatur etiam pro contraria parte, *in l.si.in prin.n. 12.C. de iure delib.* tamen si aduertatur, nõ est sibi cõtrarius, quia hic loquitur de rigore iuris, quod ad obligationem inducendam, quam neque negauit in dicta rubrica, sed dixit, de benignitate canonica non teneri, Bart.*in l.gerit.num.7.ff.de acquir.hæred.* dicit, cum aditio fiat nuda voluntate, non potest clericus† adeundo 8
obligare se alteri, nisi quatenus ad eum peruenit. Item quia clerici tenentur solum in quantum facere possunt, Abb.*in c.cum esses, nu. 28.de testam.& in c.Odoardus, vbi cæteri canonistæ, de solutionib.* cui priuilegio renuntiare non possunt, Mathesi.*in sing.61.* Nota, quod clerici, & ibi Addentes alios allegant, ergo † per non 9
confectionem inuentarij non possunt teneri vltra, quam facere possunt, & licet hoc sit in executione, tamen quando idem esset in obligatione, adhuc inanis esset actio, quę executionem habere non posset, *d.c. Odoardus*, & hęc omnia procedunt de ęquitate iuris Canonici, quę attendenda est in clericis in foro Ecclesiastico. Pro qua facit illa receptissima sententia de quolibet hęrede † inuentarium non conficiente, vt nõ 10
teneatur vltra vires hęreditatis, in foro conscientiæ, Bart.*in rubr.nu.3.ff. de acquir.hæredit.* qui ait, ita teneri per Theologos, glo.*in c.parrochiano, de sepultur.* Bald. *in l.fi.in prin.num.6.C.de iure delib.* Ioan.And.ad Specul.*in tit.de instrumen.edit.§.nunc verò aliqua in addit. quæ incip.an in foro conscientiæ*, Immo.*in l.1.§.hæc stipulatio, ff.si cui plusquam per legem Falc.* Anton.de But.*in c.quia plerique, de immunit.Eccles.& in d.c.in literis, de raptorib.* Abb.*in c.tua nos, de vsuris,* Ias. *in rub. ff.de acquir.hæred. col.2.* & licet aliqui teneant contrariũ, quia lex † obligat in foro conscientiæ, Bart.& cæteri *in l.si* 11
quis pro eo, ff.de fideiussor. Næuarr. *in manuali, cap.22. num.88.* tamen hoc procedit in lege prohibente, secus in consulente. Nam & hęres per inuentarium consulitur

litur à lege, vt non habeat damnum, cum itaque sit heredis electio, non obligatur ad obseruantiam.

Et hanc opinionem vti verissimam sequor. Nam
12 cum heres † non conficiēs inuentarium, præsumatur fur, siue dolosus, *§. sancimus, §. si verò non fuerit, in authen. de heredib. & falc.* Montic. *de inuent. c. 4. n. 6.* Roland. *in tract. de inuentor. quæst. 38.* Magon. *decis. Lucensi 47. num. 2.* & scribit latè Alexan. qui tenet opinionem contrariam *in d. rubr. ff. de acquirend. heredit.* Lex au-
13 tem † ciuilis præsumens delictum vel fraudem in clericis nullo modo valet, ex defectu potestatis, vt est communis opinio, de qua per Abbat. & cæteros *in d. ca. Ecclesia sanctæ Mariæ*, & stante huiusmodi præsum-
14 ptione † aduersus heredem non conficientem inuentarium, iuratur in litem, *d. l. fin. §. si quis autem temerario, C. de iure deliberan.* & probat Phanucc. *de inuentario, parte 2. cap. 2. n. 23.* sed hoc iuramentum † non dari
15 contra clericos, diffusè probatur supra *cas. 66.* quam rationem si considerassent Abb. & Alexan. fortè non firmassent contrarium.

CASVS LXXVI.

Statuta, quod bona non perueniant ad Ecclesiam siue inter viuos, siue in vltima voluntate, sine licentia Principis, quam amortizationem appellant, & soluto certo iure amortizationis, esse contra libertatem Ecclesiæ.

SVMMARIA.

1 *Amortizatio quid sit.*
2 *Homines manus mortuæ, qui appellentur.*
3 *Possessio Ecclesiæ numquam dicitur vacare, etiam mortuo Prælato.*
4 *Ecclesia, ciuitas, & collegium nunquam moriuntur.*
5 *Amortizatio dicitur, quando nunquam res ad dominum peruenit.*
6 *Amortizationes in quibus regnis obseruentur in præiudicium Ecclesiasticæ libertatis.*
7 *Amortizationem esse contra libertatem Ecclesiasticam qui Doctores Galli firmarunt.*
8 *Ecclesiæ prohibitæ possideri immobilia in regno, satis dicuntur grauari.*
9 *Fori, & ordinationes prohibentes amortizationem fieri in Ecclesiam, nullo modo valent.*
10 *Statutum, quod homo manus mortuæ possit alienare hereditagium hominib. illius conditionis, etiamsi esset fauorabile Ecclesiis, illas non comprehendit.*
11 *Ecclesiæ libertas impeditur propter onera imposita rebus.*
12 *Fori, & ordinationes, ne Ecclesiis aliqua acquirantur, dicuntur esse nulli, & inualidi.*
13 *Statutum prohibens ingredientem monasterium posse succedere, est contra libertatem Ecclesiæ.*

1 AMortizatio † est in manum mortuam translatio, iussu principis facta, vt communiter est intellectus hic terminus in regno Franciæ, de quo per Ægidium *in tract. de amortizationib. in princi.* atque in regno Valentię, vt per Petrū Bellugā *in speculo Prin-*
2 *cipum, rubr. 14. §. veniamus, num. 2.* Homines † autem manus mortuæ appellantur Ecclesiæ, Capitula, Collegia & Vniuersitates, ita dictæ, quod nunquam moriantur, de Ecclesia quidem est text, *in c. libertis, 12. quæst. 2.* Andr. & cæteri *in cap. 1. de alienat. feud.* Afflict. *in constitut. regni, incip. hac edictali, in 3. notab.* Paris. *in consil. 101. num. 134. vol. 1.* & numquam possessio † Ecclesiæ dicitur vacare, etiam mortuo Prælato, ex quo ipsa possidet, secundum Bald. & alios *in l. fi. C. de edict. Diui Adrian. tollend.* Paris. *in consil. 24. nu. 7. volum. 1.* Bursat. *in consil. 30. num. 46. vol. 1.* Riminald. iun. *in cōsil. 447. num. 29. volum. 4.* eodem modo sunt ciuitas, 3
† vniuersitas, & collegium, quæ nunquam moriuntur, 4
priuantúrque domini spe iuris sibi competentis, quia corpora nunquam moriuntur, quamuis personæ, ex quibus existunt, moriantur & deficiant, *l. proponebatur. ff. de iudic. l. sicut, §. in decurionibus, ff. quod cuiusque vniuers. nomin. l. grege, de legat. 1. l. inter stipulantem, §. sacrament. ff. de verborum obligationib. l. qui res, §. arcam, ff. de solutionibus*, & ideo melius videtur posse dici amortizatio, quia res mori dicitur, cum † nunquam 5
ad dominum redeat, vt scribit Ioannes Bessiati *in consuetudine Aruerniæ, cap. 27. della ordination de man morte, per totum.*

In prædictis igitur locis prohibita est † amortiza- 6
tio non solùm generaliter, sed in multis casibus particularibus, vt de iure fororum regni Valentiæ, quod bona de realenco non possint venire per successionē ex testamento, vel ab intestato in monachum, vel monasterium, & quod dominium in Ecclesiam transire non possit sine licentia Regis, de quo per Bellugā *in d. rubr. 14. §. nunc veniamus n. 36.* & quod quando conceditur licentia amortizationis, solui debeat certa pecunia iure amortizationis, vt per eundem Bullug. *in d. rubr. 14. §. nunc videamus, n. 3.*

Super eisdem amortizationibus in regno Franciæ factæ sunt plurimæ ordinationes in præiudicium Ecclesiæ, tam generaliter, quam specialiter, & plura aresta expedita ab anno Domini 277. hucusque, quæ recenset Ægidius *in d. tract. de amortizationibus. per totum*, ac etiam Ioannes Bessiati *in d. consuetud. Aruerniæ, cap. 27.*

Sed nemini dubium fore arbitror huiusmodi amortizationes in præiudicium Ecclesiæ esse contra libertatem Ecclesiasticam. Inprimis autem scire oportet hanc † opinionem tanquam veram etiam Do- 7
ctores Gallos amplexos esse, Petrus Iacob. de Aureliaco *in suis libellis, in tit. de causis, ex quibus vasallus debeat amittere feudum, col. 26. versic. quidam verò spretis iuribus*, dicit. Et pro certo practici Galliæ in hoc grauauerunt Ecclesias regni, in quātum inuenerunt hoc, quod Ecclesiæ † non possint habere res immobiles in 8
regno sine amortizatione, quod dictum refert, & sequitur Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 9. §. 9. n. 37.* Mox probemus hanc veram opinionem rationibus, atque veris principiis iurisdictionis. Certum est huiusmodi foros, † atque ordinationes specialiter pro- 9
hibentia amortizationem fieri in Ecclesiam non valere, *cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, vbi* Abb. *nu. 37.* Dec. *nu. 187.* & latè per Caccialupum, *in l. 1. nu. 159. C. de summa Trinit.* Abhorrent enim canones, vt laici, qui inferiores sunt, *cap. solitæ, de maior. & obedient.* condendo legem super Ecclesiasticis, etiam in eorum fauorem, vsurpent hanc iurisdictionem. Qua ratione statutum, † quod homo manus mortuæ possit alienare he- 10
reditagium hominibus illius conditionis, etiamsi esset fauorabile Ecclesiis, illas comprehendere non potest, in quas nullam habent laici facultatem legis condendæ, etiam priuilegium concedendo, Alexand. *in consil. 211. num. 2. volum. 2.* Item quod sint con-

11 tra libertatem Ecclesiæ, onera enim Ecclesię † imponi non possunt, per quę libertas ipsius tollatur, aut imminuatur, *c.1.& c.fi. de immunit. Eccles. lib.6.* latè Fely. post Abb. *in d.c. Ecclesia sancta Maria, & in c. nouerint. de sentent. excommun.* Capyc. *decis.161.n.6.* & latius dixi supra *casu* 14. & dicuntur huiusmodi fori, † & ordi-
12 nationes contra libertatem Ecclesiæ, tanquam factæ contra charitatem, ne Ecclesiis, & locis piis aliquid acquiratur, vt diffusè conclusi suprà *casu* 68. & quod sta-
13 tutum † prohibens ingredientem monasterium posse succedere, sit contra libertatem Ecclesiæ, reiecta distinctione Bart. *in l. fin. C. de pactis,* qui est in hoc communiter reprobatus, firmarunt Ang. Fulg. Ias. & Dec. *in d.l. fi.* Alex. *in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationib. & in consil.139. vol.2.* Immola *in c. quamuis, de pact. lib.6.* Brunus *in tract. de statuto excludente fœminas propter masculos, in 1. memb.2. qu. art.6.* Socin. *in consil.81. in præsenti consultatione. col. penult. vers. sed restat, vol.1. & in consil.241. circa primam, vol.2.*

CASVS LXXVII.

Statutum, quod mandata siue ad lites, siue ad negotia, quando non est adiectum tempus, durent solo quinquennio non comprehendunt mandata facta ab Ecclesiasticis.

SVMMARIA.

1 *Exceptio procuratoris pertinet ad litis decisionem.*
2 *Statutum, vt mandata durent quinquennio, non comprehendit mandata facta per Ecclesiasticos.*
3 *Clerici non semper ligantur legibus, & stylo fori, vbi litem habent.*
4 *Clerici non ligantur statutis de mandatis conficiendis.*
5 *Statuta de mandatis conficiendis non ligant forenses extra territorium.*

1 COgnoscere de mandatis ad lites, & an procurator † constitutus debeat admitti, vel non, iste articulus pertinet ad litis decisionem, imò potius ad ipsius causæ expeditionem, vt ex multis probat Caccialup. *in l.1. C. de summa Trinit. n.153. versi. non obstant allegata in contrarium.* Ex quo vero principio infertur,
2 quod statutum, † mandata sine certo tempore facta durent quinquennio, non possunt comprehendere mandata facta per Ecclesiasticos, qui licet ligentur laicorum legibus in ordinatoriis iudicij illius fori, vbi caussam agunt, tamen secus est in causæ decisione, vt dixi supra *casu* 31. Vnde licet Rota Lucensis rectè diffinierit, hoc statutum Lucæ non comprehendere prædicta Ecclesiasticorum mandata, vt per Ioseph. Ludouic. *in decis.39.* tamen quod ipsa pertineant ad litis ordinationem, auctor decisionis admittere non debebat.

3 Nec est semper vera illa opinio, clericos † actores in foro laicorum ligari legibus, & stylo illius fori, fallit enim quando in eodem foro clericorum iura saltem in parte diminuerentur, vt dixi *in d. casu* 31. quod esset in casu prædicto.

4 Quod autem mandata † ipsorum prædicto statuto non ligentur, etiam in foro laicorum, ex multis rationibus concludit Caccialup. *in d.l.2. nu.152. versi. sed quid si dicerem, & plur. seq.* vbi disputans de statuto Senarum disponente de mandatis, in quibus certum tēpus appositum non erat, vt durent anno, & non vltra concludit post multos Dd. relatos, non comprehendere † mandata facta per forenses extra territorium 5
Senarum, licet ciuem Senensem procuratorem constituerit, & sequitur Riminald. iunior *in consil.11. n.13. vol.1.* ergo eadem ratione non comprehendit Ecclesiasticos, qui non sunt de iurisdictione statuentium.

CASVS LXXVIII.

Stāte statuto, quod legata peti nō possint, nisi fuerint insinuata corā vicario potestatis, si clericus est heres institutus, non potest per legatarios citari coram illo vicario, sed debet coram Episcopo citari super dicta insinuatione facienda.

SVMMARIA.

1 *Statutum de insinuandis legatis coram iudice laico, an habeat locum in legato facto clericis.*
2 *Iudicem laicum posse citare clericum super insinuatione legati facienda, qui teneant.*
3 *Iudicem laicum posse citare clericum super confectione inuentarij, qui teneant.*
4 *Insinuationis sollemnitas requiritur respectu illius, qui facit actum.*
5 *Iudex clerici debet insinuare donationem à clerico factam laico.*
6 *Legatarius laicus potest petere legatum à clerico coram iudice Ecclesiastico, absque insinuatione statuti.*
7 *Actorē in casu l. diffamari, quē iudicem adire oportet.*
8 *Insinuatione nulliter facta coram iudice laico, non potest iterum fieri coram Ecclesiastico.*
9 *Exceptione nullitatis opposita, acquiritur ius opponēti.*
10 *Insinuatio nulliter fit cum citatione per edictum.*

SVpra *casu* 28. ostendimus statuta de insinuationibus, & aliis sollemnitatibus testamentorum, non comprehendere testamenta, neque hereditates clericorum. Modò videamus, quid sit de statuto † in- 1
sinuandorum legatorum coram iudice laico, aliàs nullius sint roboris, & efficaciæ, sicut extat Perusij de quo per Bald. *in l. testamenta, n.6. C. de testam. ordin.* & clerico instituto herede, laico sit aliquid legatum, id debeat coram dicto iudice laico, vel coram Ecclesiastico vero iudice ipsius clerici prędictam insinuationem facere, Bald. *in d.l. testamenta,* putat coram iudice laico, ipsúmque iudicem † posse clericum citare super 2
illa ipsa insinuatione facienda, quem sequuti sunt plurimi Dd. Castrens. *in d.l. testamenta, nu.* Alexan. *n.7.* Item Alex. *in consil.4. nu.9. vol.3.* Dec. *in consil.700. nu.2.* Aretin. *in consil.36. col. penult. circa fin.* & pro hac opinione facere videtur doctrina Angeli *in l.1. §. hac stipulatio, col.8. in repetit. versic. solùm restat videre, ff. si cui plusquam per leg. Falcid.* vbi quod in inuentario †
3 conficiendo, citari debent omnes legatarij, & si clericus reperitur legatarius, poterit etiam coram seculari iudice citari, quia talis requisitio fit ad eius commodum. Item Ancaran. *in reg. ea quæ, in quæ.17. ver. occurrit dubium de reg. iur. lib.6.* concludit, quod si minor velit restitui aduersus aditionem hereditatis, omnes creditores debent citari, *authent. omnes, C. si vt se ab heredit. abstin.* & si vnus reperitur clericus, poterit etiam coram iudice laico citari; ergo citatio in hoc casu debet etiam tolerari ex necessitate, aliter numquam valuissent legata.

Certè

Certè contraria opinio est verior: Nam cum sollemnitas † insinuationis requiratur respectu illius, qui facit actum, & in casu proposito legatarius laicus debeat capere de manu hæredis, *l. 1. ff. quorũ legator.* insinuationis auctoritas præstanda est à iudice ipsius heredis, ita dixit Rota *decis. 7. n. 5. de iudic. in nouis, versi. & econuerso, si clericus* † *vellet laico sic donare, alienare, vel se obligare, quod iudex ipsius clerici super insinuatione, vel auctoritate debebit adiri.* Hoc statutum Perusij noluit comprehendere casum, in quo clericus sit institutus hæres, quia ex defectu potestatis arguitur voluntas, & millies supra probauimus: ergo vel dicendum est laicum legatarium † posse petere legatum à clerico coram iudice Ecclesiastico absque illa insinuatione, de qua statutum non potuit intelligere, vel si ad omnem finem meliorem, insinuationem fieri desideraretur, posset coram iudice Ecclesiastico illum citare super insinuatione facienda, auctoritate videlicet prestanda ad effectum consequendi legatum.

4 (margin, line 2) · 5 (margin, line 7) · 6 (margin, line 14)

7 Et pro hac opinione fit altera, quod actor † in casu *l. diffamari*, non debet adire iudicem ipsius auctoris, qui postea futurus est reus, sed iudicem ipsius rei in casu *d. l. diffamari*, qui verè futurus est actor, vt per Afflict. *in decis. 268.* vbi testatur per omnes Dominos sic fuisse votatum, licet contrarium dixerit Capyc. *in dec. 18.* qui tandem in fine ipsius se remittit ad Afflict. *in d. dec. 268.* & hanc sequutus sum infra *in casu 185.* vnde si clericus hæres iactaret de insinuatione legati non facta, ipseque laicus legatarius contra clericum vellet remedio *d. l. diffamari*, procedere, iudicem Ecclesiasticum adire deberet, oporteret enim diffamationem probari per testes, atque alia acta iudicialia fieri, de quibus per Couar. *in lib. 1. variar. resol. c. 18. nu. 4.* quæ non sunt excepta à regula totius tituli de foro compe-

8 tenti. Quo casu si insinuatio † coram iudice laico, non citato clerico herede, & sic nulliter facta esset, non posset amplius ab validandum legatum ipsius insinuationem fieri petere coram iudice Ecclesiastico, ita tenet Angel. in terminis donationis *in consil. 179. visis prædictis instrumentis. col. pen. versi. si tamen donatio*, & sequitur Alex. *in cõsi. 237. in fi. vol. 6.* Bal. *in l. 1. §. fin autem ad deficientis, in fin. C. de caduc. tollend.* & probat Corn. *in consi. 99. col. 3. versi. his tamen non obstantibus. vol. 4. & in consi. 221. col. pen. ad fin. versi. & id quod ipse,*

9 *vol. 1.* pro quo facit, quia per oppositionem † de nullitate, post cœptum iudicium, est acquisitum ius opponenti, quod non potest tolli, vt per prædictos firmat Crauetta *in consi. 216. col. pen. & consi. 192. n. 16. & 245.*

10 *col. fin. versi. tertio mora*, neque valeret insinuatio † si per edictum clericus hæres citaretur coram iudice laico, quia, vt supra *casu 37.* probauimus, huiusmodi citationes per edicta non afficiunt clericos. Et quod illa doctrina Angeli de inuentario non obstet, apparebit ex infra dicendis *in casu....* cum specialiter de inuentarij confectione tractabo.

CASVS LXXIX.

Principem supremum non posse legitimare clericos, nisi de patris consensu quod ad eius successionem tantum, secus in cæteris: Summum verò Pontificem posse legitimare quemlibet, vbilibet, etiam in terris imperij.

SVMMARIA.

1 *Legitimatio natorum est actus iurisdictionis.*
2 *Et quando sit voluntaria, & quando contentiosa.*
3 *Princeps secularis non legitimat clericum.*
4 *Clerici etiam in minoribus constituti non subsunt iurisdictioni, facultati, siue officio laicorum.*
5 *Non possunt se submittere iurisdictioni voluntariæ laicorum.*
6 L. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. *habet locum etiam in voluntaria iurisdictione.*
7 *Princeps secularis non potest legitimare clericum filium clerici.*
8 *Clerici illegitimi nullo modo possunt succedere ex constitutione Pij V.*
9 *Clerici legitimati non possunt succedere ex constitutione Pij V.*
10 *Imperator potest legitimare clericum filium laici.*
11 *Imperator de consensu patris potest legitimare in terris Ecclesiæ.*
12 *Imperator legitimans in terris Ecclesiæ, quando non faciat præiudicium iurisdictioni Ecclesiasticæ.*
13 *Imperator non legitimat in terris Ecclesiæ, respectu bonorum ibi sitorum.*
14 *Imperator iurat Papæ nullam iurisdictionem exercere in sua ditione.*
15 *Legitimatio facta ab Imperatore in terris aliorum Principum valet quoad bona ibi sita.*
16 *Præscriptio contra Imperium quomodo procedat.*
17 *Subditi aliorum Principum possunt prorogare iurisdictionem Imperatoris.*
18 *Legitimatio facta ab Imperatore sortitur effectum quoad bona, & personas ditionis Venetiarum.*
19 *Princeps vnus nõ potest legitimare subditum alterius.*
20 *Legitimatio facta per Imperatorem vigore iurisdictionis prorogatæ in quibus valeat.*
21 *Legitimati ab Imperatore non possunt fieri clerici.*
22 *Laicus natus ex monacha legitimatus ab Imperatore potest succedere.*
23 *Emancipatio facta generaliter ad vnum actum est valida.*
24 *Legitimatus ab Imperatore non succedit ad ius patronatus.*
25 *Ius Patronatus non transit per actum specialem.*
26 *Ius patronatus non transit in confiscatione bonorum.*
27 *Papa legitimat subditos Imperatoris, & aliorum Principum, etiam in temporalibus.*
28 *Papa tenet Monarchiam mundi, & habet vtrumque gladium.*
29 *Argumentum de potestate Imperatoris ad Papam non valet.*
30 *Papa legitimans aliquem in spiritualibus in consequentiam dicitur illum legitimare in temporalibus.*
31 *Quod est verum, quando legitimat super radice matrimonij.*
32 *Papa quando dicatur dispensare super radice matrimonij.*
33 *Potest dispensare in omnibus, præterquam in articulis fidei.*
34 *Papa dispensat in voto continentiæ, & super iure diuino.*
35 *Papa dispensat cum monacho filio Regis vnico, vt vxorem ducat.*
36 *Papa semper potest dispensare super radice matrimonij etiam contra ius diuinum.*
37 *Papa legitimat etiam non subditum quo ad spiritualia.*
38 *Papa legitimat omnes, etiam non subditos in temporalibus, dispensando super radice matrimonij.*

39 *Papa legitimat generaliter omnes in terris aliorum exercendo iuriſdictionem contentioſam.*

40 *Imperium, & quæ regna recognoſcantur ab Eccleſia.*

41 *Papa habet vniuerſalem iuriſdictionem, & dominium in vniuerſali in omnibus.*

42 *Iuriſdictio contentioſa poteſt prorogari de perſona ad perſonam.*

1 QVia legitimatio † natorum eſt actus iuriſdictio-
nis, *cap. per venerabilem, verſi. iuriſdictionis noſtræ,*
& verſic. rationibus, & c. qui filij ſint legitimi, & ibi Abb.
num. 11. Martinus Laudenſ. *in tract. de legitimationibus,*
num. 4. Anton. de Roſell. *in tract. de legitimationib. li.* 2.
2 *numer.* 9. ſiue ſit voluntariæ, † quæ exercetur in ſub-
ditum, *l.* 2. *de offic. proconſul.* & poteſt ſemper & vbique
prorogari, ſiue contentioſæ, cũ per eam præiudicium
feratur ab inteſtato venientibus, vt per Bartolum,
& Iaſ. *in l. Gallus, §. & quid tantum, ff. de liberis & poſt-*
hum. Propterea dubitant Doctores, an poſſit exerce-
ri in non ſubditos in temporalibus per Imperato-
rem, vel Summum Pontificem. Vt autem deciſio
præſentis caſus clara appareat, diſtinguo per duos ar-
ticulos.

3 Primus articulus eſt: Supremus Princeps † ſecu-
laris non legitimat clericum, ſiue dicamus, quod le-
gitimatio ſit actus facultatis, vt voluit Calderinus *in*
conſ. 3. *circa fin. ſub ti. qui filij ſint legit.* ſiue quod ſit vo-
luntariæ iuriſdictionis, vt tenent communiter Do-
ctores *in d. cap. per venerabilem,* Signorol. *conſi.* 221. per
textum *in §. generaliter, in authent. quibus modis nat. ef.*
4 *ſui,* in clericos exercere non poteſt, qui etiam † ſi in
minoribus ſint conſtituti, laicorum iuriſdictioni, &
facultati, ſeu officio non ſubiiciuntur, *c. clericum nul-*
lus, 21. *quæſt.* 1. *& c.* 2. *de foro compet. & cum non ab ho-*
5 *mine, de iudic.* Nec etiam iuriſdictioni † voluntariæ
laicorum ſe ſubmittere poſſunt, Geminian. *in capite*
ſi annum. §. ſi vero, col. fin. de iudic. lib. 6. Ancaran. *in con-*
ſi. 321. *primum dubium eſt nouum,* vbi quod regula *l. fin.*
6 † *ff. de iuriſdict. om. iudic.* habet locum etiam in volun-
taria iuriſdictione per textum *in cle. ne Romani, §. porro,*
de elect. Alexand. *in conſil.* 57. *colum.* 3. *vol.* 1. Item quia
actus voluntariæ iuriſdictionis debet fieri coram
competenti iudice, *l.* 1. *§. fori, C. de emancipat. liber.* ergo
Princeps ſecularis clericum legitimare non poteſt, &
pro hac opinione pleniſſimè conſuluit Dec. *in conſil.*
150. *per totum,* & hanc opinionem firmarunt Benedi-
ctus de Plumbins *in diſputat. incip. ſtatuto Piſano,* Bal-
dus *in l.* 1. *C. de naturalibus liberis,* Alexand. *in conſil.* 8.
volum. 2. Socinus *in conſil.* 65. *colum. final. & conſil.* 47.
num. 20. *volum.* 2. Socinus iunior *in conſil.* 58. *columnn.* 3.
volum. 2.

Tanto magis procedit hæc vera opinio, ſi clericus
7 legitimandus † eſt filius clerici. Primo, quia in caſi-
bus à iure permiſsis, debet adiri iudex patris, & ſic
clerici, Geminian. *in d. cap. ſi vero,* Pariſ. *in conſil.* 2. *nu.*
24. *volum.* 2. Item quia nouiſſimè fuit diſpoſitum per
conſtitutionem Pij Papæ V. contra illegitimos edi-
tã, per quam ſunt ſublatæ omnes legitimationes, ha-
8 bilitationes, & facultates conceſſæ illegitimis † ſuc-
cedendi quibuſcunque etiam extraneis, etiam in bo-
nis propriis illorum, in quibus de iure communi ille-
gitimi non poterant illis ſuccedere, & fuit reſolutum
in Rota, vt teſtatur eadem Rota in caſu ſimili, *in dec.*
9 505. *num.* 2. *part.* 1. *in nouißimis,* dictaque cõſtitutio † in-
habilitat in totum legitimatos, addens, quod non ob-
ſtante legitimatione non poſſint quoquo modo ſuc-
cedere, &c. Cui conſtitutioni Pontificiæ circa cleri-
cos, non poteſt per Imperatorem derogari, vt latè per
Abb. & cæteros *in c. Eccleſia ſancta Mariæ, de conſtitut.*

Et licet deciſio huius articuli non procedit in le- 10
gitimatione † clerici primogeniti à laico patre, huius
enim conſenſus poteſt prorogare iuriſdictionem vo-
luntariam Imperatoris, in qua non conſideratur ter-
ritorium, *d. l.* 2. *de offic. proconſul.* & ita firmarunt com-
muniter omnes, *in d. c. per venerabilem.* Io. And. *col.* 2.
verſi. Iacobus de Bellouiſ. Ancaran. *n.* 26. Cardinal. *n.* 12.
& 14. Anton. de Butr. *col.* 2. *venio ad ſecundum,* Calde-
rin. *in d. conſil.* 3. *eiuſdem tit.* & de communi teſtatur
Præpoſit. ibid. quam vt communem opinionem am-
plexa eſt Rota Romana, vt per Caputaque. *deciſ.* 146.
part. 2. & ibi latiſsimè probat Imperatorem † de patris 11
conſenſu poſſe legitimare in terris Eccleſiæ, & *in de-*
ciſ. ſeq. 147. cum aliis per Coua. *de ſponſalib. part.* 2. *c.* 8.
nu. 19. & potiſsima ratio eſt, quia legitimare clericum
de patris laici conſenſu, non eſt ſubmittere illum iu-
riſdictioni laicorum, ſed ſubmittere patrem, per cuius
iuriſdictionem prorogatam Imperator † poteſt face- 12
re hoc beneficium clerico, quod non procedit in di-
minutionem priuilegij clericalis, dummodo hoc non
ſanciat Imperator per modum legis, vt probat Alex.
in conſi. 211. *n.* 2. *vol.* 2. & ſæpe dixi ſupra.

Tamen declaratur hæc limitatio. Primo, † vt non 13
procedat, quoad bona ſita in terris Eccleſiæ, prout eſt
magis communis opinio, de qua teſtatur Alex. *in conſ.*
67. *n.* 19. *vol.* 1. idem teſtatur Dec. *in conſil.* 55. *n.* 3. Ruyn.
in conſi. 178. *n.* 12. *vol.* 2. *& conſ.* 86. *n.* 10. *vol.* 3. *& conſ.* 77.
n. 3. *vol.* 3. Crauet. *conſi.* 277. *col.* 2. *in princ.* Cephal. *conſil.*
23. *n.* 76. *& ſeq.* Couar. *in d. c.* 8. *n.* 14. qui plurimos ad
hoc allegant.

Sed hæc declaratio procedit ſolum propter aucto-
ritatem iuriſdictionis Summi Pontificis, cui Impera-
tor † iurat nullam iuriſdictionem exercere in ſua di- 14
tione, *clem. Romani, ver. in eis, de iureiur.* & ſi contra fa-
ceret eſſet periurus, & forte actus non valeret, vt per
Anto. de Roſell. *in dict. tract. de legitimat. li.* 2. *in tit. de*
legitimatis Principum clementia, numer. 28. Sed reſpe-
ctu iuriſdictionis aliorum Principum, non eſt dubi-
tandum, quin in puncto iuris, verior ſit opinio, legiti-
mationem † factam per Imperatorem, prorogata eius 15
iuriſdictione, valere etiam quo ad bona ſita in ditio-
nibus aliorum Principum, & loquor de ſucceſsioni-
bus ab inteſtato, quia in teſtamento poſſet in omni-
bus bonis inſtitui, vt declarat Gregor. Lopez *ſuper*
gloſſ. 6. *l.* 4. *partit.* 4. Nã cũ Imperator habeat vniuer-
ſalẽ illam iuriſdictionẽ, & directum dominium in vni-
uerſali, de qua latiſſimè ſcripſi ſupra *part.* 1. *cap.* 20. &
contra Imperium † præſcribi non potuit, niſi cum 16
priuilegio, vel concurrente fama priuilegij, vt diffuſè
etiam probaui *in d. part.* 1. *cap.* 9. Non intelligitur con-
ceſſiſſe illam vniuerſaliſsimam iuriſdictionem dicti
vniuerſalis domini, cuius ratione adhuc remanet do-
minus vaſſallorum, vt notant Doctores, præcipuè Fe-
lyn. *in cap. ſolitæ, de maior. & obed.* & notatur *in ca. Ro-*
manæ, §. debet. de appellationib. & per Gabriel. *in conſ.*
21. *n.* 25. *vol.* 1. Quo caſu non ſequor opinionem Abb.
in c. per venerabilem num. 26. *de elect.* volentis ſolum
ipſum ſuperiorem legitimare poſſe, quem ſequitur
Anton. de Roſell. *in tract. in tit. de legitimatione per re-*
ſcriptum, num. 35. & Ludouic. de Sardis *in eodem tract.*
quæſt. 8. ſed dico per eoſdem ſubditos † iuriſdictio-
nem Imperatoris prorogari poſſe, vt legitimatio per
ipſum facta, valeat, quo ad bona ſita in aliorũ ditioni-
bus,

bus,& hæc est vera opinio,tenendo,quod omnes ditiones habeant dependentiam ab imperio, vt probaui *in d.part.1.*in dictis capitibus.

18 Et quod legitimatio † facta ab Imperatore sortiatur effectum quoad personas, & bona ditionis Venetorum,firmarunt *in consi.1.n.5.& 12.& seq.& consi.10. nu.118.& seq.& consi.14.nu.33.& seq.vol.2.*& subdit,ita fuisse iudicatum.Item Alciat.*in consi.17.nu.4.lib.4.*dicens, Venetos, quo ad hæc reseruata Imperatori non se impedire,*& in cons.73.n.13.lib.9.*Idem de Florentinis scribit Socin.*in consi.47.nu.37.vol.4.*& latè de hoc per Decian.*in consi.3.n.107. & seq.vol.1.* vnde quæ dicuntur de legitimatione inualida, quo ad bona sita in alterius territorio, intelligenda sunt,respectu aliorum

19 Principum, puta quod Serenissimus † Dux Sabaudiæ non possit legitimare Florentinum ad successionem bonorum alterius Florentini extra suam ditionem,de quo scribit Bald. *in consil.146.nu.1.versic.vnde non posset, vol.1.* ex quo infertur, illam communem opinionem, quod legitimatus excludat substitutum, de qua per Cardinal.Mantic. *de coniectur.lib.11. tit.10. nu.42.* intelligi, si ipse legitimatus, & is de cuius successione tractatur, fuerint subiecti iurisdictioni ipsius legitimantis, alioquin non excludit, cum legitimatio non possit valere,nisi vigore prorogatæ iurisdictionis, vt ibi per eum.

Secundò declaratur dicta limitatio, vt ipsa legiti-

20 matio † facta per Imperatorẽ virtute iurisdictionis prorogatæ procedat solùm quo ad successionem bonorum, secus est, quo ad alios effectus iurisdictionis Ecclesiasticæ, gloss. *in c.lege, distin.10.& in c.officia,distinct.59.* quam esse communiter receptam, dicit Couar.*in d.c.8.nu.18.in prin.* (Non enim possunt ab Im-

21 peratore legitimati † clericali tonsura, aut aliis ordinibus insigniri,*c.1.de filiis presby.c.1. & c.2.distin.56.*& scribit latè Præposit. *in d.c.2.*& Diaz *in pract.crim.canonic.c.14.*) & hanc opinionem tenent Cyn. & Bartol. *in authent. ex complexu, C.de incest.nupt.*vbi quod lai-

22 cus † natus ex monacha, legitimatus ab Imperatore, est successibilis quo ad bona tanquam legitimus, sed quo ad alios effectus pertinet ad Papam, & sequitur Benedictus de Barhiis *in tract.de filiis non legitimè natis,nu.50.*

Nec obstat, quod legimatio est actus indiuiduus, qui videretur monstrum, si pro parte valeret, & pro

23 parte non valeret,quia etiam emancipatio † est actus indiuiduus, & tamen facta generaliter causa testandi valet, secus si esset facta specialiter quo ad vnum actum, scilicet ad condendum testamentum, vt consuluit Gabriel.*in consil.16.à num.35.infra vol.1.* Item tutor potest dari ad vnum actum,vt dicit Bart.*in l.hereditas, ff.de testam.tut. & in l.cum in vna, §.1.de appellationib.*

24 Ex quo infertur hunc legitimatum † ab Imperatore non succedere ad ius patronatus, pro quo multa allegat Roch. de Curte *in tract. de iure patronatus, in ver.competẽs,n.8.* sed hoc intelligo si specialiter vellet succedere ad ius patronatus, quia per pactum speciale

25 † ius patronatus non transit, vt per Innocent. *in c.ex his, nu.3. de iure patronat.* Bald. *in l.fin.nu.48.versic.dicit Innocen. C.de edict. D.Adrian.tollen.* secus est si cum vniuersitate bonorum, vt idem Roch.firmat *ibid.n.9.* cum aliis per Couar.*in d.c.8.nu.18.in fin.* & potest esse ratio,quia quæ aliàs sunt prohibitiua,si fiant cum vniuersitate, sunt permissa, *l.modici,ff.de contrah.empt.l.quædã,ff.de acquir.rerum domin.cum similib.* sed de hac opinione valde dubito, quia ius patronatus † non 26
transit in confiscatione bonorum per laicum iudicem facienda, gloss. *in clem. pastoralis, §.rursus, ver.subiecta,& ibi* Anton.de Butr.& Ioan.de Immola,Oldrad. *in consil.17.col.2.versi.nec obstat,*Felyn.*in c. quanto,nu.3.de iudic.*quicquid dixerit Abb.*in c.cum laicis, n.3. de iure patronat.*

Secundus articulus est: Summus Pontifex † legi- 27
timat subditos Imperatoris, & aliorum Principum, etiam in temporalibus. Hanc opinionem firmarunt grauissimi Doctores,Hostien.*in d.c. per venerabilem, qui filij sint legit.*vbi dixit, Papam posse legitimare in terris Imperij, vbilibet, quia hodie tenet † Monar- 28
chiam mundi, & habet vtrumque gladium, Iacob.de Bellou.*in auth.quib. mod. nat.effi.sui,*per sex rationes probat hanc opinionem, quas omnes colligit *cap. per venerabilem,*Ioa.& Gaspar Calderinus relati per Anton.de Rosell.*in tract.de legitimat.lib.2.in tit.de legitimatis Principum clementia,n.6.* Martinus Laudens.*in tract.de legitimatione, nu.2.* vbi quod omnium maxima est potestas Papæ circa legitimationem,nec est arguendum de Imperatore†ad Papam,cum penes Sum- 29
mum Pontificem sit vterque gladius, vt ibi per eum, & certè si consideretur *d.c.per venerabilem,* ex eo probatur hæc opinio, ibi enim supplicans non erat suppositus Papæ, qui arguit id posse facere, & probatur *in c.ex tenore,& c.cum inter,& c.quod nobis, eod.tit.*vbi Papa facit legitimum, qui non est, etiam quoad hereditates,& habet locum vbilibet, & hoc facit per viam legis,multo magis si per priuilegium.

Innocent.*in d.c.per venerabilem.*tenet,quod † Papa 30
legitimum faciens aliquem ad spiritualia, in consequentiam ille sit legitimus quo ad temporalia, Ioan. Andr. ibidem dicit, quod aut Papa legitimando disponit super matrimonio, & radice † matrimonij, & 31
ista legitimatio extenditur vbique,& in omni foro,& quo ad omnem effectum,& hanc opinionem sequuntur omnes Canonistæ ibidem, Anton.de Butr. Abb. Anton.de Rosell.*in d.tit.de legitimatis Principum clementia,col.3. & 4.*& Martin. Laudens.*in d.tract.de legitimatione,num.87.*quorum opiniones à nobis adducuntur, vt appareat grauiores viros descendere in hanc sententiam,licet per diuersa principia.

Neque diminuit auctoritatem Pontificiam illa distinctio Ioa. Andr.*in d.c.per venerabilem,*dicentis, vbi impedimentum matrimonij est de iure positiuo,posse Papam † dispensare super radice matrimonij; secus 32
si impedimentum esset de iure diuino, puta quod patruus ducat neptem in vxorem, vel quod proles suscepta per clericum in sacris constitutum, aut monachum professum sit legitima. Nam de hoc fuit sæpissimè disputatum in curia Romana,&conclusum Summum Pontificem † posse dispensare in omnibus præ- 33
terquam in iis, quæ sunt contra articulos fidei, aut vniuersalem statum Ecclesiæ, *c.literas, & ibi gl.in ver. nõ potest,de rest.spol.gl.in c.proposuit,in ver.dispẽsare,de cõcess.præb.* & quod Papa dispenset in voto†continen- 34
tiæ,probat Hostien.*in c.rursus,circa fi.qui clerici vel vouẽtes,*vbi quod sicut Papa potuit facere constitutionẽ, vt teneat matrimonium contractum à simpliciter vouente, sic etiam à solemniter vouente, Martinus Papa V. dispensauit, vt frater duceret in vxorem germanam suam,Archiepiscopus Florentinus *in summa, part.3.tit.1.cap.11.* Item quod filius fratris duceret in vxorem relictam patrui sui, super quo consuluit Ancharanus *in consilio 373.* & fuit in Rege Angliæ, vt per

vt per Fely.*in c.quæ in ecclesiarum,num.26. de constit.* & notatur *in c.fin. de diuort.* Item Iulius Papa II.dispensauit,vt rex Angliæ posset in vxorem ducere relictam fratris sui sine sobole. Item Celestinus Papa III. dispensauit, vt Henricus Imperator duceret in vxorem Constantiam monacham Regis Siciliæ filiam, super quo vide Roma.*in singul.596.an subdiaconus.* Et quod
35 possit dispensari † cum monacho filio Regis vnico, vt vxorem ducat,ne regium nomen pereat,scribit Io. Andr.*in c.actus legitimi,& in c.semel Deo,de regul.iur. lib.6.* Item Alexander Papa III. dispensauit cum monacho pro recuperanda familia Iustiniana. Et propterea concluditur posse Summum Pontificem ex magna causa in huiusmodi dispensare, quam opinionem tenuit D.Thom.*in 4.lib.sent.dist.28.q.1. artic.4.* licet contrarium dixerit *in 2.2.qu.88.art.fin.* sed illam primā opinionem amplexi sunt Canonistæ, & vt cōmunē secuti sunt plurimi Dd.quos refert Felyn.*in c.si quando,col.4.& seq.de rescrip.*& in terminis nostræ decisionis dicit Abb.*in d.c.per venerabilem,n.21.in fi.ver. sed puto talem dispensationem fieri non posse, nisi ex maxima, & vrgenti causa.* Ex quibus concluditur quantum pertinet ad opinionem Ioan. Andr. Summum
36 Pontificem super † radice matrimonij semper posse dispensare,dummodo si contra ius diuinum faciat,ex maxima, & rationabili causa, & in Potentatibus moueatur; Nec potest considerari rationabilis differentia,an Papa disponat super radice matrimonij ex nūc, an prout ex tunc, hæc enim distinctio dicta est in diminutionem huius potestatis, quod non licet sine ratione.

Sed vt decisio huius articuli clarior appareat, discurramus etiam per capita. Primum caput,de voluntaria iurisdictione, non debet habere difficultatem respectu subditi proprij, ex his quæ diximus in præcedenti articulo,*versi.& licet decisio.* Secundum caput de contentiosa iurisdictione, & respectu non subditi,
37 distinguendum est, quia aut † Papa legitimat quo ad actum spiritualem,puta quod illegitimus, etiam spurius possit fieri clericus,& religiosus, & tūc verissima est opinio, quod efficitur legitimus in totum,& vbique, etiam quod ad alia cōcernentia temporalitatem, vt probat Anton.de Butr.Abb.& cæteri *in d.c.per venerabilem,*atque Anton.de Rosell.*in d.tract.de legitimat.in tit.de legitimatis Principum clementia,n.16.ver. primo casu aut facit illum clericum.*
38 Aut Papa † legitimat quo ad actum temporalem, & tunc aut legitimat super radice matrimonij, & est expeditum, & ad hoc vide quæ congeruntur per Cardinal.Mantic.*de coniect.lib.11.tit.12.n.8.*aut nulla considerata causa spiritualium, neque radicis matrimonij, sed solum legitimat tanquam Summus Pontifex ratione iurisdictionis Pontificiæ, & tunc dico abso-
39 lutè, quod potest legitimare † etiam in terris laicorum,etiam exercendo contentiosam iurisdictionem, & non ratione peccati,ex his, quæ latissimè scripsi supra *part.1.c.6.in relect. extrau. Vnam sanctam,in 2.part.* Addo, hanc opinionem negari non posse respectu
40 imperij,quod † recognoscitur ab Ecclesia Dei. Item respectu illorum regnorum, quæ sunt feuda Ecclesiæ, & aliis Regibus concessa, etiamsi sit translata omnimoda iurisdictio, atque directum dominium in cor-
41 poribus singularibus, quia cum penes ipsum Summum † Pontificem concedentem remanserit illa vniuersalis iurisdictio,atque directū dominium in vniuersali, potest eius contentiosa iurisdictio per subditos illius loci prorogari. Nam si regulariter iurisdictio † contentiosa potest prorogari de persona in per- 42
sonam,*l.1.C.de iurisd.omn.iudic.l.1.& l.2.ff. de iudiciis, c.de causis,& c.penult.& c.fi. de offic. leg.*multo magis in Papa,qui retinet radicem dominij,& iurisdictionis translatæ in personam Imperatoris, vel Regis feudatarij, & super hac potestate exercendi iurisdictionem contentiosam vbilibet,vide quæ scripsi *in d.extrauag. Vnam sanctam.*

CASVS LXXX.

Testatorem non posse monasterium, vel Ecclesiam ab hereditate excludere,si heres institutus factus fuerit monachus.

SVMMARIA.

1 *Statutum quod ingrediens monasterium non succedat est contra libertatem Ecclesiæ.*
2 *Testator non potest monasterium, vel Ecclesiam ab hereditate excludere si heres factus fuerit monachus.*
3 *Conditio seu grauamen à testatore appositum contra professionem religionis,reiicitur.*
4 *Testator non potest vti clausula,nō obstante tali lege.*
5 *Funeris impensam debere fieri secundum facultatem testatoris,nec ipsum testatorem posse prohibere.*
6 *Testator non potest grauare heredem clericum,vt conueniatur coram iudice laico.*
7 *Menoc.lib.4.*præsumpt.83.*reprobatur.*
8 §.sed & hoc præsenti,authent. de sanctissim.Episcop.*declaratio.*
9 L.Deo nobis, C. de episcop. & cleric.*est correcta per Imperatorem.*
10 *Consuetudine nulla induci potest, vt testator expresse monasterium,vel Ecclesiam excluderet.*
11 *Consuetudinem inducere est iurisdictionis.*
12 *Laici non possunt statuta facere,quæ tangant competentia clericis de iure communi.*
13 *Consuetudo mixta clericorum, & laicorū non datur.*
14 *Testator neque de rigore iuris, neque de consuetudine potest inducere cōditionē in præiudiciū religionis.*

CVm argumentum à statutis ad testantium dispositionē procedat,vt scribit Euerard.*in loco ab vltima voluntate ad statutum, legem, vel consuetudinem,* & statutum † quod ingrediens monasterium non succedat,sit contra libertatem Ecclesiasticam,vt probant Canonistæ *in c.in præsentia,de probat.*Fel.*n.35.* Dec.*n.53.*& scripsi supra *cas.76.* Ideo videndum est, an pari, vel simili, aut certa ratione idem dicendum sit, cum testator priuat suum heredem hereditate, si religionem ingressus fuerit. Et videtur respondendum esse negatiuè per text.*in l. Deo nobis, C.de Epis.& cleric.*vbi patri permittitur, ne quid amplius filio relinquat vltra legitimam,si religionem professus fuerit. Sed pro resolutione,distinguo per duos articulos. 1

Primus articulus est in puncto iuris: Testatorem 2
non † posse monasterium,vel Ecclesiam ab hereditate excludere, si heres institutus factus fuerit monachus.Hanc opinionem tenēt Canonistæ *in c.in præsentia,de probat.*Ant.de Butr.*n.27.*Aretin.*n.76.*Fel.*n.67.* Bald.*n.18.*Ab.*in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, n.55.versic.ex his infertur, de constit.*eandem amplexi fuerunt antiquiores, & grauiores iuris ciuilis interpretes, primus omnium Thom.de Formaginis,quam disputando cū Riccardo de Malumbris,sic conclusit,vt eorum disputationem referens Io.Andr. sequitur hāc opinionem *in ad-*

in additionib. ad Speculat. in tit. de statu Monach. circa med. versi. disputata fuit hæc quæstio, Alberic. de Rosate refert eandem & sequitur *in d. l. Deo nobis, n. 7. & 8. & in tract. de statutis part. 2. q. 104.* Bart. *in l. 3. n. 1. ff. de his quæ pœnæ nomine.* Roman. *in l. stipulatio hoc modo concepta, n. 17. ff. de verborum obligat.* Immola *in l. Lucius, in 2. circa fi. ff. de heredib. instit.* Socin. sen. *in d. l. 2. n. 1. ff. de his quæ pœnæ nomine*, Ias. *in auth. si qua mulier, n. 11. in fi. C. de sacros. Eccles.* dicens, hanc opinionem in puncto iuris esse veriorem. Et pro hac opinione consuluerunt infra scripti, Bart. *in consil. 1. Parmensis, part. 1.* Angel. *in consil. 80. hæc quæstio, col. 2.* Alexan. *in consi. 121. num. 11. vol. 2. & in consi. 35. num. 7. vol. 3.* Socin. *in consil. 269. in princ. vol. 2.* qui dicit in consulendo, & iudicando ab hac opinione non esse recedēdum, & esse magis communem pro ea, testatur *in consil. 241. num. 3. in fin. eod. vol. 3.* De eadem testimoniū fert Dec. *in cons. 674. nu. 2. & seq.* addens in iudicando non esse ab ea recedendum, latissimè Roland. *in consi. 35. vol. 3.* qui plurimos refert, atque se ita respondisse excellentissimo Principi, & diligentissimè perscrutando iura, & scribentium auctoritates in hac materia cognouit omnem iustitiam esse pro hac opinione, & *ibid. num. 16.* dicit hanc opinionem melioribus rationibus, & auctoritatibus esse fundatam, Alexand. *in additionib. ad Bart. in d. l. 2. ff. de his quæ pœnæ nom.* dicit ita fuisse iudicatum Bononiæ, pro hac opinione idem testatur Immola *in d. l. Lucius*, Matthesil. *in sing. 52. incip. nota quod si testator*, dicit se mirari, quod monasteria monialium hoc iure non vtantur.

Habet hæc opinio textum pro se, qui inficiari non potest *in §. sed & hoc præsenti, in auth. de sanctissimis E-*
3 *piscop.* vbi conditio † seu grauamen à testatore appositum contra professionem religionis reiicitur, & pro nullo, & pro non scripto habetur: ergo monasterium semper succedit, licet testatoris contraria sit expressa voluntas. Sed testator contra legem expressam disponere non potest, *l. nemo potest, de legat. 1. l. quidam decedens, ff. de administr. tut. l. testandi. C. de testament. l. si quando, C. de inoffic. testam. c. tua nos, & c. requisisti, de testam.* cum aliis per Vasq. *de success. creat. §. 2. n. 5. in fi.*
4 *& §. 3. num. 5.* vnde testator † vti non potest clausula non obstante tali lege, quæ solis Principibus concessa est, *l. codicillis, §. fin. de legat. 3. & d. l. testandi*, per quæ iura ita firmat Angel. *in d. l. nemo potest*, cuius opinionem esse communem, testatur Vasq. *de success. creat. §. 6. num. 2.* & Ioan. Guttierez *in repetit. d. l. nemo potest, num. 157.* sic in simili, cum de iure disponatur impen-
5 sam funeris debere † fieri attenta ratione facultatum testatoris, *l. 1. §. fin. ff. ad legem Falcid.* non poterit testator facere, ne hęc lex in suo testamento locum habeat, *l. at si quis, §. hæc actio, ff. de relig. & sumpt. funer.* per quā legem ita concludit Ioann. Guttierez *in d. l. nemo potest*
6 *n. 90.* Item non posset testator † instituto suo herede clerico, ei præcipere, vt patiatur se conueniri coram iudice laico, Bal. *in l. 2. n. 4. C. vt in possess. legat.* Ripa *in d. l. nemo potest, n. 18.* quia contra *authen. statuimus, C. de Episc. & cler. & c. 2. de iudic. cum vulgaribus*, propterea omnes istæ conditiones, & grauamina in præiudicium religionis, reiiciuntur, & contra leges posita, pro non scriptis habenda sunt.

7 Neque potest procedere responsio Dd. citatorū à Menochio, † qui contrariā sectantur sententiā *in lib. 4. præsump. 83. n. 16. ver. primo affertur*, vbi quod procedit ex præsumpta voluntate testatoris, non exprimentis expresse conditionem, de qua tractamus, tunc enim illa conditio reiicitur fauore religionis, & præsumitur ita voluisse testatorem. Sed quando testator verbis expressis id iussit, monasterium excluditur, vt idem Menoch. probat *ibi. n. 2. ac plur. seq.* cum aliis ad hoc citatis per Franch. *decis. 29. per tot.* Quia *in d. §.*
† sed & hoc præsenti, expressè testator monasterium 8
excludit, probatur. Nam heres erat purè institutus, deinde grauatus restituere sub conditione si liberos non procreauerit, vel si absque liberis decesserit, & monasterium ingrediatur, quo casu Imperator substitutionem sub ea conditione factam, inualidam esse, & pro non scripta haberi, disposuit: ergo monasterium per dictum text. succedit contra expressam voluntatem testatoris. Imo si voluntas testatoris in casu *d. §. sed & hoc præsenti*, non appareret manifesta, idem respondendum esset, cum non possit assignari ratio diuersitatis, & in vtroque casu semper fauor religionis militet. Et per hunc text. opus est fateri hanc esse veram opinionem in puncto iuris, quicquid cæteri in hoc garriant, & per hunc text. dicunt communiter corrigi text. *in d. l. † Deo nobis*, qui etiam parum facit, 9
tanquam præiudicialem religioni, & à non habente potestatem conditum, ex notatis *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ*, & diximus sæpius.

Secundus articulus est: Nulla † consuetudine, etiam 10
immemorabili posse induci, vt testator expresse possit monasterium, vel Ecclesiam excludere, si heres institutus ingrediatur religionem. Quia introducere consuetudinem † est iurisdictionis, ipsa enim est lex, Ale- 11
xand. *in consil. 173. num. 12. vol. 6.* ergo ille populus potest introducere consuetudinem, qui potest facere statutum, Bald. post gloss. *in l. 2. in 1. & 2. opposit. C. quæ sit longa consuet.* Innocent. *in c. cum accessissent. de constit.* Alexan. post alios quos refert *in l. si non speciali, col. 2. C. de testam.* sed laici † non possunt statuta facere, quæ 12
tangant competentia clericis de iure communi, siue ex priuilegio, vt est receptissima omnium Dd. sententia *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ*, & scribit Surdus *in consi. 2. vol. 1. & consi. 301. vol. 3.* Honded. *in consi. 3. vol. 1.* etiā si ob publicam vtilitatem, nulla facta mentione ipsorum, & in re communi cum clericis, vt diffuse scripsi supra *casu 1.* ergo neque possunt inducere consuetudinem in præiudicium religionis. Nec est recurrendum ad illam consuetudinem † mixtam clericorum, 13
& laicorum, quia hæc non datur, vt scripsi supra *casu 63.* Imo clerici non possunt facere consuetudinem, vt post Hostiens. probat Bald. *in c. cum omnes, in fin. de constit.*

Ex quo infertur non bene sentire dicentes, non posse testatorem † huiusmodi expressam prohibitio- 14
nem facere de rigore iuris, ipsam tamen factam sustineri vigore generalis consuetudinis, vt per Bald. *in d. l. Deo nobis, in princ. n. 1.* cum aliis per Cardinal. Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 18. numer. 29. vers. sed contrariam opinionem, vsque ad numer. 31.* & per Franc. *in dict. decis. 29. numero 4.* vbi quod opinio, de qua in præcedenti articulo, est verior, & communior, sed hæc contraria est vsu recepta, & debet præferri. Nam cum consuetudo prædicta induci non possit in præiudicium religionis illa communis opinio, fundata in expressa dispositione iuris obseruanda est, etiam iubente Episcopo, per ea quæ scripsi supra *in part. 2. cap. 41.* vide pro hoc articulo quæ scripsi infra *in casu 95.*

CASVS

CASVS LXXXI.

Legatum factum vxori donec castè vixerit,& lectum vidualem seruauerit,debetur eidem, etiamsi monasterium ingrediatur: Non obstante, quod communis vsus loquendi contrarium intelligeret.

SVMMARIA.

1 *Legatum factum vxori donec castè vixerit, an debeatur si ingrediatur monasterium.*
2 *Statuentes non censentur cogitasse de casu quem non possunt.*
3 *Viduæ ingredienti monasterium debetur legatum cum clausula,*donec castè vixerit.
4 Vidua *quæ propriè dicatur.*
5 *Ingressus religionis comprehenditur sub conditione viduitatis seruandæ.*
6 *Vsusfructus non extinguitur per ingressum religionis.*
7 *Testatoris mens interpretatur, vt non trahatur ad odiosa.*
8 *Mariti mortui memoria offenditur per secundas nuptias relictæ.*
9 *Mariti memoria honoratur, si eius relicta ingreditur monasterium.*
10 *Testator præsumitur se conformare cū iure communi.*
11 *Communis vsus loquendi non attenditur contra propriam verborum significationem.*
12 *Nec attenditur in præiudicium religionis.*

Similitudo magna est in interpretando statuto disponente viduam fore vsufructuariam bonorum mariti prædefuncti, atque legato eiusdem vsusfru-
1 ctus † facto vxori, si in vtroque adsit clausula; *donec castè vixerit,& lectum vidualem seruauerit*; An eidem viduæ debeatur, si monasterium ingrediatur, & loquor de interpretatione huius clausulæ, non de potestate disponentis, quia diuersa sunt principia vtri-
2 usque negotij,cum statuentes † non possint expresse, & tacitè non censentur cogitasse de casu, quem non poterant, vt sæpissimè hoc fundamētum exarauimus in præcedentibus, & testator disponendo ad sui libitum, non arrogat sibi iurisdictionem super Ecclesiasticis,vt dicitur *in c.fin.de rebus Eccles.non alienan.* sed quia huiusmodi legatorum frequentissimus est vsus, propterea fauore religionis de huiusmodi legato quæro, & decisiuè respondeo, viduæ ingredienti mo-
3 nasterium, † deberi legatum sub hac clausula factum, quam opinionem affirmauit primo Bald. *in l.Deo nobis,num.11.C.de Episcop. & cleric.* & sequuti sunt Alex. *in l.mulier,§.cum proponeretur,ff.ad Trebell.* Ias.*in l.fin. n.33.C. de indicta viduit.tollend.* Paulus de Montepico *in l.Titia,§.Titia cum nuberet, n.146.de legat.2.* Alciat. *in consil.62.num.11.lib.2.*Cremens.*sing.142.* Cardinalis Mantica *in tract.de coniecturis, li.11.tit. 19.n.27.& seq.* Io.de Arnono *in soliloq.33.* Chassan.*in consue. Burg. rubr.4.in §.femme mariée,in ver.pour en iouir sa vie durant,nu.5.*Gabr.Sarayna *in addit.ad Mathesil.in d.sing. 142.* ex quibus patet esse receptissimam sententiam. Ego etiā hanc opinionem libenter amplector.Pri-
4 mo ex interpretatione verbi *viduæ*:† nam licet vidua dicatur,quæ maritum adhuc non habuit, *l.manum,§. viduam,ff.de verbor.signif.*tamen ex communi vsu loquendi illa propriè dicitur vidua,cuius maritus mortuus est,*c.vidua,distinct.34.*&permanet separata à marito,vt ibi dicit Arch.*c.ex tenore,c.ex parte, vbi expresse hoc dicit.*Abb.*de foro comp.* & sequitur Fely. *in proœ. decret.col.2.*Rebuff.*in d.l.maliū,§.viduā, col.3.vers. primo limitatur,*dicit, vsus obtinuit, vt illa tantum dicatur vidua, cuius maritus mortuus est, & Bald. *in l.decreto,n.1.C.ex quibus caus. infam. irrogat.* dicit,propriè viduitas stat in continentia,Riminald. iun.*in cons.112. num.94.vol.2.*post Bald.*in consil.267.n.4.vol.5.* quem refert, dicunt, ista verba, ipsa stante in habitu viduali, ac honorem & lectum seruante, intelligenda esse, id est, si ipsa non nupserit. Sed nullo meliori, & honestiori modo dicitur ipsa relicta continentiam seruare,atque non nubere,quàm si religionem profiteatur, ergo species hæc non nubendi carnaliter, de quo secundum communem vsum loquendi testator intellexit, videlicet per ingressum † religionis, compre- 5
henditur sub genere viduitatis seruandæ, & multo magis dicere debemus fauore religionis, cū per eius ingressum non extinguatur vsusfructus, † sed donec 6
relicta vsufructuaria vixerit, monasterio acquiritur, vt post gloss.tradit Bart.*in auth.ingressi,in 1.lect.in fin. & in repetit.num.52.& seq.C. de sacros.Eccles.* Bal. *n.12.* Ias.*n.48.*Alexand.*consil.10.num.14.vol.5.*Abb.*in c.fin. num.2. de pignorib.* & esse communem sententiam testatur Couarr.*in c.2.nu.8.de testam.* Item ex alio, quia mens testatoris, quæ in hoc negotio spectanda est, magis colligitur ex ratione, quàm ex verbis, Bald. *in consil.131.à capite.col.3.sed hic est aduertēdum.vol.3.*per text.*in l.iuris gentium,§.pactorum.ff.de pact.*sed ea mēs 7
testatoris † fuisse creditur, ne ad ea dispositio sua trahatur, quæ odiosa sunt, *l. Lucius. in 2.de legat. 2.l.testamento centurio,ff.de manumiss.testament.cap. 2. de filiis presbyteror.lib. 6.* Decius *in consil.361. col. 3. in fin.* Crauet.*consil. 256. colum. penultim.versicul. quinto adduco*, & maxime odiosum esset, si bona peruenirent ad eum,à quo iniuriam accepit,gloss.*in l.athletæ.§.1.ff. de excus.tut.*dico ad secundum maritum, propter cuius repetitum matrimonium, anima testatoris † of- 8
fenderetur,*§.sin autem tutelam, §. quæ nunc vero,vers. nos igitur, & §. soluto, in auth. de nupt.* mariti enim prioris memoria negligitur,vt ibi probatur,quam esse grauissimam iniuriam,probat Aretin. *in consil.154.periculosum, n. 7. versic. sed posito sine præiudicio*, ex his constat mentem testatoris in hoc casu fuisse, ne bona legata peruenirent ad secundum maritum,àquo testatoris memoria offenderetur: sed si dicta eius relicta fieret † monialis, satis honoraretur defuncti testato- 9
ris memoria, vnde verisimiliter potest præsumi hic casus cogitatus,& comprehensus, vt in similibus terminis conditionis viduitatis seruandæ dicit Laurentius de Pinu *in consil.30.n.2.*licet non expressisset,quia militat ratio finalis suæ dispositionis, ne bona perueniant ad eum, à quo molestiam, & iniuriam eius memoria penes posteros pateretur.

Solum Raynaldum Corsum inueniri hucusque,dissentientem ab hac opinione, qui *in lib.2. indagationū iuris,c.23.* mouetur, ex eo quia testator † præsumitur 10
conformare cum communi vsu loquendi,qui in vltimis voluntatibus interpretandis primum locum obtinet,ex latè congestis per Cardinal.Mantic. *lib.3.cap. 8. de coniecturis*, & secundum ipsum, viduæ intelligantur,quæ manent in hereditaria domo mariti, atque honestum matris familias nomen custodiunt. Neque vitæ monasticæ competere nomen viduæ ait, quinimo ipsam desponsari Deo, atque mutare nomen,& habitum,fierique nouam creaturam.

Sed

11 Sed certè communis † vsus loquendi non attēditur contra propriam verborum significationem, & naturam, quia iura sapientum deturpari nō debent per ora rusticorum, & idiotarum, secundùm Bald. *in l. 2. C. de successor. edict. & in c. 1. de feud.* in quibus, seu in eorum sensu non cadit veritas, aut differentia vocabulorum, vt testatur glo. *in l. quid si nepotes, ff. de testament. tut.* tales enim locutiones imperitarum personarum non sunt propriæ, sed abusiuæ, *l. item prætor, §. 1. ff. de*
12 *suis & legit.* Quod multò fortius † procedit in præiudicium religionis, cui non potest per laicorum consuetudines & imperitiam loquendi fieri aliquo modo præiudicium: imò in hoc casu, relicta ingrediens monasterium vidua dicitur, quia stat in continētia, & sine viro est, vt dixi, & licet monasticam vitam professa fuerit, tamen semper aget, atque in iudicio comparebit vt vidua relicta sui mariti prędefuncti, imò in foro dicti sui viri, Io. Andr. *in additionibus ad Spec. in tit. de competentis iudicis aditione, §. 1. vers. 44.* professio non repugnat viduitati, quę per religionem caret illa dualitate, matrimonium spirituale fit cum anima; ergo nihil obstātiæ cognoscere possum, cur fauore religionis legatum consequi non mereatur, vide pro hoc articulo quæ scripsi *in casu 95.*

CASVS LXXXII.

Clerici iuuātur statutis disponentibus stādum esse iuramento damnum passi, licet eisdem non iuuentur forenses.

SVMMARIA.

1 *Statuto, quod stetur iuramento damnum passi, non gaudent forenses.*
2 *Statutum quando liget forenses.*
3 *Clerici possunt gaudere beneficio statuti, quod stetur iuramento damnum passi.*
4 *Clerici non desinunt esse ciues ciuitatis.*
5 *Clerici originales & alienigenæ sunt de districtu.*
6 *Dicuntur ciues priuilegiati.*
7 *Sustinent onera spiritualia, non temporalia.*

1 Licet forenses † non possint vti beneficiis statutorum, disponentium, quod ad probandum damnū stetur iuramento damnum passi, vt probat Castr. *in l. omnes populi, in fi. ff. de iust. & iur.* citans ad hoc Bart. *in tractatu repressaliarum.* Idem Castr. *in cons. 156. statutū supra relatum, vol. 1. & in cons. 424. in fi. vol. 2.* Alber. *in 2. parte statutorum, quæst. 9.* Soci. *in cons. 120. vol. 1.* Rom. *in cons. 224. ista captura, nu. 6.* qui testatur esse communem opinionē, Alex. *in l. inter claras, in verb. exheres, C. de summa Trinit. & in cons. 41. nu. 3. & cons. 111. vol. 7.* Marsi. *cons. 253.* cum plurimis aliis ad hoc allegatis per Mandos. *in additio. ad Rom. in d. cons. 224.* & per Plotum *de in litem iurando, nu. 854.* & latè per Parisium *in consi. 12. n. 26. vol. 3.* Cuius beneficij exclusionis rationē
2 putat Plotus, quia forensis † non subit onera. Ego autem omisis multis, quæ ad hoc propositum non pertinent, veram rationem arbitror, quia hoc statutū disponit de personis, & iuribus personalibus, vnde secus esset si de rebus & iuribus realibus disponeret, quia concernit territorium, & sicut statutum excludit, ita includit forenses pro rebus sibi subiectis, vt prudentius consuluit Alex. *in cons. 44. vol. 5.*

3 Tamen huiusmodi statuti beneficio † gaudere possunt clerici, vt conclusum est communiter per scribētes, Cast. *in d. l. omnes populi, n. 8. vers. item an clerici.* Alex. *in d. consi. 41. n. 4. & seq. & in d. cons. 111. vol. 7.* Dec. *in cons. 114. in 1. dubio. & in cons. 275. in 1. dubio.* cum aliis ad hoc cumulatis per Plotum *in d. tract. de in litem iurando, n. 854. vers. clerici tamen.* qui post alios testatur esse communem opinionem.

Et ratio est, quia clerici † vt pluries firmauimus, nō desinunt esse ciues illius ciuitatis, Bart. *in l. 1. n. 11. ff. ad municip.* Bald. *in c. 1. de vasall. qui arma bellica depos.* vbi dicit, ecclesiasticos esse de corpore ciuitatis, Oldra. *in cons. 32. & cons. 74.* Natta *in tractatu de statuto exclusiuo fœminarum, in 3. q. principali, n. 85.* Marsi. *in tract. de bannitis, in ver. ciuitate, n. 116.* Castr. *in cons. 52. vol. 1.* Fel. *in c. Rodulphus, de rescript.* Bertr. *in cons. 92. visum est, lib. 5.* & diffusè scribit de hoc Chass. *in consuetud. Burgund. rubric. 13. §. 9. n. 2.* vbi post Oldrad. Io. Andr. Roman. &
Abbatem probat, clericos esse † ciues districtuales. Et hoc procedit non solum in clericis originariis, sed etiam in alienigenis, dummodo in loco habitent, vel habeant beneficia, quia habentur pro ciuibus, dum moram ibi trahunt, Bar. *in l. ciues, C. de incol. lib. 10.* Andreas Barbat. *in c. Rodulphus, n. 137. de rescript.* Fel. *in c. dilectus, in 2. n. 2. de rescript.* Boer. *decis. 260. n. 20.* Et licet dicantur † ciues priuilegiati, vt dicit Alex. *in d. cons. 41. n. 4. vol. 7.* tamen debent gaudere beneficiis statutorum: ne concessa in priuilegium, resultent in odium, contra regulam *l. quod fauore, C. de legib. & l. nullam, ff. eod. tit.* Et licet † non sustineant onera temporalia, tamen sufficit eos sustinere spiritualia, vt orationes & vigilias in loco statuti, vt dixi supra *in casu 9.* & etiam per modum priuilegij, & libertatis ecclesiasticæ dictorum statutorum beneficiis vti possunt.

CASVS LXXXIII.

Statutū disponens super publicatione bonorum tractorum extra territorium, nō habet locum in fructibus bonorū ecclesiasticorū. Et quid si clerici clam extrahant bona alterius, an illa sint publicāda.

SVMMARIA.

1 *Statuto vetante extractionem bladorum non ligantur ecclesiastici.*
2 *Etiam in bonis patrimonialibus.*
3 *Clericus deferens res alterius dicens esse suas, facit illas incidere in commissum.*
4 *Mulio, qui defert res alterius, non soluens gabellam, facit eas incidere in commissum.*
5 *Dominus mercium commissarum per gabellam, quando restituitur in integrum.*
6 *Gabella publicat merces interceptas, nulla admissa excusatione mulieris.*
7 *Clerici iuramento statur contra gabellarios, dicentis res esse suas.*
8 *Iudex ecclesiasticus est competens in cognoscendo de bonis clerici, exemptis à gabellis.*

Statuto † deuetus extractionis bladorum extra territorium, non ligantur ecclesiastici pro fructibus 1
recollectis de bonis ecclesiasticis, vt probat Ripa *in tit. de remediis præseruatiuis ad conseruandum vbertatem, n. 122. in tract. de pest.* & post alios relatos sequitur Plotus *in tract. de in litem iurando, n. 189. vers. ex ipso tamen decreto,* quod habere locum, etiam si ex bonis
† patrimonialibus clericorum recollecti fuerint, satis 2
probari potest ex dictis supra *casu...*

Sed difficultas est, quid si clericus † deferat res al- 3
terius

terius non exempti, dicens esse suas. Certè faciat illas incidere in commissum, Bart. per illum tex. *in l. si. C. de annonis & tribut. lib.* 10. quem citat Bertach. *in tract. de gabellis, parte 7. q. 20. nu. 42.* addens simile esse in collectis, quo casu res illis suppositæ, assertæq; clericorum, debent confiscari, Bart. *in l. 1. C. de nauib. non excus. lib.* 10. Neque releuet, quod nō de sciétia domini fuerunt
4 datæ clerico, prout dicimus de mulione, † qui portauerat merces alterius, & non soluerit gabellam, vt non sint ex eius culpa publicatæ merces: & si per statutum esset dispositum, quod merces publicentur, cuiuscunque sint, ex sola culpa, vel dolo deferentis, quod statutum valet, vt probat Paul. de Castro, & Roman. *in l. cotem. §. dominus, ff. de publicā. & vectigal.* eo casu ipse mulio teneretur domino mercium: & si non esset sol-
5 uendo, datur de iure domino mercium † restitutio in integrum ex clausula generali, argumento eorū, quæ notat Innoc. *in rubric. de consuetud. col. fin.* & ita dicunt Immola, & Rom. *in d. l. cotem, §. dominus.* ex notatis per Bart. ibidē, & sequitur Alex. in additionibus. Sed istis non obstantibus contrarium fuit decisum Neapoli in tribunali Regiæ Cameræ, vt scribit Regens Reuerterius *in suis votis,* quæ ego habeo manuscripta: & fortius hoc procedit, si fuissent facta banna, quod qui nō soluit iura doganarum, & alia vectigala, amittat merces interceptas, & non posit se excusare ob culpam
6 mulionis, vel † alterius commisi, seu factoris, vel ministri, aliàs nunquam merces extractæ contra deuetum, inciderent in commissum ob dirictus non solutos, quia nunquam, vel rarò vehuntur per dominos mercium.

Declaratur resolutio istius difficultatis. Nam si ga-
7 bellarij dicerent res esse alienas, clerici † autem proprias, stabitur iuramento nedum clericorū, sed etiam nuntiorum, nisi repugnaret qualitas personarum, Card. *in clem. præsenti, de censib.* Doct. communiter *in l. cætera, §. sed si quis, de legat.* 1. Francisc. Marc. *decis.* 41. *parte* 1. *& decis.* 268. *parte* 2. cum aliis per Roland. *in consi.* 71. *n.* 24. *vol.* 4. & si opus esset determinatio iudi-
8 cis, ad ecclesiasticum † recurrendum est, vt in his terminis probat idem Card. *in d. clem. præsenti, in* 9. *q. per textum ibi, in vers. locorum diœcesani.* cum aliis per Roland. *in d. consi.* 71. *nu.* 25. *vol.* 4.

CASVS LXXXIV.

Stante statuto, quod libri mercatorum faciant plenam fidem, non possunt facere fidem contra clericos, præsertim extra actum.

SVMMARIA.

1 *Statutum vel consuetudo dictans dari fidem libris mercatorum, non valent.*
2 *Libri mercatorum an faciant fidem contra ecclesiasticos, vigore statuti.*
3 *Statutum de adhibendo fidem libris mercatorum intelligitur de pertinentibus ad mercaturam.*
4 *Libri mercatorum non faciunt fidem de fideiußione, etiam stante statuto.*
5 *Priores artium habentes iurisdictionem in hominibus illius artis, intelliguntur de pertinentibus ad illam artem.*

1 CONclusum est inter Doctores, statutum, † vel consuetudinem de adhibendo plenam fidem libris mercatorum, non valere, quia inducit facilitatem delinquendi, & peccandi, Felyn. *in c.* 1. *de fide instrument. & in c. sicut, de probationib.* Bald. *in l. vnic. C. de confess.* Abb. *in c. bona, in* 2. *de postulat. prælat.* Barto. *in l. nuda ratio. ff. de donat. & in l. quædam, ff. de edendo. & ibi* Angel. *in §. nummularios.* & in specie de libris mercatorum Florentiæ, quod non probent, non obstante statuto Florentino, propter eandem rationem, conclusum fuit in Rota Vrbis, vt *in nouissimis decis.* 951. *lib.* 3. *fol.* 232.

Sed quia in tota prouincia Etruriæ condita sunt huiusmodi statuta, super quorum validitate inueterata est consuetudo iudicandi: dubitatum est, an alia ratione posset dici, libros prædictos † nullam fidem 2
facere contra ecclesiasticos: & licet veri termini iurisdictionis sint, ex defectu potestatis non præsumi statuentes velle clericos comprehendere, de quibus in specie disponere non poterant. Item quod statuta laicorum non sint obseruanda in Curia Episcopi, vt sæpius probauimus supra: tamen omissis his terminis, qui etiam iudicibus mercatoribus persuaderi non possunt, dicendum est, etiam clericos absoluendos esse. Quia regulariter hoc statutum † debet intelligi de 3
pertinentibus ad mercaturam, non autem extra actum mercaturæ, Fel. *in c. cæterum, num.* 8. *in fine, de iudic. & in c. post miserabilem, col.* 2. *in fine de probat.* Aretinus *in consi.* 33. *incip. consultatio præmissa, col.* 1. Roman. *in consi.* 205. *in puncto proposito, col.* 1. *& ibi Addentes.* & hanc esse communem opinionem probat Roland. *in consi.* 92. *n.* 7. *& seq. vol.* 3. Alba. *in consi.* 95. *n.* 12. *& consi.* 577. *n.* 9. *& cons.* 719. *n.* 7. Crauetta *de antiquit. tempor. parte* 1. *n.* 267. *vers. rursus talis, & n.* 256. *vers. quinto intellige.* Dec. *in c.* 2. *n.* 18. *de fide instrumen. & in c.* 1. *n.* 30. *de proba.* Viuius *in suis communib. opin. in ver. statutum iubens libris, vers. dictumque statutum.*

Et ad hoc est textus *in l. si quis ex argentarijs, §. in ratione, ff. de edendo.* qui ait, si argentarius in libro suo scripsit pignus, non censetur esse actus pertinens ad eius negotiationem, & ibi Ias. notat hoc, idem Ias. *in consil.* 103. *vol.* 1. consuluit non esse adhibendam † fi- 4
dem libris mercatorum, in quibus erat scriptum, Titium fideiussisse, quia fideiussio non erat de pertinentibus ad eorum mercaturam, & sequitur Alba *in d. consil.* 577. *n.* 12. Idem Alb. *in consi.* 576. scripsit non esse credendum libris mercatorum, vbi erat descriptum, presbyterum Simonem post mortem Antonij promisisse soluere ipsis mercatoribus quod debebat Antonius, & ita loquitur in terminis huius articuli.

Pro quo etiam facit, quod voluit Guglielm. de Cun. *in l. nulli, C. quorum appell. non recip.* quod licet priores
† artium habeant iurisdictionem ministrandi iustitiam inter homines suæ societatis illius artis, tamen 5
intelligitur tantum circa res pertinentes ad illam artem, & non circa alia. Item alia similia pro comprobatione huius articuli congerunt Barbatia *in cap. cum ordinem, col. fin. de rescript.* & Marsil. *in repetitione rubricæ, ff. de fideiussorib. num.* 209. *vsque ad* 213. *& in l. fin. n.* 168. *& plur. seq. ff. de iurisd. omn. iudic.* & Roland. *in d. cons.* 92. *vol.* 3. vbi vide.

CASVS LXXXV.

Statutum, quod occisor non succedat occiso, non comprehendit clericos perpetrantes homicidium, etiam cum qualitate: nec potuit inferre præiudicium fisco ecclesiæ.

SVMMARIA.

1 *Statutum, quod occidens non succedat occiso, est validum.*
2 *Statutum, quod occisor nihil possit habere inter viuos, vel vltima voluntate, quomodolibet de bonis occisi est validum.*
3 *Fiscus aufert bona ab occidente, qui poterat esse hæres occisi.*
4 *Statutum, quod occidens non succedat occiso, habet locum in homicidio qualificato.*
5 *Statuta auferentia successionem ab occisore proximiore occisi, non comprehendunt ecclesiasticos occisores.*
6 *Occidens aliquem, qui est proximior, succedit de iure communi, sed fiscus aufert tanquam ab indigno.*
7 *Frater si fratrem occidit, priuatur feudo, quod vadit ad agnatos, secus si feudum non sit paternum.*
8 *Statutum auferens successionem occisi ab occisore est correctorium iuris communis.*
9 *Statutum interpretatur, vt minus corrigat ius commune quàm sit possibile.*
10 *Dispositio correctoria & odiosa extenditur ex rationis identitate pro euitando peccato.*
11 C.I. de homicid. lib. 6. *extenditur ad personas maximi gradus.*
12 *Et comprehendit Cardinales.*
13 *Prælati Ecclesiæ debent plus aliis à fraude esse alieni.*
14 *Statutum correctorium pro euitando peccato ex defectu potestatis non comprehendit ecclesiasticos.*
15 *Statutum generale nunquam exenditur ad personas non subditas.*
16 *Statuentium dispositio commensuratur à potestate.*
17 *Iurisdictio non confertur à publica vtilitate, nec à causa euitandi peccati.*
18 *Statuta auferentia successionem occisi ab occisore intelliguntur etiam si ad defensionem factum fuerit.*
19 *Dictio,* penitus, *est præcisa, nec recipit modificationem.*
20 *Aduerbium* omnino *est affirmatiuum, & intelligitur etiam ex leui causa.*
21 *Aduerbiū* nunquam *potentius operatur in omni casu.*
22 *Clericus occidens aliquem ad sui defensionem non priuatur eius successione de iure communi.*
23 *Clericus occidens ad sui defensionem non incurrit irregularitatem.*
24 *Item si occideret occupatorem rerum ecclesiæ.*
25 *Statuta non recipiunt interpretationem à iure communi, quod corrigunt.*
26 *Donatio perditur à donatario occidente donantem.*
27 *Fiscus non aufert à donante occidente donatarium, cui nihil erat quæsitum.*
28 *Statutum idem disponens, quod ius commune, debet aliquid operari.*
29 *Expensæ litium debentur victori, stante statuto, etiam si victus habuit iustam causam litigandi.*
30 *Statutum vt aliquid operetur, debet interpretari vltra ius commune.*
31 *Statuta excludentia fiscum à publicatione bonorum homicidæ, dicuntur contra libertatem ecclesiæ.*
32 *Ecclesiam habere fiscum secundum communem sententiam.*
33 *Statuta cum tangunt iura ecclesiæ, etiam per indirectum, sunt contra eius libertatem.*

STatuto Perusij disponitur *in rubrica de homicidijs,* Si quis alterum interfecerit, cui ex testamento, vel ab intestato ipse, vel descendentes ex eo succederent, eo casu à successione prædicta, tanquam indigni, tam ipsi, quàm descendentes ex eo, penitus sint exclusi, atque successio deferatur ei, qui post dictos expulsos de iure admitteretur, ita quod non deferatur in fiscum. De cuius statuti † validitate, & quod dicatur priuare filios delinquentis etiam legitima, atque penitus excludere fiscum, latè consuluit Decius *in consil.* 525. 1

Simile statutum est Brixiæ, quod occisor † nunquā possit habere de bonis personæ occisæ per modum successionis ex testamento, vel ab intestato, nec per modum alicuius acquisitionis, nec contractus cuiuslibet, vel aliquo alio modo. Qui modi, per quos de ipsis bonis personæ occisæ talis persona homicida acquisiuisset, ipso iure & facto nullius sint momenti. Per quod statutum, ipsum occisorem fieri incapacem successionis prædictæ: neque ei aliquo modo queri posse, à quo tanquam ab indigno † fiscus auferre posset, & data occisoris incapacitate fiscum nihil prætendere posse, diffusè scripsit Andreas Barbatia *in consil.* 8. *in* 2. *dubio, vol.* 3. & Peregrin. *in consil.* 91. & multo magis dictum statutum † habere locum in homicidio qualificato, puta parricidio, vel assassinio, consuluit idem Barbat. *in d. consi.* 8. *in* 3. *dubio.* & Surdus *in consil.* 16. 2 3 4

Sed quia Peregrinus *in d. consi.* 91. insectatus fuit illā opinionem, etiam in casu, quo clericus diabolico spiritu ductus similia delicta perpetraret, conclusitque habere locum in ipso, vt veritas huius casus appareat, declaro per tres articulos.

Primus articulus est: Statuta † prædicta auferentia successionem ab occisore proximiore illi occiso, nullo modo posse comprehendere ecclesiasticos. Pro cuius veritate firmandum est, opinionem verissimam atque certam, Occisorem † proximiorem occiso, succedere illi de iure communi, à quo fiscum, tanquam ab indigno auferre. Quam firmarunt Baldus *in l. eam quam, n.* 10. *C. de fideicommiss.* post Dynum, quem refert & sequitur *in l. sequens quæstio, ff. ad Syllani.* Idem Bal. post Cynum *in l. hæreditas, C. de his quib. vt indign.* vbi subdit, quod Batt. qui tenet contrariam opinioné *in l. cum ratio, §. fin. ff. de bon. damnat.* dixit contra casum *l. his consequenter, §.* 1. *ff. famil. hercisc.* idem dixit Flori. contra Bart. *in d. l. his consequenter, §.* 1. Idem Bal. *in c.* 1. *§. similiter in primo, quibus modis feud. amitt.* ait, si frater occidit † fratrem, priuatur feudo, & vadit ad agnatos proximos, si est paternum, & non applicatur fisco; secus si non est paternum, quem refert, & sequitur Ioannes de Amicis *in cons.* 10. *n.* 9. eandem opinionem tenet Angel. *in l. fin. ff. si quis aliquem test. prohib.* & Sal. *in l. hæreditas.* Benedi. *in c. Raynutius, in ver. condit. in secundo, n.* 10. Andr. Barbat. *in d. cons.* 8. *in* 1. *dubio.* cum aliis per Boer. *decis.* 25. & hanc esse magis communem opinionem probat Peregrin. *in d. consi.* 91. *n.* 3. pro qua est casus *in l. Lucius, ff. de iure fisci.* 5 6 7

Ergo statutum † aufferens successionem occisi ab occisore, dicitur correctorium iuris communis, sed non potest intelligi corrigere respectu ecclesiasticorum. Primo, quia sufficit statutum in suo actu aliquid operari, & sic respectu laicorum, & postea, † vt minus corrigat, quam sit possibile, *c. cum dilectus, de consuet.* Alex. *in l. inter cætera, n.* 5. *ff. de liber. & posthu. & in l.* 3. *§. prætor ait, ff. de damn. infect.* Cur. iun. *in consi.* 7. *n.* 8. & *consi.* 105. *col.* 1. Paris. *consi.* 46. *n.* 68. *vol.* 1. & *cons.* 100. *n.* 6. *vol.* 3. Rolan. *cons.* 72. *n.* 37. & *seq. vo.* 3. Ias. *in l. omnes populi.* probat esse communem, Surdus *decis.* 56. *n.* 3. qui alios deferunt. 8 9

Et licet quando † agitur de salute animarum, & euitando peccato, dispositio correctoria & odiosa de 10

tali materia loquens, extenditur ex rationis identitate, Io. Andr. *in c. ex tenore, qui fil. sint legit.* quem sequitur ibi Ant. de But. & Abbas. Idem Abb. *in c. quæsiuit, de diuort.* per Bar. *in aut. sacramenta puberum, vers. quæro, vtrum ista, C. si aduers. vend.* Sicut dicimus, quod dis-
11 positio † *c. 1. de homicid. lib. 6.* respicit fauorem animarum, & ideo Io. Andr. ibi extendit ad personas etiam maximi gradus, & ideo cum loquatur etiam de Principe, ipse extendit etiam ad personas supra Principem, ex quo constitutio illa respicit fauorem animarum, & Reipublicæ secūdum eum, & Capyc. *decis. 155.*
12 *n. 23.* & ideo comprehendere etiam Cardinales, † probat Fel. *in c. ad aures, n. 31. de rescript.* & Cassador. *decis. 38. n. 5. de regul. Cancellar.* Et sicut dicimus, quod *in d. c. 1.* non fuerunt nominati Cardinales propter honestatem religionis, & ne Christianis detur scandalum, quod Episcopi & Cardinales possunt huiusmodi de-
13 licta facere. Nam cum maiori † dignitate sint prædi-ti oportet eos plus aliis à fraude esse alienos, vt notatur *in c. cum quidam, de iureiur. & l. presbyteri. C. de episc. & cleric.* & facit tex. *in clem. 1. de renuntiat.* & ideo Sarnens. *super regula de infirmis resignantibus*, alios citans, concludit *in dispositione d. c. 1.* comprehendi etiam Cardinales, & per prædicta concluserunt grauissimi viri, comprehendi etiam Archiepiscopum Pisanum, qui fuit furcis suspensus à populo Florentino propter coniurationem in Laurentium Medices, Socin. *in cons. 20. quæstio. 4. in fine, inter consilia Francisc. 1. Curtij.* Idem Curt. *consi. 21.* & cæteri illius temporis consultores. Ita cum per hoc statutum correctorium agatur de salute animarum, & euitando peccato, videtur etiam
14 comprehendere ecclesiasticos, † de quibus, propter honestatem, & ad euitandum scandalum, ne similia perpetrare videantur soliti, nullam mentionem facere opus erat.

Tamen hoc non procedit ex defectu potestatis; qua carent statuentes laici in clericos, & ideo non præsumuntur velle quod non est in eorum potestate, *c. à nobis, in primo, de sent. excomm.* cum aliis per Albam *in*
15 *cons. 375.* vnde statutum † quantumcumque generale non extenditur ad personas exemptas, neque subditas iurisdictioni statuentium, Bal. *in l. omnes populi.* Socin. *in cons. 74. n. 11. vol. 1.* Gozad. *in cons. 76. n. 12.* Ias. *in §. diui, in prima lectura n. 83.* Abb. *in c. constitutus, n. 4. vers. secus, de restit. in integr.* Ideo verba generalia statuti non possunt intelligi de personis exemptis, Syluan. *in cons. 73. n. 4.* Rimin. sen. *in cons. 313. n. 13. vol. 2.* Bursat. *in cons. 189. n. 33. lib. 2.* quia dispositio statuen-
16 tium † commensuratur ab eorum potestate, neque creditur personas exemptas in sua generali dispositione voluisse comprehendere, Abb. *in d. c. nobis, n. 4. & 5. de sentent. excomm.* Alex. *in con. 210. vol. 2.* Crot. *in cons. 75. n. 13.* Alba *in cōs. 8.* & ibi quod ecclesiastici, qui non subduntur statuentibus, sub statuto nullo modo includuntur, & quod in materia iurisdictionis valeat argumentum, si non possunt expressè, non præsumuntur tacitè voluisse, sæpius probaui supra. Nec illa publica
17 vtilitas, quam † considerauit Peregrin. *in d. cons. 91. nu. 11.* neque ratio euitandi peccati potuit dare iurisdictionem laicis super ecclesiasticos, quæ peccati euitandi ratio propriè consideratur per ius canonicum, ideo dispositio *d. c. 1. de homicid. lib. 6.* potuit comprehendere Cardinales, qui subsunt Pontificiæ potestati, quod secus est de clericis respectu laicorum.
18 Item hæc statuta † comprehendunt homicidium quomodocunq; factum fuerit, etiam si ad defensionem. Nam statutum Perusij priuat penitus occisorem, & descendentes eius à successione, & qui occidit ad defensionem homicidium perpetrat. Item quia dictio *penitus* † præcisa est, nec recipit limitationē, aut 19
modificationem, Ange. *in cōs. 31. viso laudo, col. 3.* Alex. *in l. qui vsumfructum, ff. de verb. oblig.* Dec. *in auth. qui rem. col. fi. C. de sacros. eccl. & in cons. 137. col. 1. & in cons. 401. col. 2.* Tiraq. *in l. si vnquā, in ver. reuertatur. n. 87. C. de reuoc. donat.* Et dictio *penitus* importat idem quod *omnino*, Albert. Brun. *in tract. de præpositionibus, n. 81.* & dictio *omnino* † est aduerbiū affirmandi, quod verifi- 20
catur etiam ex leui causa, vt dicit idē Albert. per tex. *in c. etsi Christus, de iureiur.* Multo magis hæc procedūt in statuto Brixiæ, quod dicit occisorem nunquam posse habere de bonis occisi; ergo comprehendit homicidium ad defensionem, quia adverbium *nunquam* † est 21
vniuersale negatiuum, quod potentius operatur, & in omni casu, *l. hoc iure, ff. de condit. & demonstrat.* & ibi Castrens. Immol. Cuman. & alii. Signorol. *consil. 68. quædam mulier, col. 2.* Riminal. iunior *in consi. 576. n. 45. & consi. 529. n. 9.* ergo non potest limitari in homicidio ad defensionem. Sed de iure communi clericus si aliquem † ad sui defensionem interficeret, non priua- 22
retur successione occisi, vt dixi, & fiscus non posset auferre ab eo, tanquam ab indigno, quia neque hoc casu peccaret, neque irregularitatem † incurrit, *clem. 1.* 23
de homicid. Iacobus de Grassis *in decisionibus casuum conscientiæ, cap. 64. n. 6. & seq. lib. 2.* Simon Maiolus episcopus Vulturariensis *in tractatu de irregularitatibus & aliis canonicis impedimentis, de homicidio, c. 48. n. 6. & seq.* Idem si occideret † occupatorem rerum ecclesiæ, 24
non esset irregularis, Innocent. *in c. olim, de restitut. spoliat.* Archidiacon. *in c. generali, de electione lib. 6.* Cardi. *in clem. 2. in 5. notabili, de relig. do.* ergo si prædicta statuta comprehenderent clericos, auferrent eis competentia de iure communi, & sic essent contra libertatē ecclesiasticam, & non valerent, vt communiter per scribentes *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* & scripsi sæpius supra. Neque possunt prædicta statuta † reci- 25
pere hanc interpretationem de iure communi, quod corrigunt, Bal. *in l. maximum vitium. col. 5. vers. vlterius quæritur, n. 14. C. de liber. præterit.* Alex. *consi. 227. ponderatis, col. 1. vol. 6.* Socin. *in con. 89. circa præmissum. num. 30. vol. 4.* Dec. *in l. 1. in secunda lect. n. 14. C. qui admitti.* & esse communem opinionem testatur Cotta *in suis memor. in verb. statutum.* Næuizan. *in consil. 95. n. 18.* Gozadin. *in consil. 19. n. 19. & consil. 59. n. 20.* Soc. iun. *in cons. 93. in fine, vol. 3.* Menoc. *in consi. 65. n. 57. & in consil. 88. n. 3. vol. 1.* qui dicit esse magis communem opinionem. Et licet aliqui velint recipere interpretationem de iure communi in eo, in quo non corrigunt illud, vt per addentes ad Bartolum *in leg. 3. §. hæc verba, ff. de negotiis gest.* Tamen prædicta statuta, vt dictum est, corrigunt in omni casu homicidij respectu dictæ successionis.

Secundus articulus est, cum tractatur de bonis, quæ debentur ex mera liberalitate donantis, tunc per homicidium † perpetratum à donatario contra do- 26
nantem, ipso iure perditur lucrum illorum, Bald. *in l. si tibi, C. de donat. ante nupt.* Guglielm. de Benedict. *in d. ver. condidit, n. 10. vers. & ita fuit alias arresto.* vbi testatur sic fuisse iudicatum; ergo fiscus † non auferet à 27
donatario, cui nil fuit quæsitum, & huc conferunt scripta per Barbatiam *in d. consil. 8. in 2. dub.* Quo casu, si idem disponeretur per statutum, neq; comprehenderet clericos. Nam cum statutum † disponens idē quod 28
ius

ius commune debeat aliquid operari vltra ius com-
mune, ne videatur fruſtra factum, gloſſ. *in auth. in ex-
hibendis reis, §. quia vero.* & ibi Angel. illam commen-
dat. Vnde licet victus non debeat condemnari in ex-
29 penſis, † quando habuit iuſtam cauſam litigandi, vt
habetur *in l. qui ſolidum, §. etiam, de legat. 2. & in l. eum
quem temerè, ff. de iudic. & in l. properandum, §. ſin autē
Cod. eod. titul. & c. finem litibus, de dolo & contumac.* Si
tamen per ſtatutum diſponatur, quod victus victori
condemnetur in expenſis, tunc etiam ſi habuerit iu-
ſtam cauſam litigandi condemnabitur, vt ſtatutū ali-
quid operetur vltra ius commune, vt tenet idem Ang.
in l. non ſolùm, ff. de rei vendic. & ſequitur Alex. *in conſ.
257. viſo proceſſu, in fine, & conſi. 183. viſo puncto, in fine,
volum. 5. & in additionibus ad Bartol. in l. 1. Cod. de the-
ſaur. lib. 10.* Et quod ſtatutum huiuſmodi debeat ali-
quid operari vltra ius commune, probat Marſ. *in pra-
ctica criminal. §. oportunè, n. 41. & ſequent. & in repetit.
30 rubricæ, ff. de fideiuſſo. n. 356.* Imò vt † aliquid operetur,
debet interpretari vltra ius commune, vt probat idē
Marſil. *in l. patre vel marito, num. 19. ff. de quæſtionibus.*
Saltem operabitur admonitionem vltra ius commu-
ne, puta ſi diſponeret ſuper reſidētia epiſcoporum, vt
aliquid operetur vltra ius commune, Fel. *in c. ſi autem,
n. 3. verſi. primo niſi ſtatutum, de reſcript.* Quo caſu illud
plus effectus, quod producturum eſſet ſtatutum, non
poſſet habere locum contra clericos ex defectu pote-
ſtatis, *dict. c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ.* neque potuiſſent ſta-
tuentes de ipſis intelligere, vt dixi in præcedenti ar-
ticulo, etiam ſi produceret ſolam mentionem, quia
nullo modo pertinet ad laicos in clericos diſponere,
etiam admonendo.

31 Tertius articulus eſt: Statuta † prædicta excluden-
tia fiſcum à publicatione bonorum clerici homicidæ
dicuntur contra libertatē eccleſiæ. Nam cùm proba-
tum ſit in primo articulo, homicidam non excludi de
iure communi à ſucceſſione occiſi, & ab ipſo interfe-
ctore auferre fiſcum, tanquam ab indigno; hāc igitur
bonorum publicationem faciet fiſcus delinquentis, &
ſic fiſcus eccleſiæ, vt probat Antonius de Butrio poſt
gloſſam *in c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb.* cum aliis
ad hoc adductis per Diaz *in ſua practica canon. c. 135.
n. 3. & ſeq. & ibi Addentes.* & de hoc ſcribam infra *in 2.
32 centuria, caſ. 137.* Et quod eccleſia † habeat fiſcū, dicunt
gloſ. & Ant. de But. *in d. c. quia diuerſitatem.* Cardin. *in
clem. 2. §. 1. de hæret.* Abb. *in c. 2. de ſucce. ab inteſt.* Fel. la-
tè *in c. irrefragabili, §. cæterū, verſ. quarta concl. de offi. or-
di.* Steph. Aufr. *ſuper Capell. Toloſ. deciſ. 274.* Et hanc o-
pinionem vti magis cõmunem, & vſu comprobatam,
probat Couar. *in lib. 2. variarum reſolut. c. 9. nu. 11.* & ſe-
quitur Franci. Marc. *deciſ. 339. n. 12. part. 1.* & latè ſcribit
33 Foller. *in practic. criminal. canonic. ſol. 68. n. 14.* Sed † ſta-
tuta cùm tangunt iura eccleſiaſticorum, etiam ſi per
indirectum ipſa minuerent, dicuntur contra libertatē
eccleſiæ, vt probant Gaſpar Calderin. *in conſi. 12. inter
conſilia Ancaran.* & Collegium Bononienſe *in conſil.
ſeq.* & idem Ancaran. *in conſil. 155.* & ſic fuiſſe iudica-
tum, refert idem Ancaran. *in conſil. 298. nu. 3.* quos re-
fert, & ſequitur idem Peregrin. *in d. conſil. 91. numer. 13.*
Quicquid ſuper huiuſmodi confiſcatione dixerit Ro-
man. *in ſingul. n 579. incip. hæres indignus.* cui
reſpondebo diffuſius in congruentio-
ri loco infra *in 2. centu-
ria caſu.* ...

CASVS LXXXVI.

Eccleſiaſticos non teneri recipere hoſpi-
tes, neq; milites in eorum domibus, aut
monaſteriis, vigore ordinum laicorum,
ſiue tempore neceſſitatis belli, ſiue ad-
uētus Principis, & conſuetudinem con-
trariam non valere.

SVMMARIA.

1 *Prælatus debet eſſe hoſpitator pauperum.*
2 *Clerici ſeculares quomodo tenentur ad hoſpitalitatem.*
3 *Laici non poſſunt cogere clericos ad hoſpitalitatem.*
4 *Executores priuatorum non debent habitare in domi-
bus eccleſiarum.*
5 *Principes ſeculares non poſſunt ponere milites, vel a-
lios laicos in hoſpitiis eccleſiaſticis.*
6 *Laico nulli licet rumpere domos eccleſiæ ratione iuris
ſibi debiti.*
7 *Conſuetudo nulla hoſpitandi poteſt grauare clericos, &
alios eccleſiaſticos.*
8 *Clerici non poſſunt cogi ad hoſpitandum, etiam ſtante
maxima neceſſitate.*
9 *Etiam de iure ciuili.*
10 *Leges Codicis dum inferunt præiudicium eccleſiis, non
ſunt approbatæ per Papam.*

PRælatus † debet eſſe hoſpitator pauperum, & ne- 1
ceſſaria eis miniſtrare, atq; eleemoſynas maximè
mendicantibus verecundis erogare, *1. ad Timoth. c. 3.* &
habetur *in ſumma diſt. 42.* Item alij clerici † ſeculares 2
tenentur ad hoſpitalitatem, text. cum gloſſ. *in c. de mo-
nachis, de præb. & ibi* Abb. *nu. 3. & 4. poſt Inno.* intelligit
ad ſolitam, & iuxta vires facultatum: non enim tenen-
tur omnes recipere, & poſtea mendicare, ſed primo
ſubueniendum eſt ſeruitoribus, *c. de his, de eccleſ. ædifi-
can.* item reparanda eſt prius eccleſia, *c. paſtoralis, de his
quæ fiunt à prælatis, in princ.* ex aliis redditibus poteſt
teneri hoſpitalitas, & intelligit Abb. *in d. cap. de mona-
chis, nu. 4.* Niſi eſſet tanta proximorū neceſſitas, quod
fame morerentur, quia tunc eiſdem ſubueniẽdum eſt,
quia etiam eccleſia tenetur vendere bona, etiamſi ſint
vaſa eccleſiæ, *c. aurum 11. quæſt. 2.*

Propterea laici † abutentes opera charitatis, aliquã- 3
do ſolent cogere eccleſiaſticos ad huiuſmodi hoſpi-
talitatem præſtandam, contra quos ſummus Pontifex
in c. 1. de immunit. eccleſ. ſtatuit per hæc verba: [Vt in
domibus eccleſiarum, neq; miſſus, neq; comes, vel iu-
dex publicus, vel miniſter, quaſi pro cõſuetudine pla-
citum, vel hoſpitium vendicent, ſed in publicis locis
domos conſtituant, in quibus placitum teneant, & et-
iam hoſpitentur.]

Per quem textum dicit Anton. de Butr. *in 1. not.*
Nota quod executores † priuatorum non debent ha- 4
bitare in domibus eccleſiarum, ſicut iſti comeſtabi-
les, & gentes armorum, & prouiſionati non debent
poni in eccleſiis, neq; in domibus eccleſiarum, quan-
quam contrarium de facto ſeruetur, & malè hic in
Florentia. Neque comes intelligitur de comite, qui
ducit ſecum magnam comitiuam, quod notat contra
Bononienſes, qui ponunt dominos ciuitatum, & ty-
rãnos peſſimos in eccleſiis, & quod peius eſt in men-
dicantium choris, in quibus fiunt omnes diſſolutio-
nes, &c. Abbas *ibid. num. 3.* dicit: Ex hac opinione nota
contra Principes † ſeculares, qui ponunt Legatos 5
Principis, ſeu alicuius Domini, ſeu Comitis, vel Ca-
pitaneos gentium armorum ad hoſpitandum in ec-
cleſiis, monaſteriis, pro eorum domibus, quod fieri

non debet, vt hic, tum propter immunitatem ecclesiarum, vt hic, tum propter dissolutiones, & lasciuias, quę per tales ibi fiunt. Idem firmat ibi Inn. *nu.2. vers.*
6 *Sed nobis videtur quod nulli laico,* † *imò etiã clerico licet violenter rũpere domos ecclesiæ ratione alicuius iuris sibi debiti, cum omnia bona ecclesiarũ sint sancta sanctorum, & domino consecrata, & in eis sacrilegiũ committatur, c. nulli liceat, 12. quæst. 2. &c.* Ex quo patet, nullam con-
7 suetudinẽ † hospitandi posse grauare ecclesiasticos ad hoc; imò talis consuetudo esset contra libertatẽ ecclesiæ, & nõ valeret, vt post Inn. probant Io. And. & Ancar. ibid. vterque *n.2.* & Abb. *n.4.* Neq; ad hoc possũt
8 cogi † etiam stante maxima & grauissima necessitate, prout scripsit Octauia. Vulpell. *in tract. de libertate eccles. lib. 2. n. 47. & seq.* quia imò hic casus, sicut plurimi per ipsum congesti, sunt cõtra libertatem ecclesiasticã, & non conueniunt illi egregio titulo: & latè scripsi sup. in primo casu, stãte maxima necessitate belli, & vbi bona laicorum nõ sufficerent, nec teneri ecclesiasticos vigore alicuius ordinis laicorũ, nisi per summum Põtificem declararetur vel in certis casibus per Episcopum, vt ibi diffusius dixi. Sed ipse Deus omnipotens liberet ecclesias atque ecclesiasticos à tam imminenti necessitate, & quando accideret, auertat animos Prælatorum ecclesiæ in dispensando, ne ecclesiæ atque cæteræ res sacræ tam prauiter deturpentur.
9 Idem etiam est dispositum † de iure ciuili, *l.1. C. de episcop. & cleri. vers. neque hospites suscipietis.* quam legẽ licet Saly. ibi limitet in aduentu Principis per tex. *in l. neminem, C. de sacros. eccles.* & Gregor. Lopez *in l.51. tit. 6. partita 1.* in gl. finali dicat esse rationẽ, quia bona & possessiones prædictæ, antequam peruenirẽt ad ecclesiasticos, erant obligatæ ad hoc munus personale, seu militare, puta exercitus, vel hospitiũ, (quod est patrimoniale) vel aliud simile, ergo dicuntur peruenire ad ecclesiasticos cum hoc onere: tamen hãc non esse do-
10 ctrinam bonam constat, quia leges Codicis † dũ inferunt præiudicium ecclesiis non censentur approbatæ per summum Pontificem, & factæ à non habente potestatẽ, nullius sunt efficaciæ respectu ecclesiasticorũ, vt dicunt communiter *in d. ca. ecclesia sanctæ Mariæ.* Itẽ quod bona & possessiones, quæ erãt subiectæ oneribus laicorũ, si peruenerint ad manus ecclesiasticorũ, non amplius subiaceãt prædictis oneribus, sed sint liberæ & immunes, satis supérque scripsi supra *cas. 11.*

CASVS LXXXVII.

Statutũ, quod Notarius non matriculatus in collegio non possit instrumenta conficere, & si contra fecerit, incidat in pœnam, ipsáque instrumenta nullius sint efficaciæ, non comprehendit clericos, neque Notarios Pontificia aut Imperiali auctoritate creatos.

SVMMARIA.

1 *Statutum, quod Notarius non matriculatus in loco, nõ conficiat instrumenta sub pœna, an sit validum.*
2 *Statutum de prohibitione Notariorum sub pœna non comprehendit clericos.*
3 *Clerici regulariter non possunt esse Notarij.*
4 *Clerici possunt esse Notarij in concernentibus iura ecclesiarum.*
5 *Statuta specialem mentionem facientia de clericis non valent.*
6 *Statuta laicorum prohibentia Notarios forenses exercere in loco, non comprehendunt Notarios Pontificia & Imperiali auctoritate creatos.*
7 *Notarius creatus ab Imperatore potest facere instrumenta in Francia, Anglia & Hispania.*
8 *Statutum factum ab inferiori Principe, nihil potest in præiudicium superioris.*
9 *Notarius non descriptus in loco inferiori potest conficere instrumenta, si descriptus est in loco superiori.*
10 *Collegium artis quas ordinationes facere possit, non autem leges.*
11 *Statuta à collegiis Notariorum condita quando appellentur monopolia.*
12 *Notarij creati à Principibus inferioribus Papa & Imperatore, non possunt exercere in loco non subdito.*
13 *Notarius creatus ab vno Principe non potest rogari de instrumentis inter subditos alterius Principis.*
14 *Sec' inter subiectos sui Principis etiã extra territoriũ.*
15 *Notarius Pergami potest conficere instrumentum Mediolani inter Pergamenses.*
16 *Statutum loquens de personis non potest inhabilitare forenses.*
17 *Statutum inhabilitans Notarios an loquatur in personam, vel in rem.*
18 *Statutum mixtim loquens de persona, & de forma, non ligat forenses.*
19 *Instrumenta confecta per Notarium forensem in loco prohibito, valent inter subditos Principis creantis Notarium.*

Sæpè dispositum est de Notariis, siue ad conseruãdam iurisdictionem in loco, siue ad euitandum amissionem lucri, ne forensis † Notarius, in Notario- 1
rum matricula non descriptus, possit aut valeat instrumẽta conficere in loco sub pœna, ipsáque instrumenta per forẽsem celebrata nullius sint roboris aut efficaciæ, prout de statuto ciuitatis Casalis scripsit Surdus *in consi.257.* & de statuto ciuitatis Ferrarię per Cephal. *in cons.167.* Ideò dubitatur, an huiusmodi statuta comprehẽdant clericos, & Notarios Pontificia vel Imperiali auctoritate creatos, pro cuius casus expeditione conuenit videre tres articulos.
Primus articulus est: Statuta † de prohibitione 2
Notariorum forensium non comprehendere clericos: nam licet clerici, † regulariter prohibeantur No- 3
tariorũ munus exercere, *c. sicut, ne clerici vel monachi. & ibi* Hostiens. Io. And. Abb. *& cæteri, l. vniuersos. & ibi* Bart. Ang. *& alij, C. de decur. lib. 10.* Milus *in repert. in ver. cleric. in sacris, fol. 77.* Rom. *cons. 409. nu. 8.* Diaz *in sua pract. c. 58. & ibi* Addentes. tamẽ fallit in pluribus casibus, qui vel concernunt † commodũ ecclesiastica- 4
rum rerum, & iudiciorum, vt in casu *c. vt offic. §. ad describendas, de hæret. lib. 6.* & in causa matrimoniali, vel alia de quibus per Addentes ad Diaz *in d. c. 58.* & per Ias. *in l. 1. § huius studij, n. 8. ff. de iust. & iur.* In quib. casibus statuta prędicta essent cõtra libertatem ecclesiasticam, quia auferrent clericis competentia de iure communi, vt per scribentes *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de const.* Fel. *n. 70.* Dec. *n. 7. & n. 11.* & dixi sæpius supra: Tanto magis huiusmodi statuta † non valerent, si spe- 5
cialiter de clericis mentionẽ facerent, ipsisque interdicerent huiusmodi negotiũ, etiam si prædicta statuta essent generaliter approbata per summum Pontificẽ, qui nõ censetur in generali cõfirmatione statutorum, voluisse intelligere illud quod est contra libertatem ecclesiæ, vt scribit Sfortia Odd. *in cõs. 44. in 1. dub.*

Secun-

6 Secundus articulus est : Statuta † prædicta non
possunt comprehendere notarios Pontificia, vel Im-
periali auctoritate creatos, quia possunt vbilibet, &
inter omnes personas conficere instrumenta, vt com-
muniter per Canonistas *in c. cum P. Tabellio, de fide in-*
strument. Speculat. *in tit. de instrument. edition. §. restat.*
7 *num. 22. & seq.* vbi probat quod notarius † creatus ab
Imperatore, vel ab eo, cui Imperator concessit facul-
tatem, potest vbique instrumenta conficere, in Fran-
cia, & Anglia, & Hispania, eandem opinionem tenet
Bart. *in l. 2. ff. de offic. proconf.* vbi quod notarius creatus
à Papa, vel à Principe, vel ab aliis comitibus qui Prin-
cipis auctoritate notarios faciunt, possunt vbique lo-
corum instrumenta conficere, & hanc opinionem
amplexa est Rota Rom. *in dec. 5. de fide instrum. in no-*
uis. & est magis communis opinio, & magis vera de
iure, vt probat Rolan. *in cons. 91. n. 18. vol. 3.* & Sur. *in d.*
cons. 257. n. 11. & Ias. *in cons. 122. col. 3. vol. 4.* quicquid di-
xerit Boer. *in decis. 242.* quæ procedunt potius de fa-
cto, quàm de iure.

Probatur consequentia, quia aut hoc statutum est
factum † ab inferiore Principe, & non potest in pre-
8 iudicium superioris videlicet Papæ, vel Imperatoris:
nam vt ostendimus sup. *in 1. part. c. 8.* nullus est Rex,
vel Princeps, quin de iure subsit Papæ vel Imperatori.
Ex quo infertur quod stante statuto, quod notarius
minimè descriptus † in matricula non valeat confice-
9 re instrumenta, poterit exercere non obstante dicto
statuto, dummodo sit descriptus in matricula loci su-
perioris, Dec. *in cons. 17. col. final. vers. ex quib. omnib.* v-
bi quamuis ex dispositione terræ Castilionis, notarius
non possit conficere instrumenta, nisi sit descriptus in
matricula terræ Castilionis, tamen hoc statutum non
comprehendit notarium descriptum in matricula
Florentiæ, quę est ciuitas superior, vt ibi per eum,
quem sequitur Ceph. *in d. cons. 167. n. 13.* Aut statutum
est factum per collegium artis, & sumus in claris, quia
licet illorum collegium † possit facere ordinationes
10 de administrando suo exercitio: Non tamen potest fa-
cere legem, quod nullus artem exerceat; pręter certas
personas, ita respondet Ias. *in d. cons. 122. col. 2. vers. non*
obstat, vol. 4. & probat quod talia statuta † à notariis
11 condita appellantur monopolia, & prohibita per *l. 1.*
C. de monop. & per Bart. *in l. fin. n. 20. ff. de colleg. illic.* &
quod vtroque modo huiusmodi statutum, non possit
comprehendere notarios Pontificia, vel Imperiali au-
ctoritate creatos, probat Ias. *in d. consil. 122.* quia infe-
rior non potest derogare facto superioris, *c. venien-*
tes, de iureiur. c. cum inferior, de maior. & obed.

Declaratur hic articulus, vt procedat in notariis
creatis à Papa, vel Imperatoris, seu ab eis potestatem
habentibus, non autem ab aliis Principibus, † quia isti
12 regulariter non possunt exercere in alieno territorio,
Bart. *in l. cunctos populos, in 7. q. C. de sum. Trin. & in l. 1.*
ff. de offic. proconf. & legat. Io. Andr. *in addition. ad Spec.*
in tit. de instr. edit. §. restat. vers. quid de his. An. de But.
in d. c. cum P. tabellio, de fide instrumen. & ibi Ab. *col. fin.*
dicit esse commun. opinion. Ruyn. *in cons. 69. col. 3. in*
prin. vol. 3. Berous *in cons. 89. col. 1. vol. 3.* declarationem
autem istam intelligo inter subditos iurisdictionibus
illorum Principum, qui notarios creauerunt. Vnde
13 notarius † creatus ab vno Principe non posset rogari
de instrumētis inter subditos alterius Principis, Bald.
in c. cum dilectus, de fide instru. dicit, si rogatum est in-
strumentum extra territorium, illud non faciet fidem,
14 nisi inter † subiectos illius, qui creauit notarium, idem
dicit *in d. l. cunctos populos.* Fel. *in d. c. cum P. tabellio, col.*
pen. vers. 14. de fide instru. Ab. *in c. sicut. n. 14. ne clerici,*
vel monachi. Paul. de Cast. *in l. fin. C. de tempor. in integ.*
restit. qui se remittit ad suum *cons. 226. col. 2.* vbi vult
quod statutum disponens, ne notarius possit recipe-
re instrumenta, quin sit oridinarius Mediolani, atque
descriptus in matricula notariorum Mediolani, non
comprehendit notarium forensem, puta † Pergami, 15
quin possit conficere instrumentum inter Pergamen-
ses, etiam si fuerit creatus ab inferiore Principe, quia
penes diuersitatem locorum non subest diuersa ratio,
sed penes personas & res.

Addit etiam Castrens. aliam rationem (quæ gene-
ralis potest esse ad omnes articulos istius casus) quia
statutum hoc non potest † inhabilitare forenses, cum 16
loquatur in personam, prout est receptissima opinio,
de qua testatur Roland. *in cons. 24. n. 17. & seq. vol. 3.* v-
bi multa congerit. Et licet idem Roland. *in d. c. 91. à*
n. 21. ad fi. vol. 3. velit hoc statutum † inhabilitans no- 17
tarios ad conficiendum instrumēta, nisi fuerint in ma-
tricula descripti, non dici propriè in personam, sed in
rem, & ideo comprehendere etiam notarios forenses,
cumulans multa similia, quę in seipsis vera sunt, tamen
primum dictum Rolandi non procedit, quia verè hoc
statutum loquitur in personam, quantuncūque postea
superaddat formam, & loquatur de re, Bald. *in l. cun-*
ctos populos, n. 13. dicit non valere statutum quod mi-
xtim loquitur de forma † & persona, quia ex quo for- 18
ma est accessoria personæ, nihil operatur, & forensis
non ligabitur, ex quo principaliter est dispositum de
iure personæ, & sequuntur Corn. *in cons. 64. in fi. vol. 3.*
& Ruyn. *in cons. 160. n. 5. vol. 4.* cum aliis multis ad hoc
congestis per Surdum *in cons. 257. nu. 14. & plur. seq.*

Tertius articulus est : Instrumenta † confecta per 19
notarium forensem in loco dictorum statutorum, in-
ter subditos illius qui creauit notarium, esse valida, i-
psum notarium non incidisse in pœnam probatur,
quia statuta non solum auferunt validitatem ab in-
strumentis, sed etiam imponunt pœnam; ergo intelli-
genda sunt, quando notarius scit, non autem quando 20
ignorat, sed forensis † præsumitur ignorare, Corn.
in d. cons. 64. in fi. vol. 3. Marsil. *in l. fi. n. 76. ff. de iurisd.*
om. iud. Et sicut in ignorante non habet locum pœna,
Castr. *in l. de pupillo, §. nuntiationem. vers. nuntiare, ff.*
de noui oper. nuntiat. per text. *in l. fin. C. de decret. ab or-*
din. faciend. ita ne actus annullatio, vt probat Dec. *in*
consil. 591. n. 3. & Cephal. *in d. cons. 167. n. 11.* qui diffusè
scribit super hoc articulo.

CASVS LXXXVIII.

Statutum quod maritus post mortem suam non possit relinquere vxori vltra centum aureos, non comprehendit casum, quando relinquit vxori multo maiorem quantitatem, pro eleemosyna distribuenda pauperibus per ipsam.

SVMMARIA.

1 *Statutū quod vxor nil possit legare marito est validū.*
2 *Statutum quod maritus non posit legare vxori, nisi certam quantitatem, est validum.*
3 *Et habet locum etiam si legetur tertio, qui det vxori.*
4 *Fraus non debet fieri legi de persona ad personam.*

5 *Statu-*

5 *Statutum prohibens alienari in certum genus personarum intelligitur, etiam per interpositam personam.*
6 *Vxori an poßit fieri legatum distribuendum inter pauperes, prohibente statuto illi legari posse.*
7 *Maritus potest legare vxori extra ditionem statuti prohibentis.*
8 *Hæreditas testatoris, quando fingitur esse duplex.*
9 *Statutum quod non poßit legari vxori, non extenditur ad bona alibi sita.*
10 *Siue loquatur in rem siue in personam.*
11 *Vxor legataria ad distribuendum pauperibus simul cum alio, potest facere, non obstante statuto.*
12 *Vxor legataria ad distribuendum ad pias causas, debet reddere rationem episcopo.*
13 *Legatorum ad pias causas cognitio pertinet ad forum ecclesiasticum.*
14 *Episcopus potest compellere heredem ad executionem legatorum ad pias causas.*
15 *Et an pertineat ad Episcopum originis testatoris, vel domicilij, vel ad vtrumque.*
16 *Statutum nullo modo potest derogare piæ causæ.*
17 *Statuto laicorum non censetur derogatum,* auth. præterea, C. vnde vir & vxor.
18 *Testator disponens pro anima non censetur velle facere fraudem legi.*
19 *Morti proximus non præsumitur immemor salutis æternæ.*

1 SIcut valet statutum, † vt vxor non possit aliquid legare marito, vt dicit Bald. *in l. cũctos populos, nu. 38. vers. primo quæro, C. de summa Trinit.* quia vxor posset
2 ad hoc cogi per virum: Ita valet statutum, † vt maritus non possit relinquere vxori, nisi certam quantitatem per statuentes taxatam ad occurrendũ infestinationibus mulierum, & earum importunitatibus, blanditiis, ac insidiis, & delinimentis, de quib. loquitur tex. *in l. non est consentiendum, ff. de inoffic. testam.* quibus mariti multoties inducuntur ad priuandum filios, atque cæteros proximiores omittendũ, propter quas rationes concludit Socin. statutum valere, esseque factum odio vxorum, *in cons. 74. difficultatem, col. 2. vers. & pro solutione, vol. 3.* & Practica Papiẽs. *in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, §. dedit, & legauit, circa princ.* dicit statutum esse factum odio vxoris, quæ marito infirmo non seruiret, nisi idem, quicquid vellet, relinqueret: Sed in hoc casu, statutum de marito non comprehendit vxorem, nec econtra, vt consuluit Rom. *in cons. 39.*

Vnde Dd. firmarunt certam sententiam, vigore
3 prædicti † statuti non posse legari alicui tertio amico, qui postea reddat vxori, Ripa *in l. si ventri, §. corũ ratio, n. 6. vers. tertio infertur, ff. de priuileg. credit.* quia non
4 debet fraus † fieri legi de persona ad personam, *l. non dubium, vbi glo.* Ias. *& cæteri,* Castrens. *in consi. 163. super isto puncto, col. 1. vers. his non obstantibus, vol. 2.* tex. *in l. 3. §. non tantum, ff. de donat. inter vir. & vx.* & huic simi-
5 le est, quia si statutum † prohibeat alienari in certum genus personarum, & quis alienet in personam permissam, quæ postea transferat possessionem in prohibitã, præsumitur factum in fraudẽ prohibitionis, Alex. *cons. 25. viso, n. 10. & seq. vol. 2.* Dec. *in cons. 182. col. fi. vers. secundo respondeo.* Socin. *in consi. 129. tota difficultas, n. 12. vol. 4.* Castrens. *in dict. cons. 163. super isto puncto, col. 2. versi. item etiã, vol. 2.* Ripa *in d. §. eorum ratio.*

Ideo posset verisimiliter dubitari, an præsumeretur
6 fraus, si maritus † legaret vxori certam quantitatem, distribuendam per ipsam inter pauperes Christi pro eleemosyna pro anima ipsius testatoris, sed vt quæstio presentis casus explanetur, duo articuli expediendi sunt.

Primus articulus est: Quando maritus habet bona
extra ditionem † statuentium, & illuc transtulerit do- 7
micilium, atque inibi testatus fuerit, tunc potuit legare vxori suæ de illis bonis ad eius arbitrium, nõ obstante dicto statuto, hanc opinion. firmarunt Salyc. *in l. 1. n. 11. vers. & hoc satis puto verum, C. de sum. Trin.* Alex. *in cons. 16. viso titulo, n. 2. & cons. 128. n. 7. vol. 1. & in cons. 41. n. 7. vers. nisi, vol. 5. & cons. 19. circa primum, n. 7. vers. & ista, vol. 6. & cons. 155. viso titulo, n. 4. vers. & saltem, vol. 7.* vbi Addentes Parisienses testantur ita obseruari, & post multos quos refert, latè probat Gozad. *in cons. 49. n. 7. & 8. & 9. & 23.* Albertus Brunus *in tractatu de statuto exclusiuo fœminarum, art. 8. q. 25. n. 119. & seq.* Phanuccius *in tract. de lucro dotis, glossa 9. num.*
36. Quo casu hereditas † dicti testatoris separanda e- 8
rit, quia fingitur duplex hereditas, ita in his terminis dixit Soc. *in consi. 288. circa primum, col. 1. vol. 2.* allegans Baldum *in l. si arrogator, colum. 4. vers. & facit ad plures quæstiones, ff. de adopt.* quem sequitur Ias. *in consi. 86. col. pen. in fin. vol. 3.* & Benedict. *in c. Raynutius, in ver. & vxorem. decis. 5. n. 215.*

Et ratio est, quia statutum † est odiosum, factum 9
odio vxorum, vt dixi, ideo non extenditur ad bona alibi sita: Neque potest dici statutũ fauorabile, & propterea extendendum extra ditionem statuentium, vt consuluit Roman. *in consi. 39. qui num. 2. vers. sed ratio,* dicebat fauorabile, quia concernit fauorem mariti, ne mutuo amore spolietur, quia hæc ratio non potest considerari post mortem, *l. si cum vxori, in fine, ff. de donat. inter virum & vxor.* vbi inter virum & vxorem causa mortis donationes receptę sunt, & *in l. seq.* datur ratio, quia in hoc tempus excurrit donationis euentus, quo vir & vxor esse desinunt; ergo non potest dici fauorabile propter rationem Roman. & in rei veritate, statutum odiosum dicitur. Sed præsupposito domicilio extra ditionem dicti statuti, quod non extendatur ad bona alibi sita, siue statutum † loquatur in 10
rem, siue in personam, etiam si fuisset factum ad fauorem agnationis, consuluit Rubeus *in consil. 71. in fi.* & post multos quos refert, probat esse communem opinionem Paris. *in cons. 84. num. 42. & seq. vol. 1. & consil. 68. num. 8. vol. 2.* & Ruyn. *in cons. 48. vol. 3.* qui respondet contrariis.

Secundus articulus est: Præsupposito quod maritus habeat solum bona in territorio statuentium, &
tunc si maritus legaret vxori † vltra quantitatem ta- 11
xatam à statuto, distribuendam pauperibus pro anima testatoris, an hic articulus comprehendatur sub statuto, Doctores distinxerunt: Aut illam distributionem sola vxor facere debet, & legatum non valet, quia censetur fieri fraus statuto: Aut distributio, & eleemosyna facienda est per vxorem, simul cum aliqua alia persona, puta episcopo, vel coniuncto, & tunc legatum valet. Ita dixit Io. Andr. *in additionibus ad Speculatorem in titulo de instrumentorum editione, §. nunc vero aliqua super num. 62. in fin. in additione quæ incip. Legatur ad istum finem:* & sequuntur Ias. *in l. captatorias, n. 6. vers. aduerte, C. de testam. milit.* Alberic. de Rosat. *in tract. de statutis, part. 2. q. 112. in fi.* Alex. *in cons. 57. perspectis, n. 7. vol. 2. & in l. cogi, §. hi qui solidum, col. fi. ff. ad Treb.* Soc. *in l. qui heredi, ff. de reb. dub.* Ias. *in l. non dubium, n. 47. C. de legib.* Alba *in consil. 437. n. 2.*

Ergo

Ego verò contrariam amplector sententiam. Nam si legatum valet, quoties distributio est facienda cum interuentu alterius, vt dixerunt præfati Doctores, qui contrariam sequuntur opinionem, cum hoc legatum sit ad pias causas, *l. ad id quod pauperibus, C. de episcop. & cleri.* Vel est distribuendum cum interuentu episcopi, vt probat Roman. *in consil. 250.* & Stephan. Aufrer. *in additionib. ad Capellam Tholosan. decis. 112.*
12 vel ipsa legataria † data executrix dicti legati, debet reddere rationem de prædicta distributione ipsi episcopo, quod enim teneatur reddere rationem, Specul. *in tit. de instrum. editione, §. nunc reliqua, v. sed an simplex executor.* Castrens. *in consil. 332. viso testamento Michaelis, vol. 1.* etiam ad petitionem cuiuscunq; interest, Cyn. *in d. l. id quod pauperibus, C. de episcop. & cleri.* Salicet. *in l. nulli, C. eod. tit.* Bald. *in l. penul. C. de donation.* Quod autem teneatur reddere episcopo, probatur.
13 Nam cognitio legatorum † ad pias causas pertinet ad forum ecclesiasticum, Hostien. *in c. licet suscepto, de foro compet.* Innoc. *in c. cum tibi, de testam.* Guido Pap. *de-*
14 *cis. 576.* Et quod episcopus † possit compellere hæredem, vel legatarium ad executionem legatorũ ad pias causas, etiam si testator prohibuisset, ne episcopus se intromitteret, quia illa clausula habetur pro non adiecta, *c. tua, de testam. & ibi* Couar. *n. 6. & 8.* Gomes. *in c. 2. § statuto, nu. 4. de constit. lib. 6.* & fuit dispositum in sacrosanct. Concil. Tridentino *sess. 22. cap. 9. de refor-*
15 *matione.* An autem hoc pertineat ad episcopum † originis testatoris, vel domicilij, vel ad vtrumque, vide per Summam Syluestrin. *in ver. testamentum, in 2. §. 3. vers. quintum.* & per Stephan. Aufrer. *in d. decis. 112. Capellæ Tholosanæ.*

Item cum pia causa habeat quamplurima priuilegia iuris, de quibus per Tiraquell. *in speciali tractatu.*
16 Non possumus dicere hoc statutum † voluisse derogare in hoc articulo, tum quia non potuit expressè, vt communiter per omnes *in c. ecclesia S. Mariæ, de constitut.* & ex imponentia arguitur volũtas, vt sæpè probaui: Tum etiam vt quanto minus corrigat ius commune, Alexand. *in consil. 5. colum. 2. volu. 6.* Dec. *in consil. 484. nu. 9.* Socin. *in consil. 252. in fin.* Riminald. iun. *in consil. 125. volum. 1.* Paris. *consi. 59. volum. 3.* qua ratio-
17 ne per huiusmodi statutum † non censetur derogatum *authent. præterea, C. vnde vir, & vxor.* ergo si maritus decedens est locuples, & vxor superstes inops, non obstãte dicto statuto ipsa vxor habebit quartam partem bonorum mariti, ne laboret inopia, maximè, quia hæc est successio legalis data à iure, quæ per statutum non censetur sublata, Ripa *in l. filiusfamilias, §. diui, num. 96. de legat. 1.* & maritus testando non posset priuare vxorem ipsa quarta parte, Dec. *in d. authen. præterea, num. 9. vers. sexto nota.* & tam *d. auth. præterea.* quàm iura de piis causis loquentia, sunt iura limitatoria, quæ non censentur sublata per leges, aut statuta noua, per quæcunque verba generalia facta, etiam cum clausula non obstantiarum generali, *l. sciendum, vbi gloss. in ver. non compelli. vers. secundo an sit hodie correcta, ff. qui satisdare cogan. & ibi notant* Alexand. & Ias. Roman. *in consil. 49. visis, & consil. 322. in casu, & consil. 399. præsens, colum. 3.* & ideò omne legatum relictum vxori à marito, stante hoc statuto, imputabitur eidem vxori in illam quartam, *d. authent. præterea, in fine.*

Denique cũm testator in fine vitæ disposuerit, &
18 quidem pro anima, † non præsumitur voluisse facere fraudem statuto, & ita incidere in peccatum, quia lex ciuilis obligat etiam ad peccatum, quãdo non est nutritiua peccati, vt per Ab. *in c. 1. col. 3. de const. & ibi cæteri Canonistæ.* D. Thom. *in 1. secundæ, quæst. 96. artic. 4.* & latè per Abbatem *in c. quia plerique. de immun. eccle.* & quod liget in foro animæ, Tiraquell. qui multos citat *in tractat. de retract. in præfatione, n. 73. vers. verũ.* & esse communem opinionem probat Villalobos *in suis Communibus, in ver. lex ciuilis, n. 95.* Sed proximus
morti, vel † moribundus non præsumitur immemor 19
salutis æternæ, *l. fin. C. ad l. Iul. repetun. c. sancimus, 1. q. 7.* glossa *in l. 1. C. de falsa causa adiect.* cum aliis per Grammatic. *in consil. 61. num. 1. & voto 3. nu. 4. & seq. & decis. 34. num. 37. & decis. 42. nu. 10. & decis. 46. n. 12.* & per Caccheran. *in decisione Pedemontan. 79. num. 20.* Vnde ex parte testatoris non præsumitur fraus, ipsa autem legataria, vel cum episcopo debet distribuere, vel illi tenetur reddere rationem; ergo huiusmodi legatum est validum, non obstante dicto statuto.

CASVS LXXXIX.

Directus dominus feudi qui super feudalibus est iudex competens si ciuiliter agatur in clericos feudatarios, vbi ob feloniam commissam criminaliter agendum esset, non posse ex rationabili causa illos feudo priuare, neque de possessione deiicere, nisi per ecclesiasticum iudicem fieret, atque ecclesiæ nullum inferretur præiudicium.

SVMMARIA.

1 *Rex est iudex competens super feudo, si habet litem cum feudatario.*
2 *Et ratione fidelitatis, est iudex in causa propria.*
3 *Dominus feudi etiamsi sit priuata persona est competens iudex cum feudatario.*
4 *Iudex in causa propria potest esse etiam priuata persona, si hoc habet in priuilegium ab Imperatore.*
5 *Clerici feudatarij debent litigare coram domino feudi etiam laico.*
6 *Etiamsi feudatarius sit Papa & Imperator.*
7 *Qui semper ratione feudi censentur inferiores domino.*
8 *Principes in contractibus vtuntur iure priuatorum.*
9 *Iurisdictio domini in feudatarios clericos, an habet locum, etiamsi tractetur de felonia per ipsos commissa.*
10 *Clericus feudatarius negans tenere feudum à Rege, an possit ab eo cognosci.*
11 *Ecclesia incidit in naturales pœnas feudorum, sicut cæteri feudatarij.*
12 *Ecclesia emphyteuta cessans soluere canonem potest priuari, sicut quilibet alter.*
13 *Vasallus committens feloniam, adhuc retinet feudum & dignitatem.*
14 *Felonia commissa, dicitur agi ad vindictam publicã.*
15 *Contrahentes semper censentur se conformare cum dispositione rei, de qua agitur.*
16 *Feudatarius statim dicitur se submittere iurisdictioni directi domini feudi simul cum ordinario, non se habet cumulatiuè, sed priuatiuè.*
18 *Iudex ecclesiasticus est competens solus, quando agitur contra clericũ feudatariũ ad priuationẽ feudi.*

19 *Iudex*

19 *Iudex ecclesiasticus solus procedit contra clericum criminaliter.*
20 *Princeps secularis nunquam extendit manus in clericum, nisi præcedente scientia ecclesiastici.*
21 *Causa feudalis quando propriè dicitur.*
22 *Iudex ecclesiasticus est competens in causa criminali etiam ciuiliter intentata contra clericum.*
23 *Iurisdictio directi domini in feudalibus non est vera in omni casu, priuatiuè.*
24 *Iudex ordinarius quando est competens in feudalibus.*
25 *Iurisdictio in dubio non præsumitur concessa priuatiuè, sed cumulatiuè.*
26 *Clerico feudatario, negante habere feudum à Rege, debet adiri iudex ecclesiasticus super tali negotio.*
27 *Rex non potest propria auctoritate clericum feudatarium expellere, etiam data sententia per ecclesiasticum.*
28 *Dominus directus feudi distringens clericum feudatarium incidit in excommunicationem.*
29 *Habet iurisdictionem in feudum, non in personam.*
30 *Rex non potest terrere clericos vi armorum, aut repellendo colonos; quin incidat in excommunicationem.*
31 *Clerico an possit vis fieri, sine excommunicatione.*
32 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de compulsione clerici eiiciendi de possessione.*
33 *Possessorium executiuum est summarium.*
34 *Clerico feudatario condemnato per iudicem ecclesiasticum, cui sit feudum applicandum.*
35 *Feudum quando est hereditarium, & delictum est commissum in Regem, tunc applicatur Regi.*
36 *Feudum ex pacto, & prouidentia antiquum, applicatur Regi, & quando est commissum in Regem.*
37 *Feudum ex pacto & prouidentia antiquum, applicatur agnatis, quando est commissum delictum in Regem.*
38 *Feudi ex pacto, & prouidentia antiqui tot sunt concessiones, quot sunt personæ.*
39 *Vasallo delinquente in dominum, eius feudum applicatur domino vita durante vasalli, si est ex pacto, & prouidentia antiquum, & post eius mortem agnatis.*
40 *Clerico feudatario condemnato per iudicem ecclesiasticum, eius feudum quando applicetur Regi, vita durante.*
41 *Ecclesia quando recuperet feudum Regi applicatum propter delictum vasalli clerici.*
42 *Ecclesiæ an possit fieri perpetuum præiudicium propter delictum clerici in omittendo.*
43 *Regiæ dignitati non fit præiudicium post mortem Regis delinquentis.*
44 ~~C.n.in~~ fin. de ~~capit. Co~~rradi. *declaratur.*
45 *Prælatus delinquens non facit præiudicium mensæ capitulari.*

1 QVia super controuersia inter feudatarium, † & Regem de feudo ligio, ipse Rex est iudex cōpetens, *c. final. §. penult. de probib. feudi aliena. per Feder. c. cæterũ, & ibi Innoc. & cæteri Canonistæ, de iud. c. ex transmissa, & c. verum, & vtrobiq;* Socin. & Dd. *de foro comp.* Curt. iun. *in trac. de feud. part. 1. q. 8. in 2. effect. & par. 7. n. 3.* Ias. *in prælud. feud. n. 112. vers. quartus.* Franciſc. Sosbec. *in tract. de feud. part. 4. n. 23.* Petr. Greg. *in tract. de conceſſ. feud. par. 5. q. 8. col. fin.* Zaſ. *in tract. de feud. par. 11. n. 4.* Schrader. *in tract. de feud. part. 10. sect. 1. per multas colũnas.* vbi plurimos allegant, quia cum illo domino fuiſſet promiſſa fidelitas, nulla † alterius fidelitate seruata, habeaturq; supremus Princeps, iure optimo potest esse iudex in causa propria, Bartol. *in l. proxime, in princ. n. 1. ff. de his, quæ in testam. del.* vbi idem dicit, in cæteris dominis, qui non recognoſcunt superiorem, 2
Bart. *in l. 1. n. 1. ff. ne quis in sua causa, & in l. & hoc Tiberius, circa med. ff. de here. inst. & in l. est receptũ; n. 1. ff. de iurisd. omn. iud.* Capi. *in inuest. feudali, verb. feudorũ genera, vers. ligium. concl. 11.* Et procedit etiam si dominus feudi † sit priuata persona, nullam habens iurisdictionem, quia in controuersiis feudalib. adhuc est iudex competens, vt probat Ægid. Bellamer. *in c. cæterum, n. 26. de iudiciis, & ibi* Dec. *in 2. nota. n. 3.* cum aliis ad hoc cumulatis per Schrad. *in d. sect. 1. n. 56.* Quod ego credo verum † si illa priuata persona haberet hoc in priuilegium ab Imperatore, vt in causis feudalibus futurus esset iudex in causa propria, vt declarat Surd. *in conſ. 193. n. 2. vers. & quamuis.* 3 4

Et quod hæc conclusio procedat, etiamsi feudatarij sint † clerici, & dominus feudi sit laicus, Inno. *in d. c. verum, n. 1. de foro comp.* gloſſ. *in sum. 11. q. 1.* Archid. *in c. 1. de cleric. coniugat. lib. 6.* Andr. *in c. 1. §. itẽ si clericus, col. 2. de capit. Corrad.* Aluar. *in c. 1. §. qui clericus, si de feudo def. contentio fuer. & in c. statuimus, de stat. cont. libert. ecclesiast.* Amed. de Pont. *in tract. quis sit iudex in causa feudi, col. 5. in magnis.* cum aliis ad hoc cumulatis per Menoc. *in trac. de retinẽda poſſe. remed. 3. n. 396. vsq. ad n. 403.* & per Cla. *in tract. de feu. n. 90.* Nã quilibet ab altero feudum recognoſcens, etiam si sum. † Pontifex, Imperator, Rex, vel quilibet alter Princeps, super feudalib. controuersiis debet cognosci à directo domino feudi, Socin. *in d. c. ex transmiſſa, n. 36. de foro compet.* Bald. *in conſ. 275. col. final. vers. saluo semper iure domini Comitis Sabaudiæ, vol. 3.* quia semper ratione feudi † cẽsentur esse inferiores directo domino, Bald. *in l. sed si hæc, §. si liberta. arg. illius legis, ff. de in ius voc.* Zaſ. *in tract. de feudis, par. 7. n. 19.* quia Principes † in cõtractibus vtuntur iure priuatorum, Bald. *in c. §. fina. n. 3 de noua forma fidel.* Fol. *in pract. censuali, vers. & submiſſiones, n. 6. & n. 26.* Socin. iun. *in conſ. 65. n. 6. vol. 1.* & considerantur vt priuati, Foller. *ibid. n. 24.* Loffred. *in consil. 38. nu. 28.* Albert. Brun. *in consil. 114. n. 126. & in conſ. 117. n. 99.* & de hoc scripsi etiam supra *casu 16.* 5 6 7 8

Sed vlterius in materia iurisdictionis potest dubitari, an iurisdictio † directi domini in feudatarios clericos procedat etiam si tractetur de felonia commiſſa per ipsos & ita de priuatione feudi, vt igitur hic casus diffusius declaretur, explico per quinque articulos. 9

Primus articulus satis in controuersiam ponitur inter Doctor. ideo procedo disputando ad partes: An cũm clericus † feudatarius, qui non negat tenere feudum à Rege, committit delictum, propter quod priuandus sit feudo, possit priuari per Regem. Et pro opinione affirmatiua, quod directus dominus laicus possit de ipsa felonia animaduertere in clericum feudatarium, quia ecclesia † incidit in naturales pœnas feudorum, sicut cæteri vasalli, *cap. 1. §. fin. de capit. Corradi.* Bald. *in c. quæ in ecclesiarum, colum. 2. circa med. de constitut. & in cap. 1. colum. 4. de alienat. feud.* vbi quærit de ecclesia, quæ habet † rem in emphyteusin, si cessauerit biennio soluere canonem possit expelli, sicut cæteri emphyteutæ, & concludit affirmatiuam esse veram, idem Bald. *in cap. 1. colum. 2. de controuerſ. feud. apud pares termin. & in c. 1. de controuerſ. inter vasallum & episcopum.* Iaſ. *in præludiis feudor. numer. 5. & plur. seq.* 10 11 12

Et pro

Et pro hac opinione conferunt scripta per Schraderum *de feudis, part. 10. sect. 1. n. 117. & plur. seqq.* vbi
13 quod vasallus † committens feloniam, adhuc retinet feudum atque dignitatem, siue nobilitatem si feudum fuerit nobile, & ante datam sententiam priuationis illorum, adhuc est feudatarius, pro quo multa similia congerit. Ergo concludit posse, & debere per ipsum directum dominum in feloniam committentem animaduertere. Conferunt etiam scripta per Surdum
14 in his terminis *in d. consil. 19. n. 3.* quod felonia † commissa; agitur de vindicta publica, & non de interesse domini, ideo posse dominum directum in feudatariũ clericum felonia committentem animaduertere.

Denique pro hac opinione vrgere videtur, quod feudatarius recipiens feudum à directo domino, dici-
15 tur cum illo contrahere, contrahentes † autem semper censentur se conformare cum dispositione rei, de qua agitur, *l. si vno, in princ. ff. de locati. l. si olei, C. eod. ti. l. damni infecti quidam, & ibi* Ang. *ff. de damn. infect. l. fi. C. de non nu. pec. l. cum quid, ff. si cert. pet. c. solitæ, & ibi Canonistæ de maior. & obed.* Ale. *in cons. 26. n. 6. vol. 3.*
16 & eo ipso, quod quis recipit feudum † ab aliquo, statim ratione feudi se subiicit iurisdictioni illius directi domini, Bald. *in c. quæ in ecclesiarum. num. 21. de const. c. cæterum. & c. nouit. de iudic. c. verum, & c. ex transmissa. de foro compet.* ergo per ista iura constat iurisdictionem directi domini in feudatarios clericos fuisse approbatam per summum Pontificem. Sed iurisdi-
17 ctio † directi domini respectu iudicis ordinarij non se habet cumulatiuè, sed priuatiuè, ita quod cũ euenit casus cognoscendi in feudatario, solus dominus directus id potest, cæteri iudices ordinarij nequaquam, Abb. *in d. c. cæterũ, n. 3. & 7. de iudiciis,* Fel. *n. 4.* Dec. *nu. 5.* Felyn. *in c. pastoralis, n. 3. de offi. ordinar.* Afflict. *in c. 1. §. præterea si inter, n. 25. de prohib. feudi alienat. per Fed.* Freccia *in l. 2. de subfeudis in decima auctoritate.* Alber. Brun. *in cons. 47. col. 2.* Roland. *in cons. 48. n. 25. vol. 2. & in cons. 78. n. 5. eod. vol. 2.* Grammatic. *decis. 30.*

18 Sed istis non obstantib. in contrarium est veritas, cum agitur criminaliter † contra clericum ad priuationem feudi, iudex competens non est ipse Rex directus dominus feudi, sed iudex ecclesiasticus, qui sit ordinarius ipsius clerici conuenti, Innoc. *in c. verum, n. 2. & 3. de foro compet. & ibi* Host. Ant. de Butr. & Abbas *n. 17.* Soc. *in cons. 12. n. 22. vol. 1. & in d. c. ex transmissa, de foro compet.* vbi probat generaliter procedere non solum in causa criminali respectu feudorum, sed gene-
19 raliter in qualibet causa criminali † contra clericos, debere solum iudicem ecclesiasticum animaduertere, Andr. Sicul. *in c. qualiter, de iudi. in fin.* dicit quod si possessio clerici caderet in commissum, non debet
20 Princeps † secularis extendere manum, nisi prius declaretur per iudicem ecclesiasticum, per text. *in c. cum secum leges, de hæretic. lib. 6.* Stephan. Aufrer. *in repetit. clem. 1. de offi. ordin. in 3. quæstione per totam,* probat, feudo propter feloniam cõmissam à clerico, deuoluto ad dominum, non posse ipsum animaduertere in clericum, sed id debere fieri per iudicem ecclesiasticum, Paris de Puteo *in tract. de reintegratione feudorũ. c. 198. quod incip. An citatus super reintegratione feudi, n. 9. &
21 seq.* dicit, tunc ergo dicetur causa † feudalis, cũ ageretur de successione feudi, fidelitate, vel tributo, vel rei vendicatione, vbi vero ageretur actione personali ex empto, vel pignoratitia, vel iniuria facta in rebus feudalibus, naturam feudi non tangentibus, vel fidelitatem, non erit causa fidelitatis, ideo cognosceret ordinarius clericus, Amedeus de Ponte *in tractat. quis sit iudex in causa feudi, col. 5. vers. Nisi in causa crimi-
nali, † etiam si ciuiliter intẽtetur contra clericũ, in 10. to- 22
mo tractatuum parte 2. fol. 197. col. 1.* Menoch. *in tractat. de retinend. possess. remed. 3. num. 402. vers. hæc doctrina.* vbi allegat Milum *in suo repertorio, in ver. feudi quæstioni, si est de iurisdictione.* Berous *in consil. 82. num. 11. vol. 1.* Surdus *in d. consil. 193.* præsertim *nu. 15.* ergo prima opinio procedit secundùm regulam, quam in tractatu iurisdictionis describere iussimus, hæc autem secunda opinio etiam est vera, & procedit secundum limitationem regulæ.

Nec est vera simpliciter illa opinio, quod iurisdi-
ctio † directi domini in feudalibus sit priuatiua respe- 23
ctu cæterorum iudicum ordinariorum, quia tunc priuaret in omni casu, sed multi sunt casus, in quibus ad-
eundus est iudex † ordinarius, puta si sit quæstio inter 24
vasallum, & alium tertium, quem constat non esse vasallum etiam si super feudalibus, tunc directus dominus non est iudex, sed ordinarius, gloss. *in c. cæterum, de iud.* quem sequuntur *ibid.* Abb. *n. 13.* Felyn. *n. 7.* Dec. *n. 9.* Curt. *in tract. de feud. par. 7. n. 8.* Zas. *in tract. de feu. par. 11. n. 9.* & latè per Soc. *in cons. 273. in causa dominæ Lysæ, vers. sexto ista conclusio probatur, vol. 2.* cum aliis per Schrader. *in d. parte 10. sect. 2.* Huc etiam pertinet
illa receptissima sententia, quod iurisdictio † in dubio 25
non præsumitur concessa priuatiuè, sed cumulatiuè, de qua per Bart. *in l. 1. de offic. præfect. vrb.* Abbas *in d. c. cæterum. & ibi Addentes ad Deciũ sub n. 6. vers. in dubio, de iudiciis.* Dec. *in l. in toto iure, num. 16. circa finem, & ibi Cagnol. de regul. iuris.* latè per Rolandum *in cons. 1. num. 135. & decem sequentibus, & cons. 80. per totum vol. 2.* Albert. Brun. *consil. 47. num. 3. & 4.* Dec. *consil. 3. num. 3.* Aretin. *consil. 102.* Grammatic. *cons. 6. in fine, & voto 28. num. 4.* Afflict. *decis. 41.* & ibi Vrsil. aliquos congerit.

Secundus articulus est: Quando clericus † habens 26
feudum, negat illud recognoscere à Rege, & tunc Rex directus dominus debet adire iudicem ecclesiasticum contra clericum, glossa, Innoc. & Abb. *in d. c. cæterum. de iudic.* Franchus, & Geminian. *in c. Romanæ, §. debet, de appell. li. 6. & ibi* Io. And. *in nouella,* & est casus decisus, vt per Franc. Marc. *in decis. Delphinali 369. part. 2.*

Tertius articulus est, quando iudex ecclesiasticus protulisset sententiam in clericum feudatarium, declarando ipsum ob feloniam incidisse in amissionem
feudi, tunc Rex † non posset clericum possessorem 27
feudi propria auctoritate expellere de possessione, Io. Andr. *in c. verum, & ibi* Abb. *n. 23. de foro compet.* testatur opinionem Innocentij ibidem, dicentis contrarium esse communiter reprobatum, & hanc opinionem sequuntur, Siculus *in d. c. qualiter, in fin. de iudi.* Zenzell. & Bonifac. *in d. c. verum.* Bert. de Clusell. ibi-
dem dicit, quod si dominus † feudi repellit iniuriam, 28
non incurrit excommunicationem, *c. olim. & c. si vero. de sent. excom.* si vero capit clericum, distringit, vel alias eidem violentiam infert personalem, remota de-
fensione, tunc esset excommunicatus, † quia in feu- 29
dum iurisdictionem habet, non in personam, & hoc tenet etiam Stephan. Aufrer. *in d. q. 3. in fin.*

Nec est sequenda opinio Anton. de Butr. *in d. c. verum,* videlicet posse Regem † id facere, non tangendo
personam clerici, sed illam compellendo terrore ar- 30
morum, aut repellendo colonos tenentes possessionẽ pro clericis, quia faciendo executionẽ realem, nõ cogendo, vel tangendo personã, non incidit in canonem

si quis

si quis suadente diabolo, & hanc opinionem tenet Cardinal. *in clem.* 1. *in* 6. *quæst. de pœnis.* & sequitur Felinus *in c. nuper, col. final. & limita. de sentent. excommunic.*
31 Vbi dicit, quod clerico † non potest vis inferri sine excommunicatione, secus si metus inferatur, etiam si sit metus armorum. Quia vt optimè respondet Ab. *in d. c. verum, nu.* 23. *in fin.* hæc omnia procedunt, quando Rex vellet defendere suam possessionem, quam clericus turbaret, sed in casu proposito ipse tractat de acquirendo possessionem, quam retinet clericus: ergo sicut cognitio causæ criminalis pertinet ad ecclesia-
32 sticum, ita compulsio † clerici deiiciendi de possessione pertinere debet ad iudicem ecclesiasticum, & hanc etiam probat Stephan. Aufrer. *in d. q.* 3. *prope finem.* Est
33 enim hoc possessorium † summarium, & executiuum, quod debet ab eodem iudice exequi, qui de causa principali cognouit, *l. nulli, C. de iudicüs, l. ordinarÿ, C. de rei vendic. c.* 1. *de causa possess. & propriet.*

Quartus articulus est: Quando clericus feudatarius
34 esset † condemnatus per iudicem ecclesiasticum, sed haberet feudum familiare, cui sit applicandum, an fisco Regis directi domini ipsius feudi, an verò agnatis. Et distinguo, prout in cæteris laicis, per tria membra: Primum membrum est, quando feudum est heredita-
35 rium, † & delictum est commissum in Regem; tunc Regi applicatur exclusis omnib. heredibus, Andreas *in c.* 1. *col.* 2. *in fi. si vassall. feud. priu.* Glossator consuetudinum Parisiens. *in tit.* 1. §. 30. *n.* 133. *q.* 36. Alex. *in consi.* 1. *n.* 42. *vol.* 5. Curt. sen. *in consil.* 49. *n.* 76. Curt. iun. *in consil.* 130. *numer.* 23. Secundum membrum distinctionis
36 est, quando feudum † ex pacto & prouidentia nouum, & tunc Regi applicatur, per text. *in c.* 1. §. *si vasallus culpam, si de feudo defuncti mil.* Aluarott. *in c.* 1. §. *denique, n.* 8. *vers. & prima conclusio, quæ sit prima causa benefic. amitt.* Curt. iun. *in tract. de feudis, in* 5. *parte, conclus.* 1. dicit quod in feudo nouo hæc conclusio est per omnes approbata, & post alios Clarus *de feudis, quæst.* 66. *vers. & hæc quidem.* Vltimum est, quando feudum
37 est † ex pacto, & prouidentia antiquum, & tunc veritas est, quando pertineat ad agnatos, non autem ad Regem, hanc opinionē firmarunt, gloss. *in c.* 1. §. *hoc quoq; in ver. partem, de success. feudi*, glossa *in c.* 1. §. *denique, in ver. proximos, quæ sit prima causa benefi. amitt. & in c.* 1. §. *& quia, de his qui feudum dare possunt.* Andr. *in c.* 1. §. *præterea, num.* 10. *in fine vers. melius, & æquius. & n. seq. quæ sit prima causa benefic. amitt. & in c.* 1. §. *si vasallus culpam, si de feud. fuer. content. inter domin. & agnat.* Afflict. *in d. c.* 1. §. *si vasallus culpam, num.* 1. *& in c.* 1. *num.* 6. *si vasal. feudo priu. & in c.* 1. *in verb. & bona committentium crimen læsæ maiestatis, n.* 4. *quæ sint regal.* Tho. de Marinis *in tract. de feudis, in titulo de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo. num.* 88. Glossator *consuetudinum Parisiensium in d. tit.* 1. §. 30. *quæst.* 36. *num.* 33. *vers. sin autem sit feudum conuentionale.* Camerarius *in c.* 1. *an agnatus, in* 11. *oppositione.* & hanc opinionem vti verissimam amplexi fuerunt quàm plurimi consulentes relati per Crauett. *in consil.* 859. *quæstio duplex iudicio. num.* 12. *vers. in quæstione hac.* & per Rolan. *in consil.* 1. *n.* 31. *vol.* 3. & Ruyn. *in cons.* 7. *n.* 12. *vol.* 1. Cuius conclusionis veriorem rationem puto, quam declarat Thomas
38 de Marinis, *in d. tit. de feudo † ex pacto, & prouidentia antiquo.* quia in hoc quot sunt personæ; tot sunt concessiones, nempe, vt vita durante vnus habeat, & posterius mortem alter, And. *in d. c.* 1. *n.* 9. *de succe. feu. & in c.* 1. §. *præterea ducatus, de prohib. alien. feud. per Fed. n.* 38. *in fi.* Camerar. *in repet. d. c.* 1. *an agnatus. q.* 6. *n.* 2.

Et ex hac ratione declaratur hoc vltimum † membrum distinctionis, vt procedat, post mortem illius vasalli delinquentis: nam in eius vita dominus aufert, qui hoc tempore præferetur agnatis, ita dixit Andreas *in d. c.* 1. §. *denique, num.* 50. *quæ sit prima causa benefic. amitt.* per text. *in l. Statius Florus*, §. *Cornelio Felici. ff. de iure fisci*, *& in d. c.* 1. *n.* 4. *vers. si directè, si vasallus feudo priu. cui def.* & hanc declarationem diffusè probant Freccia *in tractatu de subfeudis, in* 29. *auctoritate, num.* 1. & Vrsillus *in additionib. ad* Afflict. *super dec.* 282. *num.* 20. *& seq.* qui alios referunt. 39

Quintus articulus est: Cum clericus † condemnatus per iudicem ecclesiasticum possidebat feudum concessum ecclesiæ, & tunc distinguendum est: Aut enim hoc feudum erat de mensa ipsius prælati: Aut de mensa Capituli. Primo modo dico, quod ecclesiæ potest auferri feudum, donec prælatus viuat, qui deliquerit, sed illo mortuo, vel ab officio, seu dignitate ecclesiastica remoto, ecclesia † statim illud feudum recuperat, *c.* 1. §. *finali. de capit. Corradi.* & ibi Andreas, Baldus, Aluarottus, Afflictus, & cæteri, & declarat Glossator *consuetudinum Parisiensium in d. tit. primo*, §. 30. *quæst.* 14. Ioan. Andreas *in d. c. verum, num.* 4. *de foro compet.* Abbas *ibid. num.* 19. Stephan. Aufrer. *in repetit. d. clem.* 1. *de offic. ordinar. in* 3. *quæst. in fine.* Hanc eandem opinionem tenent Ancharan. Cardinal. & Abbas *in c. final. de donationib.* Ioan. Andreas, Ancharan. & Geminian. *in c. vnic. columm. penult. de relig. domib. li.* 6. Abb. *in c.* 1. *num.* 18. *de dolo, & contumac.* Ripa *responso* 28. *num.* 20. *& responso* 30. *colum.* 1. *titulo de rescriptis.* & licet aliqui distinguant de delicto vel in omittendo, vel in committendo, vt secundo modo procedant prædicta, sed quando delictum est in omittendo, tunc † perpetuo præiudicatur ecclesiæ, Ias. *in l.* 2. *num.* 48. *C. de iure emphyt.* Tamen contraria opinio est verior, quia per delictum Regiæ, siue consistat in committendo siue in omittendo, præiudicatur Regiæ † dignitati in feudis cōcessis ipsi dignitati, donec ipse Rex delinquens viuat, & regiam dignitatem obtineat, & non vltra, Bald, *in l. executorem. col. fin. C. de execut. rei iudic.* & sequitur Præposit. *in d.* † *c.* 1. §. *final. de capit. Corradi.* & tanto magis procedit hæc opinio, quia textus *in d. c. final.* super quo se fundant Doctores, loquitur solum de delicto, siue felonia commissa contra dominum feudi, vt ibi omnes Doctores interpretantur; ergo non extendendum ad illud delictum, quantumcunque fuerit priuatione dignum, quod non fuerit commissum contra personam domini, quia in delictis non fit extensio, & delictum in omittendo non potest inferre præiudicium contra personam domini. Secundo autem modo, quando feudum pertinet ad mensam Capituli, & tunc hic articulus non procedit, non enim in vita prælati † delinquentis potest inferri præiudicium toti ecclesiæ, Anton. de Butr. *in cap.* 1. *& ibi* Abb. *num.* 18. *de dolo, & contumac.* Afflict. *in d. c.* 1. §. *final. num.* 4. *de capit. Corradi.* Ripa *in l. final. num.* 175. *C. de reuocand. donat.* Aufrer. *in d. clem.* 1. *in d.* 3. *quæstione, in fine.* 40 41 42 43 44 45

CASVS XC.

Leges ciuiles, de potestate patris in filium, atque de iuribus domini in libertum loquentes, non habere locum, si filius vel libertus facti fuerint clerici.

SVMMARIA.

1 *Pater ob necessitatem famis potest vendere filium.*
2 *Item vt se redimat ab hostibus.*
3 *Filij clerici non possunt vendi, vel pignorari per patrem,& nu.5.*
4 *Filij tenentur alere patrem non ratione patriæ potestatis.*
6 *Pater vnde habuit potestatem vendendi, & pignorandi filios.*
7 *Filius factus clericus non potest in seruitutem redigi.*
8 *Filius Christianus tenetur patrem infidelem alere.*
9 *Secus si resultaret in damnum religionis.*
10 *Filius Christianus tenetur patrem alere in foro conscientiæ,non contentioso.*
11 *Libertus quando est ingratus reuocatur in seruitutem.*
12 *Et quæ sint causæ ingratitudinis.*
13 *Libertus clericus nullo modo reuocatur in seruitutem.*
14 *Libertus non promouetur ad ordines,nisi fuerit manumissus liberè,sine retentione obsequij.*
15 *Dominus non succedit in bonis liberti clerici.*

1 IVre ciuili dispositum est, vt pater, † ob necessitatem famis, possit vendere filium, vt seipsum alat, *l.* 2.*C.de patribus qui fil.distrax.* glo.*in c.si quis propter necessitatem,de furtis,& in c.discipulos,de consecrat.dist.*5. Abbas *in c.nonne, col.fin. in princip. de præsumpt. & in c.ex literis,num.*7.*de diuort.*Cyn.*in l.*1.*C.de alend.liber.* Bart.*in l.qui filios, C.quæ res pignor.obliga.poss.* Bald.*in l.in suis, ff.de liber.posthum.* cum aliis ad hoc cumulatis per Tiraquell.*in tractat. de retractu consanguinit.*§. 26.*gloss.*1.*num.*14.& per Couarru.*in lib.*3.*variarum resolut.cap.*14.*nu.*4.& per Surdum *in tractatu de alimen-*
2 *tis,priuileg.*38.Item potest vendere,vt † se redimat ab hostibus,Doct.*in d.l.*2. & per Cagnol. *in l.non debet, ff.de regul.iur.* Surd.*in tractatu de aliment.titul.*6.*quæ.*8.*num.*98.

Baldus *in d.l.*2.*num.*1.*C.de patribus qui fil.distr.*dixit hoc esse dispositum propter patriam potestatem. Sed quando hęc ratio esset vera,neque cõprehenderet cle-
3 ricos, quia † statim ac sunt effecti clerici liberati sunt à patria potestate,vt plenè scripsi sup.*cas.*27.&quod a-
4 lendi necessitas †nõ proueniat à patria potestate,probatur, quia etiam filius emancipatus est ad prædicta obligatus, *l.si à liberis,§.sed vtrũ,& ibi* Doct.*ff.de lib. agnoscen.* & probatur *in l.legatum, ff.de capit.diminut.* Cagnol.*in l.vnica, nu.*25. *C.quando non petentium partes,&c.*Bar.*in tractatu alimentorũ,n.*10.*& in l.alimenta,§.imperatoris, nu.*3.*ff.de liber.agnoscend.*Aretin.*in §.final.Instit.quib.mod.solu.ius patriæ potest.*

5 Sed dispositio † ista non habet locum in filio clerico,quem pater ob necessitatem famis vendere non potest, vt se alat, ita firmarunt Hostiens.Io.Andr. & Innoc.*in c.Iudæorum, de ætat.& qualit.*Cagnol.*in d.l. non debet,n.*4.*ff.de reg.iur.*Couar. *in d.li.*3.*var.resolut. c.*14.*nu.*4.*vers.quarto quod in d.lege.* Gregor.Lopez *in glossa* 2. *l.*8. *tit.*17. *partita quarta.* Io.de Anan. *in d.c.si quis propter necessitatem. vers.tu adde,de furtis.* Cornel. Benincas.*in tract.de paupertate,in* 8.*quæst.speciali quinto.*Surd.*in d.tract.de alimentis,priuileg.*38.*nu.*16.qui alios allegat.

Cuius opinionis potest esse ratio, quia potestas
6 vendendi, & † pignorandi filios, habet originem ab antiquissima lege,qua licebat patri occidere filios, *d. l.in suis,ff.de suis & legit.* & ità declarat Bal. *in d.l.*2.*C. de patrib. qui fil.distrax.* sed cum filius † factus est cle- 7
ricus, non potest vlterius ab aliquo offendi,citra excommunicationem,nec in seruitutem redigi, quia fieret in opprobrium totius ordinis clericalis,quia ratione dispositum est non licere clerico mendicare, *c.diaconi,dist.* 93. Sicut in simili dicimus, quod licet filius Christianus † teneatur patrem infidelem alere,vt per 8
D.Thom.*in* 2.2. *quæst.*21. & esse communem opinionem inter Canonistas,testatur Abb. *in c.si quis episcopus,in* 1.*in d.tract. de alimentis,tit.*1.*quæst.*19.*n.*5. tamẽ hæc opinio non procedit, quando id resultaret † in 9
damnum fidei,& religionis Christianæ,Cardinal.*in c. non satis,distinct.*86.*& ibi* Præposit.*n.*20.Sed Felyn.*in c.cum sit.de Iudæis,*intelligit illam communem opinio- 10
nem procedere in foro conscientiæ, quia coram iudice ad id astringi non posset, & idem potest dici de patre excommunicato.

Secundus articulus est,libertus,†quando est ingra- 11
tus,de iure ciuili reuocatur in seruitutem, *l.* 2.*C.de libertis & eorum liberis.* Ripa *in l. generaliter,col.*1.*C.de reuoc.don.*quod intelligo†si patronus nõ remisisset ius 12
patronatus,quia si remisisset, iniuriæ debent esse graues, vt possit reuocari in seruitutem, vt habetur *in auth.vt liber.de cætero non indig.§.*1. *& ibi gloss.in ver. restituimus*, quæ vult, quod tali casu requirantur illæ causæ,ex quibus reuocatur donatio,seu aliqua earum, & fuit opinio Azonis *in summa C. de libert. & eorum lib.*& debet esse offensa in faciendo, quia si esset in omittendo,& in obsequialib. non reuocaretur libertus in seruitutem propter talem ingratitudinem, sed aliter coerceretur, *l. solo. C. de liberali causa.* nisi esset in non alienando patronum inopem,vt habetur *in l.alimenta.§.final.ff.de lib.agnoscend.l. diuus, §.fi.l. libertus à patrono,ff.de iure patronat.*Surd.*in tractat.de aliment. tit.*1.*q.*51.*nu.*9.& dicit Bartol.*in d.l.alimenta.*hanc esse obligationem causatiuam, non præcisam, vnde est in electione liberti vel præstare alimenta patrono pauperi,vel redire in seruitutem.

Sed hæc omnia nullo modo procedunt in liberto clerico,† vt probat Innoc.*in c.*3.*in fi.de seruis non ord.* 13
vbi quod nullo modo reuocatur in seruitutem propter ingratitudinem,& ratio est, quia † libertus non 14
promouetur ad ordines, nisi fuerit manumissus directè,& sine obsequio, quo casu in totum est eradicatum ipsum ius patronatus, & illæ reliquiæ istius iuris quæ remanebant respectu maximarum causarum ingratitudinis,non possunt exerceri, obstante charactere clericali,& præiudicio totius ordinis.Et ideo Ang. *in l.*1.*C.de bon.libert.* dixit, quod dominus † non suc- 15
cedit in bonis liberti clerici, & poterit disponere ad sui libitum,quia non ligatur dispositione, *§.sed nostra. Institut. de success. libert.* & allegat Innoc. tenere eandem opinionem *in d.c.*3.*de seruis non ordi.* eandem opinionem tenet Io.Fab.*in d.§.sed nostra,*& citat etiam Innocent. & mouetur etiam per textum *in auth. presbyteros diaconos,C.de episc.& cleric.*& est opinio æqua, & ita vidi seruari in practica.

CASVS XCI.

Edictum de alienatione iudicij mutandi causa facta,non habet locum si alienatio fiat in clericum vel ecclesiam, siue inter viuos,siue in vltima voluntate.

SVMMARIA.

1 *Cessio in potentiorem facta regulariter est nulla.*
2 *Et cedens qua pœna puniatur.*
3 *Cessio facta clerico contra laicum, non dicitur facta in potentiorem.*
4 *Cessio in potentiorem ob quam causam sit prohibita.*
5 *Alienatio emphyteusis quando dicatur fieri in potentiorem.*
6 *Cessio in potentiorem est prohibita ratione iurisdictionis.*
7 *Clericus non est potentior nisi habeat officium, & iurisdictionem.*
8 *Cessio in potentiorem procedit ex solo titulo lucratiuo.*
9 *Cessio in ecclesiam non dicitur facta in potentiorem.*
10 *Ecclesia nunquam censetur potentior laico, nisi habeat iurisdictionem.*
11 *Cessio litis potest fieri ecclesiasticis in vltima voluntate.*
12 *Vitium litigiosi non habet locum, quando alienatio fit in vltima voluntate.*
13 *Alienatione facta titulo vniuersali, res particulares veniunt in consequentiam.*

1 CEssio in † potentiorem facta, regulariter est nulla, vt *in rubric. ff. de alienat. iudic. mut. causa facta, & per totum titulum, &* C. *ne liceat potentioribus*, & qui
2 huiusmodi cessionem † facit, causam amittit, atque arbitraria pœna punitur, sed quia glossa *in cap. final. de alienat. iudicij.* dicit cessionem factam clerico comprehendi sub dicta prohibitione, & sequitur Collectarius ibidem, ad ostendendum veritatem, declaro casum per tres articulos.
3 Primus articulus est: Cessio † facta clerico contra laicum, non dicitur facta in potentiorem, adeò vt militet pœna *d. leg. final.* Nisi clericus habeat potestatem de iure, & de facto, & hanc opinionem tenet Innocent. *d. c. fin. & ibi* Hostiens. & Abb. *col. 1. vers. sed hoc dictum non placet.* Et ratio est, quia dispositio dictorũ
4 titulor. habet locum, quãdo cessio † siue alienatio bonorum, vel actionum fit dolo in potentiorẽ ratione officij, ita declarat glo. *in l. 1. ver. specialiter. vers. secundo siquidem, C. ne liceat potentiorib. &c.* Bart. Bald. Ang. Salic. Paul. de Castro. Alex. & Aret. *in d. l. fi. C. eod. tit.* Specul. *in tit. de cessione action. §. 1. col. 1. & col. 2. vers. cuius officij occasione terribilis aduersario esse potest. & in vers. ex proximè dictis.* Et hanc opinionẽ sequuti sunt Domini de Rota *in decis. 1. de alienat. iudicij, in nouis,* & Senatus Pedemontanus, vt per Cacche. *decis. 144. n. 12.* cum aliis per eum adductis, & ita debet intelligi Ias. *in l. fin. num. 90. & seq. C. de iure emphyt.* quando alie-
5 natio emphyteusis † dicatur fieri in potentiorem, & Menoch. *in consil. 38. numer. 47.* concludit, quod ad effectum prohibitæ alienationis in potentiorem, requiritur, quod is, in quem fit alienatio sit potentior de
6 iure, & de facto, & ratione iurisdictionis † possit perterrere eum, in quem fit alienatio, quod non contingit in clerico carente huiusmodi officio & iurisdictione. Nec obstat auctoritas d. glossæ primæ *in d. cap. final. de alienat. iudic.* quia est communiter reprobata, vt dicunt omnes Doctores ibi, præcipuè Abbas *numer. 2.* cum aliis ad hoc allegatis per Petrum Duenam *regul. 88. numer. 4.* Clericus igitur † non est po- 7
tentior, nisi effectu officium, & iurisdictionem habeat contra cessum, & quatenus absque prædictis esset æqualis laico cedenti, non diceretur comprehendi sub edicto prohibitionis, quia prohibitio in potentiorem procedit propter suspicionem inferendi terroris aduersario, quæ ratio non procedit vbi cessio fieret in æquè potentem, vel aduocaretur patrocinium æquè potentis, nihil enim potest dici in fraudem actum, cum non dicatur inferre terrorem, sed magis excludere, Natta *in consilio 491. in fine.*

Declaratur hic articulus, vt procedat tantum si ces-
sio † facta fuerit clerico ex titulo lucratiuo, secus si ti- 8
tulo oneroso; quia clericis prohibita est negotiatio, quam facerent mercando litem alterius mediante pretio, prout diffusè hanc declarationem probat Roland. *in cons. 38. n. 27. vsque ad fi. vol. 2.*

Secundus articulus est: Cessio † non dicitur in po- 9
tentiorem facta, si in ecclesiam facta sit, hanc opinionem probat Roman. *in toto consil. 518. in casu proposito.* & esse communem opinionem probat Sarnensis *super regulis Cancell. in regula de non subrogand. colliganti. 6. qu. 1. n. 2.* Ias. *in l. vnic. vers. confirmo per illud, C. de his, qui petent. nomine.* & ratio est, quia ecclesia particularis nullo modo † potest considerari potentior laico, 10
nisi habeat iurisdictionem super eo, vt per Innoc. & Host. *in d. c. 2. de alienat. iudic.*

Tertius articulus est: Cessio litis † potest fieri ec- 11
clesiasticis in vltima voluntate, hanc opinionem tenet Bald. *in l. hæreditatis C. de hæredibus instituendis,* vbi dicit, quod in vltima voluntate non distinguitur, an quis cedat potentiori, nec ne. Item quia debet esse libera testamenti factio, neque debet restringi metu pœnarum, vel amissionis iuris, Alex. *in cons. 155. n. 2. vol. 2.* Item vitium † litigiosi non habet locum, quan-
do alienatio fit in vltima voluntate, *l. nomen, de legat. 3. l. final. §. exceptis. C. de litig.* cum distinctione de qua 12
in authen. nunc si hæres, C. de litig. Et hic articulus multo magis procederet, & sine difficultate, si institutio esset vniuersalis, tum quia est fauorabilior, Dec. *in l. in testamentis, ff. de reg. iur.* Ias. *in l. si pluribus, col. 2. de legat. 1.* tum quia res alienatur † titulo vniuersali, hære- 13
ditario, res singulares veniunt in consequentiam, & principaliter attenditur sola successio ad vniuersum ius defuncti, *l. hæreditas, ff. de reg. iur.* & ideo vbi principaliter alienatio non valeret, debet valere accessoriè subsequens, ex regula *l. si quis causam, ff. si cert. pet.* & ita in his terminis probat Cephal. *in consil. 13. num. 20. & plur. seqq. & in consil. 94. num. decimo tertio. & nu. 15. vol. 1.*

CASVS XCII.

Dominos temporales nullo modo posse prohibere subditos, ne agant, vel conueniantur coram iudice ecclesiastico.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio Episcoporum potest prorogari per subditos laicos, etiam non obstante prohibitione dominorum.*
2 *Edicta, & ordines laicorum specialem mentionem facientes de clericis, non valere.*

3 Iuris-

3 *Iurisdictionem Papæ tentare impedire, temeritatis est.*
4 *Statuta subditorum*, Ne liceat appellare ad superiorem: *non valent.*
5 *Recursus potest haberi ad superiorem, etiam prohibente statuto.*
6 *Statuta impedientia iurisdictionem ecclesiæ sunt contra libertatem eius.*
7 *Recursus potest haberi ad ecclesiasticum propter iniustitiam laicorum.*
8 *Episcopus potest præcipere statuentibus, vt edicta, & statuta contra libertatem ecclesiæ cassent de libro.*

BEnedictus *in c. Raynutius, in ver. & vxorem, decis. 2. n. 53.* dicit officiales Regios posse prohibere laicos suos subditos, ne in realibus, vel personalibus actioni-
1 bus valeant prorogare iurisdictionem† episcoporum, & exterorum ecclesiasticorum, cuius opinionem secutus fuit Petrus Antonius de Petra *in tract. de potestate principis, c. 4. n. 10.* concludens idem posse facere omnes dominos temporales in suos subditos, & propterea *in eodem tractatu, c. 8. num. 87.* conclusit, posse eosdem dominos statuere, ne liceat eisdem subditis appellare ad Papam.

Sed ista opinio est omnino falsa. Primo, vt scripsi
2 sæpius, statuta, † edicta, atque ordines laicorum specialiter mentionem facientia de ecclesiasticis, nullo modo esse valida, *c. bene quidem dist. 96.* Anton. de Butr. Abbas; & Imola *in c. quod clericis, de foro compet.* Dec. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, n. 89. & ibi omnes.* Nam cum statuere, & edicta facere sit iurisdictionis, qua laici carent in clericos, non possunt laici quicquam ordinare specialiter nominando ecclesiasticos, & quicquid contra fecerint, est nullum ipso iure, prout scripsi supra *casu 52. vers. ego autem considero.* quod multo fortius procedit si de episcopis, & summo Pontifice mentionem fecerint. Item conclusum est supra *casu 56.* Statutum ne possit appellari, nec haberi recursus ad Pa-
3 pam esse contra libertatem ecclesiæ, † atque temeritatis esse auferre iurisdictionem à summo Pontifice, qui est fons & origo totius iurisdictionis, siue temporalis, siue spiritualis, vt diffusè probaui supra *in prima parte in relectione extrauagantis; Vnam sanctam, cap. 6.*
4 Addo, quod statuta † subditorum non valent, disponentia; *non esse licitum appellare ad superiorem:* vt concludunt omnes Doct. *in l. fin. C. de sentent. titu. generali per illum text.* Bald. *ibidem in fi.* Et quod ratione dire-
5 cti dominij possit haberi recursus† ad ipsum supremũ superiorem, etiam si statuto contrarium dispositum esset, consuluit Curtius iunior *in consi. 104. in fine.* loquens de statuto ciuitatis Ferrariæ, & in casu regni Neapolitani consuluit Ias. *in consil. 168. col. 6. vol. 4.* & idem dicendum est de regno Siciliæ, quod est de patrimonio Beati Petri, *c. ad Apostolicæ, de re iudic. lib. 6.* & de aliis regnis & statibus subditis ecclesiæ Romanæ scripsi supra *part. 1. c. 8.*

Denique negari non potest, quin huiusmodi ordi-
6 nationes, edicta, atque statua cuiuscunque † sint generis, siue directè, siue indirectè, auferentia ea quæ competunt ecclesiasticis, sint contra libertatem ecclesiæ, vt concludunt communiter *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* & pluries scripsi supra, & ita contra *c. fi. de rebus Eccles. non alien.* & contra *c. nouerint. de sent. excommunic.* Quod autem auferant iurisdictionem ecclesiasticorum, probatur. Nam propter iniustitiam lai-
7 corum posse haberi recursum† ad ecclesiasticũ, dispositum est *in c. qualiter. de iudic.* Idem si esset grauatus à non recognoscente superiorem de facto, quia tunc per denunciationem euangelicam potest haberi recursus ad ecclesiam, vt communiter per Canonistas *in c. nouit. de iudic.* vbi latè Nauarr. Curt. iun. *in d. consi. 104.* Franch. *in cap. si duobus, §. denique, num. 14. de appellat.* & quod quando propter aliquod impedimentum facti, aut iuris quis non potest consequi quod sua interest coram iudice laico, tunc de iure potest agere coram ecclesiastico, diffusè scripsi supra *parte 3. cap. 3.* ergo huiusmodi edicta essent de directo contra libertatem ecclesiæ, & posset episcopus † præcipere statu- 8
entibus, atque ordinantibus vt illa reuocent, etiam sub pœna excommunicationis, & in subsidium submittere locum interdicto, vt scripsi supra *parte 2. capite 44.*

CASVS XCIII.

Principes laicos non posse statuere limitando, vel interpretando ius diuinum, sed hoc esse munus Apostolicum.

SVMMARIA.

1 *Principes laici an possint per statutum interpretari, vel limitare ius diuinum.*
2 *Aliqui tenent posse in temporalibus, secus in spiritualibus.*
3 *Papa potest declarare, limitare, & dispensare contra ius diuinum.*
4 *Deus an possit dispensare in omni casu super iure diuino.*
5 *Præceptum nullum Decalogi esse dispensabile etiam per omnipotentiam qui teneant.*
6 *Præcepta duo prima Decalogi esse indispensabilia, cætera verò dispensabilia.*
7 *Deus omnipotens quomodo possit dispensare in omnibus præceptis decalogi.*
8 *Malitia in actu humano quando consideratur contra rationem, & quando contra voluntatem Dei.*
9 *Diuina voluntas quomodo consideretur dupliciter in præceptis Decalogi.*
10 *Deus potest dispensare Decalogo, non obligando nos ad præceptum.*
11 *Deus dispensauit cum Abrahamo, vt posset filium occidere, & in quibus aliis.*
12 *Peccatum committitur quando contra fit illi, quod Deus vult nos velle.*
13 *Papa habet potestatem super voluntate hominis respectu peccati.*
14 *Papa potest dispensare super iure diuino, in quo intercedit humana voluntas, non diuina.*
15 *Papa potest dispensare in omnibus præterquam in articulis fidei.*
16 *Papa solus interpretatur ius diuinum.*
17 *Imperator nullo modo potest disponere super matrimonio.*
18 *Dispensatio fieri non potest, quæ contineat in se intrinsecam rationem mali.*
19 *Dispensatio fieri non potest in ijs, quæ implicant contradictionem.*
20 *Dispensatio fieri non potest super mendacio.*
21 *Principes laici non possunt super iure diuino dispensare.*
22 *Princeps potest ciuilia iura tollere, dummodo non offendat legem Dei.*

DOctores *in c. quæ in ecclesiarum, de constitu.* disputantes quæstionem an Principes † laici possint
1 per statutum interpretari, vel limitare ius diuinum, concludunt communiter, posse in illis casibus, in quibus aliquando limitatum fuit, dummodo in tem-
2 poralibus, † in quibus habent iurisdictionẽ, in spiritualibus autem non posse, sed ad solum summum Pontificem pertinere, Abbas *n. 9. & seq.* Felyn. *nu. 2. & n. 16. & seq.* Dec. *n. 43. & plur. seq.* Stephan. Aufre. *in tract. de potest. secular. in ecclesiasticos, regul. 4 limitat. 47.* Sed vt iste casus cum faciliori distinctione explanetur, constituo tres articulos.

3 Primus articulus est; Sum. Pontificem † posse constituere declarãdo, limitando, atq; dispensãdo super iure diuino. Pro cuius intelligentia, inuestigandum est cũ Theologis an super iure diuino possit per Deũ omnipotentem dispensari: nam ex eius resolutione apparebit vera ratio, cur licitum sit summo Pontifici super iure diuino dispensare. Prima opinio fuit Guglielmi Ocami qui simpliciter dixit, nihil esse adeo malum, &
4 iniquum, in quo Deus † dispensare non possit, ita vt ex dispensatione fiat laudabile, etiam ipsius Dei odiũ, quia nihil est impossibile apud Deum, & cum ideo aliquod est peccatum, quia lege prohibitum; ergo sublata lege, quam Deus potest auferre, nullum erit peccatum; ergo secundum istam opinionẽ non solũ Deus potest in aliquo præcepto dispensare, sed contrarium præcipere. Secunda opinio est D. Thom. *in 1. 2. q. 99. art. 5. & q. 100. arti. 8.* quæ est de directo contraria pri-
5 mæ, videlicet, nullum præceptum Decalogi esse † dispensabile per quamcũque potentiam, etiam per omnipotentiam, licet quædam alia, quæ sunt extra Decalogum, & pertinent ad legem naturæ dispensationem admittant: & hanc opinionem sequuntur ibi Caietanus, Soto, & omnes Thomistæ, atque etiã Altisiodorensis, Riccardus, & nonnulli alij. Tertia opinio fuit Scoti, *in 3. lib. sententiar. dist. 37. q. 5.* retinens medium
6 inter prædictas, videlicet duo prima † præcepta primæ tabulæ esse indispensabilia, cætera omnia dispensationis per diuinam potentiam, esse capacia, & hanc sequitur Gabriel. *lib. 3. tit. 7. q. 5.* dicunt enim dupliciter aliquid esse de iure naturæ, vel vt principium practicum & conclusionem necessario subsequentem, & in istis nullo modo potest esse dispensatio, in quo ordine sũt duo prima præcepta; vel neque vt principium practicum, neque necessariam conclusionem, & huius ordinis sunt omnia præcepta Decalogi, quæ sunt dispensabilia, quia non habent necessariam connexionem ad consequutionem vltimi finis, & hanc opin. sequuntur Petr. Tarantasis, D. Bonauentura, & cæteri Scotistæ. Quarta est opin. Durandi *in lib. 1. sententiar. dist. 47. q. 4.* dicentis, in quarto præcepto de honorandis parentibus, & in quinto de non occidendo, posse fieri dispensationem, in cęteris autem non posse dispensari.

Sed ego credo Deum omnipotentem † posse dispẽ- 7
sare in pręceptis Decalogi, auferendo rationem culpę in ordine ad se, non tamen auferendo malitiam in ordine ad rationem humanam, quam distinctionem sic
declaro. Duplex enim est malitia † in actu humano, v- 8
na quę est contra rationem, altera quę est contra voluntatem Dei, & peccatum ex priori malitia non habet quid dicat culpam contra Deum, sicut peccatum naturę vel artis non censetur habere rationem culpę, licet sit contra naturę pręscriptum, & contra artem, sed ex eo quod est contra voluntatem Dei. Item sciendũ
quod diuina † volũtas est duplex, vna, quę vult aliquid 9
vt parentes honorari, altera, quæ vult nos idem velle, id est, vt parentib. honorem exhibeamus, peccatum autem non committitur contra priorem voluntatem, sed cõtra posteriorem, quia aliquis posset nolle quod Deus vult, nisi sciret Deum ipsum id velle. Tunc re-
sponderi potest, quod quamuis Deus pręceperit † non 10
esse occidendum, tamen sua potentia absoluta potest non obligare nos ad id volendum, sicut ipse multa vult, ad quæ nos nõ obligat, vt sunt ea, quę habent rationem consilij; & hoc modo posset dispensare in decalogo, si nollet nos obligare ad volendum idẽ quod ipse pręcepit, & quia secus faciendo non fieret contra voluntatem diuinam, ideo non posse peccatum.

Huius declarationis possunt multa S. Scripturę ex-
empla allegari, Deus omnipotens † dicitur dispensasse 11
cum Abrahamo, vt posset filium occidere, Genes. *c. 22.* Item cum Samsone, vt se vnà cum aliis perimeret, ac etiam cum Eleazaro, Iudith. *c. 16.* Item cum Iudęis in furto, qui iussu Dei acceperunt vasa ab Ægyptiis, quę non restituerunt, 1. *lib. Machab. c. 6.* Item cum Osea, in fornicatione, qui Deo imperante fornicariam cognouit, & filios fornicationis habuit, Oseę *c. 1.* Item Machabęi sine peccato pugnarunt in sabbato 1. *lib. Machab. c. 2.* cum tamen ex lege Decalogi, tali die ab omni opere cessandum esset. Item de lege naturę est, ne quis cognoscat sororem, & tamen filij Adę suas cognouere sorores matrimonio legitimo. In quibus certiùs potest dici omnipotentem Deum exemisse prędictos ab obligatione volendi id quod in diuinis pręceptis fuerat ordinatum.

Ex hac vera dispensationis diuinę ratione, potest inferri ad veram rationem dispensationis humanę. Nam cum, vt dictum est, diuina voluntas consistat, vel in eo, quod ipse vult, vel in eo, quod vult nos
velle, † & peccatum committatur secundo modo, 12
non primo, & sic quando voluntas hominis requiritur; ergo Papa potest dispensare, probatur, quia vo-
luntas † hominis est sub potestate Papę, & quicquid 13
summ. Pontifex per ecclesiasticas constitutiones facit, ipse idem Deus omnipotens, cuius auctoritate prędictę constitutiones conduntur, facere dicitur, vt probat Anch. in his terminis *in consi. 373. reuocatur in dubium, nu. 7.* Theologi dicunt, quod esse de iure diuino contingit duobus modis, vel cum res aliqua ex sola Dei voluntate dependet, & quod baptismus fiat in aqua, & quod sit necessaria materia, & forma, vel cum intercedit humana voluntas, vt accidit in voto, & iuramento, quę vbi facta sunt, obligant etiam ex iure diuino, sed Deus non obligat ad vouendum vel iurandum, ita in priore genere nulla potest
per summum † Pontificem fieri dispensatio, 14
vnde

vnde non posset ordinare, vt baptismus fieret in vino
& lacte, sed in posteriore casu, vbi interuenit homi-
nis voluntas, quæ sub potestate humana est, potest
fieri dispẽsatio: & ex hac ratione Theologorum com-
munis Canonistarum opinio confirmari potest, quæ
15 vult summum Pontificem † posse in omnibus dis-
pensare, præterquam in articulis fidei, & vbi turbare-
tur status vniuersalis ecclesiæ, *cap. literas, & ibi gloss. in
ver. non potest. de restit. spol.* glo. *in c. proposuit, in ver. dis-
pensare, de concess. præbend.* & latè scripsi de hoc supra
casu 79. art. 2. vers. neque diminuit. & scribit etiam Dec.
in d. c. quæ in ecclesiarum, n. 45. vsque ad 54. & potest in-
telligi eximendo hominem à volendo, id quod iure
16 diuino sancitũ est. Et quia solus Papa † habet auctori-
tatem in spiritualibus, ideò ipse solus interpretatur
ius diuinum, & non Principes laici, & ad hoc est text.
in c. venerabilem, qui fil. sint legit. & probant Abb. &
cæteri *in d. c. quæ in ecclesiarum.* quos allegaui supra in
principio huius casus, Archidiac. *in §. hinc colligitur. 2.
q. 3.* sed limitare circa voluntatem hominis, ne incidat
in peccatum, est de spiritualib. *c. nouit. de iudiciis, & ibi
notant omnes.* ergo nullo modo potest fieri per Prin-
cipes laicos. Vnde Dd. *in c. final. de nupt.* dicunt Impe-
17 ratorẽ † nõ potuisse disponere super matrimonio, et-
iam ex causa rationabili, vt non sit matrimonium,
quod est de iure diuino, ideò *titul. C. de interdicto ma-
trimonio inter pupill.* Item *titulus C. si rector prouinciæ.*
Item *C. de secund. nupt.* & similes non valent, quia con-
diti à non habente potestatem.

Declaratur hic articulus, vt procedat quoties dis-
18 pensatio † facienda per summum Pontificem conti-
neret in se intrinsecã rationem mali, & ita repugnan-
tiam, exemplum potest dari in primis duobus præce-
ptis decalogi, in quibus non potest dispensari, quia
quod implicat contradictionem per nullam poten-
19 tiam fieri potest, sed implicat contradictionem † esse
odium Dei, & esse secundùm voluntatem Dei, ergo
fieri non potest. Probatur, detur homo qui odio ha-
beat Deum, idque ex præcepto & voluntate diuina,
tunc sic arguo: Is odio habet Deum, propter ipsum
Deum, quia facit quod Deus vult; ergo amat Deum,
sed implicat amare & odisse. Idem dicendum est de
præcepto de non honorando Deum. Item ab acti-
bus, contrariis istis præceptis, non potest auferri ma-
litia, quia actus auertens ab vltimo fine est intrinsecè
malus, sed irreuerentia in Deum est actus auertens ab
vltimo fine; ergo est intrinsecè malus; ergo non est
capax dispensationis. Idem dicunt de octauo præce-
20 pto Decalogi, quoniam † mendacium est intrinsecè
malum, cum opponatur veritati; ergo non potest su-
per eo dispensari, & ita probat Pet. Roytius *in decis.
Lituanica 5. nu. 248.* Ias. *in l. cunctos populos, n. 54. & seq.
C. de summa Trinit.*

21 Secundus articulus est: Principes † laici non pos-
sunt super iure diuino dispensare, gloss. *in l. final. C. si
contra ius, vel vtilit. public. & ibi* Salic. *in princ.* glo. pri-
ma in fine *in l. quoties, C. de precib. imperat. offeren.* quã
omnes sequuntur, præsertim Castrens. *in l. rescripta, n.
3. C. eo. tit.* Ias. *in l. quominus, n. 3. & seq. ff. de fluminib.* Bal.
in l. 1. in 1. lect. n. 5. ff. de const. Princip. Archidiacon. *in c.
final. in princip. 9. quæ. vltima.* Felyn. *in c. quæ in ecclesia-
rum, n. 26. & seq. de constitut. & ibi* Immola, *n. 2. & 3. &*
Anchar. *n. 7.* Andr. *in c. naturales, n. 1. in fi. si de feudo de-
22 funct.* dicit, Princeps † potest ciuilia iura tollere quan-
do vult, dummodo nõ offendat legem Dei, vel natu-
ralem, Fulgos. *in cons. 20. in fin.* Ancharan. *in d. c. quæ in
ecclesiarum, n. 7.* dicit quod non valet rescriptum Prin-
cipis contra ius naturale, vel diuinum, quia inferior
non † potest contra legem superioris, *l. nam & magi-* 23
stratus, ff. de arbitr. & ita respondit Ias. *in consi. 145. nu. 3.
vol. 2.* & quod nulla sit maior auctoritas quàm lex æ-
terna, probant Bald. *in l. 2. num. 4. C. de seruit. & aqua,*
& Calcaneus *in consil. 53. nu. 14.* & ideò suprema, & ab-
soluta potestas Principis † subiecta est iuri diuino, *ca.* 24
sunt quidam, 25. quæst. 1. per quem textum ita concludit
Felyn. *in c. in causis, in princ. de re iudic.* Angel. *in l. ado-
ptio non iure facta, ff. de adopt.* & quod iuri diuino, &
præceptis sacræ Scripturæ potestas Principis sit obli-
gata, est textus *in c. 1. 25. q. 1.* per quem ita firmat Lucas
de Penn. *in l. fin. n. 57. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11.* Curt.
iun. *in l. imperium, nu. 53. ff. de iurisdict. omn. iudic.* & Ia-
son *in consil. 105. in fin. vol. 1.* ergo non potest contra i-
psum ius diuinum dispensare, quia inferior non po-
test: & licet plenitudo potestatis aliquando subeat lo-
cum causæ, secundùm quam posse Principes † laicos 25
dispensare & derogare iuri naturali, dicit Dec. *in d. c.
quæ in ecclesiarum, num. 29. vers. sed aduertendum est.* &
Capyc. *decis. 106. num. 5.* Tamen in dispensatione præ-
dicta requiritur auctoritas, & potestas, quam, vt dixi,
in præcedenti articulo, non habent Principes Laici,
sed solus summus Pontifex, qui condit constitutio-
nes auctoritate Dei, propter quam rationem conclu-
serunt Dd. quod nec possunt † disponere contra ius 26
ciuile, quando illud fundatum esset super naturali æ-
quitate, Abb. *in d. c. quæ in ecclesiarum, & in c. per tuas,
de arbitr.* cum aliis per Marsil. *in sua practi. criminal. §.
sequens, num. 39.* & potest esse ratio, quia lex † fundata 27
in naturali ratione æquiparatur iuri naturali, ita con-
cludit Curt. iun. *in l. 1. in princ. n. 10. ff. quod quisque iur.*
& communiter per omnes Doctores *in l. venia, C. de
in ius voc.*

Tertius articulus est: Principes † laicos posse con- 28
stitutiones condere, addendo ad ipsum ius diuinum.
Hic articulus satis patet ex his, quæ scripsimus supra
part. 3. cap. 9. vbi diffusè ostendimus nullam legem
condi posse, quę legis voluntatẽ habere dicatur, quin
deriuet à principiis diuinæ legis, atque declarauimus
quasi omnes leges ciuiles trahere originem à præce-
ptis decalogi. Nec dicitur lex naturalis † mutari per 29
additionem; Imò aliquando necessarium fuit addere:
quia cùm lex diuina fuisset obscurata per peccatum,
atque vitiata, ad occurrendum malitiæ humanæ, o-
pus fuit aliqua additione pro maiori obseruantia di-
uinæ legis, vt lex diuina statuit; in ore duorum, vel
trium stare veritatem; lex humana addidit in multis
casibus adhiberi plures testes, vt *c. præsul. 2. q. 4. & l.
consultissima, C. de testam.* sic in multis aliis, & validita-
tem habere dicuntur, quia trahant originem ab illa
diuina lege. Vnde Alphonsus de Castro *in tract. de le-
ge pœnali, c. 10.* considerant leges aliquas esse morales
tantùm, vt præcepta Decalogi, Exodi *cap. 20. & c. quid
in omnib. 32. q. 7.* aliquas esse solum pœnales, vt sunt 17.
canones, de quibus habetur *in 30. distin.* Alias vero es-
se mixtas, vt *in c. omnis, de pœnit. & remiss. & in extra-
uag. execrabilis.* & hanc dispositionẽ sequutus est Na-
uarr. quo ad pœnam expressam *in tract. de lege pœna-
li, n. 27. in fi.* Sed possunt † Principes ad occurrendum 30
humanæ malitiæ, pro defensione fidei, religionis, at-
que iuris diuini condere legem mixtam, vi-
delicet illi addendo pœnam, vt *Cod. de
summa Trinit. & fide Catholica,* &
in quam plurimis aliis.

CASVS XCIV.

Nullam præscriptionẽ currere contra Ecclesiam super bonis alienatis sine solénitate Apostolica, per *extrauagãtem, ambitiosæ*, Secus est de iure communi, quod non censetur correctum circa validitatem contractuum antea celebratorum.

SVMMARIA.

Modo videamus an iuribus ecclesiasticis posit fieri præiudicium per præscriptionem † propter quam posit præsumi sollemnitas. In quo casu magis communis opinio Doctorum est, propter antiquitatem temporis præsumi sollemnitatem † extrinsecam atque omnia requisita legitima in quocunque actu, *leg. si filius, & ibi* Bart. Bald. & Dd. *ff. de petit. hæred. l. qui alien. & ibi* Alexan. & Ias. *& cæteri Moderniores. ff. de acquir. hæredit.* Ang. Alex. Rom. Ias. & cæteri *in l. sciendum, ff. de verb. oblig.* Ias. *in l. si certis annis, C. de pact.* Anton. de Butr. & Abb. *in c. peruenit, de emp. & vendit.* Felyn. *in c. sicut, de sentent. & re iudic.* & esse magis communem testantur Dec. *in l. 1. Cod. qui admitti.* Corn. *in consil. 284. vol. 4.* Hieronym. Gabriel. *in consil. 36. nu. 52. vol. 1.* Anton. Gabriel. *in suis communibus conclusionibus titul. de præsumptionib. conclus. 1.* Crauett. *in tractat. de antiquit. tempor. part. 5, §. venio ad tertium; & §. vidimus in genere.* Et procedit etiam si in actu, de quo tractatur, nulla solemnitatis mentio, nec enunciatiuè quidem facta sit, Felyn. *in d. cap. sicut, numer. 33. vers. septimo & vltimo, de sentent. & re iudic. & in c. Albericus, columnn. fin. de testibus*, vbi Hostien. primus dixit hoc, Ias. *in dict. leg. sciendum. colum. 7. vers. quid tenendum in tanta varietate.* Dec. *in consil. 381. column. 9. & in consil. 558. column. 2. circa finem.* Crauett. *in d. §. venio ad tertium, num. 11.* & hanc esse communem opinionem, attestatur Felyn. *in d. c. Albericus, colum. final.*

Ex quo infertur pro defensionibus possessorum bonorum † ecclesiasticorum, quæ cùm prohibita sint alienari, vt in pluribus titulis iuris canonici de rebus ecclesiæ non alienandis, nisi adhibita certa solemnitate iuris communis, vt prælatus cum toto capitulo capitulariter congregato, *c. nullam, 19. q. 2.* Abbas *in c. quanto, de his quæ fiunt à Prælat.* Bald. *in authent. hoc ius porrectum, nu. 3. C. de sacros. eccles.* cum aliis per Menoch. *in consil. 73. num. 2. vol. 1.* Atque sollemnitate *extrauagantis; Ambitiosæ de rebus eccles. non alienand.* putant possessores prædicti se tutari posse antiquitate temporis, cùm clarè docere non posint de sollemnitatibus prædictis. Sed vt casus diffusius explicetur, declaro per quatuor articulos.

Primus articulus est, cùm tractamus de solemnitate iuris communis, recepta est opinio Iurisconsultorum, si sumus in casibus, in quibus tractatur de rebus parui præiudicij, concurrente possessione † vnius, & patientia alterius, per spatium decem annorum præsumi sollemnitatem interuenisse, & hic casus *in d. l. qui in aliena, ff. de acquir. heredit. & in leg. si cum fideicommissa, §. Aristo. ff. qui & à quibus.* exemplum est in his, quæ principaliter fiunt ad acquisitionem, in quibus licet in consequentiam obligentur, qui patiuntur longo tempore, tamen inspicitur id solum, quod principaliter agitur, Angel. *in consil. 317.* & notant omnes Canonistæ *in cap. nosc itur, de his quæ fiunt à prælat. & in c. licet Hely. de simonia & in c. illud, de præsumpt.* vbi agitur de beneficialibus, † in quibus non est verisimile quod tolleretur malè institutus, & vtrobique non agitur principaliter ad exclusionem alicuius, sed solùm fit his præiudicium, quorum consensus requiritur circa concessionem alteri faciendam, nihil autem ipsis aufertur, & ita dicitur agi de rebus leuis præiudicij.

Sed si tractetur de rebus magni præiudicij, puta de exclusione alterius principaliter, & validitate alienationis in præiudicium domini, tunc secundùm vnam

vnam opinionem, ex temporis diuturnitate non
6 præsumitur † sollemnitas, Bartol. *in quæstione incip. mulier habens magnum patrimonium, col. fin. in princip.* quem refert, & sequitur Ale. *in cons.12.n.7.vol.4.& in consil.218.n.5.& seq.vol.6. & in consil.94.n.6.vol.7.* vbi consuluit super instrumento venditionis vetustissimo, annis quinquaginta elapsis octo, & concludit, non præsumi sollemnitatem, & post multos alios hanc opinionem sequitur Caccheran. *in decis. Pedemontana 173.col.1.*

Verior autem, communior, & certior opinio est,
7 vt in rebus † magni præiudicij, concurrente patientia vnius, & possessione alterius, per spatium triginta annorum præsumatur sollemnitas, glossa, Immola, & Barbat. *in c.peruenit, de emptione & vendit.* Fely. *in d.c. sicut.n.30. de re iudic. & in d.c. Alberic. in fi. de testib. & in d.c.illud.col.penult.de præscript.* Albertus Brunus *in tractatu de sollemnitate, in articulo de probation. col.9. in fine.* Baldus *in tractatu de præscript. in 3. parte, qu.10. limitatione 2.* Et licet Crauetta *in tractatu de antiquitate tempor. parte 3. in secundo casu* teneat contrarium videlicet sufficere decem annos, tamen Gabriel. *in d. concl.36.n.51. vol.1.* relatis quàm plurimis aliis Doctoribus pro hac opinione, ostendit Crauettam errasse, allegando Doctores pro eius opinione, qui dicunt contra eundem Crauett. & sic ex dictis Gabriel. *in d. num.51.& num.52.* apparet hanc esse veriorem, & communem opinionem.

Sed hæc omnia non procedunt contra ecclesiam, quia vt supra docuimus *casu* 48. nulla præscriptio iu-
8 ris † ciuilis currit aduersus ecclesiam siue respectu immobilium, sicut etiam mobilium, nisi spatio quadraginta annorum, & ex illis dictis concludo, qualiter, concurrente possessione vnius, & patientia ecclesiæ, quadraginta annorum spatio, insistendo in terminis iuris communis, de quibus loquor in hoc casu, posset præsumi dicta sollemnitas.

Et aduerto, quod supradicta opinio vera est, sed non per *d.c.peruenit, de empt. & vendit.* vt volebat Gabriel. *in dicto consilio trigesimo sexto, numer. 49. & sequ. volumine primo,* quia illius dispositio non se fundat so-
9 lum in præscriptione, nam contra dotem, † de qua ibi non præscribitur, *l.in rebus, C.de iure do.* & aduertit Abb. *in dict.c.peruenit.* Item præsumptio de iure canonico non procedit cum mala fide, *c.final.de præscript.* & ibi illa mulier emptoris habebat scientiam donationis factæ vxori, quia in textu dicitur vxorem consensisse, propterea textus non se fundat in præscriptione, sed in aliis, puta, quia pretium cõuersum erat in vtilitatem vtriusque coniugis, & vterque consenserat, & quatenus etiam summus Pontifex ibi habuisset aliquam considerationem præscriptionis, etiam secundum vnam opinionem, tamen textus non facit contra hanc nostram determinationem, quia non loquitur de præscriptione contra ecclesiam, sed contra priuatum.

Secundus articulus est, cum tractamus de rebus
10 magni † præiudicij, adhuc in terminis iuris communis loquendo, non procedente possessione vnius, & patientia alterius, tunc nullo modo potest præsumi, sollemnitatem interuenisse, contra aliquem, nisi la-
11 pso spatio † centum annorum, hanc opinionem firmarunt Hostiens. Io.Andr. Immola, & Ancaran. *in d. c.Albericus, de testibus.* Alex. *in dicto consilio 218. volumine sexto.* Cor. *in consilio 181. numero vigesimo secundo, volum.2.* & hanc esse communem opinionem testatur Gabriel. *in d.consil.36.n.52. vers. & alij multi, quos referre non oportet.*

Tertius articulus est: Cum tractamus de sollemnitate † iuris nouissimi, videlicet *dictæ extrauagantis, am-* 12
bitiosæ, de reb. eccles. non alienand. corrigentis ipsum ius commune, tunc sollemnitas prædicta nullo vnquam tempore potest præsumi: Primo, quia *dicta extrauagans, ambitiosæ:* requirit sollemnitatem verã, & quod in effectu sit vtile ecclesiæ, sed per quamcumque temporis præfinitionem non posset altera esse sollemni-
tas, † quàm præsumpta, ideo non sufficit, ita in termi- 13
nis constitutionis regni Neapol. prohibentis alienationem feudorum in regno sine consensu Regis, probat Frecc. *in 2. li. de subfeudis, quæst.31. assensus, n.4.* vbi quod licet de iure communi feudorum prohibita esset alienatio feudi, *c.imperialem, de prohib. alien. feudi per Fed.* & poterat præscribi, *c.si quis per triginta annos, si de feud. defunct.* & ita sufficiebat consensus domini præsumptus, quia tamen per constitutionem regni fuit correctum ius commune, & ordinatum, vt interuenirent certæ sollemnitates, non sufficit interuenire præsumpta tacita, sed expressæ & veræ interuenire debent, & ibi latè probat Freccia. Item sollemnitas requisita per *dict. extrauagant. ambitiosæ.* est de forma substantiali, quæ respicit iustitiam tituli, ideo ex antiquitate temporis non potest præsumi, ita probat Alex. *in l.qui in aliena ff. de acq. heredit. & in cons.179.n. 5. seq.vol.6.* Gram. *in decis.79.n.14.* Crauet. *de antiquit. temp. parte 3.n.22.* post alios quos refert Albert. Brun. *in tract. de forma & sollemnit. in art. de probat. & præsu. formæ, vers. vndecimo est aduertendum.* vbi dicit formã & sollemnitatem essentialem † nunquam præsumi, 14
quia sic esset præsumere ipsum factum, non autem sollemnitatem facti. Item de forma censetur illa sollemnitas, quæ ab initio actui non inerat, sed de nouo inducitur, Calcan. *in cons.24.col.6.post med.* Imm. *in l. eum qui, circa finem. ff. de acq. here.* vt quando statutum de nouo inducit certas modificationes, Dec. *in consil. 434.n.1.& consil.455.n.7.* Ancaran. *in consil.242. in fine.*
Sicut etiam † de forma est, quando statutum aliquid 15
disponit præter iuris communis dispositionem, Socin. *in cons.92.col.3.vol.4.* Marsi *in cons. 65. n. 14.* Crau. *in consil.182.n.10.* sed sollemnitas apostolica per *d. extrauãg. ambitiosæ.* introducta est noua, præter dispositionem iuris communis, inest hodie si substantialiter
ipsi actui alienationis; ergo est de forma. Et in dubio 16
illud dicitur † de forma, cuius omissio potest afferre graue preiudiciũ, Ruy. *in rubric. ff. de noui oper. nũtiatio. col.3. vers. sed quid si dubitetur.* & est de mente Bar. & aliorum, præsertim Aretin. & Ias. *in l.2.§.prius, col.fin. vers. tertio casu. ff. de noui oper. nuntiat.* Fely. *in c.cum dilecta, n.24. vers. tertium signum, de rescript.* Sed omissio istius sollemnitatis apostolicæ posset afferre magnum præiudicium, quia posset sine ea fieri alienatio rei ecclesiæ in damnum ipsius, non autem in euidentem ecclesiæ vtilitatem, prout decet; ergo est de forma.
Quod autem est de forma, † si omittatur, actus dici- 17
tur ipso iure nullus, *l.cum hi, §.prætor, ff. de transac. l. in conuentionalibus, in fine. ff. de verborum obligation.* Bart. *in l.nominatim, ff. de condit. & demonstration.* Bald. *in leg.fi.C.de suis & legit.* Ias. *in cons.97.col.4.vol.1.* Dec. *in c.de appellationibus, n.3.& 4. de appellat. & in consilio 77. in princip.* etiamsi in qualibet minima qualitate omittatur, actus est ipso iure nullus, Alciat. *in libro 5. paradoxor. cap.16.* Dec. *in cons. 532.* quia forma † consistit 18
in sui integritate, Dec. *in l.hac consultissima, n.12.C.qui*

testam.fac. poss. & in dubio forma censetur substantialis & essentialis, ideo in dubio ipso iure vitiat, Bald. *in l. comparationes, n.5. C. de fid. instrum.* Alex. *in cõs. 50. n. 5. vol. 5.* Dec. *in consi. 10. n. 2. & consi. 455. n. 7.* & latissimè per Caccheran. *in decis.* 165. vbi quod non seruata forma decreti ducalis actus omnino corruit, tanto ma-
19 gis, quando habet clausulam † annullatiuam actus, prout adest *in d. c. extrauagant. ambitiosæ.* & ideo hæc forma non posset remitti à partibus, vt probat idem Caccherã. *in decis. 166. n. 7.* argument. notatorum *in l. fin. C. de vendit. rerum ciuil. li. 12.* & ex actu celebrato sine forma, neque ciuilis, neque naturalis obligatio nascitur, *l. 1. §. eum qui, ff. de constit. pec. l. 1. §. si quis, ff. de ver. oblig.* Bartol. *in l. cum quis ius ignorans, col. 3. C. de iuris & fact. ignoran.* Alciat. *in l. 1. in prin. n. 5. ff. de verb. obl.* Alex. *in l. 1. nu. 7. ff. de condict. indeb.* & ex defectu ti-
20 tuli, etiam † qui potest rescindi, nõ habetur iusta causa præscriptionis, vt probat Ruy. *in cõs. 170. n. 34. vol. 1.* per text. *in l. in causæ, §. interdũ, & §. seq. ff. de minorib.*
21 post alios per eũ citatos. Idem quia defectus † formæ inducit malam fidem, *l. 1. vbi glossa*, & Bart. *n. 11. & communiter Doct. C. de fide instrum. & iure hastæ fiscal. lib. 10.* Næuizan. *in cons. 85. n. 14.* & in terminis, quãdo forma statutorum non fuit obseruata, Paris. *in consil. 100. n. 67. & seq. vol. 1.* & post plurimos Doctores per eum citatos probat Albert. Brunus *in d. tract. de forma & sollemnitate, in artic. de potentia & effectu formæ, col. 11.*
22 *vers. 7. effectus.* Et contra præscriptionem † etiam centum annorum obstat defectus malæ fidei, vt de magis communi opinione testatur Crauetta *de antiquitate parte 4. n. 49.* quẽ cum aliis citat, & sequitur Vrsill. *in addition. ad Afflic. super decis. 239. & super dec. 368. in fine.* Quod sic probatur, quia ipse emptor rei ecclesiæ, propter non seruatam sollemnitatem dicitur esse in dolo, & mala fide, vt dixi, ideo nulla currit præscriptio dum ipse emptor vixit, *c. final. de præscri. c. possessor, de regul. iur. lib. 6.* Dec. *in consil. 144. n. 4.* Baldus *in tractatu de præscriptionib. in 2. parte 3. partis principalis vers. 13. quæro, & in 4. parte princ. in 12. quæ. ver. sed dubitatur.* loquens in præscriptioee rei feudalis, Calcan. *consil. 25. n. 13.* cum aliis per Port. *in suis communibus con-*
23 *clus. lib. 3. c. 44. & cap. 46.* Item † mala fides ab initio afficit etiam singularem successorem vtentem accessione sui auctoris, vt diffusè probat Paris. *in cons. 29. n. 24. & seq. & cons. 101. n. 98. & seq. vol. 1.* Balbus in *d. trac. de præscription. in d. 2. parte 3. partis princ. quæ. 12. col. 2.* per textum *in auth. malæ fidei, C. de præscri. longi temp.* ergo aut quilibet successor vti vult contractu & accessione sui auctoris, & inficitur mala fide, vt dixi, aut vult incipere præscriptionem à se, vel ab altero, & non potest, quia in antiquissimis, vbi aliquid non potest obtineri sine titulo, debet saltem probari fama i-
24 psius † tituli & priuilegij, Mohedanus *decis. 340. circa finem.* Put. *decis. 365. parte 2.* Cassad. *decis. 2. de probationib.* Innoc. *in c. veniens, de verborum significat.* Doct. *in l. cum aliquis, C. de iure delib.* Crauet. *de antiquit. temp. parte 1.*

25 Ex quo infertur, quod licet sit vera opinio, quod res prohibitæ † alienari præscribi possunt, de qua latè per Pinell. *in auth. nisi trecennale, C. de bonis matern. n. 24. in fine, vsque ad nu. 30.* quam intelligo veram in præscriptione triginta vel quadraginta annorum, Castrẽs. *in l. final. §. penultim. C. commun. de lega.* Alex. *in cons. 59. numer. 11. volumin. 3.* Corn. *in cons. 404. volumin. 1.* Curt. iun. *in authent. res quæ, n. 7. Cod. commun. de legat.* Ias. *in consil. 57. volumin. 1. & in §. diui, n. 156. de legat. 1.* Socin. *in consil. 251. vol. 2.* Balbus *de præscription. parte 4. quæst. 5.* Tamen non possunt † præscribi, quan- 26
do non fuit obseruata forma legis nouæ corrigentis ius commune, quia deficit titulus, deficit bona fides, & continuatur in successorem, qui non potest obtinere, nisi probet saltem famam iusti & legitimi priuilegij.

Quartus articulus est: Sollemnitas † præsumpta, de 27
qua dixi in primo articulo, sufficit in contractibus factis ante *dictam extrauagantem; ambitiosæ*, quia regulariter leges nouæ disponunt de futuro, & nunquam trahuntur ad preterita, *l. leges & constitutiones, C. de legib. l. iubemus, in fine, C. de testam. c. 1. & c. fin. de constit.* & vbique per Doctor. & quod quando nouum ius inducunt, licet conditæ essent ad declarationem iuris antiqui, tamen in eo, in quo de nouo disponunt, non trahuntur ad præterita, Alex. *in consil. 7. visis, n. 4. vers. tamen dico, vol. 2.* Paris. *in additioni. ad Bar. in d. l. leges & constitutiones, & in l. causas, in 1. lect. C. de transact.*

Et tanto fortius hæc procedunt, si contractus esset factus saltem decem annis ante conditam *d. extrauagantem; ambitiosæ.* quia leges nouæ non trahantur † ad 28
præterita quæsita per perscriptionem, vt probat Raphael Cumanus *in toto consilio 159. in dubium vertitur.* Nam cum per spacium decem annorum acquiratur vtile dominium, vt in locatione ad longum tempus, dicunt Canonistæ *in c. 1. de rebus eccles. non alienãd.* Felyn. *in consil. 25.* Immol. *in cle. 1. de rebus eccl. s. nõ alien. & in cons. 68. col. fin.* Ab. *in c. ex literis, col. final. de iure patronat.* Rodoan. *in tractatu de rebus eccles. non alien. quæ. 6. n. 8.* Couar. *in lib. var. resolut. c. 16. n. 2.* hoc dominium longo tempore acquisitum non potest intelligi ablatum per legem nouam, quæ non præsumitur alicui voluisse inferre † præiudicium, ex regula *l. hoc* 29
iure, ff. de aqua quot. & æsti. & l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco public. & Princeps non præsumitur auferre ius tertij, Afflict. *decis. 334. n. 3.* Alcia. *regula 3. præsumpt. 11. n. 3.* Marsil. *singular. 483.* Et ad hoc facit, quod 30
Princeps † etiam de plenitudine potestatis non aufert ius quæsitum ex contractu, Abb. *in c. veniens. nu. 4. de voto.* Dec. *in consi. 407. n. 17.* Crauet. *in consil. 241. per totum.* cum aliis per Gabriel. *in suis communib. conclus. tit. de iure quæsito non tollend. conclus. 1. n. 6. & seq.* Et quando posset id facere per viam legis, pro bono publico, tenetur soluere pretium, vel reddere excambium, Crauet. *consi. 208. in Franchesia, col. 1. vers. breuiter.* Suarez *allegation. 100.* Næuizan. *in consilio 106. numer. 40.*

Et quatenus contra ecclesiam particularem præscribatur solo spatio quadraginta annorum, *aut. quas actiones, C. de sacros. eccl. c. de quarta. c. illud, de præscript.* Aduertendum est, quod noua constitutio † incipit li- 31
gare à tempore quo fuit publicata, & vsu recepta in aliquo loco, & qui se fundat in hoc, debet probare, vt fuit decisum in Rota, vt per Caputaquens. *decis. 203. parte 3.* Et licet hæc constitutio propter clausulam, *irritantes*, † liget etiam ignorantes, quia inferiores 32
non potuerunt per non vsum tollere legem Principis, vt per eundem Caputaquens. *decis. 204. parte 3.* Tamen clausula irritans non potest trahi ad contractus antea factos, ex quibus quæsitum erat ius, quod non præsumitur sublatum, vt dixi. Item quia illi contractus præbebant iustum titulum præscribendi, præscriptio autem non impeditur, nisi cum mala fide, quæ penes ignorantes existere non potest, & ideo clausula † irritans nunquam potest afficere contra- 33
hentes

hentes quo ad pœnam, quæ non debet interrogantibus constitutionem, vt fuit resolutum in Rota, vt per Put.*decis.281.parte* 1. ergò præscriptio bona fide, & iusto titulo inchoata ante conditam *d.extrauag.ambitiosæ.* nō potest dici impedita per ipsam à die datæ ipsius, sed à die quo verè fuit vsu recepta in populo, ad effectum constituendi malam fidem in possidente, & interim poterat currere præscriptio. Nisi probetur, quod *dicta extrauagans, ambitiosæ.* fuit vsu recepta antequàm complecteretur dicta præscriptio quadraginta annorum: & interim præsumo contrarium, propter regulas: *Ne lex noua trahatur ad præterita.* Item: *Ne lex noua faciat alteri præiudicium.*

CASVS XCV.

Testatorem non præiudicare ordini ecclesiastico per conditionem, *si sine liberis decesserit*, quæ nō excludit ecclesiasticos, nec monasterium ante professionem, etiam substituto altero filio.

SVMMARIA.

1 Conditio, si decesserit sine liberis, *euanescit, quando institutus vel legatarius religionem ingreditur.*
2 *Idem est, si conditio concepta sit*, si sine filiis legitimis & naturalibus decesserit, *& n.23.*
3 *Conditio, quæ aduersatur vitæ contemplatiuæ, reiicitur.*
4 Conditio, si decesserit sine liberis, *pro non scripta habetur, si ingrediens religionem mortuus fuerit infra annum professionis.*
5 *Ingressus religionis fit purè, resoluendus sub conditione, si sibi non placuerit.*
6 §.sed & hoc præsenti, auth.de sanctissim. episcop. *declaratio, & nu.22.*
7 Auth.ingressi monasterium, *declaratio.*
8 *Nouitio decedente infra annum professionis, bona acquiruntur monasterio.*
9 Auth.si qua mulier. *declaratio.*
10 *Conditio ex sui natura trahitur retrò.*
11 *Conditio trahitur ad suum principium, tamquam si non esset apposita.*
12 *Conditio resolutiua purificatur in primo momento temporis.*
13 *Conditio suspensiua retrotrahitur quoad omnia, præterquam dominium.*
14 *Dominium quando non sit translatum irreuocabiliter.*
15 *Dominium ex defectu modi retrò transfertur ad sua principia.*
16 *Dominium bonorum ingressi, statim quæruntur monasterio.*
17 *Nouitius infra annum post condere testamentum.*
18 *Sed debet ecclesiæ relinquere.*
nditio, si sine liberis decesserit, *dicitur defecisse per*
19 *Coingressum monasterij, etiamsi alter filius sit substitutus.*
20 *Voluntas testatoris non est attendenda contra expressam dispositionem iuris.*
21 *Monasterium in quibus excludatur per filios.*
24 *Doctor non potest arrestari de cōsuetudine totius orbis.*
25 *Conditio*, si decesserit sine liberis, *reiicitur, etiamsi institutus factus fuerit clericus.*

1 QVod ista cōditio, † *si decesserit sine liberis*, sub qua conciperetur aliqua vltima voluntas, euanescat, & pro non scripta habeatur, quotiescunque institutus vel legatarius religionem ingressus fuerit, & fauore religionis ipsum monasterium excludat substitutum, textus est *in §. sed & hoc præsenti, in auth.de sanctissim.episc.& in c.in præsentia.de probat.* & vtrobique Doctores inuestigantes per quæ sit vera ratio huius decisionis, & de electione verioris rationis, latè per Cardin.Mantic.*in tract.de coniect.l.b.11.tit.7. in primis columnis*, quam quæstionem diffusius tractant Berous & Parisius *in d.c.in præsentia*, & Menochius *lib.4.præsumptione* 83.pro qua faciunt quę scripsi supra *casu* 80.
& casu 81. Idemque esset dicendum, si conditio † concepta fuerit, *si sine filiis legitimis & naturalibus decesserit*. Aut sit concepta, *si decesserit sine liberis ex suo corpore procreatis*, quia isti casus multo magis aduersantur 2
vitæ † contemplatiuæ & professioni religionis, quàm 3
si simpliciter conditio concepta esset, & ideo reiiciendam, & pro non scripta haberi, dicit Barto.*in auth.ingressi, n.53.C.de sacros.eccl.& in l.si ita quis, §.is cui, de legat.2.*cum aliis per Cardin.Mantic. *in d.titul.7. nu.* 20. vbi quod hæc est magis communis opinio, fundata melioribus fundamentis, de qua attestatur Couar. *in lib.1.variar.resolution.cap.9.numer.11.versicul. quam opinionem.*& eam tanquam veriorem probat & sequitur Socin.iun. *in cons.63. num.61. vol.3.* Sed quia circa hunc casum de multis solet dubitari in præiudicium iurisdictionis ecclesiasticæ, ideo reassumo per tres articulos.

Primus articulus est: Conditio, † *si decesserit sine li-* 4
beris, dicitur defecisse, & pro non scripta habetur, etiā si is, qui ingreditur religionem, mortuus sit infra annum probationis, & sic ante factam professionem tacitam vel expressam. Quia ius ciuile loquens de ingredientibus religionem, recipit declarationem à iure canonico, quo disponitur, vt ingressus † religionis 5
sit purè factus, resoluendus sub conditione, *si sibi non placuerit infra annum*, pro quo Dec.*in auth. ingressi.n. 4.vers.sed postea.* post Ancaran. *in consi. 69. contra donationem, n.8.in fine.* allegat *c.super eo. c.significatum.c. statuimus, de regularib.lib.6.* quæ iura denotant resolutionem. Vnde dicit Dec.quod secundum istam declarationem debent intelligi alij effectus, qui ex ingressu religionis proueniunt; ergo ita debemus intelligere
textum *in d.§. † sed & hoc præsenti, in auth. de sanctis-* 6
sim.episc.in vers. tales conditiones inualidas, & pro non scriptis esse, &c. vt statim religionem ingresso habeantur pro non scriptis, & sic primus ipse ingressus purè fiat, resoluendus sub conditione, & si diceremus contrarium, obstarent verba, *pro non scriptis esse*, quæ si intelligerentur sub conditione haberentur pro scriptis, & contradicerent verbis Imperatoris. Ita etiam intel- 7
ligenda est *d. auth. ingressi † monasterium, ipso ingressu se, suaque dedicant, &c.* ergo de primo ingressu, quia pronomen, *ipso*, est ad oculos demonstratiuum, Bal.*in cons.304.nobilis vir, vol.5.*Ias.*in §.diui, in 2.lect.col.pen.* Loaz.*n.498.*Ripa *n.111.de legat.1.* Riminald.iun. *consi. 509.n.32.*Menoc.*cons.82.n.158.*& sic de primo ingressu, non autem de eo, qui fit post professionem, qui demonstrari non potest ab initio.

Ex quo infertur, quod si intra annum professionis
iste † nouitius decesserit, eius bona acquiruntur mo- 8
nasterio, excluso substituto, vel venientibus ab intestato, & hanc opinionem firmarunt grauiores & antiquiores viri, Iacob.Rauenn.Petrus de Bellapert.Raynerius de Forliu.*in d.auth.ingressi.& ibi* Cyn. *in 2. qu.* Bart.*in auth.si qua mulier, in fine, C.de sacros.eccl.* Dec. *in d.auth.ingressi.n.4.*Ancaran.*in dict. consil. 69. & in cap.cum causam, de elect.& in cap.2.in 1.notab. de testament.*

ment. Barbatia *in clem.1. vers. & ex istis, de elect.* Antonius de Butr. *in c.præsentia, nu... vers. quæro an si monachus, de probation. & ibi etiam* Dec. Collectar. *in c.quanto, col.fin.vers. sed quid si monachus, de offic. ordin.* Et pro
9 hac opinione est text. *in d.auth.* † *si qua mulier, in vers. monasteriū intrauerit, monasterio quod intrauit, res eius competere, &c.* Fit igitur purè ingressus, quia statim quæritur, & hic est effectus puræ dispositionis ex doctrina glossæ *l.2.ff. de in diem addict.*

Ergo quando moritur in religione infra annum, illa conditio habetur pro non apposita, quia conditio
10 ex † sui natura trahitur retrò, Bolognet. *in l. si is qui pro emptore, n.305.ff. de vsucap.* Vnde si principium fuit purum, conditio subintellecta, *si sibi placuerit infra annum*, euanescit, dum moritur in monasterio, quia dici-
11 tur sibi placere. Et quod trahatur † ad suum principium, tanquam si non esset apposita, firmant Ange. *in l.fin.§.1. & ibi latè* Alex. *ff. de vulg. & pupill.* Dec. *in l. si pecuniam, in 2.notab.ff. si cert. pet.* Tiraq. *de retract. cōsanguinit. §.1.glo.2.n.27.* Roland. *de lucro dot. q.51.n.4. vers. quarto confirmatur, & ibid. nu.10.* dum considerat
12 in primo momento † temporis purificari istam conditionē resolutiuam. Et licet Bart. *in l. si is qui pro emptore, nu.47.ff. de vsucap.* dicat conditionem retrotrahi
13 † quoad omnia, præterquam quoad dominium, Ias. *n.312.* Paris. *in consil.11.nu.31.vol.1.* Tiraquell. *in d.l. si vnquam, ver. reuertatur, nu....* Tamen Bartol. loquitur in conditione suspensiua, sed nos sumus in resolutiua. Item eius dicta procedunt, quando dominium esset
14 translatum irreuocabiliter, sed quando † dominium posset annullari per conditionem resolutiuam, tunc non dicitur translatum irreuocabiliter, sed suspensi-
15 uè, ita quod ex defectu † modi illud dominium retrò transferatur ad sua principia attractiua, Bald. *in l.3.C. de pact. inter em. & vend. & in l. ea lege, nu.13.C. de condict. ob caus.* & declarat Francisc. de Ponte *in consil.81. n.39.* Gabriel *in consil.48.n.2.vol.1.* vbi quod dominiū statim retrò transfertur, & *in consil.66.eod.vol.* probat hanc esse æquiorem, & magis communem opinionem, Roland. *in consil.62.vol.2.* qui etiam attestatur de communi. Quare si bona ingressi, statim ac intrat monasterium, illi quæruntur, *d.auth. si qua mulier, in princip.* & hoc per canones intelligitur cum conditione, *si sibi placuerit infra annum*, ista conditio dicitur resolutiua; ergo præsupponitur dominium bonorum in-
16 gressi † esse quæsitum monasterio, & sic cùm ibi moritur absque alia dispositione, excludi substitutum, atque venientes ab intestato. Et licet aliqui velint quando dominium transfertur purè, cum conditione resolutiua, tunc non dici verè dominium, sed ius dominij, vt glossa *in constitutione regni Neapolitani, quæ incipit, si donatio, fol.210.col.2.n.30.* quia ius dominij de facili redit ad sua principia sine traditione, tamen hoc non procedit in ecclesia, in qua dominium verè transfertur, etiam sine traditione, *l.fin. de C. de sacrosanct. eccles.*

Neque obstant contra hanc opinionem Doctores citati per Tiraquellum *in tractatu de retract. lignag. §.1.gloss.8. numer.36.* quos dicit tenere contrarium: siquidem Ancaran. quem citat, pro sibi contrario *in c. beneficium, num.3. versicul. ista faciunt ad quæstionem, de regularib. lib.6.* quando consuluit *in d. consilio 69.* mutauit opinionem, vt ibi ipse dicit, & refert à se scripta *in d.c. beneficium.* Item Franch. quem allegat *in d.c. beneficium, col.2. versic. & pro declaratione materiæ.* nihil certi firmat, sed confusè in hoc articulo citat Doctores pro vtraque parte, ad quos se remittit. Item Abbas *in d.c. in præsentia, numero sexagesimo octauo*, non firmat contrarium, vt Tiraquell. allegat, sed cum distinctione loquitur, concludens, quod vbi bona nec tacitè nec expressè transiuerint ad monasterium, tunc ipse ingressus habet facultatem testandi, & hanc opinionem sequitur summa Angelica *in ve. Nouitius, §.11.* & de hoc mox dicam. Item Barbat. in additionibus ad Abbatem, quem Tiraquellus allegat, nihil certi firmat, sed more scribentium apostillas citat Doctores pro vtraque parte, & quando ipse scripsit ex proposito, tenuit opinionem veram, pro qua ipsum allegauimus. Item Fulgosius, quem sequitur Ias. *in auth. si qua mulier, n.58. & seq. Cod. de sacrosan. eccles.* tenent contrarium, moti, quia iste non est verè religiosus, antequam profiteatur. Non igitur ex numero Doctorum potest impugnari supradicta vera opinio, ad fauorem religionis, procedens ex veris terminis.

Neque obstat ratio Abbatis, quod nouitius † in- 17
fra annum potest condere testamentum, quia vtrumque stare potest, cum dominium non sit translatum irreuocabiliter, sicut in donatione causa mortis, quæ morte confirmatur; ergo si non testatur, ipse non reuocat, & sic morte confirmatur. Imo si testatur, † de- 18
bet ecclesiæ relinquere, *d. auth. si qua mulier*, ergo ecclesiæ erat quæsitum ius super eo, & quando disponeret, deberet adhibere solemnitatem, de qua per sacrosanct. Concil. Tridentin. *sess.25.cap.16.* non facit; ergo morte est confirmatum dominium. Nec obstat ratio Iasonis, quod non sit religiosus, quia ratio præsupponit acquiri monasterio à tempore quo religionem professus est, sed nos declarauimus nuper, acquiri à tempore primi ingressus.

Secundus articulus est: Conditio, † *si decesserit sine* 19
liberis, dicitur defecisse si institutus ingreditur religionem, etiam si aliter filius testatoris sit substitutus. Quia testator non potest expresse monasterium, vel ecclesiam ab hereditate excludere, si heres institutus monasterium ingressus fuerit, vt probaui supra *casu octuagesimo*; ergo non est præsumendum talem fuisse testatoris voluntatem, vt potius voluisset excludere monasterium, & admitti substitutum, vt probant Cardinal. Mantic. *in dicto libro 11. titulo septimo, num. decimo tertio.* & Menoch. *lib.4. præsumption.83.* Imo in casu nostro non attenditur voluntas testatoris, quia conditio ista reiicitur tanquam turpis, & pro non scripta habetur, *d.§. sed & hoc præsenti.* & hoc fit contra voluntatem testatoris. Et quando † ius disponit 20
contra voluntatem testatoris, non esse attendendam illius voluntatem, probant Dyn. & Bartol. *in l. si ita quis, §.1. de legat.2.* Cyn. Ray. Barto. & Ang. *in auth. nisi rogati. C. ad Trebellian.* Castrens. & Immol. *in leg. fideicommissum, ff. de condit. & demonstrat.* per quam rationem Ruynus *in consilio centesimo quinquagesimo tertio, in fine, volumin.3.* concludit in his terminis, monasterium excludere etiam filium substitutum. Nec est vera ratio, qua mouentur Cardinal. Mantic. & Menoch. in locis citatis, leges & canones permittere fieri interpretationem pro filiis contra † monasterium, 21
quia, vt optimè, & diffusè respondet Dec. *in consilio 426.* hoc procedit solum respectu legitimæ, sed quando filio relicta est legitima, tunc de iure magis fauendum est ecclesiæ, & religioni, quàm filiis, pro quo multa Decius ibi congerit, & concludit, monasterium excludere etiam filium substitutum: tanto magis

22 gis quia dispositio *d. §.† sed & hoc præsenti.* generalis est ad fauorem religionis;ergo comprehēdit omnem casum, nec potest dari casus, qui religioni maiorem contineat fauorem. Item excipit solum casum, quando est substituta pia causa; ergo confirmat in cæteris, & ita latissimè concludit ibi Dec. Et pro hac opinione facit altera magis communis,& verior, de qua dixi
23 in principio, quod monasterium † excludit substitutum etiam si conditio concepta fuerit, *si sine liberis legitimis & naturalibus institutus decesserit*, prout etiam diffusè probat Alex.*in consi.121.vol.2.& in consi.35. vol. 3.* quam opinionem magis communem esse in puncto iuris veriorem,attestatur Gratus *in cons.111. n.56.vol. 2.* licet dicat, contrariam esse vsu receptam, & debere preferri. Sed hæc ratio vsus est facti, & non potest
24 Doctor † attestari de consuetudine totius orbis, & si quis esset vsus particularis alicuius loci,vel etiam vniuersalis, non posset præiudicium afferre religioni, vt dixi supra *casu 81.*

25 Tertius articulus est:Hic fauor religionis † procedit, etiam si institutus sub hac conditione factus fuerit clericus secularis,& simpliciter sacerdos,hunc articulum latè probat Felyn.*in d.c.in præsentia, n. 56.de probat.* quia non potest reddi ratio cur non idem fauor, de quo *in d.§.sed & hoc præsenti.* qui debetur vitæ monachali,non debeatur etiam clericali, quando ipsa vita clericalis futura sit perpetua,& probant etiam Ruy. *in d.cons.153.n.1.& seq.vol.3.*& Dec.*in consi.259.nu.5.& seq.*cum aliis per Cardin.Mantic.*in d.tit.7. col.final.*

CASVS XCVI.

Quando vniuersitas grauatur per numerū foculariorum, vigore statuti de dāno dato,an clerici qui nō comprehenduntur, computandi sint in numero ipsorum.

SVMMARIA.

1 *Statutum, quod vniuersitates teneantur de incendiis & damnis datis est validum.*
2 *Vniuersitas quando teneatur soluere pœnam, vigore statuti.*
3 *Clerici sunt ciues vniuersitatis,in qua habēt beneficiū.*
4 *Faciunt numerum foculariorum ciuitatis vel villæ.*
5 *Clerici, qui non soluunt pœnam, an sint causa, vt cæteri soluant maiorem pœnam.*
6 *Statuentes de vniuersitatibus soluentibus pœnam non potuerunt intelligere de clericis.*
7 *Clerici nunquam possunt facere partem vel numerum in damnum aliorum.*
8 *Statuta, quod vniuersitates teneantur ad emendam damni,intelliguntur in subsidium.*
9 *Statutum de emenda damni dati,intelligitur de præsentibus & habilibus.*
10 *Pœna applicanda fisco iuxta numerum foculariorum, non intelligitur de clericis.*
11 *Exemptione facta alicui particulari ex priuilegio, non augetur onus aliis.*
12 *Ciuis, qui damnum passus est, tenetur contribuere, quando vniuersitas tenetur de damno dato.*

POena suos debet tenere auctores,*l.sancimus, C. de pœnis,§.quoniam,in auth.vt nulli iudic.*vbi Ang.dicit,de iure communi villam non teneri emendare damnum per alium illatum. Sed ad excitandum communitates, vt curent, ne in loco versentur homines malæ conditionis, vtque incitent vniuersitates ad custodiam & diligentiam, in multis locis condita sunt statuta, quod vniuersitates † teneantur de incendiis & damnis datis, super quo statuto consuluit Alba *in consi.275.& consil.seq.* Roma. *in consi.7.visis necessariis.* 1
Calcaneus super statuto Brixiæ *in consi.61.incip. ventura.* & in regno Neapol. adsunt plures constitutiones, & Capitula regni contra communitates, super prouisione prædictorum damnorum. Solent autem prædicta statuta condi sub comminatione pœnæ † soluendæ per vniuersitatem secundum numerum foculariorum, verbi gratia, à mille focularibus supra soluatur pœna fisco, scutorum centum, à quingentis vsque ad mille soluatur pœna scutorum quinquaginta,vltra solutionem damni dati, prout disponit *Capitulum regni,quod incipit,Clandestinis maleficiis*, & dicta statuta pœnalia non includunt clericos, vt pluries conclusimus in præcedentibus casibus. Sed quia clerici † sunt ciues illius vniuersitatis, in qua nati sunt, vel beneficium habent,Bart.*in l.1.n.11.ff.ad municipal.& in l.ciues.C.de incolis lib.10.*& ideo faciunt numerum † foculariorum ciuitatis, vel villæ: ideo dubito, an ipsi, qui non soluunt, † sint causa, vt cæteri soluant maiorem pœnam, verbi gratia, sunt mille focularia, inter quæ sunt centum clericorum, vtrum debeat solui pœna centum, vel quinquaginta,& ita centum focularia qui non soluunt, faciant vt reliqui soluant integraliter pro numero mille. 2 3 4 5

Negatiuè respondendum est, & ita in terminis respōdet Bartholomæus de Capua, super *d. capit.Clandestinis, n.5.* quia numerus foculariorum intelligitur de soluentibus, † & subditis iurisdictioni laicorum, 6
sed clerici nec soluunt, nec subsunt dictæ iurisdictioni; ergo de eis non potuerunt intelligere statuentes laici, quia ex impotentia arguimus noluntatem. Et certè ista opinio est satis æqua, quia cum clerici nullo modo comprehendantur sub statutis laicorum, etiam respectu bonorum patrimonialium, & sint immunes à quibuscunque oneribus, respectu ipsorum habendi sunt pro mortuis, & ita nunquam † possunt facere 7
partem neque numerum in damnum aliorum. Sicut dicimus de filio ingrediente religionem fratrum minorum,non capacem bonorum, qui in computatione legitimæ filiorum nec facit partem, nec facit numerum,Bald.*in l.vnic.in princip.nu. 11. C.de caduc.toll.* Alex.*in l.plane,§.si duobus, nu.7.de legat.1.*qui attestatur esse communem opinionem, Aretin. *ibi col. 8. in fine, versicul.& quia.*Immola *column.2.circa finem.* Crotus *in leg.re coniuncti,n.130.de legatis 3.* Idem Alexand. *in leg.si pater filium,nu.143.ff.de inofficioso testament.* Fabian.*in authent.nouissima, Cod.de inofficios. testament. num.211.*

Ex quo infertur,quod statuta † Mediolani, Papiæ, Florentiæ, & similia disponentia, teneri communitates ad emendam damni,quod intelligunt in subsidiū, 8
Alberic.*de statutis parte 2.quæst. 84.* Hippolyt. Bonacoss.*in quæstionibus criminalibus,rubric. de damno & incendio.* non comprehendunt de iure communi minores,mulieres,clericos,senes,infirmos,absentes, Alberic.vbi supra *quæst. 68.* Bald. *in rubric. C. qui accus. non poss.num.15.*Plotus *in l.si quando,numer.863 versic. quinquagesimo sexto,C.vnde vi.*Roman.*in d.consi. 7. n. 1.& numer.9.* Et ideo aut quærimus de emenda † damni dati, & dico quod eorum bona non possunt grauari, sed omne damnum debet emendari, & solui per 9
alios

alios de communitate, habiles, & præsentes tempore delicti, & maleficij, atque obligatos ad custodiam, & capturam, Innoc. *in c.graui, de sent.excomm.* Afflict. *in constitutione regni incip. generalia iura.n.3.* Alber. *de statutis in 2.parte, quæst.71.* Thobias Nonius *in cons. 46.* & ideo augeri debet onus aliis nõ exemptis, sed comprehensis à statuto, Petrus de Vbaldis *in tractatu de*
10 *collectis,n.31.* Aut quærimus de pœna † applicanda fisco propter dictum damnum datum, ex numero foculariorum, & dico ex eadem ratione, quod non faciunt numerum in computatione ipsorum, ex quo statuta huiusmodi intelligi debent de obligatis ad solutionem onerum, prout in simili, quando exemptio
11 est † facta alicui particulari ex priuilegio, non augetur onus aliis, sed priuilegium vertitur in damnum concedentis, Bellon. *in consil.28.* & latè per Nicolaum Festas. *in tract. de collectis, c.2.n.67. & seq.* multo magis in priuilegiatis de iure communi. Credo tamen quod in vtroque articulo comprehendatur is, qui damnum
12 passus † est, nam secundum veram opinionem tenetur contribuere partem suam pro modo facultatum suarum, *l.2.§.cum in eadem naue, ff. ad l.Rod. de iact.* Bal. *in l.ab omnibus, §.si Titio, de legat.1.* Alberi. *de statutis in 2.parte, quæst.67. vers. item quæritur.* quicquid in contrarium consuluerit Bertrand. *in consil.227.nu.8. parte prima.*

CASVS XCVII.

Si Comes creatus fuerit Episcopus, non amittit castrum, quod obtinuerat vigore primogenituræ.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo præferens primogenitum secundogenito dicitur iniicere vinculum ante clericatum.*
2 *Comes qui successit ad feudum vigore primogenituræ, factus Episcopus non amittit castrum.*
3 *Feudum an perdatur, feudatario facto clerico.*
4 *Iura feudorum prohibentia ecclesiasticos succedere in feudis, non comprehendunt Cardinales.*
5 *Cardinales posse succedere ad feudum, cõtra Ruynum.*
6 *Episcopi nõ cõprehenduntur sub generali dispositione.*
7 *Seruitium militare, quando possit fieri per substitutũ.*
8 *Comes origine, factus Episcopus, non perdit Comitatũ.*

1 CONsuetudo † præferens primogenitum secundogenito, dicitur iniicere vinculum antequam quis fiat clericus, vt supra *casu 22.* satis superque probatum est, & ideo clericatus superueniens non potest auferre ius successionis ad feudum, ex cuius casus resolutione apparere potest resolutio alterius. Quid si
2 Comes, † qui iam successit ad feudum vigore primogenituræ factus fuerit Episcopus, an castrum amittat, super quo consuluit Cephalus *in toto consilio primo.* Nam si clericus primogenitus potest acquirere feudum, ergo multo magis retinere, & hæc est vera ratio consulendi super hoc casu. Neque obstant quæ communiter per scribentes allegantur, quod feudum per-
3 ditur, † statim facto clerico, *c.qui clericus, si de feud. defunc. c.1. an mutus vel alias imperfec. c.1. de vasal. qui arma bellica depos. c.1. in fine, de feu. fœm.* aliis per Cephal. *in d.consil.1.n.1.* allegatis. Quia ad ista iura dedimus veram responsionem & intelligentiam *in d. casu 22.* ibi consule, ne bis repetamus. Addo considerationem Iasonis *in cons.17.n.2. vers. tertio principaliter, volum.*
4 4. vbi quod iura † feudorum prohibentia clericos & religiosos succedere in feudis, non procedunt in Cardinalibus propter eorum excellentiam, & ideo non veniunt in generalitate dispositionis. Ex quo infertur non bene consulere Ruynum *in cons.42. vol.1. n.9.* vbi concludit Cardinales † non succedere posse 5
ad feudum. Nam & possunt militare seruitium per substitutum præstare, vt dixi, sicut cæteri clerici, & non comprehenduntur sub generali dispositione propter eorum excellentiam, propter quam rationem, neque comprehendi Episcopum † sub generalitate di- 6
spositionis & de excellentia dignitatis episcopalis multa scribit Cepha. *in d.consi.1.col. penult. per multos numeros.* Et tanto magis hæc procedunt, si concessio feudi facta fuerit pro se, atque filiis, & descendentibus, quo casu cum non censeatur electa industria personæ, quæ seruitium † militare præstare debet, ideo poterit 7
per substitutum fieri, Felyn. *in cap. in præsentia, n.83. de probation.* Ias. *in d.cons.117.col.4.ver.4.principaliter moueor.* cum aliis per Cephal. *in d.consi.1.n.33.* Denique ad resolutionem ipsius casus videndus Baldus *in c. inter dilectos, de fide instrum.* vbi *col.2. in fi.* dicit quod Comes † origine, factus Episcopus, non desinit esse Co- 8
mes, nec perdit Comitatum, etiam si habeat in feudum ab Imperatore, quia licet sit factus miles Dei, non tamen desinit esse miles seculi, & ad hoc propriè est tex. *in d.c. inter dilectos.*

CASVS XCVIII.

Statutum, quod si locator vel conductor noluerit continuare reconductionem, teneatur alteri denuntiare per duos menses ante finem temporis contractus, non comprehendit ecclesiasticos, neque successores in prælatura.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo Neapolis, quod locator vel conductor nolentes cõtinuare contractũ, tenẽtur denuntiare alteri non habet locum in inquilino rerũ vrbanarũ.*
2 *Statuta denuntiando, quod non intendunt stare locationi vel conductioni, non comprehendunt ecclesiasticos.*
3 *Statutum, quod conductores apothecarum non possint expelli, soluendo pensionem, non comprehendunt apothecas ecclesiasticorum.*
4 *Statutum auferens beneficium iuris communis est magis contra libertatem ecclesiæ, quam si auferat clericis beneficium priuilegij.*
5 *Statuto impediente locationes, clerici dicuntur fieri timidiores.*
6 *Statuta loquentia in personam non comprehendunt ecclesiasticos.*
7 *Conductor antiquus an possit expelli, si velit tantum soluere quantum offert nouus.*
8 *Prælatus successor non tenetur stare locationi per prædecessorem.*
9 *Prælatus in vita dicitur vsufructuarius, & in morte vsuarius.*
10 *Prælatus successor facit omnes fructus suos, etiam à solo non separatos.*
11 *Fructus spectant ad emptorem prædij seminati.*
12 *Colonus partiarius habet actionem personalem contra locatorem quando expellitur.*
13 *Hypotheca posteriorum creditorum resoluitur, facta venditione sub hasta.*
14 *Colonus expulsus per Prælatum nouum habet actionem contra heredes Prælati mortui.*

Lici-

LIcitum est vnicuique de iure communi, locatione finita, bona sua alteri locare, *l. si cui, C. de locat.* sed propter aliquas causas solent statuta corrigere ius cōmune, vt propter causam culturæ agrorum, adest *consuetudo Neapol. incip. sed & si feudum, sub tit. de locato,*
1 *& conducto*, vbi quod si conceditur † fundus ad pensionem, debet dominus de mense Maij denuntiare vel prohibere, quod non vult pro sequenti anno dimittere dictum fundum, sic etiam disponitur de colono, qui de eodem mense debet denunciare domino quam cōsuetudinem non habere locum in inquilino rerum vrbanarum, facit *decis.* Afflict. 238. *& decis.* 365. & vtrobique latè scribit Vrsillus. Huiusmodi autem statuta
2 † non comprehendere ecclesiasticos, nec eorum bona, scribunt Alex. *in cons. 17. viso instrumento, versic. nec obstat, vol. 4.* Anchar. *in cons. 25.* Abb. *in cons. 84. part. 1.* Bar. *in cons. 13. vol. 1.* Crot. *in repetit. l. filiusfamilias, §. diui, n. 84. vers. tertio elicitur, de legat. 1. & ibi* Ferdinand. *n. 159.* Anchar. *in c. 1. de constitut. vers. quæro etiā de quæ-*
3 *stio.* vbi loquitur in statuto † Senensi, disponēte, quod conductores apothecarum non possint expelli soluendo pensionem, & probat non comprehendere apothecas clericorum, vel Ecclesiarum, & ad hoc probandum multa congerit Rochus *in tract. de consuetud. sect. 8. n. 55.*

4 Et ratio potest dari, quia magis sunt contra Ecclesiasticam libertatem, quæ tollunt beneficium † iuris communis, quàm quæ auferunt competentia per priuilegium, vt docet Dec. *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 3. post* Ant. de Butr. *de constitut.* Galiaula *in repetit. l. centurio, num. 157. ff. de vulg. & pupill.* dicit, quod si ea sunt contra ecclesiasticam libertatem, quæ tollunt priuilegium, multo magis, quæ sunt contra ius commune, respicientia fauorem Ecclesiarum, & post plurimos Dd. quos allegat, probat idem Calcan. *in cons. 7. nu. 16.* Alba *in cons. 8. n. 7.* Rochus *in d. tract. de consuetudine. sect. 5. n. 20. & seq.* Clar. *in §. fin. q. 77. n. 28.* & per huiusmodi statuta clerici prohiberentur locare quando, &
5 cui vellent, imò efficerentur † timidiores ad faciendū id, quod cessante statuto, & iure communi inspecto facerent liberè. ita Bart. & Angel. *in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non detur,* Bal. & Ang. *in l. 1. ff. de in ius voc.* Abb. & Anchar. *in d. c. ecclesiæ sanctæ Mariæ*, quos ibi sequitur Felyn. *nu. 42. vers. secundo fuit, & n. 69. & ibi* Dec. *n. 4.* Opizo *in d. §. diui, nu. 90.* Alba *in d. cons. 8. n. 3.* tanto magis, quia huiusmodi statuta diri-
6 guntur † in personam, & ideo non possunt comprehendere ecclesiasticos, de quibus in specie disponere non poterant, vt sæpius diximus supra.

7 Nec obstat, quod de iure communi † conductor antiquus non potest expelli, si vult tantùm soluere, quantum offert nouus. Calcan. *cons. 8. n. 36.* Cotta *in memor. ver. locator primus.* Boer. latè *decis. 107.* per tex. *in cap. ad aures, & ibi* Anto. de Butr. *de empt. & vend.* & hoc saltem procedit de æquitate, per text. *in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidiana & æstiua*, de cuius intellectu Gozad. *in cons. 39. prima facie, nu. 18. & consi. 71. in causa, n. 3. & cons. 86. videtur prima facie, nu. 23.* & quod non possit vetus inquilinus expelli, quando tantundē vult soluere, Grammat. *in cōs. 4. n. 2. in ciuil.* & vide Afflict. *in d. decis. 238.* quia quando hæc opinio esset vera, procedit tantum in rusticis, non autem in vrbanis, Alex. *in cons. 80. visis oportunè circa fin. num. 18. vol. 1.* Mantua *cons. 48.* Item procedit, quando dominus nullam habet iustam causam expellendi antiquum, tunc ex æquitate pro eodem pretio esset præferendus antiquus, Alex. *in cons. 129. puto quod de iure, vol. 2.* Ias. *in auth. qui rem, C. de sacros. Eccles.* Curt. sen. *in cons. 66. sapienter, col. 18. vers. capio nunc aliam dubitationem*, sed statuta generaliter disponunt; ergo in casu quem corrigunt essent contra libertatem Ecclesiæ, & quando disponerent illud idem quod ius commune, ex defectu potestatis ecclesiasticos comprehendere non possunt, *d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, & c. fi. de reb. eccles. non alien.*

Secundus articulus est in præsenti casu, † Prælatus 8
successor non tenetur stare locationi factæ per prædecessorem de re Ecclesiæ, gloss. & Innocen. *in c. fi. ne Prælati vices suas*, probatur *in c. 2. de precar.* notant Dd. *in l. emptor. C. de locat. & in l. si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, ff. sol. matrim.* vbi latè Alexan. post Immol. Ang. *in cons. 245. quia omne datum optimum,* & latè per Albam, qui plurimos ad hoc refert *in consi. 134. vol. 1.* & ratio est, quia Prælatus † dicitur in vita vsu- 9
fructuarius, & in morte vsurarius, Ias. *in cons. 75. vol. 3.* Dd. *in c. cæterum, de donation. per illum text.* Host. *in c. fi. de pecul. cleric.* Abb. *in c. cùm esses, n. 23. de testam.* Rota *decis. 41. nu. 2. de probat. in antiq.* & ideo non potest præiudicium inferre successori, quia morte finitur vsusfructus, *§. finitur, Instit. de vsufruct.* & Prælatus successor non dependet à prædefuncto, vt facit heres, Crot. *in consi. 19. nu. 7. & seq. vol. 1.* Probus *in addit. ad* Io. Monach. *in c. nemo, n. 25. de elect.* Calca. *in cons. 29. n. 16.* latè Abb. *in c. quia V. nu. 8. & seq. de iudic.* sed succedit Ecclesiæ, seu nomine Ecclesiæ, vt notat Abb. *in c. quoniam, col. 4. in fi. de offic. deleg.* Et hodie est dispositum Concilium Trident. *sess. 25. c. 11.* vbi sunt prohibitæ locationes in præiudicium successorum in beneficiis, etiam locationes ad longum tempus; ergo statutum, in casu de quo loquimur, non posset corrigere, & præiudicare Prælatis successoribus, propter easdem rationes supradictas.

Quo casu Prælatus † successor facit omnes fructus 10
suos à solo non separatos, etiamsi colonus conduxisset ad partem fructuum, & ipse de sua pecunia seminasset, sicut dicimus de emptore † prædij iam seminati, 11
quod ad ipsum spectat, *l. fin. §. fructus, ff. quæ in fraudem credit. l. Iulianus, §. si fructus, ff. de actio. empt.* præsertim cùm fructus pendentes sint pars fundi, *l. fructus pendētes ff. de rei vendic.* Rom. *in cons. 10. & cons. 309.* & ibi latè Mandos. *in addit.* Et sicut dicimus, quod † colono 12
partiario datur solum actio personalis contra suum locatorem, Alex. *in cons. 28. n. 2. vol. 1. & cons. 15. n. 3. vol. 2.* Cuman. *in cons. 20.* Ias. & alij *in l. diuortio. ff. sol. matr.* Alex. *in d. l. si filiusfamilias, §. fi. n. 17. ff. sol. matr.* Aretin. *in cons. 159. nu. 14.* Corn. *in cons. 50. vol. 4.* Dec. *in cons. 543. n. 20.* Grat. *respons. 18. nu. 8. vol. 1.* Hipp. Marsil. *sing. 321.* Negusan. *de pignorib. in 2. memb. 2. part. not. 6.* & est casus decisus per Franch. *decis. 334.* & potest confirmari per *l. 1. C. si antiquior creditor.* vbi facta venditione sub hasta, vrgentibus anterioribus, resoluitur hypotheca † posteriorum habentium ius in re; ergo multo 13
magis ius coloni, non habentis ius in re, & hæc mihi videtur veritas, quicquid in contrarium dixerit Caccheran. *decis. 82.* contra quem semper vidi practicari dictam primam opinionem. Ita in hoc articulo dicimus, quod colono † dabitur actio personalis contra 14
heredes Prælati mortui, vt in his terminis dicunt Hieronym. Gigas *in tract. de pensionib. qu. 88.* Marcus Mantua *singul. 196. inquilinus,* Ruyn. *in cons. 60. n. 1. vol. 1. & cons. 90. vol. 5.* Laurent. de Pinu *in cons. 101.* quicquid in contrarium dixerit Borgnin. Caual. *in decis. 44. nu. 23. & seq.*

CASVS XCIX.

Statuta laicorum confirmata per Summum Pontificem, quando sint seruanda inter Ecclesiasticos.

SVMMARIA.

1 *Statuta laicorum confirmata per Papam sunt seruanda inter ecclesiasticos.*
2 *Statuta omnia generaliter confirmata per Papam, non dicuntur Papalia.*
3 *Statuta possunt reuocari per eundem populum, secus post confirmationem Papæ.*
4 *Actus confirmatus à Papa ex certa scientia, dicitur actus sedis Apostolicæ.*
5 *Confirmatio statutorum, etiam de plenitudine potestatis non valet, per obreptionem & subreptionem facta.*
6 *Papa generaliter confirmans statuta, non censetur confirmare, quæ sunt contra libertatem Ecclesiæ.*
7 *Confirmatio priuilegiorum, non prodest priuilegio iniusto.*
8 *Statuta laicorum generaliter confirmata per Papam non sunt seruanda in præiudicium Ecclesiæ.*

1 AN statuta † laicorum confirmatata per Summum Pontificem seruanda sint inter ecclesiasticos, Canonistæ tenent affirmatiuam, *in c.ad nostram, de probat.* Abb.& Felyn.*in c.ecclesia sancta Maria, de constitut.* quia confirmatio emanans ab eo qui non dedit, habet vim simplicis donationis, Bald.*in l.si donatio, C. de donat.* Ias.*in l.more, n.36.ff.de iurisdict.om.iudic.* Gabriel.*in cons.129.n.19.vol.1.* Sed vt hic casus certius intelligatur, multipliciter declaro.
2 Primus articulus est: statuta † omnia si sunt confirmata generaliter à Papa, non dicuntur Papalia, sed populi statuentis, Bald.*in l.ex placito, n.6. vers.an statuta, C.de rerum permut.* Felyn.*in c.cùm venisset, n.2. de testi-*
3 *bus.* effectus huius articuli est, quia si sunt statuta † populi statuentis, ipse idem populus potest reuocare: sed si Papa confirmaret vtrum solum statutum illud diceretur Papale, argum.*c.si eum, & c.si Apostolica, de præ-*
4 *bend.li.6.* vbi actus † confirmatus à Papa ex certa sciētia dicitur actus sedis Apostolicæ, & ita dicit Bald. *in d.l.ex placito,* quo casu non posset populus statuens reuocare. Et ideo in hoc articulo concludo, quod statuta laicorum specialia & particularia confirmata per Summum Pontificem, ex certa scientia, sunt seruanda inter ecclesiasticos.

Declaratur hic articulus, vt procedat, quando con-
5 firmatio vnius statuti facta ex certa † scientia, non fuisset obtenta per subreptionem, vel obreptionem, quia tunc etiam si de plenitudine potestatis facta fuisset, & cum clausula, *supplentes omnes defectus,* non valeret, vt notabiliter declarat Abb.*in c.inter dilectos, de fide instrum.* vbi dicit, quod priuilegium confirmationis impetratum à Papa, vel à Principe, si est subreptitium, puta quia sit confirmatorium alicuius instrumēti falsi, vel simulati, & de his nō sit facta mentio Principi confirmanti, talis confirmatio est nulla, etiamsi in confirmatione apponantur verba; *Confirmamus actum, si de se est validus, aliàs de nouo concedimus.* Imò dicit esse nullam, etiamsi adesset clausula, *supplens omnes defectus* tam iuris, quàm facti, si qui sunt de plenitudine potestatis, & nihil operaretur propter vitium subreptionis.

Secundus articulus est: Papa † generaliter approbans 6
statuta laicorum, non censetur approbare statuta, quæ sunt contra libertatem Ecclesiæ, Fely.*in c.Ecclesia sancta Maria, n.4.de const.& in c.ad nostram, n.4.de probat.* Corn.*in cons.9.n.5.& cons.25.nu.20.& seq.& cons.36.in fin.vol.3.* Paris.latè *in cons.106.per tot.vol.3.* Berous *in cons.107.nu.11.& cons.180.nu.25.vol.1.* Honded.*in cons.20.nu.15.vol.2.* & dicunt Cyn.& Bald.*in l.cùm oportet,* 7
C.de bon.quæ liber. quod confirmatio priuilegiorum † non prodest priuilegio iniusto, idem dicit Bald.*in l.1. §.si.ff.de his qui sunt sui, vel alieni iur. & in c.1.per illum tex.per quos fiat inuestit.* quod inuestitura non prodest rebus iniustè possessis, Rom. *in cons.217.præsens casus,* & de ista materia, videlicet quod generalis confirmatio non comprehendat iniusta, vel contra libertatem Ecclesiæ, diffusè scribunt Anchar. *in c.ex parte, in 1.de rescript.& ibi* Fel.*n.39.& seq.* Idem Fel.*in c.cùm venisset, nu.2.de testib.* ergo statuta † laicorum generaliter 8
confirmata per Summum Pontificem, non sunt seruanda inter ecclesiasticos in præiudicium libertatis ecclesiasticæ, & iurisdictionis Ecclesiæ, cui non censetur Summus Pontifex voluisse derogare, Bald.*in cons.336.vol.3.*

CASVS C.

Sicut clerici non possunt renuntiare priuilegio fori, ita non possunt renuntiare priuilegio vt non subsint statutis, & ordinibus laicorum.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiastici non possunt renuntiare priuilegio, quod non subsint iurisdictioni laicorum.*
2 *Et nō possunt se submittere iudici laico, etiā in dubio.*
3 *Et non possunt per renuntiationem se submittere statutis laicorum.*
4 *Renuntiari non potest priuilegio, quod est concessum in fauorem sui, & alterius.*
5 *Renuntiari non potest* c.si diligenti, de foro compet.
6 *Priuilegium fori Ecclesiastici principaliter est concessum ordini clericorum.*
7 *Renuntiari non potest priuilegio nobilitatis.*
8 *Renuntiari non potest priuilegio* l.ad egregias, ff. de iureiurando.

HVcusque vidimus statuta laicorum non posse obligare Ecclesiasticos, neque eis facere præiudicium. Modò videamus an ipsi Ecclesiastici † possint 1
per pactum renuntiare huic priuilegio, vt non subsint statutis, & ordinibus clericorum, ex regula *l.si quis in conscribendo, C.de pact.* & ita per renuntiationem facere se subditos. Et negatiuè respondendum est, quia sicut non possunt se submittere iudici laico, † *c.significasti,* 2
& c.si diligenti, de foro comp. quod procedit etiā in dubio, quia si promittant respondere coram quocunque iudice, non intelligitur de iudice laico, sed de clerico, Capella Tholosana *decis.126.* Galles. *in tractat. formæ Cameralis obligationis, part.2.qu.1.& 2.* Ita non possunt
per renuntiationem † prædictam se submittere sta- 3
tutis, & ita in terminis huius renuntiationis consuluit Alba *in cons.387.nu.16.& seq.* quia in effectu idem est ligari statutis laicorum, & cognosci à iudice laico; ergo

ergo vtrumque est prohibitum per *d.c.significasti*, & *d.c.si diligenti*.

Et contra hanc renuntiationem obstat regula, quæ
4 habet, tunc priuilegio non posse † renuntiari quando est concessum in fauorem sui, & alterius, *l.2.ff.de pactis dotal.* vbi in fauorem Reipublicæ est ibi, vt dos citius habeatur; ergo renuntiari non potest. Item fauore publico introductum est iuramentum calumniæ, *l.2.§.sed quia veremur semper*, C.de iuram.calumn. ergo renuntiari non potest. Alia exempla ad hoc citat Cyn. *in l.si quis in conscribendo*, *nu.7.C.de pact.* per quæ concludit regulam, renuntiationem priuilegij non procedere, quotiescunque esset concessum in fauorem proprium, & alterius, etiamsi ille alter esset priuatus, ne illi fiat præiudicium, *l.quos prohibet, & l.quisquam, C.de postul.* Sed vt dictum, priuilegium clericorum est inductum ad fauorem totius religionis; ergo, &c.
5 Confirmari potest, quia si *in d.* † *c.si diligenti*, agitur de leui præiudicio, videlicet mutatione fori, & non potest fieri etiam cum iuramento, quanto magis fieri non debet renuntiatio in casu, de quo agimus, per quam clerici vigore statutorum laicorum possent carceribus mancipari, & alia multa mala pati, & carceribus detenti, æquiparantur captis ab hostibus, *auth.res quæ, C.commun.de legat.* & si hæc renuntiatio est longe durior, & intolerabilior renuntiatione, de qua *in d.c.si diligenti*, concludendum est, fieri non posse. Item † hoc priuilegium non est primariè concessum cleri- 6
cis, sed ordini clericorum, & ideo statim quod quis fit clericus, quasi naturale fit sibi, & ab eius ossibus euelli non potest, arg. *l.eas causas.ff.de capit.dimin.* & *l.iura sanguinis, vbi* Dec. *latè multa adducit, ff.de reg.iur.* per quam rationem Vasq. concludit, priuilegio † nobili- 7
tatis renuntiari non posse, *in tract.de success.creat.li.3. §.22.limit.12.n.74.& seq.* Et licet qui contrarium sentiunt de nobilitate, dicant non posse renuntiare, sed per renuntiationem perdi nobilitatis effectus, hocque fieri posse per legem positiuam, ex reg. *l.nihil tam naturale, ff.de reg.iur.* tamen nulla lex positiua potest fieri, eximendo ecclesiasticos à iurisdictione ecclesiastica, & submittendo laicis. Nec etiam Summus Pontifex posset, vt pluries superius examinauimus: eadem ratione concluserunt Dd. priuilegio † *l.ad egregias, ff.* 8
de iureiur. renuntiari non posse, Cyn. *in l.nec honorem, C.de Episcop.& cleric.* Alber.& Alex. *in d.l.ad egregias,* Roman. *sing.169.* Fely. *in c.si quis testium, de testib. per c.2.de iudi.li.6.& ibi* Gomez. *nu.45.* Quia, vt Vasq. ibidem considerauit *num.83.* negari non potest, quin ex parte illius, qui acceptauit talem renuntiationem, sit quædam irreuerentia, impuritas, inhonestas, & quasi turpitudo, quæ ex parte sua vitiosam faciat conuentionem. Quare dicta renuntiatio nullo modo valet.

QQ 2 D. MAR-

D. MARTÆ

IVRISCONSVLTI NEAPOLITANI, ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATI

Tractatus,

DE IVRISDICTIONE INTER IVDICEM Ecclesiasticum, & Laicum exercenda.

Pars Quarta.

CENTVRIA SECVNDA.

PROOEMIVM.

COGITAVI in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animam meam transferrem ad sapientiam, donec viderem, quid esset vtile filiis hominum, Ecclesiastic. *cap.*2. Neque aliud nos veritas Euangelica admonet, dum narrat Dominum peregrè profectum, varia talenta in seruos distribuisse, vni decem, vni quinque, vni duo, vni vnum, & redeuntem longè vberius, quàm lucratus fuisset, vnumquemque donasse: illum autem increpasse, qui talentum suum in terram effodisset, nisi, vt pro gratia nobis à Domino tradita, insudemus, atque nobis, & posteritati, ac proximo inseruiamus.

Aggredior igitur ad laudem Omnipotentis Dei in hac quartæ partis operis centuria secunda tractare de omnibus casibus iudiciorum ciuilium, & criminalium, in quibus dubitatur, an seculares iudices cognoscere valeant in Ecclesiasticos.

Et quidem scribimus ad vtilitatem humilium: superbi enim dimittendi sunt sibi, quia separatum est eorum conuiuium, Oseæ *capitul.* 4. dedignantur enim sedere ad communem mensam cum aliis, scripta communiter contemnentes, atque nihil scribentes, quod iudicari queat, de aliorum iudicant ingeniis: complosis in littore maris manibus sedenti, facilè erit ferre, quam velit de gubernatoris arte sententiam, quorum pectus, & facies nimis inflata, non sinit eos videre, quæ ab aliis dignoscuntur, Matthæi *cap.*18. penitusque paucis contingit, quod Salustius difficillimum putat inter mortales, vt gloriâ inuidiam superarent, quod contra facillimum, vt gloriâ inuidiam irritarent.

CASVS CI.

Iudices laicos nullo modo posse sequestrare bona temporalia, & fructus Ecclesiasticorum, sub prætextu vsurpatæ iurisdictionis, etiam si extaret consuetudo.

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus turbans iurisdictionem Ecclesiasticorum, efficitur de foro ecclesiæ, sed non econtra, nu.* 15.

2 *Iudicem laicum posse sequestrum facere in bonis temporalibus Ecclesiasticorum, qui Doctores affirment.*

3 *Iurisdictio consuetudine acquiritur.*

4 *Clerici in realibus nullo modo possunt conueniri coram iudice laico.*

5 *Clerici in patrimonialibus gaudent priuilegiis, & exemptionibus, quibus in Ecclesiasticis.*

6 *Sequestrum bonorum clerici semper fieri dicitur intuitu eius personæ.*

7 Iuris-

7 *Iurisdictio in Ecclesiasticos, & eorum bona nulla consuetudine acquiritur.*

8 *Laici sunt omnino incapaces iurisdictionis Ecclesiasticæ.*

9 *Consuetudo acquirendi iurisdictionem Ecclesiæ abolетur per concilia &* bullam; Cœnæ Domini.

10 *Papæ tolerantia, & tacitus consensus non præsumitur, stante lege prohibitiua.*

11 *Consuetudinem non sufficit allegare, nisi probetur.*

12 *Doctores scribentes contra iurisdictionem Ecclesiæ sunt suspecti.*

13 *Consuetudo immemorabilis, & centenaria, quomodo differant.*

14 *Consuetudo immemorabilis quibus Principibus non prosit.*

16 *Iudices laici cur non possint conqueri de vsurpata iurisdictione contra clericos.*

17 *Iurisdictio non deuoluitur ad laicum ob negligentiam Ecclesiastici.*

SCRIBENTES pro iurisdictione laicorum, arbitrati sunt, quod sicut laicus † turbãs Ecclesiasticorum iurisdictionẽ, efficitur de foro Ecclesiæ, *cap. olim, de iniur. & ibi gloss.* Ant. de Butr. *in 3. not.* & Abb. *in 1. not.* Inno. & Butr. *in c. cùm dilectus, de pœn.* ita æqua lance clerici laicorum iurisdictionem vsurpantes, efficiuntur de foro laicorum, ne ad imparia iudicentur, & cùm in clericos vlcisci non possint, excogitarunt remedium, imò potius venenum, vt contra eos procedant ad omnium bonorum tempo-
2 ralium, † & eorum fructuum sequestrationem, ad finem, vt tædio affecti Prælati, eorumque vicarij, ab assertis vsurpationibus desistant.

Hanc opinionem firmarunt Doctores Hispani, Couar. *in lib. pract. q. c. 35. n. 3. vers. aduersus verò clericos.* qui allegat Benedi. *in c. Raynutius, in ver. & vxorem, decis. 2. n. 140.* Carol. de Grass. *in lib. 2. regal. Franciæ, iure 7. col. penult.* Item Belluga *in speculo Prin. rubr. 28. §. denuo, n. 6.* Alphons. Aluarez *in spec. Rom. Pontific. & Imperator. & Regum, c. 36.* Castillus Bouadilla *in lib. suæ politicæ, c. 16. n. 90. & c. 19. n. 31. & seq.* vbi refert Hispaniæ ordinationes, & Cancellariæ stylum, & *in li. 2. c. 18. n. 139. col. 3.* qui vltra citatos, allegat Gregor. Lopez *in l. 13. tit. 13. gloss. 4. vers. dubitari tamen, in partitar. part. 2. & ibi* Humada *in scholiis ad eum, gl. 4. num. 6.* allegat enim Petr. Cenedum *in collectaneis ad decretum. c. 37. n. 15.*

Eandem firmarunt Doctores Galli, Stephan. Aufrer. *in tract. de potestate secul. super Ecclesi. reg. 1. fallent. 14. & 15. nu. 22. & seq.* Benedict. *vbi supra*, allegatus ab Hispanis, Chassan. *in consuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. in text. s'il a grace, n. 85. & seq.* de quo iure dicit, Regem & eius officiarios esse in possessione, Igneus *in l. necessarios, §. non alias, n. 611.* Bernard. Laurentus *in tract. in quib. casib. iudex secularis, &c. nu. 14.* quos secutus est Menoch. *in tract. de retinenda possess. remed. 3. n. 354. & n. 356.* vbi allegat Nauar. *in repet. c. cùm contingat, fol. 152.* quem inuenire non potui.

Addunt in illis regnis & prouinciis, vbi hæc opinio fuit vsu recepta, præsertim cum scientia, & tolerantia Summi Pontificis, nullam posse habere controuersiã,
3 quia consuetudo † est sufficiens, atque potens ad acquirendam iurisdictionem præsertim antiqua, *c. irrefragabilis, §. excessus, de offic. ordin. c. dilecti, de arbitr. gl. 4. in c. cùm quidam, de except. li. 6. c. Romana. ver. consuetudine, de appell. li. 6. c. Romana. ver. punire, de pœnis,* Bar. Immol. & Rom. *in l. 1. §. denique. ff. de aq. plu. arce.* Couar. *in reg. possessor. part. 2. §. 3.* Zas. *in l. extra territorium. ff. de iurisdict. omn. iud. n. 8. & ibi* Marsil. *n. 24.* Bouadil. *in li. 2. politic. c. 17. nu. 170.* qui plures cumulat, Dec. *in criminal. tom. 1. lib. 4. c. 27.* Belluga *in spec. Princip. rubr. 22. §. & quia, n. 52. & seq. vers. sed dubitatur.* Guido Pap. *sing. 284. & 426.*

Sed quicquid sit de Doctoribus Gallis, & Hispanis, qui supradictam opinionem fundarunt, ex quadam asserta consuetudine sine præscriptione, quam appellant: Veritas tamen est in contrarium. Nam certissimè iuris est, clericos † in realibus nullo modo posse con- 4
ueniri coram iudice laico, quam opinionem firmarunt Io. Andr. *in c. qualiter, de iudic. & ibi* Abb. *nu. 8. & Collectar.* Item Archidiac. *in c. 1. de cleric. coniugat. lib. 6.* Mainer. *in reg. aliud. §. refertur, nu. 96. & seq. fol. 287. de reg. iur.* Petr. Cenedus *in collect. ad decretum, c. 37. n. 14. fol. 54.* Azeueda *in l. 10. n. 30. tit. 1. li. 4.* Vant. *in tract. de nullit. ex defect. iurisdictionis, nu. 54. vers. quæ procedunt.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 32. gl. 1. n. 80.* Bouadilla *in lib. 2. politic. c. 18. nu. 164.* & hanc esse communem opinionem, attestantur Alber. *in auth. statuimus, C. de Episc. & cleric.* Mynsing. *in cent. 1. obser. 22.* Roland. *in cons. 12. nu. 37. & seq. vol. 2.* Stepha. Aufr. *de potestate secul. reg. 2. limit. 4. vers. & in summa ista est communis opinio*, de qua re scribam latissimè inferius *in casu 125.*

Item certius est, clericos † in patrimonialibus gau- 5
dere eisdem priuilegiis, & exemptionibus, quibus gaudent in Ecclesiasticis; vt scripsi superius *in casu 11. n. 25. & in casu 49. per tot.* Ergo sequestrum bonorum nullatenus fieri potest per iudices laicos; Nam quotiescunque bona ipsa veniunt accessoriè ad personam Ecclesiastici, semper Ecclesiarum priuilegiis, & immunitatibus gaudere debent, vt probaui *in d. casu 49. arti. 1.* sed vbi clericus laicorum iurisdictionis reus præten-
ditur, eius persona inprimis inspicitur, & sequestrum 6
† ipsius intuitu fieri dicitur, propterea neque persona, neque bona sequestrari permittitur.

Nec suffragantur, quæ de consuetudine afferuntur. Primo, quia nullus ex præcitatis Dd. loquitur de acquisitione iurisdictionis ecclesiasticæ per laicos facienda; quia illius sunt penitus incapaces. Item quia talis consuetudo esset contra libertatem Ecclesiasti-
cam, & contra statutum Ecclesiæ, ideo iurisdictio † in 7
Ecclesiasticos, vel eorum bona nulla penitus consuetudine, quantumcunque immemorabili præscribi potest, glo. *in c. clerici, ver. consuetudine, de iudic.* Rota *decis. 10. de consuet. in antiq.* Alexand. *consi. 8. vol. 1.* Alex. de Neuo *in cons. 86. num. 1.* Roland. *in cons. 23. numer. 9. vol. 2.* Imò quanto longior asseritur consuetudo, tanto ostenditur periculosior, *c. fin. de consuet.* eandem opinionem probat Dec. *in tract. criminal. lib. 4. c. 9. nu. 14.*
Neque temporis † cuiuscunque decursus potest laicos 8
facere huius iurisdictionis capaces, Felyn. *in c. causam, n. 2. vers. signa tehoricam, de præscriptionib.* Stephan. Aufrer. *in clement. 1. n. 88. de offi. ordin.* Curt. iun. *in cons. 158. nu. 18.* Hostiens. *in c. cum laicis, num. 11. de reb. Eccles. non alienan.*

Propterea sacris canonibus, atque conciliis omnis consuetudo † deletur, *c. aduersus, de immunitat. Eccles. versi. irritæ habeantur, nullo vnquam tempore duraturæ.* Item Concilium Lateranense sub Leone X. *sess. 10.* vbi loquens de immunitate Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, dicit quacunque contraria

consuetudine non obstante. Item processus Bullæ, *Cœnæ Domini*, qui singulis annis recitatur publicè, *in fin. versic. non obstantibus*, dicit hæc verba: Nec non consuetudinibus etiam immemorabilibus, & præscriptionibus, & aliis quibuscunque obseruantiis scriptis & non scriptis, ex quibus apparet quamcunque consuetudinem penitus abolitam esse: Neque ex
10 scientia Summi Pontificis, † etiamsi non contradixerit, argui potest tolerantia, siue consensus tacitus, nam cùm lex prohibitiua semper loquatur, & semper prohibeat, *l. Arriani, C. de hæretic.* semper Papa præsumitur contradicere, & ita omnis tacitus consensus excluditur.
11 Imò nec est bona consuetudinis † allegatio, nisi probetur, aut saltem præsumptiuè deducatur, quod cùm non fecerint supradicti scribentes, mirandum certè, cur ita prauè detrahant immunitati Ecclesiæ,
12 ex quo valdè suspectos † se reddunt, non esse de Ecclesiæ corpore, vt dicit Ioannes Lupus *in tract. de libertate Ecclesiastica, part. 1. quæst. 4. numer. 12.* atque concludit istos Doctores ab hæresi non multum distare: & quod peius allegando consuetudinem confunduntur, alij centenariam vocant, alij immemorabilem, vtrumque multis eorum dominis præiudiciale: Pri-
13 mò, quia magna est differentia † inter centenariam, & immemorabilem, Felyn. *in cap. si diligenti, num. 13. de præscriptionib. & in cap. nobis, num. 6. & in c. ad audientiam, nu. 27. eodem tit.* Couarr. *in regula, possessor, part. 2. §. 3. numer. 6.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 45.* Item de immemorabili nulla initij memoria extare debet, Natta *in consil. 636. numer. 105.* Felyn. *in consil. 2. num. 8.* Verall. *in decis. 343. nu. 1. part. 3.* Ideo neque per instrumenta, neque per scripturas probari potest, Doctores *in cap. 1. de præscriptionib. lib. 6.* Ioan. Andr. *num. 4.* Ancharan. *num. 9.* & ibi gloss. *in ver. memoria*, docet modum probationis immemorabilis. Denique non
14 potest immemorabilis † consuetudo illis prodesse Principibus, quæ continet tempus infinitum, Oldrad. *in cons. 254. nu. 8.* & difficilioris est probationis, vt per gloss. *in d. ver. memoria*, & si centum anni præscriptionis nō sunt completi, non suffragatur centenaria, quia agitur de præscriptione valdè præiudiciali, quæ propterea non est extendenda, Achil. de Grass. *in decis. 3. sub tit. de decimis.*
15 Nec procedit supradictum argumentum † æqualitatis seruandæ, quia laicis manet obsequendi necessitas, non auctoritas imperandi, *cap. bene quidem, distin-*
16 *ction. 96. c. laicis, 16. quæst. vlt.* Nec possunt † conqueri de vsurpata iurisdictione contra clericos, quia ab initio omnis iurisdictionis exercitium erat penes Ecclesiasticos, *c. per venerabilem, qui filij sint legit.* & probaui diffusè in prima parte huius operis, & ideo res de facili redit ad sua principia, qua ratione si iudex Eccle-
17 siasticus † fuerit negligens, iurisdictio non deuoluitur ad laicum, sicut in casu econuerso, vt est textus *in cap. qualiter, & quando, de iudic.* & ibi omnes Canonistæ dant rationes, & scribam latissimè inferius *in cap. 146.* Neque laici sunt capaces iurisdictionis in Ecclesiasticos, & in eorum bona, propterea ratio seruandæ æqualitatis, (quæ sæpissimè in his quæstionibus solet allegari) non procedit data diuersitate ex parte laicorum, iurisdictionis Ecclesiasticæ incapacium.

CASVS CII.

Clericus citatus vt laicus coram iudice seculari non comparens coram eo ad opponendum fori declinatoriam, nullo modo potest condemnari in expensis, neque mulctari, etiam si coram Ecclesiastico iudice postea conueniretur.

SVMMARIA.

1 *Clericus coram iudice laico conueniri non potest.*
2 *Clerici sunt exempti à iurisdictione secularium.*
3 *Clericus citatus coram iudice seculari non tenetur comparere.*
4 *Citatus incompetenter non tenetur comparere.*
5 *Contumacia orta ob incompetentiam iudicis non meretur pœnam.*
6 *Iudex secularis nullo modo potest animaduertere in clericos.*
7 *Contumax quando non possit mulctari.*
8 *Contumacia est delictum.*
9 *Clericus non potest condemnari in expensis, si coram iudice laico non comparuerit.*
10 *Clericus non tenetur ad refectionem actorũ factorum coram iudice laico.*
11 *Processus iudicis secularis contra clericum nullo modo valet.*
12 *Bannum clerici factum sub nomine laici à iudice seculari non valet.*
13 *Clericus citatus tanquam laicus coram iudice laico non tenetur comparere.*
14 *Neque allegare suum priuilegium.*
15 Cap. exceptionem, de exceptionibus, *declaratio.*
16 *Iudex secularis est competens in clericos ratione feudi.*
17 *Clericus captus vt laicus à iudice seculari, debet opponere declinatoriam, & ostendere Bullas.*
18 *Clerici quando tenentur ad expensas, debent pro illis conueniri coram iudice Ecclesiastico.*
19 *Citatio quando continet vitium, cætera quæ sequuntur, non valent.*
20 *Actor præsumetur scire, reum cõuentum esse clericum.*

Clericus † coram iudice laico regulariter conueniri non potest, *cap. 1. & c. 2. & c. si diligenti, §. fin. & cap. significasti, de foro compet. & cap. 2. & cap. si clerici, de iudic.* & ita fuit dispositum ex sacro Concilio Tridentino *sess. 24. c. 20. causæ omnes*, & ad hoc facit de iure ciuili, *l. si conuenerit, l. fin. ff. de iurisdict. indic. l. in criminali, C. eodem tit.* & declarat Bald. *in l. magisterij, numer. 1. & seq. C. eod. tit.* quia clerici † sunt exempti à iurisdictione secularium, cùm se totos in corpore & anima adscripserunt in sortem Christi, *c. cui portio, 12. quæst. 1.* & notant Ioan. Andr. & Innoc. *in cap. 2. de maior. & obedien.* & iidem *in cap. significantibus, de offic. delegat.* 1 2

Ergo clericus † citatus coram iudice seculari non tenetur comparere, nec reputatur contumax, si non comparet, Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Abb. *in cap. si diligenti, de foro compet.* & regulariter citatus † per incompetentem non tenetur comparere, gloss. *in cap. in causis, in ver. venire, de offic. delegat.* glo. *in ver. citet partes, in cap. statutum, §. in nullo, de rescript.* glos. fin. *in cap. veniens, de accus.* & multa ad hoc congerit Ias. *in rubr. ff. de* 3 4

ff.de in ius voc. Affl.*deciſ.*366. Lucas de Penna *in l.ante omnia,col.*1.*verſ.vel vt hæc omnia*, C.*de proxim.ſacror. ſorm. lib.*12. dicit, quando citans non innititur alicui iuriſdictioni, tunc citatus non tenetur comparere, etiam allegaturus ſuum priuilegium, Bald.*in l.ſi quis ex conſenſu,verſ.deinde nota*, C.*de Epiſc.aud.* dicit, citatus per iudicem competentem, ſi non comparet, & ſit contumax, propter quod iudex ponat illum in banno,ex hoc non debet timere,quia cùm acta ſint nulla, tanquam facta coram iudice incompetente, ex prædi-
5 cta contumacia † non poteſt oriri aliquis effectus pœnæ,idem Bald.& Paul.de Caſtro *in l.ſi per errorem, ff.de iuriſdict.omn.iudic.* dicunt, citatum coram iudice competente,ſi non opponit declinatoriam fori,nec aliquid faciat, quod actum eſt, nihil valebit per illam legem,*in verſ.nihil valebit,quod actum eſt*,& ideo concludunt,quandocunque declinatoriam fori opponere poſſe.

Imò nec eſt licita clerici comparatio coram iudice ſeculari,neque poſſibilis illius iuriſdictionis prorogatio,*d.c.ſi diligenti*,& omnia iura deteſtantur,quod iu-
6 dex † ſecularis animaduertat in clericum,*cap.clericum nullus*,11.*q.*1.ergo non eſt contumax,propterea ob cõ-
7 tumaciam † mulctari non poteſt,Specul.*in tit.de citatione*,§.1.*verſ.ſed pone quod iudex,num.*20. Bald.*in l.ex quacunque,n.*7.*ff.ſi quis in ius voc.non ier. & in l.generaliter,in* 2.*col.*3. C.*de Epiſc.& cler.* Bart.*in conſ.*225.*incip. clericus non ſub nomine*, & ita fuit ſæpius iudicatum, Guido Pap.*deciſ.*450. Grammat.*voto* 18.*numer.*9.*& ſeq.& voto* 27.*per tot.& deciſ.*29.*nu.*4. *& deciſ.*61.*n.*15. *& in conſ.*1. *de fori abdicatione, poſito poſt ſuas deciſiones ſub n.*27. cum aliis per Carauit.*ſuper ritib.magnæ curiæ Vicar.Neapol.in rit.*65.*n.*1.*& ſeq.*Ratio eſt,quia contu-
8 macia † eſt delictum,*l.contumacia,& ibi per omnes Dd. de re iudic.*Cæphal.*in conſ.*350.*nu.*29.*& ſeq.vol.*3.Grat. *conſ.*100.*n.*12.*vol.*1.Corn.*conſ.*45.*nu.*1.*vol.*3.Theſaur. *deciſ.*265.*numer.*1. & ideo non poteſt iudex ſecularis pœnam contumaciæ in clericum infringere,*c.*1.*de cleric.coniugat.lib.*6. cum aliis per Grammat.*in d.conſ.*1. *nu.*36.
9 Minus poterit † condemnari in expenſis, ſi coram iudice laico non comparuerit, allegando ſuum priuilegium,quia ſi non tenetur venire ad iudicem laicum, vt dicit gloſſ.*in c.nullus Epiſcopus*, 11.*q.*1. & ideo acta fa-
10 cta † ſint nulla, non poterit teneri ad refectionem actorum,quæ nulla ſunt, & ita firmant Henric.Boych *in ſing.*38.*inci.citatus*, Vrſil.*ſuper* 2.*deciſ.*Afflict.*in n.*5. Guido Pap.*in deciſ.*450. & dicit Io.Andr.*in c.ſcienti,in*
11 *mercurialibus*, non tenere proceſſum † iudicis ſecularis contra clericum citatum per ipſum, & non comparentem ad allegandum priuilegium clericatus, & ſi non valet in principali cauſa,neque valebit in pœnam
12 contumaciæ,& ideo non obſtabit bannum,† licet ſub nomine laici omnia facta fuerint, idem dicit Bald. *in l.*1.*ff.ſi quis in ius voc.non ier.* Alexand.*in conſ.*65.*vol.*3. & multa ad hoc congerit Felyn. *in c.veniens, num.*5.*de*
13 *accuſat.*Et procedunt hæc omnia,etiamſi † clericus citatus fuerit tanquam laicus, quia ſi nunquam oppoſuerit declinatoriam, & paſſus fuerit ſe condemnari, nihilominus ad nihilum poſtea tenebitur,vt fuit iudicatum in prætorio Neapolis,de quo per Franch.*deciſ.* 400.

Et licet plurimi Dd. affirmauerint, clericum citatum vt laicum coram iudice ſeculari,ſi diſtulerit alle-
14 gare † ſuum priuilegium, teneri actori in expenſis, Bellamera *deciſ.*226.*in cauſa mea*, Felyn.*in c.exceptionem,in princ.de exceptionib.*Boer.*in conſuetud. Bituric. tit.de couſtumes conceruans*,§.21. Calderin.*in conſ.*12.*ti. de iudic.*Dec.*in conſil.*241.Stephan.Aufrer. *de poteſtate ſecul.in eccleſiaſtic.reg.*2.*num.* 33. & ibi Mattheus Boys *in additionib.* alios refert, Couar.*in lib.practic.qu.c.*33. *nu.*2.*verſic.clericus vero.*Aſin.*in practic.*§.32. *in* 62.*ampliat.num.*1.

Nihilominus animaduertendum eſt : Primo omnes prædictos Dd. moneri per text. *in cap.* † *exceptionem,de except.* vbi reus,qui à principio noluit opponere exceptionem excommunicationis contra actorem,ſi poſt multum progreſſum cauſæ oppoſuerit,tenetur ad refectionem expenſarum, ſed ille text. non facit ad propoſitum huius caſus, quia ibi præſupponitur illum iudicem fuiſſe competentem vtriuſque litigatoris, ſed hic ſecularis iudex nihil iuriſdictionis habet in clericos, niſi in cauſa † feudi,propterea Felyn.*in d.c. veniens, in fin.* intelligit hoc procedere ſolũ vbi in citatione expreſſiſſet cauſam feudi. Secundo aduertendum eſt, Dd. prædictos incidere in hunc errorem à citatione reali,ad verbalem. Sed non eſt eadem ratio, quia cum clericus † captus eſt vt laicus per iudicem ſecularem, tunc debet allegare declinatoriam & oſtendere Bullas, quia reperitur in fortiis laici,vt declarat Epiſcopus Minorenſis *in ſua praxi Epiſcopali,part.*1.*verb.clericus,verſ.ad ſeptimum.* quod ſecus eſt in verbali, quia clericus citatus, non tenetur comparere, neque ad comparendum cogi poteſt; ergo nec ad expenſas ex cauſſa prætermiſſæ comparitionis.

Denique Dd. qui dixerunt, teneri ad expenſarum refectionem, † concluſerunt etiam clericum prædictum conueniendum eſſe ad hoc coram iudice Eccleſiaſtico, Dec.*in d.conſil.*241.Couarru. *in d.verſ.clericus vero*,Roland.*in conſ.*12.*nu.*38.*vol.*2. Grammat.*voto* 18. *n.*17.Diaz *in pract.crimin.canonica,c.*62. *quod nouè editum eſt,n.*6.Farinac.*in ſuis quæſtionib.criminal.quæſt.*8. *num.*17.

Sed hoc eſt remedium Magiſtri Grilli, quia clericus conuentus ad hoc coram Eccleſiaſtico,allegat ſe non teneri,quia comparere non debebat,& vbi eſt vitium in citatione,†nunquam valent cætera,quæ ſequuntur, 19
Bald.per illum text.à contrario ſenſu *in auth.ſi omnes, col.*2.*verſ.deinde not.* C.*vt ſe ab hereditate abſtin.* Neq; ex ignorantia actoris poteſt fieri præiudicium clerico non comparenti, vt teneatur ad expenſas,quia ipſe actor † præſumitur ſcire illum eſſe clericum, ex quo 20
tenebatur ſcire conditionem hominis, cum quo negotiabatur,ita probat de filiofamilias Grammat.*deciſ.* 12.*num.* 10.*& ſeq.* quem ſic creditor præſumebatur ſcire,quia ad id tenebatur, licet ille dixerit ſe patremfamilias.

CASVS CIII.

Clericum litigantem coram iudice laico in caſibus permiſſis, non teneri ad ſportulas.

SVMMARIA.

1. *Clerici litigantes coram iudice laico,non tenentur ſoluere ſportulas.*
2. *Clerici litigantes quando non tenentur ſoluere ſportulas,neq; alij collitigantes tenentur ad eaſdem.*
3. *Priuilegiatus concurrens cum non priuilegiato, facit illum gaudere ſuo priuilegio.*
4. *Præſertim quando tractat de damno vitando.*
5. *Priuilegium conceſſum vni litigatori,prodeſt alteri.*

6 *Clericus litigans coram quocunque iudice ecclesiastico, non tenetur soluere sportulas.*
7 *Iudex ecclesiasticus quando habet redditus sufficientes tenetur gratis ius reddere.*
8 *Et quando possit recipere sportulas.*
9 *Iudices non habentes salarium possunt recipere sportulas.*

SEd an teneatur soluere sportulas, quando coram iudice laico litigare permissum est? Respondeo per tres articulos.

1 Primus articulus est: Clerici † coram iudice seculari litigantes, non tenentur soluere sportulas, *§. sportularum, in auth. de sanctißimis Episcopis, & auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. in prin. & per tot.* tex. iuris Canonici *in c. cùm ab omni, de vita & honest. clericor. & ibi omnes Canonistæ*, glossa iuris ciuilis *in l. cùm clericis, in fi. C. de Episc. & cleric.* gloss. iuris Canonici *in c. si quis cum clerico, 11. q. 1.* Bartholomæus de Capra *super capitulis regni Neapolit. in rubr. de trigesima, & salario officialium, n. 4.* post Innoc. Host. & alios, quos allegat Cardin. *in clem. 1. q. 17. de vita, & honest. cleric.*

2 Secundus articulus est: Quando clerici † non tenentur soluere sportulas, neque litigantes secum, tenētur easdem soluere, quia priuilegiatus concurrens cum nō
3 priuilegiato, † facit non priuilegiatum gaudere suo priuilegio, gloss. *in l. 4. C. de inoff. testam. l. si quis duos, ff. de liberat. legat.* Marsil. *singul. 501. Titium, & singul.*
4 *617. memor*, præsertim quando priuilegiatus tractat † de damno vitando, *l. fin. ff. quib. ex caus. maior. c. auditis, de restit. in integr.* Bald. *in auth. perpetua, C. de sacros. Eccles.* cum aliis per Dec. *in l. in re obscura, de reg. iur.* Vnde Dyn. *in c. in iudiciis, de regul. iur. lib. 6.* dicit, quando agitur de priuilegiis ad litis executionem pertinenti-
5 bus, tunc † priuilegium concessum vni litigatori prodest etiam alteri, ratione æqualitatis seruandæ, *l. in sacris, C. de proxim. sacrorum scrin. lib. 12.* & scribit Ias. *in l. non tantum, col. 1. ff. de re iudic.* & si hoc procedit in priuilegiis, in quibus stricta fit interpretatio, tanto magis in beneficiis, & aliis dispositionibus, quæ latè interpretantur, *l. fi. ff. de constitut. Princip. c. olim, de verbor. signific.* Grammat. *decis. 4. n. 9.*

6 Tertius articulus est: Clericus † litigans coram iudice ecclesiastico, non tenetur soluere sportulas, siue sit iudex ordinarius, siue delegatus, Sūma Syluest. *in ver. clericus, in 1. vers. nonum*, Io. Andr. Abb. & communiter omnes *in d. c. cùm ab omni, de vit. & honest. cler. & in c. vnic. de plus pet.* per text. *in d. c. cùm ab omni, & in c. statutum, de rescript. lib. 6.* Idem de iudice delegato, Abb. *in d. c. cùm ab omni, col. pen.* Corset. *in sing. in ver. sportula*, Io. Fab. *in §. tripli, col. fin. Instit. de actionib.* Immol. *in l. Pomponius, ff. de re iudic.*

Declaratur hic articulus, vt procedat solum, quando
7 iudex † Ecclesiasticus siue ordinarius, siue delegatus habet redditus sufficientes ex beneficiis, quia tunc tenetur gratis litigantibus ius reddere, & non petere sportulas, vt per Abb. & cæteros *in d. c. cùm ab omni.* ergo si non habet beneficium sufficiens, neque reddi-
8 tus sufficientes, tunc potest † recipere sportulas, ex dictis per Salyc. *in l. iubemus, C. ad leg. Iul. repet.* vbi con-
9 cludit, licere iudicibus non habentibus salarium † accipere de publico munere pro præmio sui salarij, & non vltra, *auth. de mandatis Principum, §. illud, auth. de iudicibus, §. ne autem labor*, quod militat etiam de iure Canonico, secundum Ant. Corset. *in suis sing. in ver. sportulæ.*

CASVS CIV.

Clericū depositariū laicorū debere cogi à iudice Ecclesiastico ad restituendum depositum, vigore ordinis iudicis laici.

SVMMARIA.

1 *Depositum factum apud clericum, repetendum est coram iudice Ecclesiastico.*
2 *Depositarius conuentus potest aduersus deponentem aliquando excipere.*
3 *Depositum si est subrogatum loco alterius contractus, possunt opponi omnes exceptiones primi contractus.*
4 *Iudices laici non possunt cognoscere aduersus clericum depositarium.*
5 *Clerici, etiam in patrimonialibus sunt exempti à iurisdictione secularium.*
6 *Clerici in realibus coram Episcopo conueniendi sunt.*
7 *Clericus depositarius factus à laico non potuit se submittere iurisdictioni laicorum.*
8 *Iudex secularis, qui eligit clericum in depositarium ordinat depositum esse restituendum.*
9 *Iudex laicus declarat depositum esse restituendum, & iudex Ecclesiasticus cogit clericum depositarium ad restitutionem.*

DEposito per laicos apud clericum facto, cum tractetur de illius restitutione, & dubitatur, quis sit iudex competens, duo articuli explicandi sunt.

Primus articulus est, cum depositum † fit apud cle- 1
ricum, non iudicialiter, neque aliquo iudicis ordine præcedente, & tunc iste casus non est exceptus à regula, Actor sequitur forum Rei, *cap. si clericus, & c. cum sit generale, de foro competente, l. actor, Cod. vbi in rem actio.* imo ex *ca. 1. de deposito*, apparet iudicem Ecclesiasticum esse super hoc competentem, *in versic. non debemus de iure contra Canonicos eiusdem Ecclesiæ intentare iußionis instantiam, &c.* Probatur etiam ratione, siquidem quilibet depositarius † potest aduersus de- 2
ponentes aliquando excipere, pone, quod depositū sit correspectiuum, tunc poterit opponi exceptio retentionis, vel similis, Socin. *in cons. 143. col. 2. in fin.* quia dispositio *l. si quis, Cod. de deposito*, est fundata in perfidia tollenda, vt ibi dicitur, *in versi. ad perfidiam reducatur*, qua cessante poterit omnis exceptio opponi, Caroccius *in tract. de deposito, part. 1. in tit. de causis, numero 47.* Item si depositum † est subrogatum loco alte- 3
rius contractus, tunc licitum est omnes exceptiones opponere, quæ aduersus primum contractum opponi possent, vt per eundem Caroccium *in dict. tit. de causis, num. 42. & plur. seq.* Item si depositum deperditum sit, & tractetur de dolo, lata, vel leui culpa depositarij, aut quia depositarius vsus fuerit deposito, & sic commiserit furtum, *l. qui furtum, ff. de condict. furtiua, l. qui sacculum, ff. deposi. l. 3. C. eod. tit.* Capella Tholosan. *decis. 168.* Certè iudices † laici non possunt in 4
prædictis, & similibus in clericos depositarios iudicare, ac condemnare, *cap. 1. & 2. de foro competent.* Alexan. *in consi. 149. num. 1. volum. 6.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 1. q. 43. num. 15.* sunt enim clerici † à iurisdi- 5
ctione laicorum exempti, secundum communem opinionem Doctorum, de qua per Alciat. *in c. cum non ab homine, in prin. de iudic.* Vas. *de succ. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. nu. 58. & seq.* Bursatt. *cons. 42. num. 2. volum. 1.* Couar. *pract. quæst. c. 31.* non solum respectu personæ, sed

sed etiam bonorum patrimonialium, Immola *in cap. constitutus,num. 6. de restitut. in integrum*, Bursat. *in d. consil. 42. num. 3.* & in omnibus causis, tam pro obliga-
6 tionibus † realibus, quàm personalibus, corā Episcopo conueniendi sunt, *authent. statuimus, C. de Episc. & cleric. & c. statuimus, 11. quæst. 1.* Menoch. *de arbitrar. iud.*
7 *casu 246. num. 5.* Neque potuit clericus † recipiendo depositum penes se submittere iurisdictioni laicorum. Quia etiam ipso clerico volente, & consentiente, non potest coram iudice laico conueniri, *cap. si diligenti, c. si quis clericus, vbi gloss. & Dd. de foro comp.* Affl. *decis. 85. num. 1.* Gratus *consil. 87. n. 3. & seq. col. 1.* Port. Immol. *in consil. 107. num. 4. & seq.* ergo nullo modo clericus depositarius coram iudice laico conueniendus est.

8 Secundus articulus est, quando iudex † secularis eligit clericum depositarium laicorum, tunc idem iudex ordinat depositum esse restituendum, Bald. *in leg. acceptam, n. 6. C. de vsur. & in l. si fideiussor, §. fin. in 1. lec. ff. qui satisd. cogũt.* per tex. *in l. fin. §. penul. C. de bon. auctorit. iudic. poss.* Salic. *in d. l. acceptā. col. 1.* Ias. *in d. l. si fideiussor, in §. fin. col. 1. ff. qui satisd. cog. & in l. 1. in fin. nu. 7. ff. de offic. eius*, Aufr. *in addi. ad Capel. Tolos. in dec. 168. & in tract. de potestate secul. reg. 2. fallent. 14. n. 14. & in clem. 1. de offic. ordinar.* Benedict. *in c. Raynutius. in ver. & vxorem, n. 419.* Tiraquel. *in tract. de retract. titul. 2. §. 4. gloss. 7. nu. 10.* afferens id in Gallia obseruari, sed de iure dicit se multum dubitare, Afflict. *decis. 24. nu. 3.* & ibi Vrsill. Maranta *de ordin. iudic. part. 4. distinct. 11. nu. 92.* Cumias *super ritib. magnæ curiæ regni Siciliæ, ca. 19. nu. 24. & seq.* Caroc. *in tract. de deposito, in tit. de causis, num. 40.*

Sed hæc opinio non potest procedere per modum
9 coactionis † clerici, tum quia iudex laicus non habet iurisdictionem in ipsum, tum quia etiam ipse nolens non potest se submittere iurisdictioni laicorũ, vt dixi nuper: Ideo declaratur istorum opinio, vt procedat quo ad iudicem secularem declarantem depositū esse restituendum, non autem respectu coactionis clerici depositarij ad restituendum, fateor igitur iudicem secularem imploratum iuxta doctrinam Baldi, declarare, atque clericum officio ex suscepto teneri restituere, vigore dictæ declarationis laicalis, verum non posse ad id cogi per iudicem secularem, sed duntaxat per Ecclesiasticum, aliter destruerentur omnes regulæ iurisdictionis, tam per ciuile, quàm Canonicum dispositæ, de quibus in præcedenti articulo.

CASVS CV.

Clericum fideiubentē pro laico nullo modo posse conueniri coram iudice seculari, sed debere coram Ecclesiastico.

SVMMARIA.

1 *Clericus non debet fideiubere.*
2 *Clerici fideiubentes peccant in foro conscientiæ.*
3 *Clericus fideiussor contractus laici debet conueniri coram Ecclesiastico.*
4 *Fideiussor non est condemnatus, quando est condemnatus debitor principalis.*
5 *Obligationis qualitas quæ est in principali censetur repetita in fideiussore.*
6 *Principali se submittente foro mercatorum, censetur submissus fideiussor eius.*
7 *Obligationis qualitas non censetur repetita in fideiussore clerico.*
8 *Fideiussor potest opponere non exceptionem, etiam quam principalis non opponeret.*
9 *Potest opponere contractum esse vsurarium etiamsi principalis diceret esse verum.*
10 *Clericus fideiussor laici de iudicato soluēdo coram iudice laico, non potest ab eodem cogi ad soluendum.*
11 *Clericus per fideiussionem non censetur se submittere iudici laico.*
12 *Executio contra clericum fideiussorem debet fieri à iudice Ecclesiastico.*
13 *Creditor recipiens fideiussorem non idoneum potest petere iterum sibi caueri.*
14 *Fallit si reciperetur per actuarium causæ, vel esset clericus.*
15 *Laicus quando fideiubet de iudicio sisti, & postea fit clericus, ipsa fideiußio finitur.*
16 *Conueniri quando quis poßit in loco contractus.*

CLericus † fideiussionibus inseruiens abiiciatur, 1
vt præcipit Summus Pontifex *in c. 1. de fideiussor.* qui textus licet loquatur de assidua fideiussione propter verbum *inseruiens*, tamen simpliciter est prohibita ipsorum fideiussio, *in c. te quidem, 11. quæst. 1.* & hác prohibitionem esse de regula, firmat gl. *in d. c. 1.* Quod
ego credo † verum in foro conscientiæ, quia fideiu- 2
bendo peccant, vt dicit Innoc. *in d. c. 1.* sed in foro cōtentioso propter fideiussionem factam obligantur ad satisfaciendum, per *c. 2. de fideiussor.* vbi Pontifex præcipit, clericos fideiussores debere satisfacere & ita obseruat practica, sed quia fideiussionem per eos contingit aliquando fieri etiam in vtroque foro, pro laicis: Ideo per tres articulos expediamus, coram quo iudice conueniri debeant.

Primus articulus est, clericus † fideiussor contra- 3
ctus laici debet coram iudice Ecclesiastico conueniri, nam cum sit agendum contra eum ex obligatione sua, *l. Græcè, §. etiam, vers. & si cum defensore. ff. de pignorib.* debet agi coram iudice ipsius fideiussoris rei conueniendi. Ideo si principalis † debitor est condemna- 4
tus, nunquam eo ipso est condemnatus fideiussor, & in eo habent locum regulæ vtriusque iuris, *Res inter alias acta, & c. quamuis, &c. cum super, de re iudic. & c. inter dilectos, de fide instrum.* & hanc opinionem firmarunt glossa, Franchus, Ioannes Monachus, & Ancaranus *in cap. 1. de iniuriis, lib. 6.* & licet qualitas † obli- 5
gationis principalis ad voluntatem creditoris sit repetita in fideiussore, *l. si proponitur, ff. de fideiussor. l. fi. §. fin. ff. de verborum obligationib.* & notat Bart. & cæteri *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, ff. eod. t. & in l. hi qui accessionis, ff. de fideiussorib.* vnde si principalis † se sub- 6
miserit foro mercatorum, ergo & eius fideiussor: tamen hoc non procedit lege reluctante, si quidem *cap. si diligenti, de foro comp.* prohibet clericos † se submit- 7
tere iurisdictioni laicorum, ergo illa qualitas fori non potuit repeti tacitè in persona clerici fideiussoris, cum non expresse fieri potuisset. Imo fideiussor po- 8
test opponere quamcunque exceptionem, etiamsi principalis aliqua de causa opponere non posset, Baldus *in l. cum mulier, col. 9. versi. quæro de vno. ff. sol. matr.* Marsi. *in repetit. rubr. ff. de fideiussorib. n. 169.* vbi quod fideiussor potest † opponere contractum esse vsura- 9
rium, etiam quod principalis fateretur illum esse verum, & non fœneratitium, allegat Bald. *in l. tam mandatori, C. de non numerat. pecun.* Riminald. iun. *in consil. 92. n. 33. & seq. vol. 1.* Addentes ad Alexandr. *in consil. 36. vol. 2.*

Secundus

10 Secundus articulus est: Clericus † fideiussor laici de iudicato soluendo coram iudice seculari, non potest cogi per eundem iudicem ad soluendum dictam fideiussionem; sed debet coram iudice Ecclesiastico conueniri, hanc opinionem firmarunt Bart. *in l.1.ff.si quis in ius voc. non ier.* Bald. ad Specul. *in tit.de comp. iudic. aditione, ver. laicus,* Franc. *in c.1.de iniur.lib.6.col.2. versic. eadem ratione videtur idem dicẽdum,* vbi clarè probat ex fideiussione clerici coram iudice laico, nõ posse fieri executionem contra eum per iudicem secularem, sed debere fieri per Ecclesiasticum, vt notatur *in c.dispendia, §.reus quoque, de rescrip. & in cap. pen. de for. comp. & in c.fin. de except. lib.* 6. Anca. *in d.c.1. de iniuriis, li.6.n.26. versi. contrarium notat,* Cyn. probat, quod
11 per talem fideiussionem † non potest dici in iudicem laicum consensisse, & iudicium coram iudice laico cõtra principalem respectu ipsius clerici, dicitur iniu-
12 stum, vnde executio † contra clericum fideiussorem facienda esset coram iudice Ecclesiastico iuris auctoritate propter contractum à sua auctoritate causatũ, non autem à sententia iudicis laici; eandem opinionem tenet Bertach. *in tract. de Episc. lib.4. par.1.n.3. & in lib.4.part.5.n.97.*

Vnde licet secundum veriorem opinionẽ, recipiens
13 fideiussorem † non idoneum, non possit petere iterũ sibi caueri, sed sibi imputet, Angel. *in d.l.1.ff.si quis in ius voc. nõ ier. & ibi* Castrens. Idem Castrens. *in l.satisdare. ff. de fideiussor.* & probat Alexan. *in consi.60. consideratus, vol.5.* & latius per Marsil. *in rubr. ff. de fideiussorib.n.73.* Tamen fallit, quando ille fideiussor recipere-
14 tur per actuarium causæ, & esset clericus, † quo casu licitè posset petere sibi iterum fideiussionem præstari, & hoc modo posset procedere opinio gl. *in l.si quis stipulatus sit Stichum, §.fin.ff.de verbor.obligat. & in l.inter causas, §.abesse. ff. mand.* vt iterum possit petere sibi præstare fideiussionem, & licet in subsidium habeat actionem contra magistratum, *toto tit. ff. de magistrat. conuen.* tamen per dictam instantiam tolleretur replicatio excussionis, quæ non posset fieri coram eodem iudice.

15 Tertius articulus est, quando laicus † fideiubet de iudicio sisti, & postea fiat clericus, fideiussio ipsa finitur, ita probat Cardin. *in clem.1. in qu.9. de censib.* vbi quòd per alterationem status mutauit forũ, vt amodo per iudicem secularem astringi non possit, & dixit Iacob. Butr. *in l.quisquis, per illum text. C. de Episc. & cler.*
16 quod licet ratione contractus, quis possit † conueniri in loco contractus, etiamsi mutauit domicilium, tamẽ hoc fallit, quando cum mutatione fori concurreret etiam mutatio status personę, vt quia laicus post contractum efficeretur clericus, quia tũc non potest amplius coram iudice laico, sed coram Ecclesiastico cõueniri debet, & hanc opinionem tenet Cyn. & Bald. *in auth. causa quæ fit cum monacho, C. de Episc. & clericis.* Immola *in c.proposuisti, de foro compet.* Ias. *in l.cum quædam puella, ff. de iurisd. omn. iudic.* & post multos alios hanc opinionem diffuse probat Marsil. *in repet. rubri. ff. de fideiussor. à n.132. vsque ad 138.*

CASVS CVI.

Laicum clerici fideiussorẽ nõ semper conueniendum esse coram iudice seculari.

SVMMARIA.

1 *Fideiussor laicus clerici non potest declinare forum seculare.*
2 *Exceptio declinatoria competens principali non competit fideiussori.*
3 *Fideiussor de præsentando aliquem, qui postea fuit clericus, non tenetur vlterius.*
4 *Clerici persona non potest tangi, vel molestari absque incursu excommunicationis.*
5 *Laicus fideiussor pro clerico, qui litigabat coram iudice laico non potest molestari ab eodem iudice.*
6 *Sententia nulla contra clericum, non potest executioni mandari contra eius fideiussorem laicum.*

SEd an laicus fideiussor clerici possit coram seculari iudice conueniri? Respondendum est per duos articulos.

Primus articulus est, laicum † fideiussorem clerici non posse declinare iurisdictionem iudicis laici, Speculat. *in tit. de competent. iudic. aditione, §.1. n.26. versic. sed pone clericus,* quem refert, & sequitur Bald. *in l.fi. C. de priuil. dot.* Cagnol. *in l.venditor, n.10. ff. de iudic.* Io. de Arnono *singul.79.* Marsi. *in rubr. ff. de fideiussorib. q.42.* Roman. *singul.633. nunquid fideiussor clerici,* Guido Pap. *decis.562. nu.6.* pro quo est textus *in l.si reus, ff. iudic. solu.* vbi exceptio † declinatoria competens principali, non competit fideiussori, seu cessionario, & probatur *in l.sed & si restituatur, §.1. ff. de iudic.* & in quibus aliis casibus istæ, & similes exceptiones competentes principali non competant fideiussori, congerit Vrsillus *in additionibus ad Afflictum in decis.74. & decis.206. & decis.288.* cum aliis ad hoc per Octauianum Vulpellium *in tract. de libertate Ecclesiastica, part.3. nu.28.* & Boer. *in singular. in verb. cautio & fideiussio, nu.6.* Stephanus Aufrerius *in tractatu de potestate secular. in Ecclesiast. reg.4. fallen.22.* & ibi per Matthæum Boys *in addit.*

Secundus articulus est, laicus quando † fideiussit de præsentando aliquem reum, & ille postea efficiatur clericus, non potest vlterius fideiussor cogi ad illum reum præsentandum, hæc est doctrina glossæ, & Doctorum *in c.quæstioni, de appellationib.* Abbas *in consil.90. circa primum, part.1.* Immola *in clement.1. num.11. de censibus,* Franciscus Marcus *in decis. Delphinal. 1067. part.1.* Ioannes Botta *in consi.38. nu.2. & seq.* Marcambrun. *in consi.44. num.65.* Bertachin. *in suo repertorio, in verb. fideiussor de iudicio sisti, versic. fideiussor de præsentando laicum,* & quod hoc casu persona † clerici non possit tangi de iure, neque molestari sine incursu excommunicationis, est communis opinio omniũ Doctorum *in c.1. de obligationibus ad ratiocinia,* vbi per Ioannem Andr. & Abbat. & latè per Lambertin. *in c.1. de hæretic. lib.6. quæst.13.* Placa *in epitom. delict. c.35. nu.3.* Couarru. *in lib. practicarum quæstionum, cap.32. nu.4. versi. tertia conclusio;* Socin. *in c.proposuisti, numer.46. & seq. versi. primum exemplum, de foro compet.* & pro hoc articulo satis conferunt dicta à nobis in casu præcedenti *art.3.*

Tertius articulus est, laicus † quando fideiussor de soluendo iudicatum pro clerico, qui tanquam laicus litigabat coram iudice seculari, & post sententiam contrariam ostendit se esse clericum, non potest vlterius conueniri coram iudice laico. Nam licet sententia lata contra principalem executioni mandetur contra fideiussorem iudicatum solui, *l.1. ff. iudic. solu.* tamen hoc procedit, quando sententia † est valida, aliàs si esset nulla non posset exequutioni demandari, *l.2. §. fin. ff. de pœ. & ibi gl. in ver. causa,* per tex. *in l.4. §. condẽnatum. ff. de re iudic.* vbi neq; nomen sententiæ mereatur,

tur, quæ nulla est, & sententia lata per iudicem laicum contra clericum nulla est ex defectu iurisdictionis, qui non potest tacitè, nec expressè in iudicem laicum cōsentire, *c. si diligenti, cum vulgarib. de foro compet.* & reprobata in hoc *decisione* Affl. 206. vbi concludit fideiussorem clerici obligati coram iudice seculari, posse ab eodem iudice condemnari, contrarium fuit decisum ab eodem Prætorio Neapolis, vt per Franch. *in decis.* 400. quem consule pro decisione huius articuli.

CASVS CVII.

Clerici litigantes in foro laicorum, an & quando possint reconueniri à laico coram eodem iudice.

SVMMARIA.

1 *Clericus potest reconueniri coram iudice laico.*
2 *Contrarium qui teneant.*
3 *Papæ decisio desideratur an clericus poßit reconueniri coram iudice laico.*
4 *Clericum posse reconueniri vbi est consuetudo, qui teneant.*
5 *Reconuentio debet fieri ante litem contestatam.*
6 *Reconuentio post litem contestatam parte contradicente non admittitur.*
7 *Reconuentio in quibus casibus non procedat contra clericos.*
8 *Reconuentio laici contra clericum non admittitur, stante fraude.*
9 *Clericus agens criminaliter contra laicum, non potest reconueniri.*
10 *Reconuentio non procedit contra clericum coram iudice laico in causa spirituali.*
11 *Reconuentio non fit contra clericum coram iudice laico de crimine.*
12 *Etiamsi ageretur de crimine ciuiliter ad pœnam.*
13 *Reconuentio non admittitur contra clericum, quando manus laici essent apponendæ in eius personam.*
14 *Clericus actor coram iudice laico non potest renuntiare iudicio ad finem euadendi reconuentionem.*

1 CLericus † potest reconueniri corā iudice laico, glo. *in c. 1. versi. super suis, de mutuis pet. & in c. at si clerici, ver. non tenet, de iud. & in c. multi. ver. seculari, 2. quæst. 1. & in c. in summa, 11. qu. & in c. denique, in gloss. fin. distin. 96. & in l. cum Papinianus, C. de sent. & interlocut. omn. iudic.* Bart. *in authent. & consequenter, col. fin. C. eodem tit.* Spec. *in titul. de reconuentione, §. nunc dicamus, vers. sed pone clericus,* Bal. *in l. 2. §. sed si agant, ff. de iudic. & in authē. clericus, Cod. de Episc. & cleri. & in d. authen. & consequenter. vbi etiam* Salicet. & Fulg. Item Ancaran. *in regula, ea quæ, in 14. qu. de reg. iur. lib. 6.* Socin. *in cap. 1. de mutuis petit.* Archidiacon. *in d. summa, 11. quæst. 1. & in c. non ita. 2. q. 6.* Menoc. *de arbitr. lib. 1. quæst. 44.* Aufrer. *in tract. de potestate secul. in Ecclesiast. reg. 2. fallent. 3. n. 4.* Lapus *allegat. 118. quæritur non leuiter, col. 2.* Socin. *reg. 56. in 4. fallent.* Duen. *reg. 102. part. 1.* Marant. *in suo speculo. part. 4. distinct. 6. num. 44.* & esse communem opinionem testatur Felyn. *in d. c. at si clerici, n. 8. & ibi latè per* Dec. *nu. 155. & plur. sequ.* Villa. *in commun. opinio. ver. clericus. nu. 72.* & ita sæpius vsu receptum fuit in tribunalibus, Boer. *decis. 69.* Afflict. *decis. 173.* Franch. *decis. 193. & decis. 376.*

Alij tradunt tutiorem opinionem esse, vt coram iudice laico clericus actor † reconueniri non possit, 2
Collectar. *in cap. 2. de foro compet.* Geminian. *in c. cuius in agendo, 3. quæst. 8.* qui dicit, de hoc esse casum *in c. si. de iudic.* Idem dicit *in c. multi, 2. qu. 1.* Cardinal. *in clem. statutum, de elect.* Anton. Francisc. *in additionib. ad Abbatem, in d. c. at si clerici, in addit. quæ incipit; An clericus poßit reconueniri,* qui probat pro hac opinione esse casum *in cap. qualiter & quando, de iud. in vers. omnino fieri prohibemus,* & ita fuit decisum in Capella Tholosan. *decis. 95.* Et quod propter † varietatem opinionum in 3
hoc articulo desideratur decisio Summi Pontificis, dicit Andreas Sicul. *in d. cap. at si clerici.* quem sequitur Dec. *ibid. num. 155.*

Cæteri concordant † primam opinionem proce- 4
dere in locis, vbi extat consuetudo, Andreas Sicul. *in d. cap. at si clerici;* Abb. *in c. 1. de mutuis petitionib. & in d. cap. at si clerici, vbi* Dec. *nu. 165. in fin. & nu. seq.* probat valere talem consuetudinem.

Et tenendo primam opinionem in tribunalibus, vbi extat talis consuetudo, quousque aliud per Summum Pontificem fuerit dispositum: Potest declarari, vt procedat, quando reconuentio † facta fuerit ante 5
litem contestatam, nam postea reconuentioni non est vlterius locus, glos. *in cle. sæpe, §. verū, in ver. exordio, de verborum signification.* adeo quod etiam quo ad effectum iurisdictionis prorogandæ non potest proponi ex interuallo post contestatam litem, secundum Ioannem Andr. *in d. c. 1. de mutuis petition.* vbi dicit, quod sine nouis literis non fit coram delegato & sequitur Calderin. *ibi.* Idem Ioannes Andr. *in additionibus ad* Speculat. *in tit. de reconuentione, §. 1.* Socin. *in d. c. 1. de mutuis petitionib. n. 97. vsque ad finem,* vbi allegat Aretinum, atque concludit, post litem † contestatam 6
ex interuallo non admitti parte contradicente, & sequitur Maranta *distinct. 6. num. 6.*

Item declaratur, vt contra clericos † reconuentio 7
non procedat in illis casibus, in quibus contra cæteros actores laicos proponi non potest. Non enim fit, vbi non est propriè iudicium, Cyn. *in l. fin. Cod. qui admitti.* Bald. *in cap. 1. colum. fin. de controuers. inuest. apud par. terminand.* Andreas Sicul. *in rubr. de mutuis petitionib. n. 6. versic. & vnum pondera.* Item, non fit, quando agitur remedio, quis sit manu tenendus, Bartol. *in l. 1. C. vbi causa stat. & ibi* Salycet. Item non fit in causa appellationis, *l. 1. & l. 2. ff. qui & à quibus, l. 1. §. si apud, & ibi* Angel. *ff. quæ senten. sine appellat. rescind.* & latè per Socin. *in c. 1. q. 21. de mutuis petit.*

Viso igitur quod reconuentio non procedit contra clericos in casibus, in quibus contra laicos neque fieri potest, videamus in quibus casibus reconuentio laicorum contra clericos fieri non potest, inspecta propriè persona, vel qualitate causę, idque explicemus per quatuor articulos.

Primus articulus est: Quando laicus † iniuriā face- 8
ret clerico, tūc ipse cōuentus à clerico corā iudice seculari, nō potest clericū coram eodē iudice reconuenire, quia talis fraus sibi prodesse nō debet, *l. 2. §. sed si agant, ff. de iud. c. relatū. §. ad hoc, de iur. patr.* ideo talis reconuentio contra clericum non procederet, Specul. *in d. tit. de reconuentione, §. 1. versic. quid si laicus, gloss. in d. ca. si relatum. in ver. seculari,* quam sequitur Ab. *in c. dilectus. colum. 3. ad fin. de arbitr.* cū aliis ad hoc per Farinac. *in tit. de inquisitione, quæst. 8. num. 101.* Imo & si hoc non fieret, in fraudem tamen reconuentio fieri non potest, Baldus *in d. cap. 1. de controuer. apud par. terminand. in versic. item est ista glossa in argumentum.*

Quod

9 Quod si clericus agat † de iniuria sibi illata, vel furto, vel alio maleficio, quod nō possit reconueniri coram iudice laico, ex eo quod nullus priuilegiatus agens de iniuria, vel furto, vel alio maleficio sibi illato, potest reconueniri coram aliàs non suo iudice, per textum *in d.§.sed si agam*, idem tenet Bald. *in d.auth. & consequē-ter, colum.3. versic. quid si clericus*, C. *de sent ent. & inter-loc. omn. iudic.* & ad hoc multos congerit Matth. Boys *in addit. ad Aufrer. de potestate secul. in Ecclesi. in reg.2. super fallent.3. in fin.*

10 Secundus articulus est: reconuentio † coram iudice laico non procedit contra clericum in causa spirituali, vel annexa spirituali, tunc enim remittenda est ad iudicem Ecclesiasticum, *tuam, de ordine cogni. c. lator, qui filij sint legitimi*, glo. *in d.c. cuius in agendo, 3. quæst.8.* Innocent. & communiter Dd. *in d.c.1. de mutuis petit.* Ab. *in d.c. at si clerici, n.20.*

11 Tertius articulus est: reconuentio † non procedit contra clericum in foro secularium, si de crimine fieret, etiam ciuiliter, per text. *in cap. vnic. de cleric. coniug. lib.6.* & ita firmat Ioan. Andr. & communiter Canonistæ *in d.c.1. de mutuis petition.* Ab. *in d.c. at si clerici, nu.20.* Dec. *nu.25.* dicit istam esse communem opinionem, reprobatis glossis, quæ contrarium voluerunt,
12 quando † de crimine ageretur ciuiliter ad pœnam pecuniariam, *in c. multi, 2. q.1. & in d.c. at si clerici, in prin.* cum aliis ad hoc allegatis per Stephan. Aufr. *in repetit. clem.1. de offic. ordin. n.84. versic. quod secundum communem opinionem canonistarum.*

13 Quartus articulus est: quandocunque manus † iudicis secularis opponenda esset in personas clericorum, nullo vnquam modo reconuentio procedere potest in eius foro, Archidiacon. *in d.c. vnic. de cleric. coniugat. li.6.* Stephan. Aufrer. in additionibus ad Capel. Tholos. *in d. decis.95. & in d. reg.2. fall.3. vers. sexto nisi ageretur*, & hic articulus, vt generalis est, ita potest multos alios comprehendere, de quibus in limitationibus, quas ponit Socin. ad hoc *in d.c.1. de mutuis petitionibus.*

14 Addo quintum articulum; videlicet clericum † actorem coram iudice laico non posse renuntiare liti per eum motæ ad finem euadendi reconuentionem, quia nihilominus in eodem iudicio procederetur in causa reconuentionis, ita dixit Speculat. *in tit. de recōuentione, in fin.* ex cuius doctrina fuit articulus decisus in tribunalibus, Afflict. *decisione 173.* qui alios allegat, Franch. *decis.349.* & scribit Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.1. qu.44.* Declaratur tamen hic articulus, vt procedat, quando clericus est reconuentus ante litis contestationem. Item quando post recōuentionem factam, ipse vellet renuntiare liti, quod non potest facere in præiudicium litis motæ.

CASVS CVIII.

Emancipationem clerici filiifamilias posse fieri coram iudice laico atque Ecclesiastico.

SVMMARIA.

1 *Emancipatio filij clerici debet fieri coram iudice competenti.*
2 *Emancipatio filij clerici potest fieri coram iudice Ecclesiastico.*
3 *Argumentum de alienatione rei ad alienationem personæ, valet.*

Emancipatio † filij clerici debet fieri coram iudice competenti, *l.1. C. de emanc. liber.* vbi loquitur de iure patris, quod habet in filium adimēdo, & in ipsum filium premium conferendo, emancipatio enim vocatur præmium, siue donum, *l.2. l. cum oportet Cod. de bon. quæ li.* quo casu illius iudex est adeundus, qui confert premium, non qui recipit super auctoritate præstanda, & cum exemptio clericorum tendat ad libertatem eorum, huiusmodi emancipatio non derogat illorum libertati, si coram iudice laico fiat. 1

Ego autem credo, quod si emancipatio † filij clerici fieret coram iudice Ecclesiastico valeat. Nam si Prælatus vellet alienare bona sui monasterij sita in aliena diœcesi, poterit adhibere auctoritatem vtriusque iudicis, ita dicit Cyn. *in l. si prædium, C. de præ min-nor.* & valet argumentum † de alienatione rerum ad alienationem personæ, quæ quasi in emancipatione versatur, vt in his propriis terminis probat Ancaran. *in regula, ea quæ. quæst.18. nu.22. de regulis iuris, lib.6.* & quod possit fieri coram vtroque iudice est casus decisus per multas rationes per Bellameram *decis. 732.* & pro decisione huius casus conferunt, quæ scripsimus supra *casu 27.* Ecclesiasticos factos non ligari amplius patria potestate; ergo quoties emancipatio prædicta ad aliquem finem facienda esset, sufficit fieri coram Ecclesiastico. 2 3

CASVS CIX.

Insinuationē donationis factæ clerico expediri posse coram quocunque iudice ordinario siue donantis, siue donatarij.

SVMMARIA.

1 *Donationes quando indigeant insinuatione.*
2 *Insinuatio debet fieri in donatione quæ fit clerico.*
3 *Et debet fieri coram iudice laico.*
4 *Insinuatio donationis debet fieri coram Ecclesiastico, quæ fieret à clerico ipsi laico.*
5 *Donatio potest insinuari coram quocunque iudice siue donatoris, siue donatarij.*
6 *Insinuatio quare requiratur in donatione.*
7 *Insinuatio est voluntariæ iurisdictionis.*
8 *Iudex sicut non potest prohibere donationem, ita non potest insinuationem.*
9 *Insinuatio tollitur iuramento partium.*
10 *Insinuatio habet effectum etiam in bonis extra ditionem iudicis sitis.*
11 *Donatio posset insinuari coram donatore, aut coram donatario, quādo alter eorum esset iudex ordinarius.*

Quia regulariter in donationibus † excedentibus summam quingentorum aureorum requiritur insinuatio, *l. sancimus, C. de donation.* quæ auctoritate judicis competentis in scripturam redigitur, & publicatur, vt probat Ant. de Can. *in tract. de insinuat. in princ.* Ideo Dd. quærētibus an hæc regula procedat, si clerico † velit donare laicus vltra dictam summam determinat Rota Romana pro affirmatiua, atque subiunxit debere fieri à iudice seculari, † qui potest donatoris laici personam habilitare, sicut si minor vellet se sollemniter obligare, eius proprius iudex adeundus est super auctoritate præstanda. Ita econuerso dixerunt, si laico † similē summā vellet donare clericus, Ecclesiastici iudicis auctoritatem implorandam, atq. impertiendā esse, Ægid. Bella. *dec.6. sub tit. de for. competenti.* 1 2 3 4

competenti. quem citat & sequitur Papazonus *in additionib.* ad Rotam Rom. *decis.7.nu.5.de iudiciis,in nouis*, de qua distinctione locuti fuimus supra *casu 28.*

Sed certè vera principia iurisprudentiæ, donationem
5 ipsam † coram quocunque iudice ordinario, siue donatoris, siue donatarij, & ita eius insinuationem celebrandam, fieri posse demonstrant, siquidem, quod insinuatio donationis possit fieri coram quocunque iudice, siue donatoris, siue donatarij, firmauit Bart. *in l. Modestinus,n.3.ver.& hoc apparet,ff.de donationib.* & sequuntur Alex. *in cons.157.n.6.& plur.seq.vol.2.* Guido Pap. *decis.325.potest fieri,in princip.& in singul.341.insinuatio,nu.3.* post Specul. quem allegat *in tit.de instrument.editione,§.porrò.* Anton. de Canar. *in tract.de insinuationib. q.6. in fin.* post Io. Andr. *in additionibus ad* Specul. *quem allegat,in d.§.porrò.vers.donec,& vers.viso.* Mandell. de Alba *in cons.198.nu.23.vol.1.* Gomez. *in §.item si quis in fraudem,nu.22.Instit.de actionib.* Ratio
6 enim, quare † requiratur insinuatio, est, quia cùm debeat ipsa fieri aliquo tempore post donationem: hoc tempore intermedio potest donans deliberare, an sibi expediat donationem ipsam confirmare, & vt etiam possit pœnitere si sibi visum fuerit. Item vt talis iteratio actus denotet constantiam mentis in donando. Itē vt tollatur omnis suspicio fraudis, cùm sæpe malis artibus inducantur homines ad donandum, & dilapidandum substantias suas, & sic ne fiant tales donationes clandestinæ introducta est solemnitas insinuationis, prout considerarunt Bart. *in d.l.Modestinus.* & Io. Andr. ad Spec. *in d.§.porrò, vers.donatio.* Ex qua ratio-
7 ne apparet, insinuationem † esse voluntariæ iurisdictionis, *l.in hac,C.de donat.* & ideo illi iudex nō potest contradicere, vel prohibere, aut non admittere, *§.& hoc peruenit, auth. vt nulli iudi.* Anto. de Canar. *in d.q.6.nu.14.vers.ad hoc.* concludens per illum tex. quod si-
8 cut iudex † non potest prohibere donationem, ita neque insinuationem. Hinc est, quod facta donatione, si cum iuramento fuerit renuntiatum insinuationi, donatio valet, quia quamuis insinuatio sit inducta ob publicam vtilitatem ad excludendum fraudes, tamen vo-
9 luntate partium saltem cum iuramento † insinuatio tollitur secundum magis communem opinionē, Dec. *cōs.329.col.vers.præterea in casu isto,& in cons.432.col.2.in fi.* Soc. *in cōs.80.col.fi.vol.1.* Curt. iun. *in cons.141.col.fi.* Ripa *li.3.responsorū, in tit.de reuocand.donat.c.5.& c.it.in fi.* Marsil. *in pract.crim. §.secunda quæstio,n.65.* Federic. de Sen. *in cons.281.* qui hoc intelligit, quando expressè fuerit renuntiatum insinuationi, & hæc vera opinio, & ita vidi sæpius iudicari. Hinc etiam est, quod si facta fuerit donatio plurium bonorum existentium in diuersis ditionibus, & vtrobique requiratur insi-
10 nuatio, atque † donatio fuerit in vno loco insinuata, habet validitatem extra ditionem iudicis insinuantis, Bal. *in cons.167.nu.6.vol.5.* Benedi. Capra *in cons.144. punctus,quē dñā domina Gregoria.* vbi determinat, quod statutum Castri disponens donationes debere publicari coram potestate Castri, aliter non valeant, non porriget vires ad infirmandam donationem in alio loco celebratam, licet de bonis sitis in territorio Castri, Aret. *in cons.54.in causa,col.2.vers.tertia ratio,* vbi decidit, donationem factam Senis à muliere Cortonense de bonis in territorio Cortonæ valere, licet nō obseruata solemnitate statuti Cortonensis.

Ergo cùm insinuatio ipsa sit voluntariæ iurisdictionis, neque circumscribatur loco, quia omnis locus ei patet, libera enim est, *l.emancipari.ff.de adoptionib.* potest coram quocunque iudice celebrari, siue sit donatoris, siue iudex sit ordinarius donatarij, ex qua ratione concludit Alex. *in d.cons.157.n.7.vol.2.* quod posset dicta donatio † insinuari coram eodem donatore, aut etiam donatario, quando & ipsi iudices essent ordina- 11
rij, ita etiam dixit Io. de Imm. *in l.Aquilius Regulus ff.de donationib.* & vterque sequitur Bart. *in d.l.Modestinus.*

CASVS CX.

Iudicem laicum non posse dare tutorem aut curatorem clerico pupillo: aut ecclesiasticos dare tutores laicis.

SVMMARIA.

1 *Iudex laicus non potest dare clericum tutorem alicui pupillo laico.*
2 *Et dans tutorem eum, vel curatorē peccat mortaliter.*
3 *Clerici, si velint, possunt suscipere legitimam tutelam.*
4 L. sicut hereditas, C. de legit. tutor. *non habet locum in clericis.*
5 *Clerici debent suscipere tutelam de pauperioribus & miserabilibus personis.*
6 *Iudex laicus non dat tutorem pupillo clerico.*
7 *Et qui teneant contrarium.*
8 *Iudicem vtrumque dare tutorem pupillo clerico, qui teneant.*
9 *Iudex ecclesiasticus nominat laicum tutorem pupillo clerico, sed iudex laicus illum cogit.*
10 *Tutor datus à iudice laico non habet potestatem in bonis ecclesiasticis pupilli clerici.*
11 *Curator pupilli clerici datur à iudice ecclesiastico.*
12 *Iudex laicus an det curatorem clerico pupillo coram se litem habente.*
13 *Et quando illum det iudex ecclesiasticus.*

SEd an iudex laicus se intromittat circa dationem tutelæ vel curæ Ecclesiasticorum. Respondendum est per tres articulos.

Primus articulus est: Iudex laicus † non potest dare 1
clericum tutorem alicui pupillo laico, glo. *in c.Cyprianus,21.q.3.* Io. Andr. & Gemin. *in c.1.§.in cæteris,col.2.de cleric.coniugat.li.6.* Abb. *in c.non minus,col.5.de immun.eccles.* Io. Anto. de Nigr. *in extrauag.vnic.de vita & honest.cler.n.143. & seq.* Antoni. Piaggius *in tract.de tutor.& curator.q.3.in princ.* Imò dans † eum tutorem vel 2
curatorem peccat mortaliter, *d.c.Cyprianus,21.qu.3.* & priuantur Ecclesiastica sepultura, *c.neque apud.dist.88.* & tradit Host. *in summa de sepultur.vers.quibus interdicatur ecclesiastic.sepult.n.4.*

Declaratur primo, eos posse, si velint, legitimam tutelam † recipere secundum gloss. *in c.fin.dist.86.* & hoc 3
est priuilegium clericum, quia licet possint succedere ab intestato, nō tamen coguntur suscipere legitimam tutelam, & sic in eis non habet locum *l.sicut † hereditas,C.de legit.tutor.* & *§.1.Inst.de legi.patr.tut.* ita di- 4
cunt gloss. *in c.generaliter,16.q.1.* & gl. *in l.generaliter, C.de episcop.& cleric.* Niger *in d.extrauag.vnic.nu.144.* & ratio est, ne clerici occasione tutelæ distrahantur à diuinis, *d.c.Cyprianus.* Multos Doctores ad hoc congerit Borgnin. Cauால. *in tract.de tutore & curat.c.1.n.288.*

Secundo declaratur, vt hæc procedant respectu tutelæ, & curæ onerosæ, declaratæ per ius ciuile, secus est de tutela & cura generaliter loquendo, quam debent habere clerici † de pauperioribus & miserabili- 5

 bus

bus personis, c. monachi, 16. q. 1. Imò si ipsi nolunt, possunt cogi per episcopum ad talium curam suscipiendã, c. decreuit, dist. 88. in quo laici nullam habent iurisdictionem, sed solum iudicis Ecclesiastici munus est.

6 Secundus articulus est: Iudex laicus † non dat tutorem pupillo clerico, quia tutela est vis & potestas in capite libero, &c. Instit. de tutel. in princ. & l. 1. ff. eo. tit. & talem potestatem laicus in clericum habere non potest, vt not. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, & in c. fi. de reb. eccles. non alien. Abb. in c. at si clerici, de iudi. & hanc opinionem tenent gloss. in c. fin. de iudi. li. 6. in ver. eiusdem. & ibi Anchar. in 6. not.

7 Et licet plurimi Doctores teneant, quod † iudex laicus possit dare tutorem pupillo clerico, relati per Stephan. Aufrer. in tract. de potestate seculari in ecclesiasticos, regul. 2. fallent. 28. & seq. & per Borgnin. in d. c. 1. n. 288. vers. & quod à iudice laico. Atque Bald. in l. gene-
8 raliter, C. de episc. & cleric. dicat, quod tam † Ecclesiasticus, quàm iudex laicus dabunt tutorem clerico: tamen hoc declarari potest, quod iudex Ecclesiasticus
9 † nominet tutorem laicum pupillo clerico, sed iudex laicus illum tutorem cogat ad suscipiendam tutelam, ad requisitionem iudicis ecclesiastici, vt declarat Aretin. in §. sed hoc iure, n. 9. vers. & aduerte, Inst. de Attiliano tutore. nisi in ditione dandi tutoris iudex ecclesiasticus etiam temporalem iurisdictionem exerceret, vt not. in c. si duobus, de appellat. & vide ad hoc glo. & cõmuniter Doct. in cap. 2. de iudiciis. gl. in c. bene quidem, ver. præter, dist. 96. Archidiac. in c. clericum nullus, 11. qu. 1. Feder. de Sen. in cons. 125. super eo, per quæ concludit Dec. in cons. 159. nu. 7. vers. & sic. quod hoc fundamentum est in iudice ecclesiastico, & ratio omnium potest
10 esse, quia etsi iudex † laicus daret clericum tutorem pupillo clerico, non haberet ipse tutor potestatem in bonis ecclesiasticis, neque in personam pupilli clerici, vt dicit Anchar. in d. c. fi. de iudic. li. 6. ergo non qualitas tutoris, sed qualitas superioris, qui dat tutorem, inspicitur.

11 Tertius articulus est: Curator † clerici minoris regulariter datur à iudice ecclesiastico propter easdem rationes. Idem est de generali curatore ad lites, vt à suo proprio iudice dandus sit, vt distinguit Oldrad. in cons. 59. n. 2. vers. quia aut quærimus. & Salyc. in l. fin. §. 1. C. de administ. tut. & in l. 1. prope fin. C. vbi pet. tut. vel curator. Spec. in tit. de curator. §. 1. & ibi Io. Andr. in additionib. Sin autem loquimur de clerico pupillo litigante coram iudice laico, hoc casu dixerunt domini de Ro-
12 ta, quod iudex † laicus dabit illi curatorem in illa lite, vt in decis. 14. de iud. in antiq. & sequitur Maranta de ordine iudi. parte 4. dist. 11. n. 13. & ad hoc est tex. in l. fi. §. 1. C. de administr. tut. vbi dicitur recurrendum esse ad iudicem competentem, & competens est is propriè, coram quo lis vertitur, & ad hoc facit c. fi. de iudi. li. 6. vbi dicitur speciale esse in delegato Papæ, vt possit dare curatorem in causa, quæ coram eo vertitur. Sed quia d. decisio Rotæ fundatur ratione, quia curator datur bonis; ergo loquitur in casu, quo clericus litigaret coram laico super bonis temporalibus: vnde sequitur quod si lis fieret super speciali re ecclesiastica,
13 iudex ecclesiasticus † curatorem dabit, & ad hoc est textus in c. si annuum, de iudic. lib. 7. vbi quando agitur de beneficio per minorem 14. ann. iudex ecclesiasticus dabit curatorem ad litem, nõ secularis, & hoc procedit ratione beneficij rei spiritualis, super qua iudex laicus caret iurisdictione, d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. & ibi latè, & d. c. fi. de reb. eccles. non alien.

CASVS CXI.

Seruitores laicos episcoporum gaudere priuilegio fori ecclesiastici.

SVMMARIA.

1 *Serui ecclesiarum & clericorũ gaudent priuilegio fori.*
2 *Etiam immunitate soluendorum onerum.*
3 *Familia episcopi gaudet priuilegio fori.*
4 *Familia episcopi debet remitti ad iudicẽ ecclesiasticum.*
5 *Episcopos posse habere familiam armatam.*
6 *Seruitores clericorum temporales & conductitios gaudere priuilegio fori.*
7 *Priuilegium idem habet libertus, quod dominus.*
8 *Causæ seruorum & rusticorum ecclesiæ pertinent ad forum ecclesiasticum.*
9 *Familiares clericorum non deferentes habitum nec tonsuram, gaudent priuilegio fori.*
10 *Et qui teneant contrarium.*
11 *Et quomodo procedat contraria opinio.*
12 *Seruitores commensales qui dicantur.*
13 *Familiares necessarij militum gaudent eorum priuilegiis.*
14 *Famuli scholarium gaudent eorum priuilegiis.*
15 *Iurisdictioni seculari non debet fieri fraus.*
16 *Famuli clericorum quando non dicantur esse de domo eorum.*

VIdeamus an aliæ personæ præter clericos gaudeant priuilegio fori ecclesiastici, & inprimis de familia & seruitoribus clericorum, quod, vt melius explanetur, explico per tres articulos.

Primus articulus est: Serui, † mancipia atque famuli perpetui ecclesiarum, & clericorum gaudẽt priuilegio fori ecclesiastici, sicut gaudent eorum domini, c. ecclesiarum seruos, 12. q. 2. & c. indicatum, dist. 89. l. 1. & l. 2. C. de episc. & cler. glossa, Archidiac. & Præposit. in c. clericum, in primo 11. q. 1. gl. in c. eos, dist. 11. Host. in summa, in tit. de foro compet. §. quibus ex causis, col. 6. vers. ex præmissis, Capyc. decis. 12. in causa Hirgonij, Grammat. voto crimin. 33. in causa clerici. Imò gl. in d. c. ecclesiarum seruos. extendit hunc articulum etiam ad priuilegium immunitatis soluendorum † onerum, & ibi Præposit. & de hoc dixi supra, & hic articulus non habet difficultatem penes Dd. 1 2

Secundus articulus est: Familia † episcopi gaudet priuilegio fori, tam in ciuilibus, quàm in criminalib. c. fin. de offi. archidiac. & ibi communiter per omnes Canonistas, Abb. in c. 2. n. 6. vers. in familia, de foro comp. & ibi Fely. Host. Io. Andr. & Abb. in c. cùm non ab homine, col. 1. de iudi. & pro familia episcopi consuluit Io. de Mõte Sperello in cons. 71. incip. quia copiosè, posito inter consi. Laurentis Calcanei. & Bened. de Baptizat. in cons. 72. incip. cùm in vtroque, posito inter eadem cõsilia Calcanei. vbi quod si quis de familia captus † esset per seculares, posset per ipsam curiam ecclesiasticam repeti, & ideo Abbas antiquus in d. c. fi. de offi. archidiac. dicit, quod iudex potest repetere subditum suum ab alio iniustè detentum, & hoc esse speciale in familia episcopi, dicunt omnes in d. c. fi. & hanc esse receptissimam sentẽtiam, testantur iidem Io. de Monte Sperello, & Bened. de Baptizar. in dd. cons. 71. & 72. & quod episcopi † possint habere familiam armatam pro executione iustitiæ, probaui latissimè supra part. 2. c. 35. 3 4 5

Tertius articulus est: Famulos & seruitores † clericorum non perpetuos, sed temporales & conductitios gaudere priuilegio fori ecclesiastici, dum sunt 6

ſunt in ſeruitio ipſorum, gloſſ.*in d.c.clericum, in princ.*
11.q.1.& in c.eos,diſt.32. & in d.c.eccleſiarum ſeruos 12.q.
2. Andreas Barbatia *in additionib. ad* Abb. *in d.c.2.de*
foro compet. Soci.*in c.1.eod.tit.* Maranta *de ordine iudi.*
part.4.diſt.11.nu.4. Summa Clauaſ. *verb.clericus, §.14.*
Cardin.*in clem.1.in q.17.de vita & honeſt.clericor.* quia
7 idem priuilegium † habet libertus,quod habet domi-
nus, *c.ad deliberandum , de Iudæis.* & libertus ſequitur
forum patroni,*l.aſſumptio ff.ad municipal.*Bald.*in l.2.*
*in 3.notab.C.de epiſc.& cleri.*dicit,quod ſeruientes cle-
ricorum, & qui ſunt in miniſterio ipſorum, gaudeant
priuilegio dominorum non principaliter , & per ſe,
ſed propter fauorem ſuorum dominorum , & ibi hoc
tenet etiam Iacob. Butr. & Hoſt. *in d.tit. de foro com-*
8 *pet.in d.§.quib.ex cauſis.*vult,quod cauſæ† ſeruorum &
ruſticorum eccleſiæ pertineant ad forum eccleſiaſti-
cum,Soci.*in d.c.2.in 18.declaratione,de foro compet.* vbi
hoc tenet, etiam ſi familia eſſet mercenaria, dummo-
do non dietim ſeruiat , ſed ad annum , vel ad longius
tempus , quia tunc omnino gaudet eiſdem priuilegiis
fori,& firmat etiam Alber.de Roſat. *in l.1.C.de epiſc.*
& cler.& Grammat.*in d.voto 33.nu.20.*vbi quod fami-
9 liares † clericorum non deferentes habitum nec ton-
ſuram gaudent priuilegio fori eccleſiaſtici , & probat
Lauren. Calcan. *in conſ.70.* Epiſcopus Minorenſis *in*
ſua praxi epiſcopali in verbo Epiſcopus,verſ.decimo primo,
in part.1.
10 Et licet contrariam † opinionem in hoc articulo
amplectantur Archidiac.*in d.c.clericum.*Abb.*in d.c.2.*
de foro compet. Federic.de Sen.*in conſ.111.* Steph.Aufr.
in tract.de poteſtate ſeculari in eccleſiaſticos, regula 2.nu.
*36.*cum aliis per Octauian. Vulpell.*in tract.de liberta-*
te eccleſiaſtica, part.3.n.24. & per Io.Anton. de Nigris
in repetit.extrauag.vnicæ,de vita & honeſt.cleri.n.91.&
per Clarum *in §.fi.q.35. verſ.quarto nota quod familia-*
11 *ris.* Tamen prædictorum contraria opinio † procedit
in iis ſeruitoribus,qui ſalario deputato dietim,vel per
hebdomadas ſeruiunt, non autem in iis qui ordinariè
ſeruiunt,& commenſales dicuntur, quæ commenſali-
12 tas † corpore & dentibus fit , in propria domo ipſius
domini,vt dicit text.*in c.final.de verb.ſignif.li.6. & ibi*
notant omnes. Vnde Bal.*in l.1.C.ne vxor.pro mar.*dicit,
13 quod ſcutifer & familiares militum † gaudent eodem
priuilegio,ſi ſunt familiares neceſſarij,& hoc etiam te-
net Cyn.ibi,& Iacob.de Butr.*in d.l.2.C.de epiſ.& cle-*
*ri.*firmat, priuilegia data ſcholaribus per *auth.habita,*
*C.ne fil.pro patre.*in declinatione fori,& in aliis ibi cō-
14 tentis,extenduntur ad famulos † ſcholarium,quandiu
ſunt in ſeruitio dominorum,poſtea non quia non ha-
bent priuilegium per ſe, ſed fauore dominorum. Et
quod famuli neceſſarij ſcholarium,& nuntij gaudeant
eorundem priuilegiis , probatur *in d.auth. habita , in*
verſ.tam ipſi,quàm eorum nuntij.& notat hoc ibi Cyn.
*in princip.*Bal.& Salyc.*n.7.*Bolognin.*n.15.*cum aliis per
Petrum Duen. *in regula 303.* & aliis ſatis plurimis ad
hoc congeſtis per Horatium Lucium *in tract.de priui-*
legiis ſcholarium,in fine tractatus, nu.2. ergo ſeruitores
neceſſarij,& commenſales clericorum, id eſt,ſub eo-
dem tecto,corpore,& dentibus,non debent eſſe peio-
ris conditionis circa priuilegia dominorum , quàm
ſint ſeruitores neceſſarij ſcholarium.
Declaratur igitur hic articulus , vt procedat ſolum
in ſeruitoribus eccleſiaſticorum , qui non ſolum ſunt
commenſales,ſed etiam in actu ſeruitutis concurrunt:
ſtricta enim interpretatio facienda eſt in diminutionē
15 iuriſdictionis † ſecularis,& ne illi fiat fraus,prout in ſi-
mili,Regula cancellariæ de impetrando beneficio va-
cante per obitum familiaris Cardinalium, intelligitur
de commenſali,vt probat Gomeſ.*ſuper d.regula q.13.*
Vnde famuli † clericorum conducti ſub certa diurna 16
penſione,ſicut conduci ſolent operarij,etiam cum pa-
cto,vt per annum non poſſint locare operas ſuas alte-
ri , quia conſtituunt ſuum proprium fumantem , non
dicuntur eſſe ſub eadem domo clericorum , Bart. *in l.*
*qui concubinam,§.vxori,de legat.3.*Paul.Picus *in l.Titia,*
*§.Titia,n.63.de legat.2.*Imò non ſufficit quod quis ſtet
ſub eadem domo,& ſub eadem claui, ad hoc vt coha-
bitare dicatur , prout declarat Ang. *in l.quis ſit fugiti-*
uus,ff.de ædilit.edict.& hoc eſſe ſingulare notandū , &
menti tenendum,dicit Andr.Barba. *in additionibus ad*
Bal.*in l.fi.C.de collationib.*& probat Surd.*in tract.de a-*
liment.tit.4.q.15.n.6.

CASVS CXII.

Colonos eccleſiarum ,& clericorum, & cō-
ductores bonorum ſuorum conuentos
coram iudice laico,aliquando poſſe fo-
ri eccleſiaſtici declinatoriam oppone-
re, & obtinere.

SVMMARIA.

1 *Coloni & conductores bonorum eccleſiæ debent coram iudice laico conueniri.*
2 *Conductor aut emptor bonorum eccleſiæ debet pati onera,ſicut de cæteris bonis.*
3 *Ementes ſalinas ab eccleſiis debent ſoluere pedagium.*
4 *Ementes à fiſco debent ſoluere onera.*
5 *Colonus quando teneatur ad collectas.*
6 *Collectarum onus reſpicit fructus.*
7 *Gabella an debeat ſolui à colonis partiariis.*
8 *Eccleſia quando dicatur grauari per ſuos colonos.*
9 *Coloni & conductores eccleſiæ quando opponant declinatoriam fori.*
10 *Eccleſiaſtici comparentes in iudicio conductorum ſuorum,petunt remiſsionem cauſæ ad eccleſiaſticum.*
11 *Colonus vel conductor generalis adminiſtrator bonorum eccleſiæ debet conueniri coram eccleſiaſtico.*
12 *Coloni eccleſiæ obligati in forma Cameræ debent conueniri coram iudice eccleſiaſtico.*
13 *Debitor principaliter obligat animam per obligationem in forma Cameræ.*

COlonos † & conductores bonorum eccleſiæ de- 1
bere coram iudice laico conueniri, nec poſſe op-
ponere exceptionem declinatoriam fori eccleſiaſtici,
affirmarunt Feder.de Sen.*in conſ.13.nu.9.*Spec.*in tit.de*
*competent.iudi.aditione,§.1.nu.27.*vbi ſi conuenirentur
prædicti ex delicto,vel contractus ibi dicuntur forum
laicorum , Abb.Fely.& Spec.*in d.cap.2.de foro compet.*
Præpoſ.*in c.eos,diſt.31.*Gemin.*in c.1.11.q.1.* & de magis
communi opinione teſtatur Capyc.*in deciſ.12.n.2.* quā
ſequuta eſt in decidendo Senatus Pedemontanus , vt
per Theſſaur.*deciſ.22.*Natta *conſ.576.n.3.& ſeq.*Clarus
*in §.fi.q.35.verſ.quæro nunquid,*Dec.*in tract.criminal.li.*
*4.c.9.n.58.*cum aliis per Gabriel.*in conſ.37.nu.4.vol.2.*
Contra iſtos igitur ſi clerici agere volunt,reorum fo-
rum ſequi debent,quia non eſt caſus exceptus à regula
c.cùm ſit generale,de foro compet. niſi eſſent ſerui, man-
cipia, aut famuli perpetui , vt dixi in præcedenti caſu,
arti.1. aut coloni familiares commenſales , prout dixi
*in arti.3.*eiuſdem caſus.

Probatur etiam hic articulus; quia si clericus suam ecclesiam locat, aut eiusdem fructus vendit, conductor
2 † & emptor non gaudent priuilegio ecclesiæ, propterea patietur onera sicut de bonis propriis, gloss. & Immol. *in clem. fi. col. 2. de censib.* Gemin. *in c. quanquam, col. fi. eo. tit. li. 6.* Dyn. *in l. licitatio, §. mercatores, ff. de pu-*
3 *blican. & vectig.* vbi ponit de ementibus † salinas ab ecclesia, quod teneantur soluere pedagium, sequitur Ias. *in auth. quas actiones, col. 13. vers. per illum textum, C. de sacros. eccles.* allegans gloss. *in c. præsenti, de censib.* Archidiac. *in d. c. quanquam.* & ibi Io. Andr. & Franch. Federic. de Sen. *in cons. 11. quæstio talis est, an diœcesanus, col. 6.* Alex. *in additionib. ad Bart. in d. l. licitatio, §. mercatores.* Io. Andr. *in additionibus ad Spec. in tit. de immunit. eccles. in fi.* Sed Bart. *in d. §. mercatores.* intelligit id procedere in ordinariis vectigalibus, secus in extraordinariis, vt ibi per eum, Salyc. *in l. vniuersi, C. de publ. &*
4 *vectigal.* dicit idem esse in ementibus à fisco, † Bertachi. *in tract. de gabellis, in 7. parte princip. q. 13.* vbi testatur hanc esse communem opinionem, & propterea dicit Bart. *in l. 1. & ibi gloss. in ver. fructus, C. de annonis &*
5 *tributis, li. 10.* quod si quis locauit † fundum ad pensionem percipiendam in pecunia, vt fructus omnes remaneant apud colonum, quod dominus ad tributa vel collectas non tenetur, sed colonus, nisi aliter consuetudo se haberet, quod dicit esse menti tenendum, & probatur *in l. si sine herede, §. Lucius. ff. de administr. tut.* & probat Ias. *in l. 1. col. 7. vers. item quod dictum est, C.*
6 *de iure emphyt.* Onus collectarum † respicit fructus, ergo ad illum spectat, ad quem fructus pertinent, *l. si pendentes, §. si quid cloacarij, ff. de vsufruct.* de quo per Roman. *in l. inter quos, §. damna, ff. de damn. infect.* Soc. *in cons. 217. circa hanc, col. 2. vol. 2.* Ergo coloni partiarij
7 ecclesiarum tenentur soluere gabellas † de parte fructuum eis contingentium, & alia onera, quæ imponūtur per Principes, quia pars eis contingens in nullo est priuilegiata, Gemin. *in d. c. quanquam, col. fi. de censib. li. 6.* Syluestrina *in summa, verbo excommunicatio, in nouo §. col. 28. vers. sexto nota.* Feder. de Sen. *in d. cons. 11. col. 5.*
8 *vers. item quæritur.* Nisi ecclesia † per indirectum grauaretur, quia fortè propter nimium grauamen non reperiretur, qui vellet laborare possessiones ecclesiæ, de quo scripsi supra *casu 13.* Sed hoc cessante coloni & cōductores bonorum ecclesię nullo eius priuilegio gaudent, ergo exceptionem fori ecclesiastici declinatoriam opponere non possunt.

9 Sunt tamen aliqui articuli, in quibus coloni † & conductores prædicti possent fori declinatoriā obtinere.

10 Primus articulus est, quando ecclesiastici † necessario comparere debent in iudicio moto contra colonos vel conductores prædictos, ad eosdem defendendum, quo casu remissionem esse faciendam ad ecclesiasticum, dicit Ripa *in c. decernimus, n. 2. & n. 4. de iudi.* & Præpos. *in c. clericum, in 2. 11. qu. 1.* quos refert, & sequitur Thessaur. *in d. decis. 22. n. 7. vers. fallit septimo.* & pro isto articulo probando conferunt quæ late scripsi supra *casu 34. art. 4.*

11 Secundus articulus est, quando colonus † vel conductor efficitur generalis administrator bonorum ecclesiæ, quo casu debere conueniri coram ecclesiastico, vt tenet gl. *in c. iudicatum. dist. 89.* Abb. *in d. c. 2. num. 6. vers. fallit in duobus, de foro compet.* Thessaur. *in d. nu. 7. vers. fallit quarto.* & ratio est, quia semper conueniretur nomine ecclesiæ, & nunquam proprio; ergo & coram ecclesiastico iudice debet.

12 Tertius articulus est, cùm coloni † ecclesiæ, & eiusdem bonorum conductores se obligarunt in forma Cameræ Apostolicæ, atque sic se submiserunt iurisdictioni ecclesiasticæ, quo casu debent conueniri coram iudice ecclesiastico, vt dicit Couar. *in lib. pract. quæst. c. 35. n. 2. vers. quinto non video.* Nam per hanc obligationem debitor † principaliter animam obligat, ita vt 13
possit excommunicari, & communione fidelium priuari, vt infamis illa publicatione notatus, curet satisfacere, vt declarat Antonius Massa Gallesius *in tract. de formula Cameralis obligationis, q. 2. n. 10.* quod non possunt exequi iudices laici, nisi ex speciali delegatione Papæ, vt dixi supra *parte 3. c. 2.* ideo clerici creditores huiusmodi obligationis adeunt eorum iudicem ecclesiasticum contra prædictos.

CASVS CXIII.

Eremitæ, confraternitates laicorum, hospitalarij, equites religionum, atque similes personæ deferentes habitum religiosum, an sint de foro ecclesiæ.

SVMMARIA.

1 *Eremitæ sunt de foro ecclesiæ.*
2 *Eremitæ non possunt in ius vocari, sed eorum prælatus.*
3 *Abbas* in c. 2. de foro compet. *reprobatur.*
4 *Eremitarum vita est approbata tanquam in statu pœnitentium.*
5 *Eremitæ sunt sub episcopo, & reputantur personæ ecclesiasticæ.*
6 *Eremitæ quem habeant in caput & prælatum.*
7 *Confraternitates laicorū quādo sunt sub foro episcopi.*
8 *Cōfraternitatib. relictū, quādo dicatur ad pias causas.*
9 *Confraternitates non habentes hospitalia non dicuntur loca pia.*
10 *Et possunt disponere de bonis suis, sicut cætera collegia.*
11 *Et debent conueniri coram iudice laico.*
12 *Quarta episcopalis an detrahatur de relictis confraternitatibus disciplinatorum sancti Dominici.*
13 *Collegia battutorum non sunt personæ ecclesiasticæ.*
14 *Præscriptio laicorū cōtra quas cōfraternitates procedat.*
15 *Confraternitas quare non dicatur locus pius.*
16 *Priuilegium concessum confraternitati non dicitur concessum laico.*
17 *Confraternitas propter aliqua signa dicitur locus ecclesiasticus.*
18 *Confraternitates quomodo cognoscantur sub cuius iurisdictione sint.*
19 *Quarta episcopalis debetur de relictis confraternitatibus habentibus proprium templum.*
20 *Confraternitates laicorum semper sunt sub iurisdictione episcopi, quando tractatur articulus spiritualis.*
21 *Hospitalia laicorum de cuius iurisdictione sint.*
22 *Hospitalia quando possint redigi in vsus profanos.*
23 *Hospitalia quando non gaudent priuilegiis loci pij.*
24 *Pius locus vt constituatur quot requirantur.*
25 *Hospitalia quādo sint iudicanda sicut cæteræ ecclesiæ.*
26 *Et restituuntur in integrum, sicut cæteræ ecclesiæ.*
27 *Et eorum bona alienari nō possunt, sicut bona ecclesiæ.*
28 *Hospitalarij hospitalium quando sint de foro ecclesiæ.*
29 *Hospitalia quando præsumantur esse ecclesiastica.*
30 *Hospitalia iurisdictione laicorum sunt etiam de iurisdictione episcoporum.*
31 *Episcopi possunt visitare hospitalia, etiam prohibente fundatore.*
32 *Equites Hierosolymitani sunt de foro ecclesiæ.*

33 *Equites milites religionum non sunt propriè religiosi.*
34 *Equites religionis sancti Stephani possunt prorogare alterius iurisdictionem.*
35 *Exceptioni dilatoriæ quando censetur renuntiatum.*
36 *Beguinæ gaudent omnibus priuilegiis ecclesiæ.*
Et fratres tertij ordinis, sancti Dominici & sancti Francisci.
37 *Oblati religioni an & quando gaudeant priuilegiis ecclesiæ.*

SEd an prædictæ personæ de foro existant ecclesiastico, discutiamus per singulos articulos.

1 Primus articulus est de eremitis, † quos de foro ecclesiæ fateri necesse est, quia pertinent ad dispositionem ecclesiæ, *c. vnico, in fi. de excess. prælat. lib. 6. c. priuilegium, de verb. signif. li. 6. vers. cellis ad monasterium spectantibus.* & hanc opinionem affirmarunt Felyn. *in c. 2. de foro compet. n. 5. & ibi* Ant. de Butr. Barbatia & Aretin. Inno. *in c. cùm ad monasterium, de elect.* Collectar. *c. ex parte, de conuers. coniug. & in c. cùm Ioannes eremita, de fide instrument.* Cardinal. Turrecremata *in c. qui verè, in 2. q. 16. qu. 1.* D. Antoninus *in summa, parte 3. titulo 16. capite 1. §. 4.* Immol. *in clem. per literas, col. 1. de præbend.* Gemin. *in cap. indemnitatibus, in §. supradicta, in 1. not. & ibi* Franch. *in 3. notab. de elect. lib. 6.* Stephanus Aufrer. *in additionibus ad* Capell. Tholosan. *in decis. 8.* Et hanc etiam tenet glossa, quam sequitur Bart. & An-

2 gel. *in l. 2. ff. de in ius vocand.* volentes eremitam † in ius vocari non posse, sed eius prælatum, qui respondere debet pro eodem, & gaudere priuilegio monachorum & clericorum, idem Angel. *in cons. 121. vers. quinimo etiam eremitæ.* Et hanc esse veram & communem opinionem testatur Boerius *in tract. de vita eremitica, n. 14. prope finem, vers. & ista est vera & communis opinio.*

3 Ex quo infertur primo, non esse verum dictum Abbatis † *in d. c. 2. de foro compet. n. 10.* volentis hanc opinionem procedere de æquitate, sed contrariam esse veriorem de iure, quia, vt probant præcitati Doctores, hæc est vera & communis opinio, quam amplexi sunt domini de Rota, vt *decis. 1. de regularibus, in antiquis.*

Item infertur, non esse veram illam opinionem, videlicet eremitas gaudere priuilegiis ecclesiæ, si sint sub obediētia alicuius superioris vel episcopi, prout Abb. *in c. ex parte, n. 10. de conuers. coniugat.* Archidiac. *in d. c. qui verè, 16. q. 1.* Summa Syluestrina *in ver. eremita, in 2. §. 1. & in ver. ecclesia, in 1. §. 1.* Nauarr. *in manuali, c. 27. nu. 79.* Quia vt probat Ant. de Butr. *in cons. 19. vers. ad nouum,* quem sequitur Boer. *in d. tract. de vita eremitica, nu. 13.*

4 Vita † eremitarum est approbata tanquam in statu pœnitentium, vt nunc sunt fratres Iesuitæ, qui statum pœnitentium, & vitam eremiticam ducunt, tales enim sunt, & esse debent sub obedientia episcopi, *c. aliud. 10. q. 1.* Nec sunt sicut locustæ sine capite, vt quidam nimis arrogāter enumerunt, quia imò sunt sub

5 episcopo, & reputantur personæ Ecclesiasticæ, & gaudent priuilegio clericorum. Nec aliud caput vel superiorem compelli possunt habere, quia Christum ha-

6 bent in caput, † & summum Pontificem, & Episcopum, siue eorum parrochianum, in cuius diœcesi & parrochia sunt, & si habent Abbatem, tunc quoad iurisdictionalia & forum pœnitentiæ sunt sub ipso Abbate, sicut erant sub Episcopo.

Secundus articulus est de confraternitatibus laicorum, quæ congregantur in vno loco religioso, & cùm quæritur, an sint fori Ecclesiastici, distinguendum est per tria membra. Aut confraternitates † laicorum ha- 7
bent hospitalia cum campanilibus, & campanis, & ibi celebrantur Missæ, & dicuntur loca pia, quæ sunt subiecta Episcopo, ita concluserunt domini de Rota Vrbis, vt per Verallum *decis. 328. nu. 3. parte 1.* Et in hunc modum possunt intelligi adducta per Tiraquell. *in præfatione tractatus de priuilegiis piæ causæ,* volentē huiusmodi confraternitates † inter pia loca numerari, 8
atque piæ causæ fauorem obtinere, & propterea si quid relictum est eisdem, dici relictum ad pias causas, vt dicit etiam Petrus de Vbald. *in tract. de quarta canonica,* Abb. *in cons. 31. incip. ad claram decisionem omnium difficultatum, & in cons. 32. incip. circa duo dubia, parte 1.* Paul. de Castr. *in consi. incip. dicendum est, quod dicta fraternitas. vol. 2.* vbi quod dicitur relictum ad pias causas, ex eo quia dicitur habitus respectus potius ad hospitale, seu pauperes, qui debent commodum percipere, quàm ad personas dictorum hominum societatis, qui nullum commodum sunt pro se percepturi, Ioan. Andr. *in c. Ioannes, de testam.*

Aut dictæ confraternitates nulla habent hospitalia 9
modo prædicto, & tunc non sunt propriè pia loca, neque gaudent fauore piæ causæ, sed sunt collegia profana & secularia, & debent coram iudice laico conueniri, Bald. *in l. illud. col. 1. vers. quid de eo, C. de sacrosan. eccles. & in auth. hoc ius porrectum, vers. secundo quæro, C. eod. tit.* Abb. & Immol. *in c. officij, de testament.* Alex. *in cons. 102. super primo quæsito, vol. 7.* firmat, quod corpus fraternitatum potest res suas vendere, quia non est piū collegium, sed omnino profanum & seculare, & non priuilegiatum, vnde potest omnino disponere de † bo- 10
nis suis, sicut cætera collegia secularia, *per l. 1. §. quibus, ff. quod cuiusque vniuersit. nom.* Bart. *in l. cùm senatus, ff. de rebus dub. & in l. fi. ff. de colleg. illicit.* concludit quod huiusmodi fraternitates † debent conueniri coram 11
iudice seculari, idem dicit Bald. *in l. si quis ad declinandum, C. de episc. & cleric.* dum tractat, an de relicto facto fraternitati disciplinatorum sancti Dominici possit detrahi ab Episcopo quarta, † quæ non detrahitur 12
de relicto etiam pio loco, nisi & is sit religiosus, nec delegato facto hospitali priuato, secundum Alexan. *in cons. 130. vol. 1.* requiritur enim vt fiat pro anima, & opus sit pium, & pio loco relinquatur, *cap. final. de testament.* quod non videtur adesse fraternitatibus, Paul. de Castr. *in l. collegium, num. 3. C. de hered. instit.* dicit congregationes seu collegia † battutorum, vt sunt isti fra- 13
terni, non possunt dici personæ Ecclesiasticæ, cùm sint merè laici, & sic possunt conueniri coram iudice seculari; idem dicit *in d. l. cùm senatus, numer. 2. & 3. ff. de rebus dubiis, & ibi* Soc. *n. 10.* Corn. *cons. 307. vol. 4.* Paris. *cons. 30. n. 26. vol. 2.* & quod contra huiusmodi fraternitates † currat præscriptio, sicut contra priuatos, nec 14
habeat locum priuilegium loci pij, probat Corn. *in cons. 119. n. 27. vol. 2.* Balb. *in tract. de præscript. in 5. parte princip. parte 1. n. 6.* Et ratio huius articuli est, quia fraternitas † non potest dici locus pius, nam vicem per- 15
sonæ sustinet, ex regula *l. mortuo, ff. de fid. iussor.* & quāuis fraternitas in loco congregetur, tamen personæ non sunt ita obligatæ, & insertæ illi loco, vt possit dici locum inesse collegio, & collegium loco, sed separatim optimè considerantur; ergo † priuilegium fra- 16
ternitati concessum nullo modo potest dici latum loco, neque loco & personis, sed omnino datum personis tantùm, vt patet ex dictis per Bald. *in dict. l. si quis ad declinandum, C. de episcop. & cleric. in §. omnibus, nu. 19.*

19.Im mol.*in c.officij,n.21.de testam.*Alex.*in rubric.ff.de*
noui operis nuntiat.num.25. ergo confraternitas non est
pius locus,& priuilegium amittit,sicut quilibet priua-
17 tus,quamuis propter † signa possit dici locus Eccle-
siasticus. Nec refert quod huiusmodi fraternitates
sint erectæ ex auctoritate summi Pontificis, quia au-
ctoritas Pontificia non potest facere vt persona sit lo-
cus,facit autem vt collegium dicatur licitum,nec ere-
ctum contra prohibitionem, nec facit quod sit locus
pius.

Sed hic est aduertendum,prout dicit Alex.*in d.con-*
si.102.nu.2.& seq.vol.7. ad cognoscendum huiusmodi
18 fraternitates † sub cuius iurisdictione sint, num bona
illarum consueuerint,vel debeant distribui in pios v-
sus, & num fuerint institutæ propter pietatem ser-
uandam, & propter opera pietatis & charitatis exer-
cenda, de quibus constare poterit ex priuilegiis, &
concessionibus factis ab episcopo, per quas appareat
eas fraternitates habere loca erecta ad diuinos cultus,
& ad pietatem seruandam cum auctoritate episcopi;
19 his enim stantibus, si habeant proprium † templum,
de eorum relictis debetur quarta episcopo, vt dicit i-
bi Alex.nam debetur de relictis ecclesiæ,*cap.requisiuit-*
*sti,de testament.*alioquin non debetur,& personis non
loco relictum videtur, Abb.& Immol. *in d.c.officij,de*
*testam.*licet ibi Barbat.teneat contrarium, & *in cons.1.*
vol.4. super hoc autem distinguit Petrus de Vbaldis
in tract.de canonica episcopali portione,lib.1.quæstion.14.
quia confraternitas non est de iurisdictione episcopi,
cùm episcopus non exerceat ibi iurisdictionem, nec
sint loca sacra, vel religiosa, vel Ecclesiastica, & ipsis
ecclesiæ non possunt accedere,vel alia iura spiritualia,
d.clem.per literas,de præbend.& de hoc scribit latè Re-
buffus *in tomo 2. commentariorum in constitutiones re-*
gias, in tract.de confratriis, seu artificum conuentibus &
collegiis.

20 Aut inter istas confraternitates † laicorum tracta-
tur articulus merè spiritualis, puta si oriatur contro-
uersia inter eas de præcedentia, & tunc ex dispositio-
ne sacri Concil. Tridentin.*sess.25.c.13.* & per constitu-
tionem Gregorij Papæ XIII. datur modus compo-
nendi huiusmodi controuersias per episcopum, & ni-
hil potest se intromittere iudex laicus, quicquid scri-
pserit Io.Vincent.Anna *in singulari 90.*

21 Tertius articulus est de hospitalibus, † de cuius iu-
risdictione existant,eodémque modo distinguendum
est:Aut hospitale est erectum sine auctoritate episco-
pi,& sine aliqua consecratione,quod potest fieri; nam
licitè potest quis ex deuotione sine alicuius auctorita-
te deputare partem domus suæ ad suscipiendos paupe-
res peregrinos, & ibi hospitalitatem retinere, secun-
dum gloss. *in clem.quia contingit, in §.final. in ver.al-*
taria, de religios.domib. & Hostiens.*in summa de regu-*
larib.§.1.vers.quid de rusticis, & in tit.de ecclesiis ædifi-
cand.§.cuius auctoritate,ver.quid si episcopus. Inn.Host.
Io.Andr. & Ant.de Butr. *in c.adhæc.de religios.domib.*
Ant.de Butr.*in c.cùm dicat apostolus,de eccles.ædificand.*
Lapus *in repetitione capituli de xenodochiis, in 10.qu.de*
relig.domib. glo.*in c.vnicuique,de consecrat.dist.1.*Io.de
Selua *in tract.de benefi.parte 1.quæst.6.num.6.* Summa
Syluestrina *in verbo hospitale,§.2.n.3.* tex.*in §.si quis æ-*
dificationem, ver.in omnibus, in auth.de ecclesiasticis tit.
& tunc talis locus non est ecclesiasticus,vt dicunt pre-
22 citati Doct. & posset iterum ad prophanos † vsus re-
digi,vt dicit Inn.*in c.inter dilectos,circa medium, versi.*
vel dic quod melius videtur.de sacrosan.eccles. & Bald.*in*
auth.hoc ius porrectum, C.de sacrosanct.eccles. Spec.*in*
tit.de statu monach.§.1.vers.36. & sequitur Ancharan.
in dict.clem.quia contingit, & in clem.per literas.de præ-
bend. & in cons.222. super primo dubio. Et ideo hoc
hospitale, & eius ministri subsunt iurisdictioni Prin-
cipis secularis; vt post multos probauit Francisc. de
Ponte *in cons.decimo octauo,columna prima, & seq.* Ca-
millus Borellus *in additionibus ad Bellugam in speculo*
Princip.super rubr.11.in §.videndum,super verb. hospita-
larij. qui alios refert. Quamuis enim huiusmodi ho-
spitale sit locus pius,quia piæ operæ in eo exercentur,
& ad hunc finem factum est,tamen non gaudet † pri- 23
uilegiis loci pij,nisi sit approbatum vel factum aucto-
ritate superioris, Bald.*in d.auth.hoc ius porrectum,nu.*
*2.*Alex.*in cons.90.numer.7.vol.4.* Felyn.*in c.de quarta,*
num.9.de præscript. Balbus *in d.tractatu de præscriptio-*
nibus,in d.quinta parte principali. in 1.eius part.numer.6.
Nam ad constituendum locum pium,qui gaudeat pri-
uilegiis, † tria copulatiuè requiruntur. Primo, vt sit 24
locus,cui personæ ita adiunctæ sint,vt nequeant sepa-
ratim considerari,Bald.*in d.l.si quis ad declinandam,C.*
de episcop.& cleric. Secundo,vt sit ordinatus ad pia lo-
ca & opera,& huiusmodi opera pia in eo exerceantur,
vt notatur *in d.cap.officij.* & per Felyn.*in d.c.de quarta.*
Tertio, vt sit approbatus, & ædificatus auctoritate
summi Pontificis, vel ordinarij, Abbas *in c.auctorita-*
te, de censib. ergo auctoritas, vel sola approbatio non
sufficeret, vt prædictis priuilegiis ecclesiæ gaudere
posset.

Aut in constructione hospitalis † concurrunt præ- 25
dicta, & tunc de eo idem iudicatur, quod de ecclesiis,
l.omnia priuilegia,C.de sacrosan.eccles. & hanc opinio-
nem firmant Federic.de Sen. *in cons.111. incip. quæstio*
talis est,an diœcesanus,& in cons.130. inci.factum tale est,
quadam domus, Abbas Siculus *in disputatione, quæ inci-*
pit,Sempronius in 3.dubio, & in c.si.& in c.sopita,de cen-
sib.& ad hoc est tex.*in clem.dispendiosam,de iudi. & ibi*
*gl.in ver.beneficiis.*Ideo restituitur † in integrũ eo mo- 26
do sicut ecclesiæ,Io.Andr.& Gemin.*in c.2.de restitut.*
*in integrum,li.6.*Ancha.*in c.1.eiusdem tituli & libri,&*
*in d.clem.per literas.*Item eius bona regulariter † alie- 27
nari non possunt,nisi cum solemnitate,qua alienantur
cætera bona ecclesiæ, Host. Io.Andr. & Ant.de Butr.
*in c.nulli,de reb.eccles.non alienand.*per tex.& ibi Bald.
in d.auth.hoc ius porrectum.& latius per Lapum *in repe-*
*titione d.c.de xenodochiis,in q.70.*ergo huius modi ho-
spitalia sunt de foro Ecclesiastico,sicut in cæteris gau-
dent priuilegiis ecclesiæ,vt probant præcitati Docto-
res, & idem dicendum esse de hospitalariis † huius- 28
modi hospitalium, probat Felyn. *in d.c.2.nu.8.de foro*
*compet.*pro quo probando conferunt quæ diximus su-
pra casu 84.

Aut non apparet, an requisita ad esse hospitale ec-
clesiasticum † interuenerint, & tunc ita præsumen- 29
dum est, quando ista concurrerent. Primo si esset in
forma ecclesiæ; item si Missæ celebrantur; item si sit
ibi altare; item si sit ibi campanile,siue campana, licet
solum in festiuitatibus magnis celebraretur, vt notat
Cardinal. *in dict.clem.final.de censib.* & Io.de Selua *in*
tractat.de benefi. parte 1.quæst.6. numer.25.& sequ. tex-
tus *in c.vnicuique,de consecrat.dist.1.& ibi glo.* Abbas *in*
c.inter dilectos,n.8.& n.12.de donation.& ibi latè addũt
Zacchar.& cæteri. Archidiacon.*in c.nemo.de consecrat.*
dist.1. quem sequitur Anton.de Butr.*in d.c.final.de cen-*
sib.& Petrus de Vbaldis *in tractatu de quarta canonica,*
in 13.quæst.principal. versi. demum quæritur si appareret,

Lapus in repetitione d.c. de xenodochiis, in 58.q. & Federic. de Sen. in d.conf.11. locus enim qui per talia signa habet effigiem loci Ecclesiastici, talis præsumendus est, & censendus. Sed hæc procedunt, quando non constat de fundatione, vt declarat Abb. in d.c. inter dilectos, num. 12. & latè per Paris. in conf.34. vol.4. quos refert, & sequitur Io. Francisc. de Ponte in d.consil.8. num.7.

30 Sed primum membrum huius tertij articuli declarari debet, quia licet hospitalia merè † laicorum sint de iurisdictione secularium, id tamen non excludit iurisdictionem episcoporum in aliquibus. Nam episcopi possunt huiusmodi hospitalia visitare post mortem fundatoris, & possunt priuare rectores eorundem deputatos per heredes, si inuenti fuerint malè administrare, Summa Syluestrin. in ver. hospitale, §.2. num.3. Angelica in versicul. hospitale, in princip. Et hoc procedit, etiam si testator, qui ædificauit, prohibuisset, ne episcopus † in tali negotio se intromitteret, vt ex dispositione sacri Concil. Tridentini sess. 7. c. fin. quia testator non potest facere quin leges in suo testamento locum habeant, vt dixi supra in casu 80. Item possunt videre computa, & cognoscere de administratione rectorum, vt ex eod. Concilio, d.sess.7.c.9. Nisi in fundatione, ex indulgentia ecclesiæ esset ad hoc dispensatum, vt episcopi nullam in hoc haberent facultatem, vt fuit resolutum penes sacram congregationem Concilij, vt habetur inter eius declaration. 184. Et de his, & similibus casibus vide per episcopum Minorensem in sua praxi episcopali, parte 1. in verb. hospitale.

31

Quartus articulus est; De equitibus religionum.
32 Certè equites † Hierosolymitani sunt de ordine clericali, & gaudent omnibus clericorum priuilegiis, quia sunt separati à lege matrimonij, & obligati ad horas dicendas, habentque certum & limitatum ordinem à Pontificibus institutum, clem.1. de religios. domib. & cõputantur inter personas ecclesiasticas, c. duo sunt genera, & ibi gloss. 12. qu.1. Bart. in l. semper, §. quibusdam, ff. de iure immunit. Io. Maurit. in repetit. l. vnicæ. C. quo loco mulier munera subire deb. glo. in c. ex parte, in 1. de decim. Io. Francisc. de Ponte in conf.14. Petrus Duen. in regula
33 99. n.5. Equites † autem cæterarum religionum, vt sunt milites Hispani, atque equites religionis sancti Stephani non esse propriè religiosos, fuit conclusum in Rota Vrbis in vna Lucana plebis die 22. Maij, 1579. ergo non gaudent priuilegiis ecclesiæ. Vnde licet disponatur inter capitula religionis sancti Stephani, nul-
34 lum † equitem posse conueniri, in tribunali eiusdem religionis, siue in alio tribunali sine licentia Auditoris magni Magistri, si tamen citatus in alio quocunque tribunali compareat, & compiletur processus, etiam in ditione magni Magistri, non potest postea dicere
35 de nullitate, quia ista exceptio est dilatoria, & † non potest opponi post litem contestatam, & per processum ad vlteriora illi censetur renunciatum, Bart. in l. procedente, in fi. C. de dilationib. & in istis terminis fuit decisum in Rota Florentina, vt est in motiuis fol.68. li.26. extra hanc ditionem, semper debent comparere, si nolunt pati executionem.

36 Quintus articulus est de beguinis, † & fratribus tertij ordinis sancti Dominici, & sancti Francisci, & isti gaudent priuilegiis ecclesiæ, tam canonis, si quis suadente. quàm fori, vt post multa probat Felyn. in c.2. num.9. de foro compet. vbi ostendit etiam sic fuisse dispositum per constitutiones extrauagantes summorum Pontificum, Nauarr. in summa, in d.c.27. n.79. vers. octaua declaratio. & ita fuit decisum in Rota Romana, vt d. decis.1. de regularibus, in antiq. & propterea Bald. in consi.335. incip. Quædam soror. vol.4. consuluit, stante statuto, quod mulier non possit contrahere, nisi certa sollemnitate seruata, non comprehendi mulierem tertij ordinis.

Oblati † vero religioni non gaudent priuilegiis ecclesiæ, nisi se, & sua bona obtulerint, vt perpetuo essent, & seruiant in religione, Abb. in c. tuarum, num. 4. de priuil. & hanc opinionem amplexa est sacra congregatio Concilij super declaratione c. 11. sess. 24. de reformation. die 26. Ianuarij 1606. licet Nauarr. in Manual. c.27. num.79. addat, dummodo gregatim viuant, & alij distinguant de oblatis ecclesiæ regulari, vel seculari, Sylue. in summa ver. ecclesia in primo, nu.6. vers. quintum. Marian. Socin. in tractat. de oblationibus. lib.8. num.59. 37

CASVS CXIV.

Donationem factam à clerico suæ concubinæ, posse repeti per Fiscum Ecclesiæ, non autem per heredes ipsius clerici.

SVMMARIA.

1 *Iudex ecclesiasticus animaduertit in concubinas clericorum.*
2 *Donatio potest fieri concubinis de iure ciuili.*
3 *Concubina militis nihil potest donari, vel relinqui.*
4 *Argumentum de milite armatæ militiæ ad militem cælestis valet. & nu.12.*
5 *Clericus concubinarius multis pœnis punitur.*
6 *Et quando sunt etiam dignitatibus, & honoribus priuandi.*
7 *Clerici concubinarij hodie debent pati pœnas sacri Concilij Tridentini.*
8 *Lex correctoria in totum aufert legem priorem.*
9 *Donatio concubinæ facta à clerico, est applicanda fisco ecclesiæ.*
10 *Fiscus repetit quod turpiter datur.*
11 *Donatum à milite suæ concubinæ, per eundem militem repeti potest.*
13 *Clericos non posse donare suæ concubinæ ob benemerita.*
14 *Iudex secularis an possit animaduertere in concubinas clericorum.*
15 *Fiscus principis secularis aufert bona à secularibus.*
16 *Concubina clerici semper debet per episcopum iudicari, & quando debeat tradi seculari.*
17 *Concubinatus clericorum an sit mixti fori.*
18 *Iudex laicus procedit in concubinas notorias clericorum.*
19 *Concubina publica dicitur mulier de incontinentia suspecta, vel diffamata.*
20 *Iudices laici non possunt contra concubinam occultam clericorum procedere.*
21 *Ecclesia habet fiscum.*

SVpra casu 44. docuimus, solum iudicem † Ecclesiasticum animaduertere posse in concubinas clericorũ, modo quæramus, an donatio illi facta à clerico repeti debeat per fiscũ Ecclesiæ, vel per donatoris clerici heredes. Licet igitur de iure ciuili cõcubinis † donari possit, l. affectionis, & ibi gl. ff. de dona. Bar. & com. 1 2

Doct. *in l. donationes in concubinam. ff. eo. tit. l. qui concubinam. l. item legato, §. parui, de legat. 3. §. 1. in auth. quib. modis nat. effi. legit.* gloss. & Bart. Bald. & cæteri *in l. miles. §. mulier. ff. de milit. testa.* quia concubinatus de iure ciuili erat permissus, vt habetur in titulo de concubinis (quod secus est de iure canonico, & per sacrum Concil. Trident. *sess. 24. c. 8. de reformatione matrimonij*, datur certus modus procedendi contra concubinarios per episcopos;) Tamen dixerunt omnes hanc
3 regulam non procedere in concubina † militis, cui neque per contractum, neque per vltimam voluntatẽ relinqui potest, *d. l. miles ita, §. mulier, & l. mulierem. ff. de his quib. vt indign. & l. 2. C. de don. inter vir. & vxor.* quod dixerunt etiam procedere in concubina clerici,
4 arguendo † de milite armatæ militiæ, ad militem cœlestis, Bart. & communiter Dd. *in d. l. miles ita, in prin. & in d. l. mulierem, & in d. §. mulier, & in d. l. affectionis, & in d. l. 2. C. de don. inter vir. & vxor.* Palat. Rubeus *in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 39. in princ.* Felyn. *in c. cùm ex officij, col. 1. de præscr.* Dec. *in cons. 132.* Tiraquell. *in l. si vnquam, in ver. donatione largitus, nu. 4. C. de reuo. donat.* Peregr. *de iure fisci, li. 2. tit. 9. de concubinis, col. 2.* Et licet iure de canonico multæ fuerint statutæ pœnæ
5 aduersus clericum concubinarium † malorũ morum, atque perniciosi exempli, de quibus per Rebuff. *super concord. Franciæ, in tit. de publicis concubin.* & per Bern. Diaz *in sua pract. canonica, c. 79. de concubinis.* Tamen hodie per sacr. Concil. Trident. *sess. 25. c. 14. de reformatione*, specialiter dispositum est, quod si à superioribus moniti ab ipsis concubinis non abstinerent, tertia parte fructuum quarumcunque pensionum, & beneficiorum sint ipso iure priuati. Item si in eodem delicto cum eadem, vel alia fœmina perseuerantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantùm fructus omnium beneficiorum amittant, vt supra, sed ordinarius, tanquam sedis Apostolicæ delegatus, pro vt arbitrabitur, ab administratione beneficiorum suspendat. Item si ita suspensi, cum eisdem conuersentur, vel easdem non expellant, priuentur perpetuo omnibus beneficiis, & pensionibus. Item si postquam eas semel dimiserint, earundem consortium intermissum repetere, vel alias huiusmodi mulieres scandalosas sibi adiungere ausi fuerint, præter dictas pœnas excommunicationis mucrone plectantur. I-
6 tem sint inhabiles, ac indigni † quibuscunque honoribus, dignitatib. beneficiis, & officiis, donec, &c. clerici autem non beneficiati, iuxta qualitatem delicti, pœna carceris, suspensionis ab ordine, atque inhabilitate ad beneficia obtinenda, atque aliis modis iuxta sacros canones ab ipsis episcopis puniantur. Circa
7 quarum pœnas, † standum esse dispositioni huius iuris nouissimi Concil. Tridentini, probat Gomes. *in cap. 1. num. 53. & plur. seqq. de constitut. lib. 6.* & præcipua ra-
8 tio, quia lex posterior † correctoria in totum aufert legem priorem, cuius vires potest tollere & diminuere eius effectus, pro quo videndi sunt Couar. *in c. alma mater, part. 2. in initio. nu. 2. & seq.* Dyn. *in reg. indultum lib. 6.* Nauarr. *in c. penult. §. sacerdos, num. 171. de pœnit. dist. 6.*

Hoc præsupposito, responderi potest donationem
9 concubinæ † factam clerico, esse applicandam fisco ecclesiastico. Nam cùm concubinatus de iure canonico punibilis sit, intrat dispositio *l. mulierem, ff. de his quib. vt indig.* vbi Bar. & Iaf. *in l. sed quod meretrici, nu. 2. & seq. ff. de con. ob turp. caus.* vbi datũ ob delictũ, iniquum est, repeti posse, nisi à fisco, quod enim turpiter datur, solus fiscus † repetit. Et hãc opin. firmant Palat. Rub. 10
in d. rub. de do. int. vir. & vx. §. 39. n. 6. ver. ex alia. Ant. Gomez. *in l. 50. Tauri, n. 68. in fin.* Bermond. *in tract. de publicis concubinis, in verb. contra prædictos.* Castr. *in d. l. donationes, C. de donat. int. vir. & vx.* per not. in text. *in l. Lucius, ff. de iure fis. & in d. l. mulierem, & in l. cum hic status, §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

Nec obstat quod donatũ † à milite suę concubinæ 11
per eundem militem repeti potest, *l. 2. C. de dona. inter vir. & vxor.* cuius argumento, Cyn. & Bart. & Alberi. ibid. credunt idem esse in clerico concubinario, quia & si valeat argumentũ † ab vno ad aliud, quo ad pro- 12
hibitionem, vt dixi, non tamen valet quod ad repetitionem, stante diuersitate iurium, & suorum principiorum, concubinatus quidem iure ciuili est permissus, iure canonico prohibitus omnibus, in clericis autem valde punibilis, tanquam perniciosi exempli, datum est igitur ob turpem causam legibus inhibitam; ergo fisco applicandum, argum. *d. l. Lucius, & d. l. cum hic status, cum vulgarib.*

Neq; credo veram illam opinionem, clericos † vi- 13
delicet posse donare concubinæ suæ ob benemerita, de qua per Antonium Gamam *in decis. Lusitaniæ 105.* quia delictum nullum præsupponit meritum ex regula *l. mercalem, C. de condict. ob turp. caus.* ergo concubina clerici delinquens; non potest ex suo peccato commodum reportare.

Secundus articulus est; Cui fisco sit hæc donatio applicanda, & videtur quod fisco seculari, quia dicunt iudicem † secularem posse animaduertere in 14
concubinas clericorum, quæ & ipsæ seculares existunt, & ab eisdem aufertur, vt ab indignis, Bald. *in l. si quis presbyter. col. 1. C. de episc. & cleric.* dicit, pone quod sacerdos aliquis habebat filium spurium, & relinquat ille sacerdos fratri cum cautione secreta de restituendo tali spurio presbyteri, & sic non capaci, cum enim hæc hereditas debeat auferri ab eo, cui debet applicari, an fisco Ecclesiæ, an fisco principis secularis, Bald. ibi concludit, quod fisco † principis secularis, quia 15
bona auferũtur de manu heredis, qui est laicus, & cui erat ius quæsitũ, ideo applicantur fisco seculari: Chassanæus *in consuetud. Burgund. rubri. 8. §. quinto, in princ. nu. 4.* sequitur hoc dictum Baldi per hanc rationem, quia tractatur de iure quærẽdo Ecclesiæ, de quo Princeps secularis potest disponere, & auferre pro se, Gregor. Lopez *super l. 38. tit. 9. part. 1. super glos. 3. in fine*, dicit specialiter per Regiam pragmaticam in regno Hispaniæ, fuisse prouisum, vt iudices seculares animaduertant in concubinas clericorum, Boer. *in decis. 72. in fin.* testatur idem fuisse vsu receptum in regno Franciæ, & sic pluries iudicatum.

Sed hæc opinio est falsa per textum *in c. eos, & ibi glossa in ver. indulgemus, distinct. 32.* vbi quod concubina clerici † debet per episcopum puniri, & si non va- 16
let illam punire, tradere debet iudici seculari, & ibi sequuntur illam Archidiacon. Geminian. & Cardinal. Alex. & Roman. *in singulari 662. incip. licet vxor.* quem citat & sequitur Zaccard. *in additio. ad Abbatem in c. 2. num. 7. de foro comp. in additione quæ incip. Adde quid in concubina clerici.* Ant. de Butr. Abbas, Sicul. & Aretin. *in c. cum sit generale, de foro compet.* Abbas *in c. si concubinæ. de sent. exc.* Iaf. *in l. cum quædam puella, col. 2. vers. secundo limita. ff. de iurisdict. om. iudic.* Feder. de Sen. *in consi. 167. mulier accusata 7. in fi.* Ancho. *in reg. ea quæ in 23. quæst. vers. in contrarium, de regul. iur. lib. 6.* Caccheran. *in decis. Pedemont. 103. num. 3.*

Nec

Nec puto valere opinionem dicentium hoc pro-
17 cedere in concubina † occulta, secus in notoria, cu-
ius animaduerso est mixti fori, & iudices seculares
possunt præueniendo punire, quam opinionem te-
nent Felyn. *in d. c. cum sit generale, n. 14. vers. considera.*
Socin. *ibid. nu. 23. ver. tu vero latius.* Marquard. *in tract.*
de cœlibatu sacerdotali non abrogando, cap. 1. num. 13. An-
chara. *in d. quæst. 23. vers. ego tunc distinxi quod concubi-*
nas notorias. Boer. *in d. decis. 72. num. 2.* & Caccher. *in d.*
decis. 103. & ego etiam scripsi supra *part. cap. 26.* Quia
18 tunc semper iudex laicus procederet † in concubinas
clericorum, cum per constitutionem Papæ Leonis X.
19 fuerit declaratum, concubinam † publicam respectu
clerici dici etiam mulierem, quæ de incontinentia su-
specta est, vel diffamata, vt allegaui & declaraui *in d.*
20 *cas. 44. art. 2.* Sed non possunt laici iudices † in concu-
binam occultam procedere, ne quid infamiæ iuris vel
facti in clericum imponant, vel ex eorum sententia
emergat, vt volunt omnes canones, & canonistæ, quos
citaui ibidem, & in concubina notoria militat eadem
ratio infamiæ clericorum non detegendæ per laicos,
vt considerat etiam Ancharan. *in d. quæst. 23. prope fi-*
nem, ergo nullo modo possunt iudices laici in illam
animaduertere. Et ita neque donationem illi factam
seculari fisco applicare, sed fisco Ecclesiastico appli-
21 canda est, quia & Ecclesia † habet fiscum, vt diffusè
scripsi supra *part. 2. cap. 9.* Neque in quærendis possunt
Ecclesiæ inferre præiudicium, vt scripsi supra *eadem*
parte casu 68.

CASVS CXV.

Clerici, qui aduocati munus in foro laicorũ exercere non possunt, nisi in certis casibus non prohibentur allegationes iuris conficere, & consilium petentibus dare.

SVMMARIA.

1 *Aduocati meliorem vitam ducunt, quàm fratres prædicatores.*
2 *Aduocati officium quot sancti exercuerunt.*
3 *Clerici an prohibeantur exercere officium aduocationis.*
4 *Aduocatorum tituli qui sint.*
5 *Imperatores ad gloriam referebant se trahere originem ab aduocatis.*
6 *Clerici tribunalia laicorum frequentare non possunt.*
7 *Et prohibentur patrocinia secularia exercere.*
8 *Clerici prohibentur generaliter, & specialiter patrocinia exercere.*
9 *Prohibitio est maioris efficaciæ, quàm permißio.*
10 *Iudex secularis debet excludere personas prohibitas à suo tribunali.*
11 *Clerici non prohibentur in foro Ecclesiastico secularia negotia patrocinari.*
12 *Clerici in quibus casibus coram iudice laico poßint aduocationis munus exercere.*
13 *Clerici in Camera possunt pro aliquo consulere.*
14 *Clerici non debent iudicem instruere contra suam Ecclesiam.*
15 *Vasallus quomodolibet accusationem adiuuans contra dominum, feudum amittit.*

1 ADuocati, qui † legibus vtuntur, meliorem vitam
gerunt, quàm fratres prædicatores, teste Ho-
stiens. *in proœmio suæ summæ*, quem citat Alberic. *in l. 1.*
prope finem. ff. de iust. & iur. Ripa *de priuileg. contract. c.*
pen. n. 217. Et ipse Christus saluator noster, teste Augu-
stino, aduocati † officium non paucis impertitus est, vt 2
Magdalenæ. Item in mulieris de adulterio accusatio-
ne, & in discipulorum suorum variis criminationibus
factum in euangelio legimus, D. Ambrosius, vndecim
annis in curiis, & foro causas egit, Germanus, & Lipar-
dus D. Leonardi magni fratres, in numerum sanctorũ
relati sunt: Iuo etiam Aduocatus inter beatos connu-
meratur, prout de omnibus testificatur Sarnens. *in re-*
petit. c. si pater. de testam. lib. 6.

Propterea videtur clericos † aduocationis munus 3
exercere, non debere prohiberi, quia est officium no-
bilissimum, & in dignitate positum, *l. nemo. C. de di-*
gnitatib. lib. 12. Challan. *in consuetud. Burgund. in rubri.*
des droicts, §. 19. gloss. 1. & §. 4. rubri. des enfans de plu-
sieurs, gl. 1. dicuntur enim aduocati † clarissima eloquẽ- 4
tiæ lumina, *l. restituendæ, C. de aduocat. diuersorum iudi.*
& facundissimi, ibidem & clarissimi, *l. 1. eod. titu.* etiam
deposito officio, vt ibidem patet, & spectabiles, *l. in*
sacris, in tertia, C. de prox. sacr. scrini. lib. 12. & in §. quia
vero competens, in auth. de iudicib. l. laudabile, C. de ad-
uocat. diuers. iudic. ideo spectabiles, id est, spectatione
digni, quasi admirabiles, vt probatur *in l. a. num. 217. &*
seq. ff. de offi. eius. Item Comites, *l. 1. C. de aduoca. diuers.*
iudic. l. laudabile, ibidem. quamobrem æquiparantur
iurium comitibus, sed non in stipendiis. Ideo Suillius
Tiberio mandante, pretium linguæ prosequutus est.
Cuius exemplum Græci omnes, ac Latini postea se-
quuti sunt, longè magis fructuosam linguam, quàm
mercaturam experientes, & ob eam causam ad tan-
tum decus, & honorum culmen aduocatorum di-
gnitas est prouecta, vt Imperatores † ad gloriam no- 5
minis, & laudem referrent, ab Ordine Aduocato-
rum genus trahere, teste eodem Sarnense *in dict. c.*
si pater.

Sed magna ratio obsistit in contrarium, quia vide-
licet clerici † tribunalia secularia sine dedecore totius 6
ordinis clericalis, frequentare non possunt, & apud
ipsa litigare, propter quam causam regulariter fuere
prohibiti apud seculares huiusmodi patrocinia secu-
laria † exercere, *c. 1. Ne clerici vel monachi. & ibi* Abb. 7
n. 5. & c. clerici, & c. cum sacerdos. de postul. & ibi commu-
niter per omnes Canonistas. Ignatius Lopez *in additio-*
nibus ad practicam Bernhardi Diaz super c. 63. Bolo-
gninus *authent. habita Cod. ne filius pro patre, num. 98.*
Riminald. iunior. *in consil. 386. numer. 4. volum. 4.* An-
dreas de Isernia *in repertorio constitutionum, & capitu-*
lorum regni. in verb. clerici non possunt esse aduocati. Af-
flict. *in constitutione regni incip. Aduocatos, numero 17.*
& sequ.

Nec placet quod dicit † Innoc. *in c. vnic. de obligat.* 8
ad ratiocin. hanc patrocinia præstandi prohibitionem
intelligi de generali, sed non prohiberi vnam vel al-
teram causam defendere, quia generalis est prohibi-
tio quæ comprehendit omnes suas species, *l. si quid ea-*
rum, §. interemptum, de legat. 3. l. 1. §. generaliter, ff. de le-
gat. præst. Imo prohibitio est † maioris efficaciæ, quã
permissio, quia etiam tacita prohibitio facit cessare 9
tacitam permissionem, Bartol. *in l. 2. ff. de suspect. tu-*
tor. Bald. *in l. si Ruffinus, C. de milit. testam.* Ias. *in l. si ar-*
rogator, num. 47. ff. de adoption. Ideo ad excludendum
clericũ ab hoc munere, sufficit, proponi exceptionem
c. 2. & ibi not. Abbas, *de postul. cap. dilecti, de arbitr.* & si
clericus replicat, debet fundare suam reipublicatam
intentio-

intentionem ex aliquo casu particulari, specialiter deciso, qui confirmabit regulam generalem in cæteris. Imo ipse idem iudex secularis † deberet iudicare pro hac regula, ad excludendum personas à suo tribunali, quæ si nimis arroganter loquerentur, aut aliter quomodocunque in aduocationis munere delinquerent, non possent ab eodem iudice seculari carceribus mancipari, aut puniri, vt dicit Abb. *in rubric. de postulando, num. 2.* & hanc esse magis communem opinionem testatur Andreas Alciatus *in consil. 91. num. 4.* quos refert, & sequitur Ignatius *super d. cap. 63. in vers. illud verò notatu dignum est.*

Ideo ad contraria posset responderi, quod procedunt in foro † Ecclesiastico, quia coram episcopo nō prohibentur etiam secularia negotia patrocinari, vt probat Io. Andr. *in c. 2. ne clerici vel monach.* tex. *in c. 2. de postul. & in c. in nostra, de procuratorib.* quod nō procedit in monacho, vt probat Ioan. Andr. *in cap. argumentum, de regul. iur. lib. 6.* quicquid dixerit Ignat. super *d. c. 63. vers. tertio pro Ecclesi.*

12 Et in quibus casibus † coram iudice seculari possint aduocationis munus exercere, ponit Bolognin. *in d. authen. habita, num. 98.* septem limitationes, Ignatius Lopez super *d. cap. 63.* congerit nouem limitationes, multas etiam Afflict. *in d. constitutione regni, Aduocatos, num. 19.* & Addentes ad Abbatem in supradictis locis.

Secundus articulus est, an clerici, qui regulariter 13 sunt prohibiti † aduocati officium exercere possint in Camera pro aliqua partium scribendo consulere, & partem affirmatiuam tenet Bart. *in l. 1. §. postulare, & ibi* Angel. *ff. de postul.* Idem Barto. *in l. 1. §. aduocatos, ff. de variis, & extraord. cognit.* Decius *in l. fœminæ, num. 10. ff. de reg. iur.* Iason *in l. 1. in princip. colum. 3. ff. de verborum obligationibus.* Et licet Ioan. Andr. *in rubrica de magistris, colum. 3.* teneat contrarium, quia eadem videtur ratio loqui, & scribere, vt etiam dixi *in l. 1. in princip. ff. de verborum obligatio. in illa quæstione, an prohibitus loqui cum monialibus sub pœna excommunicationis, incidat in eam mittendo literas.* Tamen diuersa est ratio in hoc articulo, quia solum prohibentur postulare, ne compareat personaliter in foro secularium, ideo dicebat Menochius *in additionibus ad* Bartolum, *in dict. l. 1. §. postulare.* quod instruens iudicem per scripturam, non potest dici aduocatum gerere.

Declaratur tamen hic articulus, dummodo non 14 scribat, vel † iudicem instruat contra suam ecclesiam, quia sic, tanquam ingratus posset beneficio ecclesiastico priuari, *c. final. de postul.* Afflict. *in dict. constitutione regni, Aduocatos, numer. 19.* Bernhard. Diaz *in dicto capite 63.* Pro qua declaratione facit, quia va-15 sallus † gerens aduocatum, vel quomodolibet adiuuans accusationem contra dominum suum, feudum amittit, gloss. *in c. 1. §. item qui delator. & ibi Andr. quæ fuit prima causa benef. amittend. & ibi etiam* Nicolaus de Neapol. Aluarott. *Præposit. & Afflict.* Iacobin. de sancto Georgio *in sua inuestitura, in ver. qui quidem inuestiti, num. 26.* Curtius *in tractat. de feudis, parte 4. num. 72.* Zas. *in tractatu de feud. parte 10. num. 49.* Hieronym. Gabriel. *in consil. 5. num. 12. volum. 1.* gloss. *in d. cap. fin. in ver. contra ecclesiam, & ibi* Abb. *de postul.* Specul. *in §. 1. vers. item quod postulas, sub titulo de postulando.*

CASVS CXVI.

Clerici an & quando possint esse procuratores laicorum: Item Notarij, & scribere rogita instrumentorum, & circa gesta per eos cognoscantur à iudice seculari.

SVMMARIA.

1 *Clerici non possunt esse procuratores laicorum in criminalibus.*
2 *Clerici regulariter non possunt esse procuratores laicorum in ciuilibus.*
3 *Non possunt esse Oeconomi laicorum.*
4 *Clerici turpiter dicuntur versari in foro laicorum.*
5 *Processus compilatus in foro laicorum per clericum procuratorem, quando est validus.*
6 *Accusatio proposita à persona inhabili, quando valeat.*
7 *Clericus procurator laicorum, aliquid committens in foro secularium, non potest per iudicem laicum puniri.*
8 C. sacerdotibus, Ne clerici vel monachi, *declaratur.*
9 *Clerici non possunt pro ciuilibus negotiis carceribus mancipari.*
10 *Iudex ecclesiasticus non potest detinere clericum inuitum, etiam coniugatum.*
11 *Clericus administrator laici, an possit detineri in vinculis.*
12 *Clericus potest esse procurator laici in vna tantum causa.*
13 *Quod intelligitur de causa à iure expressa.*
14 *Clericus in quibus causis possit esse procurator laici.*
15 *Clerici non possunt esse Notarij.*
16 *Instrumenta confecta in clerico notario, valent.*
17 *Notarij, & tabelliones, an dicantur reipublicæ.*
18 *Tabellionis officium est vilissimum.*
19 *Notarius potest esse libertus.*
20 *Clericus in minoribus suscipiens tabellionis officium censetur renuntiare ordinibus.*

MOdo videamus an possint procuratorum, atq; notariorum munus exercere, idque explicemus per tres articulos.

Primus articulus est, clerici † non possunt esse procuratores laicorum in criminalibus: dico in illis casibus, in quibus potest interuenire procurator, quos recenset Gabriel. *in commun. conclus. ti. de malef. concl. 9.* & hanc opinionem tenent Cardin. Zabarel. *in c. 1. in 3. q. de postul.* Spec. *in ti. de aduocato, §. 1. ver. in causa autem criminali.* quos sequitur Cæpoll. *in consil. ciuil. 21. an clericus, in princip.* 1

Secundus articulus est, clerici † in ciuilib. regulariter nō possunt esse procuratores laicorum, ad hoc est text. *in c. sacerdotibus. ne clerici vel monachi.* & hoc expressè fuit specialius prohibitum in Concilio Toletano *c. 18.* per hæc verba: 2

[Qui in sortem Domini vocati sunt, & diuinarum rerum ministerio, ac spirituali addicti militiæ, meminerint se, iuxta D. Paulum Deo; cuius signis militare decreuerūt, placere non posse, si quid ꝓpter sui ducis militiam agant, & secularib. negotiis vacauerint, quæ à diuinis, ac spiritualibus distrahere frequentissimè solent, prohibet igitur sancta Synodus † clericos in sacris, & eos qui beneficium Ecclesiasticum obtinent laicorum 3

laicorum esse œconomos, ac secularium rerum dispensatores, nec non in foro ciuili, procuratores, exceptis his negotiis, quibus iuxta canonicas sanctiones, pietatis causa, vacare iustè possint, alioqui ab ordinario, pœna suspensionis ab officio & beneficio per sex menses puniantur.

Est etiam prohibitum de iure ciuili, *l. plurimum, C. de episc. & cleric. & §. Deo amabiles, & §. aliū. in auth. de sanctißim. episc.* de episcopo est text. *in c. te quidem. & ibi gloss. 11. q. 1.* & generaliter de quolibet clerico notatur *in c. denique 17. qu. 5.* & scribunt de hoc Bertach. *in tract. de episcopis, lib. 4. part. 1. nu. 31.* Diaz *in sua prac. cap. 57.* Et hæc probatur per rationes dictas in præcedenti casu, imo illæ rationes magis militant in præsenti,
4 quia clerici satis † turpiter versarentur in secularium foro, exercendo officium procuratoris, quod est vilissimum, vt diffusè probat Tiraquel. *in tractatu de nobilitate, cap. 30.*

Declaratur primo hic articulus. Nam si clericus, vt procurator secularis interueniat in foro secularium, & non fuit oppositum contra illius personam, & sic
5 processus † compilatus, iudicium est validū, vt firmat Ab. *in d. c. sacerdotib. nu. 3.* & pro hac declaratione facit casus similis, quia valet processus factus per procuratorem in casu quo non potest interuenire, si nihil fuit oppositum, glos. *in c. 1. de iudiciis, li. 6.* glo *in l. quamuis, C. de adulter.* gloss. *in l. vniuersi, C. de precib. Imper. offerend.* gl. *in §. siquis, ve. si cogatur, auth. quib. modis nat. effic. legit.* notat Anton. de Butr. *in c. in præsentia, de procurator. vers. opponitur extra.* Abb. *in c. veniens, de cogn. spirit. & in c. veniens, de accus.* vbi latissima additio de hoc, & facit doctrina Bart. *in l. 1. §. accusationem, ff. ad Turpill.* vbi quod si personæ prohibitæ accusare pro-
6 ponunt accusationem, & non fuerit eis oppositum, valebit iudicium, idem dicit Bart. *in l. hos accidere, §. lex Iulia, in fin. ff. de accusat.*

7 Secundo declaratur; nam si clericus † interueniens vt procurator laicorum in foro secularium aliquid commiserit dignum pœna, aut rationes nō reddiderit non potest puniri per iudicem secularem, coram quo illud commiserit, & hoc probatur per magis communem sententiam, quam citauimus in præcedenti casu, *vers. nec placet in fin.* & hanc opinionem in his terminis firmat Abb. *in d. c. sacerdotib. nu. 3.* & sequitur Diaz *sua practica, cap. 57. num. 2.*

8 Neq; obstat *d. c. sacerdotib.* † *Ne clerici vel monachi,* vbi quod clericis transgredientibus tale præceptum non subuenitur ab Ecclesia, quia, vt Abbas ibi post glossam in 2. interpretatione dicunt, per illa verba; *clerici non amittunt priuilegium fori;* quia illud perdere non possunt sine monitione. Ideo intelligunt, quod Ecclesia non subuenerit, dando auxilium, & fauorem.
9 Et ego intelligo, quia regulariter clerici † nō possunt pro ciuilibus negotiis, carceribus mācipari, *c. clerico, à contrario sensu, de sent. exc. lib. 6. & ibi* Io. Andr. Geminian. & Franch. Innoc. *in c. vt fama, de sent. exc.* Io. Andre. *in c. nullus, de pignor.* Cardin. *in clem. 1. de offic. ordinar.* Marsil. *in sua pract. crim. §. attingam, nu. 70.* Lapus *allegation. 98. vers. quæritur nō leuiter, & in rubr. de foro compet. col. 1. vers. nec obstat.* Vbi plus dicit, quod iudex
10 Ecclesiasticus † in causa pecuniaria, de quo cognouit, non posset inuitum detinere clericum, etiam coniugatum, incedentem in habitu, & tonsura, sine metu excōmunicationis. Sed hoc priuilegium amittūt clerici procuratores laicorum in foro secularium, quia contraueniunt præcepto Concilij, & sum. Pontificis,

& in his terminis Ioan. Andr. *in c. 1. de deposito.* probat, quod clericus potest in vinculis detineri, qui gessit administrationem. † laici, donec rationem reddiderit, & 11
sequitur Calderin. *in cons. incip. Appellatur sub tit. de appellat.* & ad hoc vide Corn. *in cons. vlt. vol. 4.*

Tertio declaratur per Doctores hic articulus, vt procedat in procuratore generali alicuius laici in foro secularium, quod secus esset si in vna † tantum 12
causa procurator constitutus esset, ita dixit primo Inno. *in c. 1. de obligat. ad ratiocin.* & sequitur Federic. de Sen. *in consil. 270. incip. quod clericus,* Roman. *in singulari 277. vos scitis.* latè Felyn. post Abbatem *in c. cum L. & A. de re iudic. in ver. est etiam clerico.* & Cardinal. post Abb. *in c. 2. de postul.* & Socin. *in c. constitutis. in 1. not. de appellatio.* cum aliis congestis ad hoc per Addentes ad Roman. *in d. singular. 277.* intelligentes omnes iura prohibentia procurationem prædictam de procuratore generali.

Ego autem, vt dixi in præcedenti casu nescio facere differētiam inter procuratorem generalem, & specialem, quantum ad causam comparendi in iudicio seculari, propter quam fuit facta dicta prohibitio. Et propterea hæc Doctorum declaratio non potest aliter intelligi, nisi in causis † particularibus à iure per- 13
missis, puta clericus † potest esse procurator ad cau- 14
sas promouendas, atque gratias impetrandas, *cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. in princip.* Item in causa propria, item in causa suæ ecclesiæ, vel pro miserabilibus personis, cum aliis casibus, quos congerit Cæpola *in d. consil. 21. per totum,* dummodo hoc faciat de clienti sui proprij episcopi, vt sæpius dixi in præcedentibus.

Tertius articulus est, clerici non possunt esse no- 15
tarij, vt notant Hostiens. & Io. Andr. *in c. sicut, per illū text. ne clerici vel monachi, & ibi* Abb. *& cæteri Canonistæ.* Mil. *in suo repertorio, in ver. clericus in sacris, fol. 77.* Chassan. *in consuet. Burgun. rubr. 1. §. 6. nu. 31. vers. Additio de hac materia.* Roman. *in consil. 409. n. 8.* vbi quod prohibentur exercere officium tabellionatus, si tamē conficiunt instrumenta, † valent, pro qua multa alle- 16
gat ibi Mandos. in additionibus, & hanc opinionem probant Diaz *in sua practica, cap. 58.* & ibi Ignatius in additionibus.

Aliqui putant huius articuli rationem esse, quia notarij, † & tabelliones dicuntur serui reipublicæ, per 17
l. non aliter, ff. de adoptionib. & l. 2. C. eod. tit. & l. 2. ff. rē pupill. saluam fore. & ita intelligit Accursius ibidē dicendo, & secundum istos terminos dicunt procectas leges, & secundum istos terminos dicunt proce- ctas leges, *§. cum autem. Instit. de adoptionib.* Ego autem aduerto vbique in istis locis, seruos publicos intelligi seruos reipublicæ, per text. *in l. 1. C. de seruis reipublic. manumit.* nam quos seruos reipublicæ appellat illa rubrica, *d. l. 1.* appellat seruos publicos. Neque reperitur textus in iure, qui loquens de notariis, nuncupet eos seruos publicos, sed vel tabelliones, vel notarios, vel actuarios, aut aliter, nunquam autem seruos publicos. Meliorem rationem considerauit Abbas *in d. c. sicut,* quia vilissimum est tabellionis † officium, *l. vni-* 18
uersas, & ibi gloss. & doct. C. de decur. li. 16. quem textū dicit singularem ad hoc Bald. *in c. post cessionem, col. 2. de probat.* & ita voluit Crauett. *in consi. 163. n. 1.* Angel. *in consi. 284. præmitto.* & probatur, quia libertus potest esse † notarius, *l. fin. C. de seruis reipubl. manumitt.* qui 19
tamen non potest assequi aliquam dignitatem, *l. 1. C. ad leg. Iul. maiest.* & pro hac ratione videndus est Tiraquel. *in tractat. de nobilitate, in d. cap. 30.*

Sed

Sed cur gesta per clericum notarium firmitatem
20 habeant, potest esse ratio, quia si clericus in minoribus suscipiat tabellionatus officium intelligitur renunciare clericatui, & beneficiis, vt post Abb. *in c.1. & c.diuersis, de clericis coniug.* per illa iura probat Alph. Villagut. *in decis.15.nu.52.& seq.*

CASVS CXVII.

Clericos cogi non posse ad ferendum testimonium contra laicos. Item seculares non posse facere testimonium contra clericos in causa criminali, & testimonium factum contra dictum clericorum priuilegium non esse attendẽdum.

SVMMARIA.

1 *Clerici an possint cogi ferre testimonium coram iudicibus laicis.*
2 *Non possunt cogi vbicunque tractatur de pœna imponenda.*
3 *Quare prohibentur à ferendo testimonio.*
4 *Clerici prohibentur facere testimonium aduersus laicum.*
5 *Prælatus quando non debet impartiri licentiam, vt fidem faciat clericus coram iudice laico.*
6 *Laici non possunt facere testimonium contra clericos in causa criminali.*
7 *Etiam contra clericum minoris ordinis.*
8 *Laici suspecti sunt clericis.*
9 *Clerici contra laicos possunt esse testes cum licentia Prælati.*
10 *Testimonium clericorum redditur inualidum sine licentia episcopi.*
11 *Iudex laicus an & quando possit cognoscere de exceptione criminis contra testem clericum.*

1 SÆpe dubitatum est inter Doctores, an clerici cogi possint † coram iudicibus secularibus ad perhibendum testimonium veritatis in causa criminali, *in c.dilectorum, de testibus, vbi* Cardinalis, Hostiẽs. quẽ sequitur Ancharan. Cardinal. Zabarell. & Abbas, putant clericos cogi posse ad ferendum huiusmodi testimoniũ, etiam si de pœna sanguinis agatur, & probatur, quia nisi sic diceretur, Deus offenditur, & Respublica; Item nocens absoluitur, & veritas occultatur.

Sed contraria opinio est longè verior, non solùm
2 si tractatur de pœna † sanguinis, sed etiam de qualibet corporali, cuiusmodi est fustigatio, relegatio, & deportatio, & hanc opinionem amplectuntur Doctores ciuilistæ *in l.1.§.generaliter, & in l.absentem, & in l.capitalium, ff.de pœn.* & fundatur maxima, & æquissima ratione, ne ex testimonio facto clerici † inimici-
3 tias contrahant, atque à cultu diuino subtrahantur. Item ne in irregularitatem incidant, si de facili ex eo posset sequi mors, & hanc rationem excogitauit Iacobus de Amelia antiquus Doctor *in tractatu de testibus*, quem secuti sunt Ioan. Andreas, Ioan. Calderin. Anton. de Butr. & Io. de Imola *in d.c. dilectorum, omnes in fine commenti.*

Et pro huius veræ opinionis confirmatione inducitur text. *in c.testimonium, de testibus.* Testimonium
4 clerici † aduersus laicum nemo recipiat, Abb. *in c.de cæ-ro, in princip. & ibi* Fely. *in princip. de testib.* Crotus *in tract. de testib. nu.69. in prin.* Monticell. *in suo repertorio testium, in verb. testes in criminalib.* Farin. *in trac. de testib. q.61. in 12. opposit. n.57.* qui alios citant. Neque prælatus † debet hanc licentiam impertiri, vt clericus 5
in huiusmodi negotio fidem faciat coram iudice laico, vt probat Thom. Triuisanus *in decis.30. lib.2.* Imo etiam cum licentia superioris non admittuntur clerici contra laicos in iudicio criminali, vt probat Carauita super *ritu 144. magnæ Curiæ vicariæ, n.5.* & Grammati. *in consil.3. num.8.* Foller. *in pract. crimin. titulo de fragmentis, num.9.*

Secundus articulus est: Laicos † non posse testimo- 6
nium ferre contra clericos in causa criminali coram iudice Ecclesiastico, & ad hoc est text. *in c.de cætero, de testib.* vbi Pōtifex dicit: *De cætero laicos in accusationem ad testimonium cōtra clericos in criminali causa nō esse aliquatenus admittendos, cẽsura sacrorum canonum manifestius docet*, & ibi hoc notat omnes Canonistæ, est etiam textus *in c.ipsi Apostoli. 3.q.7.* vbi Pontifex Fabrianus scribens literas ad episcopos Orientales, dicit nō esse idoneum testem in criminali causa contra sacerdotem, eum qui clericus non sit, nec clericus esse possit, quod latè declarat Couar. *in lib. practic. quæstion. c.18. num.2.* & plures adducẽs testatur hanc esse communem opinion. Vasquius *in tract. de success. creatione, lib.3. §.22. limitat.12. num.73. & seq.* dicit clericos † etiam 7
minoris ordinis non solum gaudere priuilegio fori, sed etiam, vt laicus contra ipsos testis esse non possit, & pro hac opinione receptissima infinitos Doctores congerunt scribentes tractatus de testibus, Stephan. Aufret. *in tract. de reprobatione testium, n.61.* Nepos de Monte Albano *in tract. de testib. n.153.* Campeg. *in tractat. de testib. reg.98.* Bossius *in tit. de opposition. contra testes, n.91.* Monticell. *in repertorio testiũ, in d.verb. laicus contra clericum.* Farin. *in tract. de testib. quæst.61. in 13. opposit. nu.98.* & licet videatur apparens ratio, propter æqualitatem seruandam, cum neuter contra alterum testimonium ferre possit; tamen ego credo ve-
ram rationem esse propter suspicionem laicorum † in 8
clericos, de qua *in c.laici, & c.laicus, 2. qu.7.* vbi quod sunt infesti clericis propter quam suspicionem eorum fides diminuta est, ideo solum iudicium faciunt, Abb. *in d.c. de cætero de testib. n.5. & ibi* Felyn. *n.7.* qui respōdet contrariis, & post alios quos allegat, probat Farinac. *in d.tract. de testib. in d.13. opposit. num.109.*

Tertius articulus est; vbi clerici † contra laicos, 9
cum Prælati licentia possunt esse testes, vt dicunt Specul. *in tit. de teste, §.1. col.3. vers. item excipitur quod est monachus.* Aret. *in cōs.160. lōga est ista cōsultatio.* Calc.
in consil.9. in quæstione, col.pen. sine qua † testimonium 10
redditur inualidum, vt probat Marsil. *in consil. 45. n.5.* Tunc si contra clericos testes obiiceretur crimen per
quod à testimonio repellerentur, iudex laicus † non 11
potest de hac exceptione cognoscere, sed episcopo est illius cognitio remittenda, prout probat Bartholomeus de Capua super *capitulo regni Neapolis incipien. In pecuniariis, num.11.* quod est verum in plenaria cognitione, secus est in simplici informatione facti, quá posset iudex laicus adhibere, ad cognoscendum an sibi credendum sit, illi testi, de quo scripsi supra *in part. 2.* quo casu non cognoscit propriè de crimine obiecto in clericum, sed dicitur cognoscere cōtra laicum, qui illum produxit, quoniam ipse ex eius repulsione patitur pœnam, & non clericus, quando eius testimonio non esset credendum.

CASVS

CASVS CXVIII.

Clericus & laicus simul rei debēdi debent coram iudice ecclesiastico conueniri.

SVMMARIA.

1 *Clericus & laicus simul rei debendi debent coram iudice ecclesiastico conueniri.*
2 *Iudex competens aliquando fit ratione adiuncti.*
3 *Priuilegio coniuncti gaudet alter coniunctus.*
4 *Socius gaudet immunitate socio concessa.*
5 *Præscriptio quanta debet esse contra laicum simul cum ecclesia.*
6 *Appellatio interponenda est ad ecclesiasticum, quando laicus & ecclesiasticus simul iudicarunt.*
7 *Alimenta petuntur coram ecclesiastico, quando heredes sunt clerici & laici simul.*
8 *Iudex ecclesiasticus est competens laicorum in indiuiduis causis cum clericis.*
9 *Restitutio concessa minori prodest maiori in indiuiduis.*
10 *Minor non potest renunciare beneficio restitutionis in præiudicium maioris.*
11 *Causa quando est diuidua retinentur laici, & remittuntur clerici.*
12 *In solutione potest contingere diuisio.*
13 *Sententia plures condemnati in solidum, possunt opponere beneficium diuisionis.*
14 *Obligationes indiuiduæ quæ sint necessariæ, naturales, & accidentales.*
15 *Obligatio indiuidua necessaria quæ sit.*
16 *Est indiuidua origine, statu, & resolutione.*
17 *Indiuiduitas naturalis, quæ sit.*
18 *Indiuiduitas accidentalis præsupponit rem sui natura diuisibilem.*
19 *Facta omnia sunt indiuidua.*
20 *Creditor obligationis indiuiduæ, quæ prohibeatur facere heredibus obligati.*
21 *Laicus cohæres obligationis indiuiduæ, debet conueniri coram ecclesiastico etiam liberato clerico coherede.*
22 *Creditor quando teneatur cedere actionem.*
23 *Exceptio cedendarum repellit creditorem à iudicio.*

HÆc quæstio ita contingit in ciuilibus, secus in criminalibus, sed primò expediamus in ciuilibus. Communis & receptissima sententia est, quoties-
1 cunque clericus, † & laicus rei sunt debēdi insolidum, & vterque reus lite pulsandus est, coram iudice ecclesiastico expedienda lis est, quia ad magis dignum conueniēs est minus dignum accedere, & ideo laicus correus debendi coram ecclesiastico conueniri debet, & ipse idem posset ad illum petere se remitti. Hanc opinionem firmarunt, Bartol. *in l. præcipimus, §. eodem ob-seruando, C. de appellat. & ibi* Alex. idem Bar. *in l. iuris-peritos, §. cum oriundus, ff. de excusat. tut.* Ias. *in l. imperium, nu. 3. vers. sexto facit. ff. de iurisdict. om. iudic.* Socin. *in cons. 12. num. 17. vol. 1.* Federic. Scot. *in consil. 6. numer. 3. li. 6. tom. 1.* Riminaldus senior *in cons. 399. nu. 9. vol. 2.* Stephan. Aufrer. *in tract. de potestate ecclesiastica super laicis, numer. 49.* Surdus *in tract. de alimentis quæst. 14. num. 3. tit. 9.* & ad hoc est text. *in c. quam sit, de Iudæis, in vers. tuisque sociis.* Ex quo colligitur, qui iudex † com-
2 petens per se non est, ratione adiuncti fit competens, & quod propter communionem, & societatem inhabiles gaudent beneficio habilium, *l. si communem, ff. quemadm. seruit. amitt. l. si is qui duos. & ibi* Bart. *ff. de liberat. legat.* Et quod coniunctus † gaudeat priuile- 3
gio coniuncti, quando aliàs priuilegium esset inutile, & suum effectum non produceret, ponit glossa *in l. fi. C. de muner. & onerib. lib. 10.* vbi † socius omnium bo- 4
norum gaudet immunitate socio concessa, vnde Inn. *in c. ad audientiam, de præscript.* dicit, quod laicus rem habeat communem cum ecclesia, non erit locus præscriptioni † contra eum, nisi tantum temporis efflu- 5
xerit, quantum requiritur ad præscribendum contra ecclesiam, Ias. *in l. si emancipati, nu. 17. C. de collationibus.* Natta *in cons. 590. col. fi.* & ideo si iudex ecclesiasticus, & laicus iudicarunt causam, appellatio † interponenda 6
est ad iudicem ecclesiasticum, non secularem, Bart. *in l. 1. §. si quis in appellatione, in fin. ff. de appell.* Item si duo sint relicti executores testamenti, alter clericus, alter laicus, ambo compellentur, & quoad officium executoris iudicabuntur à iudice ecclesiastico, non autem à seculari, Card. Zabarel. *in c. cùm Ioannes. per illum text. de testam.* & probat Gaylius *in li. 1. de pace publica, c. 26. n. 19.* Mathesilan. *sing. 143. & ibi* Sarain. *in additionibus.* scribunt Doct. *in d. l. si cōmunem, ff. quemadmod. seruit. amitt.* Ias. *in d. l. si emancipati, nu. 10. C. de collat.* Petrus Costalius *ad l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iudic. eatur.* post Bald. *in l. fi. col. 6. C. de edicto diui Adr. toll.* & dicit Bart. *in l. solent, col. vltima, vers. sed ponamus, ff. de aliment. & cibar. lega.* quod si heredes † alicuius sint laici, & cleri- 7
ci, & ab eis petantur alimenta, poterunt coram ecclesiastico omnes etiam laici conueniri, & iudex laicus coget laicum sibi subiectum ire coram episcopo, & eius iurisdictionē prorogare, & prædicta optimè probantur per tex. *in c. per tuas. de arbitr.* & hoc dictum extollit Marian. Socin. *in c. 2. in 8. fallentia, de mutuis petit.* quem etiam refert Fel. *in c. 2. n. 11. de præscript.*

Primo declaratur resolutio huius casus, vt procedat
† in indiuiduis tantùm, in quibus causæ continentia 8
diuidi non debet, & ita propriè loquitur Bart. *in d. §. eodem obseruando, & in d. §. cùm oriundus.* sic probari potest in multis. Nam appellatio per vnum ex litigatoribus interposita, prodest aliis, si causa sit indiuidua, *l. 1. §. si vnus ex plurib. l. si quis separatim, §. fi. ff. de appell.* Itē restitutio † concessa minori prodest etiam maiori, si 9
causa est indiuidua, Bart. *in l. 1. C. si in communi eademq; causa*, post gloss. *ibi.* quam sequuntur Bal. Salyc. & Castrens. ponentes rationem, quia cùm materia sit indiuidua, maiori non prodesset, nec etiam minori, Bart. *in l. 3. §. sed vtrum, in fi. ff. de minor.* Dec. *in d. l. si emancipati, n. 5. & ibi* Cagnol. *nu. 103. C. de colla.* Aufr. *in decis. 55. super Capella Tholosan.* & ideo minor † non posset re- 10
nuntiare beneficio restitutionis sibi concessæ, in præiudicium maioris, cui erat communis, & sibi quęsitum ius, ex regula *l. ampliorem, C. de appell.* & intelligo hoc dictum siue re integra siue nō integra, vt dicebat Ant. de Alex. quia hoc beneficium restitutionis non competit minori iure speciali, quia tunc potuisset renuntiare ex reg. *l. si iudex circumuento, ff. de min.* cum aliis per Franch. *decis. 346.* sed competit iure communi; ergo in indiuiduis non posset renuntiatio restitutionis fieri in præiudicium maioris.

Secus dicendum est de diuiduis, in quibus resolutio non procedit. Nam, vt dicit Capyc. *in decis. 173.* quan-
do causa † est diuidua, retinemus laicos, & remittimus 11
clericos, & alias personas priuilegiatas, & ita solet iudicari in illo prætorio Neapolis. Vnde licet clericus & laicus sint obligati insolidum, quia tamen diuisio
potest contingere in † solutione. *l. 1. C. si plures vna sen-* 12
tentia, l. qui separatim, §. quoties, ff. de appell. & habet lo-

cum etiam in debito per hypothecam contracto, Afflict. *decis.* 215. ideo secundum *decis.Capyc.*173. poterit laicus retineri; & clericus remitti. Et quod quando
13 plures sunt condemnati vna sententia, etiam †cum dictione insolidum; quod nihilominus possit in executione opponi exceptio diuisionis, est doctrina Bartoli *in l.Paulus,in 2.ff.de rei vend.*& est commu.opin.vt testatur Vrsill. *in additionib. ad* Afflict. *super d.decis.* 215. & ita in specie est casus decisus, vt per Boer. *decis.*69. *n.*8.vbi loquitur de sententia,in qua plures essent condemnati insolidum,& *in decis.*320.*n.*4.vbi loquitur de sententia, in qua plures sunt condemnati simpliciter.

Secundo declaratur in indiuiduis obligationibus,
14 quæ † indiuiduæ sunt, necessariæ, vel naturales, vel accidentales. Item in obligationibus factorum, in quibus non potest fieri diuisio neque ex parte creditoris, neque eius heredum, neque ex parte debitoris, neque eius heredum,& ideo indiuidualiter petendum est co-
15 ram iudice digniore. Est autem obligatio † indiuidua necessaria, quæ tam origine, siue contractu, quàm statu, resolutione, & omni respectu, tam actiuè, quàm passiuè, tam ex parte creditoris, quàm debitoris est indiuidua, quæ concernit tam obligationem, quàm executionem, siue simul, siue seorsim. Nec aliud est, quàm multiplicatio ipsius obligationis in quemcunque obligatorum in solidum, siue qualitas obligationi adhærens,& faciens indiuisibilem, singulos quos contingit insolidum teneri,& hoc procedit ex natura rei debitę, & de hac est tex. *in l.viæ.ff.de seruitutib.in l.*2.*§.ex his, ff.de verb.obl.& in l.fi.ff.de seruit.lega.* Et hæc obliga-
16 tio non solum est indiuidua † ab initio, antequam sit in esse, vel in dispositionem deducta, nec solum sub ipso statu,& consistentia obligationis, sed etiam in resolutione ipsius, quia non potest, etiam pacto, acceptilatione vel legato, aut alio respectu eiusdem debitoris, vel creditoris, seu stipulatoris pro parte tolli, & pro parte non, sed tota tollitur in eadem persona, vel tota remanet, *l.pro parte,in fin.ff.de seruitut.* Indiuidui-
17 tas † naturalis est, quæ ex natura & forma ipsius rei promissæ, vel debitæ, statim sine alio pacto,& sine alia conuentione oritur, quæ obligatio non solum non recipit diuisionem ex parte creditoris, sed neq; ex parte debitoris, neque ex parte heredum ipsius debitoris, sicut est obligatio ædificandi certam domum, vel effodiendi certam fossam, in quibus licet factum naturaliter recipiat partes, non solum successiuas, sed etiã interpellatas; tamen quia habetur respectus ad formam futuram, & effectum operis, qui non potest præstari pro parte, non recipit resolutionem per partes,& ante formam completam quicquid fit, non censetur pars rei debitæ, quæ nondum est, sed futura est, ideo censetur præparamentum quoddam. Et hæc indiuiduitas concernit solum debitores qui facere debẽt, quia nullus eorum per se facere potest, nisi totum faciat, vnde singuli insolidum obligantur: Non concernit creditorem, siue plures creditores, quia ad singulos res pro parte pertinere potest, imò non nisi pro parte competit obligatio,& actio, vt vnus necesse habeat pro parte sua tantùm petere, & de hoc est tex. *in l.in stipulatio-*
18 *nib.§.operarum.ff.de verb.oblig.* Indiuiduitas † accidentalis est, quando obligatio de se, suique natura est diuidua, sed non est simpliciter contracta, sed cũ certa circunstantia indiuidua principaliter intenta,& in obligationem deducta, vt fundum tradi ad turrim erigẽdam, quo casu, superstitibus quatuor heredibus debitoris, si alter conuentus offert quartam partem, videlicet hereditariam tradere, nihil agit, nec morã purgat, quia præstatio partis hoc casu corrumpit stipulationẽ, id est, non implet illam in aliquo; quia turris non potest fieri pro parte, neque fundamentum fodi pro parte,& hic est verus intellectus *l. stipulat iones non diuiduntur.ff.de verb.oblig.*& dixi in lecturis. Item obligatio generis est per naturam diuidua, *l.*2.*§.& harum.ff. de verb.oblig.* Sed ex accidenti indiuiduatur propter solutionem,& liberationem; quæ dicitur indiuidua mixtè, siue indiuidua suppositiè, id est, supposito hoc, vel illo. Denique facta † omnia sunt indiuidua: Primo, 19
quia non sunt in rerum natura, ideo non possunt habere partes, quia partes sunt respectu totius, quod adhuc non est in rerum natura. Item quia partes facti non possunt afferre vtilitatem, ex quo non adest totum, quod dicitur adesse, quando eius forma introducta est,& ita perfectum est, *l.si is qui quadraginta,§.quædam.ff.ad leg.Falcid.* denique quia non possumus imaginari partes, etiam per intellectum illius rei, quę non est adhuc in rerum natura, & ita communiter Dd. concludunt omnia facta esse indiuidua, gl. *in l.*4.*§.Cato.in ver.diuisionem.ff.de verb.oblig.* Ias.*n.*2. Zas.*nu.*14. Bolognin. 51. & de istis indiuiduis procedit resolutio præsentis casus.

Tertio declaratur. Nam cùm non impediatur creditor, † siue stipulatur indiuiduæ obligationis alteri 20
ex heredibus promissoris, siue gratis, siue accepto pretio referre, non animo tollendi totam obligationem, neque animo liberandi alterum heredem, sed animo liberandi hunc solum heredem pro parte sua, & remittendi ius suum pro parte,& valebit remissio, vel acceptilatio, *l.pro parte.ff.de seruitut. l.si communi, l.si vnus.ff.de seruit.rust.præd.* & per hanc liberationẽ non liberatur iste in parte, sed in totum, scilicet quoad se, & coheres remanet ipso iure etiam obligatus in totũ, & in solidum. Pone quod heres liberatus † fit clericus, 21
& alter, qui ad solidam obligationem tenetur sit laicus, hoc casu, licet simus in indiuiduis; tamen iudiciũ fieri non debet coram ecclesiastico, quia persona quæ trahebat ad ecclesiasticum est liberata. Imò, quia hic laicus debitor habet exceptionem dimidiæ partis remissæ, quæ non respicit essentiam obligationis, sed modificationem ipsius, parit hunc effectum, vt hic debitor laicus non teneatur ad totum, quia stat per actorem, qui coheredem & condebitorem liberauit. Item quia creditor † agens contra vnum ex duobus reis, te- 22
netur cedere actionem, *l.Modestinus,ff.de solutionib.l.*1.*& ibi not.C.de duob.reis.* & non solum personalem, sed etiam hypothecariam in bonis competentem, *l.*1.*& l. cùm aliter.C.de fideiussor.l.*1.*ff.de fideiussor.* quæ licet loquantur in fideiussoribus: tamen iidem Dd. intelligunt in duobus reis, qui adinuicem fideiubere videntur, *l.vir vxori.cùm ibi not.ff.ad Velleia.* Soc.*in cons.*260. *vol.*2. Vnde si creditor propter suam culpam non potest cedere, vt quia renunciauit, vel liberauit, tunc obstat exceptio cedendarum, † & repellitur à iudicio, 23
Socin.*in d.cons.*200.*vol.*2. Neguſ. *in tract.de pignor.in* 3.*memb.*5.*partis,nu.*29.*& seq.* ergo creditor laicus non posset conuenire hunc laicum condebitorem indiuiduæ obligationis, quia clerico liberato, modificata est indiuiduitas, & sublata qualitas maioris iurisdictionis, tanto magis, quia à toto repellitur, cùm non possit cedere pro parte

CASVS

CASVS CXIX.

Clericus & laicus socij criminis debent à iudice ecclesiastico iudicari, & laicus non sufficienter punitus per ecclesiasticum, poterit per laicum iudicem iterum puniri.

SVMMARIA.

1 *Clericus & laicus simul delinquentes debent à iudice ecclesiastico conueniri.*
2 *Et qui teneant contrariam partem.*
3 L. si quis vxori, ff. de furtis, *declaratur.*
4 *Furtum quare non committatur ab vxore in bonis mariti.*
5 *Exceptio perplexitatis quando impedit processum iudicum, tunc recurrendum est ad digniorem.*
6 *Delictum mandantis, & mandatarij, dicitur esse idem numero.*
7 *Et debet cognosci ab vno iudice.*
8 *Mandans, & mandatarius in delictis, an singuli obligentur de per se.*
9 *Præuentio iurisdictionis non fit à laico contra clericum.*
10 *Magis dignum trahit ad se minus dignum.*
11 *Delictum non sufficienter punitum à iudice ecclesiastico, potest puniri per iudicem laicum.*

1 IN criminalibus etiam receptissima est sententia, quod clericus & † laicus simul delinquentes, debeant à iudice Ecclesiastico iudicari, primus auctor huius opinionis fuit Antonius de Prato veteri *in l. 1. §. si ff. quæ sententiæ sine appellat. rescind.* & sequuti sunt Socin. *in cons. 12. quoniam in præsentiarum, n. 17. vers. verum in terminis, vol. 1. & in c. 2. col. 4. vers. octauo fallit, de mutuis petit.* Felyn. *in c. 1. col. 4. vers. considera tamen, de præscript.* Soc. iun. *in cons. 34. col. 4. vol. 1.* Paris. *consil. 154. col. 1. vol. 4.* Maranta *de ordine iudiciorum, parte 4. dist. 11. n. 22.* Alciat. *in l. 2. in princ. ff. de verb. oblig.* Andr. Barbat. *in cap. quanto, in prin. de iudic.* Riminald. iun. *in cons. 202. n. 12. & seq. vol. 2. & in cons. 551. n. 68. vol. 5.* Menoch. *de arbitrar. casu 371. nu. 13.* qui dicit hanc esse veriorem opinionem, Farinac. *in quæst. criminal. tit. de inquisitione, q. 8. nu. 151.* qui plurimos alios recensent. Et secundum hanc opinionem fuit sæpius iudicatum, vt testantur Socin. *in l. cùm Senatus, in fi. ff. de rebus dubiis.* Idem testatur Boss. *in tit. de foro compet. nu. 147.* & Foller. *in practic. criminal. in 1. part. 2. partis, ver. audiant excusatores, nu. 79.* idem testatur Io. de Arnono *soliloquio 57.* & receptum est in Rota Lucensi, Ioseph. Ludoui. *decis. 26. n. 18.* Eandem opinionem amplectuntur Doctores Galli, Chassan. *in consuet. Burgund. rubrica 1. §. 5. in gloss. filius grace, n. 70.* Boer. *decis. 300.* Aufre. *de potest. ... ecclesiastica super laicis, n. 13.* Benedict. *in c. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelasiam, n. 246.* Rebuff. *in sua arbore exceptionum, colum. 8. sub litera q.* Igneus *in repetit. §. non alias, n. 441. ff. ad Syllan.* Etsi aliqui ex eis tanquam parum sibi constantes allegantur etiam pro contraria parte. Hanc opinion. esse magis communem & veriorem, testantur Boss. *in d. titul. de foro compet. n. 116. in fi.* Menoch. *in d. casu 371. n. 13. in fi.* Bonacoss. *in libro commun. opinion. ver. laicus si delinquit, fol. 45.*

2 Sed quia non desunt, qui contrariam † sectantur sententiam, Couarr. *in lib. pract. q. c. 34.* Crauet. *in cons. 232. vol. 2.* Clarus *in §. fi. q. 36.* Ant. Gomes. *in c. 10. delictorũ, n. 6.* Igneus *in l. 1. si quis in villa, n. 27. ff. ad Syllan.* Io. de Neuizan. *in sua sylua nuptiali, li. 6. n. 38.* Rebuff. *in auth. habita, priuileg. 106. C. ne filius pro patre & in proœmio constitutionum regiarum, gloss. 5. n. 117.* Ioan. Rupellanus *in lib. 3. forensium institutionum, n. 11.* Boer. *in consuetud. Bituricens. tit. de iurisdict. om. iudic. §. 9.* & ita aliquando iudicatum, Franch. *decis. 426.* vbi quod clericus remittitur ad Ecclesiasticum, & laicus retinetur in foro secularium, Caccher. *in decis. Pedemont. 103.* & vide Vrsill. *in addition. ad* Afflict. *super decis. 213. n. 7. & seq.*

Ideo examinemus quæ opinio sit verior. Pro hac contraria mouentur per tex. *in l. si quis † vxori, in prin. ff. de furtis.* vbi subtrahens cum vxore res mariti, furti tenetur, vxor verò secus, sed actione rerum amotarum duntaxat tenetur, per quem textum clarè apparet socium criminis non gaudere priuilegio vxoris sociæ eiusdem criminis; ergo nec laici socij criminis gaudere debent priuilegio clericorum. Sed ille textus mihi non videtur obstare, quia nos disputamus quando par est delictum vtriusque delinquentis, sed ibi secus est, quoad vxorem, quia per legem dispositum est, vt & ipsa furtum † non committat in bonis mariti, *l. 1. ff. de act. rerum amot.* quæ & ipsa particeps est omnium bonorum viri, ita declarat Connanus *in comment. iur. ciuil. li. 1. c. 15. n. 5.* & ideo Caius *in l. 2. ff. eo. tit.* dicit, quod in honorem matrimonij turpis actio aduersus vxorem negatur. 3 4

Ego credo primam opinionem esse verissimam, quando sumus in delictis, in quibus exceptio † perplexitatis impedit processum iudicũ, vt notatur per Canonistas *in c. per hoc, de hæretic. lib. 6.* & per Bald. *in c. 1. n. 7. in fi. de controuers. feudi apud pares termin.* exemplũ potest dari in mandante, † atque mandatario delicti, vt dicit Nat. *in cons. 135. n. 1. vers. tertio dicitur.* vbi quod licet diuersitas personarum, tamen est identitas negotij, & propterea debet ab vno iudice expediri. Addo, quod delictum mandantis, & mandatarij est vnum & idem specie, & numero, vt probat Cynus *in l. 1. C. si reus, vel accus. mortuus fuerit.* & ibi refert ita consuluisse Dynum, & sequitur Rayner. super Cyn. per tex. *in l. athletas. ff. de falsis,* idem tenet Bart. *in l. hos accusare, §. lege Iulia, ff. de accus.* per leges à Cyno allegatas, & Iacob. Butr. *in l. hos obseruare, §. 1. ff. de offi. proconsul. & leg.* & ideo debet terminari per vnum iudicem, † probatur, quia posset vnus absoluere mandatarium, & alter condemnare mandantem, quæ esset clara perplexitas, & contradictio, sed exceptio perplexitatis impedit processum iudicum, vt dixi. Ideo Dynus *in c. ratihabitionem, de reg. iur. li. 6.* dicit, quod si fuit pronuntiatum delictum non fuisse commissum, & ideo absolutus mandatarius, prodest mandanti, & hanc opinionem tenet Alberi. *in l. non ideo minus, col. 2. in fin. vers. an autem sententia absolutoria. C. de accusat. & in tract. de statutis, parte 3. q. 45. incip. An sententia absolutoria.* Grammat. *decis. 38. n. 9.* Dec. *in tract. crimin. lib. 9. c. 33. num. 7. vers. sed certè sanior mihi videtur opinio Dyni, & versic. ego sic distinguo.* & hanc opinionem tenet Bart. *in l. amissi, §. si. ff. de fideiuss.* & latius probauit *in l. ex duobus, nu. 16. ff. de duob. reis.* licet parum sibi constans, contrarium dixerit *in l. adulter, §. si eo tempore. ff. de adulter.* ergo ad euitandum hanc perplexitatem, coram vno iudice negotium expediendum est. Itaque coram ecclesiastico, ex illa regula; quia magis dignum trahit ad se minus dignum. 5 6 7

Ex quo infertur non esse veram opinionem Baldi *in d.l.non ideo minus,n.32. C.de accusat.* vbi quod mandatarius, ✝ & mandans in delictis quilibet obligatur de per se; & ideo potest cognosci coram suo iudice, quam opin. secuti sunt multi relati per Dec. *in tract. crimin.li.9.c.33.n.5.* sed absque ratione, solùm sequentes auctoritatem Baldi. Sed idem Bald. *in d.c.1.nu.7.de controuers.feudi apud pares termin.* dixit, hoc non procedere propter perplexitatem, quæ impedit processum iudicum, & licet subdat, hoc casu illum futurum iudicem, qui primò præuenerit causam, & iurisdictionem, tamen hoc non procedit contra ✝ clericos, toto titulo de foro competenti, contra quem iudex laicus præuenire non potest. Quare restat, quod si coram vno iudice hoc negotium, licet diuersarum personarũ, agendum sit, & non sit locus præuentioni; vt coram iudice Ecclesiastico terminari debeat, ex regula, quia magis dignum ✝ trahit ad se minus dignum, & hanc esse veram rationem huius opinionis, probabat Soci. *in d.c.2.de mutuis petition.& in d.cons.12.vol.1.* improbans rationem desumptam ex regula *l.nulli prorsus,C. de iudiciis.* quia sic iudex secularis de clerico deberet cognoscere, quod est falsum, & ego diffusè scripsi *in 2. parte c...*quod *d.l.nulli*, non habet locum inter iudices diuersarum ditionum.

8

9

10

Declaratur hic casus, quia si iudex Ecclesiasticus, qui ✝ cognouit de delicto laici, non sufficienter puniuerit ipsum, poterit iudex secularis illum iterum punire, vt scribunt Canonistæ *in c.de his,de accusationib.* & tradit Bald. *in l.fi.in 6.q.C.de edicto diui Adr.toll. & in l.1.C. de sacros.eccles.* cum aliis in his terminis per Decian. *in tract.crimin.lib.4.c.9.nu.45.* & latius per Boer. *in decis. 289.per totam.*

11

CASVS CXX.

Compromissum posse fieri à laicis in clericum, & à clericis in laicum de bonis patrimonialibus: vbi autem factum est à laicis in clericum & laicum, reductio ad arbitrium boni viri petenda est coram iudice ecclesiastico.

SVMMARIA.

1 *Clerici possunt esse arbitri laicorum.*
2 *Compromissum factum in laicum est validum, etiam si fiat clericus.*
3 *Clerici in bonis patrimonialibus possunt compromittere in laicum.*
4 *Iurisdictio laicorum non prorogatur à clericis per compromissum.*
5 *Reductio ad arbitrium boni viri, quando petenda est coram iudice ecclesiastico.*
6 *Dignius quod est, trahit ad se minus dignum.*
7 *Reductio ad arbitrium boni viri petenda est coram iudice ordinario ipsius rei.*
8 *Reductio ad arbitrium boni viri petenda est coram eo iudice, coram quo causa agitanda esset, compromisso cessante.*
9 *Laudum & compromissum sunt quædam transactio.*
10 *Arbitri si sunt discordes in proferendo laudo, debent eligere tertium.*
11 *Iudices ordinarij discordes in deliberanda futura sententia debent eligere tertium.*
12 *Clericus & laicus arbitri, discordes in eligendo tertium, quem superiorem debent adire.*
13 *Qualitas potentior est præferenda minus potenti.*
14 *Iudex ordinarius quando discordat à delegato, recurritur ad superiorem ipsius delegati.*
15 *Reductio ad arbitrium boni viri contra clericum quare non possit peti coram iudice laico.*
16 *Reductio petenda est coram ecclesiastico, etiam si clericus & laicus compromiserint vigore statuti.*
17 *Reductio ad arbitrium boni viri à statuti compromisso petenda est coram iudice ordinario ciuitatis statuentis.*
18 *Arbitri vigore statuti de compromissis dicuntur iudices ordinarij siue delegati iuris.*
19 *Statutum de compromissis non habet locum in ecclesiasticis.*

Pium, & sacerdotale munus est ancipites controuersias componere, vt inquit Io.Andr. *in additionib.ad* Specul. *in tit.de arbitris,§.potest,in fine.* Ideo iure ciuili dispositum est, clericos ✝ posse esse arbitros, 1
vel arbitratores ex potestate sibi à partibus laicis tributa, *l.non distinguemus, §.sacerdotali, ff.de arbitr. l.si qui ex consensu,& l.seq. C.de episcop.audient.* & hoc est verum, etiam si compromissum ✝ factum esset in laicum, qui postea fieret clericus sacerdos, vt tenet Alberi. *in dict.§.sacerdotali,* qui dicit ita communiter teneri, idem dicit esse, si fieret monachus, dummodo vellet pronunciare de licentia sui Abbatis superioris, Gregorius Lopez *in l.28.glossa 4.titulo 4. partita tertia.*

2

Item clerici ✝ de bonis patrimonialibus possunt cõpromissum facere in laicos, *c.exposita,de arbit.* Abb. *in consi.83.in prin.vol.2.* Barbat. *in c.2.de iudiciis,* quia vt dixi supra *casu 40.artic.1.* arbiter & arbitrator non habent iurisdictionem, sed quandam notionem, *l.ait prætor,ff.de re iud.* ergo per compromissum nõ se subiiciunt iurisdictioni ✝ laicorum, quod est prohibitum, 4
licet id fieri debeat de consensu episcopi, vt dixi *in d. arti.1.in fin.* & secundum Rolandum *in cons.23.num.4. volum.2.* hoc procedit etiam in causa possessoria beneficiali.

3

Sed dubium est, si factum sit compromissum in clericum & laicum, & dato laudo, contingat alteram partem prætendere se grauatam, coram quo peti debeat reductio ad arbitrium boni viri, an coram episcopo superiore ipsius clerici, an coram iudice superiore ipsius laici. In quo facio tres alios articulos.

Primus articulus est, quando compromissum factum est de re pertinente ad ecclesiam, vel super eo est appositum iuramentum, tunc reductio ✝ petenda 5
est coram iudice ecclesiastico, *c.exposita, & c.peruenit, de arbitr.* Anton.de Butr. *in c.Quintauallis,num.40.de iureiur.& ibi Abb.nu.39.* Ancharan. *in regula; ea quæ, de.regul.iur.lib.6.in 17.q.vers.& iuxta prædicta:* cum aliis ad hoc allegatis per Stephan. Aufrer. *in tractatu de potestate secul.super ecclesiastic. regula 2. fallent.17. & de potestate ecclesiast.in secul.num.43.vers.centesimo tertio.*

Et ratio est, quia si ius dicentes, siue arbitratores fuerint mixtæ personæ, scilicet alter clericus, & alter laicus, cùm clericatus sit dignior, ✝ trahit ad se mi- 6
nus dignum, vt habetur *in l.final.C.de petit.heredit.& in l.præcipimus,C.de appellat.& l.alieni, ff.de solut.c.super quæstionum,de offi.deleg.cap.quod in dubiis, de consecrat.eccles.vel altar.* & ita reductio petenda est coram

iudice ecclesiastico, ita probat Roman. *in cons.265.in
casu proposito aduertendum est*, Maranta *de ordine iudic.
parte 4.dist.11.n.18.* Marcus Antonius Blancus *in tract.
de compromissis, q.10.principali.n.15.& seq.* Lanfrancus
de Oriano *in tract.de arbitris, diuisione 7.q.19.n.45.* qui
alios referunt, Felyn. *in c.1.de præscript.*

Nec facienda est differentia in hoc casu inter peti-
tionem reductionis, & appellationem. Quia & si ve-
7 rior sit opinio, quod reductio † petenda sit coram iu-
dice ordinario ipsius rei, Bart. *in l.si societatem, §.arbi-
trorum, col.3.vers.quis erit iudex, ff.pro socio*, Bart. & Bal.
in l.2.C.vbi, & apud quem, &c. cum aliis per Rol. *in
cons.24.vol.4.* qui in fine testatur hãc esse magis com-
munem opinionem, tamen ista opinio procedit ex il-
la regula, quod Actor sequatur forum Rei, sed in hoc
articulo, causa respectu spiritualium, & cæterorũ præ-
fatorum agitanda est coram iudice ecclesiastico: ergo
succedit altera verissima opinio, quod ista reductio
petenda sit coram iudice Ecclesiastico, ex latè conge-
stis per Roland. *in d.cons.24.n.13.vol.4.* vbi quod redu-
8 ctio † ad arbitrium boni viri petenda est coram eo iu-
dice, coram quo causa agitãda esset, compromisso ces-
9 sante. Item quia laudum, † iuncto compromisso est
quædam transactio, gloss. *in auth.vt different.iudic.§.1.*
Bald. *in l.præses, C.de transact.* vnde pro transactione
adimplenda debet adiri locus rei, vel locus fori ipsius
transactionis, hoc est, in quo facta est transactio, & cũ
in articulo præmisso loquamur de rebus ecclesiasticis,
necessariò concludendum est, fuisse in eius foro fa-
ctam; ergo & ibi petenda reductio.

Secundus articulus est, de re merè profana, nullo
apposito iuramento, & tunc si laicus & clericus com-
promittant in laicum & clericum, reductio petenda
erit coram iudice ecclesiastico, ex illa ratione, quia
magis dignum, &c. & confirmatur. Nam si arbitri sunt
10 † discordes in proferendo laudo, debent eligere ter-
tium, *c.cum speciali, §.1.de appellat.* Io. Baptist. *in tract.
de arbit.li.5.c.4.& c.8.in fi.& c.17.* & probatur, quia et-
11 iam iudices ordinarij † discordes in deliberanda futu-
ra sententia, tenentur eligere tertium, per textum, & i-
bi Bart. *in l.in offerendis, C.de appellat.& ibi* Saly. Fel. *in
l.fi.col.2.vers.prima declaratio, de re iudic.* Bartholom.
Bellencin. *in additionib.ad* Abb. *in d.c.fi.* Ias. *in l.si duo
iudices, & in l.inter pares, ff.de re iudic.* Sed si laicus, &
12 clericus † essent arbitri & discordes in electione ter-
tij, adeundus est ille superior, qui sit dignior altero,
Bar. *in l.si duo, ff.de re iudic.* quærit, quid si vnus est or-
dinarius, & alter delegatus sibi à Principe datus, & cõ-
cludit, quod recurrendum est ad superiorem delega-
ti, & sic Principem, quia magis dignum trahit minus
dignum, & iudex delegatus est dignior ordinario, *cap.
fanè, de offic.deleg. c.pastoralis, §.1. de off.ordinar.* pro-
pter quam rationem concludit Geminian. *in c. à duo,
de offic.deleg.li.6.* quando duo permiscentur, quorum
vnum est potentius altero, potentius attrahit ad se na-
turam minus potentis. Item quando concurrunt duæ
13 qualitates, quarum altera est potentior, illa præferen-
da est minus potenti, Abb. *in c.cùm non sit, in 3.not.de
decim.* per illum tex. Idem Abb. *in cap.fin. col.4. de re
14 iudic.* ait, quod si delegatus † concurrat cum ordinario,
& proferant sententias diuersas, recurritur ad Papam,
c.per hoc, de præbend.lib.6. vbi tex. dicit, si ordinarius,
puta episcopus, & Inquisitor discordant, recurritur ad
superiorem Inquisitoris, & sic ad Papam, Felyn. *in d.c.
fin.col.2.vers.quarta declaratio.* Bart. *in d.l.si duo*, quem
communiter omnes sequuntur, vt ibi per Ias. Idem
Felyn. *in d.c.fi.de re iudic.* dicit, quando iudices sunt cõ-
iuncti, semper debet considerari ille, qui in dignitate
præcellit, quod prius dixit Bald. *in d.c.fin.*

Denique pro confirmatione facit, quia aut laudum
est † datum ad fauorem clerici, & frustratoria esset 15
petitio reductionis coram superiore laico, quia laicus
iudex non posset compellere clericum etiam volen-
tem comparere coram eo, *c.si diligenti, de foro compet.*
quam rationem considerat Bart. in terminis appella-
tionis, *in l.2.ff.de appellat.* & in terminis reductionis
dicit Calcan. *in cons.127. vers.secundo facit eadem ratio.*
Aut laudum est datum contra clericum, & laicus non
poterit petere executionem laudi contra clericum,
quia forum eius, contra quem petitur executio, con-
siderandum est, non autem forum iudicantis, seu lau-
dum proferentis, ita docet Bal. *in l.cùm antea, C.de ar-
bitr.* per illum text. cuius sententiam esse communiter
receptam, testatur idem Calca. *in d.cons.127.col.2.vers.
quinto pro hoc facit.* ergo concludendum est, nullo mo-
do coram iudice laico, reductionem prædictam pe-
tendam esse.

Tertius articulus est, stante statuto de compromit-
tendo † inter coniunctos, si clericus & laicus compro- 16
miserint in clericum & laicum, adhuc reductio peten-
da est coram iudice ecclesiastico. Quia licet sit vera o-
pinio, quod si compromittatur in aliquos ex forma
statuti, quicunque sint arbitri, siue laici, siue clerici,
semper reductio † petenda est coram iudice ordina- 17
rio ciuitatis statuentis, quia dicti arbitri habent iuris-
dictionem à statuto prouenientem, Alex. *in l.ex facto,
§.si quis rogatus, in secundo, col.2.ff.ad Trebell.* ergo de-
bet haberi recursus ad iudicem superiorem illius iu-
risdictionis statutariæ. Imò dicit Bart. *in l.fi.C.de iud.*
quod dicti arbitri † vigore statuti de compromitten- 18
do, sunt ordinarij, siue delegati iuris, quia subintrant
locum iudicis ordinarij, & hanc sequuntur Hostiens.
& Io. Andr. *in c.suspicionis, de offi.deleg.* & propterea di-
cit Blanc. *in tract.de compromissis, q.10. principali, nu.15.*
quod si duo Paduam compromitterent in vnum Ve-
ronensem ibi habitantes, prolato laudo, reductio pe-
tenda est coram iudice ordinario Paduæ, & hanc opi-
nionem esse veram, quando fit compromissum vigo-
re statuti, probat ibidem Blancus, & *in 6.qu.principal.
q.1.in fi.* Abb. *in d.c. Quintauallis nu.39.vers.sed ego li-
mito, de iureiur.* Calcan. *in dict.cons.127.in princip.& in
col.2.vers.Nec in hoc attendenda est.* Tamẽ hoc † statu- 19
tum non habet locum in ecclesiasticis, vt plenè pro-
baui supra *casu 40.* ergo respectu clericorum isti arbi-
tri non dicuntur habere iurisdictionem à statuto, sed
illam cognitionem habent de iure communi, & sic re-
manent quæ dicta sunt in secundo articulo, etiam in
hoc præsenti.

CASVS CXXI.

Laicum factum clericum, siue religiosum
post contracta debita & obligationes,
vel commissa delicta, nunquam respe-
ctu personæ, posse citari, nec iudicari
per iudices seculares, licet secus sit re-
spectu bonorum, quando iurisdictio lai-
corum fuisset præuenta, secus si fieret
monachus.

SVMMARIA.

1 *Ordo superueniens tollit munus publicum.*
2 *Paganus accusatus de crimine, si fiat miles, non agitur coram primo iudice.*
3 *Clericum effectum post delictum commissum, qui teneant debere à iudice laico puniri.*
4 *Clericus delinquens, qui postea ducat vxorem, debet ad ecclesiasticum remitti.*
5 *Laicus effectus clericus pro contractibus & obligationibus factis ante clericatum debet coram iudice ecclesiastico conueniri.*
6 *Iudicium cœptum contra laicum in foro secularium, debet in eodem foro finiri, etiam si laicus fiat clericus.*
7 *Sententia contra clericum lata per iudicē secularem, quando sit exequenda per iudicem ecclesiasticum.*
8 *Laicus citatus à iudice laico, si fiat clericus, & nō compareat, non potest amplius mulctari.*
9 *Nec potest condemnari per iudicem laicum.*
10 *Clericus factus post delictum commissum, & accusationem, siue inquisitionem formatam per laicum, non potest amplius coram eodem procedi.*
11 *Prima tonsura est ordo ecclesiasticus.*
12 *Persona clerici effecti post delictum, non potest tangi per iudicem laicum.*
13 *Clericus factus post delictum non potest capi, aut in carceribus detineri per iudicem laicum absque excommunicatione.*
14 *Irregularis quis efficitur per homicidium.*
15 *Irregulariter quis impeditur suscipere sacros ordines.*
16 *Character imprimitur illegitimo suscipienti sacros ordines.*
17 *Character imprimitur laico suscipienti ordines, etiam homicidæ, existenti in carceribus.*
18 *Clericus nulliter factus, nullo modo potest detineri per iudicem laicum.*
19 *Clericatus etiam in fraudem susceptus mutat forum.*
20 *Fallit respectu condemnationis in bonis.*
21 *Laicus delinquens factus clericus post præuentam iurisdictionem iudicis laici poterit condemnari in bonis ab eodem iudice.*
22 *Monachus factus post delictum, & inquisitionem formatam debet iudicari per iudicem ecclesiasticum.*
23 *Irregularitas per ingressum religionis facilius dispensatur.*
24 *Nouitij sunt de foro ecclesiæ.*
25 *Monachus nunquam præsumitur factus in fraudem.*
26 *Ingressus religionis retrotrahitur ad votum.*
27 *Monasterio acquiruntur bona ingressi, etiam ante professionem.*
28 *Ingressus religionis retrotrahitur ad votum respectu iurisdictionis, & respectu bonorum.*
29 *Persona quando est priuilegiata, tunc augentur iura bonorum suorum.*

MAgna quæstio est de iurisdictione, an laicus factus clericus, mutet forum seculare, quoad cognitionem debitorum, vel delictorum commissorum tempore sui status laicalis. Et affirmatiuè videtur re-
1 spondendum, quia ordo † superueniens tollit munus publicum impositum, *l. prætor, circa prin. ff. de excusat.*
2 *muner.* Item si paganus † accusetur de crimine, & fiat miles, non agitur sub primo iudice, sed sub secundo, *l. qui cùm vno, §. reus, ff. de re militari, l. hos accusare, §. 1. ff. de accusat.* cum aliis ad hoc cumulatis per Anch. *in c. ea quæ, de reg. iur. li. 6. in 13. q. vers. secunda est opinio.* Pro contraria parte Bellamera *in cap. proposuisti, q. 2. de foro compet.* simpliciter tenet clericum † effectum post de- 3
lictum commissum debere à iudice seculari puniri, & sequitur Anton. Gomes. *in tit. quando reus gaudeat immunit. eccl. num. 5.* quia in delictis puniendis attenditur tempus delicti, non sententiæ, *l. 1. vbi Doct. ff. de pœn. l. iniuriarum æstimatio, ff. de iniuriis, l. doli. §. fi. ff. de seruo corrupto, l. si quis decurio, in fin. C. ad l. Cornel. de fals.* & propterea clericus † delinquens, qui postea ducat v- 4
xorem, & ita tacitè renunciet clericatui, non debet de illo delicto puniri per iudicem laicum, sed per ecclesiasticum, vt fuit decisum in prætorio Neapolis, vt testatur Franch. *decis.*.. Ad digerendum omnes difficultates tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, in præsenti casu explicabo quinque articulos.

Primus articulus est, laicus † effectus clericus debet 5
cognosci, & iudicari à iudice ecclesiastico pro contractibus & obligationibus factis ante clericatum, Iacob. Butr. *in l. quisquis, C. de episc. & cler.* quem refert, & sequitur Hippolyt. de Marsil. *in rubric. ff. de fideiussorib. n.* 110. Bald. post Cyn. *in auth. causa, quæ fit cum monacho, in fi. C. de episc. & cleric.* Alberic. *in l. nam Magistratus, n.* 3. *ff. de arbitr.* Cardinal. Alban. *in additionib. ad Bart. in l. si quis postea, ff. de iudic.* Alex. *in l. cùm quædam puella, n. 3. ff. de iurisd. om. iud.* Cardin. Zabarell. *in clem. 1. q. 9. de censib. & in clem. in agro, §. quia verò, in 7. q. de statu monach.* Felyn. *in c. ex tenore, n. 19. vers. fallit vndecimo, de rescript. & in c. fi. nu. 14. vers. & facerent, de constitut.* Lapus *allegat. 118. n. 4. vers. simili modo.* Federic. de Sen. *in cons. 97.* Gemin. *in c. nemo, 11. q. 1.* cum aliis per Franch. *in decis. Neapolitana 400.*

Secundus articulus est, iudicium † cœptum contra 6
laicum in foro secularium, si is postea fiat clericus, debet finiri coram eodem iudice seculari, quia in bonis patrimonialibus bona non mutarunt naturam, sed sententia contraria † clerico debet exequi per iudi- 7
cem ecclesiasticum. Hanc opinionem firmarunt Io. Andr. *in c. vnic. de obligatis ad ratiocin.* Specul. *in tit. de reo, §. 1. vers. sed quid si est criminalis,* Ancharan. *in d. c. ea quæ, in 14. quæst. de regul. iur. lib. 6.* Doct. *in c. quia. de iudiciis.* Socin. *in c. proposuisti, num. 46. & seq. vers. prima opinio, de foro compet.* vbi refert multas opiniones ad hoc. Stephan. Aufrer. *in additionibus ad* Capell. Tholosan. *super decis. 147.* cum aliis multis pulchrè & doctè ad hoc cumulatis, per Borgnin. Caualcan. *in decisione 10. num. 32. parte 5. sub titulo de delictis. fol. 48. in magnis.*

Tertius articulus est, laicus citatus, † siue ciuiliter, 8
siue criminaliter coram iudice seculari ad comparendum infra certum tempus, si infra dictum terminum efficiatur clericus, neque comparuerit, non poterit ab eodem iudice mulctari, nec in pœnam pecuniariam condemnari, quia non posset plus operari contumacia, quàm consensus, sed ipse non posset postea in laicum consentire, *capit. si diligenti, cum vulgaribus.* Ergo contumacia non posset esse causa mulctandi, & hanc opinionem tenet Bartol. *in l. ex quacunque, ff. si quis in ius vocatus non ierit,* & post multa quæ allegat, ita concludit Guido Pap. *in decis. 450.* dicens, textum *in d. l. ex quacunque.* loqui in eo contumace, qui si comparuisset, potuisset consentire in iudicem, & licet loquantur in citatione facta clerico, tamen idem iuris est in citatione facta laico, qui

infra terminum citationis efficiatur clericus, quia statim alterato statu personæ mutatur forum, adeo quod nec principaliter, nec incidenter coram iudice seculari distringi potest, vt post alios firmat Steph. Aufrer. *in additionib. ad* Capell. Tholosan. *in decis.* 144. & scripsi de hoc *in tract. de præuentionibus tribunalium vrbis, cap. de præuentionib. in genere, n.* 18. (quem composui in prima mea iuuentute, cùm inceperam aduocatum gerere in vrbe, quia illi excellentissimi seniores mussitabant me ignorare practicam vrbis.) Quare si post prædictam citationem infra terminum fiat clericus,
9 & non compareat, non est aliquo modo † condemnandus per iudicem secularem, & si quid contra illum fiat, est nullum ipso iure, vt latè scribit Marcambrunus *in cons.* 44. *in pluribus numeris.* & post plurimos, quos ad hoc allegat, ita testatur fuisse iudicatum Borgninus Caualcan. *in dicta decisione* 10. *num.* 6. *parte* 5.
10 Quartus articulus est: Clericus † factus post delictum commissum, & inquisitionem siue accusationem formatam coram iudice seculari, non potest vlterius molestari per illum. Et ratio est, quia imprimi-
11 tur character in quolibet ordine, etiam primæ † tonsuræ, qui est ordo per textum expressum *in c. cùm contingat, de ætate & qualit.* per quem characterem quisque sacer efficitur, atque eximitur ab imperiali iurisdictione, & ideo erit prius iudicandus per episcopum, & si delictum meretur dispositionis & mortis pœnam, facta depositione est, sicut in cæteris, seculari iudici tradendus, & hanc opinionem firmarũt Gulielm. de Cun. Iacob. Butricarius & Bart. *in l.* 1. *ff. de pœn.* Bal. *in l.* 1. *n.* 2. *C. an seruus ex facto suo*, Dyn. *in l. item Vlpianus. ff. de accus.* Ias. *in l. cùm quædam puella. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Ancharan. *in d. c. ea quæ, in* 13. *quæst. de regul. iur. lib.* 6. Stephan. Aufrer. *in cle.* 1. *de offic. ordinar. regula* 1. *falle.* 11. & si aliter iudices seculares faciant, eos malè facere, probat Couar. *in lib. practicarum quæstio. c.* 32. *n.* 4. *vers. tertia conclusio.* post Bart. & alios per eum
12 citatos, & quod persona † clerici in casu huius articuli non possit tangi neque molestari per iudices seculares, est communis opinio Doctorum *in c.* 1. *de oblig. ad ratio.* de qua testatur etiam Borgn. Caualcan. *in d. decis.* 10. *n.* 2. post Lambertin. *in c.* 1. *in* 13. *quæst. de hæretic. lib.* 6. Marcambrun. *in d. cons.* 44. *num.* 65. Placa *in epitomat. delict. cap.* 25. *numer.* 3. Socin. *in dict. cap. proposuisti. numer.* 46. *& sequent. versicul. primum exemplum, de fo-*
13 *ro compet.* Neque poterit capi aut detineri † per seculares, quin incidant in pœnam, *c. si quis suadente diabolo,* 17. *q.* 4. & committant sacrilegium, vt notant Lapus *allegatione* 118. & Cardinal. Albanus *in cons.* 13. ergo non potest detineri, donec fuerit per iudicem ecclesiasticum declaratum, an ab ipso iudice seculari puniendus sit, prout est communis opinio, de qua attestatur Lælius de Zanch. *in tract. de priuilegiis ecclesiæ, priuilegio* 85. *numer.* 13. & scribit etiam *in priuilegio* 79. *n.* 8.
14 Nec obstat quod per homicidium † quis efficitur irregularis, D. Antonin. *in tract. de irregularitate, ca.* 2. *in princ.* Felyn. *in c. ad audientiam, nu.* 2. *& seq. de homic.*
15 & per irregularitatem † impeditur quis accipere sacros ordines, Nauar. *in suo manuali c.* 27. *nu.* 191. *& sequ.* Cou. *in clem. si furiosus, in initio primæ partis, n.* 1. *de ho-*
16 *micid.* Quia etiam illegitimo † suscipienti ordines sine dispensatione imprimitur character, *c. quoad translationem, de temporib. ordinat. c. si. de temporib. ordin. li.* 6. *c. vel non est, de ætate & qualit.* Syluestrina in summa de ordine quantum ad suscipiendos. *c.* 2. *nu.* 21. licet ipso iure sit suspensus ab executione ordinis, Geminian. & Franc. *in c. eos, de temporib. ordinat. lib.* 6. Hostiens. & Ab. *in d. c. quoad translationem.* Et quod laico † homi- 17
cidæ imprimatur character, si fiat clericus, etiam si fieret in carceribus, & in fraudẽ iurisdictionis secularis, probat Franch. *in decis. Neapol.* 209. *num.* 4. *vers. hæc ratio procedit, & decis.* 384. *nu.* 12. *& decis.* 189. *nu.* 4. Propterea Borgnin. *in d. dec.* 10. *n.* 27. *parte* 5. probat supradictã opinionẽ procedere, etiam si Clericus † nulliter 18
fieret, & sine dispensatione, vt in bigamo, spurio & homicida. Nã donec fiat declaratio per episcopum, talem non potuisse fieri clericum, iudex laicus non poterit illum detinere, vel punire, quia clericus est, & character impressus est, ergo non sufficit sola declaratio, sed degradatione opus est, vt dixi.

Ex quo infertur non esse veram illam distinctionem communiter à Doctoribus traditam, an iste factus sit in fraudem † vel non, respectu personæ di- 19
stinguendæ per iudicem secularem, de qua distinctione latè per Io. Ant. de Nigris *in extrauagante vnica, de vita & honest. cleric. num.* 511. *& seq.* Quia, vt dixi, imo præsupposita fraude, impressus est character, adhuc debet per iudicem ecclesiasticum cognosci, & secundum ius canonicum puniri.

Licet possit prædicta distinctio fraudis defendi solum respectu † condemnationis in bonis, Immola *in* 20
cons. 118. *incip. in casu præmisso, & in cons.* 119. *inci. ad primum quæsitum.* concludit, quod supradicta communis opinio non potest procedere quoad pœnam personalem, sed solum quoad pœnam imponendam in rebus, & sic pecuniariam, Couar. *in d. c.* 32. *nu.* 4. *vers. tertia conclusio.* dicit, quod præsupposita fraude, videlicet clericatum † assumptum esse post delictum, & inqui- 21
sitionem, atque præuentam iurisdictionem laicorum, non poterit puniri in persona, sed tantum in bonis, & rerum mulcta, Farinac. *in titulo de inquisitione, quæstion.* 8. *numer.* 107. dicit quod etiam præsupposita fraude, licet non possit amplius à seculari iudice puniri, tamen poterit in pecunia, & in bonis, allegat Io. Andr. *in dict. c.* 1. *de obligat. ad ratiocin.* Archidiac. *in ca.* 1. *vndecima q.* 1. Bart. *in dicta lege prima, ff. de pœnis.* & hanc esse communem opinionem testantur Bossius *in titulo de pœnis, numer.* 38. Stepha. Aufrer. *in dicta regula* 1. *fallent.* 11. *numer.* 19. Couar. *in dict. versicu. tertia conclusio.* Clarus *in practica criminal. quæst.* 36. *versicul. sæpe numero contingit.* Borgnin. *in dict. decision.* 10. *nu.* 3. *parte* 5.

Quintus articulus est: Monachus † factus post de- 22
lictum, & inquisitionem formatam, debet cognosci & iudicari per iudicem Ecclesiasticum. Quia etsi non possit suscipere sacros ordines sine dispensatione, potest tamen fieri monachus, vt dicit Ab. *in c. in quibusdam, per illum text. num.* 1. *& num.* 4. *de pœnis. & ibi* Socin. *nu.* 11. Simon de Maiolis *in tractat. de irregularit. lib.* 2. *nume.* 6. imo facilius dispensatur super irregularitate † descendente ex proprio delicto propter in- 23
gressum religionis. Sũma Syluestrina *in ver. irregularitas. quæstione vltima.* Et quod nouitius † sit de foro 24
ecclesiæ, & non possit conueniri coram iudice seculari, firmat Hostiens. *in c. statuimus, colum.* 2. *in ver. posse, de regular.* Archidiacon. Ioan. Andr. Geminianus, & Franchus *in c. religioso. de sent. excomm. lib.* 6. Io. Andr. Gemin. & Franch. *in c. beneficium, de regular. lib.* 6. cum aliis per Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glossa* 8. *num.* 21. Ias. *in authent, si qua mulier, num.* 59. *C. de sacr. eccles.*

post Ang. *in l.1.ff.de pœnis.* per textum à simili *in l.statuliber. ff.de quæstionib.*

Et propterea in hoc articulo non procedit supradicta distinctio, an fuerit factus monachus in fraudem, vel non, quia respectu personæ non procedit, vt dictũ est, respectu verò bonorum nequaquam. Primò, quia nulla inquisitione formata, vel aliàs quandocunq; dubitaremus an deliquerit, non præsumitur in dubio fa-
25 ctus monachus † in fraudem, argum. *l.fi.§.1.ff.de bonis eorum, qui sibi mortem consciue.* & ita tenet Alberic. *in tract.de statutis, parte 3.q.41.in fin.* Dyn. *in l.item Vlpianus, in fin.ff.de excusat.tut.* cum aliis per Io. Antonium de Nigris *in extrauag.vni. de vita & honest.cler.n.512.* & per Farinac. *in d.q.8.nu.110.* Item, quia præsupposita inquisitione formata, & accusatione certa adhuc non præsumitur factus in fraudem, quando post dilectum fieret religiosus ex voto satis ante delictum emanato,
26 qui ingressus religionis † trahitur retro ad votum vnde habet originem, & ideo non posset puniri per iudicem secularem, Bal. *in l.1.C.an seruus ex facto suo.* quem sequitur Ias. *in l.cùm quadam puella, n.11.ff.de iurisdict. om.iudi.* Marsil. *singular.534.* & ita fuisse iudicatum, attestatur D. Regens Brugnolus, nũc meritissimus præsidens Senatus Mediolani *in decis.11.posita inter decisiones Borgnini Caualcani, in 5.parte, vers.secundo principaliter, fol.51.in magnis.* qui respondet contrariis.

Denique quod dicta distinctio fraudis non procedat respectu bonorum, apparet ex dictis à nobis supra *cas.95.* vbi ostendimus statim in ipso ingressu religio-
27 nis † acquisitum esse eius monasterio super bonis ipsius ingressi, vnde si infra annum professionis in monasterio moreretur, nullo condito testamento, ipsum monasterium succederet, atque excluderet omnes venientes ab intestato, & probauimus hanc esse veram
28 opinionem, quicquid alij senserint, ergo sicut ingressus religionis retrotrahitur ad votum, ad finem euadendi iurisdictionem secularem, vt non dicatur ingressus in fraudem factus, sic etiam debet dici respectu bonorum, quod minus affert præiudicij. Cùm igitur bona ingredientis in ipso ingressu translata fuerint in monasterium; ergo mutarunt naturam, quia
29 quando persona, † in quam transferuntur, est priuilegiata, tunc ab ipso priuilegio augetur ius translatum, & hoc ius auctum non habetur à transferente, sed à proprio priuilegio, *l.cùm quidam, §.debitores, ff.de vsuris.* cum aliis, quæ allegaui ad hoc probandum supra *casu 11.* Sed priuilegium monasterij est, ne conueniatur coram iudice seculari, ergo quantumcunque inquisitio & accusatio processerint ab initio, etiam respectu bonorum, non potest vlterius iudex secularis procedere. Imò etiam clericus succedens laico, contra quem erat cœptum iudicium, non tenetur illud idem prosequi, sed alia instantia incipienda est coram iudice ecclesiastico, vt plenè probaui supra *casu 33.*

CASVS CXXII.

Clericos non posse citari coram iudice laico super confectione inuentarij, licet habuerint interesse: nec inuentarium in bonis spolij clericorum posse fieri per iudicem laicum, nisi in casu quo clericus posset laicum habere heredem, vel essemus in feudalibus.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiastici heredes vel legatarij an possint citari coram iudice laico super confectione inuentarij.*
2 *Creditores vbi agere debeant contra heredem.*
3 *Clericos posse citari per edictum super confectione inuentarij qui teneant.*
4 *Citatio cum clausula, si sua putauerint interesse, qualis sit.*
5 *Edicta secularium monentia quemcunque ad comparendum non afficiunt ecclesiasticos.*
6 *Clerici non possunt citari per laicum cum clausula, si sua putauerint interesse.*
7 *Citatio probat iurisdictionem.*
8 *Citatio per edictum non sufficit, quando sumus certi de persona.*
9 *Citatus super inuentario conficiendo, dicitur reus necessarius.*
10 *Inuentarium, vt valeat contra clericum, debet moueri coram iudice ecclesiastico.*
11 *Citatis solum fit præiudicium per actum voluntariæ & contentiosæ iurisdictionis.*
12 *Inuentarium valet respectu citatorum, secus non citatorum.*
13 *Iudex competens in inuentario dicitur respectu subditorum suæ iurisdictionis tantum.*
14 *Inuentarium in bonis ecclesiasticorum an sit faciendum per iudicem laicum.*
15 *Inuentarium in spolio clericorum debet fieri per iudicem ecclesiasticum.*
16 *Inuentarium in bonis ecclesiasticorum est faciendum per iudicem laicum, quando perueniunt ad manus laicorum.*
17 *Clericus feudatarius potest citari coram iudice laico super reintegratione alicuius corporis feudi.*
18 *Iudex secularis cognoscit de feudo ciuiliter contra clericos.*
19 *Feudi qualitas si negetur per clericos, iurisdictio non spectat ad laicos.*

CVm heres vult hereditatem adire cum beneficio legis & inuentarij, iuxta *l.fin. C.de iure lib.* & super illius confectione citandi sint omnes creditores & legatarij, sæpe dubitatum est an Ecclesiastici, si fuerint † huiusmodi, citari possint coram iudice seculari 1
illius loci, vbi bona hereditaria, vel dictorum bonorum maior pars, vel vbi heres habet domicilium: in istis enim locis creditores † agere debent, cum volunt 2
consequi quod sibi debetur, *l.1.C.vbi de heredit. agi oport. l.si fideicõmissum, in prin. & in §.si æs alienum. ff.de iudic.* Bal. *in l.quod legatur, eod.tit.* gl. *in l.cum res. de lega.1.* vel vbi defunctus sortiebatur forum, videlicet si heres ibi reperiatur, *l.heres absens, in prin.ff.de iudic.* & electio pertinet ad ipsum actorem, glossa fi. *in l.fi.Cod. vbi in rem actio. & ibi latè* Castr. *col.2.* & latè per Ancharan. *in c. Romana, §.contrahentes, in 3. notab.de foro comp.lib.6.* Cuius occasione expedio tres articulos in materia iurisdictionis, respectu inuentarij.

Primus articulus est hic, qui præcipuè quæritur, an clerici † vel cæteri Ecclesiastici possint citari super 3
confectione inuentarij coram iudice laico. In quo Doctores concluserunt posse citari generaliter per edictum, vel specialiter, vt compareant, si sua putauerint interesse, Angel. *in l.1.§.hac stipulatio, col.6.ver.solũ ergo restat videre an possint requiri sacerdotes, ff.si cui plus quàm per legẽ Falcid.* vbi quod iudex laicus potest citare legatarios & creditores, etiam si sint clerici & præ-

prælati, vel existētes in magistratu, & dicit de hoc esse casum *in d. auth. de hered. & Falc. §. sancimus*, aliàs est *§. fine nobis, & ibi glossa in ver. dignitas, & sequitur ibi* Immola *col. 4. vers. itē adde in quantum Ang.* atq; ampliat procedere etiam in similibus casibus. Hanc opinionem firmarunt Doc. *in l. testamenta omnia. C. de testament. vbi* Bald. Paulus de Castr. Alex. & Ias. Idē Bal. *in l. final. in 5. qu. col. 12. vers. sed hic quæritur, C. de edict. diui Adr. toll.* Ale. *in l. prouinciali, §. si in publico, in fine, ff. de noui oper. nuntiat.* Fely. *in c. cum inter priorem, nu. 12. de excepti. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 68. de constit.* Ancaran. *in regula, ea quæ, in 17. quæst. de regulis iuris, lib. 6.* Monticulus *in tractatu de inuentario. cap. 7. n. 20.* Dec. *in dict. c. cum inter, num. 16. de exceptionibus.* Stephan. Aufrer. *de potestate seculari in ecclesiast. regul. 2. fallent. 12.*

4 Et rationem dicunt, quia citatio, † si sua putauerit interesse, non est vera & simplex citatio, sed potius monitio, vt compareat, si voluerit, quæ nullam de iure præsupponit necessariam superioritatem, vt per glo. *in c. cum causa, de offi. deleg. & in c. dilecti, de except. & ibi communiter omnes.* & ideo non arctat citatum ad necessario comparendum, (vt ait Inn. *in d. c. dilecti.* & dicit Bald. *in d. l. testamenta, col. 2. C. de testament.* quod huiusmodi citatio dicitur potius ad voluntatem exquirendam, quàm ad causam, vnde citatus cum hac clausula non potest dici contumax non comparendo, & actus ipse valebit, quia iudex & pars faciendo quod possunt non tenentur ad ampliorem obseruantiam, *l. mulier. §. si quis hereditarium, ff. de cond. institut.*

5 Ego autem declaraui supra *casu 37.* edicta † iudicum secularium monentia quemcunque ad comparēdum, si sua putauerint interesse, nullo modo afficere clericos, quia huiusmodi citationes sunt exorbitantes à iure communi, *clem. causam, de electione, l. dies, §. prætor ait, ff. de damno infecto.* Ergo non possunt in odiosis comprehendere clericos, & ibi latius probaui

6 *in articulo 2.* Quod autem non possit fieri citatio † in specie contra clericos, etiam cum clausula; *si sua putauerit interesse*; probaui ibidem, in casu quo futurus esset reus necessarius. Nunc probo etiam in casu, quo clericus ex propria voluntate agere vellet. Nam cer-

7 tum est, quod citatio † denotat iurisdictionem, cum non possit fieri extra territorium citantis, Bartol. *in extrauag. ad reprimendum, n. 9. & in l. omnes, §. verum si apparitor, n. 2. C. de episc. & cleric.* Sed quilibet actus à secularibus factus, etiam ad fauorem clericorum, etiam si concederent priuilegia clericis, dicitur nullus, & inualidus, quotiescunque fit per modum superioritatis & iurisdictionis, vt communiter per scribentes *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* & per Alex. *in consil. 211. n. 2. vol. 2.* & dixi millies in præcedentib. vnde, aut

8 sumus certi de persona, † & ipsam non sufficit citare per edictum generaliter, Bartol. *in extrauag. ad reprimendum, nu. 16.* cum aliis, quæ dixi *in d. casu 37. articu. 1.* Aut citatur personaliter cum clausula; *si sua putauerit interesse*, & licet fiat monendo, dicitur nulla, tanquam facta à non habente potestatem. Item quia etsi per dictam citationem dicatur reus voluntarius, tamen hoc procedit respectu comparitionis, id est, si ipse volue-

9 rit comparere, sed respectu † inuentarij faciendi, ipse dicitur reus necessarius, quia illud inuentarium valebit contra omnes citatos, & in omni casu ipse clericus debet opponere declinatoriam fori, aliàs tanquam transgressor canonum puniri debet, vt post Bald. *in l. 1. C. de indicta viduit. tol.* dicit Phanucc. *in tr. de inuentar. parte 3. n. 23.* Imo etiam in casu, quo voluntariè vult comparere coram iudice laico, debet sui episcopi licentiam obtinere, vt dixi supra *casu 34.* Propterea, vt inuentarium † fiat validum, opus est mone- 10 ri clericum per suum iudicem competentem, sicut in cæteris extra ditionem ius dicentis in inuentario fieri debere, ostendit Monticulus *in tractatu de inuentario, ca. 7. n. 20. in fine.* Et quando replicaretur, hanc monitionem faciendam esse per iudicem inuentarij; detis instantiam; quid enim aliud est hoc, quàm defendere iurisdictionem secularem, quod est omnino reprobatum, vt dixi, tanto magis quia si clericus legatarius, aut creditor in inuentario non citaretur, inuentarium non vitiaretur in totum, quoniam sicut actus iurisdictionis contentiosæ citatis † præiudicat, & ir- 11 requisitis non præiudicat, *l. 2. ff. de fide instrument.* ita dicendum est in actu voluntariæ iurisdictionis, & extraiudiciali, & dicit Phanucc. *in d. parte 3. num. 26.* quod citatio legatariorum & creditorum in inuentario non est de sollemnitate formali; sed de sollemnitate extrinseca, ideo ob defectum citationis, in aliqua parte commissum, non dicitur inualidare inuentarium † in totum, sed solum quoad non citatos, & vi- 12 deo ad hoc Bald. *in auth. si omnes, C. si vt se ab hereditabstin.* vbi fatuum appellat iudicem credētem ob prætermissam aliquorum citationem inuentarium vitiari. Non igitur valet argumentum, iudex secularis est competens respectu inuentarij † faciendi, ergo debet 13 monere etiam Ecclesiasticos, quia intelligitur quoad eos, qui subsunt suæ iurisdictioni, quo vero ad alios remedium est, quod moneantur coram suo iudice competente, aliàs inuentarium remanebit validum quoad citatos.

Secundus articulus est: Inuentarium † in bonis ec- 14 clesiasticorum an sit faciendum per iudicem secularem, Benedictus *in c. Raynutius, in ver. & vxorem, decis. 2. numero 13. & sequ.* tenet indistinctè debere fieri per iudicem laicum. Ego autem distinguo per duo capita: Primum est, quando bona Ecclesiasticorum perueniunt ad manus religiosorum, siue clericorum, tunc nullo modo potest fieri per iudicem secularem, vt est in casu spolij † clericorum. Nam eorum bona pa- 15 trimonialia gaudent priuilegio exemptionis, ne sint subdita iurisdictioni laicorum, Bart. *in l. placet, ff. de hered. actionib.* & sequuntur conditionem & priuilegium personæ, non econtra, *l. 2. Cod. quibus & quando quarta pars deb. lib. 10.* per quam rationem ita fuit iudicatum in Parlamento Delphinali, vt testatur Frāncisc. Marc. *decis. 105. parte 1.* Secundum est, quando bona † ecclesiasticorum perueniunt ad manus laicorum, 16 & tunc inuentarium faciendum est per iudicem secularem, quia bona affecta priuilegio clericali, per mutationem personæ, desierunt esse ecclesiastica, & sequuntur conditionem heredum, *l. Paulus respondet per procuratorem, §. 1. ff. de acquir. heredit.* & ibi Bart. post Dyn. probat hoc, & latius per Paulum de Castro, & ita est casus decisus, vt per Guidon. Pap. *decis. 261. inci. cappellano.*

Tertius articulus est: Clericus † feudatarius potest 17 citari coram iudice seculari super reintegratione alicuius partis feudi ponendæ & describendæ in inuentario feudi, ita doctè probat Paris de Puteo *in tractatu de reintegratione feudi, capitul. 198.* quod incipit; *An citatus super reintegratione.* Et ratio est, quia iudex secularis † cognoscit de feudo ciuiliter contra 18 Eccle-

Ecclesiasticam personam, *c. verum, de foro comp.* & dixi latius supra *casu 16. & casu 89.* Item iurat fidelitatem laico, à quo feudum tenet, per notata *in c. nimis, de iureiur.* & de episcopo feudatario habetur *in c. solitæ, de maior. & obed.* & per Inno. *in c. veritatis, de iureiu.* propterea potest citari, vt deponat bona feudi in inuentario, quia hoc continetur sub forma fidelitatis.

Declaratur hic articulus, vt procedat, quando notorium est, ista bona, quæ petuntur contra clericum in inuentario feudi desc[r]ibi, esse bona feudalia, neque
19 id negatur, † quia ista est qualitas, quæ fundat iurisdictionem laici contra clericos in feudis, vt per Anton. de Butr. & cæteros *in c. cæterum, de iudiciis, & in c. cum laicus, de foro compet.* sed si negaretur ista qualitas, ante omnia probanda est coram iudice Ecclesiastico, vt post Anton. de Butr. Lapum & Archidiacon. quos allegat, probat Paris de Put. *in d. c. 198. n. 30. & plur. seq.*

CASVS CXXIII.

Neq; creditores in maiori quãtitate posse cogere clericum in foro seculariũ ad concurrendũ super aliquo pacto ad beneficium debitoris: neque ipsum debitorem posse, cedendo bonis, agere contra clericum creditorem in eodem foro, nisi per viam reconuentionis.

SVMMARIA.

1 *Creditores quando solent remittere partem debiti, vel dare dilationem debitori ad soluendum.*
2 *Creditorum maior pars potest remittere partem debiti, non totum.*
3 *Creditores siue in actione personali, siue reali possunt remittere partem crediti.*
4 *Creditores in actione personali non cogunt creditores in hypothecaria.*
5 *Cessio bonorum est actus reiterabilis.*
6 *Renuntiari non potest beneficio cessionis bonorum.*
7 *Debitor qui habuit dilationem quinquennalem non potest cedere bonis.*
8 *Creditorum maior pars vt possit præiudicare minori, requiritur vt conuocentur simul.*
9 *Clericus concreditor laici non potest per cæteros creditores citari coram iudice laico ad concurrendum cum maiori parte creditorum.*
10 *Iurisdictiones sunt distinctæ.*
11 *Clerici nullo modo possunt trahi coram iudice laico, siue agatur reali, siue personali, siue alio iudicio.*
12 *Creditorum maior pars facit præiudicium minori, solum in casibus expressis.*
13 *Reconuentio non datur contra clericum creditorem facientem detineri in carceribus suum debitorem.*
14 *Causa indiuidua expedienda est coram iudice ecclesiastico.*
15 *Debitor laicus non potest conuenire clericum coram iudice laico super cessione bonorum.*
16 *Cessio bonorum in quibus casibus non permittatur.*
17 *Clericus consentiens in iurisdictionem laicorum est puniendus.*
18 *Debitor carceratus per clericum creditorem reconuenit ipsum super cessione bonorũ coram eodem iudice.*

1 QVando debitor aufugit extra ciuitatem, nec possunt creditores illum persequi, neque in eius bonis, quibus caret, solent creditores † vel remittere partem debiti, vel dare dilationem certi temporis ad soluendum, idem solent facere heredi, si debitor mortuus esset, & heres nollet adire hereditatem, *l. iuris gentium, §. hodie, l. maiorem, l. rescriptum, ff. de pactis.* quas leges in prædictis casibus intellexit Afflictus *in dec. 278.* Et hoc posse fieri, etiam si debitor minimè dicat se velle cedere bonis, prout requiritur *in l. final. C. qui bon. ced. poss.* dicit Fran. *in dec. Neapolitana 82. nu. 1.* Verum si creditores omnes non sunt concordes in hoc, solet maior pars creditorum minorem conuincere, atque cogere ad concurrendum iuxta voluntatem maioris partis, vt habetur in præfatis locis citatis.

Id autem intelligitur, dummodo velint remittere partem, † secus si totum eorum creditum, quia non possent in toto præiudicare cæteris in minori quantitate, Immola & communiter Doc. *in l. 4. §. Cato ff. de verb. oblig.* Roman. *singular. 99. incip. creditores possunt,* Straccha qui alios allegat *in tractatu de decoctoribus, parte 6. n. 12.* Item intelligitur, posse fieri dictã remissionem partis debiti, siue fiat inter creditores † in actione personali, inter quos non cadit prælatio, sed seruatur dispositio legis pro debito, *C. de bonis auctor. iud. possid.* siue inter omnes creditores hypothecam habentes, quia licet in eis seruetur regula *l. qui prior, ff. de reg. iuris.* tamen conquassantur priuilegia, & vnus cogit alterum in minori quantitate, vt per Vrsill. ad Afflict. *in d. decis. 278. in fine.* Sed creditores in actione personali † non possent cogere creditores in actione hypothecaria ad remittendum partem debiti, vel dandum dilationem, etiam respectu bonorum, licet possent hoc facere respectu personę, Franch. *in d. decis. 82. n. 8.*

Solent etiam debitores falliti & decocti cedere bonis, quod est remedium miserabilium personarum, vt *toto tit. C. qui bonis ced. pos. & c. Odoardus, de solutionib.* & cessio † bonorum est actus reiterabilis, qui potest iteratò fieri in præiudicium aliorum creditorum, cõtra quos prima cessio facta non fuit, Salyc. *in l. ex contractu, in fine, C. qui bon. ced. poss. & ibi Castr.* adeo quod huic beneficio † cessionis bonorum renuntiari non potest, Capella Tholosan. *dec. 320.* Guido Pa. *decis. 211.* Alc. qui alios allegat *in l. quia, §. eleganter, col. 2. ff. solut. matr.* cum aliis per Vrsill. *super d. decis. 278. in fine.* Verum si debitor † dilatione quinquennali semel gauisus est, non potest postea bonis cedere, glossa communiter recepta *in l. cum solito. in fine, C. qui bon. ced. poss.* & sequitur Afflict. *in d. decis. 278. n. 2.*

Sed quia creditores † quando volunt remittere partem debiti, aut debitori concedere dilationem temporis, necesse est, vt omnes in vnum conuocentur, & congregentur, *l. suam quoque, §. fin. ff. de pac. vbi Bart. Ale. & Salycetus. ibi. in vers. hodie tamen ita demũ pactio huiuscemodi creditorib. obstat, si conuenerint in vnum, & cõmuni consensu declarauerint, quota parte debiti contenti sunt. d. l. final. vbi etiã Bal. C. qui bon. ced. poss. in vers. vt in omnib. in vnũ coadunatis, &c.* Ias. *in d. l. rescriptum, ff. de pactis,* cũ aliis per Straccham *in d. trac. de decoctorib. parte 6. n. 16. & n. 19.* Quia in actibus tangentibus plures, vt singulos, non vt vniuersos, ad hoc vt maior pars aliis præiudicet, necesse est, in vnum conuocandos & congregandos esse, quia facile contingere potest, quod minor pars in suam sententiam maiorem trahat, *c. 2. & ibi Doc. de arbit. lib. 6. l. si tres, ff. de arbitris.* Bartol. *in l. 2. C. de decur. li. 10. ca. cum omnes, vbi Ab. n. 8. de constitut.* Et quando congregatis omnibus maior pars in vnam venerit sententiam, potest cogere minorem partem coram iudice ad concurrendum

dum. Item quia cessio bonorum debet etiam fieri coram iudice, citatis omnibus creditoribus quorum interest.

Ideo dubitari contingit in materia iurisdictionis, quid iuris sit, si inter istos creditores reperiatur aliquis clericus, an possit citari per alios concreditores, siue extraiudicialiter, siue coram iudice seculari, siue per ipsummet debitorem super cessione bonorum, & vt dubitatio euanescat, explicari potest per duos articulos.

9 Primus articulus est: Clericus † concreditor laici non potest per cæteros creditores cogi coram iudice laico ad concurrendum circa diminutionem partis debiti, vel concedendum dilationem temporis. Nam etsi Vrsillus *in additionibus ad Afflictum in decis.* 380. *nu.*7. dicat, fuisse iudicatum in his casibus in prætorio Neapolis contra clericum, etiam petentem remissionem ad suum iudicem ecclesiasticum, tamen nullá rationem affert, nec aliquid potest allegari, & omnia iura sunt de directo contraria. In hoc enim iudicio clericus concreditor condemnandus est; ergo per iudicé ipsius rei, ex reg. *c. si clericus, & c. cum sit generale, de foro compet. & l. actor, Cod. vbi in rem actio.* etiam si æquè priuilegiatus sit cum ipso reo, quia tunc eorum priuilegia penitus conquassantur, Franch. *decis.* 188. tanto magis in clerico, *d. c. cum sit generale, & auth. statuimus, C. de episc. & cler.* vbi nullo modo laicus, quacunque dignitate fulgeat, potest recognoscere in clericum, etiam consentiente ipso & episcopo suo, *d. c. si diligenti, & c. ex transmissa, de foro compet.* Deus enim ipse di-
10 stinxit † iurisdictiones, *c. cum ad verum, c. denique, dist.* 96. & laici non habent iurisdictionem in Ecclesiasticos, etiam de consensu episcopi, *auth. vt clerici apud proprios episc.* Afflict. *in constitutione regni incip. de personis, in* 1. *notab. c. qualiter, de iudiciis.* & ibi Io. An. pro-
11 bat, clericum † non posse trahi coram iudice seculari, siue agatur reali, siue personali, siue petitorio, siue possessorio, siue iudicium sit summarium, siue ordinariū, Socin. *in consi.* 13. *nu.* 12. *& n.* 30. *vol.* 4. Iura enim detestantur, quod laicus vel minimo modo animaduertat in clericum, Grammat. *voto* 18. *n.* 7. Maranta *de ordine iudic. parte* 4. *dist.* 11. *n.* 2. Et ad hoc conferunt mille similia dicta à nobis in præcedentibus, ex quibus non possum considerare rationem, propter quam motum fuerit illud prætorium, in condemnando clericum concreditorem ad concurrendum.

Nec posset iudicari contra clericum in causa recõuentionis, puta si is creditor in carceribus detineri faceret suum laicum debitorem coram eius iudice, quia
12 concursus maioris partis † creditorum potest tantum in casibus expressis per Afflictum *in d. decis.* 278. præiudicium inferre minori parti, in cæteris nequaquam, Franch. *decis.* 82. & hic non est de expressis; imo
13 non dicitur reconuentio, † sed nouuum iudicium inter creditores laicos & clericum. Neque possumus dicere clericum posse conueniri in casu huius articuli propter connexitatem causæ, quia vt diximus supra *casu* 34. etiam in iudicio euictionis, vbi clericus venditor tenetur defendere, prætorium Neapolis iudicat, clericum esse remittendum, & laicum retinẽdum.
14 Et quando causa † esset indiuidua, expedienda esset coram iudice ecclesiastico ex illa regula, quia magis dignum trahit ad se minus dignum, de qua diffusè tractauimus supra *casu* 118. Et quod causa sit indiuidua probari potest ex eo, quia clericus creditor facit partem in numero creditorum, & *dict. l. maiorem, cum similib. ff. de pact.* loquitur de omnibus. Quare iudicium concreditorum non potest fieri contra clericum coram iudice seculari; sed fieri debet coram ecclesiastico.

Secundus articulus est, laicum debitorem † petentem se admitti ad miserabile beneficium cessionis bonorum, non posse conuenire clericum suum creditorem coram iudice seculari, propter rationes dictas in præcedenti articulo; tanto magis, quia debitores † in multis casibus non sunt admittendi ad hoc beneficiũ, puta si in dolo & culpa fuerint, *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. cred. vbi* gloss. Cyn. & Bart. Bal. *in l.* 1. *col.* 2. *C qui bon. ced. poss.* Canonistæ *in c. Odoardus, de solution.* late Ias. *in §. fin. in* 4. *&* 5. *limitat. Instit. de action.* vt sunt decoctores & falliti, deceptores & fraudatores, vt dicit Bald. *in consil.* 382. *vol.* 5. quẽ refert, & sequitur Io. Baptista *in tract. de debitore suspecto, q.* 1. *col. fin. vers. illud scio.* Item non est admittendus ad hoc beneficium, qui sciens se non posse soluere infra certum tempus promittit infra illud soluere, & sic dolosè facit, vt dicit Castrens. *in l. indebitati. nu.* 3. *C. de non nu. pec.* Bal. *in c. licet vasallus, si de feud. fuer. controuers.* Affli. *in constitutione regni incip. quia frequenter. col.* 4. Dec. *in cons.* 352. *n.* 2. *in fine.* Alex. *in consil.* 137. *vol.* 6. *& cons.* 205. *vol.* 2. & multi sunt casus similes indigentes discussione, an sint impedimentum admissionis huius beneficij, quæ non potest fieri in clericum per iudicem laicum, imo si clericus † consentiret in iurisdictionem laicorum, extraordinariè puniendus esset, vt post alios probat Grammatic. *decis.* 91. *n.* 8.

Declaratur hic articulus, vt non procedat, quando debitor detineretur † in carceribus ad instantiam clerici creditoris, tunc enim per viam reconuentionis posset petere contra clericum admitti ad hoc beneficium cessionis. Nam etsi multi velint reconuentionem debere fieri super eadem re, Ab. *in c.* 1. *de mutuis petit.* tamen posse fieri super re penitus diuersa, probat Maranta *de ordine iudic. parte* 4. *dist.* 6. *n.* 5. *& plur. seq.* & ita fuit sæpius iudicatum, vt per Viuium *decis.* 49. *n.* 5. *lib.* 1. quę multo magis est admittenda hic propter æquitatem.

CASVS CXXIV.

Clerici deputari sequestri per iudices seculares non possunt per eosdem cogi ad restitutionem ipsius.

SVMMARIA.

1 *Clericus potest deputari sequester à iudice laico.*
2 *Clerici nullo modo possunt se ingerere in negotiis secularium.*
3 *Clerici non possunt ferre testimonium pro laicis sine licentia episcopi.*
4 *Clerici non debent recipere sequestrum, vel depositum laicorum, sine licentia episcopi.*
5 *Executio laicorum contra clericos semper est facienda per ecclesiasticum.*

HIc casus similis est illi de clerico depositario, de quo scripsimus supra *casu* 104. Nam cum receptum sit inter Doctores, clericum † posse deputari 1 sequestrum à iudice laico, concludunt etiam iudicem laicum posse sibi pręcipere vt restituat, Bal. *in l.* 4. *§. si satisdatum, vbi* Ias. *n.* 6. *ff. qui satisd. cog.* Stepha. Aufr. *in tractatu de potestate seculari in ecclesiasticos. regula* 2. *fallentia* 14. *versic. & istud posset adduci. & in additionibus ad Capell. Tholosan. in decisione* 167. Afflict. *decisio.* 74. cum

74. cum aliis per Vincentium Carro. *in tractatu de sequestro parte 1. in 1. q. 5. quæstionis princip.*

2 Sed quia receptum est, clericum † nullo modo posse se ingerere in negotiis secularium, etiam in quibus nullum præiudicium affertur iurisdictioni ecclesiasticæ sine licentia sui proprij episcopi, Bald. *in l. 1. C. de indicta viduit. toll.* quem sequitur Phanucc. *in tract. de inuentar. parte 3. n. 23.* & dixi supra *casu 34.* vnde non
3 potest † ferre testimonium in iudicio secularium sine licétia proprij episcopi, vel sui superioris, probat Farinac. esse communem opinionem *in tract. de testibus. quæst. 61. n. 83.* Ideo neque depositum, neque † seque-
4 strum recipere debet, sine proprij episcopi licentia, & aliter faciens extraordinariè est puniendus. Quarè concludo posse iudicem laicum inter acta iudicialia ordinare sequestrum esse restituendum, sed executionem huius ordinis esse faciendam per iudicem Ecclesiasticum, quia in quocunque casu potest clericus condemnari per iudicem secularem, puta in causa re-
5 conuentionis, semper executio † sententiæ facienda est per episcopum loci, ad instantiam iudicis secularis, vt probant Anton. de Butrio & Soci. *in c. 1. de mutuis petit.* & ad hoc conferunt scripta per Salic. *in l. episcopali, C. de episc. audient.* & per Vrsill. *in additionib. ad Afflict. super decis. 173. nu. 2.* & notatur *in c. postulasti, de foro compet.*

CASVS CXXV.

Clericos nullo modo posse conueniri coram iudice seculari in realibus.

SVMMARIA.

1 *Clerici in realibus an posint iudicari per laicos ex consuetudine.*
2 *Clerici in realibus non possunt conueniri coram iudice laico de iure.*
3 *Persona exempta facit rem esse exemptam.*
4 *Clericus etiam in realibus debet gaudere priuilegio clericorum.*
5 *Iudex ecclesiasticus quando est competens ratione rei sitæ.*
6 *Clerici in bonis patrimonialibus, etiam in realibus gaudent priuilegio fori.*
7 *Bartolus* in l. sacrosanctæ, C. de episc. & cleric. *reprobatur.*
8 *Bona clericorum esse de foro laicorum, qui teneant.*
9 *Executionem in bonis clericorum debere fieri per secularem, qui teneant.*
10 *Dominium bonorum ecclesiæ est penes Deum, & ecclesiam vniuersalem.*
11 *Dominium patrimonialium clericorum non est Principis, sed ipsorum.*
12 *Imperator non habet dominium rerum particularium subditorum.*
13 *Princeps est dominus vniuersalis quantum ad protectionem.*
14 *Princeps non potest alterare bona subditorum.*
15 *Rex Franciæ non potest alienare vnam ciuitatem inuitis ciuibus.*
16 *Vasallorum interest non mutare dominum.*
17 *Bona quæ perueniunt ad dominium clericorum mutant naturam.*
18 *Princeps nullo modo potest præiudicare domino particularium.*
19 *Forum mutatur ex mutatione conditionis personæ.*
20 *Fori iurisdictionem fundat persona, non res.*
21 *Clerici in patrimonialibus gaudent omnibus priuilegiis quibus gaudent ecclesiæ.*
22 *Bona clericorum non posse arrestari per iudicem laicum, contra Baldum.*
23 *Executio sententiæ reconuentionis per iudicem laicum debet fieri per ecclesiasticum contra clericos.*
24 *Consuetudo laicorum nulla potest introduci iudicandi in realibus contra clericos.*

Licet iura sint clara, quod clerici neque criminaliter, neque ciuiliter, etiam in actione reali possint iudicari per iudicẽ laicũ, *c. at si clerici, de iudic. c. si diligenti, cum similib. de foro comp. auth. statuimus, & auth. clericus, C. de episcop. & cleric.* tamen quia ex consuetudine quarundam prouinciarum Europæ introdu-
ctum est, vt clerici in actione † reali iudicẽtur per se- 1
culares, vt attestantur isti Doctores, Io. Fab. *in §. finali Institu. de satisdationib.* dicit, quicquid sit de iure, scio quod de consuetudine in regno Franciæ clerici conueniuntur in realibus coram iudice seculari, & cum sim de regno, leges regni nõ impugno, de quo etiam per Stephan. Aufrer. *in repetitione clem. 1. de offi. ordina. n. 87. & in tractatu de potestate sec. in ecclesiast. regula 2. fallen. 4.* Boerius *in decis. 99. n. 22.* dicit, quod in regno Franciæ iudicatur secundum consuetudinem Regis, Costalius *in l. venditor, ff. de iudic.* Carolus Molineus Parisiensis *in consil. 12. nu. 8.* Et ita quoque seruatur in Imperiali Camera, vt attestatur Mynsinger. *in lib. obseruationum, centur. 1. obseruat. 22. n. 2. & centur. 4. obseruat. 95. & centur. 5. obser. 93.* idem attestatur Gail. *obseruat. 37. n. 4.* & rursus *in lib. de pignorationibus, obseru. 7.* Ideo in duobus articulis videamus quæ sit veritas de iure communi. Deinde an dicta consuetudo possit aliquid disponere, & præiudicium inferre dispositis per ius commune.

Primus igitur articulus est: De iure communi clerici nullo modo possunt conueniri in actione † reali 2
coram iudice seculari. Hanc opinionem tenent Ioan. And. *in c. qualiter, de iudic.* vbi clericus coram iudice seculari non potest trahi, siue agatur reali, siue personali, siue petitorio, siue possessorio, Socin. *in consil. 12. nu. 13. & nu. 30. vol. 4.* quod cum aliis citat ad hoc Rol. *in consi. 12. n. 37. & plur. seq. vol. 2.* Idem tenet Collecta. *in dict. c. qualiter, de iud.* per tex. *in dict. auth. statuimus, C. de episcop. & cleri.* vbi prohibetur in ciuilibus, & in criminalib. & per *d. c. si diligenti.* sed actio realis ciuilis est. Item quia si persona † est exempta, ergo & res 3
eius. Idem notat Archidiacon. *in c. 1. de cleric. coniug. lib. 6.* & Abbas *in d. c. qualiter, n. 8. de iudiciis.* vbi quod nõ bene dixit Guglielm. de Cun. *in l. de his, Cod. de episcop. & cleric.* ratione tributi pro re quam tenet posse conueniri clericum coram iudice laico. Item Specul. *in tit. de reo, §. 1. vers. item clericus, & in titulo de competentis iudicis aditione, §. 1. vers. in clericis.* Pro hac opinione à multis allegatur Baldus *in authent. clericus, C. de episcop. & cleric. & in c. decernimus, de iudi.* quam dixit esse veram opinionem Petr. Iacob. *in sua pract. in titulo de rei vendicat. circa finem, & in titulo de vi bonorum raptorum.* eandem communem opinionem testatur Albericus *in dict. authen. statuimus.* quam disputando latè defendit, eandem esse magis communem testatur Mynsinger. *in dict. obser. 22. nu. 2. centuria 1.* & de communi etiam testatur Stephan. Aufrer. *in d. limitatione 4. vers. & in summa ista est communis opinio.* vbi etiam quod de stylo Curiæ Romanæ sic obseruatur, & ita fuit decisum in Rota Romana *decisione 5. de foro*

com-

4 *competent.in antiq.*vbi quod clericus †etiã in reali de-
bet gaudere priuilegio clericali, vt cõueniatur coram
iudice Ecclesiastico, de quo etiam scripsit Viuius *in*
*decis.49.n.3.lib.1.*cuius opinionis potissima ratio con-
siderada est, quia semper consideranda est qualitas
personæ, quę conuenitur ratione rei sitæ,& ideò si cõ-
ueniendus ratione rei sit clericus, iudex † cõpetens est
5 Ecclesiasticus in loco rei sitæ, vt doctè probat, & latè
deducit Socin.*in c.sanè si Episcopus, num.9.de foro com-*
*pet.*post Archidia.& Oldrad.quos allegat.

Et intelligo hanc opinionem esse veram, non so-
lùm respectu bonorum Ecclesiæ, & acquisitorum ex
6 suo beneficio, sed etiam respectu bonorũ sui † patri-
monij, Inno.*in c.1.de apostatis,* vbi quod clerici simpli-
ces gaudent omnibus priuilegiis, & immunitatibus,
dùmmodo clericaliter viuant, non negotiando, quem
sequitur Parpalia *in repet.l.placet, nu.22.C.de sacros.Ec-*
7 *cles.*Nec obstat doctrina Bart.† *in l.sacrosanctæ, Cod.de*
Episcop. & cleric. vbi quod clerici gaudent priuilegiis,
& immunitatibus Ecclesiæ solum in acquisitis ex sua
Ecclesia,& beneficiis, & Capra *reg.102.n.100.*per tex.
in auth.presbyteros, C.de episcop.& cleri. Quia imò per
d.auth. presbyteros, apparet Bart. non bene sentire, vt
ponderat Barbat. *in c.quia nos, col.3.de testam.*ponde-
rãdo verba dictæ authenticæ, *in vers. res quomodolibet*
ad eorum dominium venientes habere sub sua potestate
præcipimus, & in d.auth.sacrosanctæ, in vers.quæcunque
bona, quo tempore fratribus non conferant, & hanc opi-
nionem probat Ias.*in l.filiæ licet, col.2.C.de collationib.*
& pluries nos probauimus supra esse communem, &
veram opinionem, clericos gaudere omnibus priui-
legiis, & immunitatibus etiam respectu bonorum sui
patrimonij.

Neque obstat contra principalem opinionem hu-
ius articuli, quod personæ clericorũ sunt de foro Ec-
8 clesiastico, sed res † sunt de foro laicorum, vt dicit Im-
mol.*in c.postulasti, de foro comp. & in c.nominis, de im-*
*munit.Eccles.*Vnde Bald.*in auth.sed periculum, Cod.sine*
censu vel reliq. dicit bona temporalia clericorũ posse
arrestari,& Fede.de Senis, *in cons.94.incip.factum quod*
proponit.vers.item ad id, quod obiicitur, dicit executio-
nem pœnæ accusationis calumniosæ, vel testimonij
falsi commissi coram iudice seculari, si facienda est in
personam, reseruandam esse Episcopo; sin autem rea-
9 lis executio † facienda est in bonis, iudicem secularem
posse facere, & propterea etiam reperitur decisum,
quod clericus in actione reali debeat conueniri co-
ram iudice laico, Francis.Marc.*decis.Delp.250.& decis.*
1056.part.1.& decis.362.part.2.

Quia autem loquitur de rebus Ecclesiarum,& ipsa-
10 rum dominium † non est apud Ecclesias, vel perso-
nas Ecclesiasticas, sed est apud Deum, & Ecclesiam
vniuersalem, cuius Papa est Vicarius, & caput Eccle-
siæ, Hostiens.*in summa.tit.de decimis, qu.9.* Paulus de
Castro *in consil.414. nu.4.vol.1.* ergo non possunt esse
de foro laicorum. Aut de bonis patrimonialibus cle-
11 ricorum,& istorum dominium † est ipsorum clerico-
rum, sicut in cæteris priuatis, non autem Principis,
nam vt dicit gloss.1.*in proœm.ff.& ibi* Bart. Imperator
est dominus mundi quantum ad protectionem,& iu-
risdictionem, atque recognitionem vniuersalem, non
12 autem quãtum † ad dominium particularium rerum,
Bald.*in l.bene à Zenone, & ibi* Angel. *in fin.dicit, hanc*
esse communem opinionem, C.de quadrien.præsc. Priuati
igitur sunt domini rerum suarum particularium, iu-
xta illud Psalmi 113. & habetur Exodi c.13. *Cælum cœli*
Domino, terram autem dedit filijs hominum. Et Deut.c.
11.*Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit,* &
latiùs scripsi supra *in part. 1.c.1.* vbi ostendi, quod do-
minium rerum in singulis procedit de iure diuino. Et
quod Princeps † non sit dominus, nisi quantũ ad pro- 13
tectionem, probat Andr.*in c.naturales, nu.2.si de feudo*
*defuncti militis,&c.*contra errorem Martini, vt ipse re-
petit *in c.1.§.vectigalia, n.4. vers. nec enim Princeps est*
dominus, quæ sint regalia, & Bald.*in cons. 327. pridie e-*
*nim consului, par.1.*vbi concludit, quod Princeps & mũ-
di dominus, quantũ ad bonũ, & naturale regimen, ne
inde iniuriarum occasio nascatur, vnde iura nascuntur,
*l.meminerint, C.vnde vi.*Et ipse Princeps † non potest 14
alterare, aut immutare, aut etiam alienare aliqua bona
subditorũ, quia licet inter ipsum,& subditos, nullus sit
initus contractus expressus, est tam quidã quasi cõtra
ctus tacitus, vt alter alterius conditionem duriorẽ non
faciat, vt post Hostie.& Io.Andr. *in c.dilecti, de maior.*
& obed. dicit Bald.*in c.in generali. si de feud. fuerit con-*
trouers. Vbi quod Rex Franciæ † non potest alienare 15
vnam ciuitatem inuitis ciuibus, cum concordantibus,
de quibus per eum, Alexand. *in consi. 25. nu.19. & seq.*
*vol.5.*Ias.*in cons.227.in princ.vol.2.* Hippol.Marsi. *in l.*
*1.§.cum quidam, num.10.ff.d quæstionib.*post Bal. *in d.c.*
*dilecti.de maio.&obe.*vbi notat ex illo textu, quod sub-
diti possunt contradicere, si dominus vult eos, vel ter-
ram aliis subiicere, quia ipsorum † interest non muta- 16
re dominum; & latiùs declarat Neuizan. inter consi-
lia Alberti Bruni *consil. 12. col. 2. in prin. versi quarto*
probatur. Quæ à nobis adducuntur ad probandum,
quod nec Princeps † in seipso consideratus potest 17
præiudicare dominio particularium hominum, neque
consideratus respectu vasallorum, aut respectu subdi-
torum; ergo dominium particularium rerum non est
ipsius Principis, sed ipsorum particularium.

Sed cum bona † perueniunt ad dominium cleri- 18
corum, mutant naturam, quia mutata persona, muta-
tur & conditio rei, Bartol.*in consil.180. part.1.*Bald. *in*
l.placet, C.de sacrosanctis Ecclesiis, Felyn. *in cap. Ecclesia*
sanctæ Mariæ, numer. 76. Marcambrunus *in consil. 40.*
numer.5. & sequen. qui probat hanc esse communem
opinionem, pro qua multa allegauimus supra *casu* 11.
vers.alter articulus,& mutata cõditione personę mu-
tatur status rei, etiam quod ad forũ, † vt probat Alber. 19
in d.auth.statuimus, n.6.versi. in contrariũ pro Episcopo,
ordo enim superueniens, tollit munus publicum im-
positum, *l.prætor, circa prin.ff.de accusat.muner.* Item si
paganus accusetur de crimine, & fiat miles, non agi-
tur sub primo iudice, sed sub secundo, *l. qui cum vno,*
§.reus.ff.de re militari, l. hos accusare, §.1.ff.de accusa.&
dixi supra *casu* 121. Et quantum ad forũ, † attendenda 20
est persona, non res, ideo pro re alibi sita, quis conue-
nitur in loco domicilij, *l.fin. C. vbi in rem actio, & l.à*
Diuo Pio ff. de re iud. & cum bona peruenerint ad Ec-
clesiasticos, eius conditionem, & forum sequi debent,
nam quę religiosis adhęrent, religiosa sunt, *l.quæ reli-*
giosis, ff. de rei vindicat. & magis dignum trahit ad se
minus dignum, *c. quod in dubijs.de consecrat. Eccles.vel*
Altar.& quod clerici † in patrimonialibus gaudent o- 21
mnibus priuilegiis, quibus gaudent Eecclesiæ, *cap.fin.*
& ibi gloss.fin.de vita,& honestate clericorum, & scripsi
latiùs supra *casu* 49. Nec est verum dictum Baldi,
quod bona † clericorum possint arrestari per iudi- 22
cem laicum. Quia supra *casu* 41. docuimus repressa-
lias, arresta, pignorationes nullo modo esse conce-
dendas à laicis in clericos,& contrafacientes incidere

in excommunicationem *Bullæ, Cœnæ Domini*. Propterea nec executio realis potest fieri à iudice laico in clericos, quia in causa reconuentionis, in qua iudex lai-
23 cus potest iudicare, executio sententiæ † etiam in realibus facienda est per iudicem Ecclesiasticum, Anton. de Butr. & Socin. *in cap. 1. de mutuis petitionibus.* Vrsill. ad Afflict. *super decis. 173. num. 2.* & ita semper obseruari in actu practico attestatur Viuius *decis. 49. nu. 6. lib. 1.*
24 Secundus articulus est, nulla consuetudo † laicorum iudicandi in realibus contra clericos potest introduci per quodcunque tempus, etiam mille annorum, quia iurisdictio clericorum, est de iure diuino, contra quod ne Summus Pontifex quidem potest dispensare sine causa, vt probaui supra *casu 64.* & inibi videndum est.

CASVS CXXVI.

Siue clericus patiatur se conueniri coram iudice laico, siue laicus, aut clericus traherent clericum ad iudicium laicorum, semper causam amittunt, & eius cōmodum alteri applicatur, & si fuerint concordes applicatur Ecclesiæ.

SVMMARIA.

1 *Clericus conueniens clericum coram iudice laico, causam amittit.*
2 *Clericus reus si permittit se conueniri coram iudice laico causam amittit, & quas alias pœnas patiatur.*
3 *Etiamsi sit clericus coniugatus.*
4 *Commodum caussæ amissæ debet applicari alteri clerico.*
5 *Clerici coniugatores coram iudice laico amittunt causam applicandam Ecclesiæ.*
6 *Clericus actor coram laico incurrit pœnam post litem contestatam.*
7 *Pœnitentia non admittitur post litem contestatam ad euadendum pœnam.*
8 *Litis contestatio in quibus iudiciis non requiratur.*
9 *Litis contestationis effectum quis actus iudicialis habeat.*
10 *Clericus conuentus coram iudice laico, quam practicam debeat obseruare.*
11 *Clericus conuentus in iudicio ordinario coram laico, quid facere debeat.*
12 *Iudex qui non potest esse in principali, aliquando est iudex super accessorio.*
13 *Practica procedendi contra clericum agentem coram iudice laico contra alterum.*

1 Clericus si conuenerit clericum † coram iudice seculari, debet causam, id est, rem petitam amittere per sententiam, *cap. inolita, & c. placuit, 11. quæst. 1.* glossa, & Innocent. *in cap. si diligenti, de foro compet.* & ibi Abb. *antiquus col. 2.* Speculat. *in titul. de competent. iudic. adit. §. 1. num. 23.* & hanc esse communem opinionem testantur Collectar. *in d. cap. si diligenti, num. 8.* & Socin. *nu. 26.* & notant omnes Doctores *in l. in crimi-*
2 *nali. C. de iurisdict. omnium iudicum.* Idē est si † clericus reus permitteret se conueniri coram iudice laico, nam si in criminalibus, etiamsi pro eo sit lata sententia, amittet beneficium, vel si eo caret, perdet ordinem, quia deponetur, vt dicit Speculat. ibidem, si vero in ciuili, amittet rem, à qua per sententiam fuisset absolutus. Idem est, si laicus conuenerit clericum coram iudice seculari, quia perdit causam, Speculat. *in d. §. 1. num. 24.* & ad hoc est textus *in authent. statuimus, C. de Episcopis & cleric.* Roland. *in consil. 16. num. 14. volum. 4.* Roman. *in consil. 369. num. 39.* Alberic. *in d. authent. statuimus, num. 7. versi. sed nunquid, & numer. 8.* & scribit de hoc Ignatius Lopez *in additionib. ad practic. Diaz, super cap. 62. nu. 22. & seq.* Et hæc procedunt etiam respectu † clerici coniugati, vt dicit Speculat. *in* 3
d. §. 1. numer. 24. dummodo contraxerit cum vnica, & virgine, & in habitu incesserit, *cap. 1. de cleri. coniugat. lib. 6.* Maranta *de ordine iudic. part. 4. distinct. 11. num. 5.* Io. Ant. de Nigr. *in extrauagan. vnic. de vita, & honest. cler. n. 152.* cum aliis per Carauit. *super rit. 66. n. 8. magnæ curiæ Vicariæ Neapol.* & dicit Parpal. *in repet. l. placet, C. de sacr. Eccl. n. 21. & n. 23. vers. præmittatis*, quod omnia iura, quæ loquuntur de clericis, intelliguntur de clericis primæ tonsuræ, vt ibi latè probat per plura exempla; Commodum † autem causę amissę debet 4
alteri parti applicari, vt dicunt glossa, & Doctores citati *in d. cap. si diligenti.* Speculat. & Roman. in dictis locis citatis, & si ambo † consenserint in iurisdictio- 5
nem laicorum, tunc applicabitur Ecclesiæ, cui facta est iniuria, atque spreta eius iurisdictio. Imo poterunt excommunicari, quia textus *in d. cap. inolita*, dicit, causam perdat, ea à communione efficiatur extraneus, quod intelligit Ignatius *super d. cap. 62. num. 22.* quousque Ecclesię, cui iniuria illata est, plena sit facta satisfactio, *cap. 2. de foro compet.* prout sic etiam interpretatur Turrecrem. *in d. cap. inolita, num. 1.* & hanc sequuntur Hostiens. Io. Andr. & Abb. *in d. cap. si diligenti.*

Sed quia pœnam amissionis causę non incurrit actor, † nisi post litem contestatam, Alberic. *in d. au-* 6
thentic. statuimus, numer. 7. versi. sed si pœniteat, & licet Innocent. *in d. cap. si diligenti*, dicat, posse pœnitere citra amissionem causæ vsque ad sententiam, tamen communis opinio est, quod post litem contestatam non licet pœnitere, † ad effectum euadendi pœnam, 7
cum sit alteri collitiganti ius in ea quæsitum, vt de communi attestatur idem Ignatius *super d. capitul. 62. num. 24. versi. similiter*, & litis contestatio fiat, si ipse reus compareat, coram eodem iudice, atque sic comparendo incidet in eandem pœnam. Ideo Roman. *in d. consil. 369. num. 39.* dicit difficultatem huius negotij consistere in reducendo in practicam. Et vt melius intelligatur, explico per duos articulos.

Primus articulus est, quando sumus in iudiciis summariis, † aut in commissis cum clausula *summa-* 8
riè, simpliciter, & de plano, vel sine strepitu, & figura iudicij, in quibus non requiritur litis contestatio, *clement. sæpè, de verborum singnificationib.* Bartol. *in extrauagant. ad reprimendum, in verb. & figura*, quo casu ille primus actus, † qui sequi solet post litis contestatio- 9
nem in causis ordinariis, habet vim litis contestationis in summariis, Bartol. & Bal. *in l. nulla, & in l. nihil. C. de probationib.* Cardinal. *in clement. constitutionem, §. fin. in fin. de electione*, Abb. *in cap. insinuante, in fin. de offic. delegat.* Felyn. *in cap. olim, de accusationib.* Romā. *in consil. 124.* Maranta *de ordine iudic. part. 6. §. decimum & vltimum. num. 2.* quo casu non opus est dubitare, an clericus conuentus fecerit sibi prejudicium in litem contestando, quia non comparuit, & per dictum actum iudicialem dicitur contestata lis, & sibi clerico reo conuento omnino ius quęsitum super † com- 10
modo

modo totius causæ petitæ, qui debet Episcopo denuntiare, vt iudici laico inhibeat, & coram Episcopo petere, vt eum absoluat ab eo, in quo erat debitor, propter dictum iudicium coram iudice laico intentatum, vt ait Speculat. *in tit. de compet. iudic. aditione, §. 1. n. 25. vers. litem ergo negando.*

11 Secundus articulus est, quando sumus † in iudiciis ordinariis, in quibus opus est litis contestatione, & Bart. *in l. in criminali, C. de iurisdict. omnium iudi.* posuit duplicem modum practicandi, Romanus verò *in d. consil. 369. num. 39.* posuit triplicem. Primus est, vt in eadem instantia coram eodem iudice petatur multari actorem in amissione commodi ipsius causæ, quia

12 qui non est iudex † in principali, potest esse iudex in accessorio, ad hoc allegat textum *in c. de appellationibus friuolis, de appellationibus, libro 6. cum similibus.* Sed hic modus non procedit, quia clericus actor pro mulcta totius causæ coram iudice laico, incideret in eamdem pœnam, & commodum esset applicandum Ecclesiæ, cuius iurisdictioni ab vtroque fit iniuria, vt dixi, non enim *d. c. inolita, 11. q. 1.* hunc casum excipit, & contra eum obstat regula, & communis Doctorum opinio.

13 Secundus modus practicæ, † vt postmodum noua instantia inchoetur pro consequutione dictæ pœnæ, & agatur condictione *ex d. decretali, si diligenti, cum similibus.* Sed hic modus est diminutus, quia non explicat coram quo iudice, neque dicit, quando sit inchoanda noua instantia, & si clericus patitur fieri iudicium coram iudice laico, atque proferri sententiam, ipse incidet in eandem pœnam. Et omissis aliis inductis per Romanum ibidem, melior & doctior practica est, quam Speculator ibidem his verbis explicauit. Reus enim tractus, debet protestari se esse clericum, & ideo non debere coram illo respondere: & si iudex petat, vtrum hoc proponat excipiendo, vel petendo propter hoc à iudicij instantia se absolui, tunc ille dicat; Nihil peto, nec excipio, sed protestor: Si iudex sibi dicat, quod respondeat, vel litem contestetur, tunc protestetur, quod ipse respondet, vel litem contestatur viribus præturæ compulsus, vel metu terribilis personæ, vel secularis domini, & super hoc testes adhibeat, vel confici faciat publicum instrumentum. Lite ergo, negando, contestata, non vltra procedat, sed hoc Episcopo denuntiet, vt illi iudici inhibeat, ne vlterius in causa procedat, quo facto, poterit coram Episcopo petere, vt eum absoluat ab eo, in quo tenebatur, &c.

CASVS CXXVII.

Clericus siue delinquat in aliquo artificio laicorum, quod exerceret, siue in officio sibi concesso à Principe seculari, numquã potest cognosci, aut iudicari à Principe seculari, aut iudicibus laicis illius artis.

SVMMARIA.

1. *Clerici non prohibentur fodere proprias vineas, & domos reficere.*
2. *Clerici non prohibentur ex proprio artificio victum quærere.*
3. *Clericos ob aliquod artificium esse conueniendos coram iudice artis, qui teneant.*
4. *Clericos officiales iudicis laici esse puniendos per eundem qui teneant.*
5. *Clerici non possunt conueniri corã iudicibus laicis, etiamsi artificia, & officia laicorum exercuerint.*
6. *Clerici post trinam monitionem ligantur iurisdictione laicorum in officiis, & artificiis ipsorum.*
7. *Ecclesiastici superiores nisi reuocauerint clericos detentos à laicis, in eandem pœnam incurrunt.*
8. *Episcopi non debent in Principum curiis interesse.*

Clerici † non prohibentur proprias vineas computare, vel fodere, ac domos suas reficere, & quodlibet iustum negotium decens exercere, propter eorum necessitates, nãm legimus Apostolos negotiatos fuisse, & manibus propriis victui necessaria quæ siuisse, *cap. 1. in fin. ne cleri. vel monach. cap. cauendum, 11. quæst. 3. cap. nunquam, de consecrat. distinct. 5.* dum tamen Ecclesias non negligant, *can. clericus, in 2. distinct. 91.* & ex artificio † honesto victum quærere, *cap. 2. & cap. 3. eadem distinct. 91.* & scribit de hoc Speculator *in tit. de cleric. coniugat. col. 2.* & latè Summa Syluestrina *in ver. clericus, in 3.* Ideo dixerunt etiam posse ipsos exercere chirurgiam, Ioan. Anton. de Nigr. *in repetit. extrauag. vnic. de vita & honestate clericor. num. 390.* & Cephal. *in consil. 611.* vbi per totum probat artem chirurgiæ non esse vilem. 1 2

Propterea dubitatum est apud Doctores, si aliquam artem † exercuerint, quæ habeat consules, vel primates, apud quos sit iurisdictio illius artificij. Item si seculare officium à Principe obtinuerint, & in vtroque, vel altero ministerio deliquerint, vel conueniendi sint, an cognosci possint per Principem, † atque consules eiusdem artificij, & partem affirmatiuam cõcluserunt, Bald. *in additionib. ad Speculat. in tit. de reo, in prin. ver. scholaris, & in tit. de cleric. coniugat. ver. si autẽ clericus.* Felyn. *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 68. versi. secundo, de constitutionib.* qui mouetur per textum *in l. in criminali, C. de iurisdict. omnium iudi.* Marsi. *in sing. 694. incip. apud omnes sanos, numer. 2.* allegat etiam Baldum *in l. vnic. C. in quibus caus. milit. fori præscrip. vti non poss.* Bertach. *in tract. de Episcopis, in 5. part. 4. lib. n. 97. ver. nisi sit artifex, vel negotiator, quia coram cõsulibus artis, &c.* Stephan. Aufrer. *in tractat. de potest. secul. in ecclesiast. reg. 1. fallen. 16. & fallen. 17.* Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 1. in §. 5. n. 71. ver. dic quod prædicta regula,* pro quo dicit esse textum *in c. sacerdotibus, ne clerici, vel monachi,* & probat quod iudex laicus auctoritate illius capituli potest clericum occasione administrationis capere, quasi in dicto casu videatur nudari priuilegio clericali, Benedict. *in c. Raynutius, in ver. & vxorem, in secundo, n. 55.* vbi quod ita seruatur in regno Franciæ pro quo multa allegat. 3 4

Sed contraria opinio est de iure verior, videlicet clericos † non posse conueniri coram iudicibus laicis, licet exercuerint officia, & artificia secularium, atque adhuc eos retinere priuilegium clericale, nisi ter moniti, & ab officiis, & artificiis destiterint, non curauerint desistere, & hanc opinionem firmant glossa, Hostien. Goffredus, Abb. & cæteri *in dict. cap. sacerdotibus, ne cleri. vel monach.* per textum *in c. fi. de vita & honestate clericorum.* & hanc opinionem probat esse veram, Chassan. *in consuetud. Burgund. in d. rubr. 1. §. 5. num. 72. in fin. & seq.* atque Stephan. Aufrer. *in d. fallet. 16. in fin.* dicens, clericos † in prædictis officiis, & artificiis laicorum non ligari iurisdictione secularium, nisi post trinam monitionem, & hanc esse communem opinionem attestantur, idem Stephan. Aufrer. *in repetit. clem. 1. de offic. ordin. nu. 25.* quem refert Couar. *in lib.* 5 6

in lib. practicarum quæstionum, c. 33. nu. 6. & vtrumque refert Ignatius Lopez *in additionib. ad practi. Diaz. super c. 61. versi. si tamen clericis*, Iul. Clarus *in pract. crimi. q. 26. versi. quæro pone.*

Huiusmodi negotia debent prudenter animaduertere superiores Ecclesiastici, ne sequantur, tanquam
7 perniciosi exempli; Imo si clericos † à laicis detentos, ac puniendos, remediis Ecclesiasticis non reuocauerint in eandem pœnam incurrunt, quam seculares iudices, vt probat Chassan. *in d. §. 5. n. 73.* Sed prudentius est prouideri ab initio, multa enim sequuntur pericula
8 animarum, atque Ecclesiarum, si Episcopi, † qui istis incumbere debent, secularium artificiis, atque in Principum curiis continuò versentur, seu Principum Consiliarij fiant. Ideo in Concilio Antiocheno continetur, quod si quis Episcopus, vel Presbyter, vel omnis omnino, qui est sub Ecclesiastica regula constitutus, præter Concilium, vel literas eorum, qui sunt intra prouinciam, & maximè Metropolitani ad Imperatorem perrexerit, quod abdicetur, & eiiciatur à communione, & à propria dignitate, sed si necessitas cogit eum ire, quod vadat cum deliberatione, & consilio Metropolitani, & Episcoporum ipsius prouinciæ, & de hoc plenè habetur *21. q. quinta, quasi per totam.*

CASVS CXXVIII.

Falsitatem commissam à clericis coram iudice laico, esse puniendam per iudicem Ecclesiasticum; Et quid si laicus commiserit falsum coram iudice Ecclesiastico.

SVMMARIA.

1 *Clerici de licentia Episcopi debent ferre testimonium coram laico.*
2 *Clerici testes de licentia Episcopi an sint facti de iurisdictione secularium.*
3 *Clericum falsarium coram iudice laico qui teneant posse ab eodem condemnari.*
4 *Iudices possunt suam iurisdictionem pœnali iudicio defendere.*
5 *Testis falsus potest puniri ab illo iudice, coram quo deposuit.*
6 *Testis receptus secundum stylum tribunalis si falsum deposuerit, coram quo cognoscendus.*
7 *Clericum ferentem testimonium falsum coram laico, posse ab eodem puniri.*
8 *Et qui teneant posse puniri extraordinariè.*
9 *Clericus falsum deponens coram laico nullo modo, neque in persona, neque in bonis potest condemnari per laicum.*
10 *Clerici cuius auctoritate sint exempti à iurisdictione laicorum.*
11 *Clericus in criminalibus nullo modo potest facere testimonium coram laico.*
12 *Causa quæ non est in cognitione, non est in pronuntiatione.*
13 *Iudex delegatus in causa ciuili non potest testem falsum coram se punire.*
14 *Iudex delegatus nullam falsitatem punire potest.*
15 *Iudicem ciuilem non posse falsum testem coram se punire extraordinariè.*
16 *Iudex delegatus non habet coertionem personalem licet minimam.*
17 *Iudex delegatus non potest mulctare contumacem.*
18 *Testis falsus punitus à iudice ciuili extraordinariè, an possit ordinariè puniri à criminali.*
19 *Falsitas nulla habet pœnam extraordinariam de iure.*
20 *Falsitas clerici testis coram iudice laico potest ab eo cognosci ratione causæ ciuilis.*
21 *Iudex laicus an possit se informare de delictis clerici testis coram se deponentis.*
22 *Iudex laicus non potest formare processum repulsæ contra testem clericum.*
23 *Iudex potest de notoria falsitate coram se commissa cognoscere.*
24 *Clericus producens falsum testem coram iudice laico, potest interrogari coram eodem, an velit vti depositionibus testium.*
25 *Interrogatio partis circa vsum testium quando permittatur.*
26 *Clericus producens falsam scripturam coram iudice laico, non potest ab eodem detineri.*
27 *Laicus falsum deponens coram iudice Ecclesiastico, potest ab eo puniri.*
28 *Iurisdictio dicitur præuenta etiam per citationem.*
29 *Falsitas commissa per laicum coram iudice Ecclesiastico est mixtæ iurisdictionis.*
30 *Falsitas laici punita per Ecclesiasticum potest iterum puniri per laicum.*

CLerici † de licentia Episcopi debent ferre testimonium coram iudice laico, *c. super prudentia §. potest, versi. iubente Episcopo, & ibi gl. in verb. potest, 14. q. 2. c. quanquam. versi. si autem euentu, & ibi gl. in figuratione casus, in fi. eadem causa, & quæst.* quam esse communiter receptam opinionem probat Mascard. *de probationib. lib. 3. conclus. 1358. n. 32. & 61.* & Farinac. *in tract. de testib. q. 61. n. 83.* qui alios allegant, ergo videntur habilitati † à suo superiore, vt respectu illius testimonij, quod ferunt, effecti sint de iurisdictione secularium. Propterea dubitatur à scribentibus, quid si testimonium sit falsum, an iudex laicus possit in eos animaduertere, & vt plenius casus explicetur, declaremus quinque articulos circa falsitatem commissam à clericis & laicis coram vtroque iudice. 1 2

Primus articulus est: An clericus † falsum testimonium ferens coram iudice seculari possit ab eodem iudice puniri. Pro parte affirmatiua inducitur tex. expressus *in l. nullũ C. de testib.* vbi hoc permittitur propter offensionem factam illi iudici, coram quo deposuit, & dicunt Bart. Bald. *in l. vnic. per illum text ff. si quis ius dicen. non obtemper.* quod omnes iudices † possunt omnes inobedientes punire, & suam iurisdictionem pœnali iudicio defendere, & Bart. *in l. si quis obrepserit, in fin. ff. de falsis,* dicit, quando in actu iudiciario fit aliquod delictum coram iudice, vel à parte, vel à notario, vel à teste, vel aduocato, tunc iudex ille potest delinquentem punire ex suo officio, per *l. athletas, §. 1. ff. de his qui not. infam.* Couar. *pract. q. cap. 18. num. 8.* Angel. *in l. quoties, in fi. C. de iudi.* Propterea Roland. *in consil. 12. nu. 1. & seq. vol. 2.* concludit, testem † falsum effici de iurisdictione illius iudicis, coram quo deposuit; ergo testis examinatus Senis vigore literarum commissionalium iudicis Romani, si falsum deposuerit, dicitur factus de iurisdictione iudicis Romani, quia eius iurisdictio dicitur offensa, sed hoc intelligo, si iudex Romanus commiserit examen recipiendum secundum modum iudicij committentis, vt dixi supra *cas. 31. art. 1. in fin.* aliter recipere † debet secundum stylum curiæ Senensis, & tunc pro falsitate commissa effectus 3 4 5 6

fectus est de vtriusque foro, Ioan. de Anan. *in c.1.n.18. de crimine fals.* Bald. *in d.l. nullum, nu.6.C. de testib. & ibi* Salycet. *n.9. vers. quod facit ad quæstionem,* & ad hoc vide Roland. *in d. consil.12. nu.7. & 8. vol.2.*

7 Ex quibus apparenter videri potest, clericum † ferentem falsum testimonium coram iudice laico, posse ab eodem puniri, & hanc opinionem firmarunt, gl. *in d.l. nullum, in ver. præscriptionem,* dum ait, quia sit clericus, & ibi Cyn. & Bald. Item Alexand. *in additionib. ad* Bart. *in l.1. in 2. opposit. ff. de iudi.* Marsil. *in l. fi. n.152. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Ioan. Sicard. *in d.l. nullum, n.9. versi. quid autē iuris sit in clerico,* Lanfranc. *in tract. de confeßionib. n.13. versi. subiungit etiam,* Bald. *in l.1.C. quomodo, & quando iudex, quod si clericus producatur in testem coram iudi. seculari, &c.* Monticul. *in tract. de testib. rubr. testis punitio per quem.*

8 Alij dixerunt clericum † falsum testem coram iudice laico, extraordinariè ab eodem puniri posse, Angel. *in l. quoties, in fi. C. de iudic.* Ita quod si executio facienda est in persona, reseruatur Episcopo, sed realem executionem in bonis posse facere iudicem laicum. Ita inprimis firmauit Federic. de Sen. *in consi.88. incip. factum quod proponitur,* quem sequuti sunt Doctores Galli, Stephan. Aufrer. *in repetit. clem.1. de offi. ordinar. nu.18. versi. Feder. de Senis. & in versi. æqua igitur videtur consideratio.* idem *in tract. de potest. secul. in Ecclesia. reg.1. fallent.2.* Benedic. *c. Raynutius, ver. & vxorem, decis.2. numer.142.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.1. §. quinto, num.82.* Franciscus Marcus *decis.215. num.1. part.1.*

9 Contraria opinio est magis communis, & verior, videlicet clericum † in casu prædicto nullo modo posse per iudicem laicum puniri, neque in persona, neque in bonis. Quam amplexi sunt, Innocent. Hostiens. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & cæteri *in c. verum, de foro compet.* & latius per Felyn. *ibid. num.5. versi. contra clericum falsum deponentē,* Ioan. Andr. *in c. at si clerici. de iudic.* per text. *in auth. statuimus, C. de Episcop. & cleri. & in c.2. col.2. in fi. de crimine falsi,* Ioan. de Anan. *in c.1. nu.2. & seq. eodem tit.* Socin. *in c. postulasti, quæ.18. de foro compet.* Ancaran. *in c. ea quæ, in quæ.18. de regulis iur. lib.6.* Bertachin. *in tract. de Episcop. part.5. lib.4. nu.63.* Alexand. sibi contrarius in apostilla ad Bart. *in d.l. nullum, C. de testib. & ibi* Salycet. *num.4. in fin.* Alber. *in l. Presbyteri, num.1. C. de Episcop. & cleric.* Ias. *in l.1. §. qui mandatam. nu.7. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Marsil. *in l.2. §. præterea, num.27. ff. ad legem Corn. de falsis,* Iacobin. *in l. quæsitum, ff. de testib.* Ang. *de malefi. in ver. falsario, nu.24. versi. nisi clericus, & ibi August. de Arimin. in additionib.* Tiraquell. *de retract. conuent. §.4. num.10.* Episcopus Minorensis *in sua praxi Episcopali, part.1. versi. falsarij, §. secundo pœna, versic. hoc fallit in clerico,* Menoch. *de arbitrar. iudic. quæst.91.* Alphanus *collect.972.* Anna *singul.135.* Decian. *in tract. criminal. lib.4. cap.9. num.22.* Guido Pap. *consil.45. num.4.* Roland. *consil.12. vol.2.* Surdus *consil.396. num.27.* & ita fuit pluries decisum in tribunalibus, Afflict. *decis.230. & ibi* Vrsill. *in additionib.* Capyc. *decis.5. nu.13.* Capella Tholosan. *decis.379.* & de magis communi opinione testantur isti Doctores, Couarru. *practicarum quæst. cap.18. n.8.* Boss. *in tit. de falsis, num.110.* Clarus *in pract. crimin. quæst.38. versi. sed hic quæro,* Farina. *in tract. de testibus, quæst.67. §.2. nu.56.* Viuius *in commun. opin. ver. clericus,* vbi acriter reprehendit Bart. eiusque rationes falsas dicit, atque concludit clericum à laico puniri non posse, Ignatius Lopez *in additionib. ad pract. Bernardi Diaz super cap.93.* vbi late Syntagma communium opinionum *in tom.1. loco 1. cap.5. col. penult. versic. clericus productus,* vbi post alios ait, quod reiectis omnibus rationibus Andr. Barbat. contrarium sentientis *in d. cap. verum, à num.52. vsque ad 62. de foro compet.* tanquam friuolis, hæc opinio est verior, atque communior, ideò amplectenda.

Sed ne stylum moderniorem in cumulando tantùm insequamur, quod in hac materia pro fundanda iurisdictione Ecclesiæ vberius scribendum est, videamus, qua ratione hæc certior sententia subsistat: prætermissis regulis generalibus, vt *in cap. si diligenti, cum similib. de foro compet. & auth. statuimus, C. de Episcop. & cleric.* & quia clerici exempti † sunt à iurisdi- 10
ctione laicorum auctoritate Dei Optimi Maximi, *c. cum ad verum, c. duo sunt c. Imperator, distin.96.* cum aliis ad hoc allegatis per Bernard. Laurent. *in tract. in quibus casibus iudex secularis poßit manus imponere in Ecclesiastic. n.5.* credo veram rationem dari posse, quia nos loquimur de clerico teste deponente in ciuilibus cum licentia sui superioris coram iudice laico, cum in criminalibus † testimonium ferre non possit, *cap. testi-* 11
monium, 11. quæst.1. & ibi gloss. & Archidiac. *nu.3. in fin. &* Præposit. *nu.1.* Abb. & Felyn. *in c. de cætero, nu.1. de testib.* etiam si veritas aliter haberi non possit propter periculum irregularitatis, quam vel de præsenti, vel aliquando in futurum incurrere possit, sed agitata causa ciuili coram iudice laico, non venit criminalis, vt probat Ancaran. *in consil.62.* & Stephan. Aufrer. *in d. clem.1. de offic. ordinar. num.82. versi. ego ad istam partem,* & quod non est in cognitione, † non est in pro- 12
nunciatione, textus est *in cap. P. & G. de offi. delegat. & c. cum dilecta. de rescript.* ergo defectus iurisdictionis non tantùm venit ex subiecto clerici, in quem iudex secularis non potest manus imponere, sed etiam ex parte sua, quia iurisdictione caret animaduertendi in quemlibet falsum testimonium coram eo ferentem: Sicut dicimus in delegato, † cui mandata est causa ci- 13
uilis, quod non possit testem falsum coram se deponentem punire, ita probant Guglielm. de Cuneo, & Alberic. *in d.l.1. §. qui mādatam. ff. de iurisdict. omnium iudicum.* sed debet remittere ad suum superiorem, per tex. *in §. si verò ignoti, in auth. de testib.* Idem firmat etiā Alber. *in l. imperium, versic. quæro an torquere sit mixti imperij, ff. de iurisdict. omn. iudic.* & Alex. *in l.2. ff. eodem tit.* & dicit Bal. *in c. ex parte, in 2. de rescript.* si quis produxit falsum rescriptum coram iudice delegato, † de- 14
bet illum remittere cum fida custodia ad ordinarium vt eum puniat, non igitur iudex laicus potest testem falsum coram eo deponentem punire. Et hanc partem respectu delegati sequuntur Immol. *in c. dilectus filius, de pœnis, & in c.2. de falsis,* Ant. de Butr. *in c. vnic. vt Ecclesiastica benefic.* Ioan. Andr. ad Speculat. *in tit. de teste, §. opponitur, versi. sed quid de legato,* Ancar. *in consi.174. circa primum dubium,* Ang. *in d.l. quoties, C. de iudic. & in l. si vacantia, C. de bon. vacant. lib.10.*

Neque vnquam mihi placuit illa responsio, iudicem † ciuilem posse huiusmodi falsum deponentem 15
punire pœna extraordinaria ratione contemptus, non autem ordinaria, vt per Anan. *in cap.1. num.16. de crimine fals.* gloss. *in d.l. nullum, & ibi* Bart. *& cæteri,* cum aliis per Farinac. *de testib. in d. quæst.67. §.2. num.38.* Si enim hoc esset verum ex ratione *d.l. nullum,* quia est offensa illius iurisdictio, multò magis procederet in delegato; qui est maior ordinario, *c. sanè, c. pastoralis, de offic. deleg.* sed in delegatū † non transit aliqua coertio 16

personalis, quantumuis minima, vt dicit Bart. *in l.2. & in l.magistratibus, ff. de iurisdi. omn. iudi.* Imò delegatus
17 nullo † modo potest mulctare contumacem, *l.2. §. fin. ff. de iudi.* Bat. & Doctores *in l.1. in prin. ff. si quis ius dic. non obtemp.* ergo tanto minus poterit punire corporaliter. Et ipse idem Farinac. *in d. §.2. nu.48. & seq.* cum multos allegasset ad probandum, delegatum in casu prædicto, posse punire extraordinarie, tandem concludit hoc esse verum, quando esset delegatus in causa criminali, quia aliquo modo haberet potestatem puniendi, aliàs nullo modo posset punire, vt declarat Couar. *in lib. practi. quæst. cap.18. n.8. versi. sunt tamen, & versi. idem erit.* Idem igitur dici debet de ordinario, nisi enim sit habilitatus ad animaduertendum in delicta, nullo modo potest testem falsum coram se deponentem punire, nam quod non est in cognitione, non est in pronũtiatione, vt dictum est. Et ad hoc est text. *in l. Diuus Pius ff. de falsis*, vbi pro mensura cuiuscunq; delicti constituendum in eos, qui apud iudices instrumenta protulerint, quæ probari non possunt, aut si plus eos meruisse videatur, quàm ex forma iurisdictionis pati possint, vt Imperatori describatur, æstimaturo, quatenus coerceri debeant, & ita posset conciliari cum *d. l. nullum*, quæ de iudice habente facultatem animaduertendi in facinorosos procedat, sed *d. l. Diuus Pius*, de eo iudice loquatur, cui hæc iurisdictio concessa non erat, aliter essent de directo contrariæ.

Et per *d. l. Diuus Pius*, videtur improbari illa magis communis opinio, de qua per Farinac. *in dict. c.67. §.2.*
18 *num.40.* vbi quod testis † falsus punitus à iudice ciuili extraordinariè, potest puniri pœna ordinaria à criminali. Nam lex illa dicit, aut si plus eos meruisse videatur, quàm ex forma iurisdictionis pati possunt, Imperatori rescribendum, sed cùm testes falsi pœna legis Corneliæ puniendi sint, de qua *in l.1. §. fin. ff. de fals. & in §. item lex Cornelia, Instit. de publ. iudi.* & in legibus
19 Iurisconsultorum de hac pœna extraordinaria nulla † fit mentio, quam Doctores, ad euadendas difficultates legum, inuenerunt, non ergo possent iudices meri ciuiles, coram quibus falsum testimonium latum est, hanc pœnam imponere, tanto magis, quia opinio Bartol. est fundata *in leg. prætor edixit, §.1. ff. de iniur.* vbi quod electa vna pœna, licet minor, non potest ad alteram haberi recursus. Quare concludo iudicem ciuilem illius causæ, coram quo deposuit clericus, non solum non posse in clericum, si falsum coram se deposuerit, animaduertere, ex eo quia caret iurisdictione contra clericum, sed quia caret iurisdictione contra quemlibet falsum testem.

20 Secundus articulus est: Falsitas † clerici testis coram iudice laico, licet non possit cognosci ab eodem iudice ad effectum puniendi, vt diximus in præcedenti articulo, poterit tamen cognosci ab eodem iudice per modum exceptionis, ad effectum expediendi causam, adhibendo, vel repellendo fidem ab eius testimonio. Ista est receptissima sententia, quam probat, & attestatur Couarr. *in d. c.18. in fi. versi. illud verò existimo.* Bald. *in l.1. n.26. C. quomodo, & quando iudex*, Ancar. *in d. c. ea quæ, in q.21. de reg. iur. lib.6.* post Innoc. & Hostiens. *in c. verum, de foro compet.* & alios quos allegat Steph. Aufrer. *in repet. clem.1. de offic. ordin. nu.81. in princ.* Surdus *in cons.396. n.27. in fi. vol.3.* Thomas Triuisan. *in decis.8. nu.5. lib.2.* post Abbatem *in d. c. verum, nu.20. & seq.* quem allegat, & de communi testatur etiam Farinac. *in d. §.2. in fin. & in tit. de inquisitione, q.8. num.26. in fin.*

Declaratur hic articulus, vt procedat, quando iudex † ex eisdem actis vult se informare de dictis exceptionibus contra clericum testem productum, secus est, si vellet formare nouum processum, vt fit in regno Neapolis, vbi publicato processu datur terminus ad repulsandum dicta, & personas testium, de quo per Carauitam *super ritu 282. magnæ curiæ Vicariæ Neap.* & Marant. *de ordine iudi. part.6. in §. tertius decimus actus*, & Capyc. *decis.62.* tunc enim iudex † laicus hoc non posset, etiam ad effectum expediendi causam principalem, quia infamia irrogaretur ipsi clerico, vt dicit Ancar. *in dict. quæst.21. versi. hac ergo ratione videtur remittenda cognitio ad Episcopum, postquam potest clericus ex probatione tali, siue cognitione grauari*, & pro hoc facit doctrina Nicolai Eimerici *in directorio inquisitorum, part.3. q.73. in princ. & n.4.* tunc iudicem † posse de falsitate coram se commissa cognoscere, quando de ea constat notoriè, & manifestè, puta quod sit testis confessus, vel cõuictus, absque eo quod formetur nouus processus, quia tunc ipse iudex non posset. Et quãdo notoriè constat de falsitate clerici testis coram iudice laico, an ex eius actis possit condemnari à iudice Ecclesiastico dicam infra. 21 22 23

Tertius articulus est: Clericus † producens falsum testem coram iudice laico, licet non possit puniri ex dictis in primo articulo, potest tamen interrogari, an velit vti dispositionibus testium, nam cùm aliquando agens in iudicio siue reus, siue actor sit, possit se excusare à pœna falsitatis, introductũ est, vt interrogetur † an velit vti depositionibus testium, vt probat Bossius *in tit. de falsis, nu.116. & plurib. sequentib.* de qua interrogatione latè per Fel. *in c. præsentium, de testib.* & Affli. *in decis.189.* & ibi Vrsill. alios congerit atque Franch. *decis.173. in fi.* potest igitur clericus actor coram iudice laico interrogari, an velit vti dispositionibus testium, saltem ad effectum amittendi causam, sicut quilibet alij amittunt, qui falsitatem in ea committunt, ex latè deductis per Boer. *decis.291.* 24 25

Quartus articulus est: Clericus † si producat falsam scripturam coram iudice laico, neque potest detineri ab eodem iudice, ita dixit Hostiens. *in cap. super eo, de crimine falsi*, & sequitur Archidiacon. *in c. in memoriam, distinct.19.* & vtrumque sequitur Luc. de Penna *in l. nullus, col.2. versi. secundo quæritur, C. de veteranis, lib.12.* atque Ancaran. *in d. c. ea quæ, in 21. q. de regulis iuris lib.6.* 26

Quintus articulus est: Si laicus † falsum deposuerit coram iudice Ecclesiastico, poterit ab eodem iudice puniri, ex regula *d. l. nullum, C. de testi.* quia offensę sunt aures iudicis Ecclesiastici, qui etiam criminaliter procedere potest, & probauimus supra *in 2. part. cap.35.* Episcopum in casibus suæ iurisdictionis habere capturam, & punitionem personæ: Et hæc clarè procedunt, quando falsitas est notoria ex actis curiæ Ecclesiasticæ, vt quia confessus, vel conuictus est, quo casu, etiam præsupposito quod iudex laicus posset contra hunc falsarium animaduertere, posset iudex Ecclesiasticus illi inhibere, vt probat Socin. *in consil.237. vol.2.* vbi quod in casibus mixtæ iurisdictionis, si iudex Ecclesiasticus præuenisset, potest inhibere, & excommunicare iudicem laicum ne procedat, & de hoc scripsi *in 2. part. cap.2.* & dicitur iurisdictio † præuenta, etiam per citationem, *leg. si quis postea, ff. de iudiciis*, Bald. *in l. plurib. de legat.3.* quod multò magis procedit, quando falsitas commissa ex eisdem actis notoria apparet. 27 28

Sed

Sed quid si faciendus sit nouus processus contra testem laicum falsarium coram Ecclesiastico productum, certè reus laicus ✝ de iurisdictione secularium est, & vbique delinquit ab eodem puniendus est, & quod hæc falsitas sit mixtæ iurisdictionis, scripsi supra *part.2.cap.34.* & probat Afflict. *in decis.230.* & ibi Vrsil. & Franch. *in decis.147.* propterea inibi iudicatum est, præuentione decidi hunc casum: Verum si iudex Ecclesiasticus ✝ præuenisset, atque suam canonicam pœnam imposuisset, non impeditur postea iudex secularis alteram pœnam de iure ciuili reo inferre, vt ibi per Afflic. vt delicta, pro bono publico, sicut conuenit, puniantur.

29

30

CASVS CXXIX.

Ecclesiasticum quemlibet assassinum posse puniri à iudice seculari, præcedente sententia declaratoria delicti per iudicem Ecclesiasticum.

SVMMARIA.

1 *Assaßinium quando dicatur committi.*
2 *Assaßini homines qui dicti sunt, & vnde originem habuerunt.*
3 Cap.1.de homicid.lib.6. *quando intelligatur.*
4 *Assaßinij crimen committitur etiamsi alter Christianus mandauerit alterum occidi mediante pecunia.*
5 *Assassinus est, qui aliquo sibi dato delinquit.*
6 *Mandantes assaßinium fieri puniuntur de eodem.*
7 *Assaßinatus delictum perpetratur etiam per promißionem.*
8 *Etiam sine promißione, ad complacentiam.*
9 *Clericus assaßinus est diffidatus à populo Christiano, & potest à laico puniri.*
10 Cap.1.de homicid. lib. 6. *comprehendit quoscunque in dignitate positos.*
11 *Cardinales non ligantur constitutione generali.*
12 *Cardinales sunt maiores Episcopis.*
13 *Cardinales comprehenduntur sub dispositione* c. 1. de homicid.lib.6.
14 *Dictio,* quicunque, *geminata comprehendit odiosiora.*
15 *Dignitate maiori præditi debent esse plus aliis à fraudibus alieni.*
16 *Iudex laicus potest clericos assaßinos punire, duobus concurrentibus.*
17 *Assaßinij commißi declaratio debet fieri per iudicem Ecclesiasticum antequam clericus puniatur à laico.*
18 *Iudex laicus quando poßit procedere contra laicum absque degradatione.*
19 *Degradatio requiritur in atrocißimis, etiam stante incorrigibilitate.*
20 *Iudex an poßit cognoscere de qualitate suæ iurisdictionis.*
21 *Iudex laicus non potest cognoscere in clericum etiam de qualitate assaßinij notorij.*
22 *Assaßinium an committatur sine reciproco consensu mandantis, & mandatarij.*
23 *Iurisdictio laicorum in clericos assaßinos vbi fundata est.*
24 *Bannire, & diffidare, idem est quod statuere, vt impunè poßit occidi.*
25 *Declaratio delicti semper spectat ad Ecclesiasticum, quando pœna per seculares exequenda est in clericum.*

De assassinio pertractantes respectu iurisdictionis laicorum in clericos ad intelligentiam text. *in c.pro humani.de homicid.lib.9.* quatuor articulos expediamus.

Primus articulus est: Assassinium ✝ dicitur committi etiam si Christianus mandauerit alteri Christiano, vt alterum Christianum occideret, idque pactum inter eos fuerit mediāte pecunia. Nam licet (ad intelligentiam *d.c.1.de homic.lib.6.*) vt scribit Volaterran. *in lib.11.c.de sectis.* Syriæ assassini dicerentur ✝ homines Syriæ, à pueritia ita instructi, vt inimicos Regis, aut domini, cui obediunt, eius mandato occiderent, & Paulus Æmilius Vernēsis *in li.5. de rebus gestis Frācorum, in vita Ludouici XII. & li.7. in vita D. Lud.* secūdum Duarenum *in li.2.disputat.animaduersariarū,* scribat Assassinos fuisse gentem obscuram, sed formidolosiorem magis Regibus, & Imperatoribus, fuisseque circiter sexaginta hominum millia, & habuisse decē oppida, atque fuisse in Phœnicia, ibi fere, vbi antiquitus habitabant Esseni, profectos verò fuisse istos assassinos ex Persia, & Mahumeticam superstitionem coluisse, & sanctissimos à Barbaris fuisse existimatos, ac nulla bonorum cupiditate detentos inter se vixisse vnanimiter, nec vnquam de Imperio, & magistratu contendisse: Fuisse autem ipsos in ea opinione, quod nihil melius fuisset in hac vita, quàm pro salute publica mori cum opus esset, & ita animo fuisse affectos, vt crederent se Dei beneficio futuros immortales, si sectæ suæ hostes occiderent: Cui verò sorte obtigerat prouincia occidēdi vnum ex proceribus Christianis, illū consueuisse se immiscere tanquam vnū ex nostris turbæ nostrorum, & per fallaciā interficere neq; abstinuisse, licet de euasione desperaret. A duobus autē assassinis confossum fuisse Tripoli Raimundū Com. Tripolitanum, qui infestabat eam gentem, & eius casu cæteros Principes fuisse factos cautos, & adhibuisse sibi custodes corporis. Item Beatus Antoninus *in tract.de excom.c.3.* dicit, assassini fuerunt, & fortè adhuc sunt quidam infideles, qui ex quibusdam falsis opinionibus, in quibus fuerunt enutriti, mittebantur ad occidendum quoscunq; Christianorum, non curantes si propterea etiam ipsi occidendi essent. Contra quos Innoc. Papa IV. statuit dictam decretalem. Itē Frater Leād. *in descript.Ital. de Calabria septima regione Italiæ,* scribit; Assassinus primo fuit nomen quorundam populorum, qui cœperunt occidere homines in viis publicis, indifferenter, vt eos spoliarent, vnde tractum fuit vocabulum Assassini, & illis impositū, qui aliquē occidunt, vt illum spolient, licet illi non ducant originem ab illis populis. Item Albe. *in dictionar.in ver. assassinus,* dicit, fluxit à quibusdam populis infidelibus, qui ex quibusdā falsis opinionibus mittebātur ad occidendū Christianos, contra quorū pestē, & receptatores, statutæ fuerunt grauissimæ pœnæ, vbi allegat *d.c.1.* Idem Alb. *in ver. Asisii,* dicit, Asisios dici etiā posse assassinos, sicut enim assassini exponunt se morti, vt dominis suis obediāt in malū, sic & Asisij aliquādo dominis suis adducunt mulieres, quod est prohibitū per *auth.de lenonib.* & sicut assassini sunt homicidæ corporum, sic & isti animarū, & hæc omnia latius habētur per Host. *in c.penul.de cler.nō resident.* gl. *in d.c.1.in ver. formidantē,* Sum.Syluest. *in ver.assassinus.n.1.* Sum. Angelica *in eod.ver.in princ.* Sūma Armil. *in eod.ver.& in ver.excōmunicatio.c.67.* Francis. de Plat. *in tract.de excōmunicatione, in princ.n.15.* & latius per Couar. *in l.2. var.resolut.c.20.n.9.versic.primo, secundo & tertio.* Narr-

1

2

uarr. *in suo manuali, cap. 27. num.* 135. qui alios referunt atque conantur probare, *d. cap. 1. de homicid. lib. 6.* contra hoc assassinorum genus disponere.

3 Nihilominus dispositio *d. c.* 1. communiter intellecta est, vt procedat etiam in illis Christianis, qui pretio recepto, vel pacto similium alterum occiderint, licet non ducant originem ab illo hominum genere, quia in locum illorum sunt subrogati, & sic sapiunt illorum naturam, ex regula *l. si eum, §. iniuriarum, ff. si quis cautionib.* & quia decies millies dispositio *d. c. 1.* fuit sic intellecta, vtique mutãda non sũt, quæ certam semper interpretationem habuerunt, *l. si de*
4 *interpretatione, ff. de legib.* & quod crimen assassinij † dicatur committi, etiam si quis Christianus alterum occiderit mediante pecunia, vel pacto similium, probant infra scripti Doctores, qui alios referunt, atque attestantur de cõmuni opinione, Clar. *in §. assassiniũ, col. 1.* post Bossinũ *in tit. de mandatis ad homicid. nu. 16.* dummodo interfectus fuerit Christianus, vt dicit Io. Andr. *in d. c. 1.* quem sequuntur communiter Doctores, de quo attestatur Alex. *in consil.* 166. *in fin. vol. 6.* Carrer. *in pract. crimin. §. circa, num.* 15. & hanc sententiam omnium consensu esse stabilitam, inquit Petr. à Plaza *in epitom. delict. cap. 19. num.* 8. Decian. *in tract. criminal. lib. 6. cap. 28. num. 18.* Farin. *de inquisitione, quæst. 8. num. 83.* Marsil. *in pract. crimin. §. examinanda, col. 4. & §. diligenter, num. 166.*

5 Bartol. *in l. Cicero, ff. de pœnis*, assassinum † esse ait, qui pecunia, vel aliquo sibi dato delinquit, Alexand. *in l. 1. §. hæc actio, ff. de eo, per quem factum erit.* Bart. *in l. non solũ, §. si mandato, ff. de iniur.* si quis facit, vel fieri facit homicidium mediante pecunia, dicit esse assassinium, & sequitur Ang. *l. in 1. ff. de sepulcr. viol.* assassinos dicens, qui pecunia corrupti, delicta faciunt quo
6 casu ait puniri ne dum qui faciunt, sed qui † mandant de eodẽ delicto, sequitur Paris de Put. *in tract. de synd. in ver. inquisitio,* Frãc. *decis. Neap.* 176. cum aliis per Couar. *in d. c. 20. n. 10. v. quarto eadem ratione,* & dicit Frãcis. Curt. *in cons.* 20. quod per permissionẽ factã alicui vt delictum committat, dicitur perpetratum delictũ
7 assassinatus, † imo Io. Andr. *in c. penult. de cler. non resident.* quod ne dum si pro pecunia, sed etiam vt complaceat alicui, quis delictum committat, dicitur perpetratum delictum assassinatus, vt etiam sequitur Grammat. *in voto criminal. 9. in princ.* Soc. *inter consilia Curtij in d. consi. 20. num. 43. vers. omitto postremo, etiam quod occisi res esset.* vt etiam de tali casu loquitur Aretin. *in consil. 163. num.* 17. Imo etiamsi nihil sit da-
8 tum, vel promissum occidenti, sed occidens † motus fuerit, vt alteri complaceret, adhuc dicitur occidisse per assassinium, vt dicit Ioan. Andr. *in d. c. pen. de cleric. non resident.* Grammatic. *d. voto 9. num. 3.* quod saltem procedit quando suberat verisimilis spes consequendi beneficium, siue remunerationem ab eo, cui complacere volebat, vt declarat Carrer. *in pract. crim. §. circa.*

9 Secundus articulus est: Clericus † assassinus cum sit à toto populo Christiano diffidatus, potest à iudice seculari puniri absque vlla degradatione. Hæc est dispositio *d. c. 1. ibi, clericus, qui horrenda inhumanitate detestãdaq; sæuitia per assassinium quempiã interfici fecerit, sit cum omnibus bonis mundanis, tãquã Christianæ religionis æmulus à toto Christiano populo perpetuo diffidatus, &c.* quæ verba denotant, quod per iudicẽ secularem, & alios impunè occidi possit, vt declarant ibi Gemin. & Franch. *in 10. not.* Angel. *in consi. 14. nos Carolus, col. 2.* Andr. Babat. *in c. at si clerici, n. 129. de iudic.* Couar. *in lib. 2. var. resol. c. 20. num. 10. & in lib. pract. q. c. 22. n. 2. versic. primum etenim illud constat.* Diaz *in sua pract. canonic. c. 96. n. 4. & ibi* Ignat. Lopez, Steph. Aufrer. *in tract. de potest. secul. in Ecclesia, reg. 1. lim. 18. n. 26.* motus, quia idem est bannire, & diffidare, quod statuere, & præcipere, vt impune occidi possit, vt notat Cyn. & alij *in l. reos, C. de accusat.* idem notat Speculum aureum *in 4. part. distin. 11. n. 76.* & ad hoc cumulantur plurimi Doctores per scribentes practicam criminalem, Clar. *in §. fin. q. 36. versic. sed quæro.* Boss. *in tit. de foro compet. n. 141.* Marsil. *in pract. crimin. §. si diligenter. n. 60. & in d. §. examinanda, num.* 25. Practica Corradi, *in tit. de inquisitione, n. 8. in 18. fallent.* vbi quod ita seruatur in practica, Grammat. *voto 8. & voto 9.* Boer. *decis. 69. num. 18.* Capyc. *decis. 155. num. 26.*

Tertius articulus est: Cum hoc crimen sit adeo atrox, enorme, & Christianæ religioni perniciosum, ideo voluit Summus Pontifex sub dispositione *d.* † *c.* 10
1. de homicid. lib. 6. comprehendere omnes, & quoscunque personatus, etiam quauis suprema dignitate fulgentes. Et quod comprehendat Imperatorem, dixit Ioan. Andr. *in d. c. 1.* quem sequitur Couar. *in d. c. 20. n. 10. versic. primum fere censeo, in fin.*

Sed videtur, quod non comprehendat Dominos Cardinales, † quia nulla constitutio ligat ipsum con- 11
dentem Principem, *l. Princeps. ff. de legib. l. digna vox. C. eod. tit.* natura enim canonum est ligare subditos tantum, non seipsos, *c. quod autem. de senten. excommun.* sic econtra concedens indulgentiam, siue remissionem illa vti non potest, Specul. *in tit. de pœni. & remiss. in fi.* Ioan. Andr. *in reg. cui licet, in mercu.* Sed Domini Cardinales sunt pars corporis ipsius Papæ; *c. nouit. & cap. quanto, de his quæ fiunt à Prælat.* & latè scribit de hoc Barbat. *in tract. de præstantia Cardinalium, part. 1. q. 2.* ergo Cardinales non videntur comprehensi sub hac generali, & odiosa dispositione, & ad hoc est textus *in c. cum periculosum, de sentent. excomm. lib. 6. in versic.* nisi de Episcopis, vel eorum superioribus expressa mentio habeatur, sed Cardinales sunt Prælati † supe- 12
riores Episcopis; ergo, &c. & ideo Ioan. de Lignano *in c. 1. de cleric. non resident.* & Doctores omnes *in c. 1. de schismat. li. 6.* dicunt, dispositionem *d. c. quàm periculosum,* non habere locum in Cardinali propter coniunctionem, quam habent cum ipso Papa, *c. requisiuisti, de testam.* & hanc opinionem latissimè probat Barb. *in d. tract. de præstantia Cardinal. part. 1. quæst. 7.*

Verior tamen est opinio, Dn. Cardinales † compre- 13
hendi sub dispositione *d. c. 1.* cum enim agitur de salute animarum; & euitando peccato, dispositio correctoria, & odiosa de tali materia loquens, extenditur ex rationis identitate, Io. And. *in c. ex tenore, qui fil. sint. leg.* quem ibi sequuntur Ant. de Butr. & Abb. Idem Abb. *in c. quæsiuit, de diuort.* Bar. *in auth. sacramenta puberum vers. quæro vtrum ista, C. si adu. vend.* sed dispositio *d. c. 1.* respicit fauorem animarum, vt dicit ibi text. & ideo licet loquatur de Principe, Io. Andr. extendit ad personas etiam maximi gradus supra Principem, ex quo constitutio illa respicit fauorem animarũ, & Reip. sequitur Capyc. *in d. dec. 155. n. 23.* Item propter dictionẽ
quicumque † geminatã, ibi expresšã, quæ cõprehendit 14
etiã odiosiora, Soc. *in cons. 47. n. 30. vol. 4. & cons. 3. n. 23. vol. 3.* Corn. *cons. 237. n. 16. vol. 4.* Dec. *in cons. 599. n. 2.* Crauet. *cons. 308. n. 3.* Rola. *cons. 5. n. 44. & cõs. 91. nu. 40. vol. 1.* & maximè in materia fauorabili, vt per eundem Rola. *in cõs. 12. n. 36. vol. 4.* Neq; obstat, quod de eis expressa

pressa mentio fieri debuisset, quia propter honesta-
tem religionis, & ne Christianis detur scandalum,
quod prædicti supremi Prælati huiusmodi delicta fa-
ciant, pretermissi sunt, tacitè autem comprehensi &
certè mente præconcepti per illa verba, *quicunque
Princeps, Prælatus, seu quæuis Ecclesiastica persona,*
quo casu comprehendi Cardinales, probant Felyn. *in
c. ad aures, nu. 31. de rescript.* & Cassador. *decis. 38. nu. 5. de
reg. Cancell.* est altera ratio. Nam cum maiori digni-
15 tate sint † præditi, opus est, eos plus aliis à fraudibus
esse alienos, iuxta notata *in cùm quidam, de iureiuran.
& l. Presbyteri, C. de Episcop. & cler.* facit text. *in clem. 1.
de renuntiat.* & ideò Sarnens. *super reg. de infirmis resi-
gnantibus*, alios citans, concludit *in d. c.* comprehendi
etiam Dn. Cardinales.
16 Quartus articulus est: Iudex laicus † potest clericos
assassinos punire, duobus concurrentibus. Primo,
quòd qualitas assassinij probata sit concludenter, ita
voluit Io. Andr. *in d. c. 1.* Dec. *consi. 13. vol. 2.* Grammat.
voto 11. n. 5. Fabius Monteleo *in sua pract. arbitraria, in
2. part. septimæ partis, n. 22.* Augustin. de Arimin. *in ad-
ditionib. ad Angel. de malefic. in ver. fama publica, nu. 22.*
Marsil. *in pract. in d. §. examinanda, nu. 24. & in l. 1. C. de
rapt. virgin. nu. 106. & consi. 127. nu. 7.* Paul. Merenda *in
consil. 88. nu. 7. tom. 2. consil. criminal.* & Matthæus Bru-
nus *in consil. 115. n. 79. in d. tom. 2. criminal.* qui in specie
loquitur in Presbytero inquisito de homicidio cum
qualitate assassinij, & concludit post Grammat. *in d.
voto 11. in fin.* & Carrer. *in d. §. circa, num. 13. & 14.* quod
probatio debet esse concludens, facta per argumenta
probabilia, quæ intelligantur, & declarentur esse iu-
dicia indubitata, secundùm Felyn. *in c. afferte, limit. 3.
de præsumptionib.*
Secundò requiritur iudicis Ecclesiastici declaratio,
17 † quod delictum commissum fuerit per assasinium, &
pendente dicta declaratione, iudex laicus non potest
in Ecclesiasticos exequi pœnam *d. c. 1.* neque etiam de-
tinere, ita consuluit Cardinal. Alban. *in consi. 13.* & scri-
bit Placa *in lib. 1. epitom. delict. c. 19. nu. 27.* & post Car-
rer. & alios, quos refert, attestatur hanc esse commu-
nē opinionem Ignatius Lopez *in additionib. ad pract.*
Diaz *super d. cap. 96. versic. notabis tamen vtiliter,* & li-
cet Clarus *in §. fin. quæst. 30. versic. sed quæro.* & Capyc.
in decis. 155. num. 25. dicant contrarium obseruari apud
suos, tamen hæc obseruantia non potuit præiudicium
afferre ordini Ecclesiastico, aliter esset contra liberta-
tem Ecclesiæ, vt plenè scripsimus supra *casu 63. & casu
seq. & casu 81.*
18 Nec obstat, quod iudex † laicus potest procedere
contra clericum absq; degradatione, qua ratione mo-
tus fuit Decian. *in consil. 82. vol. 2.* ad probandum hanc
declaratoriā iudicis Ecclesiastici non requiri. Quia v-
trumque potest stare, & iudicem laicum procedere
contra clericum assasinum absque degradatione, ex
indultu Papæ, ad notata per gloss. *in c. laicis, 17. qu. 7.* &
Cardinal. *in c. perpendimus, n. 6. & 7. de sentent. excomm.*
19 quæ degradatio † in cæteris delictis atrocioribus per
clericum patratis requiritur, etiam stante incorrigi-
bilitate, cum iudici seculari puniendus traditur, vt in
sequenti casu exarabo. Atque ipsum iudicem secula-
rem non posse procedere ad executionem dictæ pœ-
næ, nisi prius facta declaratione per Ecclesiasticum, a-
liàs sequeretur, quod clericus ex sola imputatione as-
sasinij amitteret priuilegium clericatus, quod non
reperitur dispositum, & est contra omnes iuris regu-
las, debet enim plenè de eo constare, vt assasinij pœ-
næ exequi possint, vt dixi. Et illa regula, quod idem
iudex † possit cognoscere de qualitate suæ iurisdictio- 20
nis, de qua plenius scripsi supra *in 2. part.* non procedit
in iudicio contradictorio, Fely. *in c. si clericus laicum,
col. 2. versi. prima conclusio. de foro compet.* & de commu-
ni attestatur Alex. *in consi. 1. col. 2. vol. 4.*
Neque posset de hac qualitate † cognoscere idem 21
iudex laicus, quando delictum assassinij esset notoriū,
vt dicebant Grammat. *in d. voto 11.* & Capyc. *in d. dec.
112.* quia potest dari factum notorium, sed dubitetur
de definitione ipsius. Exemplum sit hoc, clericus mā-
dat Titio, vt occidat Sempronium, promittendo e-
quum, quo casu assassinium esse commissum ex sola
promissione, dixi supra *art. 1.* Titius ipse, non acceptā-
do promissionem, occidit, dubitari potest an hic ca-
sus comprehendatur sub definitione assassinij, quia † 22
non habet requisitum ipsius, videlicet conuentionem,
mediante reciproco consensu inter mandantem, &
mandatarium, vt dixerunt Bald. *in d. consil. 383. vol. 5.*
Corn. *in consi. 249. col. 2. vol. 1.* per regulam *l. 1. §. con-
uentionis, ff. de pact.* & plenius scribit Grammat. *in d.
voto 11. n. 19.* & Paul. Merenda *in d. consi. 88. n. 15. & 17.
tom. 2. consi. criminalium,* qui ad casum assassinij indu-
cendum, considerat promissionem alteri factam fuisse
acceptatam, pro quo etiam videndi sunt Gabriel. *in
comm. conclus. tit. de criminalib. conclus. 1. col. fin.* & Petr.
Plac. *in d. lib. 1. epit. delict. c. 19. n. 10. versi. rursus, articu-
lus iste iuris est,* nec potest dici secularem iudicem
cognoscere de facto, quia factum non impugnatur, &
declarare hunc articulum iuris non pertinere ad iudi-
cem secularem propter magnum præiudicium iuris-
dictionis Ecclesiasticæ. Denique si diceremus iudicē
laicum hoc posse declarare, sequeretur quemlibet al-
terum priuatum posse idem facere, iurisdictio enim † 23
laicorum in clericos assassinos fundatur in illis ver-
bis *d. c. 1.* videlicet, sit cum suis mundanis opibus, tan-
quam Christianæ religionis à toto populo Christia-
no perpetuo diffidatus, sed idem est bannire, ac † diffi- 24
dare, quod statuere & præcipere, vt impunè occidi
possit; ergo aut debemus dicere solum iudicem Eccle-
siasticum posse clericum assassinum declarare, & post-
ea pœnas *d. c. 1.* debere exequi: Aut quemlibet, etiam
priuatum posse clericum assassinum occidere, decla-
rando ipsum assassinum, cum respectu verborum iu-
risdictionis laicalis *in d. c. 1.* non sit maior ratio de iu-
dice, quàm de quolibet altero priuato, & quàm sit hoc
absurdum cuique patet. Propterea sequendo commu-
nem opinionem concludo, quod declaratio † delicti 25
pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, vnde si secularis
iudex peruenisset aliquo modo, posset iudex Eccle-
siasticus vti remediis Ecclesiasticis.

CASVS CXXX.

Clerici committentes delicta atrocissima propter quæ mereantur depositionem, non aliter esse tradendos curiæ seculari, nisi data eorum incorrigibilitate.

SVMMARIA.

1 *Clerici committentes delicta atrocissima an tradantur curiæ seculari, etiam sine incorrigibilitate.*
2 *Ecclesia non infligit pœnam mortis.*
3 *Incorrigibilitas non consideratur in crimine falsi.*
4 *Clericus degradatus nunquam tradendus curiæ seculari, nisi data incorrigilibitate.*

5 *Opinio*

5 *Opinio illa est amplianda, quæ habet regulam iuris pro se.*
6 Cap.cum non ab homine, de iudiciis, *loquitur de omni crimine atrocißimo.*
7 *Dictio* quibuscunque *quomodo ampliet dispositionem.*
8 *Dictio* ita quod, *quomodo intelligitur.*
9 *Iudex laicus habet iurisdictionem in clericos incorrigibiles in atrocißimis.*
10 *Clerici enormitatibus se immiscentes non perdunt priuilegium clericale sine incorrigibilitate.*
11 *Clerici ob crimina enormißima depositi, quando detrudantur in monasterium.*
12 *Clerici committentes delicta reipublicæ perniciosa, non sunt tradendi curiæ seculari.*
13 *Nisi consulto Romano Pontifice.*

PRo resolutione præsentis casus, sciẽdum est, quod Doctores attestantur esse communem opinionẽ
1 pro vtraque † parte, siquidem Abbas *in cap.at si clerici, numer.39.de iudic.* defendit clericum committentem homicidium qualificatum debere deponi, & tradi curiæ seculari, etiam non expectata eius incorrigibilitate, per text.*in c.1.de homicid.* vbi si quis per industriam occiderit proximum suum, ab altari meo euelles eum, vt moriatur. Verbum, *euelles*, intelligendum est de clerico homicida, qui ab altari cui seruit, dicitur euelli, non autem laicus, & dum dicitur, *moriatur*, intelligi debet per ministrum iustitię secularis, quia Ec-
2 clesia † non infligit pœnam mortis, sed solùm degradando tradit curiæ seculari. Eandem opinionem tenet Abb.*in c.nouimus, per illum text.de verb.signific.* vbi tex. loquens de crimine falsi, dicit, si quis propter hoc crimen, vel aliud flagitium graue, nõ solùm damnabile, sed etiam damnosum fuerit degradatus, tanquam exutus priuilegio clericali, seculari foro per conse-
3 quentiam applicetur, neque in crimine † falsi potest considerari aliqua incorrigibilitas. Et hanc opinionem sequuntur Ancaran.*in consi.158.* Barbatia *in consil.65.col.3.vol.1.* Felyn.*in c.1.num.49.de constitutionib.* Alciat. *in c.cum non ab homine, n.22. de iudic.* & hanc esse magis communem opinionem attestatur Guglielm. de Benedict.*in quæst.de homicidio, num.40.in fin.posita post repetit.c.Raynutius*, Clarus *in fin.quæst.36.versic.pariter etiam*, & ita pluries fuisse iudicatum, attestantur Bernard.Diaz *in sua pract.cap.96.* Guido Pap.*deci.121.* & Episcopus Scalens. *in tract.de censuris & irregularitatibus, tit.de depositione, & degradatione, ca.14.per tot.* qui alios referunt.

Contrariam verò partem, videlicet quod clericus
4 degradatus † propter quoduis enorme delictum, non aliter tradendus sit curiæ seculari, nisi sequuta incorrigibilitate esse magis communem opinionem, & veriorem attestantur, & probant Petrus à Plaza *in lib.1. epitom. delict..22.n.43.* Villalob. *in commun.opin.ver. clericus, nu.82.* & Bonacoss.*lib.1.vers.clericus si per insidias, col.2.in fi* Couar.*in d.lib.2.variar.resolu.c.20.n.7. versic.& tamen maximam dubitationem, & versi.quibus ego libenter accedo*, Aret.& Dec.*in d.c.cum non ab homine*, qui alios referunt.

Vnde stante re dubia, datur remedium, quod illa
5 opinio † sit amplectenda, quæ fauet parti, habenti pro se aliquam regulam iuris, ita docet Mathesilan.*in tract.de electione verioris opinionis, col.4.post princ.versi. aut sumus in materia*, & Anton.Maria Corat. *in tract. de commun.opin.lib.2. tit.9.casu 32. versic. secundum est remedium.* & latius scripsi *in mea methodo consulendi & iudicandi, in c.de constitutione legitima super Dd.opi.* Sed in ista materia ponitur regula clericũ degradatum nõ aliter esse tradendum curiæ seculari, nisi sit incorrigibilis, & hic casus non reperitur expressè in iure Canonico limitatus, sicut expressè comprehensus sub regula, ergo nullo modo clericus depositus seculari curiæ tradendus puniendus est, nisi fuerit incorrigibilis.

Hanc veram opinionem efficaciter probat Dec.*in d.† c.cum non ab homine*, præsupponendo primum di- 6
ctum dictæ dispositionis loqui in omni crimine; licèt atrocissimo, vt illa verba demonstrant, & probatur per pronomen *quibuscunque* † ibi positum, quod am- 7
pliat, & extendit generalitatem dispositionis, *l.qui autem, §.fi.ff.de constit.pec.vers.quibuscunque verbis, c.quia plerique.de offi.ordinar.li.6.* & latè scribunt Decian.*respons.35.n.23.vol.3.* pronomen *quibuscunque* comprehendere omnem significationem verbi, cui adiicitur, etiamsi sit impropriissima, Bald. *in l.1. q.34.ff.de rer.diuis.* Decius *consil.599.num.2.* & dicit Bart. *in l.generali, §.vxori, ff.de vsufructu leg.* quod verba *quicunque* & similia operantur, & ampliant significatum verbi, cui adiunguntur, vt etiam extendatur ad latissimum significatum, cuius doctrinam commendat Cardinal. Alex.*in c.si Romanorum, distinct.19.* & Alexand. atque Aretin.*in l.1.de legat.1.* dicunt verba generalia, & vniuersalia recipere restrictionem ab aliis iuribus, aliter sicut generaliter loquuntur, ita generaliter intelligenda sunt. Ex pronomine igitur *quibuscunque* ibi posito, constat comprehendi sub eius dispositione omne delictum, quantumcumque atrocissimum. Deinde text. dicit deponendum esse à iudice Ecclesiastico. Deniq; subdit, quod si depositus incorrigibilis fuerit, &c. quæ verba secundum Dec. referenda sunt ad præcedentia, vt not.*in l.Iulianus, ff.de hered.inst.* ergo & ipsa incorrigibilitas consideranda est in quolibet crimine quantumcunque atrocissimo, hanc Decij inductionem sequutus est Berous *ibid.n.181.* dicens, bene sciuisse Pontificem multa esse delictorum genera grauia, & grauissima, vt omnia comprehenderet, visum fuisse illis verbis vniuersalibus. Altera potest esse illius text. inductio ad hanc opinionem comprobandam: nam cum dixerit, si depositus incorrigibilis fuerit, & in profundum malorum veniens, contempserit: subdit, ne possit esse plurimorum perditio, per secularem comprimendus est potestatem, ita quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur.
Dictio, ita quod, † habet vim taxationis, Alexand.*in l. legata inutiliter, de legat.1.* Ruyn.*in consi.1.n.12.vol.4.* 8
Hippolyt.Riminald.*in consi.482.num.78.* & regulariter proferri debet ad declarandum, & limitandum, Gabriel.*in consi.111.n.24.vol.1.* & dicuntur addere modum, & speciem rei dispositæ, *l.cum tale, & l.Titio.in prin.& §.Titio, ff.de condit.& demonstrat.* Thomas Fastol.*in decis.Rotæ antiquioribus, causa 11. dub.31. n.2.* & sicut exilij pœna non est mors, ita verba illa, *vel alia legitima pœna inferatur*, debent intelligi citra mortẽ, & sic similis glo.*in l.si fugitiui, C.de seru.fugit.* Decian. *respons.55.nu.7.vol.3.* sed pœna exilij, vel similis à iudice laico imponi nõ debet pro delicto† atrocissimo; 9
ergo concludendum est, illas irrogandas esse solum ratione incorrigibilitatis, non igitur sola depositio, sed mixta cum incorrigibilitate sunt causa tradendi clericum criminosum iurisdictioni laicorum. Vnde idem Abb.*in cap. perpendimus, de sentent. excommunic.* loquens de clerico primæ tonsuræ, qui eam & habitum dimiserit, atque enormitatibus † se inmiscuerit, 10
non

non per hoc perdi priuilegium clericale ait, sed restitui debet iudici Ecclesiastico, nisi sit incorrigibilis, aut inueteratus in eiusmodi aggressuris, & enormitatibus, de quo etiam per Couarru. *in lib. practic. quæst. cap. 3? . versi. tertio his*, & per Grammatic. *voto 33. num. 14. & 15.* Denique pro hac opinione possunt induci aliqua iura canonica, quibus clericos † ob crimina e-
11 normissima depositos, disponitur detrudi in monasterium, *c. tuæ, c. clerici, de excess. Præla.* & ad hoc vidēdus Bertazol. *in consil. 78. num. 5. & seq. volu. 1.* vbi latè probat, quod clericus quantumcumque grauia delicta committat, nisi illa reiteret, in eisque perseueret, nunquam efficitur de secularium iurisdictione. Nec placet limitatio Episcopi Scalens. *in d. tract. de irregularitate, cap. 14.* vbi delictum per clericum † commissum
12 esset Reipublicę perniciosum, tunc ad euitādum scandali timorem posse curiæ seculari tradi, non aliter expectata clerici incorrigibilitate, dummodo id † fiat
13 consulto Romano Pontifice. Quia hæc non limitant regulam generalem *d. cap. cum non ab homine*, de iure communi, sed ex noua Pontificis dispositione, quando ille permitteret hanc traditionem non expectata incorrigibilitate. Ideo retorquendo hoc dictum, apparet certius firmari hanc veram opinionem, & posset dici, vbi scandalum maximum immineret, etiam in casibus comprehensis in regula, consulta eadem sanctitate posse fieri relaxationem iurisdictionis Ecclesiasticæ. Ad iura allegata in contrarium non opus esse censeo singulariter respondere, postquam doctè responsum est per Decium, & Berouin *in d. c. cum non ab homine*, ne eadem repetamus.

CASVS CXXXI.

Iudex secularis quam iurisdictionē habeat super clerico criminoso, degradato, sibi tradito, suæque iurisdictioni relaxato.

SVMMARIA.

1 *Clericus degradatus non potest conqueri de iniusta degradatione apud iudicem laicum.*
2 *Episcopus electus non consecratus non potest actualiter degradare.*
3 *Episcopus solus quando possit actualiter degradare.*
4 *Degradationis verba quæ sint.*
5 *Iurisdictio laici in clericum degradatum fundatur per qualitatem degradationis.*
6 *Iudex Ecclesiasticus non tradit degradatum, sed ostendit illum iudici laico.*
7 *Degradatio dicitur præparatio exercitij iurisdictionis laici.*
8 *Lucæ de Penna error circa cognitionem degradationis.*
9 *Clericus depositus incorrigibilis, relaxatus iurisdictioni seculari, potest per iudicem laicum puniri.*
10 *Degradatus actualiter, statim incipit esse de foro secularium.*
11 *Episcopus quomodo est degradandus.*
12 *Episcopus quos debet vocare in degradando aliquem actualiter.*
13 *Per degradationem clerici quando non efficiatur de foro secularium.*
14 *Depositus verbaliter incorrigibilis absque degradatione actuali est de foro secularium.*
15 *Iudex secularis an debeat videre processum clerici degradati, vt possit pœnam imponere.*
16 *Et quod non possit cognoscere de iustitia processus, neque nouum processum formare, est communis opinio.*
17 *Iudex secularis non se intromittit de delicto merè Ecclesiastico.*
18 *Clericus degradatus traditus seculari, qui illum condemnauerit ad pœnam iniustam, ad quem possit appellare.*
19 *Clericus degradatus iudicatur vt subditus iurisdictioni laicorum.*

NVnc videamus, stante clerici incorrigibilitate, si is tradatur curiæ seculari, iuxtà *cap. degradati, de pœnis, lib. 6.* qualiter iudex laicus in eum iurisdictionem suam valeat exercere; Idque expediamus per tres articulos principales.

Primus articulus est: Clericus † degradatus per 1
iudicem Ecclesiasticum, atque relaxatus iudici seculari, non potest apud eundem secularem iudicem conqueri de iniusta degradatione. Quia cognitio degradationis est causa spiritualis; probatur; nam Episcopus † electus, non consecratus, licet possit 2
pronuntiare clericum criminosum esse degradandum, non tamen potest actualiter degradare, vt scribit Conradus Brunus *in tractat. de hæretic. lib. 4. c. 13. num. 4.* Item actualis degradatio, aut fit habenti minores ordines tantum, & solus Episcopus † conse- 3
cratus facere potest, aut fit habenti maiores, & non potest solus Episcopus, nisi cum assistentia aliorum Episcoporum in numero à sacris canonibus definito, *cap. non potest, & ibi gloss.* Abb. & Felyn. *de re iudic.* gloss. *in cap. 1. in verb. canonibus, de hæretic. lib. 6.* fallit, quando idem numerus haberi non potest, vt declarant Iohannes Andreas, & Franchus *in d. cap. degradatio.* Item probatur, quia verba degradationis † sunt 4
hæc: *Auctoritate Dei Omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ac nostra auferimus tibi clericalem habitum, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, & beneficio, & priuilegio clericali*, vt probat Conradus *in dict. cap. 13. num. 6.* ex quibus apparet actum degradationis esse merè spiritualem; ergo iudex laicus non potest de querela iniustæ degradationis cognoscere.

Vlterius idem probatur alia ratione principali. Nam iudex laicus fundat suam iurisdictionem † in 5
clericum degradatum per qualitatem degradationis, *dict. cap. degradatio. de pœnis, lib. 6.* Abbas *in ca. nonimus. de verborum significationibus*, Decius *in cons. 24. non ab homine, numer. 68. de iudic.* Rolandus *in cap. cum. numer. 10. & sequent. volum. 1.* quia definit esse clericus, vt dicit Abbas *in cap. cum sit proprium, numer. 7. de conditionibus appositis*, ergo debet constare de hac qualitate imprimis, & earum præsupposita, nulla competit iurisdictio, *l. 2. §. sed si dubitatur, ff. de iudic. l. si quis aliena, ff. eod tit. l. 1. §. ait prætor, ff. ne quid in flumine publico, l. prætor. §. docere. ff. de vi bonorum raptorum.* Bar. *in l. multum, ff. de conditionibus & demonstrationib. & in l. si finita, §. Iulianus de damno infecto.* Paris de Puteo *in tract. de syndicat. in verb. iudices puras, versic. iudici semper sentit.* Vnde dicit Conradus *in dict. c. 13. numer. 9.* iudex † Ecclesiasticus non tradit cleri- 6
cum degradatum iudici seculari, sed potius ostendit, & declarat clericum esse priuilegio clericali exutum, post Franchum *in dict. capit. degradatio, §. proderit.* ipsa igitur degradatio † dicitur præpa- 7
ratio exercitij iurisdictionis secularis, sed si iudex laicus

laicus vellet de afferta iniustitia degradationis cognoscere, ageret sine fundamento suæ iurisdictionis, quæ fundata est in qualitate degradationis, vt dixi, & obstaret regula iuris, *c. ex eo. lib. 6.*

8 Ex quo infertur errare Luc. † de Penna *in l. 1. col. 3. versic. secundo quæritur, C. de priuileg. scholar. lib. 12.* concludentis posse iudicem laicum de huiusmodi degradationis iniustitia cognoscere, quem sequuntur Chassan. *in consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. num. 56. versic. si tamẽ dicat se iniustè degradatum,* & Stephan. Aufrer. *in tract. de potest. secul. in Ecclesiast. reg. 1. fall. 4. versi. sed quid si talis clericus dicat se contra iustitiam degradatum.* Item quia allegata ibi per Lucam concernunt potius impositionem pœnæ, de qua in sequenti articulo loquar. Nec valet argumentum, iudex laicus potest non imponere pœnam mortis, sed alteram iuxta qualitatem negotij; ergo etiam potest cognoscere de afferta iniustitia degradationis, quia primum præsupponit qualitatem iurisdictionis, secundum impugnat qualitatem, ergo iurisdictione caret.

9 Secundus articulus est: Clericus † depositus, incorrigibilis, relaxatus iurisdictioni laicorum potest puniri per iudicem secularem secundum leges ciuiles ad eius arbitrium, de hoc est text. *in c. ad falsariorum, de crimin. falsi. & in d. c. cum non ab homine, de iud. ibi; vel alia legitima pœna, &c.* & probant Ab. *in d. c. cum non ab homine, in vlt. notab.* Diaz *in pract. crimin. canon. c. 161. num. 5.* Stephan. Aufrer. *in d. reg. 1. fallen. 4.* Clar. *in pract. §. fin. quæst. 36. versic. sed an iudex.*

10 Declaratur hic articulus, vt procedat in † degradato actualiter, qui statim incipit esse de foro seculari, etiam antequam tradatur curiæ seculari, secundum Ioan. Andr. *in c. cum non ab homine, col. fin. de iud.* secus verò in verbotenus deposito, quia non efficitur de foro seculari antequam tradatur. Et ad cognoscendum istam differentiam, primo aduertendum est, quia si de-
11 gradandus † est Episcopus actualiter, in eius actuali degradatione requiruntur duodecim Episcopi astantes: si est Presbyter, requiruntur sex; si est Diaconus vel Subdiaconus, tres; si est Clericus in minoribus constitutus, sufficit proprius Episcopus, ita est textus expressus *in cap. fin. 15. q. 7.* & scribit Summa Syluestrina *in ver. degradatio, q. 1.* Maranta *de ordine iudic. part. 4. distin. 11. num. 71.* Sed hodie ex dispositione Sacrosan-
12 cti Concilij Tridentini, solus Episcopus, † adhibitis quibusdam Prælatis Ecclesiæ suæ potest degradare actualiter, vt per Bernard. Diaz *in pract. crim. canonic. cap. 3. num. 7.* Idem est si degradatio fit verbaliter, non ad effectum, vt sequatur degradatio actualis, quia sufficit solus Episcopus. Secundo aduertendum est circa degradationis formam. Nam si Episcopus dicat
13 tantum degradamus † te, absente iudice seculari, & nihil aliud proferat, non subest ex hoc illi iudici seculari, nisi eo præsente degradetur, & tradatur; sin autem dicat degradamus te, & priuamus omni priuilegio clericali; tunc censetur esse relaxatus iurisdictioni secularium, Anton. de Butr. *in cap. at si clerici, §. de adulteriis, vers. venio ad tertium contrarium, de iud.* Nicolaus de Milis *in suo repert. in verb. clericus actualiter,*
14 vbi quod idem est, si clericus depositus † verbaliter, iterat delictum; quia ex hac incorrigibilitate subest iudici seculari absque alia degradatione actuali, & traditione: sed hoc intelligitur, quando incorrigibilitas surgit ex trina monitione, vt per Ioan. Andr. quem sequitur Ant. de Butr. *in d. c. cum non ab homine, in 2. opposit.* & per Milum in loco citato.

Secundo declaratur hic articulus secundum iuris ciuilis interpretes, vt iudex secularis, † cui clericus de- 15
gradatus est traditus, non statim debeat pœnam imponere, & executionem facere, nisi viso processu iudicis Ecclesiastici, eoque iusto inuento, aut ex nouo processu per eum facto, pœnam imponat, ita firmarunt Bartol. Angel. Fulgos. Paul. Castrens. & alij communiter *in l. magistratibus, ff. de iurisdict. omn. iudi.* Idem Bar. *in l. non dubium. & in l. diuus, ff. de custo. reorum,* & Bartoli doctrinam esse communiter receptam testatur Iodocus *in practic. crimin. cap. 61. nu. 54.* & dicit Igneus *in l. 1. §. cum dominus, num. 41. ff. ad Syllanian.* quod vidit eius opinionem seruari in Senatu Mediolani, de quo etiam per Clar. *in §. fin. q. 96. versic. quæro etiam,* atque per Vasquium, qui alios Doctores referunt, *in tract. de success. creat. §. 1. de testantium potestate, num. 16. versic. denique.*

Verum in contrarium se habet communis † opi- 16
nio Canonistarum, de qua testatur Berous *in cap. at si clerici, num. 79. & seq. de iudi.* & Clarus *in d. q. 96. ver. quæro etiam, versi. nihilominus communis opinio præsertim Canonistarum est contra Bartol.* & hanc doctè defendit contra Bartol. Ignatius Lopez *in additionib. ad pract.* Diaz *super cap. 144.* Sed Clarus ibidem post alios distinguit, communem opinionem Ciuilistarum procedere in illis casibus, in quibus si reus fuisset laicus, potuisset iudex secularis cognoscere; secus esse probat, vbi crimen fuisset merè Ecclesiasticum, † quia de 17
eo iudex laicus non potest se intromittere, *c. inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. li. 6.* sed statim exequi debet ad instantiam iudicis Ecclesiastici, de quo latius scripsi supra *in part. 1. ca. 13. de imploratione brachij secularis,* ibi videndum est.

Tertius articulus est: Vbi iudex secularis † senten- 18
tiam profert condemnando clericum degradatum sibi traditum, tunc si sumus in casibus, in quibus habet iurisdictionem, si illud delictum fuisset perpetratum à laico, posset ille clericus condemnatus à sententia iudicis secularis ad illius superiorem appellare, sicut posset quilibet alter laicus. Hanc opinionem probat Bernardus Diaz *in d. cap. 144. versic. crederem tamẽ quod si depositus sic traditus,* & ratio est, quia hic clericus † iu- 19
dicatur vt subditus iurisdictioni laicorum; ergo non debet esse deterioris conditionis, quàm quilibet alter, in quem iudex laicus animaduertere posset, & cum de periculo hominis, & salute conscientiæ agatur, cautius est agendum, *l. addictos, C. de appell. l. 1. §. sed si quis, ff. de Carbonian. edict. c. quiescamus, dist. 43. cap. vbi periculum, de electione, lib. 6.* Intelligo tamen hunc articulum in casibus suæ iurisdictionis, vt dixi. Item nisi brachium seculare denuo imploratum esset cum comminatione pœnæ, vt scripsi *in d. cap. 13. part. 1.* Item iudicando ex eisdem actis, quia non posset nouus formari processus, vt dicam in sequenti casu.

CASVS CXXXII.

Iudicem laicum non posse torquere clericum actualiter degradatum, sibi relaxatum, nouum formando processum super impositione pœnæ.

SVMMARIA.

1 *Degradatum actualiter percutiens incidit in excommunicationem.*
2 *Clericus degradatus semper retinet charactere ordinũ.*
3 *Character, & consecrationes perpetuæ sunt.*

4 Degra-

4 *Degradatus si restituatur, non debet iterum ordinari.*
5 *Degradatus si moreretur, & postea resurgeret, non debet iterum ordinari.*
6 *Clericus degradatus non potest torqueri per laicum.*
7 *Laici torquentes clericum etiam de ordine superiori, incidunt in excommunicationem, & n.9.& 11.*
8 *Clericus non potest torqueri per laicum, etiam de licentia episcopi.*
10 *Clericus criminosus contra quem sunt indicia non potest torqueri, nisi sit infamatus.*
12 *Episcopus præcipiens torqueri clericum per ministros laicos est excommunicatus.*
13 *Iudex laicus non potest contra clericum degradatum formare nouum processum.*
14 *Acta facta coram episcopo faciunt fidem coram laico.*
15 *Notorium sufficit allegare, nec opus est probare.*

1 Percutiens degradatum † actualiter, incidit in excommunicationem, *cap. si quis suadente diabolo, 17. quæst. 4.* vt tenet gloss. & Doct. *in c. 2. de pœnis, lib. 6.* gl. *in c. accedēs, dist. 50. & c. 2. dist. 54. & c. dictū, dist. 81.* Bertachin. *in trac. de episcop. part. 4. titulo de causa finali, & effectu degradationis, n. 2.* Et ratio est, quia semper retinet ordines, † & remanet character, ratione cuius, si
2 de facto celebraret, conficeret verum corpus Christi, vt tenet Io. And. *in nouell. & ibi* Abb. *in c. 1. n. 11. qui cleric. vel vouentes matr. contrah. poss.* Et hæc est communis opinio omniū Theologorum, vt attestatur Abb. *in d. c. 1. in fine.* D. Thom. *in 3. parte summæ, q. 83. articulo 8.* concludit, potestatem consecrandi eucharistiam pertinere ad characterem sacerdotalis ordinis; chara-
3 cter † autem quilibet, qui cum aliqua consecratione datur, indelebilis est, sicut quarumcunque rerum consecrationes perpetuæ sunt, neque possunt amitti, vel
4 reintegrari. Ideò si degradatus † restituatur, non debet iterum ordinari, *c. si episcopus, 11. quæst. 3.* Specul. *in tit. de dispensationib. §. nunc de episcoporum, vers. 65.* Ber-
5 tach. *in d. parte 4. n. 6.* Item si degradatus † moreretur, & postea resurgeret, non debet iterum ordinari, glossa *in c. 2. 32. quæ. 7.* Andr. Sicul. *in c. non potest, de re iudic.* Doctores *in c. degradatio, de pœnis, lib. 6.* & hæc est vera, pia & sacrosancta opinio, quicquid alij senserint in contrarium.

6 Ergo non potest torqueri † per laicum, glossa *in c. final. dist. 35.* & ibi Præposit. dicit esse notandum propter officiales, qui quandoque torquent clericos, per
7 laicos, † & malè faciunt, quia excommunicationem incurrunt, vt voluit glossa *in summa distin. 45.* Et quod
8 clericus † non possit torqueri per laicum, etiam de licentia proprij episcopi, firmarunt Io. de Anania *in c. super eo. col. 2. in fine, de crimine falsi.* Archidiac. & Gemin. *in summa dist. 45.* Anton. de Butr. & Ancaran. *in c. vt famæ. de sentent. excommunicat.* & refert ibi Abb. in fine, & sequitur Dec. *in c. dilectis, in princip. de appellat.* Idem Ancaran. *in c. vniuersitatis, de sent. excomm.* Maranta *de ordine iud. part. 4. dist. 11. n. 74.* latè probat Stephan. Aufr. *in tract. de potestate secul. super eccles. regula 3. fallent. 12. vers. & propterea dicit glossa.* vbi quod laici
9 torquentes † clericos de licentia episcopi sunt excommunicati, & consuetudo in contrarium non excusat à culpa, quæ est irrationabilis, Summa Syluestrina *in ver. excommunicatio, in sexto. §. 11.* Diaz *in sua practica c. 26. versi. nota tamen.* & ibi Ignat. Lopez *in additione quæ inc. torqueri per laicum.* qui alios allegat, Gregor. Lopez *in lege quinquagesima sexta, glossa 10. tit. 5. partis 1.*

Et licet clericus † criminosus, contra quem adsunt 10
indicia, non possit torqueri, nisi sit infamatus, vt voluit Abb. antiquus *in c. grauis, de deposito. & ibi* Paul. de Eleazar. & Io. de Ana. *in c. 1. col. 5. de clerico percuss.* Abb. *in c. cum in contemplatione, de regu. iur.* Fel. *in c. veniens, col. 2. de testib.* Marsil. *in practica criminal. §. nunc videndum, col. 11. vers. scias. & in §. expedita, n. 40. & in rubr. ff. de fideiussorib. n. 126. & in singul. 55. incip. aduertas.* cum aliis ad hoc cumulatis per Petr. Duen. *in regu. 190. ver. contrariam tamen opinionem.* tamen non debet torqueri à ministris laicis, etiam coram proprio episcopo, & dicit Abbas *in d. c. vniuersitatis, n. 6.* quod clerici † nullo 11
modo sunt torquendi per laicos, etiam de licentia proprij episcopi, quia in tortura dantur verbera, & cruciatus ad eruendum veritatem, propterea laicus exequens, & episcopus † præcipiens, non posset e- 12
uitare excommunicationem, propter maximam ignominiam, quæ inferretur toti ordini clericorum, & laici magis exardescerent, quàm deberent, in odium clericorum: subdit tamen in fine *dicti numer. 6.* hoc debere permitti, quia clerici non obtemperarent, cum non sint periti in hac arte torquendi, cuius dictū sequitur Gregor. Lopez *in d. gl. decima d. legis. 56.* Sed Fel. *in d. c. vniuersitatis,* dicit, Abbas vult, quod ista cōsuetudo excusat, sed conclusio est vera, & verissima quod non excusantur; imo facientes clericos per laicos torqueri sunt excommunicati, & ad hoc plurimos allegat, addens, si clerici nesciunt torquere, poterit Prælatus vocare ministros laicos qui ligabunt, & postea clerici torquebunt, quod est satis honestum & pium, ne fiat opprobrium toti ordini clericorum. Ex his apparet, clericos degradatos torqueri nō posse per officiales laicos, quin incurrant excommunicationem, quia characterem retinent, eosque percutientes sunt excommunicati.

Ex his infertur errare Lucam de Penna † *in l. 1. col.* 13
2. vers. sed quicquid dicant Canonistæ, C. de priuil. schola. lib. 12. volentem iudicem secularem, contra clericum degradatum, atque relaxatum suæ iurisdictioni, posse formare nouum processum, & *ibid. col. 3. vers. concluditur ergo manifestè, pro veritate habenda posse clericū degradatum torquere.* Nam vt latè probaui supra, secularis percutiens clericum degradatum incidit in excommunicationem; ergo multo magis incidit, si torqueret, cum sit grauior percussio. Item quia relaxatur iudici seculari, tanquam notoriè confessus, vel conuictus de delicto, pro quo degradatur, & cum sit executa pœna degradationis, sententia ipsa dicitur veritas, ex reg. *l. res iudicata.* & notoriè dicitur constare de delicto. Nec opus est nouo processu, quia acta † facta 14
coram Episcopo debent facere fidem coram iudice laico, *c. statuimus. 11. quæst. 1.* vbi non debet examinari iudicium, quando delictum est notorium, sed solum pœna imponi, vt ibi notat Archidiacon. & ad hoc est tex. *in c. ad petitionem, de accusationib.* & quando crimē est notorium vel ex confessione rei, vel actis legitimè factis, nullæ sunt partes iudicis, nisi condemnando, *c. cum olim, de verb. significationib.* & confessus habetur pro iudicato, *l. 1. C. de confess.* & notorium resultat ex confessione facta in iudicio, Afflict. *in decis. 176.* Bald. *in l. properandum, in fine, C. de iudic.* quod facit recedere à regulis iuris communis, Roma. *in l. si vero, §. de viro, in 30. fallent. ff. solut. matrim.* Et sufficit allegare notorium, nec opus est probari, gloss. *in clem. appel-* 15
lanti, in verbo iudex, de appellationib. quam esse cōmuniter approbatam dicit Crotus *in l. 1. nu. 57. ff. de noui*

oper.nuntiat.propterea sufficit allegari tantùm coram iudice laico, cuius ministerium erit tantùm exequendi, pœnam legitimam imponendo. Et huc pertinent quæ scripsi *in 1.art.præcedentis casus*: nam iudex laicus fundat iurisdictionem suã propter denegationem & relaxationem, quoad pœnam legitimam imponendã, vtrumq; igitur debet presupponere ex canonicè cõpilato processu; ergo ex eodem debet cõdemnare, nec nouũ fabricare, aliàs careret iurisdictione impugnando actum, ex quo illam obtinuit, *c.ex eo,de reg.iur.lib.* 6. Neque obstat text.*in §.si verò crimen,in auth.de sanctißim.episcop.* in quo se fundat Lucas de Penna, *in ver. & secundùm leges litem examinans,&c.* quia ibi acta erant facta coram episcopo, & iudex secularis pro impositione pœnæ tantùm debet litem examinare, quod nos admittimus, sed non ex illo textu, tanquam conditus à nõ habente potestatem, vt supra in prima centuria de similibus legibus pluries scripsimus.

CASVS CXXXIII.

Clericos delinquẽtes in Principẽ, aut Rẽpublicã, non cõmittere crimen læsæ maiestatis, etiã si feudum recognoscerẽt ab eisdem, & in eis nõ habere locũ pœnam *l.quisquis, C.ad l.Iuliã maiest.* Neq; posse puniri per iudices laicos, & quæ pœna sit eis imponẽda per iudicem ecclesiasticum.

SVMMARIA.

1 *Crimen læsæ maiestatis contra quem committitur.*
2 *Committitur contra non recognoscentes superiorem de facto & de iure.*
3 *An committatur per clericos.*
4 *Clerici non possunt committere crimen læsæ maiestatis in aliquo capite.* (ditum.
5 *Crimen læsæ maiestatis non committitur per non subditũ si habet domicilium in loco.*
6 *An committatur per non subditũ si habet domicilium in loco.* (laici.
7 *Clerici dicuntur esse in dominio & ditione Principis*
8 *Clerici post clericatum non sunt amplius subditi Imperatoris.*
9 *Clericus per electionem domicilij non fit de foro secularium.*
10 *Clericus feudatarius Principis laici nullo modo committit crimen læsæ maiestatis.*
11 *Subditus ratione feudi cùm non est ligius, non committit crimen læsæ maiestatis, & n.14.*
12 *Feudum non dat imperium in vasallos.*
13 *Obligatio subditi ratione feudi differt ab obligatione ratione iurisdictionis.*
15 *Feudi natura non tribuit iurisdictionem in personam.*
16 *Statutum de committentibus crimen læsæ maiestatis intelligitur de subditis ratione originis, vel domicilij, non autem ratione feudi.*
17 *Et quid de subditis ratione delicti, vel contractus.*
18 *Pœna* l.quisquis, C.ad l.Iul. maiest. *non habet locum in filio clerico.*
19 *Patre condemnato propter læsam maiestatem, non publicatur beneficium ecclesiasticum filij.*
20 *Pœna* l.quisquis, C.ad l.Iul.maiest.*non comprehendit filiam.*
21 *Masculinum quando concipiat fœmininum in odiosis.*
22 *Pœna* l.quisquis, *procedit in filiis masculis & fœminis.*
23 *Verbum posteros comprehendit fœminas.*
24 *Filiæ fœminæ ita proueniunt ex sanguine infecto patris, sicut masculi.*
25 *Filiæ res criminis læsæ maiestatis diuinæ sunt incapaces & infames.*
26 *Crimina hæresis & læsæ maiestatis humanæ sunt hodie exæquata.*
27 *Clerici proditores patriæ vel Principis non sunt cognoscendi per laicos iudices.*
28 *Constitutio Nepolis, qua clerici proditores Regis cognoscuntur per laicos, est contra omnia iura.*
29 *Rex Neapolis nullam iurisdictionem habet in clericos ex conuentione cum ecclesia.*
30 *Episcopi quæ remedia debent adhibere pro defendendo iurisdictionem ecclesiasticam.*
31 *Clerici delinquentes aduersus læsam maiestatem quam pœnam pati debent.*
32 *Liber Decretorum fuit approbatus simul cum paleis ab Eugenio Papa.*
33 *Degradatio verbalis est idem quod depositio.*
34 *Clericus coniurator contra episcopum debet deponi.*
35 *Clericus maledicens Principi arbitrariè punitur.*

CRimen † læsę maiestatis olim committebatur aduersus populum Romanũ & eius securitatem, *l.* 1 1.*ff.ad l.Iuliam maiest.* Deinde consideratur committi solum cõtra Imperatorem, *l. quisquis, C. eod. tit.* Sed hodie dicitur etiam committi contra † dominum non 2 habentem superiorem de facto, vt probat Castrens.*in l.3.C.de episc.& cler.* & Lucas de Penn.*in l. contra publicam,col.2. C. de re milit. lib.* 12. vbi quod si comites habentes regalia offendantur ab eorum subditis, illi incurrunt crimen lęsę maiestatis, & rationem considerauit Aymo *in consuetud. Aluerniæ titul.* 29.*arti.*2.*n.* 14.*vers.aduerte circa istam materiam.* quia isti sunt loco Principis in omnibus, prętérquam in reseruatis in signum superioritatis, de quibus *in tit. quæ sint regalia.* & hoc quantum ad huiusmodi crimen in secundo capite, sed respectu primi capitis, hoc crimen committitur solum contra non recognoscentes superiorem aut eorum officiales, de quo latiùs per Castrens. *in d.l.3.C.de episc.& cler.* & per Felyn. *in cap. cum non liceat.colum.6.de præscript.* Sed dubitationis est, an hoc delictum dicatur committi per clericos, vt ideo sub- 3 sint animaduersioni Principum scularium, aut eorum magistratuum, contra quos deliquerint: Cuius resolutio vt clarior habeatur, explicemus per quinque articulos.

Primus articulus est: Clerici † non possunt com- 4 mittere crimen lęsę maiestatis in aliquo capite, Bald. *in l.2.C.de falsa moneta.* dicit; Si subditus ciuitatis falsificat monetam ipsius, incidit in crimen lęsę maiestatis. Et quod dixi subditus, quia non subditus † non 5 incidit in crimen lęsę maiestatis, subdens proditorem populi incidere in crimen lęsę maiestatis, si est subditus, alias secus, idem tenet *in l. nihil, C. de manumis.vindict.* & hanc opinionem sequuti sunt Martin. Laudẽs.*in tract.de Principib.in tit.de crimine læsæ maiestatis.* Ale.*in addit.ad Bar.in l.1.in vltima addit.ff.ad.l. Iul.maiest.* Luc.de Penn.*in l.1.col.2.vers. an scilicet crimen, C.de conductor. & procur.seu exactor.præd.fiscal. li.* 10. Igneus *in l.necessarios,§.nõ alias,n.*417.*ff.ad Syllan.* Ruyn.*in cons.*23.*col.* 1. *vol.* 1. Cæpoll .*in cons.* 17.*col.*4. *vers.& ideo videtur.* Ægid.Bellamer. *in cons.*15.*in* 2.*qu.* Fe.*in c.*1.*col.*2.*vers.fallit tertio.de offi.deleg.* Marsil.*sing.* 164.*in fin.& in l.de minore,in princip.col.*2.*vers.adde in hoc crimine,ff.de qu.* Boer.*in tract.de seditiosis. §.præsuppono etiam,num.*2. Corn.*in consil.* 66.*num.* 3. *volum.*4. Grammatic.*voto criminal.*10.*num.*34. Cephal.*in consi.* 75.*num.*56.*volum.*1. Roland.*in consi.*4.*volum.*1. vbi latè

Gigas

Gigas *in tractatu de crimine læsæ maiestatis, quæst.* 68. Clarus *in §. læsæ maiestatis, vers. hinc infertur.* Bernard. Diaz *in sua practic. criminal. cap.* 110. Arnaldus Albertin. *in repetitione cap. quoniam, de hæret. q.* 11. *nu.* 75. *vsque ad num.* 88. qui alios referunt.

Et omnes mouentur ex ratione textus *in clem. pastoralis, §. cæterum, & ibi glossa in ver. non subfuit, de re iudic.* & licet posset torqueri idem text. *in §. rursus.* à contrario sensu, quod non subditus committit cri-
6 men † læsæ maiestatis, quando habet domicilium in loco ipsius Principis, quem offendit. Nam ibi *in versi. eodem regno, vt præmittitur, non in imperio certum, continuum, & notorium domicilium suum habens, &c.* Ex quibus verbis colligitur, non dici commisisse crimen læsæ maiestatis, quia non habitabat in ciuitatibus imperij; ergo à contrario sensu, si habitasset, & deliquisset in Imperatorem, diceretur commisisse crimen læsæ
7 maiestatis, sed clerici † dicuntur esse in dominio & ditione ipsius Principis, *c. final. §. 1. de offic. delegat. li. 6.* & ibi omnes Canonistæ notant, qua ratione Barbat. *in consi. 70. incip. vbi Christus, volum.* 4. tenuit clericum committere crimen læsæ maiestatis contra Principem laicum; & hanc opinionem sequuntur multi relati per Farinac. *in titulo de inquisitione, quæst.* 80. *num.* 39. tamen Clarus *in d. vers. hinc infertur.* respondet, clericos
8 post clericatum † non esse amplius subditos Principis secularis, & latius probat Roland. *in d. consil. 4. n. 6. & plur. seq. vol.* 1. Aliter credo respōderi posse, *d. clem. pastoralis.* loqui de Rege, non autem de clerico, & Rex ipse laicus est, *c. tua, in primo, de decimis.* & inibi Abbas aduertit, quod licet Rex vngatur, non tamen recipit potestatem super ecclesiasticis. Est tamen differentia, quia laicus per electionem domicilij efficitur de illius foro, in cuius territorio eligit, vt notant Doct. *in c. licet, de foro compet.* sed clericus † per electionem domi-
9 cilij non potest effici de foro secularium, *c. si diligenti, de foro compet. c. nouerint.* 10. *q.* 1. Quare remanet vera opinio fundata non solum auctoritate plurimorum Doctorum, sed & ratione Pontificia, clericos non posse committere hoc crimen læsæ maiestatis, quia subditi non sunt Principis secularis.

10 Secundus articulus est: Clericus habens † feudum à Principe laico, quomodocunq; in illum delinquat, non potest dici committere crimen læsæ maiestatis: opus est enim, vt sit subitus ratione originis vel do-
11 micilij. Vnde subditus ratione † feudi, cum non est ligius, non committit crimen læsæ maiestatis, *d. clem. pastoralis. §. denique. & ibi* Albertin. *in q.* 11. *n.* 86. *& seq.*
12 Oldrad. *in consil.* 40. qui dicit, feudum † non dare aliquod imperium in vasallos, sed esse quendam contractum, in quo quis alteri obligatur, in iis de quibus in titulo de noua forma fidelitatis. Et differt obligatio
13 subditi † ratione feudi ab eo, qui est subditus ratione iurisdictionis, *c. 1. qualiter iur. deb. fidelit.* Andreas *in c. imperialem, n. 8. de prohib. feud. alienat. per Federic.* Capyc. *decis. 162. n. 12.* Loffred. *in consil. 5. n.* 42. Roland. *in cons. 1. n. 26. vol.* 3. quod scripsit in causa illorum de Flisco Genuensium, Socin. *in consil. 222. vol. 2. & consil. 27.*
14 *vol.* 3. qui omnes concludunt, subditum † ratione feudi non posse dici committere crimen læsæ maiestatis. Eandem opinionem firmarunt Immola *in d. clem. pastoralis.* Cardinal. Zabarel. *ibidem in §. rursus, in 3. not.* Bonifac. de Vitalinis *ibidem in §. nos autem, num.* 41. vbi
15 quod natura feudi † non tribuit iurisdictionem in personam, sed eam tantum, quando de feudo tractatur, & dicitur iurisdictio realis, non personalis; ergo si homo imperij efficeretur vasallus ecclesiæ, non per hoc efficeretur subditus iurisdictioni ecclesiæ, nisi solum quando contenditur de feudo, Card. Alex. *in cap. in pœnis. §. de persona, 2. q.* 1. Spec. *in tit. de feudis, §. quoniam, vers. decimo septimo quæritur.* Afflict. *in c. 1. col. 2. vers. qualiter vasall. iurare deb. fidelit.* Boss. *in tit. de crimine læsæ maiest. n.* 106. Clarus *in d. §. læsæ maiest. §. vidi quoq;* vbi testatur hanc esse communem opinionem, Gigas *in tractatu de crimine læsæ maiest. lib. 1. quæst.* 68. Caccheran. *in consi. 69. n. 27. & consil. 64. n.* 11.

Ex quo infertur, quod stante statuto, vbi subditi 16
committentes tale † delictum reputentur rei læsæ maiestatis, debet intelligi de subditis ratione originis vel domicilij, non autem ratione feudi, vt aduertit Bald. *in l. omnes. §. si vero, colum. 2. vers. delinquentes autem, C. de episcopal. audient.* & Felyn. *in c. final. n. 48. de foro compet.* Castrens. *in consi. 89. n. 2. vol.* 2. Et licet quoque possint comprehendi subditi ratione † delicti, 17
vel contractus, vbi factum est, cùm ipsi quoque efficiantur subditi, tamen semper de primis intelligitur, glossa, & ibi ponderat Alex. *in l. penult. nu. 12. ff. de iurisdict. omn. iudic.*

Tertius articulus est: Pœna † *legis, quisquis, C. ad l.* 18
Iuliam maiestatis. non habet locum in clerico filio delinquentis, ita dixit glossa notabilis *in cap. satis peruersum dist.* 56. quam refert, & sequitur Alc. *in additionib. ad Bartol. in d. l. quisquis.* Archidiacon. *in c. satis, 6. q. 1. & ibi etiam Præposit.* Cardinal. *in c. vergentis, de hæretic.* Arnaldus Albertin. *in c. quoniam q. 11. n. 81. de hæretic.* Io. Anton. de Nigr. *in repetit. extrauag. vnic. de vita & honestat. cleric. n.* 464. Marsil. *in repetit. rubric. ff. de fideiussorib. n.* 143. Et pro hac opinione facit quod dixit Ang. *de malefic. in ver. & eius bona publicamus, in vers. quid si filiusfamilias damnatur, in fine.* vbi quod si pater propter crimen † læsæ maiestatis esset condemnatus, 19
non intelligitur publicatum beneficium ecclesiasticum filij, neque præbenda, sed ipsi filio reseruanda sunt, Immola *in l. cum filius ff. de verb. obligat.*

Aliqui putant, huius articuli similem rationem posse dari, quia pœna † *d. l. quisquis,* non comprehen- 20
dit filiam fœminam ipsius delinquentis, vt est communis opinio, de qua per Gigant. *in tract. de crimine læsæ maiestat. lib. 3. quæst.* 14.

Sed ista opinio nunquam mihi placuit. Et Doctores qui illam defendunt, solum disputant articulum nunquid masculinum † concipiat fœmininum, & re- 21
spondent, quod in odio irrationabili fœmininum non comprehendit, allegantes *d. l. quisquis.* Nec habet aliquam rationem pro se, & contrariam partem defendunt grauissimi viri, Claudius de Seisello *in l. si quis id quod, ff. de iurisdict. om. iudic. à num.* 3. per tres columnas disputat articulum, atque resoluit contraria, demonstrans Salyc. & sequaces in hoc multum errasse, & *n.* 14. exclamat, temerarium esse tam in iudicando, quàm in consulendo contrarium sentire, & *num.* 5. respondet ad Falcidiam filiabus permissam, ex dispositione *d. l. quisquis.* † nam ex hoc remanent omnes a- 22
liæ pœnæ æqualiter in masculis, sicut in fœminis, vt institui nequeant, vnde remanent fœminę habilitatę solum in casu dispensatiuo, non in aliis, vti Claudius ex pluribus deducit. Et contra dictam communem est textus *in l. fin. C. de bonis damnat.* quę declarat *d. l. quisquis.* Nam postquam disposuit de bonis damnatorum quoad filias, subiecit formalia verba; *Excepta sola maiestatis quæstione, quam si aliquis sacrilego animo assumpserit, iustè pœnam ad suos etiam posteros transmittit.*

23 *mittit*. Verbum autem † *posteros* etiam fœminas comprehendit, *c. vbicunque. de pœnis, lib. 6.* Hanc etiam opinionem tenent Io. de Terra Rubra *in tract. rebell. li. 2. articul. 2. quæst. 12.* & Bursat. *in consi. 216. n. 20. vol. 2.* latè etiam hunc casum contra communem defendit Igneus *in l. 1. §. iuxta hoc tamen, n. 35. ff. ad Syllanian.* Item potest adduci ratio, quia *d. l. quisquis.* punit filios, tamquam ex infecto sanguine patris, vt probat Dec. *in consil. 64. n. 3. vers. vltim. prædicta conclusi.* macula enim patris est in filiis & descendentibus, qui non diligunt, quem pater odit, & in quem delinquit, *l. diuo Marco, C. de quæstionib.* & considerat Andr. *in §. præterea si vasallus, n. 11. vers. nec videtur hoc sine ratione, quæ sit prima caus. benefic. amitt.* propter quam rationem tenentes communem dixerunt, patrem non teneri ex rebellione filij, neque fratrem ex rebellione fratris,
24 quia non descendũt ex sanguine infecto, sed filiæ † fœminæ ita proueniunt ex sanguine infecto patris, sicut & masculi. Ergo in pœna *d. l. quisquis.* comprehendi debent. Denique, quia in crimine læsæ maiestatis diui-
25 næ tam filiæ † fœminæ, quam masculi sunt incapaces & infames, *c. statutum in secundo, de hæretic. lib. 6.* & de communi testatur Claudius *in d. l. si quis id quod, n. 6.*
26 *vsque ad 8. ff. de iurisdict. om. iudi.* Sed crimen † hæresis, & læsæ maiestatis humanæ hodie sunt æquiparata, Napodan. *in c. ad vindictam, n. 14. fol. mihi 60.* omnes Dd. post gl. *in l. Manichæos, in ver. subire, C. de hæret.* Deci. *in consi. 18. n. 43. vol. 1.* qui alios refert. Ergo siue attenta dispositione *d. l. quisquis.* siue attenta æquiparatione criminum puniendæ sunt fœminæ sicut masculi, vt communis schola Canonistarum ad hoc concordat, teste Ias. *in consil. 106. n. 3. vol. 3.* non ergo est bona ratio, quæ pro hoc articulo deducitur.

Arbitror igitur veram huius articuli rationem dari posse, quia leges ciuiles non comprehendunt clericos, præsertim in odiosis odio irrationabili, vt ex latè deductis supra in omnibus casibus primæ centuriæ apparere potest.

27 Quartus articulus est: Clerici † quatenus committerent proditionem patriæ, vel Principis, non sunt cognoscendi vel puniendi per iudices laicos, quia in quocunque enormissimo crimine, etiam si læsa esset maiestas humana, non possunt puniri per iudices laicos, latè probant hunc articulum Gigas *in d. tract. de crimine læsæ maiest. in rubric. quis de crimine læsæ maiestatis cognoscere possit, n. 12.* Roland. *in d. cons. 4. n. 6. & plur. seq. vol. 1.* Boss. *in tit. de foro compet. n. 127.* Farin. *in d. tit. de inquisitione, q. 8. n. 29.* Et licet in regno Neapo-
28 lis sit *constitutio,* † *quæ incipit, de personis,* per quam disponitur, quod semper clericus delinquens in quocunque delicto debeat cognosci & iudicari per suum episcopum, excepto si commiserit crimen proditionis cõtra Regem, vel aliud magnum crimen; quia tunc debet iudicari per iudices seculares ipsius Regis: tamen illa constitutio est contra omnia iura; primo ex defectu iurisdictionis contra *c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* Item contra *auth. statuimus, C. de episc. & cleric.* per quam *auth.* Andr. ibi expresè tenet constitutionem non valere, & scribit Bald. *in c. si clericus, de pace tenen-*
29 *da.* Denique quia conuentum † fuit inter Regem Carolum I. & Ecclesiam Romanam in inuestitura regni, quod rex nullam habeat iurisdictionem in clericos, nisi ratione feudi, vt attestantur Andreas *in suo repertorio posito post constitutiones regni, in ver. clericus si fuerit criminaliter.* & Affli. *in d. constitutione de personis, n. 2. in fi.* Et licet Clarus *in d. §. læsæ maiestatis, vers. hinc infertur, in fine. & in §. fin. q. 36. vers. quæro nunquid.* dicat, quod in hoc casu Principes seculares de facto seruant contrarium. Tamen adsunt remedia ecclesiastica, & episcopi, † nisi fuerint negligentes, poterunt eis 30
vti, monendo, declarando excommunicatos, & tandem subiiciendo loca interdicto, de quibus scripsi supra in parte secunda, & possunt etiam feudis priuari, si qua tenent ab ecclesia, *d. auth. statuimus, & c. grauem, de sent. excommunc.* & si propter negligentiam episcopi fuerint per iudicem laicum puniti, credo, quod episcopus etiam inciderit in eandem excommunicationem; vt dixi supra *casu 129.*

Quintus articulus est: Quæ pœna imponenda sit in clericos † delinquentes aduersus humanam maiestatem, Roman. *in singulari 701. incip. dicam tibi dubia,* 31
dicit, clericum coniurantem contra Principem laicum debere degradari, & priuari beneficiis, atq; officiis, ad hoc allegat textum *in c. si quis laicus, 22. quæst. 5.* vbi habetur, quod presbyter & episcopus, si hoc delictum commiserint, degradentur. Barbat. *in c. at si clerici, col. fin. de iudic.* dicit, non esse faciendam vim *in d. c. si quis laicus.* quia ipsum palea est, sed non est vera responsio, quia totus liber † Decretorum simul cum paleis fuit 32
approbatus ab Eugenio Papa III. vt attestatur Cernesius Benincasa *in tractatu de paupertate, qu. 3. n. 24.* & communiter teneri librum Decretorum esse approbatum, dicit Felyn. *in c. 2. n. 44. de rescriptis.* & scribit etiam Cæpolla *in tractatu de cognitione liberorũ iuris canonici.* Ideo aliter est respondendum, quod *d. c. si quis laicus.* loquitur de degradatione † verbali, quæ ali 33
ter dispositio nuncupatur; & hanc opinionem tenent Dec. *in d. c. at si clerici.* & Aretin. *in d. c. cum non ab homine, de iudi.* & sequitur Arnald. Albertin. *in d. q. 11. n. 82.* & probatur: nam vt diximus supra *casu 131.* duplex est degradatio, altera verbalis, altera actualis, & hæc est pœna grauior, in dubio ex regula *c. in pœnis, de regul. iur. lib. 6.* semper debemus interpretari legem in mitiorem partem, & pro hac interpretatione videtur textus expressus *in c. coniurationem, & c. se. 11. quæst. 1.* vbi clericus † coniurator contra Episcopum, vel alios, debet deponi, & hæc est vera resolutio huius articuli. 34
Nisi fuerit incorrigibilis, quia tunc sicut in cæteris debet degradari, Affli. *in ver. bona committentium crimen læsæ maiestatis, n. 117. quæ sint regalia.* dicit se nunquam vidisse clericos priuari beneficiis ob rebellionem commissam in dominum secularem, & *in d. constitutione, De personis, n. 7.* dicit esse arbitrarium episcopo, an velit illum priuare beneficiis, quia non reperitur in iure certa pœna diffinita contra clericum committentem rebellionem aduersus dominum temporalem, vnde clericus † maledicens Principi arbitrariè 35
punietur, Io. de Anania *in c. 1. de maledic.* Hostiens. *in summa eiusdem tit. §. qualiter.* & ex circumstãtiis, tanta posset esse iniuria illata Principi per clericum, qui bene posset eum beneficiis priuare: sed postea non potest vlterius habere beneficium, *c. infames, 6. quæst. 1. vers. qui contra innocentes Principum animos prouocant.* & non possunt habere beneficium, quia infamibus portæ dignitatis patere non debent, *c. infamibus, de regul. iur. lib. 6.*

CASVS CXXXIV.

Clericum lacerantem, vel aliter rumpentẽ saluam guardiam siue saluum conductũ alicui à Rege concessum, non posse puniri aut cognosci per iudices seculares.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Crimen læsæ maiestatis committitur per lacerantem saluum conductum Principis.*
2 *Et quomodo hic intelligitur.*
3 *Clericum lacerantem saluam guardiam Principis posse puniri per laicos tenent Doctores Galli.*
4 *Rex & eius ministri non possunt animaduertere in clericum rumpentem saluam guardiam Regis.*
5 *Iudex secularis imponens manum in clericos pro delicto secularium est excommunicatus.*
6 L.2. C. vt nemo priuatus: *non habet locum in ecclesiasticis.*
7 *Priuilegium concessum clericis à Pontificibus & Imperatoribus non est dispositiuum, sed declaratiuum.*
8 *Clerici ex auctoritate Dei sunt exempti à iurisdictione laicorum.*

EX dictis in præcedenti potest dari resolutio præsentis casus. Si quis enim laceret sualuam guardiã
1 siue † saluum conductum Principis alicui concessum, tenetur crimine læsæ maiestatis, *l.1.& ibi gloss.in ver. aduersus securitatem eius, ff.ad l.Iul.maiest.*Bartol.*in l. 3.§.transfuga.ff.ad l.Cornel. de sicar.* Martin. Laudens. *tract.de crimine læsæ maiest. quæst.6.* & declarat Dec.*in consi.102.inter consilia criminalia,vol.1.* quod intelligi-
2 tur dummodo † faciat animo vsurpandi Principis imperium & maiestatem, in illiusque contemptum; secus si ex odio & inimicitia particulari, quam habebat cũ eo, cui concessus erat, vt post Riminal.iun. *in consil. 704.nu.10.& plur.seq.volu.6.*declarat Fabius Anna *in consil.67.nu.5.& seq.*
3 An igitur clericus † lacerans, vel aliud faciens aduersus saluam guardiam Principis, in eiusque contemptum sit puniendus per iudices laicos? Doctores Galli tenent partem affirmatiuam per text.*in l.2.C.vt nemo priuat.in vers.miles vel clericus,& in vers.executorésque huius legis omnes iudices.*Stephan. Aufrer.*in trac.de potestat.secul.in ecclesiast.reg.1.fallent 12.*Chassa.*in consue. Burgund.rubr.1.§.5.nu.81.* vbi in additione probat, clericos pro infractione saluæ guardiæ quotidie condemnari per iudices seculares ad emendã, & si nõ habẽt immobilia, detinentur in carceribus episcopi Parisiẽsis, vsque ad satisfactionem emendæ, &c. Benedictus *in c.Raynutius, in ver. & vxorem, decis.2.nu.143.& 147.* vbi quod punitur clericus in huiusmodi delicto pœna pecuniaria per iudices regios, sed pro corporali remittitur ad suum episcopum puniẽdus, Boer.*in decis. 297.in prin.& nu.4.& n.7.* vbi quod hæc est verior opinio, & quod Rex Franciæ est in possessione iudicandi per suos officiales cõtra clericos de huiusmodi delicto, testatúrque sic pluries fuisse iudicatum.

Imò verior opinio est in contrarium, videlicet neq;
4 Regẽ † ipsum Christianissimum, neq; eius ministros posse animaduertere in clericos huiusmodi facinoris reos. Primò hanc opinionem defendunt etiam aliqui Doctores Galli, Petr.Iacobi *in tit.de condictione ex lege, Instit.de actionibus,§.quadrupli,colum.2.vers.hodie in multis.*Guido Pap.*decis.77.vers.sed an iudex tẽporalis,*
5 dicens, iudices † tẽporales Franciæ cognitionem huius criminis suscipientes esse excommunicatos, per tex.*in c.penult.de immun.eccles.lib.6.* & cùm personam clerici distringant, est locus pœnæ *c.si quis suadente 17.q.4.* vt dicit Io.Andr.*in c.2.in glossa penul.ibi; de facto fortè, de foro compet.lib.6.*Imò sunt excommunicati singulis annis *in Bulla; Cœnæ Domini.* Et pro hac resolutione faciunt quæ scripsi in præcedenti articulo, clericos nõ dici committere crimen læsæ maiestatis, & si in contemptum Principis verba iniuriosa proferrent, esse per episcopum ad eius arbitrium puniendos. Nõ obstat † *d.l.2.C.vt nemo priuatus.* quia ex scriptis in o- 6
mnibus casibus primæ centuriæ apparet legem non ligare clericos, tanquam conditam à nõ habente potestatem, vt etiam communiter omnes probant *in c.ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut.* Neque obstat illa asserta consuetudo iudicandi in prædicto casu, contra quam scripsimus supra *casu 63.& casu 64.* clerici enim sunt exempti à iurisdictione Imperatoris, Inno.*in c.significatibus, de offi.deleg.* quia sunt res spirituales, ideo solũ debent conueniri coram iudice ecclesiastico, nõ seculari, vt probant omnes *in c.at si clerici, de iudic.* Et hoc
† priuilegium concessum clericis à Põtificibus & Im- 7
peratorbus nõ habuerũt dispositiuè, sed declaratiuè, vt dixit gl.fi.*in c.si Imperator, dist.96.* & antequã emanasset constitutio ecclesiastica, clerici erant liberi à iurisdictione seculari, ideò constitutio ecclesiastica est declaratio, non dispositio, ita dicit tex.*in d.c.si Imperator, in vers.Deus omnipotens voluit clericos † discuti à Pō- 8
tificibus, & non à potestatibus secularibus.*Item tex.*in c. clericum, in secundo, 11.qu.1.* dicit, negotia clericorũ siue criminalia, siue ciuilia, nõ nisi apud iudicem ecclesiasticum ventilanda sunt, & latè probat Alex.*in consi.8. vol.1.* vbi quod laicus quacunq; dignitate fulgeat, nullo modo potest cognoscere in causa ciuili ipsius clerici, & multò minus in criminali; iurisdictiones enim sunt distinctæ, & summo Pontifici competit in spiritualibus, Imperatori verò in temporalibus, *c.cum ad verum, dist.96.* & contra hanc opinionem conferunt etiam quæ scripsimus supra *casu 125.* clericos, ne in realibus quidem posse conueniri coram iudicibus secularibus.

CASVS CXXXV.

Clericus, qui dimisso habitu clericali immiscet se enormitatibus, nullo modo poterit puniri per iudicẽ secularẽ, nisi fuerit tertio admonitus per ecclesiasticum.

SVMMARIA.

1 *Clericum in habitu laici immiscentem se delictis, sic captum posse per iudicem secularem puniri, qui teneant.*
2 *Clericus nunquam punitur per laicum, nisi præcedente trina monitione.*
3 *Priuilegium fori non ita facilè perditur, sicut priuilegium canonis.*
4 *Clericus sine habitu incedens non priuatur priuilegio fori, fallit in coniugato.*
5 C.perpendimus, de sentent.excommun. *non loquitur de priuilegio fori, & n.7.*
6 *Ratio dubitandi colligitur ex responsione.*
8 *Clericus non amittit priuilegium fori, sine trina monitione.*
9 *Clerici ex indultu Papæ in quibus regnis subsint iurisdictioni laicorum delictis se immiscentes, sine trina monitione.*
10 *Trina monitio est necessaria de iure, vt clerici perdant priuilegium fori.*
11 *Clerici in minoribus perdunt priuilegium fori sine monitione, quando faciunt actum clericatui contrarium.*
12 *Monachus apostata, qui duxit vxorem, an perdat priuilegium fori.*

13 *Clericus ioculator, goliardus, buffonus, an perdat priuilegium fori.*
14 *Clericus factus miles quando perdat priuilegium fori.*
15 *Perseuerantia in delinquendo ex quoto numero fiat.*
16 *Clericus factus miles reassumens habitum efficitur de foro ecclesiastico.*
17 *Clericus factus miles quando censeatur clericatui renuntiare.*
18 *Clericus in minoribus constitutus, immiscens se enormitatibus, sine habitu clericali, nullo modo potest cognosci per laicum.*
19 *Clerici in minoribus ex dispositione Concilij Tridentini non gaudent priuilegio fori, ni ferant habitum, vel habeant beneficium ecclesiasticum.*

1 SÆpenumero solet dubitari, an clericus, † qui dimisso habitu clericali immiscuit se in sęuis & atrocibus delictis, & in habitu laicali repertus in fragranti crimine, posit per iudicem secularem puniri, nulla præcedente admonitione iudicis ecclesiastici. In qua dubitatione magis communiter Doctores amplexi sunt opinionem affirmatiuam, prout relati Doctores pro hac parte probant, & attestantur hanc esse communem opinionem, Bosius *in titulo de foro competenti, n.134.& n.139.& seq.* Couarr. *in lib. pract. q.c.32.nu.2. vers. tertio his erit adiiciendum.* Clarus *in §.fi.q. 36.ver. quero modo.* Alex. de Næuo *in cons.56.n.20.* Capyc. *decis.161.* Boerius *decis.69.nu.16.* & omnes mouentur per textum *in c. perpendimus, de sent. excom.* Vt igitur ipsa dubitatio clarius resoluatur, atque vera decretalium Pontificalium intelligentia habeatur, explico responsionem per tres articulos.

2 Primus articulus est: Clericus, † qui dimisso habitu clericali, & tonsura in profundum malorum lapsus fuerit multa delicta perpetrando, non potest puniri per iudicem laicum absque trina monitione iudicis ecclesiastici, vigore *dict. c. perpendimus.* Nam priuilegium fori † non ita facilè perditur, sicut priuilegium
3 canonis, quia primum est de iure diuino, *c. quanquam, de constitutionib. lib.6.gl. in c. si Imperator. dist.96.* Inno. *in c.2. de maioritate & obedient.* ideò difficilius perditur. Secundùm verò de iure positiuo, introductum ab Innocentio Papa II. vt in rubrica *d.c. si quis suadente.* ex quibus infert Roland. *in consil.4.num.26.& seq.*
4 *vol.1.* quod licet clericus † coniugatus, vt gaudeat fori priuilegio, duo copulatiuè requiruntur, scilicet habitus & tonsura, *cap.1. de cleric. coniugat. lib.6.* tamen in clerico non coniugato sufficit alterum, & ideò incedens sine habitu non priuatur priuilegio fori, licet priuetur priuilegio *canonis, si quis suadente.* Et stante
5 hoc fundamento probo, *d.c. perpendimus.* non † loqui de priuilegio fori. Primò, quia clericus seditionem excitauerat, propter quam à Comite iussus fuerat fustigari, & in patibulo expirauit; non ergo inibi tractatur de iudice, quia clericus erat mortuus. Item ratio dubitandi illius textus erat, an propter violentas manus in clericum illatas in eam excommunicationem incidisset, à qua absolui non posset, nisi à Papa, iuxta dispositionem *dict. c. si quis suadente.* quæ probatur ex responsione: Pontifex enim respondet, non teneri ad
6 Apostolicam sedem accedere, & ex responsione † colligitur dubitandi ratio; ex regula *l.1.& ibi gloss. in vers. vt interrogatus, ff. de verb. obligat.* Denique per illum textum non potest dici, clericum fuisse relaxatum iurisdictioni laicorum, quia Pontifex sic mandat: tu verò, qui merita personarum bene nosti, pœnitētiam competentem eis iniungas; datur igitur pœnitentia; ergo non remittitur foro alterius, quia sunt contraria.
Quare † concludendum † illum textum loqui de pri- 7
uilegio canonis, quod habet respectum ad priuatum, non autem ad iudicem; & hanc opinionem firmarunt Io. Andr. Abb. & Cardinal. *in d.c. perpendimus.* Alex. *in consil.8.n.2.vol.1.* Soc. *in consil. 12. col. 7. vol.1.* Roland. *in d. consi.4.n.30.vol.1.* Decian. *in tract. criminal. lib.4.c.9.n.89.* Summa Syluestrina *in ver. clericus, in tertio, §.9.* Summa Angelica *in verbo clericus, in decimo, q.10.* Ignat. Lopez *in additionib. ad pract.* Diaz *super c.142. in ver. vt tradatur curiæ seculari.* Nec valet argumentum ex eo, quia maior ratio deberet esse in iudice, qui secundum iuris ordinem cognosceret de tali crimine; hoc enim negatur, cum maior ratio sit de priuilegio fori, quàm canonis, vt dixi. Item quia Pontifex ibi non permittit priuato, sed mandat pœnitentiam imponi, quod contradicit admissioni.

Secundus articulus est: Clericus † in casu prædicto 8
non amittit priuilegium fori, absque trina monitione præcedente. Hanc opinionem amplexi sunt Cardinal. & Abb. *in d.c. perpendimus.* Hostiens. Ancara. *in c.1. de apost.* Alciat. *in c. cum non ab homine, n.8. de iud.* Alex. *in d. cons.8. vol.1.& in consil.61. vol.4. & in consil. 149. vol.6.* Rola. *in d. consi.4.n.29.& plur. seq. vol.1.* Vasquius *in tract. de success. creatione, lib.3.§.22. limitatione 17.n.63.* Decian. *in d.c.9.n.88. & seq.* & hanc esse communem opinionem attestatur Viuius *in lib. comm. opinion. in ver. clericus apostata.* & Ignat. Lopez *super d.c. 142. vers. multis tamen & summæ auctoritatis viris.* Alberic. *in tract. de statutis parte 2.q.42.* vbi dicit se vidisse cōmuniter seruari, quod requiratur monitio, postquam nisi clericus se correxerit perdat priuilegium clericale, & latiùs omnibus Cæpolla *in consil. criminal. 11.* & pro hac opinione sunt iura expressa, *c. in audientia de sentent. excōm. in vers. si à prælatis suis tertio cōmoniti, & c.c. contingit, eodem tit. in vers. mandamus vt tales à tertio commoniti seipsos contempserint emendare, illius efficiantur immunitatis extorres, c. final. de vita & honest. cleric. vers. mandamus qualiter si tales tertio à te cōmoniti, & c.c.1. de vita & honest. cleric. vers. & tertio moniti non resipuerint, careant omni priuilegio clericali.*

Confirmari potest, quia summus Pontifex, † ad 9
instantiam Imperatoris Caroli V. & Francisci Regis Christianissimi, pro bono regimine iustitiæ in eorum regnis, concessit, & absque trina monitione, de qua in dictis canonicis sanctionibus procedi posset contra clericos incedentes in habitu, & tonsura, atque in sæuis, & enormitatibus se immiscentes. Siquidem Clemens Papa VII. id concessit ipsi Imperatori pro regno Siciliæ citra Farum, qui tunc regnabat, quam constitutionem extrauagantem interpretatus est Io. Anton. de Nigris Campanus, est *sub titulo, de vita & honestate clericorum.* & habetur *in sexto volumine repetitionum canonicarum.* & in d. extrauagante committitur Reuerendissimo D. Nuntio Neapolitano tunc temporis, & clericos primæ tonsuræ & minorum ordinum in d. regno Siciliæ citra Farum existentes per edictum publicum, vt infra terminum duorum mensium, quos illi pro termino peremptorio, & trina monitione canonica assignabis, moneas, & requiras, vt habitum & tonsuram honestè, iuxta canonicas sanctiones, deferant, alioquin dicto duorum mensium termino elapso, si eum habitu decenti clericali incedere, & tonsuram deferre, & alia sollemnia obseruare neglexerint, eodem foro seculari sub-

subiectos esse, & tanquam laicos per curiam secularem, & vsque ad vindictam sanguinis, vltimique supplicij pœnam puniri posse, &c. ergo per *d. extrauagantem* derogatur dispositioni canonicæ, circa trinam monitionem, per ipsum edictum generaliter, in vim vnicæ monitionis, & peremptoriæ.

Item Leo Papa X. eandem gratiam concessit Regi Christianissimo pro fœlicissimo regno Franciæ, cuius constitutionem ponit, & interpretatur Chassaneus *in consuetud. Burgund. rubric.* 1. §. 5. *num.* 51. *& seq.* vbi Pontifex ad supplicationem Regis, vt ibi dicitur, pro quieto & tranquillo statu sui regni, derogat dictis canonicis sanctionibus, & loco trinæ monitionis mandat, vt singulis annis dicta constitutio in ecclesiis in certis diebus publicari debeat, dictaque publicatio deseruiat loco trinæ monitionis à iure requisitæ, vt ibi habetur. Ergo clarissimè patet trinam illam moni-

10 tionem esse † de iure communi necessariam, ex illa regula, quia exceptio firmat regulam in non exceptis, *l. quæsitum. §. denique ff. de fundo instruct. & ibi gloss. l. nam quod liquide, §. fi. ff. de pen. leg. l. quod libertatis, in 2. resp. ff. de euictionib. l. si feriatis ff. de feriis, c. dominus, in prin.* 32. *quæst.* 7.

11 Tertius articulus est: Clericus † in minorib. ordinibus constitutus, sine habitu clericali incedens, qui sæuis, & enormibus delictis se immiscuerit, in tantum priuatur priuilegio fori ecclesiastici absque trina monitione, in quantum fecerit actum clericatui contrarium, vt quia ducet secundam vxorem, vel primam corruptam, vel effectus sit miles, & sæua exerceat, tunc enim, etiam sine monitione efficitur de foro secularium, Hostiens. & cæteri *in c.* 1. *de apost.* Dd. *in c.* 1. *de bigamis. lib.* 6. *& c. quisquis, distinct.* 84. Alex. *in d. consil.* 8. *num.* 3. *volum.* 1. Affl. *in constitut. regni, incip. Apostatâtes.* Grammatic. *voto* 33. Alberic. *de statutis, par.* 3.

12 *quæst.* 42. vbi ponit de monacho, † qui intrauit religionem, deinde cœpit apostatare, & habitu deposito vxorem viduam duxit, atque enormitatibus & delictis se immiscuit, quod perdat priuilegium clericale, vt possit à iudice laico puniri. Idem si factus sit iocu-

13 lator, † goliardus, vel buffonus, *c.* 1. *de vita, & honest. cleric. lib.* 6. & ibi scribunt de hoc omnes Canonistæ, & latè etiam per Gandin. *in tract. maleficiorum, in rub. de pœnis reorum*, & per Capyc. *in decis.* 101.

14 Et exemplum datum de clerico † facto milite, qui se in sæuis, & enormibus delictis immiscuerit, intelligo si pluries id fecerit, non enim sufficit vnicum delictum, sed requiritur quod sit inueteratus, & perseueret in delinquendo, ita dicunt Ioan. And. Anton. de Butr. & Abbas *in d. c. perpendimus, de sent ent. excommunic.* idem Abb. *in d. c. contingit, in secundo, eod. titul.* Bald. *in l. nemo, C. de episcop. audient.* dicit ad inducen-

15 dam huiusmodi perseuerantiam † delinquendi, saltem requiri tria vel duo delicta perpetrata, & scribit Alexand. de Neuo *in consil.* 59. *num.* 21. *& plur. sequent.* Ego autem credo non sufficere perseuerantiam delinquendi solam sine nominatione trina, ex his quæ scripsi supra *in* 2. *articulo*, nisi fecerit actum clericatui contrarium, puta quia factus sit miles, & vtrumque debere copulatiuè interuenire, quia habitus mi-

16 litis potest facilè dimitti, & reassumi clericalis, † quo casu diceretur de foro ecclesiastico, ex allegatis per Alexandr. *in d. consil.* 8. *colum. final. vers. & dato quod talis clericus coniugatus, volu.* 1. sed vbi factus miles pluries enormia delicta committit, præsumitur omnino renunciasse clericatui: Reassumptis enim vestibus clericalibus, & tonsura, reintegratur ad priuilegium clericorum, gloss. *in clemen.* 1. *in ver. quamdiu, de vita & honest. cleric.* gloss. *final. in c. final. eodem titul. & ibi* Abb. *num.* 8. Summa Syluestrina *in ver. excommunicatio, in* 6. *num.* 4. *vers. si autem talis.* sed cum † vti mi- 17
les continuat pluries in delinquendo, tunc facto censetur clericatui renuntiare, Nauarr. *in suo Manuali, cap.* 27. *numer.* 80. *in* 5. *not.* sicut potest expressè renuntiare priuilegio fori, & canonicis in manib. episcopi, dicens ex nunc in antea nolo esse clericus, Abbas *in cap. ad Apostolicam. numero sexto, & numero decimo. de regularib.*

Ex quo infertur non esse veram opinionem, quæ dicit, clericum in † minoribus constitutum, sine ha- 18
bitu clericali incedentem, sæua & enormia committentem, posse, etiam absque trina monitione ecclesiastica, puniri per iudicem secularem, quam tenent Couarru. *in d. cap.* 32. *num.* 3. *practic. quæst.* & Ignatius Lopez *super d. cap.* 142. *vers. non vero prætermittendum est*, cum aliis per Farinac. *in titul. de inquisitione, quæst.* 8. *num.* 54. *vers. & licet.* Hæc enim distinctio nullo iure, nullaque ratione fundatur: Neque potest reddi ratio differentiæ, cur requiratur monitio in clericis in maioribus ordinibus constitutis, in minoribus autem nequaquam, cum vtrique eodem modo gaudeant priuilegio fori. Nisi dicamus clericos in minoribus in tantum perdere priuilegium fori, in quantum fecerint actum clericatui contrarium, per quem illi videantur renuntiare, quod non possunt clerici in maioribus ordinibus constituti.

Sed hodie iste articulus est resolutus ex dispositione Concilij Tridentini *sess.* 23. *cap.* 6. vbi habetur, clericos in minoribus † constitutos, fori priuilegio non 19
gaudere: Nisi habeant beneficium ecclesiasticum, aut deferentes habitum clericalem, & tonsuram, deseruiant alicui ecclesiæ de mandato episcopi, aut versentur in seminario clericorum, siue in aliqua schola, aut vniuersitate de licentia episcopi, Guido Pap. *decis.* 83. si quis igitur clericus captus à seculari iudice, careat aliquo ex istis requisitis, non debet remitti ad ecclesiasticum.

CASVS CXXXVI.

Clericos coram iudice seculari non posse accusare laicos in delictis grauibus, citra pœnam sanguinis: verùm si temerè accusauerint, ab eodem iudice laico non posse condemnari.

SVMMARIA.

1 *Accusatores ob publicam vtilitatem non peccant mortaliter.*
2 *Iudex, carnifex, & accusator, in quibus conueniant.*
3 *Clerici nullo modo possūt aliquē criminaliter accusare.*
4 *Clerici accusatores, quibus pœnis subiiciantur.*
5 *Clerici non debent se immiscere negotiis odiosis, etiam ad vindictam publicam.*
6 *Clerici quando possint accusare criminaliter citra irregularitatem.*
7 *Irregularitas non incurritur per accusationem citra pœnam sanguinis.*
8 *Clericus capiens, & tradens furem iudici seculari, quando non fit irregularis.*

9 *Clericus ferens testimonium in causa criminali etiam cum protestatione citra pœnam sanguinis, est irregularis.*
10 *Clericus qui temerè accusauit laicum coram iudice laico, non potest ab eodem puniri.*
11 *Iudex laicus neque principaliter, neque incidenter potest iudicare clericum.*
12 *Nec potest absoluere clericum.*

1 CVm accusans † aliquem criminaliter, si ob publicam id fecerit vtilitatem, non peccet mortaliter, & probat Vasquius *de success. creatione, lib. 1. §. 6. n. 22. ver. vnde data paritate.* quia non potest differentia assignari inter iudicem, † carnificem, & accusatorem, qui omnes publicæ saluti officium, & ministerium impertiuntur, prout occidens aliquem ad publicam vtilitatem non peccat mortaliter, & notat gloss. *in c. inter hæc 33. quæst. 2.* & sequuntur Dd. *in c. vt vim, ff. de iustit. & iur.* Ias. *in l. vbi pactum, num. 16. C. de transac.* quod est verum si occidat eum, qui de iure naturali, & diuino poterat occidi: Secus si de iure positiuo, quia tunc neque ad suorum defensionem licet, vt declarat Abb. *in c. interfecisti, de homi. & ibi omnes Dd.* secus si accusauerit ad propriam vindictam, exequendi sui animi odium causa, vt ibi per Vasquium. Ideo dubitari potest, an clerico liceat ad publicam vtilitatem, atque ad vindictam propriam aliquem coram iudice laico accusare; In quo declarabimus tres articulos.

3 Primus articulus est: clerici † neq; ad publicam vtilitatem, neque suam, vel suæ ecclesiæ iniuriam prosequendo, & ita ad vindictam priuatam, possunt aliquem criminaliter accusare, de hoc sunt iura expressa *c. his à quibus, 23. quæst. 8. c. sacerdotes, 2. quæst. 7.* & si cõtrafecerint pluribus pœnis afficiuntur, videlicet irre-
4 gularitate, † *c. sententiam sanguinis: Ne clerici, vel monachi, c. postulasti, de homi. c. ex literis, de excess. præl. can. 1. distinct. 50. can. si quis post acceptum, dist. 51.* Item debent sub perpetuo damnationis ergastulo detineri, vt dicit tex. *in d. c. his à quibus, in fine.*

Declaratur hic articulus, vt ad vindictam publicam nunquam clericus possit accusare, quia non de-
5 bet se immiscere † negotiis odiosis, etiam si pœna sanguinis imponenda non esset, sed vbi prosequitur suam, vel suæ ecclesiæ vltionem potest accusare, si pœna sanguinis de iure imponenda non sit, quia tunc cessat irregularitatis timor, ita declarat Abbas *in c. cum P. Manconcella, n. 8. de accusat.* & scribunt Dd. *in c. cum sit generale, de foro compet. & in c. 2. & in c. postulasti, de homic. lib. 6.*

6 Secundus articulus est: clericus † prosequendo suam, vel suæ ecclesiæ vltionem, vbi accusando reum capitis incurreret irregularitatem, & alias pœnas, potest id facere, si protestetur de pœna sanguinis se minimè laborare, sed tantum agere velle de resarciendo damno, aut de cautione in posterum de non offendendo, neq; similia faciendo: Neque clerico est hoc imputandum, licet delictum sit capitale, & propterea iudex illum condemnet ad mortem, & ad hoc est tex. *in c. prælatis, de homicid. lib. 6.* & hanc opinionem sequuntur, Ab. *in d. c. cũ P. Manconcella, n. 10. vers. si vero venit imponenda pœna sanguinis; & in d. c. sententiã sanguinis.* Summa Syluestrina *in ver. homicidiũ, in 3. ver. secundo quæritur.* Nauarr. *in Manuali confessorum, in c. 27. n. 226.* Cou. *in clem. si furiosus, in 2. parte relectionis, §. 5. n. 1. de homicid.* Io. Bernhard. Diaz *in sua pract. crimin. canon. c. 98.* Feder. Scot. *in cons. 16. n. 1. lib. 6. to. 1.* & quod hoc casu clericus accusator † cum protestatione prædicta 7
non sit irregularis, probat D. Antonin. *in tract. de irregularitate. c. 2. n. 8.* Et *n. 22.* dicit: Item si clericus capit † furem, & tradit eum iudici, vt sibi restituantur 8
res ablatæ, quas aliter rehabe re non poterat, si non habet intentionem corruptam, scil. vt intendat mortem furis, & super hoc facit protestationem, quod non intendit vindictam sanguinis, sed suum rehabere, etiam si sequatur mors, non erit irregularis.

Neq; obstat, quod vbi clericus † testimonium fer- 9
ret in causa criminali contra dispositionem text. *in c. testimonium. de testib.* etiam si protestetur se testificari citra pœnam sanguinis, adhuc incurrit irregularitatem, Fel. *in c. de cætero, n. 1. vers. sed considera, de testib.* Cla. *in §. fi. q. 24. vers. vlterius quæro, & vers. sed quid si clericus.* vbi testatur de communi opinione cum aliis ad hoc per Farinac. *in tract. de testib. q. 61. opposit. 12. n. 59.* & per Bossium *in tit. de opposition. contra test. n. 9. vers. de iure vero.* Quia testificari est omnino prohibitum clericis, *d. c. testimonium.* sed accusare est permissum, Gomez *in lib. 1. var. resol. c. de delictis. n. 33.* quod si clerici non possent accusare citra pœnam sanguinis, daretur occasio delinquendi in clericos.

Tertius articulus est: Clericus, † qui temerè accu- 10
sauit laicum coram iudice laico, n on potest ab eodem iudice puniri de calumnia, vel condemnari in expensis, vt post Hostiens. quem citat, probat Ancharan. *in c. ea quæ, vers. secundo quæro, n. 25. de reg. iur. li. 6.* Fede. de Sen. *in consil. incip. Factum quod proponitur, num. 2. vers. item ad id, quod obiicitur.* vbi quod neque principaliter, neque incidenter iudex † laicus potest iudica- 11
re clericum, & in his terminis probat Decian. *in tract. criminal. lib. 4. cap. 9. num. 22.* sequitur Surdus *in cons. 396. num. 28.* & probant hunc articulum omnia quæ scripsimus supra *casu 128.* de clerico falsum testimonium ferente coram iudice laico, etiam cum licentia proprij episcopi, vt nullo modo puniri possit per ipsum iudicem laicum, sed per ecclesiasticum, conferunt etiam quæ scripsimus supra *casu 102.* vbi quod clericus neque mulctari, neque condemnari aliquo modo potest in expensis per iudicẽ secularem, sed per ecclesiasticum id fieri debere, deficit enim fundamẽtum iurisdictionis, ideo iudex secularis nec † absol- 12
uere quidem posset clericum in hoc casu, Bal. *in auth. clericus, n. 10. C. de episc. & cler.* Cagnol. *in l. nemo qui condemnare. in fin. ff. de reg. iur.* & licet gloss. ibi teneat, quod iudex laicus potest absoluere, tamen hoc intelligi debet declarando sententiam à se latam esse nullam, & inualidã, vt per Bar. *in cons. 225. vol. 1.* & probant Surd. *in d. consil. 396. n. 28.* & Decian. *in d. c. 9. numer. 61.* post Ancha. Barbatiam, & alios, quos referunt.

CASVS CXXXVII.

Publicationem bonorum clerici, pro quocunque crimine ordinatam per sententiam iudicis ecclesiastici, debere applicari fisco ecclesiæ, non autem Principis secularis.

SVMMARIA.

1 *Bona clerici delinquentis publicanda, cui fisco sint applicanda.*
2 *Clerici committentes delicta digna publicatione bonorum de iure ciuili, nunquam sunt ea pœna afficiendi per episcopum.*

3 *Publi-*

3 *Publicatio bonorum quomodo variatis temporibus fuerit introducta de iure ciuili.*
4 *Publicatio bonorum in quibus casibus permittatur de iure ciuili.*
5 *Iura disponentia de publicatione bonorum non afficiunt clericos.*
6 *Leges Codicis loquentes de ecclesiasticis esse nullas ex defectu iurisdictionis.*
7 *Imperatores non præsumuntur apponere manus in ecclesiasticis.*
8 *Leges generales non extenduntur ad personas exeptas.*
9 *Legislatorum dispositio recipit modum ab eorum potestate.*
10 *Paria sunt sortiri forum, & ligari statutis.*
11 *Clerici etiam primæ tonsuræ non ligantur legibus laicorum.*
12 *Ecclesia super bonis clerici delinquentis semper præferenda est fisco imperij.*
13 *Ecclesia & episcopus habent fiscum.*
14 *Dispositio auferens clericis competentia de iure communi dicitur contra libertatem ecclesiæ.*
15 *Siue directè, siue indirectè auferat.*
16 *Etiam si tollat priuilegia.*
17 *Belluga* in speculo Principum *reprobatur.*
18 *Priuilegium clericorum procedit etiam respectu bonorum patrimonialium.*
19 *Bona laicorum quæ perueniunt ad clericos statim mutant naturam.*
20 *Priuilegia concessa ecclesiasticis per Principes laicos non possunt ab eisdem reuocari.*
21 *Bona patrimonialia clericorũ, vbi ob aliquod delictum publicanda sunt, applicanda sunt fisco ecclesiæ.*
22 *Clerici habent verum dominium bonorum.*
23 *Bona clericorum publicanda ex imitatione legis ciuilis semper sunt applicanda fisco ecclesiæ.*
24 *Bona mobilia semper sequuntur conditionem & qualitatem personæ.*
25 *Bona feudalia clerici delinquentis debent applicari ecclesiæ durante vita feudatarij.*
26 *Alienari prohibita an poßint publicari.*
27 *Feudatarij bona confiscanda pertinent ad fiscum quo ad vsumfructum vita durante.*
28 *Maioratus possessore delinquente, illius commoditas pertinet ad fiscum.*
29 *Feudum quando veniat in publicatione bonorum, applicandum fisco ecclesiæ.*
30 *Emphyteusis clerici delinquentis est applicanda fisco ecclesiæ.*
31 *Concessio facta à laico præsumitur magis in censum, quàm emphyteusim.*
32 *Dominium vtile emphyteutæ sequitur conditionem personæ.*
33 *Fiscus ecclesiæ capit cõmoditates emphyteutæ vita durante de emphyteusi laicorũ data clerico delinquẽti.*
34 *Clerici ex fructibus beneficiorum quam partẽ habeant.*
35 *Fructuum beneficiorum pars quæ veniat in cõfiscatione bonorum.*
36 *Clerici habent verum dominium fructuum bonorum simplicium.*

Qværo casum, vbi bona † clerici delinquentis publicanda sunt, cui sint applicanda, fisco ecclesiæ vel secularis Principis. Idem de bonis laici delinquentis in crimine ecclesiastico, & ab episcopo puniendi, de quo scripsi etiam *supr. casu 15. & casu 85. nu. 3. artic.* sed vt magis distinctè, & vberius tractemus materiam, declaro per quinque articulos.

Primus articulus est: Clericos † committentes delicta, propter quæ veniat imponenda pœna confiscationis de iure ciuili, nunquam dicta publicatione esse damnatos per episcopum. Ius enim ciuile variatis temporibus tripliciter de publicatione † disposuit: Imprimis antiquiori iure imponebatur hac confiscationis pœna in omnib. casibus, in quibus pœna mortis naturalis siue deportationis irrogabatur; Mox incepit singulariter disponi, in singulis casib. pro quibus necessarium erat irrogari, vt pro crimine læsæ Maiestatis, falsæ monetæ, & similib. quorum † casuum numerum 49. congerit Francisc. Lucan. *in tractat. de fisco & eius priuileg. part. 2. cap. 1.* Denique ius authenticorũ introduxit, vt delinquentium bona minimè publicentur, sed venientib. ab intestato referuentur, *auth. bona damnatorum, C. de bon. proscr. §. fin. in auth. vt nulli iudic. §. oportet, in auth. de mandatis Principum.* Per hoc igitur ius authenticorum non corriguntur iura specialiter disponentia de confiscatione bonorum, sed solum illud ius antiquum ab initio, quo pœna publicationis imponenda erat in consequentiam dictæ pœnæ mortis, vel deportationis, Bar. *in l. 1. n. 3. ff. de bo. damnat.* Bald. *in c. 1. de pace tenen. n. 11.* Bos. *in tit. de publicatione bonorum, n. 1. vers. & primo scias.* & post alios quos refert, probat esse communem opinionem Cephal. *in consil. 79. num. 4. vol. 1.* 2 3 4

Nulla autem † istarum dispositionum potuit clericos comprehendere, quia leges laicorum non ligant clericos, *c. quæ in ecclesiarum, c. ecclesia S. Mariæ, vbi gl.* Felyn. & Dec. *qui alios allegant. de constitution.* Neuiza. *cons. 39. nu. 3.* clerici enim laicis sunt maiores, & leges inferiorum nõ ligant superiores, *§. plebiscitum. Inst. de iur. natural.* & inferior non iudicat superiorem, *c. cum inferior. de maiorit. & obed.* Vnde cõmunis est omniũ Canonistarum sententia, leges † Codicis, de ecclesiasticis disponentes, esse nullas ipso iure, licet contineãt fauorem, & priuilegium clericorum, tanquã cõditas à non habente potestatem, vt declarat Anton. de Butr. *in c. quod clericis, de foro comp.* & ibi Ab. & cęteri. Dec. *in d. c. ecclesia S. Mariæ, n. 24.* Alex. *in cons. 211. n. 2. vol. 2.* Menoc. *de recuperand. possessione, remed. 14. n. 56.* & priuilegium non potest concedi clericis per modum legis, quia est vsurpare iurisdictionem super eis, quod est reprobatum, *c. fin. de reb. eccles. non alienand.* 5 6

Cum igitur Imperatores † id non potuerint specialiter, non est credendum eos voluisse comprehendere ecclesiasticos in huiusmodi generalibus dispositionibus: nemo enim præsumitur apponere manum ad sibi impossibilia & illicita de iure, *l. miles, §. eam, vbi* Angel. *ff. de adult.* Anchar. *in c. 1. n. 29. de constit.* & nemo in dubio videtur in sua dispositione comprehendere eos, de quibus in specie disponere nõ potest, *l. Lucius. §. pen. ff. ad municip. c. à nobis, de sent. exc.* & leges † quantumuis generales non extenduntur ad personas exemptas, nec subiectas iurisdictioni legislatoris, Bald. *in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* Soc. *in consi. 74. n. 11. vol. 1.* Gozad. *in cons. 76. n. 12.* Ias. *in §. diui, in prima lectur. n. 83.* Ab. *in c. constitutus, n. 4. vers. secus, de in integrum restitut.* sed legum verba generalia intelligenda sunt de omnibus, præterquam de priuilegiatis, Syluan. *in consil. 74. num. 4.* Riminald. sen. *in consil. 313. num. 13. volum. 2.* Bursat. *in consil. 186. num. 33. volum. 2.* Quare quælibet legislatorum dispositio † modum recipit ab eorum potestate, & non creditur illas personas in generali dispositione voluisse comprehendere de quibus in specie disponere non possunt, 7 8 9

Abb.

Abb.*in d.c.à nobis, in 1.nu.4.& seq.de sentent.excomm.* Crot.*in consil.370.num.3.& seq.vol.3.*& in simili idem Crot.*in consil.75. nu.13. & seq.vol.1.* Mandell. de Alba *in cons.8.n.10.*Alex.*in consil.210.n.1.vol.2.* Vnde Bart. *in l.si quis sub conditione.in fin.ff.de condit.& demonstr.* dicit, statutum mandans, ne quis declinet iurisdictionem potestatis, non includere clericos, non enim trahitur ad ea, quæ fieri non possunt in specie.

Item quia clerici non possunt iudicari à laicis, *toto titulo de foro competenti*, sunt enim distinctę iurisdictiones, *c.cum ad verum.distin.96.*ergo publicatio bonorum, quæ antiquiori iure fiebat in consequentiam pœnæ mortis vel deportationis, non potuit cle-
10 ricos comprehendere, paria † sunt enim sortiti forū, & ligari legibus, Innoc.& Anton. de Butr.*in rubr.de consuetudine.* Archidiacon.*in c.quo iure,dist.90.*cum aliis allegatis per Dec. *in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ, nu.6.*
11 vbi infert quod clerici, † etiā in minoribus ordinibus constituti, quia sunt de foro ecclesiæ, *c.cum non ab homine,de iudic.c.2.de foro compet.*nō distringuntur constitutionibus laicorum, & hoc procedit etiam in clericis primæ tonsuræ, quia habent immunitatem ab ecclesia, gloss.*in c.nullus, in ver.tonsura,de tempor.ord. lib.6.*& in clericis coniugatis in illis casibus, in quibus gaudēt priuilegio fori, *c.1.de cleric.coniugat.lib.6.*Item quia nullus ex prædictis clericis dicitur committere crimen læsæ Maiestatis, vt scripsi supra *casu* 133. ergo non possunt comprehendi sub bonorum publicatione facienda ad illud delictum ordinata. Ita possem discurrere, super cæteris casibus bonorum publicationis faciendæ congestis per Francisc. Lucanum, *in d.2. parte tractatus de fisco,& eius priuilegiis.*

12 Præterea dispositum est de iure, ecclesiam † super bonis clerici delinquentis semper præferendam esse fisco Imperij, *l.si quis presbyter,C.de episc.& cleric.§.interdicimus,in auth. de ecclesia.ti.§.si verò filij,in auth.vt cum de appell.cognosc.auth.item de Nestorianis,C.de hæretic.*vbi ecclesia præfertur fisco seculari in bonis confiscatis in crimine hęresis, glo.*in clem.volentes,ver.et-*
13 *iam ecclesia,de hæreti.*Et ecclesia † atque episcopus habent fiscum, gloss.*in c.quia diuersitatem,de concess.præb.* quā esse communiter receptā, probaui sup.*in d.cas.15. vers.nec est vera,& in d.casu 85.art.3.* Sed si diceremus leges ciuiles de bonorum publicatione loquentes ad beneficium fisci imperialis comprehendere clericos, opus esset fateri illas dispositiones esse nullas ipso iure; nam contra ecclesiæ libertatem procederent; pro-
14 batur; quęlibet enim dispositio †auferēs clericis competentia de iure communi, dicitur contra libertatem ecclesiasticam, vt probant Anton.de Butr.& Imol.*in d.c.ecclesia S.Mariæ.* Fulg.*in auth.cassa.C.de sacro.eccles.* Alex.*in d.consil.210.n.12.& d.cons.211.nu.7.vol.2.*Mandell.de Alba *in d.consil.8.n.3.*vbi probat hoc procede-
15 re, siue directè, † siue indirectè clericis auferantur sibi competentia de iure communi, Maranta *disputat.8. n.3.* & si diceretur hanc conclusionē procedere quando auferuntur concessa clericis in priuilegium; potest
16 replicari: Nam si tollendo † clericorum priuilegia dicitur fieri cōtra libertatem ecclesiasticam, & non valet, Cyn.& Salyc.*in d.auth.cassa.*Bal.*in auth.statuimus, C.de sacros.eccles.* multò magis contra libertatem ecclesiæ dicitur, & nō valet dispositio derogans iuri cōmuni in præiudicium clericorum, fortius est enim ius cōmune, quàm speciale, *l.eius militis,§.militia missus, ff.de testam. milit.§. quia verò in auth.non alienand.*& hac ratione Couar.*in cap.possessor malæ fidei,de reg.iur. li.6.in 2.part.relect.§.4.n.7.vers.ex qua.*post Anto. de Butr.Imol.Felyn.& alios quos refert, concludit, verā esse conclusionem, quod dispositio auferens competentia clericis de iure communi, dicitur esse contra libertatem ecclesiæ, & hanc sequuntur omnes Dd. *in l.114.§.diui.de leg.1.* Ale.*n.12.vers. tamen veritas.*Ias.*in 1.lectur.n.74.& in 2.n.108.*Ripa *n.81.& seq.*Socin.iun. *n.167.*cum aliis per eos allegatis.

Ex quibus satis clarè constat, leges ciuiles de bonorum publicatione loquentes pro delictis commissis, non comprehendere clericos delinquentes; ergo hac pœna legali puniri non possunt.

Neque obstat cōsideratio Bellugæ † *in speculo Prin-* 17
*cipum, rubric. 14. vers. nunc videamus, n.29.ver.sed dic cōtra,*vbi quod hęc bona temporalia clericorū semper fuerunt affecta subdita Principibus laicis; ergo iure comprehenduntur sub generali dispositione bonorum publicationis. Quia vt dixi sæpius supra in casib. primæ centuriæ, priuilegium † clericale, vt à legibus, 18
& dispositionib.laicorū Principum examinantur, non solum procedit respectu personæ, sed bonorū etiam patrimonialium, Imol.*in c.constitutus,n.6.de rest.in integr.*Bursat.*in consil.42.n.3.vol.1.*qui alios allegant, Riminald.iun. *in consil. 449. n.35. vol.4.*Ripa *responso 4. in titulo de iure gentium, vel ciuili, n. 7.*Et licet bona deferantur † clericis aliquando ex dispositione iuris 19
ciuilis, tamen eo ipso, quod peruenerunt in dominiū clericorum mutant naturam, neque sunt amplius affecta legibus, vel oneribus laicorum, vt latius probaui supra *casu* 11. Et priuilegia † concessa ecclesia- 20
sticis per Principes seculares, non possunt per eosdem ob aliquam causam reuocari, vt diffusè scripsi supra *casu* 52. Minus obstat regula *cap.1. de noui operis nuntiat.* quia etsi bonorum publicatio non imponatur in tot casibus de iure canonico, non sequitur, ergo publicatio fieri debet in beneficium fisci Imperij: ecclesia enim, & episcopus habent fiscum, vt dixi, nec potest fieri illa legum ciuilium imitatio in præiudicium iuris ecclesiastici, vt scripsi supra *in toto casu* 19. Ita ex veris principiis huius scientiæ iurisdictionis apparet leges ciuiles de bonorum publicatione loquentes non comprehendere ecclesiasticos.

Secundus articulus est: Bona † patrimonialia cle- 21
ricorum, vbi ob crimen ecclesiasticum publicanda sunt, applicanda esse fisco ecclesiæ, quod enim publicari possint, probant Couarru. *in lib. 2. variar. resolution.cap. 9. num. 12.* Repertorium inquisitorum, *in ver.confiscatio,& bona clericorum.* Simancas *in tractatu de Catholicis institutionibus. titul. 9. n.92.*qui alios refert, & ratio est, quia ipsi habent horum † bonorum 22
verum dominium, vt ait D.Thomas *in 2.2.quæst.185. artic.7.* & quod applicentur fisco ecclesiæ est textus *in c.excommunicamus, in primo, §.de hæreti.*dicit glossa *in clemen.2.de hæretic.* Et quod in cæteris casibus, vbi bona † clericorum publicanda sunt, aut ex dispo- 23
sitione canonum, aut ex imitatione legali, semper sint applicanda fisco ecclesiæ, probant Diaz *in pract. criminal.canonica cap.135.vers.vltimo autem.* Francis. Lucan.*in tractatu de fisco, parte 2. capit. de publicatione bonorum, num.6.*& scripsi *in d.casu.85.arti.3.& in d.casu 15.colum.final.* Et ad huius articuli confirmationem satis confert, quod ecclesia & episcopus habent fiscū qui non debet esse ludibrio. Item leges ciuiles de bonorum publicatione loquentes non possunt comprehendere ecclesiasticos; ergo tota publicationis bonorū iurisdictio in ecclesiasticos residet penes episcopū.

Minus

Minus difficultatis habet hic articulus respectu mobilium clericorum, cum etiam contrariam insectantes sententiam, concordent in hoc, quod hæc
24 mobilia † sequantur conditionem, & qualitatem personæ, ex regula *l. 1. C. de imponend. lucrat. descript. li. 10.* & propterea in publicatione bonorum comprehensa pertineant ad episcopum, Oldr. *in cons. 17. col. 1.* Bald. *in l. mercatores, C. de commerciis.* Peregr. *de iure fisci, in tit. de publicatione bonorum, n. 141. & in titul. de his qui iura fiscalia habent, num. 110.*

25 Tertius articulus est: Bona feudalia † clerici delinquentis in crimine ecclesiastico, quæ recognoscit à Principe laico, in casu publicationis bonorum debere applicari fisco ecclesiæ, durante vita ipsius clerici delinquentis. Nam Doctores scribentes feudum, emphyteusim, maioratum, atque ius patronatus non comprehendi sub generali bonorum publicatione,
26 ea mouentur ratione, quia prohibita alienari, † publicanda non sunt, quam opinionem multis argumentis probauit Alexand. *in consil. 23. volum. 1.* & est communiter recepta per omnes. Sed certè satis doctè reprobata fuit per D. Hieronymum Gabrielem præceptorem meum *in consil. 123. volum. 1.* qui respondet singulis Alexandri rationibus, atque probat alienari prohibita venire in publicationem bonorum, idem scripsit etiam *in consil. 184. volu. 1.* Sed scribendo per generales Doctorum conclusiones, & præsupposita dicta communi opinione, quantum pertinet ad feudalia, receptissima est scribentium sententia, quod licet bona feudalia non transeant fiscum per generalem bonorum confiscationem, sed reuertantur vel ad directos dominos, vel transferantur in eos, qui de iure successuri erant; tamen vidente condemnato,
27 qui feudum tenebat, fiscus † succedet in feudum quoad vsumfructum, mortuo autem condemnato succedent, qui de iure successuri sunt, Andr. *in c. 1. §. denique, & §. præterea, quæ sit prima causa benefi. amit.* ex regula *l. Satius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fisci*, quam habere locum in feudis, scripsere Loffr. *in consi. 1. num. 143.* Thomas de Marinis *in tract. de feud. titulo de feudo ex pacto, & prouident. antiquo, num. 88.* Crauetta *in consil. 859. num. 13.* cum aliis, quæ super hoc eodem articulo scripsi supra *parte 2. cap. 9.* Et in maioratu idem probat Molin. *de primogen. Hispa. lib. 4. cap. vndecimo, numer. duodecimo, & seq.* vbi quod etiam stante prohibitione alienationis bonorum, vel
28 maioratus † delinquente possessore, licet ad fiscum vsusfructus peruenire non possit, per regulam *dict. §. Cornelio Felici*, tamen poterit fiscus ex eo percipere commoditates, etiam si in specie prohibitum esset, ne quid ad fiscum perueniret, quia in fraudem fisci id prohiberi non potuit. Hanc autem opinionem de-
29 claro: Nisi concessum † sit feudum cum facultate transeundi ad heredes extraneos: quo casu sicut potest transire in fiscum, ex latè deductis per Hierony. Gigant. *in tractat. de crimine læsæ Maiest. titulo de pœnis committentium tale crimen, quæst. 5. num. 6.* ita poterit transire in fiscum ecclesiæ, de quo non potest esse minor, vel diuersa ratio. Neque posset per aliquam dispositionem impediri, ne fisco ecclesiæ quæratur, vt potest probari ex his quæ scripsi supra *casu 68. & casu 76.*

30 Quartus articulus est: Bona emphyteutica † clerici delinquentis in crimine ecclesiastico, quæ recognoscit à directo domino laico, vbi publicanda sunt, debere applicari fisco ecclesiæ, non autem seculari. Et ratio est, quia emphyteusis laicorum ex sui natura est transitoria ad heredes extraneos, vt est communis opinio, de qua per Clarum *in §. emphyteusis, quæst. 28. colum. 1.* qui alios recenset, & ideo concessio † facta à laico præsumitur magis in sensum, quàm in emphyteusim, Capyc. *decis. 103.* & emphyteuta legans vsumfructum omnium bonorum suorum censetur legasse etiam vsumfructum emphyteusis, Bartol. *in l. generali, §. vxori, num. 4. ff. de vsufruct. legat.* argum. *l. Iulianus, de legat. 3.* Roman. *in consil. 44. num. 5.* Ruyn. *in consil. 150. numero duodecimo, volum. 3.* Alciat. *in cons. 611.* & est casus decisus in Rota Florentina 5. Martij, 1556. *ex libro motiuorum 28. fol. 36.* Sed vbi feudum vel emphyteusis transit ad heredes extraneos, potest transire in fiscum, vt dixi in præcedenti articulo in fine. Et pro hoc articulo facit, quia dominium vtile, quod † transit in emphyteutam, sequitur con- 32
ditionem personæ; Ideo dominium vtile, quod habent emphyteutæ ecclesiæ, est merè laicum, ac profanum, ac propterea subiectum legibus secularium Principum, Ancharan. *in consil. 443. ista domina, num. 3. vers. non obstat.* Andr. Barbat. *in consil. 14. scribit Propheta, num. 5. vol. 1.* Castrens. *in consil. 194. colum. fin. vol. 1.* Alexand. *in consil. 9. ponderatis, colum. 2. vol. 5.* de quo scripsi supra *casu 13. in princip.* ergo dominium vtile quod habent ecclesiastici de emphyteusi laicorum est merè ecclesiasticum, & propterea cum veniat in confiscationem bonorum, debet applicari fisco ecclesiæ. Quicquid in contrarium scripserit Oldrad. *in d. cons. 17.* ex eo, quia dominium bonorum immobilium pertinet ad Principem secularem, atque ex aliis rationibus, quas reiecimus supra *eod. in art. 1.*

Si vero emphyteusis ad extraneos heredes vigore inuestituræ transire non posset, vt quia ex pacto & prouidentia concedentis alteri essent inuestiti, tunc habent locum dicta à nobis in præcedenti articulo, vt durante vita clerici emphyteutæ, fiscus † ecclesiæ 33
commoditates illius percipiet. Pro quo facit, quia huius ex pacto & prouidentia emphyteuta potest meliorationes à se factas alteri etiam extraneo legare, & debentur saltem quo ad æstimationem, vt probat Riminald. iun. *in consil. 648. num. 7. vol. 4.*

Quintus articulus est de bonis acquisitis per clericos ex suis beneficiis. Pro cuius resolutione distinguo: Aut loquimur de bonis acquisitis ex beneficiis curatis, & præsupponendum est, clericos ex fructibus † istorum beneficiorum, vnam tantum partem 34
habere, quæ ad suam, & suorum sustentationem deseruit, *c. de redditibus, 12. quæst. 2.* cæteræ autem partes in vsus pauperum, in cultum diuinum, atque in necessitates ministrorum ecclesiæ expendendæ sunt, vt scribunt D. Thomas *in 2. 2. quæst. 185. art. 7.* & Dominic. Soto *in lib. 10. de iustitia & iure, quæst. 4. artic. 3.* quos recenset, & sequitur Couarru. *in c. cum in officiis, de testam.* ergo sequitur quod ex illa † sola parte acquisita, cuius dominium habent, possunt in confisca- 35
tionem venire, ex cæteris autem partib. nequaquam; sicut dicimus de bonis ecclesiæ, vt sunt prædia, possessiones, domus, & similia, ex quibus clerici percipiunt redditus, quæ non veniunt in confiscationem, vt dicit tex. *in clem. nolentes, de hæretic.* quia delictum ministrorum non debet ecclesiæ præiudicare; Repertorium Inquisitorum *in ver. Confiscatio. vers. an bona. in d. lib. 10.* Soto *de iust. & iur. quæst. 4. artic. 3.*

Aut loquimur de bonis acquisitis ex beneficiis simplicib. † quorum fructuũ ipsi habẽt verum dominiũ, 36
vt pro-

vt probant Summa Syluestrina *in ver. clericus, in 4.* Corn. *in consi.314.vol.3.* Couar. *in d.c.cum in officiis, de testam.* & tunc habemus claram dispositionem text. *in c.excõmunicamus, in primo.§.1.de hære.* vbi quod bona clericorum damnatorum de hęresi applicantur ecclesiis, à quibus stipendia habuerunt, Bernhard. Diaz *in d.c.* 135. *col.3.* Idem dicimus de bonis acquisitis ex quotidianis distributionibus, quorum verum dominium acquisiuerunt, *c. vn. de cler. non resid. li.6.& ibi* Geminian.& probant Bart. *in c.fi.de pecul.cler.* Dec. *in cons.280.* Paris. *in consil.33.vol.4.* Dominic. Soto *de iust.& iur.lib.10.quæst.4.artic.3.conclus.3.*

CASVS CXXXVIII.

Publicationem bonorum laici pro crimine hæresis, ordinatam per sententiam iudicis ecclesiastici, debere applicari iuxta dispositiones summorum Pontificum.

SVMMARIA.

1 *Bona laici hæretici cui fisco sint publicanda.*
2 *Iudices seculares non se ingerunt super negotio inquisitionis.*
3 *Constitutiones Pontificum sunt obseruandæ vbilibet in materia hæresis, etiam si non sint in corpus iuris redactæ.*
4 *Hæreticorum bona quibus iuribus publicanda sunt.*
5 *Bona hæreticorum confiscata in quot partes sint distribuenda.*
6 *Hæreticorum feuda Ecclesiæ, semper sunt applicanda ecclesiæ.*
7 *Emphyteusis ecclesiastica nõ transit in fiscũ secularem.*
8 *Ecclesia semper repetit à fisco.*
9 *Emphyteusis ecclesiæ non transit ad heredes extraneos.*

SVperest videre in eadem materia de publicatione
1 bonorũ † laici delinquentis in crimine hæresis, cui fisco applicanda sint, seculari an ecclesiastico, de qua re scripsere alij Dd. recensendo Clar. *in practic. in ver. hæresis, vers. item bona.* Gomez. *de delictis, in tit. de crimine læsæ Maiest.* Men. *de arbit. casu 374.n.4.* Rolan. *in cons.20.n.13.& seq.vol.3.& cons.8.per tot. eo. vol.* Peregrin. *in trac. de iure fisci, lib.4.tit.5.n.31.* Felyn. *in c.irrefragabili, n.5.in fin.de officio ordin.*

2 Sed quia super hoc negotio † seculares non possũt se ingerere, *c.inquisitionis, §.prohibemus, de hæret.lib.*
3 *6.* solæ igitur Põtificiæ † dispositiones attendendæ, etiam si in corpus iuris redactæ non sint. Specialiter. n. est dispositum, vt omnes constitutiones, & extrauagantes Pontificiæ contra hæreticam prauitatem emanatæ, etiam si in corpus iuris vniuersale non contineantur, obseruandas esse, *c.fi.§.fin.de hæreti.li.6.clem. 1.§.fin.de hæretic.* & diffusè scribit super hoc artic. Reuerend. D. Francisc. Pegna *super directorio inquisitor.q.97.* ponderans ad hoc tex. *in l. Arriani, §.cunctis quoque legib.C.de hæretic.*

Imprimis igitur iure canonico reperitur dispositũ,
4 *in c.vergentis.de hæretic.* vt hæreticorum bona † confiscarentur, sicut per leges ciuiles fuerat cõstitutũ, & in terris ecclesiæ applicarẽtur fisco ecclesiæ, in terris vero Imperij fisco Principis. Idẽ dispositũ est *in c.excommunicamus, in 1. §.damnati vero, de hæret.* addita sola differentia inter bona hæreticorũ laicorũ, & clericorum, de quibus scripsi in præcedenti casu. Deinde Innocent. Papa IV. & Alex. Papa IV. atq; Clemens Papa IV. successiuis temporib. decreuerunt, bona hæreticorum † confiscata in tres partes diuidenda esse, qua- 5
rũ vna deueniat in Commune ciuitatis, vel loci, altera pertineat ad officiales inquisitionis, qui tunc negotia peregerint, tertia ponatur in aliquo loco tuto, prout episcopo diœcesano, & Inquisitorib. videbitur, expẽdẽda in fauorẽ fidei ad hæreticos extirpãdos, quorum constitutiones esse obseruandas vbilibet, etiã extra Italiã, probat D. Pegna *in d.q.97.* respondendo omnib. contrariis allegatis per Rol. & Burs. vt ibi per eum.

Declaratur hic articulus respectu tripartitæ bonorum diuisionis faciendę, vt non procedat in feudis laicorũ hæreticorum, † quæ recognoscebant ab ecclesia, 6
laico enim possidente feudum ecclesiæ, quomodolibet eius bona propter delictum publicentur, semper feudum reseruatur ecclesiæ, Bal. *in l.1.in 42.q.ff.de rerũ diuis.* Aluarot. *in c.1.§.illud, in fi.de probib.feud.alie. per Federic.* Boss. *in tit.de publicat.bon.n.60.* Bernhar. Diaz *in pract.crim.canoni.c.124.n.11.& n.15.* Mart. Laudens. *in tract.de crim. læsæ Maiest. q.33.* Hier. Gigas *in tract. de crim. læsæ Maiest. in tit. de pœnis cõmittẽtium tale crimẽ, q.5.n.8.* Idem est de emphyteusi † ecclesiastica, quæ 7
ob delictum emphyteutæ non potest in fiscum transire, Bart. *in l.si finita, §.si de vectigal.q.2.ff.de dam.infec.* Et ratio est, quia ecclesia † repetit à fisco, §. *in auth. de* 8
alienat.& emphyteu. idem tenet Rom. *in d. §. si de vectiga.* allegat tex. *in c.felicis, ver.si qua vero feuda, de venis, lib.6.* Alex. *in d.§.si de vectigal.* Ant. de But. *in cons. 61.* August. de Arim. *in addition.ad Angel. de malef.in vers.eius bona publicamus*, qui dicit esse commun. opi. Capella Tholos. *decis.395.* Afflict. *in c.imperialem, §.illud quoq; n.11.de probib.feud.alienat.per Feder. & in c.si quis hominẽ, in 10.not.6.de pace tenend.& in dec.282.n. 13.& in c.1.§.præterea si vasallus, gl.3.n.88. quæ sit prima causa benefic.amit.* Curt.iun. *in cons.4. col.antep.* Altera ratio est, quia emphyteusis † ecclesiæ non transit ad 9
heredes extraneos, Bart. *in l.si tibi decẽ, §.si pactus, n. 9. ff.de pact.* gloss. Bart. Bald. & alij *in l. etiam, ff. solut. matr.* & est commun. opi. de qua per De. *in cons.271.in prin.* cum aliis per Clar. *in §. emphyteusis, q. 28.* ergo non venit in confiscationem bonorum; ergo non est diuidenda illa tripartita diuisione, sed tota integraliter spectabit ad ecclesiam.

CASVS CXXXIX.

Confessionem clerici de delicto factam coram iudice laico nullius esse effectus, nequidem extraiudicialis iudicij.

SVMMARIA.

1 *Voluntatis declaratio sequitur ex actu nullo.*
2 *Consuetudo etiam nulla exprimit intentionem.*
3 *Confessio clerici coram iudice laico est nulla.*
4 *Et nullum producit effectum.*
5 *Aduerbium,* aliquatenus, *quomodo intelligatur.*
6 *Confessio interposita super actu nullo, an sit valida.*
7 *Cõtractus si non tenet, neque tenet cõfessio in eo facta.*
8 *Statutum annullans contractus, non dicitur annullare confessiones.*
9 *Confessiones quando veniant appellatione contractus.*
10 *Confessio facta in actu nullo ex defectu iurisdictionis non valet.*
11 *Clerici confessio coram iudice laico, nullum facit indicium ad torturam.*
12 *Confessio clerici coram iudice est reuocanda coram ecclesiastico.*
13 *Confessio facta per clericum coram ecclesiastico incompetente facit indicium.*

14 Con-

14 *Confessio clerici coram laico iudice non habet vim extraiudicialis confessionis.*
15 *Clericus non potest torqueri ex solo indicio.*
16 *Confessio metu extorta est nulla ipso iure.*
17 *Confessio clerici neque sponte, neque coacta valet coram laico.*
18 *Tortura est maior pœna, quàm si manus obtruncetur.*
19 *Confessio in tormentis sine legitimis indiciis, nō valet.*
20 *Nec ex ea quis debet condemnari.*
21 *Clericus confessus delictum coram iudice laico, non debet puniri etiam in foro pœnitentiali.*

1 EX actu nullo sequitur declaratio † voluntatis, Bart.
in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus. & ibi Addentes, ff.
de verb. oblig. & in l. si per illum text. ff. de reb. eor. & c. &
in l. certi condictio, §. si nummus, ff. si cert. pet. Tiraq. *in tra-*
2 *ctat. de constituto, part. 3. limit. 7. n.* 26. & consuetudo † e-
tiam nulla exprimit intentionem, Angel. *in §. ex non*
scripto. Instit. de iure natural. quod etiam valere ad cau-
sandum indicium delicti, dixit Blancus *in tract. de in-*
diciis, verbo, post homicidium, nu. 214. *vers. quia quod nul-*
lum. Cùm autem clerici criminosi, etiam volentes nō
possint in iurisdictionem secularium consentire, *cap. si*
diligenti, de foro compet. si contigisset coram iudicibus
secularibus siue sponte, siue coactos confiteri, quia cō-
3 fessio † nulla est, *c. at si clerici, de iudic.* & in hoc omnes
Dd. concordant. Dubitatum est, an ex illa confessione
nulla, ex qua dicitur apparere de eius voluntate, possit
condemnari, vel illius vigore torqueri à suo iudice ec-
clesiastico: Qui casus explicandus est per tres articulos.

Primus articulus est: Clerici cōfessio facta coram iu-
4 dice † laico, nullum producit effectum, vt ex ea possit
condemnari per iudicem ecclesiasticum, hanc opinio-
nem affirmant Bart. *in l. magistratib. n. 4 ff. de iurisdict.*
om. iud. & ibi Ias. *n.* 4. Dec. *n.* 7. *& cæteri Dd. ibid.* Bart. *in*
l. diuus, in secunda, nu. 2. in fi. ff. de custod. reorum. Alex. *in*
cons. 13. nu. 10. vol. 1. post Cyn. & Specul. quos allegat,
Grammat. *in cons. 42. crimin. nu. 2.* Abb. *in c. at si clerici,*
n. 13. vers. secundum quod ex tali, de iudic. Dec. *n.* 56. An-
ton. de Burgos *in repetit. d. c. at si clerici, num. 43. & seq.*
Marsil. *in repetit. d. c. at si clerici, n.* 116. & hoc est expres-
5 sè dispositum *in d. c. at si clerici. in vers. aliquatenus* † *con-*
demnandi. quod est aduerbium vniuersale, prohibens
omne genus pœnæ, prout interpretantur omnes Dd.
communiter.

6 Nec est omnino verum, confessionem † interpo si-
tam super actu nullo esse validam, prout tenet Bald. *in*
l. si absentis, C. si cert. pet. vbi quod si ex forma statuti in-
strumenta guarentigiata, siue confessionata habent e-
xecutionem paratam, si non tenet principale, id est,
7 contractus, nec † tenet accessorium, id est, confessio si-
ue præceptum guarentigiæ illi contractui adhærens.
Idem voluit *in l. si non fortem, §. 1. vers. sed quid si instru-*
mentum, ff. de condict. indeb. & in l. in contractibus, in fine
principij, C. de non num. pecun. quem sequuntur multi
Dd. relati per Tiraq. *in tract. de constituto, in 3. part. li-*
mit. 7. nu. 26. & dicta per Bart. *in d. §. Chrysogonus,* & a-
liis locis citatis, possunt procedere quando contractus
redditur inutilis, & inualidus ex defectu solemnitatis,
8 secus si per statutum † annullaretur contractus, quia
tunc annullarentur etiam confessiones, nam appella-
9 tione contractus veniunt confessiones, † Cæpoll. *in l.*
verba contraxerunt ff. de verb. signif. Gemin. *in cap. 2. de*
reb. eccles. non alien. li. 6. per illum text. & plenè per Ti-
raq. *in legib. connub. n.* 116. & est communis opin. vt te-
statur Carauita *super Pragmatica regni Neapolit. incip.*
Filiusfamilias, §. 8. 14. & seq. aliàs si diceremus confes-
siones remanere, & esse validas, statutum ipsum parū,
aut nihil operaretur. Et in his terminis, confessionem
factam † in actu nullo ex defectu iurisdictionis non 10
valere, firmarunt Ias. *in d. l. si ita stipulatus, §. Chrysogo-*
nus, ff. de verb. oblig. n. 47. vers. secundo ad idem facit, al-
legans Innoc. *in c. Pisanis, de restitut. spoliat, in princ.* &
dixit Bart. *in l. si confessus, ff. de custod. reorum.* atque su-
per hoc scripsere Immol. Paul. de Castr. & Alex. *in d.*
§. Chrysogonus. Fely. *in c. qualiter, & quando, §. licet autē,*
n. 9. vers. septimo limita, de accusat. Vant. *in tract. de nul-*
lit. tit. quib. mod. sententia nulla reparari potest, n. 26. ver.
quamuis igitur.

Secundus articulus est: Clerici † confessio facta co- 11
ram iudice seculari, nullum facit indicium, vt ex illo
torqueri possit coram ecclesiastico, Ant. de But. *in d. c.*
at si clerici. & ibi Fely. *n.* 5. atque Barbatia ibidem pro-
bat septem rationibus inferens per illum text. non es-
se veram doctrinam Baldi *in l. vnic. C. de confess.* arbi-
trantis ex confessione clerici facta coram laico, cleri-
cum non esse torquendum, dummodo illam cōfessio-
nem † reuocet coram iudice ecclesiastico, vt erroneam: 12
nam quod nullum est, reuocari non debet, & sequitur
Diaz *in sua practic. canonic. c. 126. nu.* 8. Marsil. *in repetit.*
d. c. at si clerici, nu. 127. & plur. seq. qui respondet omni-
bus rationibus Decij ibidem contrarium acriter de-
fendentis, atque probat idem Marsil. dictam confes-
sionem nullum producere effectum, neque vt iudicia-
lem, neque vt extraiudicialem, idem probat cōtra Dec.
Anton. de Burgos *in d. c. at si clerici, n. 44. in fi.* & hanc
opinionem latè defendit Blanc. *in tract. de indiciis, &*
tortura. ver. post homicidium, nu. 214. & plur. seq. Carrer.
in sua pract. crimin. §. septimum indicium, nu. 13. vbi post
plures Doctores citatos, attestatur hoc concludi inter
eosdem, quod si confessio facta est coram penitus in-
competenti iudice, vt quia laicus coram ecclesiastico,
vel ecclesiasticus coram laico confiteatur, tunc non
valet talis confessio, nec nocet, nec facit indicium, ne-
que confessus cogitur perseuerare, si verò fiat coram
ecclesiastico † per clericum, tamen aliàs incompeten- 13
ti, & tunc cogitur perseuerare coram competenti, &
valebit vt extraiudicialis, hoc idem probat Blanc. *in d.*
tract. de indiciis, nu. 218. hanc opinionem tenent etiam
Bald. *in cap. cùm super, de confess.* Angel. *in l. 1. col. fi. C. de*
confess. & in l. 2. ff. eod. tit. Io. de Anania *in c. 1. col. final.*
de clerico percuss. Andr. Barbat. *in cons. 25. vol. 1.* quos re-
fert & sequitur Boer. *in decis. 90. n.* 3. Stephan. Aufr. *in*
additionib. ad Capell. Tholos. *super decis.* 426. dicit: Nec
valet similitudo de confessione extraiudiciali, quia i-
bi contra ius nihil agitur, neque datur materia vsur-
pandi iurisdictionem alterius, sed quando fit per tra-
ctum coram iudice vetito, tunc ius violatur, atque
tribuitur materia violandi iurisdictionem ecclesiasti-
cam.

Et certè nostris temporibus hæc est verè commu-
nis opinio. Doctores enim, qui contrariam sectantur
sententiam, confundebant terminos, putantes con-
fessionem † clerici coram iudice laico habere effectū 14
extraiudicialis confessionis, quæ facit indicium ad
torturam, sed à nobis allegati fatentur, id quidem pro-
cedere, vbi iurisdictionis incompetentia non obstat,
& sit incompetentia reluctante lege. Vnde non valet
similitudo de confessione facta coram notario, quia
licet in illa ius non assistat, tamen non resistit, sed con-
tra istam confessionem ius resistit, incompetentiæ iu-
dicis secularis, *d. cap. at si clerici.* ergo penitus nulla, &

inualida. Item ipsum *c. at si clerici.* dicit, confessio non valet, quia contra ius, & sic integraliter loquitur; ergo neque debet valere vt indicium, quod est pars confessionis, *l. cùm probatio. ff. de probat.* Item quia Dd. tenentes clericum ex hac confessione posse cogi per ecclesiasticum perseuerare in ea, præsupponunt ex solo in-
15 dicio posse torqueri † clericum, quæ est opinio reprobata, vt conclusi supra *casu* 132. vbi quod clericus torqueri non potest, nisi fuerit etiam de crimine infamatus, tanto magis, quia hæc confessio facta coram iudice laico, semper præsumitur metu extorta ex illa regula, laici sunt oppido infesti clericis, de qua *in c. laicis & c. laicos, 2. q. 7.* & ita firmarunt Aufrer. *super d. decision.*
16 Tholos. 426. n. 3. atque Blanc. *in d. tract. de indiciis, n.* 215. sed confessio † metu extorta est nulla ipso iure, imò nec potest ex postfacto ratificari, Salyc. *in l. 2. C. de custod. reor. arg. l. pen. ff. de condict. ob caus.* Anchar. *in clem. 1. de homicid.* Neque valet consideratio Abb. *in d. c. at*
17 *si clerici.* distinguentis an sponte † talis clericus confessus fuerit, an coactè, vt primo modo valeat tanquam indicium, secundo verò nequaquam, & idem tenet Aufrer. *in d. decis. 426. n. 3. vers. si tamen.* quia hoc dictum est contra casum *cap. si diligenti, de foro compet.* vbi neque volens clericus potest iurisdictionem iudicis laici prorogare: Imò consentiendo in illius iurisdictionem incidit in pœnas, de quibus scripsi supra *casu* 126.

Denique si ecclesiasticus posset torquere clericum confessum coram iudice laico, vigore dictæ confessionis, tanquam indicij, sequeretur quod tortura posset dari non præcedentibus legitimis indiciis, quod est falsum, consequentia probatur, textus enim *in d. c. at si clerici, in vers. non sunt aliquatenus condemnandi.* exclu-
18 dit omne genus pœnæ, sed tortura magna † pœna est, & dicit Paris. de Puteo *in tract. de syndicatu, in ver. tortura.* quod est maior pœna, quàm si manus obtruncaretur. Item, quia si clericus positus ad torturam vigore illius confessionis, persisteret in eadem, tunc posset condemnari, essetque contra mentem Pontificis, iubentis nullo modo posse condemnari. Falsitas autem
19 probatur, quia confessio † facta in tormentis non præcedentibus legitimis indiciis, etiam si post torturam ex interuallo aliquid confessus fuerit, vel ratificauerit, non valet, textus & gloss. *in l. pen. ff. de quæstionib.* Angel. *in l. qui in aliena, §. Celsus, ff. de acq. hered.* & ita consuluit Alex. *in cons. 52. viso themate, volum. 3.* Marsil. *in pract. crimin. §. diligenter, n.* 187. Et quandocunque aliquis est tortus sine legitimis indiciis, licet perseueret
20 in confessione delicti, non debet † condemnari, *d. l. pen. ff. de quæst.* Gandin. *in tract. de malefitiis, in tit. de tormentis, in rubric. quæ incip. Quæritur nunquid confessus in tormentis.* Anchar. *in d. clem. 1. de homicid.* Salyc. *in l. 2. col. fi. C. de custod. reor.* Bald. *in additionib. ad Specul. in tit. de confeßis, col. 1.* Roman. *in cons.* 167. Mathesilan. *singular. 55. nota quod quotiescúque.* Marsil. *in l. 1. in princ. n. 24. & in l. quæstionis, n. 12. ff. de quæstionib. & in practic. §. quoniam, n. 43. & §. secunda.* Grammat. *cons.* 37. Corn. *in cons. 134. vol. 4.* Ias. *in cons. 188. col. 1. vol. 2.*

21 Tertius articulus est, clericus † confessus delictum coram iudice laico, non debet puniri vigore dictæ cõfessionis in foro pœnitentiali, puta, vt ipse clericus se canonicè purget ad euitandum infamiam facti, hanc opinionem tenet Abb. *in d. c. at si clerici, n. 10. vsque ad* 13. & sequitur Dec. illam probans *nu.* 103. & Anton. de Burgos *ibid. in repetitione, nu.* 43. & omnes mouentur per textum ibi *in vers. aliquatenus condemnandi*, quod excludit omne genus pœnæ, & ita etiam purgationem canonicam.

CASVS CXL.

Clericum excommunicatum per iudicem ecclesiasticum, non posse banniri per iudicem secularem.

SVMMARIA.

1 *Clericus pacis perturbator an poßit banniri per iudicem laicum.*
2 C. si clericus, de pace tenenda, *non habet locum in ecclesiasticis.*
3 *Iudex secularis non potest bannire excommunicatos ab ecclesia.*
4 *Bannitus non potest offendi, nisi fuerit diffidatus.*
5 *Fallit de iure feudorum.*
6 *Offensionis appellatione venit etiam capitalis.*
7 *Episcopus non potest concedere licentiam bandiendi excommunicatum.*
8 *Statutum de occidendis banditis est validum.*
9 *Excommunicatio propter quam causam relaxatur.*
10 *Bandiri non potest quis ob solam contumaciam.*
11 *Banditus ob contumaciam causatam ex delicto dicitur banditus ex delicto.*

IVre ciuili dispositum reperitur *in c. si clericus, de pace tenenda*, clericũ pacis † turbatorem, postquam fuerit 1
à proprio episcopo excommunicatus, posse exbanniri per iudicem secularem, quem textum ibi Afflict. *nu.* 5. intellexit, si eius episcopus consentiat, idémq; asseuerat Afflict. *in proœmio constitutionum regni, incip. Post mundi machinam. nu. 62. vers. an autem si iudex.* Et pro confirmatione posset induci, quod clericus nõ sufficiẽter punitus per iudicem ecclesiasticum, potest iterum puniri per iudicem secularem, quam opinionem & de iure, & de consuetudine Franciæ nititur probare Benedict. *in c. Raynutius, in ver. & vxorem, n. 246. & seq.*

Sed vt verum fateamur tex. *in d. c. si clericus*, † nullam 2
debet habere firmitatem, tanquam conditus à nõ habente potestatem, *c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* & diffusè scripsi supra in tota prima centuria, atq; magis proximè *in casu* 137. Ideo circumscripto d. textu, hęc opinio non habet vera fundamenta iurisprudentiæ, & inprimis, ne desit auctoritas supremi Doctoris in terminis, allego † Innocentium *in c. 1. n. 1. in fi. de offi. ordin.* 3
dici: Nec iudex secularis sententiam proscriptionis feret in excommunicatos ab ecclesia.

Age discurramus per vera fundamenta, licet de iure communi bannitus † non possit offendi, nisi fuerit 4
diffidatus, arg. *l. fin. C. de malefic. & mathem.* & probat Bald. Perusin. *in tract. de statutis, in ver. bannitus, & bannum, n.* 43. quia priuato non potest plus permitti, quã iudici, sed iudex nõ posset procedere ad executionem mortis cõtra bannitum, ergo nec priuatus, & sequitur Alberic. *in tract. de statutis, par. 4. q. 16. n. 5.* cum aliis per Carre. *in pract. crim. §. septimo excusatur. fol.* 191. & nemo debet diffidari, nisi prius moneatur, vt not. *in c. 1. de homicid. li. 6.* & not. per Bal. *in l. cùm mulier, ff. sol. matrim.*
Tamen de iure feudorum bannitus † potest offendi, 5
vt habetur *in capit. 1. de milite vasall. qui contum. est, &* ibi in glossa dicitur bannitum posse vnumquemque deprædare. Item textus *in capit. vnic. & ibi gloss. in ver.* nun-

*nunquid vaſall.in tit.hic finitur lex Corradi,&c.*Sed tex. *in d.c.ſi clericus*, à quo trahit originem hæc opinio, eſt ſituatus in eodem iure feudorum; ergo alter alterius intelligentia iuuari debet, ſiue igitur interpretemur deprædare,id eſt,offendere,quo caſu quælibet offenſa
6 †poteſt intelligi,*l.1.§.quod autem,ff.de aleatorib.*& appellatione offenſæ videtur contineri etiam capitalis, & grauiſſima, *l.quod ſi iterum.ff.de adim.leg.& ibi per* Alberic. ſiue deprædare in bonis citra mortem, ſemper hæc faciens incurret excommunicationem *canonis; ſi quis ſuadente diabolo,* 17.q.4. quia clericus excõmunicatus retinet ordines, & latè ſcripſi ſupra *caſ.*131. de offendente vel deprædante degradatum ab eccleſia, quod in eandem excommunicationem incurrat.
7 Nec poſſet epiſcopus † concedere banniendi licentiam,quia eccleſia mortis pœnam non imponit, *c.cùm non ab homine,de iudi.cap.nouimus, de verb.ſignific.* vbi quando clericum degradatum tradit ſeculari iudici,efficaciter intercedere debet,vt citra mortem illum puniat, & ſcripſi ſupra *caſu* 132. iudices laicos non poſſe torquere clericos etiam de licentia proprij epiſcopi, & aliter facientes incurrere excommunicationem; ergo ſi epiſcopus id permitteret, non repræſentaret eccleſiam, ſed ageret vt priuatus, & ipſe quoque incurreret excommunicationem,& irregularitatem.Tanto magis, quia hodie in ſingulis Italiæ ciuitatibus adſunt
8 ſtatuta,vt liceat bannitum † impunè occidere,de cuius ſtatuti validitate ſcribunt,Bart.Bald.Iaſ.& Dec.*in l.vt vim.ff.de iuſtit.& iur.* Bart. & Iaſ. *in l.omnes populi.ff. eõd.titul. & in l.2. C.quando liceat ſine iudice ſe vindic.* Bald.*in l.Gracchus,C.de adult.* Alber.*de ſtatutis part.4. q.*57. Immol.& Felyn. *in c.quæ in eccleſiarum.de conſtitut.* & latius per Nell.*in tractat.de bannit.in 1.parte ſecundi temporis,q.1.*Afflict.*in conſtitu.regni,incip.Pœnam eorum,in qu.1.* Marſil.*in practic.§.aggredior, circa princ.* cum aliis per eoſdem.
9 Item quia excommunicatio † relaxatur propter contumaciam,non autem propter delictum,vt not.*in c.1.de ſent.excom.li.6.*& latiſſimè ſcripſi ſupra *in part.3. c.2.*ſed ob ſolam contumaciam quis non poſſet bandi-
10 ri ſtante ſtatuto quod banditi † poſſint impunè offendi, Alex.*in l.omne delictum,ff.de re milit.* Allegat Baldum & Immol. *in l.ſi mora.ff. ſolut.matrim.* ſequitur Marſil.*in pract.§.poſtquam, & §.ſequitur.verſ.& teneas menti,& in l.de vnoquoque, n.*174.*ff.de re iudi.* Felyn.*in c.quæ in eccleſiarum,in primo de conſtitut.* Ang.*de malefic.in ver.qui iudex videns quod inquiſitus.* Et licet ban-
11 ditus ob † contumaciam cauſatam ex delicto, dicitur banditus propter delictum, vt per Bart.*in d.l.omne delictum,* & ibi declarat Alexand. *in apoſtill.ad* Bart.cum aliis allegatis ad hoc per Decian. *in tractat.crimina.li.1.c.8 nu.6.* tamen nos loquimur ſolum de clerico excommunicato,nõ autem de clerico delinquente: nam ex aliis etiam rationibus iudex ſecularis non poteſt ſe intromittere in clericum delinquentem; ergo conſiderata ſola excommunicatione,quæ ob contumaciam tantùm pro medecina imponitur, *d.c.1.de ſent.excommu.*non poſſet à iudice ſeculari in bannum poni. Cætera quæ per Benedict. in præfata confirmatione adduximus,non procedunt de iure, obſtante toto titulo de foro competenti, & conſuetudo, de qua atteſtatur ille doctor,eſt vſurpatio, & deprauatio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ cum excommunicatione,à qua Deus Optimus Maximus liberet illum populum,propter ſuam miſericordiam.

CASVS CXLI.

Laicus effectus clericus poſt perem p tam conſtantiam iudicij coram iudice ſeculari, non poteſt vlterius coram eodem conueniri,reſtituta eadem inſtantia.

SVMMARIA.

1 *Inſtantiam iure ciuili perempt am quando Princeps reſtituat.*
2 *Inſtantiæ reſtitutio eſt de reſeruatis Principi.*
3 *Inſtantiæ reſtitutio in regno Neapolis quare appelletur inſufflatio ſpiritus vitæ.*
4 *Laicus factus clericus poſt perempt am inſtantiam non poteſt à iudice laico iudicari.*
5 *Inſtantia perempta omnia acta ordinatoria pereunt.*
6 *Inſtantia perempta an reus debeat abſolui ab obſeruatione iudicij,vel per diffinitiuam.*
7 *Iuriſdictio expirat per lapſum inſtantiæ.*
8 *Laicus factus clericus poſt peremptam inſtantiam non poteſt petere ſe abſolui coram iudice laico.*
9 *Inſtantiæ reſtitutio per Principem laicum non poteſt præiudicare iuriſdictioni eccleſiaſticæ.*
10 *Gratiæ Principum debent intelligi ſaluo iure tertij.*
11 *Reſtitutio aduerſus lapſum fatalium datur ex cauſa.*
12 *Reſtitutio inſtantiæ quando fiat per iudicẽ ſine libello.*
13 *Appellationum fatalia poſſunt pacto litigantium prorogari.*
14 *Et reſtitui per iudicem.*
15 *Laicus factus clericus perempta inſtantia non poteſt illam prorogare coram iudice laico.*
16 *Iuriſdictio ſecularium non eſt extincta, ſi inſtantia prorogatur, antequam finiatur.*
17 *Inſtantiæ reſtitutio non poteſt fieri vltra duas vices.*

INſtantia † in ciuilibus finitur triennio, in criminalibus autem biennio,*l.properandum,in princ.C.de iudic.* Aliquando tamen eam peremptam per lapſum dicti temporis,ſolus Princeps ſolet reſtituere,vt per Afflict.*in c.1.in princ.n.96.quæ ſint regalia,*quia iſta reſtitutio † eſt de regalibus,atque reſeruatis Principi,Boſſius *in tit.de regalib. in princip.* cum multis aliis ad hoc cumulatis per Rolan. *in conſ.4.nu.11.vſque ad 18.vol.5.* Signatura autem iuſtitiæ ſanctiſſ.Domini noſtri Papæ non reſtituit inſtantiam,niſi refectis expenſis,vel illis reſeruatis in fine litis, quando reſtitueretur inſtantia ob paupertatem oratoris, vt per Vantium *in tract.de nullit.in tit.fin.n.*135. & Staphil.*in tract.de literis iuſtitiæ,§.ſi quiſpiam,n.*10. 1 2
Quæ reſtitutio † in regno Neapol. appellatur inſufflatio ſpiritus vitæ: nam cùm ſolus Princeps faciat, dicitur quaſi reſuſcitare litem extinctam, vt per Marãt.*de ordine iudi.part.5.n.32.*&ad hoc eſt *Ritus magnæ Curiæ Vicariæ Neapol.*243. ſuper quo multa ſcribit Carauita, etiam Pariſ.de Put. *in tract.de ſyndicat. in ver. ſententia.ver.reſtat vnum,n.4.& ſeq.* Et quod reſtitutio dictæ inſtantiæ poſſit verè dici inſufflatio ſpiritus vitæ,allegatur gloſſ.*in l.ab hoſtib.§.ſed quod ſimpliciter, in ver.reſtitutionis,verſ.ſed hic vtilis ſuſcitatur,ff.ex quibus cauſ.maior.*&ibi Bald.notat hoc,gloſſ.*in §.rurſus ex diuerſo,in ver.reſciſſa.Inſtit.de actionib.*Bar.*in l.ſi ab hoſtib.nu.5.verſ.quæro quando,C.ex quib.cauſ.maior.* Ang. *in l.2.ff.de natalib.reſtituend.& in conſ.36.incip.Pro deciſione,in fin.*vbi loquitur de inſufflatione ſpiritus vitę, quam facit teſtamentum,atque ſtatutum. Item Paul. de Caſtr.*in l.Stichum,§.aditio,ff.de ſolution.*vbi loqui- 3

tur de herede qui restituerat hereditatem, & ita apud eum remanserunt actiones directæ inefficaces, si succederet dicto fideicommissario vniuersali, dicta successio insufflat in illis directis spiritum vitæ.

Ideo dubitari potest, an si perempta instantia laicus
4 † qui erat reus fieret clericus, ipsaque restituatur per Principem, siue eidem insuffletur spiritus vitæ, possit ex eisdem actis iudicari per iudicem secularem contra clericum iam effectum post peremptam instantiam. Pro parte negatiua stat veritas, & quod laicus factus clericus non possit iudicari ex eisdem actis in pristinũ restitutis, & hanc opinionem tanquam veram probat Io. Vincent. de Anna *singular.*129. *incip. Clericus effectus*, quem allegaui etiam supra *casu* 52. & ratio est, quia
5 instantia † perempta; omnia acta ad litis ordinationẽ pertinentia pereunt, vt sunt libellus, litis contestatio, terminus, satisdationes, conclusio, & similia, licet non pereant acta probatoria, Bart. *in l. cum lite mortua, ff. iudicat. solui.* Specul. *in titul. de iudice delegato, §. restat. vers. sed nunquid omnia.* Bald. *in l. cùm antea, circa fin. C. de arbitr.* Alex. *in conf.*58. *vol.*2. Afflict. *decis.*148. *cum a-*
6 *liis per addentes nouissimos ad Affli. ibid.* quo casu † an reus debeat absolui per sententiam diffinitiuam, vel ab obseruatione iudicij, scripsi *in d. casu* 32. *in princ.* At in casu quo reus absoluendus est ab obseruatione iudicij, condemnando reum in expensis, vt notant Bald. Alex. & cæteri *in d. l. properandum, in §. de illo,* Innoc. *in c. fi. de iureiur.* Felyn. & Dec. *cap. de causis, de offic. deleg.* quia non perit ius partis, tunc potest actor nouã causam incipere, & illam fabricare, *d. l. properandum, §. fin. & ibi gloss. in ver. vigorem.* quam Dd. communiter sequuntur, Maranta *in d. part.*5. *nu.*47. quo tempore, reus non est amplius de iurisdictione secularium, & succedit regula *c. cùm sit generale, de foro compet. & l. fi. C. vbi in rem act.* & licet supra *in casu* 121. firmaui, quod laico facto clerico post inchoatum iudicium coram iudice seculari, posset vsque ad sententiam respectu bonorũ finiri iudicium, cùm secularium iurisdictio præuenta
7 fuerit, tamen in hoc casu per lapsum † instantiæ iurisdictionis præuentio expirat, quia finiuntur acta ordinatoria; ergo nouam inchoando, debet proprium rei
8 iudicem adire. Imò si idem effectus † clericus instaret absolui siue per diffinitiuam, siue ab obseruatione iudicij ab eodem iudice seculari, incideret in pœnas, de quibus scripsi supra *casu* 120. Neque potuit restitutio
9 instantiæ per † Principem facta præiudicare iurisdictioni Ecclesiasticæ, de cuius foro, canonicè erat effe-
10 ctus iste clericus, cùm semper gratiæ † Principum habeant clausulam; *saluo iure tertij*; ex traditis per Afflict. *in decis.*334. *n.*3. Alciat. *in reg.*3. *præsumpt.*11. *num.*3. Marsil. *singular.*483. cui in dubio non præsumitur velle derogare, Ias. *in l. Barbatius. ff. de offic. prætor.* Dec. *in l.*1. *n.*81. *de reg. iur. & in conf.*284. *n.*2. *& conf.*520. *nu.*9. tanto magis in concernentibus iurisdictionem ecclesiæ, in quibus non potest in specie; ergo non præsumitur voluisse in generali dispositione, vt diffusè scripsi supra *casu* 137. *in art.*1.

Declaratur primo hic articulus, vt procedat non solum in restitutione primæ instantiæ, sed etiam secun-
11 dæ, hæc enim restitutio † datur aduersus lapsum fatalium ex causa, sed datur sine libello, Bart. *in auth. item si appellatione, n.*3. *C. de tempor. appellat.* Bald. *in auth. ei qui, n.*5. *C. eo. tit.* Sed Bartolus loquitur stante impedimento ex facto iudicis proueniente: Baldus autem indifferenter loquitur, per tex. *in l. defendente. ff. de auctorit. tut.* Abb. *in c. ex ratione, n.*6. *de appellat.* dicit sine libello si ex facto iudicis, † quia iudici constat causam 12
esse legitimam, & ipse iudex dicit, restituo te; ergo si iudici non constaret, deberet adhiberi causę cognitio, & hæc est vera opinio, quia si restitutio fit ex causa, nõ dicitur causa antequam sit in esse deducta, ideo debent citari quorum interest, & sicut appellationum † fatalia 13
possunt pacto litigantium prorogari, *l. fi. C. de tempor. appellat. in vers. legum auctoritate in hoc casu volumus pactis litigantium mitigari,* & ita fuit decisum, Thesaur. *decis.*244. Rota Rom. *decis.*2. *n.*2. *de dilationib. in nouis,* per tex. *in auth. si tamen. C. de tempor. appell. & in clem. quamdiu, de appell.* Ita debent posse prorogari, & restitui † per iudicem, tanto magis per Principem, ita ar- 14
guunt in terminis restitutionis instãtiæ, Paul. de Cast. *in conf.*141. *visa inquisitione, n.*1. *vol.*1. Crauet. *in conf.*833. *colum.*2. quos refert, & sequitur Riminald. iun. *in conf.*495. *nu.*6. *vol.*5. Sed neque iudex, neque ipse Princeps possent restituere in præiudicium iurisdictionis ecclesiasticæ, vt dixi. Item, quia neque ipse clericus † factus 15
posset vlterius, perempta instantia, illam prorogare, *c. si diligenti, de foro compet.* aliàs incideret in pœnas *d. casu* 126. ergo neque eadem ratione possent Princeps vel iudex.

Secundo declaratur hic articulus, vt procedat, quando restitutio fit perempta instantia, quo tempore reus factus est clericus, tunc enim ratione iuris quæsiti super extinctione actorum, non potest fieri insufflatio vitæ in præiudicium iurisdictionis ecclesiæ, ergo si ante † lapsum instantiæ in fine ipsius per Principem fie- 16
ret ista restitutio, siue prorogatio, iuxta terminos *c. super eo, in secundo, de appellat.* non diceretur secularis iurisdictio extincta per extinctionem actorum, & si lapso termino primo d. instantiæ reus fieret clericus, habebunt locum à nobis dicta supra *in causa* 121.

Tertio declaratur, dummodo ista restitutio, siue insufflatio † vitæ fiat bis, & non amplius, quia vlterius 17
fieri non potest de iure, ex his quæ latè scribit Capyc. *in decis.*165. vnde si in fine secundæ restitutionis, causa non expedita, reus fieret clericus, licet Princeps tertiò restitueret de plenitudine potestatis, id non posset præiudicium inferre iurisdictioni ecclesiasticæ.

CASVS CXLII.

In actionibus mixtis clericum non posse conueniri coram iudice seculari.

SVMMARIA.

1 *Actiones mixtæ quæ sint.*
2 *Clericus an possit conueniri coram iudice laico in actionibus mixtis.*
3 *Baldus reprobatur circa iurisdictionem actionum mixtarum.*
4 *Actor quis propriè dicatur.*
5 *Instantia perit actori, non reo.*
6 *Actiones mixtæ sunt indiuiduæ, & quando pertineant ad ecclesiasticum.*
7 *Actiones mixtæ ab origine sunt personales.*
8 *Et dicuntur mixtæ ex accidenti.*
9 *Accidentia non variant speciem.*
10 *Actiones mixtæ continentur sub simplicibus.*
11 *Mixtum quando continetur sub simplicibus.*
12 *Mixta quomodo veniant sub dispositione legali de simplicibus.*
13 *L. nulli prorsus, C. de iudic. declaratur.*
14 *Iudicium possessorium, & petitorium coram quo iudice fieri debeat.*

Actiones

1 ACtiones mixtæ † sunt illæ, in quibus quilibet litigatorum est actor, & reus, *l. iudicium communi diuidundo. ff. finium regund. l. 2. §. familiæ, & l. inter coheredes. §. familiæ, ff. famil. ercisc. & l. 2. §. 1. ff. communi diuid. & l. in tribus, & l. seq. ff. de iudic.* possunt etiam dici mixtæ, quæ dantur ad reales, atque personales præstationes simul, *l. item Labeo, §. familiæ, ff. famil. ercisc.* & declarat Ias. *in §. quædam, n. 15. & seq. Instit. de actionib.*
2 in quibus clericum † posse conueniri coram iudice seculari, defendunt Doctores Galliæ, Benedict. *in c. Raynut. de testament. in ver. & vxorem, decis. 2. n. 46. & plur. seq.* post Stephan. Aufrer. quem allegat *in tract. de potest. secul. in ecclesiastic. regula 2. fallent. 15.* atque Io. Fab. *in §. item Seruiana. Instit. de actionib.* atque probant inprimis de iure, per tex. *in l. 1. ff. quib. de reb. ad eundem iudic. eatur, & in l. nulli prorsus, C. de iudic.* Atque etiam ratione reconuentionis, cùm quilibet sit actor, & reus, vt dixi. Mox idem asseuerant, ob illam Franciæ consuetudinem iudicium ferendi per seculares aduersus clericos, de qua etiam attestatur Bald. *in auth. clericus, C. de episc. & cleric.* Sed prætermissa ista consuetudine, aduersus quam pluries scripsimus in præcedentibus, & quod seculares iudices nullo modo in realib. contra clericos iudicare valeant, vt etiam scripsi supra *cas. 125.* Scribentes tantùm de iure, visus est Bald. hanc opi-
3 nionem amplecti *in † l. fi. C. de edict. diui Adr. toll. in 6. q. sub n. 54.* vbi quod tex. *in d. l. 1. ff. de quib. reb. ad eundẽ iud. eatur.* ratione clericatus non debet infringi, allegat Innoc. *in c. cùm M. Ferrariensis, in fi. de constit.* nam, vt ipse dicit, litis natura, & res ipsa trahit personam, sicut dicimus in feudis, & forus principalis est attendendus, vbi est maior pars hereditatis.

Sed si volumus verum fateri, hæc opinio est omnino falsa. Primo ex regula *c. cùm sit generale, de foro com-*
4 *pet. & l. fi. C. vbi in rem actio.* Sed actor † ille dicitur in iudicio, qui aliquid petit ad sui commodum, quomodocunque petat, etiam si aliquando in eodem iudicio posset esse reus, Bart. *in l. de pupillo, §. fin. col. 1. ff. de noui oper. nunciat.* vbi si ille contra quem data est tenuta, petat ipsam declarari nullam, & si sit reus, quia tamen ad sui commodum petit, dicitur actor, & hanc opinionẽ amplexi sunt Bald. *in cap. 1. de rescript.* atque Nellus de sancto Gemin. *in tract. de banditis, in 2. parte secundi tẽporis, q. 64.* Socin. etiam *in cons. 109. vol. 4.* Is ergo dicitur originariè actor, quod sufficit, vt reus in hac petitione possit obtinere commodum regulæ *legis; fauorabiliores, ff. de reg. iur.* vt dixit Rota Roman. *in decisio.*
5 *236. n. 5. part. 1. in nouissimis.* Item quia instantia † perit actori, non reo, ex regul. *l. properandum,* vt declarat Socin. *in d. cons. 109. vers. Secundo principaliter.* Item quia
6 istæ actiones † mixtæ indiuiduæ sunt, in quibus si laicus & clericus simul litigare debent, adeundus est iudex Ecclesiasticus, tanquam dignior, vt scripsi supra *in toto casu 118.* & Baldus, qui semper sibi contradixit, obfirmauit hoc *in l. præcipimus, in fin. C. de appellat.* ergo aut debemus asserere, petentem debere sequi forum conuenti, siue hic clericus, siue laicus fuerit, aut iudicẽ ecclesiasticum vti digniorem esse competentem. Præ-
7 terea istæ actiones † ab origine sunt personales, quia oriuntur ex quasi contractu, *§. item si inter aliquas, §. heres quoque. Instit. de obligat. quæ ex quasi contract.* ergo sunt personales, *§. 1. & ibi gloss. in ver. quibusdam modis. Instit. de act.* vnde Ias. *in d. §. quædam, nu. 12.* probat impossibile esse dari aliquam actionem mixtam ex sui o-
8 rigine, dicuntur igitur mixtæ † ex accidenti quia habent mixtum effectum, vt *l. 1. ff. finium regund.* ergo qui petit vigore alicuius ex dictis actionibus, petere dicitur vigore actionis personalis non mixtæ, probatur consequentia, quia accidentia † non variant spe- 9
ciem, *l. 1. & ibi* Bald. *C. de condict. ob caus. l. si cum exceptione, §. Labeo, ff. quod met. caus. l. eos, C. de vsur. l. ex parte, ff. famil. ercisc.* & accessorium sequitur naturã principalis, *c. accessorium, de reg. iur. li. 6.* In persona igitur actoris semper personalis est, ante verò reconuentionẽ mixta dici non potest, quamobrem is qui primo agit, rei forum sequi debet; & si ratione mixtionis vnus iudex esset adeundus, hic deberet esse ecclesiasticus, tanquam dignior, vt dixi. Denique † actiones mixtæ 10
continentur sub simplicibus, quę adulteratæ non sunt, ita vt nouam constituerent speciem, sicut dicitur *in l. adeo, §. cùm quis. ff. de acq. rer. domin. & in §. cùm ex aliena. Instit. de rer. diuis.* sed semper remanent simplices, imò, vt dixi, actor dicitur intentare actionem personalem ab origine, quæ fit mixta ex accidenti, cùm autem mixtum † fit ex simplicibus non alteratis, tunc de 11
proprietate sermonis continetur sub simplicibus, *l. si ita facta, ff. de iniust. testam. l. is qui puteum, §. interdictũ. ff. quod vi aut clam, l. seruis vrbanis, §. si alij, de legat. 3. l. Titiæ textores, de legat. 1. l. spadonem, §. qui accepit. ff. de excusat. tutor. l. quid ergo, §. quod ait prætor, ff. de his qui not. infam.* & est ratio, quia si nulla cadit alteratio, remanent simplicia in sua natura, & sunt eadem sicut sunt separata, atque potius appellantur simplicia multiplicata, siue coniuncta, quàm mixta; † ergo veniunt 12
de proprietate sermonis etiam sub dispositione legali, vt latius per Bolognett. *in l. 1. §. si quis ita, num. 51. & plur. seq. ff. de verb. oblig.* Cùm igitur nulla sit vis faciẽda in his actionibus respectu mixturæ, quæ ex postfacto accidit, sequitur clarè, ipsam mixturam neque apud Doctores Gallos posse dici causam, cur apud iudicem secularem agendum sit.

Neque obstat dispositio *d. l. † nulli, C. de iudic.* vbi 13
possessorium & petitorium coram eodem iudice diffinienda dicit, ne continentia causę diuidatur, vt etiam dicit text. *in l. cognitio, ff. de liberali causa.* Ne variè in vtroque iudicio iudicetur. Quia *d. l. nulli,* loquitur in iudice delegato, vt probatur ibi *in vers. pœna ei ex officio iudicis imminente, qui contra hanc supplicauerit sanctionem, & in vers. alium super principali quæstione iudicem postulauerit.* quam sententiam post Salyc. & Alex. ibi, firmat Igneus *in l. necessarios. §. non alias, n. 536. ff. ad Syllanian.* atque Afflict. *in decis. 354. n. 6.* Vnde Salycet. & cæteri dicunt pœnam illius legis, extra casum suum extendi non posse: Rationem vrgentem sequor Ioan. Ignei, siquidem in causa possessoria, † cùm personalis 14
sit, actor rei forum sequi debet, nec alibi conueniri potest, *l. vni. C. vbi de possess. agi oport.* quod est verum in quibuslibet actionibus personalibus, *l. quod legatur, in princ. ff. de iudic.* At si de proprietate sit quæstio, coram loci iudice, vbi res sita est, intentari, ac terminari debet, *l. fi. C. vbi in rem act. l. sed si susceperit, in fi. ff. de iudic.* sed in *d. l. nulli,* coram eodem agendum est de possessione & proprietate; ergo necessariò concludẽdum est, ibi de delegato iudice agi. Quod autem secus sit dicendum si agatur coram ordinariis iudicibus, est textus expressus *in c. finali, de iudic.* & hanc sequuntur opinionem Alexand. Salyc. & Ign. in locis citatis, quia nihil commune habet possessio cum proprietate, *vulgato §. nihil commune.* Vnde Bart. *in auth. & consequenter, col. fi. vers. quæro quid si reus, C. de sent. & interlocut. om. iudi.* dicit, si reus conuenit actorem coram alio iudice, siquidem actor egerat coram delegato, processus

rei est nullus, si verò coram ordinario, processus valet, nisi opponatur, *c. dispendia, de rescript. li. 6.* hoc etiã dixit Innoc. *in c. cùm M. Ferrariensis, in fi. de constit.* & sequitur Abb. *ibid.* atque Aret. *in cons. 24. nu. 25. circa medium*, cum aliis per Afflict. *in d. decis. 354. col. 1.* & ibi latissimè Addentes nouissimi alios congerunt. Ex quibus apparet in præsenti casu, cùm tractatur de actionibus mixtis, posse coram ordinariis agi ab vtroque, neque tractari de dispositione *d. l. nulli prorsus*, prout Doctores Galli putabant, sed de dispositione *l. vbi cœptum, ff. de iudic.* vt aduertit *ibid.* Afflict. vbi cœptum est iudicium, ibi finiri debet, quod intelligendum est, si opponatur: Nisi igitur opponatur, valet processus: Quare nihil impedimenti sunt actiones mixtæ, quo minus agi possit coram diuersis iudicibus ordinariis.

CASVS CXLIII.

Rector super reparatione ecclesiæ de iure patronatus, an possit conueniri coram iudice seculari.

SVMMARIA.

1 C. filiis, vel nepotibus, 16. q. 7. *declaratur.*
2 *Rector super reparatione ecclesiæ de iurepatronatus, an possit conueniri coram iudice laico.*
3 *Et an sit mixti fori.*
4 *Rex potest adiri super reparatione iurispatronatus, cùm deest iudex ecclesiasticus.*

1 Textus *in c. filiis, vel* † *nepotibus, 16. q. 7.* præbet difficultatem in præsenti casu, quo disponitur: *Filiis, vel nepotibus, ac honestioribus propinquis eius, qui construxit, vel ditauit ecclesiam, licitum sit, hanc bonæ intentionis habere solertiam, vt si sacerdotem seu ministrum aliquid ex collatis rebus præuiderint defraudare: aut commonitionis honestæ conuentione compescant: aut episcopo, vel iudici corrigenda denuncient: Quod si talia episcopus agere tentet, Metropolitano eius hæc insinuare procurent, si autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auribus intimare non differat, &c.*

2 Cuius vigore Doctores Galli obfirmarunt † opinionem, quod vbi ecclesia iurispatronatus minaretur ruinam, possit rector ecclesiæ, quicunq; sit, coram iudice seculari à patrono conueniri super reparatione ipsius, Steph. Aufrer. *in tract. de potestate secul. in ecclesiast. reg. 2. fallent. 26.* qui refert ad hoc multa arresta, quibus fuit iudicatum Parisiis, & Tholosæ. Benedict. *in c. Raynutius, in ver. si absque liberis moreretur, nu. 33. & in ver. & vxorem, decis. 2. nu. 138. & seq.* Matth. Boys *in additionib. ad* Aufrer. *super d. fallent. 26.* dicit hoc munus † spectare tam ad secularem Principem, quàm ad Pontificem, per tex. *in l. hereditatis, in fi. ff. de petit. hered. & l. si in aliquam, §. ædes sacras, de offic. procons.* Est enim proprium Regum, vt ipsi, & eorum officiales de ecclesiarum reparatione se intromittant, per tex. *in c. si. dist. 66.*

3

Iste articulus non habet difficultatem, pro cuius resolutione est casus *in c. quanto, de iudic. ibi; causa verò iurispatronatus ita coniuncta est, & connexa spiritualibus causis, quod non nisi ecclesiastico iudicio valent diffiniri, &c.* ratio etiam colligitur ex *c. de iure. de iurepatronat. ibi, cùm sit spirituali annexum.* Hoc autem esse intelligendum in initio suæ creationis, vt sic fuerit creatum annexum spiritualibus: non autem quod aliquo tempore fuerit temporale, probat Lambert. *in tract. de iurepatronat. li. 3. in 1. art. 9. q. principal. num. 18.* & ibi, & in duobus articulis sequentibus doctè probat, huiusmodi causas esse meræ iurisdictionis ecclesiasticæ, nisi in certis casibus, quos recenset, de quibus scripsi supra inter casus mixti fori, *part. 2. c. 14.*

Inde etiam apparet clara resolutio *d. c. filiis, vel nepotibus*, quod tribus modis interpretantur prudentissimi viri; vel ita demum esse recurrendum ad Regem, cùm per ecclesiasticum iudicem cogi non potest, vt eũ corrigat, *c. petimus, 11. q. 1. & c. nec licuit, dist. 17.* & hanc sequitur Cardinal. Turrecr. ibi, vel secundum Hugonẽ, cùm iudex † ecclesiasticus deest, quo casu ecclesia mi- 4
nante ruinam propter distantiam ab vrbe Roma, posset adiri Rex, vt præstet aliquod auxilium, vt scripsi etiam de hoc intellectu *in d. c. 14.* vel & tertio, in casib. in quibus iurispatronatus collatio, atque institutio, ex priuilegio summi Pontificis spectat ad Regem. Qui autem Reges hoc priuilegio gaudeant, & in quot ecclesiis, scripsi diffusius *in d. c. 14.* Et secundum istum intellectum, qui congruentius videtur aptari posse illi literæ, primò adeundus esset episcopus, propter rationem *d. c. quanto*, deinde Rex in subsidium, extra hunc intellectum, credo nullo modo adeundum esse Regẽ, cùm non liceat apponere manus in messem alienam, & prætextu boni turbare iurisdictionem ecclesiasticam, & sic incidere in excommunicationem.

CASVS CXLIV.

Iudicem laicum non posse inhibere iudici ecclesiastico, ne relaxet clericũ de carceribus, tanquam Regis debitorem, ad eius instantiam captum, atque illi remissum.

SVMMARIA.

1 *Clericus debitor Regis an possit capi per iudices seculares.*
2 *Stephanus Aufrerius sæpe labitur aduersus iurisdictionem ecclesiasticam.*
3 *Clericus non potest esse debitor Regis.*
4 *Clerici non possunt pro debitis carceribus mancipari.*

Stephan. Aufrer. *in tract. de iurisdictione seculari in ecclesiasticos, reg. 2. fallent. 24.* affirmat clericum debitorem † Regis posse capi per iudices seculares, deinde remitti ad ecclesiasticum: Denique illi inhiberi, ne relaxet clericum à carceribus donec soluat. Sed hic casus à nobis adducitur ad confusionem eorum, qui in Aufrerium † multas laudes effuderunt, tanquam scriptorem, & defensorem iurisdictionis ecclesiasticæ, qui etiam in illo ipso tractatu, quem de ecclesiastica in laicos iurisdictione appellari voluit, aduersus ecclesiã sæpissimè prolabitur. Cuius morem, fortè ob illas ipsas laudes effusas, secuti sunt Moderniores, qui de libertate ecclesiastica librum scripsere, & aduersus ecclesiam vt plurimum adducuntur. Sed hæc est humanarum rerum conditio, vt Aufrerius, qui ex laudibus nulli potest parere præiudicium, tantum laudis consequatur, à morte igitur viuere incipit humanus fauor, & vitæ finis principium est gloriæ.

1

2

Hic igitur articulus, & quasi oẽs, qui per Aufreriũ, & cæteros aduersus iurisdictionẽ ecclesiasticam editi sunt, ex his, quæ hucusque scripsimus, verè refutari possunt.

possunt: nec multum tedij atque laboris nobis impendendum erit in confutatione nouissimi tractatus de iurisdictione aduersus ecclesiam, quem audiui hoc anno 1602. editum esse, & hucusque videre non potui, postquam auctor eos vendi non patitur, fortè dubitans ne à sancta Romana ecclesia, prout decet, reprobetur: credo enim nullum iurisdictionis ecclesiasticæ articulum occurrere posse, qui ex scriptis hucusque à nobis resolui non possit.

3 Primo enim clericus † non potest esse debitor Regis eo debito, quod putat Aufrer. tributi, vel collectæ exsoluendæ: his enim oneribus clericos grauari non posse, neque astringi, nisi, vbi laicorum bona declarata fuerint per iudicem ecclesiasticum non sufficere, & tunc ab ipso, non autem à iudice laico, cogi debere, satis superque scriptum est supra *casu* 11. Et quod Regis iudicibus atque ministris non liceat repressalias exercere aduersus clericos, etiam contra ipsorum bona, diximus supra *casu* 41. Quod autem pro nullo de-

4 bito clerici † possint in carceribus ecclesiasticis detineri, tractauimus supra *casu* 42. tanto minus ad instantiam Regis, qui honorem ecclesiæ, & suorum priuilegia ad exemplum cæterorum obseruare debet. Deniq; quod iudex laicus, qui inferior est, non possit inhibere iudici Ecclesiastico, præsertim in negocio extra suã iurisdictionem, & quomodo ad ecclesiasticum scribere, & literas mittere debeat, scriptum est supra *in 2. parte, c. 2. & c. 49.* Resolutio igitur præsentis casus sit exemplum, quomodo quamplurimi alij, qui occurrere possunt, enodari debeant.

CASVS CXLV.

In dubio iudicandum est, quod cognitio causæ pertinet ad iudicem ecclesiasticum: & quis sit iudex competens de hoc articulo dubio.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio in dubio spectat ad iudicem ecclesiasticum.*
2 *Iudex laicus potest cognoscere de expensis funeris repetendis.*
3 *Iudex potest procedere quando libellus habet qualitatem fundantem suam iurisdictionem.*
4 *Iudex non cognoscit de qualitate excludente suam iurisdictionem.*
5 L. cùm quædam puella, ff. de iurisdict. omn. iudic. *quomodo procedat.*
6 *Dominus feudi non cognoscit de qualitate feudali, sed ordinarius.*
7 *Pares curiæ nõ possunt cognoscere an sua sit iurisdictio.*
8 *Iudex non cognoscit an sua sit iurisdictio, negata qualitate fundante iurisdictionem.*
9 C. pastoralis, de rescript. *non habet locum in iudice ordinario.*
10 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de qualitate ecclesiastica fundante suam iurisdictionem.*

1 IN dubio iudicandum est, iurisdictionem † causæ spectare ad iudicem Ecclesiasticum, non autem ad secularem, hanc opinionem firmant Anton. de Butr. *in c. cæterum, n. 9. de iudic.* Alba *in cons. 391. n. 22.* & esse communiter receptam attestatur Ias. *in l. 2. nu. 19. ff. si quis in ius voc. non ierit.* vt autem casus iste clarior fiat, declaratur per duos articulos.

Primus articulus est, cùm tractatur de causa merè prophana, puta si tractaretur de mero facto, aut ex-

pensis funeris † repetendis inter seculares, vel similibus, de quibus iudex laicus potest cognoscere, vti probant Marcambrun. *in consil. 44.* Ferret. *in cons. 12. num. 15. & in consi. 13. n. 1. vol. 1.* & Antonius Fossan. *decis. 82.* 2
si causa, quæ in libello exprimitur, † qualitatem habet fundantem laici iudicis iurisdictionem, poterit vtique ille iudex procedere, *l. cum quædã puella, §. quoties, ff. de iurisdict. om. iudic.* & ibi Bartol. Bald. Castrens. Alex. & Ias. inferunt, atque cumulant plures huius generis quæstiones, vnde glos. *in cle. dispendiosam, in ver. vsuris, de iudiciis*, dixit, vbi aliquis quid deduxit in libello, propter quod causa summariè cognoscenda est, etiam parte negante, iudex nullis sumptis informationibus super veritate qualitatis deductæ, poterit summariè procedere, attendendo solam petitionem actoris, quam allegant Ias. & Dec. *in d. §. quoties.* Verum si ille textus rectè inspiciatur, procedit, quando sola qualitas excludit iurisdictionem, etiam si substãtia eius quod petitur non sit vera, puta quando iudex non potest cognoscere de summa excedente centum florenos, si enim ipsi centum petantur, siue debeantur, siue non, semper iudex vti potest sua iurisdictione; secus est, quando qualitas allegata iurisdictionem excludit in totum si falsa est, sin autem veram includit, hoc enim secundo casu ipse non cognoscit † de qualitate excludente suam iurisdictionem, hæc est doctrina Antonij de Butrio *in c. si clericus laicum.* quam sequitur ibi Abb. *n. 9. de foro compet.* Item Abb. *in c. super literis, n. 10. in fine, de rescript.* dicit *d. §. quoties.* non procedere quando ex negatione debiti petiti, negatur principaliter iurisdictio. Item Felyn. *in d. c. si clericus laicum, nu. 3. vers. pro quibus.* ait *d. l.* † *cum quædam puella.* non habere locum quando requiritur vera existentia qualitatis allegatæ, procedere autem quando quis est iudex in mensura quantitatis petitæ, siue sit falsum, siue sit verum id, quod petitur. 3 4 5

Si enim alter ex collitigãtibus negaret se esse vasallum, itémque negaret rem esse feudalem, eo casu dominus † feudi non cognoscit, causa autem remittenda est ad ordinarium, *c. 1. de controuers. inter dom. & al.* Doct. *in c. 1. de controuers. in maritum facta.* qui textus procedit in fortioribus terminis, quia ibi non agitur de commodo domini, nisi secundario, & hanc opinionem concludunt communiter Canonistæ *in c. cæterum, de iudic.* Abb. *col. penul.* Felyn. *n. 13. vers. duodecimo fallit, & n. 16. vers. nota quod si coram ordinario.* Alex. *in consil. 79. circa primum, n. 1. vol. 1. & consil. primo ponderatis, col. 1. in fine, & col. 2. vol. 5.* Bossius *in titu. de foro cõpetenti, n. 177.* Menoch. *in tract. de retinenda possess. remed. 3. n. 442. & in consi. 2. n. 95.* vbi dicit esse cõmunem opinionem. Ias. *in consi. 63. n. 2. vol. 1.* & omnes Doctores mouentur per textum *in l. penul. §. 1. ff. ad municip.* sicut enim neque dominus, neque pares curiæ cognoscere possunt de ipsa causa, ita neque cognoscere possunt, an † sua sit iurisdictio, vt dicit Abb. *in d. c. cæterum, col. penult.* post gloss. *in d. l. penult.* & latius per Iacobin. *in sua inuestitur. in ver. & dicti vasalli, in secundo, col. 8. & 9. vers. iuxta prædicta quæro nunquid fori declinatoria.* & hanc esse communem opinionem dicit Clarus *in §. feudum, q. 60. vers. sed pone.* 6 7

Ex his apparet, negata qualitate † fundante iurisdictionem non posse cognoscere illum iudicem, an sua sit iurisdictio: sed hoc intelligendum est, quando ille duntaxat est iudex in quodam genere negotij, secus si ordinarius iudex esset, vt dicit gloss. *in dict. c. 1. de inuestitura in maritum facta.* quam sequitur ibi 8

Bald. & dicit eſſe ſingularem, & latius declarat Iacobin. *in d. verb. & dicti vaſall.* Siue igitur de negata qualitate iuriſdictionis cauſæ prophanæ agendum ſit coram iudice ordinario ex limitata iuriſdictione alterius iudicis in certo cauſarum genere, vt declarat Felyn. *in d. c. cæterum, col. 4. verſ. duodecim. fallit.* & latius *col. ſeq. verſ. nota quod ſi coram ordinario.* ſiue agendum ſit corã eodem ordinario, inſpecto ſui officio ab initio, qui poteſt de ipſa qualitate negata iuriſdictionis cognoſcere, quotieſcunque ſuper eo negotio vertitur præiudicium iuriſdictionis eccleſiaſticæ, ſemper in dubio iudicandum eſt, cauſam illam pertinere ad iudices eccleſiaſticos, prout dixi in principio.

Secundus articulus eſt, cùm tractatur de cauſa prophana habente connexam ſpiritualitatem, vel quę poteſt ad prophanam eccleſiaſticam rem applicari; negatur autem rem eſſe prophanam vel Eccleſiaſticam, quo caſu efficitur dubia: tunc ſiue ſimus in iudice eccleſiaſtico delegato, qui ſimul cum iudice ſeculari cognoſcere debet, ad quem iuriſdictio pertineat, quia
9 textus *in c. † paſtoralis, de reſcript.* non habet locum in ordinariis, vt dicit Innoc. *in c. ſuper literis, in ver. forſan, de reſcript.* quem ſequitur Anto. de Butr. *in d. c. cæterum, n. 9. de iudic.* licet plurimi Doctores teneant, caſum dubiæ iuriſdictionis eſſe iudicandum ab vtroque iudice, etiam ſi ſint ordinarij, Guid. Pap. *deciſ.* 138. Clar. *in §. fin. qu. 36. verſ. regulariter autem.* Remig. *in tract. de immunit. eccleſ. q. 2.* Farinac. *q. 28. n. 76.* quam opinionẽ memini me ſecutum eſſe (in ſecunda parte huius operis, dum ſcripſi de caſibus mixtis,) quando iudex ordinarius ſecularis aliquo modo præueniſſet iuriſdictionem eccleſiaſticam. Siue, quod vbi qualitas eccleſiaſti-
10 ea † eſt deducta, ſolus iudex eccleſiaſticus cognoſcere debeat, ad quem videlicet iuriſdictio ipſa pertineat, vt declara. Socin. *in d. c. ſi clericus laicum, n. 12. & ſeq. de foro compet.* neque in ipſius cognitione iudex ſecularis ſe intromittere debet, licet fiſcus ſecularis citandus & audiendus ſit ad allegandum ad ſui libitum, vti ſcribũt Felyn. *in d. c. ſi clericus laicum, n. 3. & ſeq.* Alex. *in conſil. 149. in cauſa inquiſitionis, n. 3. & ſeq. vol. 6.* Io. Monach. *in c. ſi iudex laicus, de ſent. excomm. lib. 6.* Quo caſu diſcuſſo articulo, ſi nõ apparet certiſſima reſolutio, ſemper in dubio iudicandum eſt, iuriſdictionem ſpectare ad iudicem eccleſiaſticum.

CASVS CXLVI.

Ob negligentiam iudicis eccleſiaſtici non poſſe iuriſdictionem eccleſiæ deuolui ad iudicem ſecularem, neque ad iſtum poſſe recurri.

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictio amittitur propter negligentiam iudicis.*
2 *Epiſcopus poteſt in Canonicos animaduertere, Capitulo negligente.*
3 *Ius præſentandi amittitur propter negligentiam præſentationis.*
4 *Collatio beneficiorum deuoluitur ad Papam, ob negligentiam.*
5 *Domino feudi negligente expedire cauſam, deuoluitur iuriſdictio ad ſuperiorem.*
6 *Iuriſdictio delegati deuoluitur ad ordinarium ob negligentiam.*
7 *Iudex eccleſiaſticus aditur ob negligẽtiam iudicis laici.*
8 *Iudicem laicum adiri ob negligentiam eccleſiaſtici, qui dixerint.*
9 *Contrarium eſt verius de iure.*
10 *C. filiis vel nepotibus 16. q. 7. eſſe correctum, & declaratur n. 18.*
11 *Cauſæ de iure antiquo omnes deferebantur ad eccleſiam.*
12 *Negligentiam minoris ſupplet maior.*
13 *Epiſcopo negligente habetur recurſus ad Archiepiſcopum.*
14 *Prælatis negligentibus recurritur ad Papam.*
15 *Priuilegium fori eccleſiaſtici non amittitur ſine monitione.*
16 *Iuriſdictio ob negligentiam non amittitur ſine monitione.*
17 *Iudex eccleſiaſticus ob negligentiam non facit præiudicium iuriſdictioni eccleſiæ.*
19 *Iuriſdictio ob negligentiam deuoluitur ad iudicem ſuperiorem immediatum.*
20 *Remiſsio rei delinquentis quando ſit facienda ad iudicem delicti.*
21 *Negligentia iudicis inferioris debet probari ad effectum deuoluendæ iuriſdictionis.*
22 *Et quomodo probetur.*
23 *Iudex quomodo poteſt conſtitui in negligentia.*
24 *Archiepiſcopus quomodo poſſit cogere epiſcopum ſuffraganeum, vt iuſtitiam faciat partibus.*

IVriſdictio † amittitur propter negligentiam iudicis, *c. per tuas. de ſentent. excommun.* Abb. *in c. ex trãſmiſſa, numer. 7. de foro competent.* Anton. de Butr. *in c. at ſi Clerici, num. 5. de iudic.* Specul. *in tit. de competent. iudic. aditione, §. primo, verſicul. 23.* Plotus *in conſil. 133. numero trigeſimo ſecundo.* Et ad hoc eſt textus iuris ciuilis *in §. & hoc peruenit, in verſic. primatibus ciuitatis, in authent. vt nulli iudi.* quem ad hoc ſingularem dicit Bal. *in l. 2. num. 6. C. quando fiſc. vel priuat.* & ſequitur Aretin. *in l. quod in rerum, §. ſi quis poſt, colum. final. de legat. 1.* vbi dicit eſſe notãdum. Vnde Capitulo † negli- 1
gente intra certum terminum corrigere Canonicos, 2
poterit epiſcopus in eoſdem Canonicos animaduertere, vt videbit diuino cultui conuenire, *c. irrefragabili, in princip. de offic. ordinar.* Item propter negligentiam pręſentationis † amittitur ius præſentandi pro illa 3
vice, *c. 2. de ſupplend. neglig. prælat.* & facit *c. nulla, de conceſſ. præben.* Item propter negligentiam collationis beneficiorum intra tempus ſemeſtre, collatio † pertinet ad Papam, *c. licet. de ſupplend. neglig. prælat.* & pro- 4
pter negligentiam amittitur ius electionis, *c. final. de election. c. final. de ſupplend. negli. prælat.* Item propter negligentiã conceſſio beneficiorum pertinet ad ſuperiorem, *c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præben.* Item propter negligentiam infra ſex menſes epiſcopus poteſt conferre beneficia vacantia, & epiſcopo negligente ſpectabit ad alterum ſuperiorem, *c. nulla. de conceſ. præbend.* Similiter ſi dominus † feudi fuerit negligens, 5
poterit ſuperior aſſignare illi terminum, infra quem cauſam expediat, atque eo elapſo poterit cauſſam aſſumere, & iudicare, vt dicit Abb. *in c. cæterum. in 3. notab. de iudic.* Roma. *in cõſilio trecenteſimo nonageſimo tertio, & in ſingulari 479.* vbi addentes multa congerunt, latè etiam per Fely. *in c. irrefragabili, in princi. per illum textum, de offic. ordin. & in c. paſtoralis, numero quinto, verſic. tempera iſtas, de offic. ordinar.* concludit, propter negligentiam † iudicis delegati poſſe ordinarium cau- 6
ſam cognoſcere. Facit etiam quod voluerunt Abb. &

Are-

Aretin. *in d.c.cæterũ.vbi etiam*, Dec. *n.12.in fine*, quod si in prouincia non extent pares curiæ, qui regulariter sunt iudices, quando inter dominum & vasallum est controuersia super feudo, poterit adiri iudex ordinarius. Ex quibus satis clarè apparet articulum esse probatum, ob negligentiam amitti iurisdictionem siue delegatam, siue ordinariam, atque deuolui ad alterum iudicem.

Sed quia specialiter est dispositum, vt propter ne-
7 gligentiam † iudicis secularis possit adiri iudex ecclesiasticus, *c.licet,& c.ex transmissa, de foro compet.* Ideo
8 multi Doctores idem firmarunt † in casu è conuerso, vt ob negligentiam iudicis ecclesiastici ipse iudex secularis possit administrare iustitiam etiam inter clericos, Stephan. Aufrer. *in tract.de potestat.secul.in ecclesiastic.reg.4.fallent.44.* Gugliel.de Benedict. *in c.Raynutius,in ver.& vxorem,dec.2.n.31.* Igneus *in l.necessarios,§.non alias,nu.603.& seq.ff.ad Syllanian.* Chassan. *in consuet.Burgund.rubric.1.§.quinto,n.61.ver.vndecimo fallit.* & inter nostrates Menoch. *in tract. de retin.poss. remed.3.n.356.& seq.* qui multos allegat. Omnes autẽ mouentur per tex. *in c.filiis vel nepotibus,16.quæst.7.in vers.si autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auribus intimare non differat.* vbi clarè disponitur ob negligentiam iudicis Ecclesiastici haberi recursum ad secularem. Ad idem est textus *in c.2.de regularib. in vers. si parentes ipsius intra annum nõ reclamauerint ad Principem, aut proprium episcopum, vel ad missum dominicũ in clericatu permaneat.* Item *c.si quis cum clerico, 11.qu.1.* vbi textus ait, sin autem noluerit episcopus litem dirimere, tunc ad ciuilem iudicem disceptatio causæ perueniat. Potest etiam allegari textus de iure ciuili, *in §. si quis autem pro pecuniaria, in auth.de sanctissim. episco. in vers.& episcopus distulerit inter eos iudicare, licentiam habet actor ciuilem iudicem adire.* quem textum allegat glossa *in §.final.in ver. licentiam, in auth. apud quos opor.monach.aut assistent.*

9 Sed hic articulus est specialiter diffinitus † de iure canonico, *in c.qualiter & quando, de iudic.* vbi iudex secularis non potest officium suum, etiam imploratum impertiri, quantumcunque Ecclesiasticus iudex clerico aut cuiuis alio iustitiam denegauerit, vel administrare neglexerit, & ideo gloss. *in l.damni infecti, §.si is qui vicinas, in ver.aliquas, ff.de damno infect.* dicit textũ
10 *in d.c.filiis † vel nepotibus.* esse correctũ *per d.c.qualiter & quando.* quæ glossa à nobis allegatur, non pro responsione *ad d.c.filiis.* sed vt demõstremus, ipsam vel hanc opinionem sensisse, vel sibi de cætero contradixisse. Hanc opinionem firmarunt omnes Canonistæ *in d.c.qualiter.* Io. Andr. *ibid.n.6.* dicit quod tex. *in d.c. si quis cum clerico.11.quæst.1.* est reuocatus per *d.decretalem, qualiter, & quando.* & hanc sequũtur ibid. Glossa, Vincent. Goffred. & Io. Anton. de Butr. Abb. Collectar. Ancaran. & cæteri, ponentes rationem diuersitatis; Cur est, quod ob negligentiam iudicis laici potest haberi recursus ad ecclesiasticum, non è conuer-
11 so, quia olim omnes causæ † clericorum & laicorum deferebãtur ad ecclesiam, *c.per venerabilem, qui fil.sint legit.c.relatum.11.qu.1.c.si quis presbyter.2.quæst.5.* vnde si laicus redeat ad suum primæuum forum, non videtur eius conditio deterior facta, sicut neque dotis conditio fit deterior, quando redit ad suam primæuam naturã, *l.si vnus, §.quod si non, ff.de pact.c.ab exor-*
12 *dio.dist.35.* Item naturale est, quod maior † suppleat negligentiam minoris, *c.cum simus, 9.quæst.3.* & notatur *in summa 11.quæst.1.* sed laicis manet obsequẽdi necessitas, non auctoritas imperandi, *c.bene quidem, dist. 96.c.laicis, 16.quæst.vltima, & c.non placuit, eo.* ergo nõ possunt negligentiam iudicis ecclesiastici supplere, quia peruerteretur ordo naturæ in iustitia administranda. Vnde si episcopus † est negligens, vel aliquid malè faciat, prodita sunt à iure canonico reme- 13
dia, quibus vtẽdum est, videlicet, vt adeamus superiorem immediatum, id est, Archiepiscopum, *c. Romana, de suppl.neglig.prælat.lib.6.c.Romana, de appellat. lib.6.* Et quod propter negligentiam cæterorum ecclesiasticorum † recurrendum sit ad summum Pontificem, 14
probat Alex. *in consil.8.num.1.vers.quinimo nec propter defectum iustitiæ, vol.1.* per tex. *in c.nullus, de iure patro. & in aut.vt differentes iudic.in princip.* & ibi Alex. probat, nullo modo posse iudicem laicum in clericũ animaduertere, nisi fuerit à proprio episcopo depositus.

Probatur etiam altera iuris conclusione, quam Doctores amplectuntur: nam sicut si clericus incesserit sine habitu & tonsura, atque enormitatibus se immiscuerit, non amittit priuilegium † fori, nisi ter- 15
tio fuerit admonitus per ecclesiasticum, vt scripsimus supra *casu 135.* & tunc non sufficit vna monitio pro omnibus, vt dixit Abb. *in c.contingit, in secundo, de sent. excommu.* immo nec sufficeret monitionem fieri vno contextu, sed per interualla temporum, & plurium dierum, neque sufficeret vna cum interuallo dierum, ex his quæ cumulat Grammatic. *in voto 33.n.12.& seq.* Ita non debet amitti iurisdictio, † si ipse iudex eccle- 16
siasticus fuerit negligens, consequentia est necessaria, quia iurisdictio ecclesiastica est de iure diuino, Ab. *in c.solitæ, de maior.& obed.* cui non potest renuntiari etiam per ipsum eundem clericum, quod tacitè fieret, si absque habitu clericali se immisceret enormibus, id enim fieri non potest, etiam si de consensu proprij episcopi, *c.si diligenti, c.significasti, de foro compet.* & scripsi latius supra *in parte 2.casu 38.* ita neque iudex ecclesiasticus † per suam negligentiam posset præiudicium 17
facere iurisdictioni ecclesiasticæ, & mediante ipsa derogare iuri diuino, atque submittere iurisdictioni laicorum.

Neque obstant iura in contrarium allegata, ad quæ generaliter dici potest fuisse correcta, sed magis specialiter respondendo, tex. *in dict.c.filiis † vel nepotibus.* 18
habet tres interpretationes, de quibus scripsi supra *in casu 143.* & ex singulis apparet, iurisdictionẽ ecclesiæ non limitari. Item tex. *in dict.c.2.de regularibus, in ver. Principe.* intelligitur de Papa, vt ibi per gloss. quam communiter sequuntur Doctores, & negotium, de quo ibi, non conueniebat Principi laico. Item text. *in dict.c.si quis cum clerico.* est desumptus ex corpore authenticorum à titulo, *Vt clerici apud proprios episcop.* & idem est depositum in allegato *§.si quis autem pro pecuniaria, in auth.de sanctiss.episcop.* & leges ciuiles non ligant Ecclesiasticos ex defectu potestatis, *c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* & ibi communiter per Dd. qui in specie loquuntur de legibus Codicis, & authenticorum particularem mentionem facientibus de ecclesiasticis, & horum iurium non esse attendendam dispositionem etiam ex ipso decreto Gratiani, allegatur text. *in c.omnis oppressus, 2. quæstion. 6.* vbi omnis oppressus liberè sacerdotum appellat iudicium, & infra. Si autem difficiles causæ, aut maiora orta fuerint negotia, ad maiorem sedem referantur, & si illic facilè discerni non potuerunt, aut iustè terminari, vbi fuerit summorum congregata congregatio, quæ per singulos annos bis fieri solet, & de-

& debet, iustè & Deo placitè coram Patriarcha aut Primate ecclesiastica negotia, & coram Patritio secularia iudicentur negotia in commune. Quare nullo modo est faciendus transitus de vna iurisdictione ad alteram propter negligentiam iudicis ecclesiastici.

Ex dictis igitur declaratur superior articulus, vt
19 propter negligentiam iudicis iurisdictio † deuoluatur ad iudicem superiorem proximum & immediatum, qui subsint sub eodem Principe. Vnde sicut negligente iudice Regis Franciæ causæ iurisdictio non deuolueretur ad iudicem Regis Hispaniæ, quia alter non est altero superior, sicut in simili dicimus de remissione
20 † rei delinquentis carcerati per vnum iudicem, quæ facienda est ad proprium iudicem, sex requisitis concurrentibus, de quibus per Guidonem Pap. *in decis.* 202. quorũ principale est, quod omnes prædicti iudices subsint sub eodem Principe, per text. *in §. si quis vero non comprehensorum, auth. vt nulli iudic. & in §. hac considerantes, in auth. vt omnes obediant iudic.* pro quo scribunt Clar. *in §. final. qu.* 38. Couar. *in lib. pract. quæst. cap.* 11. Farinac. *de inquisitione cap.* 7. *n.* 25. *& n.* 29. *& seq.* Ita dicendum est, quod ob negligentiam iudicis Ecclesiastici non potest causa deuolui ad iudicem secularem diuersæ iurisdictionis, sed quia omnes iudices, etiam laici, subsunt Papæ, ideo data negligentia omnium officialium laicorum, secundum ordinem prædicamentalem subordinatorum, in subsidium recurrendum est ad iudicem Ecclesiasticum.

21 Secundo declaratur hic articulus, vt in † tantum procedat, in quantum probata fuerit negligentia iudicis inferioris, Alex. *in consi.* 136. *nu.* 3. *vol.* 7. Doctores autem ipsam negligentiam probari dicunt. Primo si lapsus fuerit terminus statuti, Dec. *in c. si autem, nu.* 4. *de rescript.* Item si volo probare negligentiam in eo,
22 quod potuit per alium gerere, debeo probare, † quod facilè erat alteri cõmittere, *l. idemque, ff. pro socio.* Bart. *in cons.* 102. *nu.* 2. *& sequ.* Idem *in tract. de testib. ver. lata culpa, nu.* 6. Item probatur negligentia, si iudex ter ex interuallo fuerit requisitus, vt iustitiam faceret, ita dicit Bal. *in c.* 1. *si de inuesti. inter vasal. & dom. lis oriatur, & in c.* 1. *de mil. vasallo qui contumax est, col.* 4. dicit, per tertiam requisitionem conuincitur duritia & pertinacia Prælati, & potest recurri ad superiorem, & quo-
23 modo quilibet iudex † constitui possit in negligentia per continuatas instantias & protestationes partium, ac etiam per requisitionem aliquando factã per iudicem superiorem, & qua etiam pœna puniatur iudex negligens in administranda iustitia, diffusè scribit Paris de Put. *in tract. de syndicatu, in ver. negligentias per totum.* & multa etiam scribit Afflict. *in constitutione regni incip. statuimus in secunda, nu.* 46. *& plur. seq.* & per Capyc. *in sua inuestitur. feudali, in ver. magistratuũ creatio, fol.* 128. Et in terminis huius casus, quomodo
24 Archiepiscopus † possit cogere suum episcoum suffraganeum, vt administret iustitiam partibus, & causam expediat infra certum terminum, aliàs eo elapso episcopus dicatur constitutus in negligentia, iurisdictióque illius causæ deuoluitur ad Archiepiscopum, scribit Felyn. *in c. pastoralis, n.* 6. *de offic. ordinar.*

CASVS CXLVII.

Neq; in casibus mixti fori iurisdictionem ecclesiasticam præuentã posse ob negligentiã deuolui ad iudices seculares, neq; in realibus. Et an idem sit, de vasallis laicis contingeret ecclesiam iudicare.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio acquiritur præuentione.*
2 *Respectu fori præuenti est extincta.*
3 *Negligentia vnius non nocet alteri.*
4 *Iudex inferior an vtatur iurisdictione si iudex superior in causa non procedit.*
5 *Iurisdictio in dubio censetur cumulatiuè concessa.*
6 *Iurisdictio alteri concessa non videtur abdicata ab ordinario.*
7 *Iudicis negligentia quomodo contestetur.*
8 *Limitatio regulæ debet fundari per textum expressum.*
9 *Iurisdictio vnius non præiudicat iurisdictioni alteri concessæ.*
10 *Iurisdictio concessa per statutum consulibus artis non derogat iurisdictioni potestatis, quæ prorogari potest.*
11 *Iurisdictione priuatiuè concessa, quando possit adiri iudex ordinarius.*
12 *Iudex superior potest inferiori assignare terminum, infra quem causam expediat.*
13 *Archiepiscopus potest cogere episcopum, vt causam expediat.*
14 *Iurisdictio Ecclesiæ in realibus ob negligentiam non deuoluitur ad iudicem laicum.*
15 *Appellatio, quæ interponitur à subditis Prælati ecclesiæ feudatariæ laici, debet interponi ad directum dominum feudi.*
16 *Disposita de appellatione habet locum in recursu.*
17 *Recursus quando possit haberi ad dominum feudi, ob denegatam vel neglectam iustitiam feudatarij.*
18 *Appellare licet à grauamine illato propter iustitiam denegatam vel neglectam.*
19 *Iurisdictio concessa ecclesiæ per laicum non videtur in totum à domino abdicata.*
20 *Ecclesia feudo spoliata est iudicanda ab ecclesia.*
21 *Iurisdictio ecclesiastici nunquam potest deuoluere ad laicum ob negligentiam.*

SEd quia Felyn. *in d.c. qualiter & quando, de iudic.* arbitratus est, in aliquibus casibus posse ex negligentia iudicis Ecclesiastici deuolui iurisdictionem Ecclesiæ ad iudices laicos, ideo ipsos expediamus per tres articulos.

Primus articulus est, in casibus mixti fori, in quibus iurisdictio † præuentione acquiritur, de quibus 1
scripsi in tota secunda parte, dicitur præuenta iurisdictio fori, non autem personæ iudicis, vt dicit text. *in l. si quis posteaquam, ff. de iudic.* qui est particularis locus Ciuilistarum ad hoc; ergo respectu fori præuenti extincta † est iurisdictio: non enim appellatur ad ali- 2
quem iudicem fori præuenti, sed ad superiorem iudicis præuenientis in illo foro, non est igitur præuenta persona, sed forus; ergo ob negligentiam illius iudicis non potest fieri præiudicium toti foro ecclesiasticorum, quia negligentia † vnius regulariter non nocet 3
alteri, vti scribunt Paul. de Castr. *in consil.* 54. *n.* 2. *vol.* 1. Menoch. *de arbitrar. casu* 182. *n.* 49. & negligẽtia habita in vno iudicio non nocet in alio, Angel. *in l. contra maiorem, num.* 3. *C. de inoffic. testam.* & de hoc etiam per gloss. *in c. quam sit, ver. cõmode, de elect. lib.* 6. vbi electorum electio non debet nocere electo, quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, Lapus *allegatione* 78. *n.* 8. Anton. de Butr. *in c. cum olim, n.* 10. *de maior. & obed.* Bellamera *in c. inter, n.* 1. *de transactionib.*

Ex quibus infertur, non esse veram opinionem Ancarani *in consil.* 196. *magnifice & illustris, n.* 8. quã sequitur Fely. *in d.c. qualiter. vers. limita secundo.* Dec. *in c. ec-*

c. Ecclesia sanctæ Mariæ, nu.135. de constit. & addentes ad
Abbatem in d.c. qualiter, sub n.7. mouetur enim ex re-
gula c. cum plures, de offic. deleg. lib.6. & c. si duo, de pro-
curat. eod. lib. & c. significauit, de offic. ordi. vbi iudex in-
4 ferior † vtitur sua iurisdictione, si iudex superior in
causa non procedit, sed ibi est speciale propter peri-
5 culum animæ. Item quia in dubio iurisdictio † nun-
quam censetur priuatiuè concessa, sed cumulatiuè,
Albert. Brun. in consi.47.n.2. Grammatic. voto 28.n.4.
6 inquit, Principem iurisdictionem † alteri conceden-
do, non videri abdicasse ipsam ab alio ordinario, i-
dem dicit in consil. criminal.6.n.23.& consil.2.nu.2. post
suas editiones edito. Paris. in consi.9.n.10.vol.4. Ripa de
remediis præseruatiu. cõtra pestem, n.60. Roland. in consi.
80.n.1.usq; ad n.9.vol.2. Menoch. de arbitrar. quæst.20.
n.1.& seq. vbi multa allegat. Cum igitur aliquid fuerit
speciali iudici demandatum, si is fuerit negligens in
7 expediendo negotium, ipsaque negligentia † legiti-
mè fuerit contestata per protestationes partium, vt
post alios scribit Afflict. in constitutione regni incip. sta-
tuimus in secunda, n.46.& seq. & scripsimus supra in ca-
su præcedẽti in fine, poterit alter iudex eiusdem ordi-
nis iurisdictionis procedere; hæc quidẽ admittimus,
sed negamus fieri transitum de iudice ecclesiastico ad
laicum, hoc iuri repugnat expresso, vt in præcedenti
8 casu, & allegare limitationem † cõtra textum expres-
sum, opus est fundare illam per alterum textum, sed
omnia principia iuris canonici & veritatis repugnant,
allegata autem per Ancaran. & Fely. procedunt respe-
ctu iudicum eiusdem prædicamenti. Vnde in l.1. C. de
offic. præfect. vrb. habetur, quod etsi alicui sit demãdata
specialis cura annonæ, non per hoc restringitur ordi-
naria iurisdictio præfecti vrbis, & dicit Bald. in l. vnic.
§. vbi autem, n.6. C. de caduc. toll. quod ex quo iurisdi-
9 ctiones fauore publico conceduntur, iurisdictio †
vnius in dubio, non præiudicat iurisdictioni iam
alteri concessæ; & ad hoc sunt iura expressa in l. final.
C. de iurisd. om. iudic. in l. fin. vbi glos. C. vbi caus. fiscal. c.
super hoc, de heredit. lib.6. c. vt debitus, de appellat. c. irre-
fragabili, §. excessus, de offic. ordinar. c. cæterum, de iudic.
Similiter Riminald. post cæteros Doct. in l. testamẽta,
n.2. C. de testam. vbi hæc materia tractatur, subdit non
esse bonam consequentiam, aliquis deputatus est in
certis causis; ergo alterius iudicis iurisdictio non po-
test protogari, & infert ad quæstionem, quam dicit
10 contigisse, stante statuto artis lanæ, † quod de omni-
bus litibus inter artifices illius artis priores artis sint
iudices, si tamen aliqui ex illis litem egerint coram
potestate, acta ipsa sint valida, cui potestatis iurisdi-
ctioni non intelligitur derogatum per concessionem
factam prioribus illius artis, & latè de hoc scribunt
Aretin. in consil.102.n.1. atque Dec. in consil.3. per totũ.
Marsil. in l. final. n.208. ff. de iurisdict. om. iudic. Idẽ etiã
11 in casu, quo iurisdictio † esset priuatiuè concessa re-
spectu alterius, adhuc si is, cui concessa est, fuerit ne-
gligens, poterit adiri iudex ordinarius eiusdem præ-
dicamenti iurisdictionis, ita dicit Bald. in l.2. num.6. C.
quando fiscus vel priuat. sequitur Aretin. in l. quod in re-
rum, §. si quis post, col. fin. de legat.1. ac Felyn. in c. pastora-
lis, n.5. vers. tempera istas, de offic. ordin. In iudicibus au-
tem diuersi prædicamenti iurisdictionis nullus scri-
psit, Abb. in c. cæterum, num.3. de iudic. dicit, si dominus
12 feudi fuerit negligens, poterit eius superior † illi assi-
gnare terminum, infra quem causam expediat, & eo
elapso causam assumere, & iudicare, Felyn. in d.c. pa-
13 storalis, nu.6. dicit, quod Archiepiscopus † poterit co-
gere episcopum; ergo limitatio, quæ neque iure ex-
presso, neque certa ratione fundari potest, non potest
procedere in præiudicium iurisdictionis Ecclesiasticę,
in cuius fauorem est iudicandum in dubio, vt scripsi
supra casu 145.

Secundus articulus est; In realibus † non posse ad 14
iudicem secularem deuolui iurisdictionem ecclesiæ
ob negligentiam alicuius iudicis ecclesiastici, pro-
ut firmauit Farinac. in titu. de inquisitione, quæst.8. nu.
23. in fine, vers. limita tertio. Non enim est verum, iu-
dicem laicum cognoscere in clericos in actionibus
realibus, quemadmodum latè scripsimus supra in ca-
su 125. atque ex ibi dictis hic articulus remanet cla-
rus.

Tertius articulus est: Vbi iudex ecclesiasticus co-
gnoscit de laicis vasallis, si is negligens fuerit in expe-
diendo causam, distinguendum est, aut loquimur de
causa feudali ciuiliter mota, & tunc si iurisdictio resi-
det in ecclesia feudataria directi domini laici, quem
recognoscit in dominum proximum, & immedia-
tum, sicut ab iniustitia Prælati † ecclesiæ appellatur 15
à vasallis ad hunc proximum directum dominum,
Abb. in c. cæterum, n.12. de iudic. & ibi Barbat. n.46. Ab.
in c. ex transmissa, n.4. de foro compet. & ibi Socin. n.5. &
n.40. Præposit. in c.1. col.2. circa finẽ apud quẽ, vel quos.
Andr. Gail. lib.1. obseruat.28.n.3. Ita poterit apud eun-
dem directum dominum haberi recursus per viam
querelæ & supplicationis, quia disposita † de appella- 16
tione, etiam in querela, siue recursu ad superiorem lo-
cum habent, Bald. & Angel. in l.1. Cod. de sentent. præ-
fect. prætor. Salyc. in l. final. §. penult. C. de tempo. appella.
Marsill. sing.88.n.5. Boer. deci.247.n.9. circa finem. Ro-
land. in consil.94.n.22.& seq. vol.1. Menoch. de arbitrar.
lib.1. quæst.70.n.27. Et licet multi Doct. affirmẽt, quod
à iustitia denegata, † vel prætermissa ob negligẽtiam 17
iudicis procedentis non liceat appellare, sed tantum
granatus habeat remedium per viam querelæ siue re-
cursus, vt iudicem inferiorem in feudo cogat ad ad-
ministrandam iustitiam, Bald. in l. final. §. illud, Cod. de
tempor. appellat. & in l. fina. n.5. C. de sentent. & interlo.
om. iudic. Paul. de Castr. in l.4. §. in eum, n.2. ff. de damn.
infect. Caccheran. decis.12. nu.9. Tamen magis cõmu-
nis Doctorum sententia est in contrarium, vt à gra-
uamine illato † propter iustitiam denegatam, siue ne- 18
glectam, etiam liceat appellare, Hostiens. & Io. Andr.
in c. dilecto, de appellat. & ibi Abb. col. final. Immol. in
4. notab. Hostiens. in c. interposita, eod. tit. Abb. Franc.
& Dec. in c. ex parte, de appellat. Felyn. in c. ex tenore, n.
17. vers. fallit 2. de rescript. & in c. pastoralis, col. penult. de
offic. ordinar. Barbatia in additionib. ad Bald. in d.l. fin. in
§. illud, Cod. de tempor. appell. cum aliis per Menoch. de
arbitrar. in dict. quæst.70.n.15. & Næuizan. in consil.97.
n.16.& seq.

Et ipse dominus † feudi concedendo ecclesiæ feu- 19
dum & iurisdictionem, non videtur à se eandem iu-
risdictionem abdicasse in totum, vt probat Albert.
Brun. in dict. consil.47. numer.2. & Grammatic. in di-
cto voto 28. num.4. & in dict. consil.2. num.2. & sequent.
post suas decisiones edito. Neque videtur concessisse
vltimas appellationes, vt scripsi latius supra parte 1.
cap.10.

Aut agitur de causa feudali criminaliter mota, pu-
ta quia vasallus vel ecclesia † fuit feudo spoliata, & 20
tunc siue dicamus cognitionem huius causæ propriè
pertinere ad ecclesiam, quam opinionem affirma-
runt Innoc. in d.c. cæterum, numer.2. in princip. de iudic.
& ibi

& ibi Collectar.*n.*3.post Archidiac.quem allegat *in c.*
si quis,34.*q*.3. Et hanc etiá opinionem sequitur Schra-
derus *in tractatu de feudis,parte* 10.*sect*.6.*n*.234. & hæc
est vera opinio,siue dicamus cognitionem huius arti-
culi esse mixti fori,nunquam ob negligentiam iudicis
21 ecclesiastici cognoscentis de hoc, potest iurisdictio †
deuolui ad iudicem laicũ, quia hæc iurisdictio residet
in Ecclesia non aliter considerata persona directi do-
mini laici; ergo sicut à Prælato iniustitiam faciente
recurrendum est per appellationem ad suum superio-
rem ecclesiasticum, ita etiam per viam querelæ & re-
cursus. De hoc autem articulo latius scribam infra in
fine huius centuriæ,vbi de casibus feudalibus agam.

CASVS CXLVIII.

Clericum pro tutela per eum gesta non posse conueniri coram iudice seculari: nec si executor testamenti datus sit.

SVMMARIA.

1 *Clericus potest suscipere legitimam tutelam,si velit, & num.*8.
2 *Administrans alterius bona,tenetur reddere rationem.*
3 *Clericum administrantem tutelam legitimam teneri reddere rationem coram iudice laico, qui teneant.*
4 *Executor testamenti tenetur reddere rationem.*
5 *Etiam ad petitionem cuiuscunque interesse habentis.*
6 *Etiam nondum finito officio.*
7 *Clericus neque vt tutor,neque vt testamenti executor potest conueniri coram iudice laico.*
9 *Iudex competens quis sit super tutela danda, vel exercenda.*
10 *Tutor datus legitimè, censetur datus bonis extra ditionem dantis.*
11 *Iurisdictio bonorum tutelæ dependet principaliter à persona,quæ tutelam exercuit.*
12 *Administrator quilibet tenetur exhibere libros & rationes.*
13 *Administrans vt amicus non tenetur adhibere ita exactam diligentiam.*
14 *Executor testamenti tenetur conficere inuentarium.*
15 *Iuramentum in litem datur contra administratorem non conficientem inuentarium.*
16 *Leges de iureiurando in litem non habent locum contra ecclesiasticos.*

SCripsi supra *in casu* 110. iudicem laicum non posse
tutorem aut curatorem dare clerico pupillo,nec e-
contra ecclesiasticum dare laico, aut datum lege vel
1 testamento cõfirmare;posse tamen † ecclesiasticum si
velit legitimam tutelam suscipere,prout declarat Spe-
cul.*in titulo de tutore.§.generaliter, n.*10. & nouissimè
Paul.Montanus, post illa scripta visus, *in tractatu de
iure tutel.& cur.c.*35.*de excusation.tut.& curat.nu.* 195.
2 Sed quia quilibet alterius bona administrans † tene-
tur reddere rationem suæ administrationis, *l.*1. *§. offi-
cio,ff.de tut.& rat.distrah.*vbi Iacob. de Aren.illũ tex-
tum, qui loquitur in tutore,extendit in quolibet alio
administratore, & plura ad hoc congerit Gabriel.*in
cons.*148.*vol*.1.

Ideo dicebat Stephan.Aufrer.*in tract.de potestate se-
3 cul.in ecclesiastic.regula* 2.*in fallent*.28.clericum, † qui
volens legitimam tutelam administrauit, teneri red-
dere rationem coram iudice laico,qui est competens,
vt dicit,cuiuscunque personæ petentis tutelam, idem
dicit *in regula* 4.*fallent*.25.

Idem videtur dicendum, si testamenti † executor 4
datus fuerit, tenetur enim reddere rationem, secun-
dum Specul.*in titulo de instrum.editione,§.nunc aliqua,
vers.sed an simplex executor*. Paul.de Castr. *in cons.*332.
viso testamento Michaelis, vol.1. etiam ad † petitionem 5
cuiuscunque interesse habentis,secundum Cyn.*in l.id
quod pauperibus,C.de episcop.& cleric.*& Salyc.*in c.nul-
li,C.eod.titul.*Bald.*in l.penult.C.de donationib.* & scri-
bit Bertachin.*in tractatu de episcop.in* 6.*parte* 4.*libri,il.*
29. quod etiam † procedit officio nondum finito, vt 6
ibi per eum; ergo videtur quod coram iudice laico
ad id cogi possit.

In contrarium est ipsa veritas:clericus † enim neq; 7
vt tutor,neque vt testamenti executor, siue ad reddẽ-
dum rationem administrationis,siue pro soluendis o-
neribus hereditariis,(vt not.*in l.si quis ad declinãdam,
C.de episc.& cleric.* & scribit Alex. *in consil.*98. *vol.*2.)
potest coram iudice laico conueniri,& inprimis quã-
tum pertinet ad tutelam,considerandum est,clericum
non † posse esse,vel dari tutorem,nisi is propria volũ- 8
tate legitimam acceptet, *auth.presbyteros, C.de episcop.
& cleric.in vers.sua sponte, &c.* sed hæc voluntas exer-
cendæ tutelæ non potest parere præiudicium iurisdi-
ctioni ecclesiasticæ, quia dispositum est, vt etiam si is
voluerit, non possit se submittere iurisdictioni laico-
rum,*c.si diligenti,de foro compet.* Item quotiescunque
tractatur de iurisdictione iudicis super ipso tutore, sé-
per Doctores nostri considerarunt, illum esse iudicé
† competentem,siue super tutela danda,siue exercen- 9
da, cuius iurisdictioni persona, quę tutelam exercet,
subdita est,licet etiam bona alibi sita sunt,Alexand.*in
consi.*44.*num.*17.*volum.*5.per tex.*in l.*1.*in fine,ff.de tu-
tor.& curat.datis ab his,&c.& l.propter litem.§.licet,ff.
de excus.tut.*& plenè not.per Doct.*in l.*1. *C.vbi tutor.
& in l.si curatores.per illum text.C.de excus. tut.* atque
scribit Alberi.*in rubri.C.de in litem dando tutore.*Quo
casu sic legitimè datus,qui de sua iurisdictione fuerit
omnibus † censetur datus bonis, etiam sitis extra di- 10
tionem dantis, *§. datus,Instit.de excusat.tutor.*Alex.*in
cons.*128.*n.*3.*& seq.volum.*1.per tex.*in l.propter litem.§.
licet.ff.de excusat.tut.& l.magis puto.§.illud, ff. de rebus
eorum,*& licet contrarium velit glossa *in l. nõ solum, §.
qui testamento.ff.de excusat.tut.* tamen eam ibi repro-
bant Dyn.& Iacobus de Aret. atque Cyn. *in l. locum,
C.qui petant tutores*, ac sequitur Tiraquell. *in tract. de
iure primogenit.quæst.*46.*n.*20.*& n.*26.vbi allegat plu-
rimos Doctores, pro hac opinione, & ita respondit
Paul.de Castro *in consi.*417.*n.*1.*vol.*1.Io. Fab. *Instit. de
Attiliano tutore.n.*3.Et hæc opinio procedit nõ solum
in tutore datiuo,sed etiam testamentario,prout ita re-
spondit Socin.iunior *in consi.*148.*n.* 2. *vol.*1. quia non
qualitas tutoris, sed iudicis, vel superioris dantis in-
spicitur,Dec*in consi.*150.*nu.*9. Ex quibus satis clarè li-
cet intelligere, iurisdictionem respectu bonorum tu-
telæ † dependere principaliter à persona,quæ tutelam 11
exercuit, vt subdita sit iurisdictioni illius iudicis, sed
clerici nullo modo sunt subditi iurisdictioni laicorũ,
neque volentes possunt fieri subditi; ergo nullo mo-
do cogi possunt ad reddendum rationem administra-
tionis coram iudice seculari.

Quantum verò pertinet ad vtrumque, videlicet,
tutelam gestam,atque executionem testamenti; reso-
lutio apparere potest ex his,quę scripsimus supra *casu*
127.vbi demonstrauimus, clericum assumentem offi-
cia laicorum nullo modo, ratione administrationis
per eum factæ,posse conueniri coram iudice seculari.

Con-

Confirmari potest, nam cùm quilibet administra-
12 tor † teneatur reddere rationem cum exhibitione li-
brorum, secundùm Bart. & alios *in d.l.1.§.officio,ff.de*
tut.& rat.distrahē. Bald. *in consi.152.ad euidentiam,vol.*
3. Angel. *in consi.297.puncta sunt multa,& in consi.286.*
quoniam in facto,in fin. Paris. *in consi.189.vol.1.* etiam si
13 vt amicus † administrauerit, quia licet non ita exacta
diligentia libros conficere debet, tamen adhuc cum
libris quomodolibet confectis tenetur reddere ra-
tionem, vt probat Gabriel. *in d.consil.148.vol.1.* Item
14 cùm ipse executor † testamenti teneatur conficere in-
uentarium, Specul. *in tit.de instrument.editione, §.14.*
versi.sed cùm tenentur inuentarium, & ibi Bald. *in addi-*
tionib.in ver.executor tenetur, Bertachin. *in tract.de E-*
piscop.in 6.part.4.lib.num.32. & scribit Ioan. de Canib.
in tract.de vltim.volunt.in 2.part.versi.deinde, aliàs ad-
15 uersus administratorem † iuratur in litem, Bursat. *in*
consi.105.n.5.& n.7.vol.1. qui attestatur esse communē
opinionem, cum aliis ad hoc scriptis per Gabriel. *in*
d.consil.148. & Menoch. *de arbitrar.casu 208.nu.19.* atq;
per Cacheran. *decis. 65.* & quod contra administrato-
rem bonorum non facientem inuentarium iuratur in
litem, diffusè probat Riminald. iunior *in consi.53.vol.*
16 1. Sed leges, † de iureiurando in litem loquentes, non
habent locum contra Ecclesiasticos, vt probaui supra
in toto casu 66. quare concludendum est, non posse
clericos, tutelam, siue testamenti executionem susci-
pientes, cogi coram iudice seculari ad reddendum ra-
tionem, sed coram Ecclesiastico iudice duntaxat con-
ueniendos esse.

CASVS CXLIX.

Laicus factus clericus, ordinatus à non suo Episcopo absque literis dimissoriis, gaudet priuilegio fori Ecclesiastici.

SVMMARIA.

1 *Ordines non possunt conferri ab alieno Episcopo absque literis dimissoriis.*
2 *Literæ dimissoriæ à quo Episcopo sint obtinendæ.*
3 *Et quando poßint obtineri à Summo Pœnitentiario Romæ.*
4 *Prælati inferiores Episcopo nullo modo possunt concedere literas dimissorias.*
5 *Laicum ordinatum ab alieno Episcopo absque dimissoriis non gaudere priuilegio fori, qui teneant.*
6 *Ordinum collatio ab alieno Episcopo facta, quando sit nulla.*
7 *Glossa* in cap. eos, de tempor. ordinand. lib. 6. *declaratur.*
8 *Clericus ordinatus ad primam tonsuram ab alieno Episcopo gaudet immunitate.*
9 *Laico ordinato ab Episcopo non suo sine literis, imprimitur character.*
10 *Prima tonsura est ordo Ecclesiasticus.*
11 *Contrarium tenent Theologi.*
12 *Prima tonsura habet omnia priuilegia iuris collata ordinibus Ecclesiæ.*
13 *Prælati inferiores Episcopo non dant literas dimissorias, etiam si prætendant legitimam consuetudinem.*
14 *Episcopus ordinans sine literis dimissoriis est in culpa.*
15 *Ordinatus quando præsumatur scire prohibitionem concilij.*
16 *Episcopus alienus quando poßit conferre ordines sine literis dimissoriis.*
17 Can. Lugdunensis, 9. q. 2. *declaratur.*
18 *Episcopo alieno prohibito conferre ordines, non sunt prohibiti ordinandi recipere.*
19 *Ordinibus collatis ab alieno Episcopo sine literis, impeditur eorum executio.*

NVllus laicus potest ordinari † ab alieno Episco- 1
po absque literis dimissoriis, *c.nullus, de tempor.*
ordin.lib.6. declarant autem scribentes, prefatas literas
obtinendas esse † ab episcopo originis, siue domici- 2
lij, in quo habet beneficia, vt post alios scribit Ignat.
Lopez *in additionib. ad practic. Diaz super cap. 26. in*
addit. quæ incip. sine licentia sui Præsidis. & Episcopus
Minorensis *in sua praxi Episcopali, in vers. dimissoriæ,*
quas literas, si ob aliquam causam obtineri non pos-
sunt ab ordinario, poterunt expressa causa, obtineri
Romæ † à Summo Pœnitentiario, prout disposuit 3
Pius Papa IV. *in sua Bulla 69. quæ incipit; in sublimi, in*
§.nec minus. Prælati † verò inferiores Episcopo, nul- 4
lo modo easdem literas concedere possunt, ex nouis-
sima dispositione concilij Tridentini *sess.7.cap.10. de*
reformat. quæ derogat cuicunque consuetudini in
contrarium.

Hinc dubitatum est; An laicus † ordinatus ad pri- 5
mam tonsuram ab alieno Episcopo absque literis di-
missoriis, gaudeat priuilegio fori. Et opinionem ne-
gatiuam amplexi sunt Chassan. *in consuet. Burgund. ru-*
bric.1.§.5.in fin. Petrus Rebuff. *in tract. nominationum,*
quæst.14.n.42. & Ignat. Lopez *super d.c.26. in versic. &*
non solùm minores, allegantes omnes gloss. *in c.in eos,*
in ver. ordinare, de tempor. ordin. lib.6. quorum opinio
confirmari potest ex altera simili opinione Docto-
rum, dicentium, quod si Episcopus sibi † non subdito 6
contulerit ordines sine literis dimissoriis proprij Epi-
scopi sub spe ratihabitionis ipsius, illa collatio est nul
la, ita asserunt Rebuff. & Ignat. in dictis locis, atq; Pa-
ris. *in consil.136.nu.4.vol.4.* Summa confessor. *in tit. de*
ætate ordinandorum, q.38. nam cùm dicta ordinatio sit
cōtra sacros canones, & ita nulla, atque irrita, non po-
test à proprio Episcopo confirmari, ex *reg. l. quod ab*
initio, ff. de reg. iur.

Sed certè quantum pertinet ad glossam † *in d.c. eos,* 7
in ver. ordinare, qua videntur moueri præfati Docto-
res, illa non rectè allegatur. Dum enim textus ibi di-
cit; *nullus præsumat alienæ parochiæ subditos absque su-*
perioris ordinandorum licentia ordinare, glossa exponit,
etiam ad primam tōsuram; prohibitio igitur facta E-
piscopo ordinanti exponitur à glossa vsque ad ipsam
tonsuram inclusiuè, ex quo inferri non potest; ergo
laicus ordinatus in prima tonsura à non suo Episco-
po absque literis, non gaudet priuilegio fori. Imò
glossa *in cap. nullus, eodem tit. in ver. tonsuram,* dum ibi
text. habet, nullus Episcopus, † & infra, clericalem pre- 8
sumat conferre tonsuram, exponit, per quam immu-
nitate gaudet, & clericalis ordo confertur. Quare
glossa expresse tenet contrarium, videlicet laicum per
tonsuram collatam ab Episcopo prohibito conferre
absque literis dimissoriis, gaudere immunitate Ec-
clesiarum, & hæc est opinio vera, quam etiam sequuti
sunt Guido Pap. *in decis.449.* & Hieronym. Gabriel.
in consi.181. in 1. dub. vol.2. & Doctores, qui tenent con-
trarium, moti ex auctoritate glossæ, non habent fun-
damentum.

Hæc autem vera opinio probatur, quia negari non
potest per collationem primæ tonsuræ, etiam ab Epi-
scopo † non suo absque literis, esse impressum chara- 9

cterem, *c.si.vbi* Archidiac. Gemin. & Præposit. 9. q. 1. Guido Pap. *in d. decis.* 449. quos sequitur Gabriel. *in d.*
10 *consi.* 181. *nu.* 4. *vol.* 2. quia prima † tonsura est ordo Ecclesiasticus, vt sunt iura expressa *in c. cùm contingat. de ætat. & qualit. & in c.* 1. *de apostatis, in verbi ordine demisso*, Innoc. *in c.* 1. *de ætate, & qualit.* Et licet D. Thom.
11 *in* 3. † *part. summæ quæst.* 36. *artic.* 2. *& quæst.* 40. *artic.* 2. teneat, quod non sit ordo, & ita sequuntur communiter Theologi, prout disputando hunc articulum attestatur Ioan. Lup. *in tract. de libert. Ecclesiast. part.* 2. *c.* 5. tamen secundùm Canonistas hoc est specialiter decisum *in d. c. cùm contingat*, & inter eos est communis opinio, vt per Summam Syluestrin. *in verb. ordo Ecclesiasticus, in* 1. *quæst.* affirmãt enim nouem esse ordines, Summa Angelica *in verb. ordo, num.* 1. & Theologi intelliguntur, quia prima tonsura non habet officium spirituale, sicut cæteri ordines, prout declarat Innocent. *in d. c. cùm contingat, propè fin.* Antonius de Butr. *ibidem num.* 6. tenet, quod recipit officium cantandi, Abbas *nu.* 1. *vers. quæro an Psalmi status*, Ioan. Andr. *nu.*
12 12. vbi quod est ordo, † & habet omnia priuilegia iuris, Ancaran. *in fine*, & fuit opinio originalis Hostiens. quem omnes allegant, Cardinal. *in clem. dudum, in* 8. *de sepultur.* Ex his igitur apparet, veram esse hanc opinionem, quia ab Episcopo non suo imprimitur character sine literis dimissoriis, cùm verè sit ordo Ecclesiasticus. Vnde doctè Grammat. *in voto* 33. probat tonsuram gaudere priuilegio fori Ecclesiastici, etiam si incesserit in habitu laicali, prout nos etiam supra pluries exarauimus.

Neque obstat dispositio Concilij Tridentini *in d. sess.* 7. *cap.* 10. *de reformat. in versi. & si ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant, &c.* Quia illa dispositio loquitur de ordinatis ab Episcopo alieno
13 cum literis inferiorum Prælatorum † Episcopo, per quam est sublata potestas Capituli, & Prælatorum inferiorum, etiam si prætẽderent legitimam consuetudinem, vt volebat Stephan. Aufre. *in additionib. ad Capel. Tholos. super decis.* 450. neq; militat eadem ratio, in casu quo sine literis dimissoriis ordines collati fue-
14 rint. Quãdoquidem sine illis literis, solus † Episcopus est in culpa, qui debebat scrutari, quem ordinat, vel eligit, *c. qui Episcopus, dist.* 23. *c. vnic. de scrutin. in ordin. fac.* ideò semper Episcopus præsumitur sciens, nisi ignorantiam probet, argum. *c. innotuit, de elect. in versic. nec probare coguntur ignorantiam*, & ipse ordinatus potuit habere probabilem ignorãtiam, prout in multis casibus probat Episcopus Minorensis *in d. praxi Episcopalis, par.* 1. *ver. dimissoriæ, §. ad quartum.* Sed quando ordinatur mediantibus literis Capituli, vel Prelati inferioris Episcopo, tunc vterque est in culpa, quia etiam or-
15 dinatus † præsumitur scire prohibitionẽ concilij: Propterea non debet ex sua malitia commodum reporta-
16 re, ideò non gaudet. Imò si † Episcopus sibi nõ subdito ordines cõferat, cum spe ratihabitionis proprij Episcopi, tunc ipsæ literæ dimissoriæ necessariæ nõ sũt, & absq; metu pœnæ id fieri potest, ad hoc est text. expressus *in c. Lugdunensis*, 9. *q.* 2. pro qua ratione Ignat. *super d. c.* 26. *versi. secundus*, refert Raymundum, (hodie consecratum pro sancto) *in sua summa, tit. de forma cõsecrationis, versic. in summa nota quod ordinati*, & glossam *in cap. nullus alterius, in fi.* 9. *q.* 2. atque Maiolum *in tract. de irregularitate, lib.* 4. *c.* 2. *nu.* 7. *& ibi*, quod videtur hæc opinio probari à contrario sensu in Concilio
17 Triden. *sess.* 14. *cap.* 3. & *d. c. Lugdunensis*, † procedere in collatione primę tonsurę, & aliorum ordinum minorum, probat Quintilian. Mandos. *in reg. Cancellar.* 24. *quæst.* 4. *num* 12. & latiùs per Gabriel. *in d. consi.* 287. *col.* 2. *vol.* 2.

Neque obstat dispositio Concilij Tridentini *sess.* 23. *cap.* 8. *de reformat. & dict. cap. eos, & d. cap. nullus, de tempor. ordin. lib.* 6. quia illę prohibitiones † diriguntur 18
solum ad Episcopum ratione pręiudicij alterius Episcopi, vt dicit Gabriel. *in d. consi.* 181. *nu.* 11. Ideo Guido Pap. *in d. decis.* 449. *versi. & potest esse ratio diuersitatis*, putat illa iura ideo procedere in clerico alterius diœcesis propter pręiudicium iurisdictionis Episcopi proprij, quę ratio non militat in laico, qui est de iurisdictione temporali; ergo potest ab Episcopo non suo primam tonsuram sine clericis dimissoriis recipere. Quod est verum respectu ordinis suscepti, & priuilegij fori Ecclesiastici, licet quod ad † executionem or- 19
dinis dicta clericatus collatio sit irrita, & ita intelligendo dicta iura, determinauit Rota, vt per Caputaquens. *decis.* 106. *lib.* 1. cum aliis decisionibus eiusdem Rotę ad hoc allegatis per Gabriel. *in d. consil.* 181. *in* 1. *dubio, volum.* 1. vbi vide.

CASVS CL.

Clericos non posse homologare sententiam iudicis laici, vt valeat in vim pacti.

SVMMARIA.

1 *Clerici quare non possunt prorogare iurisdictionem laicorum.*
2 *Non possunt compromittere in laicos in spiritualibus.*
3 *Clericos posse homologare sententiam laici, vt valeat in vim pacti, qui teneant.*
4 *Sententia nulla potest valere in vim pacti.*
5 *Laudum nullum confirmatum habet vim confeßionis irreuocabilis.*
6 *Prorogatio iurisdictionis non fit de vna specie ad aliã.*
7 L. 2. C. communia vtriusque iudicij, *declaratur.*
8 *Sententia nulla valet in vim pacti, quando partes illam exequuntur.*
9 *Laudum nullum non potest approbari, quando partes non habent facultatem disponendi.*

Clerici † regulariter non possunt prorogare iu- 1
risdictionem iudicis laici, *c. si diligenti, de foro competent.* Iurisdictio enim prorogari non potest de vna specie ad aliam, quia tunc non esset prorogatio, sed nouę iurisdictionis datio, vt notatur *in c. P. & G. de offic. deleg.* Neque possunt compromittere in laicos 2
super spiritualibus, & latè per Felyn. *in cap.* 2. *num.* 8. *de iudic.* & scripsi supra *in casu* 40. licet in patrimonialib. possint, dummodo id faciant de consensu sui Episcopi, vt scripsi *in d. casu* 40. atque *in casu* 120. Sed dubitatum est, an in casibus, in quibus non potest iudicari à iudice laico, possit illius iudicis sententiam † homo- 3
logare, vt valeat in vim pacti, Mynsinger. *in lib. obseruationum, centur.* 2. *obseruat.* 67. *num.* 6. tenet partem affirmatiuam, pro quo allegat Felyn. *in d. cap.* 2. *de iudic.* sed Felyn. loquitur tantum in spiritualibus, & concludit totum contrarium, item allegat Abb. *in consil.* 33. *quinque dubia, nu.* 3. *part.* 2. sed is loquitur de compromisso in temporalibus, in quibus potest in laicum compromittere, neque fert sententiam ob iurisdictionem, sed laudum, ob quandam notionem quam debet habere.

Sed quia Abb. *in d. consi. 33. num. 2.* pro confirmatione sui dicti, de quo principaliter loquitur, addit pro ratione, quia clericus potest approbare sententiam à non suo iudice latam, & habebit vim pacti. Ideo videamus, an hic articulus sit verus: in primis allegat glossam *in c. significasti, in ver. clerici, de foro compet.* quæ secundum Abb. expresse dicit hoc. Item dicit de hoc esse casum iuris ciuilis, *in l. 2. C. communia vtriusque iudicij.* Item hæc opinio confirmari potest, quod sen-
4 tentia † nulla potest valere in vim pacti, vt docet Bartol. *in l. si expressim, n. 2. versi. sed hæc opinio non est vera, C. de appellationib. & ibi* Alex. Idem Bart. *in l. 1. & ibi* Bald. *in versi. quæro nūquam sentētia, C. qui pro sua iurisdict.* Alexand. *in l. 1. §. 1. col. fi. cum concordant. per eum allegatis, ff. de ferijs,* Dec. *in c. fi. de sentent. & re iudic.* Item
5 quia laudum † nullum potest confirmari, approbari, & homologari, & illius approbatio habebit vim confessionis iudicialis, & irreuocabilis, Boreus *in consil. 32. num. 4. vol. 3.* & valebit in vim transactionis & pacti, Roman. *in consil. 173.* Paris. *in consil. 24. col. penult. & fin. vol. 2.* Abb. *in consil. 62. num. 2. part. 2.* Corneus *in consil. 125. & consil. 245. vol. 2.* Socin. *in consil. 210. col. 3. vol. 1.* Angel. *in consil. 198.* cum multis aliis ad hoc allegatis per Ioan. Vincent. Annam *in sing. 299.* atque aliis *ibid.* allegatis per Fabium eius filiū in additionibus, & ita fuit decisum in tribunalibus, Thesaur. *in decis. Pedemontana 253. num. 5.* dicit hanc esse claram, atque expeditam omnium Doctorum sententiam, Afflict. *in decis. Neapolitana 117.*

Ego verò, quantum pertinet ad istum articulum principalem, contrariam insector sententiam, & inprimis Abbas falso allegat glossam *in d. cap. significasti,* ipse enim scribit, an clericus possit approbare sententiam iudicis laici, vt valeat in vim pacti, sed glossa *in d. c. significasti,* loquitur de sententia iudicis Ecclesiastici, & est maxima differentia, quoniam, vt dixi nuper,
6 de vna specie non fit prorogatio † ad aliam speciem iurisdictionis, quia esset noua datio, quæ à priuato fieri non potest, quare Abb. loquitur sine fundamen-
7 to. Minùs obstat textus *in l. 2.* † *C. communia vtriusque iudicij,* quia vt dicit Bald. *in l. si aduersa, nu. 3. C. de transactionib.* ibi factum partium bene valebat, quia partes ipsę processerunt ad facti executionem, ideo concludit non tenere diuisionem, tanquam ex sententia, sed quia potest fieri per pactum, vt diuisio teneat.

Ex quibus potest dari resolutio ad doctrinam Bartoli *in d. l. si expressim,* & aliorum citatorum, vt senten-
8 tia † nulla valeat in vim pacti, postquam ipsę partes exequuntur factum, quia sic videntur de nouo pacisci, secus est altera parte reluctante, ita decisum est in Pretorio Neapolis, vt per Minadoum *decisione decima nona.*

Neque obstat supradicta Doctorum sententia de
9 laudo † nullo, quia etsi possit approbari in vim pacti, fallit, quando ipsę partes non haberent facultatem deponendi, vt declarat Abb. *in c. examinata, in 2. notab. de confirmatione vtili, vel inutili,* ita intelligendo glossam, *in d. l. 2. C. communia vtriusque iudicij.* Idē Abb. *in consil. 92. in versic. & quia cum sententia, part. 1.* atque sequitur Dec. *in consi. 475. num. 34.* ac Vrsill. *in additionib. ad Afflict. in decis. 117. sub num. 3.* Riminald. iun. *in consi. 239. num. 22. vol. 3.* dicit, quando vitium nullitatis non pendet à consensu partium, prout est materia iuris patronatus, eo casu non potest valere in vim pacti, vel transactionis. Sed dicimus in casu nostro, consentire in iudicem laicum non pendet à voluntate clerici; quare nullo modo potest homologare sententiam, vt valeat in vim pacti.

CASVS CLI.

Executionem in bonis temporalibus clericorum in omni casu debere fieri per iudicem Ecclesiasticum, etiam vigore sententiæ latæ per iudicem laicum in causa reconuentionis.

SVMMARIA.

1 *Iudex Ecclesiasticus exequitur sententiam suam in bonis temporalibus clericorum.*
2 *Executio sententiæ contra clericos nunquam potest fieri per laicos iudices, & num. 10.*
3 *Executio sententiæ Doctoris in scholares mandatur executioni per iudicem ordinarium.*
4 *Episcopi habent propriam familiam, & proprios executores.*
5 *Sententia iudicis laici in causa reconuentionis contra clericos mandatur executioni per Ecclesiasticum.*
6 *Clerici gaudent priuilegiis Ecclesiasticis etiam in bonis patrimonialibus.*
7 *Episcopos habere territorium, & error Bellugæ demonstratur.*
8 *Executio sententiæ quomodo ab initio possit incipere à persona.*
9 *Testes asserentes talia bona executa esse debitoris, sunt fideiussores.*
11 *Metropolitanus cogit iudicem Ecclesiasticum inferiorem, vt exequatur sententiam laici contra clericos.*
12 *Iudex Ecclesiasticus imploratus super executione sententiæ laici contra clericū cognoscit de illis viribus.*
13 *Iurisdictio omnis ab initio residebat penes Ecclesiasticos.*
14 *Iudex Ecclesiasticus non exequitur sententiam laici, antequam cognoscat, an sit præiudicialis animæ.*

QVia parum est sententias obtinere, nisi ipsę debitę executioni demandentur, gloss. *in rubric. C. de execut. rei iudicat.* Item quia in clericos iudex laicus aliquando, vt in causa reconuentionis, vel inter casus mixtos, licet rarissimè, vt interdum dixi supra *in 2. part.* sententiam profert. Ideo per tres articulos videamus de huiusmodi sententiæ in clericos executione.

Primus articulus est: Iudex † Ecclesiasticus potest 1
exequi sententiam suam etiam in bonis temporalibus clericorum. Hic articulus liquet ex scriptis à nobis supra *in 2. part. cap. 35.* vbi ostendi Episcopos posse habere familiam armatam, habereque capturam personę, etiam laicę, in quam iudicauerit in casibus suę iurisdictionis.

Ex quibus inferri potest errare Gugliel. de Benedict. *in cap. Raynutius, in ver. & vxorem, deci. 2. n. 130. & seq.* qui arbitratus est, clerico condemnato per Episcopum in actione personali, executionem † senten-
tiæ in bonis temporalibus ipsius, debere fieri per iu- 2
dicem secularem. Ratio enim sententię † Doctoris
in scholares, quę exequutioni mandari debet per iu- 3
dicem ordinarium loci, vt dicunt Speculat. *in titul. de sententiæ executione, §. nunc dicendum, nu. 12. & ibi* Ioannes Andr. *in additionib.* atque Bart. *in l. à Diuo Pio. §. sētentiam Romæ, num. 4. ff. de rę iudic.* non concludit con-

 tra

4 tra sententiam Episcopi, † qui propriam habet familiam, carceres, atque executores, quibus Rector scholarium, atque Doctor carere debent.

5 Secundus articulus est: Sententiam † iudicis laici aduersus clericum latam in actione personali in causa reconuentionis, debere exequi per iudicem Ecclesiasticum, ad requisitionem iudicis laici, hanc opinionem firmarunt Anton. de Butr. & Socin. *in cap. 1. de mutuis petitionib.* Ancarã. *in cap. 1. in. 4. not. in fin. de cleric. coniugat. lib. 6.* & post alios, quos allegat Viuius *in decis. 49. num. 6. lib. 1.* attestatur se vidisse in decisiuis, & in actu practico ipsam variis in causis, & diuersis locis
6 obseruari. Pro qua opinione facit, quia clerici † gaudent priuilegiis Ecclesiasticis, etiam in bonis sui patrimonij, vt scripsi supra *in casu 49.* ergo bona clericorum dicuntur esse extra ditionem iudicis secularis, quo casu intrat dispositio *leg. à Diuo Pio, §. sententiam, ff. de re iudic.* vt sententia vnius iudicis exequi debeat per alterius territorij iudicem. Ex quo apparet, rationem Bellugæ esse falsam contrarium sentientis in suo speculo Principum, *rubr. 14. §. nunc videamus. num. 38.*
7 quia Episcopus † non habet territorium, sed Princeps laicus est supremus tam ratione territorij, quàm realium: Latissimè enim probaui *in d. cap. 35. 2. part.* Episcopum habere territorium, atque realia clericorum nullo modo subesse iurisdictioni Principum secularium probaui supra *in casu 125.* Ergo sententia secularis iudicis exequenda super bonis clericorum, dicitur exequi extra territorium ius dicentis. Quamobrem ad Ecclesiasticum spectare debet. Denique sic probatur, si executio hæc realis, de qua disputamus, per iudicem secularem fieri posset, tunc sequeretur ipsum iudicem personalem etiam habere districtionem contra clericum, quod est omnino fal-
8 sum: consequentia probatur. Nam licet executio incipere minimè debeat à persona, nihilhominus capitur ipse debitor de persona, vt præstet executori fideiussorem, ac ipse debitor indicet bona sua super quibus facienda est executio, Paris de Put. *in tract. de syndic. in ver. executio,* glo. *in l. 3. ff. de cessione bono.* notat Felyn. *in c. quo ad consultationem, colum. 7. de re iudic.* & Chassan. *in consuet. Burgund. rubric. 5. §. 2. num. 31.* potest enim dicere executor, ego nescio, an habeas bona propria, in quibus executionem faciam, exhibeas mihi illa, aliàs exequar in persona, quo casu si debitor bona exhibet, & per legitimos testes, citato creditore coram iudice, probetur illa esse propria, vel saltem
9 quod ea possidet, non est opus alia cautela, & † testes hoc asserentes sunt veluti periculi nominatores, id est, fideiussores, si verò non faciat, præcisè compellitur, donec indicet bona, vt per Put. vbi supra. quem sequitur Maranta *de ordine iudic. tit. de executione sent. nu. 23.* & vide Bald. *in l. 1. C. quando fisc. vel priuat.* Couarr. *in lib. 2. variarum resolutionum, cap. 1. nu. 2.* Ad euitandum igitur hæc inconuenientia, concludendum est, veram esse supradictorum Doctorum opi-
10 nionem, quod executio † realis contra clericos, vigore sententiæ iudicis laici, facienda sit per iudicem Ecclesiasticum. Et pro hac opinione faciunt allegata per Couarr. *in lib. practicarum quæstionum, cap. 10. nu. 1. versic. eadem ratione,* vbi quod iudex secularis, quoties ea necessitas inciderit, poterit implorare iudicis Ecclesiastici auxilium pro exequenda eius sententia aduersus eos, in quos ipse non habet coertionis ius, qui
11 si recusauerit, poterit etiam Metropolitanum † adire, atque ab eo petere, vt inferiorem iudicem Ecclesiasticum cogat auxilium iudici seculari exhibendo, atque præstando ad executionem suæ sententiæ, & ibi Couar. cæteros allegat.

Tertius articulus est: Iudex † Ecclesiasticus imploratus super executione sententiæ iudicis laici contra clericum, potest cognoscere de viribus sententiæ: 12
si enim clericus de iure non est condemnatus, non est sententia executioni demandanda, *l. si se non obtulit, §. condemnatum, ff. de re iudic.* Imo ipsa executio non tenet, si pro sententia nulla, & inualida facta fuerit, *l. si cum nulla. ff. de re iudi. l. 1. C. de execut. rei iudi.* & si iudex secularis imploratus pro executione sententiæ iudicis Ecclesiastici potest aliquo modo cognoscere de viribus sententiæ, vt per Doctores *in cap. 1. de offic. ordin.* & latius scripsi supra *in parte 1. cap. fin.* multo fortius potest cognoscere iudex Ecclesiasticus de viribus sententiæ iudicis laici, præsertim aduersus clericos, tum quia ab initio omnis iurisdictio † residebat in 13
Ecclesiasticis, etiam respectu laicorum, & ideo possunt supplere negligentiam iudicis laici, vt scripsi supra *casu 146.* non econtra: Tum quia iudex laicus non præcepit Ecclesiastico, secus econtra Ecclesiasticus mandat laico, atque ipsum inobedientem censuris afficit, ideo Ecclesiasticus non obedit laico, vt dicit Bald. *in cap. 1. de offic. ordinar.* sed patrocinatur iurisdictioni temporali, quod ipse intelligit fieri debere in licitis, & honestis: & sequitur Ias. *in d. l. à Diuo Pio, §. sententiam. num. 16. ff. de re iudic.* & dicit Geminian. *in ca. 2. per illum textum, de exceptionib. lib. 6.* quod iudex Ecclesiasticus † non exequitur sententiam iudicis lai- 14
ci, antequam cognoscat, an sit præiudicialis animæ; ergo non potest exequi sententiam laici, nisi in quantum sit iustè lata, & à iure Canonico non discrepat, aliàs secus, *ca. fin. de exceptionib. lib. 6.* ita concludit Ias. *in d. §. sententiam num. 16.* quem sequitur Couarr. *in d. cap. 10. col. 1. lib. pract. quæst.*

CASVS CLII.

Clericos pro censibus bonorum proprij patrimonij non posse conueniri coram iudice seculari, etiam si per pactum id promiserint.

SVMMARIA.

1 *Clericos non teneri soluere census, tributa, vectigalia siue alia onera realia.*
2 *Clerici pro censibus sui patrimonij non possunt conueniri corum iudice laico.*
3 *Clericos non posse conueniri in realibus, & censualibus coram iudice laico, qui teneant.*
4 *A regula legislatoris nunquam est recedendum, nisi per legem expressam.*
5 *Clericus recipiens bona in censum ab aliquo non se submittit iurisdictioni laicorum.*
6 *Papa non potest in totum tollere priuilegium fori clericorum.*
7 *Vasallus non se submittit iurisdictioni alterius in praiudicium Baronis.*
8 *Vasallus non est subditus suo Baroni, sicut clericus Episcopo.*
9 *Vtile per inutile vitiatur.*
10 *Etiam in indiuiduis.*
11 *Iuramentum non vitiatur quo ad capitula non prohibita.*

Duo

DVo articuli mixtim tractantur à Doctoribus in hoc casu: Alter est de cẽsibus, siue vectigalib. rerum, quæ debentur Regi, alter verò de censibus patrimonialium, qui debentur priuatis: vt per Tiraq. *de retract. lignag. in §. 32. gl. vnic. num. 80. & seq.* post alios Doctores, quos ipse refert: Sed primus articulus à nobis expeditus fuit sup. *in casib. 11. & seq.* vbi ostendimus
1 clericos † non teneri soluere census, tributa, vectigalia, gabellas, siue alia munera realia, etiam de illis bonis, quæ antea Regi tributaria erant, quia perueniendo postea in dominium clericorum, mutarunt naturam; ergo non est opus in hoc quærere de iudice, postquam fundamentum cessat.

2 Secundus autem articulus est: Clericos † pro censibus sui patrimonij debitis priuatæ personæ non posse cõueniri coram iudice seculari. Qui apparet etiam resolutus ex his, quæ scripsimus supra *in cas. 125.* vbi ostendimus nullo modo in realibus posse cõueniri corã illo iudice. Et ad hoc est text. *in c. qualiter. de iudic.* vt indistinctè prohibentur clerici ad iudicium secularium trahi. Item text. *in authen. statuimus, C. de Episcop. & cleric.* vbi eadem prohibitio facta est, ne trahantur ad iudicium secularium criminale, vel ciuile, sed causa realis ciuilis est, per quæ iura in terminis censualibus
3 † hanc opinionem amplexi sunt Abbas post Collect. *in d. c. qualiter, in fin.* Bald. *in l. de his. C. de Episco. & cleric.* & latius per Socin. *in cap. sanè, in 9. declarat. de foro compet.* Et est opinio vera, quia habet regulam pro se, *d. c. qualiter, & d. authent. statuimus,* cui debet stari, nisi probetur de exceptione regulæ, *l. ab ea parte. ff. de probationib. & ibi per gloss.* Doctores *in c. ad decimas, de restitut. spol. glo. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur.* Bald. *in l. 1. col. 2. & 3. C. de alienat. iudic. mut. caus. fact. & in l. si tutor. & l. fin. C. de seruo pignor. dat. manumis. & in l. 3. C. finium regundor.* dicens non esse recedendum à re-
4 gula † legislatoris, nisi per aliam legem contrarium probetur, Bald. *in l. tutor. in fin. Cod. de seruo commun. manumiss.* Bart. *in l. quoties, ff. si quis cautionib.* dicens esse certam pro eo, qui habet regulam pro se, & *in l. 1. col. 2. ff. si quis in ius voc.* Inno. *in c. præterea, de dilationib.* Alberic. *de statutis, part. 2. q. 158.* Felyn. *in c. quoniam frequenter, in princ. col. 3. vt lite non contest.* Ias. *in l. cætera, num. 3. & seq. de legat. 1.* Euerard. *in loco ab exceptione ad regulam, nu. 12. versi. primo quod in dubio.* Et quod non obstet illa consuetudo Franciæ, de qua attestatur Tiraq. in loco citato, scripsimus supra *casu. 63. & casu 64. & casu 125.* & alibi sæpissime.

5 Tertius articulus additur, an clericus † recipiens bona in censum ab aliquo, possit se submittere iurisdictioni laicorum, & hic etiam est à nobis expeditus supra *in 2. parte, c. 38.* pro parte negatiua, quia priuilegium fori clericorum est de iure diuino, cui nec et-
6 iam Summus Pontifex posset derogare, † Andr. Barbat. *in c. 2. de maior. & obed.* Cardinal. Zabarel. *in repeti. cap. perpendimus, de senten. excommunic.* quod intelligitur, quãdo Papa vellet tollere dictum priuilegium in totum; secus est, si quoad aliquos, in aliquo casu particulari. Idem Zabarella *in c. lector. distinct. 34.* & notat Archidiacon. *in c. sunt quidam, 25. quæst. 1.* & ad hoc est *cap. vnic. de cleric. coniugat. lib. 6.* regulariter autem clericus non potest se submittere iudici seculari, etiam si Episcopi proprij consensus expressus accedat, *cap. significasti, & cap. si diligenti, de foro compet.* sicut dicitur
7 de vasallo, † qui non potest se submittere alterius iurisdictioni in præiudicium Baronis, vt probauit Baldus *in consi. 121. volum. 3.* allegans rationem, quia vasallus est subditus † suo Baroni, sicut clericus suo diœcesano, 8
& habetur per Abbatem *in consil. 82. volum. 1.* & Socin. senior *in consi. 87. colum. 2. volum. 3.* Inter quos licet secundùm Doctores cadat aliqua similitudo, tamen fortior ratio militat in clerico, cur non possit se submittere iurisdictioni laicorum, quia prorogatio non fit de vna specie iurisdictionis ad alteram, vt dixi supra *cas. 150.* Nec vitiata hac promissione, contractus censualis corruit in totum, quia regulariter vtile † per
inutile non vitiatur, *l. 1. §. sed si mihi. ff. de verborum obligationib. l. sed si mihi. ff. de stipulat. seru. l. 1. §. 1. ff. quod falso tut. auct. l. pecuniæ fœnebris, l. placuit. ff. de vsur. l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testamen. l. sancimus, C. de donationib. l. sed & si decem. ff. de constitut. pec. c. sicut ficti, 1. quæst. 1. cap. cùm dilectus, de præbend. cap. vtile, de regulis iur. lib. 6.* Nam cùm hæc promissio posit separari à cæteris pactis, etiam si essemus in indiuiduis † 10 9
vtile per inutile non vitiatur, *l. proprium, ff. communia prædior.* Nec obstat iuramentum, quia hoc est diuiduum, vel indiuiduum secundùm subiectam materiam, & quo ad effectum, *cap. dilecti, & ibi gloss. fin.* Abbas & cæteri, *de maior. & obedient.* & dicit Baldus *in cap. 1. §. 1. colum. 2. de controuersia inuestit.* quod iuramentum † non vitiabitur quo ad capitula non prohibita, 11
Archidiacon. *in can. inter cætera, 22. quæst. 4.* Cùm igitur clericus prohibitus sit se subiicere alterius iurisdictioni, iuramentum super contractu censuali appositum, in quo hęc promissio facta fuerit, ipsum non potuit obligare in præiudicium iurisdictionis Ecclesiasticæ, & cessante hoc pacto, remanet contractus validus quoad cætera.

CASVS CLIII.

Clericos coniugatos nullatenus esse de iurisdictione secularium iudicum, etiam vbi pecuniariter agendum est.

SVMMARIA.

1 *Clerici coniugati nullo modo sunt de iurisdictione laicorum.*
2 *Clerici coniugati non possunt pro debito condemnari à laico.*
3 Cap. 1. de cleric. coniugat. lib. 6. *declaratur, & numer. 6.*
4 *Verbum,* declaramus, *nihil noui inducit.*
5 *Limitatio regulæ debet probari per textum expressum.*
7 *Causa criminalis quando dicatur, etiamsi pecuniariter agatur.*
8 *Leges nullum verbum habent inutile, & sine mysterio operandi.*
9 *Constitutio noua interpretanda est, vt minus quàm potest corrigat ius commune.*
10 *Aduerbium,* nullatenus, *quid significet.*
11 *Ioan. Andr.* in cap. 2. de clericis coniugat. lib. 9. *reprobatur.*
12 *Clerici coniugati etiam in causa pecuniaria sunt de foro Ecclesiæ.*
13 *Clerici coniugati in casibus in quibus sunt relaxati iurisdictioni secularium, possunt carceribus mancipari.*
14 *Iudicandum quando sit contra communem opinionem.*
15 *Communis opinio per quos Doctores fiat.*

QVia nullus clericus, etiam si coniugatus sit, po-
test coram iudice laico conueniri, iuxta dispo-
sitionem *c.2.de foro compet.* Bonifacius Papa VIII. *in
c.1.de cleric.coniug.lib.6.* id declarauit procedere, dum-
modo in habitu, & tonsura incesserint, & confirma-
uit Concil. Trident. in *sess.23.ca.6.de reformat.in versic.
in clericis vero coniugatis*, sed quia Doctores, ministri
laicæ iurisdictionis, coaceruarunt falsum intellectum
ad *d.c.1.* vt ipsa veritas elucescat, declaratur per duos
articulos.

1 Primus articulus est: Clericos † coniugatos nullo
modo esse de iurisdictione laicorum, etiamsi de debi-
to ciuiliter agatur. Hanc opinionem amplexi sunt
Archidiac. *in c.1.de cleric.coniugat.lib.6.* quem sequu-
ti sunt Franch. *ibid.col.3. versic.cogita quia verior vide-
tur altera opinio.* Lapus *allegat.41.* vbi cõsuluit pro de-
2 bito † condemnari non posse à iudice seculari, etiam
dato, quod ante clericatum fuisset ab eodem iudice
conuentus. Et quod hęc sit vera opinio probatur per
3 textum *in d.c.1.* † *de cleric.coniugat.libr.6.* & primo *in
versic. & cum iuxta Pariense Concilium nullus clericus
distringi, aut condemnari debeat à iudice seculari, præsen-
ti declaramus edicto, &c.* sed disposita in dicto Conci-
lio habentur *in c.2. de foro compet.* vbi generaliter est
facta prohibitio, ne clerici coram laico iudice conue-
niantur, siue ciuiliter, siue criminalirer agatur, & *in d.
4 c.1.* Pontifex vtitur verbo, *declaramus*; † ergo nihil no-
ui voluit inducere aduersus dispositionem Parisiens.
Concilij, nisi solùm declarationem facere, de qua in-
fra agemus. Itaq; restat ipsos clericos coniugatos ex
dispositione *d.c.2.* non posse ciuiliter etiam coram iu-
dice laico conueniri. Probatur etiã quoniam dum de-
claratur habito respectu ad *d.cap.2.* sumus certi, quod
sub illius dispositione comprehendantur, & qui dicit
5 limitari † illam generalem dispositionem, expressam
debet limitationem allegare, vt dixi in casu pręceden-
ti *in artic.2.* præsertim in re tam maximi præiudicij,
vbi excommunicationem iudex incurrit. Et quando
res non esset ita clara, in dubio iudex debet credere se
excommunicatum, atque absolutionem petere, vt di-
xi supra *in part.3. cap.de absolut.* & licet hoc negotium
sit clarum pro iurisdictione Ecclesiæ, tamen quando
esset dubium adhuc pro Ecclesia iudicandum est, vt
scripsi supra *in casu 145.*

6 Item probatur per *d.c.1.* † *in vers.nec ab ipsis secula-
ribus iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecunia-
riter, vllatenus condemnari, &c.* Qui versiculus non est
trahendus ad versiculum præcedentem, in quo prohi-
buerat posse trahi ad iudicium secularium in causa
criminali etiam ciuiliter mota, aliter hic versiculus à
nobis allegatus, esset superfluus; probatur, quia pro-
7 hibitus cognosci in criminalibus, † dicitur prohibi-
tus, siue agatur criminaliter, siue ciuiliter, & dummo-
do pœna veniat applicanda fisco, semper criminali-
ter agi dicitur. Ne igitur sit superfluus, intelligendus
est hic versiculus, vt comprehendat tertium casũ, sci-
licet quando pecuniariter agendum est, contra cleri-
cos coniugatos, & tunc agi non possit coram iudice
8 laico: In legibus † enim nihil debet esse inutile, ac su-
perfluum, vel sine mysterio operandi, *§.quibus, in 1.cõ-
stitu.Cod.c.si Romanorum, distin.19.gloss.in princ.ff.quod
met.caus.* Bart. *in l.transigere, in 1.oppos.C.de transactio-
9 nib.* Item semper constitutio † noua est interpretan-
da, vt minus quàm possit corrigat ius cõmune, *c.cùm
dilectus, de consuet.* Alex. *in l.inter cætera, n.5.ff.de liber,
& posthum.& in l.3.§.prætor, col.3.de dam.infect.* Goza-
din. *in consil.19.n.6.* Paris. *in consi.46.n.68.vol.1.& con-
sil.95.nu.38.eod.vol.* Curt. *in consil.105.col.1.* & hanc es-
se communẽ opinionem probat Ias. *in l.omnes populi,
ff.de iust.& iur.* Vt igitur hic versiculus rei etiam pe-
cuniariter aliquid operetur opus est dicere, quod dif-
ferat à versiculo pręcedenti *in versi.vel ciuiliter.* Item,
vt minus corrigatur ius commune, quia aliter dicen-
do corrigeretur Concilium Parisiense in hoc, vt cleri-
ci coniugati pecuniariter possint coram laico iudice
conueniri.

Item probatur per aduerbium † *nullatenus*, quod 10
Pontifex vtitur *in d.c.1.* cuius natura est in totum ne-
gare, & vniuersaliter iurisdictionem excludere, Dec.
*in c.super literis, nu.13.de rescript.& in c.eam te, num.35.
eod.tit.* Lanfranc. *in cap.qua fronte, de appellat.gloss.in
clem.1. in ver. nullatenus, de sequestrat. poss ss. & fruct.*
Hieron. Gig. *in tract.de pensionib. in vlt.quæst.num.10.*
Habétque vim sententiæ atque decreti irritantis, &
aufert facultatem dispensandi in contrarium, gloss. *in
auth.si qua mulier, C.ad Velleian.* Cardinal. *in clem.1.§.
quis autem, de sequestr. possess. & fruct.* Archidiac. *in c.
quoniam, in ver.nullatenus, de immunit.Eccles.* Ancaran.
in consil.170.nu.2. Tiraq. *in l.si vnquam, in ver.reuerta-
tur, nu.95.C.de reuoc.donat.* vbi latè de hoc. Voluit igi-
tur Summus Pontifex per hoc aduerbium in fine po-
situm excludere omnem iurisdictionem, quod non
esset, nisi omnem casum comprehenderet, siue clarè
expressum, vt nos firmauimus, siue in dubio positum
secundùm aliquos.

Ex quibus apparet, non esse veram opinionem
Ioan. Andr. † contrarium sentientis *in d.c.1.* videlicet 11
ibi Pontificem intellexisse in duobus casibus, vti cri-
minaliter, vel ciuiliter de crimine ageretur, in quibus
duntaxat iudex Ecclesiasticus in clericos coniugatos
animaduertat: vbi autem pecuniariter agendum es-
set, non de crimine coram iudice laico conueniri
posse: quam opinionem sequuti sunt ibi Geminian.
ac multi alij relati per Couar. *in lib.practic.quæst.ca.31.
nu.7.* vbi *in princ.* testatur hanc esse communem opi-
nionem.

Et primo quantũ ad Io. Andr. quem cæteri pro hac
parte habent pro fũdamento, aduertendum est, ipsum
in d.c.2.de foro compet. expresè dicere dispositionem
illius Concilij Parisiensis comprehendere etiam cle-
ricos † coniugatos, & ibi disponitur, etiam vbi pecu- 12
niariter agendum esset, sed dicere, quod *in d.c.1.* casus
vbi pecuniariter agendum est, relaxetur iurisdictioni
laicorum, vel admittit necessariam correctionem di-
cti Concilij, quod probatum est esse falsum, vel indu-
cit necessariam contradictionem in eius dictis. Et
ideò cessante fundamento, Doctores, qui veluti aues
sequuti sunt illius Doctoris opinionem, qui non ali-
ter dispungit articulum, non possunt facere commu-
nem opinionem.

Item quantum pertinet ad ipsam attestationem
communis, aduertendum est, eundem Couarr. *in d.
num.7.* parum infra dicere hæc verba: Nam licet pos-
sit iudex secularis de causa ciuili cognoscere, & eam
diffinire, non tamen poterit clericum coniugatum
capere, & in carcerem pro executione detrudere, si
ipse clericus ea seruauerit, quæ Bonifacij VIII. con-
stitutione continentur, quod præter alios placet An-
caran. *in d.cap.1.* & Ripa *in lib.1.responsor.cap.15.* & hæc
opinio communis est.

Sed istæ duæ communes, licet possent stare, quan-
do non esset dicta constitutio Bonifacij; tamen ha-
bito

bito respectu ad illam, vnde trahant originem, ipsa sibi contradicunt, si quidem si Summus Pontifex in casu ciuilis conuentionis relaxaret ipsos iurisdictioni laicorum, censeretur relaxare etiam quo ad perso-
13 nalem districtionem; probatur; quia in cæteris casibus, in quibus sunt relaxati, possunt in carceres per iudices seculares detrudi, quare ista asserta communis iure non probatur, & successiuè licitum est contra il-
14 lam † iudicare, vt probat Abb. post Ant. de Butr. *in c. tua nos, num. 9. versic. nota bene, de vsur.* & latè contra communem scribit Natta *in consil. 120. num. 1.* qui alios refert. Neque faciunt communem opinionem grauitas, vel numerus Doctorum, sed rationes, ac resolutiones difficultatis currentis, etiamsi solius Doctoris fuerit, vt nouissimè probat Recollector communium opinionum *lib. 3. cap. 5. nu. 9. versi. quarta opinio,* & quod opinioni secularis Doctoris prius sit inhærendum, si melius, & rationabilius scripserit, est casus *in l. 2. §. sed neq; ex multitudine, vers. cū possit & vnius, & deterioris sententia & multos, & meliores superare, C. de veteri iure enuclean.* & probat Dec. *in cōs. 499. nu. 12. &*
15 *cons. 258. num. 1.* Item illi Doctores † dicuntur facere communem, qui articulo maturè discusso, in ipso casu, de quo quæritur, consilia ediderunt, non qui leuiter, & sine aliqua, aut certè modica ratione scribentes, illam sequuntur, vt dicit Abb. *in c. bonæ, in 2. n. 30. de postulat. Prælat.* Fulg. *in cons. 102. col. 3. in prin.* Ias. *in consil. 51. col. 3. in fin. vol. 4.* Soc. iun. *in cons. 1. col. fin. vol. 1. & in cons. 119. in fin. eod. vol.* Gabriel. *in cons. 100. n. 24. vol. 2.* sed vt dixi, & videri poterit, omnes Doctores citati per Couarru. mouentur ex auctoritate Ioan. Andr. qui neque distinguit articulum, & sibi videtur contradicere: Atque ex inductione *d. c. 1.* facta per gloss. ibi & Franch. ac Archidiacon. & Lap. *in d. l. allegat. 141.* apparet clarè, comprehendere etiam casum, vbi pecuniariter agendum est. Quare concludo hanc esse veram, & communem opinionem.

Secundus articulus est: Clericus coniugatus in tantum est de foro Ecclesiastico, in quantum contraxit matrimonium cum vnica, & virgine, atque detulerit habitum, & tonsuram, vt dixit tex. *in d. c. 1. & c. si quis suadente Diabolo, 17. q. 4.* & per Concil. Trident. *in d. sess. 23. c. 6. de reformat.* additū est; *dummodo alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministerio fuerint deputati ab Episcopo, eidemq. Ecclesiæ seruiāt, vel ministrēt, &c.* quo casu potest habere beneficium seculare, *cap. ad audientiam, de præscript.* Item Ecclesiasticum simplex, sine dispensatione, si pauper sit dummodo ei concedatur in stipendium, non autem in titulum, idque fiat propter vtilitatem Ecclesiæ, *c. si qui, distinct. 32. c. quia tua, 12. quæst. 2. &* communiter per scribentes *in cap. cum M. de constitu. & in cap. clericus, de vita, & honestate clericorum,* & per Immol. *in d. cap. 1. de cleric. coniugat. lib. 6.* Ecclesiasticum vero cum cura habere non potest sine dispensatione Papæ, Ioannes Andr. *in cap. Ioannes, de cleric. coniugat.* & de cōmuni attestatur Capra *in reg. 97. numer. 34.* Quibus priuilegiis Ecclesiasticis exutus intelligitur, si bigamus fuerit, vel absque habitu, & tonsura incesserit, beneficium Ecclesiasticum non habuerit, ac denique Ecclesiæ seruitio deputatus non fuerit, de quo latius per Franchum *in dicto cap. 1. de cleric. coniugat. lib. 6.* & per Couarruuiam *in dicto cap. 31. à num. 7. ad finem.*

***

CASVS CLIV.

Clericum debitorem impotentem non posse cogi cedere bonis, sed admissum ad beneficium. *Odoardus*, nec debere cogi per iudicem secularem ad cedendum fructibus beneficij.

SVMMARIA.

1 *Clericus debitor impotens quæ remedia habeat.*
2 *Clericum posse cedere bonis qui teneant.*
3 *Clericus non potest cogi cedere bonis.*
4 *Gaudent beneficio, vt non teneantur, nisi in quantum facere possunt.*
5 *Milites armatæ militiæ non possunt cogi cedere bonis.*
6 *Clerici sunt milites cœlestis militiæ.*
7 *Milites quare cogi non possunt ad cedendum bonis.*
8 *Non possunt in carceres pro debitis mitti.*
9 *Clerici non possunt carcerari pro debitis ciuilibus.*
10 *Iudex Ecclesiasticus detinens clericum in carceribus, etiam coniugatum pro debitis ciuilibus est excommunicatus.*
11 *Argumentum de militibus armatæ militiæ ad clericos in quibus valeat.*
12 *Clerici an possint gaudere priuilegio directè substituēdi post pubertatē sicut milites armatæ militiæ.*
13 *Clericus debitor impotens non potest cogi per iudicem laicum ad cedendum fructibus beneficij.*
14 *Fructus beneficij in quot partes sint distribuendi.*
15 *Iudex laicus non cognoscit in clericum super fructibus beneficij.*
16 *Clericus non renuntiat beneficio sine voluntate superioris.*
17 *Clericus impotens non potest cogi cedere fructibus beneficij per iudicem Ecclesiasticum.*

Clericus † debitor impotens, duplex habet remedium, vel opponendi exceptionem *cap. Odoardus, de solutionib.* ne conueniatur vltra quam facere possit, vel cedendi bonis, si primo remedio gaudere nollet, vt tenet Roman. *in singul. 560. quæro an Ecclesia, in fin.* & Steph. Aufrer. *in addit. ad Capell. Tolosan. super decis. 136.* & quod clericus † vtroque remedio gaudere possit, probat Matthæus Brunus *in tract. de cessione bonorum, quæst. 8. 4. quæst. princip. num. 2.* Ideo quæritur, an cogi possit cedere bonis, vel fructibus beneficij, & per quem iudicem. 1 2

Primus articulus est: Clericus † non potest cogi cedere bonis. Hanc opinionem probant Petrus de Ancaran. Abbas, & Ioan. de Immola *in d. cap. Odoardus,* Gregorius Lopez *in l. 1. gloss. 6. tit. 15. partit. 5.* eamque communem asserit Couar. *in lib. 2. variar. resolut. cap. 1. num. 9.* non enim secundum Immol. sunt compellendi inuiti ad ipsam bonorum cessionem, cum ob hunc tantum † finem gaudeant beneficio in quantum facere possunt. Ideo Afflict. *in constitut. regni. incip. si quis clericus, in 6. notab.* dicit, clericus conuentus pro debito ciuili, non dicat, cedo bonis, sed excipiendo dicat; ego sum priuilegiatus, vt non debeam, nisi relictis mihi alimentis, conueniri. 3 4

Pro cuius opinionis confirmatione induci potest, quod neque ipsi milites † armatæ militiæ bonis cedere cogi possunt, vt notant omnes scribentes *in l. miles, in princ. ff. de re iudic.* & latius probat Matth. Brunus *in d. tract. de cessione bonorum, quæst. 11. 4. quæst. principalis, per totam.* Ergo neque ipsi clerici; probatur, quia 5

6 quia sunt milites † cœlestis militiæ, c. reprehensibile, 32. quæst. 8. & cap. Episcopus, & notant Doctores in d. l. miles, & licet Brunus in d. tract. de ces. bonor. in quæ. 3. princip. nu. 22. dicat regulã d. l. miles, cum similibus esse correctoriam iuris communis; ergo non extendendam de milite armatæ militiæ ad militem cœlestis. Hæc tamen ratio à nobis allegatur, non ad probandum extensionem legis, quia nunquam Ecclesiastici comprehendi possunt sub dispositionibus laicorum Principum, vt latius probaui supra in casu 1. & in tota 1. centur. sed ad ostendendum, ex quibus rationibus milites cogi non possunt, ex eisdem neque clericos cogi posse concludendum esse: Et primò Doctores
7 concludunt, ideo milites † ab hoc cogi non posse quia gaudent beneficio dictæ exceptionis, ne conueniantur, nisi in quantum facere possunt, per dict. l. miles, sed clerici gaudent eodem beneficio, inducto de iure Canonico d. cap. Odoardus, quod secundum communem intellectum procedit sine cessione, vt dixi. Item sicut milites ideo non possunt cogi bonis
8 cedere, nec possunt † in carceres pro debitis mitti, vt concludunt omnes Doctores in l. miles, per illam legem, & declarat Bald. in l. 1. in fin. C. quibo. cedere poss. Ex eadem ratione concludendum est idem de cle-
9 ricis, † quia in carceres pro debitis mancipari nõ possunt, c. si clericus, (à contrario sensu) de sentent. excom. lib. 6. & ibi Io. Andr. Geminian. & Franch. Item Innocent. in c. vt famæ, de sentent. excom. Io. Andr. in c. nullus, de pignorib. Cardinal. in clem. 1. de offic. ordin. Franch. in c. dilectus, de appellat. Marsil. in pract. crim. in §. attingam, nu. 70. Lapus allegat. 98. incip. quæritur nõ leuiter, & in rubr. de foro compe. col. 1. circa fin. versic. nec obstat,
10 vbi etiam dicit, quod iudex † Ecclesiasticus in causa pecuniaria, de qua cognouit, non possit inuitum detinere clericum, etiam coniugatum incedentem in habitu, & tonsura, sine metu excommunicationis, Hostiens. in c. 2. de deposito, & ibi Abb. col. 2. dicit, si clericus est impotens ad satisfaciendum, non potest carcerari, neque excommunicari, nec cogi potest, ad cedendum bonis, ex quo non tenetur, vltra quàm facere potest, d. c. Odoardus. cum igitur eædem sint rationes in vtroque, debet esse eadem iuris dispositio.

Propterea Doctores in omnibus conclusere, dispo-
11 sita in militibus † armatæ militiæ habere locum in clericis, sicut miles non potest torqueri, neq; suspendi, l. desertorem, §. 1. & ibi glos. ff. de re milit. l. milites, C. de quæstionib. Ita nec clerici, Cyn. & Doctores in l. nullus, C. ad leg. Iul. maiest. Item sicut non valet donatio concubinæ facta per militem, l. 2. C. de dona. inter virum, & vxor. ita neque facta per clericum, Bart. in l. affectionis, ff. de donation. Cyn. in d. l. 2. C. de dona. inter vir. & vxo. Ioan. Andr. in c. de his, de sepult. Abb. in c. 1. de cleric. ægrot. Item sicut non valet legatum concubinæ relictũ per militẽ, l. miles ita, §. mulier, ff. de milit. testamen. Ita non valet relictum per clericum, Bart. & cæteri in d. §. mulier. idẽ Bart. in l. mulierẽ, ff. de his, quibus vt indign. ex quibus conclusere Dd. quod sicut milites habent priuilegium directò substituendi post pubertatem, vt
12 l. centurio, ff. de vulgar. & pupill. Ita & clerici † gaudere possunt eodem priuilegio substituendi, prout est communis opinio, de qua attestantur in d. l. centurio, Alexand. n. 15. Galiaula nu. 51. & ita dixit Accurs. in d. l. miles, in ver. facere, ff. de re iudic. & ibi Ias. num. 11. Zas. n. 9. Alex. n. 3. Abb. in c. 1. n. 5. de clerico ægro. & latè per Euerard. in loco à milite armatæ milit. ad militẽ cœlestis mil.
13 Secundus articulus est: Clericus † debitor impotens non potest cogi per iudicem secularem ad cedendum fructibus beneficij, deducto ne egeat; primò, quia regula obstat, vt laici non possint iudicare clericos, c. clericum nullus, 11. quæst. 1. c. 2. de foro compet. & hic casus non reperitur specialiter exceptus. Item quia fructus † beneficij sunt diuidendi per clericum bene- 14
ficiatum in quatuor partes, c. concesso, & c. vobis enim. 12. quæst. 2. quarum vnam ipse sibi retineat, alteram clericis, pro officiorum suorum sedulitate distribuat, fabricis tertiam, quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam. Nec iudex laicus posset de huiusmodi partibus ad spiritualia pertinentibus adhibere cognitionem, quia esset apponere manus in messem alienam. Nec posset cognosci de parte fructuum spectante ad clericum pro suo victu, quin cognoscatur de cæteris in diuisione; ergo ratione indiuisibilitatis, coram iudice Ecclesiastico agendum esset, ex illa regula, quia magis dignum trahit ad se minus dignum, de qua scripsi supra in casu 118.

Ex his infertur non esse veram opinionem, quam tenuit Viuius in decis. 529. nu. 7. lib. 4. clericum coniugatum debitorem impotentem posse carceribus mãcipari, atque per iudicem laicum cogi ad cedendum fructibus beneficij: Ostendimus enim in præcedenti casu, clericum coniugatum gaudere fori priuilegio etiam in merè ciuilibus: Neque iudex † laicus hanc 15
adhibere potest cognitionem super fructibus benefi cij Ecclesiastici, vt dixi: Tum etiam, quia † clericus 16
etiam volens non potest dimittere beneficium sine voluntate superioris, c. admonere. de renuntiat. & probat Collectar. in d. c. Odoardus, num. 4. versic. quia certum est, de solutionib.

Secundo infertur, non probari eam opinionem Collectarij in d. c. Odoardus, quod clericus † impotens 17
possit cogi cedere fructibus beneficij, quantumcunque per ecclesiasticum cogendus esset, quam dixit se vidisse seruari in curia Romana, & ideo fortè secuti sunt eam, Immol. in d. c. Odoardus, in vlt. opposit. Caccialup. in tra. de pẽsionib. quæ. 11. col. fi. vers. & Collectarius, Gig. in tract. de pẽsionib. quæ. 39. n. 4. Et Matth. Brũ. in tract. de cess. bonor. q. 3. princ. n. 10. Nã si clericus vltra quã facere possit, cogendus non est, quod intelligitur, vt alimẽta habeat secundũ eius gradũ concedẽtem ne cogatur in opprobrium totius Ecclesiæ mẽdicare. Itẽ si fructuum beneficij eam solum partẽ habere debet, quæ sibi ad victum necessaria sit, quomodo per iudicẽ suum ad cedendũ fructibus beneficij cogi potest, hæc cõtradictionem implicant; ergo opinio vera non est.

CASVS CLV.

Cadauer clerici debitoris, sicut alterius cuiuscunque, non posse arrestari per creditorem citra amissionem debiti.

SVMMARIA.

1 *Clericus etiam mortuus remittendus est ad Ecclesiasticum.*
2 *Cadauera clericorum, vel laicorum debitorum non possunt detineri ad instantiam creditorum.*
3 *Creditor detinens cadauer debitoris amittit creditum.*
4 *Homo mortuus, non est amplius homo.*
5 *Cadauera sepelienda sine obstaculo.*
6 *Angelus reprobatur circa cadauera debitorum arrestanda.*
7 *Sepultura corporis mortui denegari non debet.*

Scribit

SCribit Rebuff. *super cōcordatis Franciæ, in tit. de protectione concordatorum, col. 2. vers. imò anno.* clericum
1 non solum viuum remittendum esse ad iudicem Ecclesiasticum, sed etiam mortuum, nam cùm character impressus sit animę, & ossibus, nec euelli possit, vt communiter per Doctores *in cap. degradatio, de pœnis, lib. 6.* non poterit eius cadauer ad instantiam alicuius detineri: De quo nos etiam scripsimus supra *in 2. part. cap. 39.* de clerici cadauere se suspendentis, sed ibi in pœnalibus, hic autem in merè pecuniariis, diuersum est igitur ius statuendum.

2 Propterea dicendum est, neque cadauer † clerici, neque alterius cuiuscunque laici debitoris posse detineri, aut arrestari pro aliquo credito, & qui contra
3 fecerit, pœna amissionis debiti † puniatur, vt dicit tex. expressus *in l. cùm sit iniustum, & auth. item qui domum, C. de sepulcro viol. & vtrobiq;* Dd. Ripa *in l. obligatione generali, n. 34. versic. viso ff. de pignorib. & in tract. de peste, in tit. de remediis præseruatiuis, nu. 101.* Couar. *in lib. 2. variarum resolutionum, cap. 1. nu. 10.* Boerius *decis. 287.* Hoc etiam deciditur per Canonistas, Abb. *in cap. ex parte, num. 3. de sepultur.* reprobata consuetudine Anglorum, quæ erat in contrarium, de qua habetur *in cap. qua fronte, de appellationib.* & ibi Ioannes Andreas dicit, quod hoc, tanquam iniquitatem continens, fuit sublatum, Ancaran. *in d. cap. ex parte*, Felyn. *in cap. sicut Iudæi, colum. 1. de Iudæis*, Bertachinus *in tract. de Episcopis, in 3. part. 4. lib. nu. 24.* Benedict. *in cap. Raynutius, in ver. mortuo itaque testatore, nu. 56. de testament.* & secuti sunt etiam Roderic. *in repetit. l. post rē, in 5. ampliat. ff. de re iudic.* & Grammaticus *in decis. 82.* atque Castellus *in l. 30. Tauri, super verb. Gastos.* Ratio huius conclusionis est patens, quia debitor post mortem non dicitur debitor, Dynus, & Immola *in l. qui Romæ, §. Augerius, ff. de verborum obligationib.* Socin. *in consil. 293. num. 4. lib. 2.* Item si cadauer retinendum es-
4 set ex actione personali, homo † mortuus non est amplius homo, *l. in actionibus, ff. de in litem iur.* Item quia
5 cadauera † sine obstaculo in memoriam humanæ conditionis sunt sepelienda, *l. quidam in suo, ff. de condit. institut.* est etiam interdicta omnis appellatio, ne cadauera sepeliantur, *l. si. ff. de appellat. recipien. c. ex parte, in 1. de sepultur.*

Ex quibus apparet, falsam esse opinionem Angeli
6 *in* † *auth. vt defuncti seu funera, §. 1.* volentis cadauera debitorum posse arrestari, præsertim si obligati fuerint in instrumento secundùm formam guarentigię, vt dicit Marsil. *in l. fin. num. 64. de quæstionib.* quorum opinionem sequuti sunt Segura *in repetit. l. si ex legati causa, n. 73. ff. de verborum obligationi.* & Caruagialius *in repetit. l. 1. col. 3. ff. eodem tit.* Prępośit. *in c. præterea, distinct. 51.* Bartholomæus Bellenzinus *in additionib. ad Abb. in d. c. ex parte, de sepultur.*

Aduersus enim istos Doctores est magis communis opinio, & Angelus, qui primus ipsam firmauit, nō meretur nomen proprium, cæteri verò non ignorarunt opinionem esse potius Dæmone dignam, quā homine, contra quam Roderic. *in d. l. post rem, ff. de re iudic.* satis inuehit, atque respondet omnibus rationibus in contrarium. Ex cuius dictis satis liquido constare poterit, vt etiamsi liquidum fuerit debitum, se-
7 pultura † mortui debitoris denegari non debet, habetur enim Ecclesiast. *cap. 7.* mortuo non prohibeas gratiam, hoc est, gratis sepulturam exhibe; quomodo igitur detineri potest, prohibita lege diuina. Neque obstat ratio liquidationis crediti, ex forma guarentigiæ, quia si iure dispositum est, vt nec aduersus heredes defuncti possit infra nouem dies à morte defuncti executio peti, vt habetur *in §. meminimus in auth. vt cum de appellat. cognosc. & l. 2. §. penul. ff. de in ius voc.* ergo multo minus aduersus ipsum corpus mortuum, quod desiit esse homo, nec est amplius debitor: qui igitur creditor contrariū tentauerit, pœna amissionis debiti plectēdus est, ex dispositione *d. l. cum sit iniustum,* sic intellecta secundum magis communiter scribētes.

CASVS CLVI.

Iudicem Ecclesiasticum siue inter clericos, siue inter laicos, semper debere iudicare casus de iure Canonico.

SVMMARIA.

1 *Causæ spirituales semper decidendæ sunt de iure Canonico.*
2 *Causa inter duos clericos in foro Ecclesiastico semper decidenda est de iure Canonico.*
3 *Ius Canonicum semper est seruandum in causa pertinente ad iurisdictionem Ecclesiæ.*
4 *Causa laicorum merè profana in terris Ecclesiæ decidenda est secundum ius Canonicum.*
5 *Causa laicorum profana, quæ testatur in foro Ecclesiastico, in terris Imperij decidenda est secundum ius Canonicum.*
6 *Causa laicorum profana, quæ deuoluitur ad iurisdictionem Ecclesiæ, dicitur Ecclesiastica.*
7 *Iudex Ecclesiasticus in foro suo semper debet seruare ius Canonicum, & num. 9.*
8 *Ius Canonicum aliquando seruari in causis miserabilium personarum, in vtroque foro.*

CVm in foro Ecclesiastico multa causarum genera discutiantur, sæpe vidi in aliquibus dubitari, quod ius sit attendendum per iudicem Ecclesiasticum, in ipsarum decisionibus, siue inter clericos, siue inter laicos lis habeatur, qui casus diffusius explicatur per sequentes articulos.

Primus articulus est: Causæ spirituales, † vel quæ 1
de peccato tractant, vt sunt causæ vsurarum, iuramenti, decimarum, & similes, decidendæ sunt de iure Canonico, Socin. *in consil. 77. nu. 20. vol. 1.* Istæ enim causæ semper decidendæ sunt de iure Canonico tam in terris Ecclesiæ, quàm Imperij, *c. fin. & ibi.* Dd. *de præscriptionib.* Dd. omnes *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut.* Abb. *n. 11.* Felyn. *n. 41.* Maranta *de ord. iudic. part. 3. n. 73.* Cephal. *in consil. 40. num. 16.* multos ad hoc congerit Bouius *in tract. de statutar. vrb. præscript. gloss. 1. num. 16.* Afflict. *in decis. 322.* & ibi Addentes nouissimi plurimos cumulant, Felyn. *in c. in causis, col. 1. de testib.* quam esse receptissimam sententiam etiam respectu fori ciuilis in terris Imperij, probat Cornelius Benincasa *in tract. de paupertate, quæst. 5. num. 31.*

Secundus articulus est: Quando causa † decidenda in foro Ecclesiastico est in clericos, semper est seruandum ius Canonicum, & nunquam ius ciuile, *c. quod clericis. de foro compet.* & scripsi de hoc supra *in toto casu 50.* 2

Tertius articulus est: Cum causa decidenda in foro Ecclesiastico est inter laicos, & tractatur de re pertinente † ad iurisdictionem Ecclesiæ, & tunc semper attendendum est ius Canonicū, gl. *in c. inter alia, & ibi* Abb. *n. 24. de iure immū.* gl. *in c. sicut antiquitus, 17. q. 4.* 3
Immol. *in clem. 1. in fi. de pœnit. & remiss.* & est cōmunis

opinio

opinio inter Canonistas: eámque amplexi sunt plurimi Ciuilistæ, Fulgos. *in l.fideli, Cod.de his qui ad Eccles. confuger.* Oldrad. *in consi.154. quidam deliquit, in princ.* Alexand. *in consi.145. viso themate, vol.7.* vbi concludit etiam in terris Imperij seruãdum esse ius Canonicum in hoc, Ioan.Fab. *in §.sed hoc tempore, Instit.de his qui sunt sui, vel alieni iur.* qui omnes Doctores loquuntur in casu quo tractaretur de immunitate Ecclesiarum, quæ materia propriè pertinet ad iurisdictionem Ecclesiasticam. Et hanc opinionem latissimè probat Dec. *in tract.crimin.lib.6.c.25.n.7.in 1.tom.* vbi demonstrat, multos ex Doctoribus ciuilistis, qui allegantur pro contraria parte, non id dicere, ad quod allegantur, eorum autem qui verè firmarunt opinionem contrariam rationes resoluit, atque exemplis spiritualibus exaggerat.

4 Quartus articulus est: Causa † laicorum merè profana, quæ tractatur in foro Ecclesiastico in terris sub iurisdictione temporali Ecclesiæ, est decidenda secundùm ius Canonicum, *cap.1.& ibi Doctores omnes, de constitut.* Abb. *in d.cap.Ecclesia sanctæ Mariæ, num.14.& ibi* Felyn. *num.43.* Bart. *in l.priuilegia, nu.2.C.de sacros. Eccles.* & ibi Addentes cæteros Doctores congerunt, Maranta *part.3.nu.73.* & post Innocent. & alios plurimos, quos allegat, probat esse communem opinionem, Foller. *in sua pract.censuali, in ver.iure mod.rigorem, num.22.*

5 Quintus articulus est: Causa † laicorũ merè profana, quæ tractatur in foro Ecclesiastico in terris sub iurisdictione tẽporali Imperij est decidenda secundùm ius Canonicum, & hanc opinionem tenet Speculat. *in tit.de constitut.§.1.nu.6.versic.& sunt hæc*, per textum *in c.cuius in agendo, q.8.* Hostiens. *in summa tit.de testament.§.qualiter cõficiantur, versic.verum.* Archidiacon. *in c.non ita, 2.q.7.* Calderin. *in sua disputat.incip.statuto cauetur*, quem sequitur Abb. *in c.quod clericis, de foro competen.* & hanc opinionem latè probauit Berous *in*
6 *tota q.16.* mouetur presertim, quia statim ac causa † laicorum profana deuoluitur ad iurisdictionem Ecclesiæ, dicitur causa Ecclesiastica, quod intelligo, non solùm si deuolueretur ratione peccati, vt notatur *in c.nouit, de iudic.* vel in casu negligẽtiæ iudicis laici, vt scripsi supra *in casu 146.* sed etiam si alio quomodocunq; modo deuolueretur ad iudicem Ecclesiasticum, qui
7 semper † in foro suo tenetur iudicare secũdùm ius Canonicum, non autem ciuile. Vnde Felyn. *in c.significãtibus, nu.7.de offic.delegat.* post Anton.de Butr. & Immolam *in cap.at si clerici, de iudic.* quos allegat, dicit, in causa miserabiliũ personarum, si leges variantur à ca-
8 nonibus, debẽt seruari † canones, & si est verum in vtroque foro, tanto magis in foro Ecclesiastico, & Milus *in suo repertorio, in ver.iudex Ecclesiasticus, fol.213.* dicit, si materia est pia, in vtroq; foro semper canones sunt obseruandi; Et ideò in causis libertatis, testamenti, ad pias causas, pupillorum, & viduarum, atque aliarum miserabilium personarum, lex contraria canoni non seruatur: Sin autem fori nõ sunt diuisi, sed ambo in Ecclesia vniantur, vt quia Ecclesia habet in loco iurisdictionem spiritualẽ, & temporalem ab initio, vel ex accidenti, vel ex consuetudine, tunc semper canon seruandus est. Neque obstant allegata pro contraria parte per Luc.de Penna, *in l.conductoribus, in 4.q.C.de conductor.lib.11.* quia procedunt, vbi per ius Canonicum, ille casus nõ reperitur decisus. Et quod etiam de
9 honestate sit seruandum ius Canonicum † in foro Ecclesiastico, vbi tractatur inter laicos, probat Alexand. de Neuo, *in additionib. ad Abb.super cap.1.de noui operis nuntiat.in addit.quæ incipit.Hostiens.ponit tres regulas, in versi.sed Abbas Sicul.in c.Ecclesia sanctæ Mariæ, dicit, quod etiam de honestate non est seruanda lex ciuilis in foro Ecclesiastico.*

CASVS CLVII.

Attentata à clerico lite pendente super remissione ad iudicem Ecclesiasticum, nõ debent restitui ab eodẽ iudice laico, sed eorum cognitio simul cum causa principali ad Ecclesiasticum sunt remittenda.

SVMMARIA.

1 *Attentans lite pendente quot dicatur offendere.*
2 *Attentata reuocantur solo officio iudicis.*
3 *Iudicium attentatorum est magis priuilegiatum, quàm iudicium spolij.*
4 *Tertius non impedit restitutionem attentatorum.*
5 *Attentata non fiunt lite nulliter pendente.*
6 *Attentatum post appellationem nulliter interpositam, non est reuocandum.*
7 *Iurisdictio non deuoluitur per appellationem nulliter interpositam.*
8 *Citatio clerici per iudicem laicum est nulla ipso iure.*
9 *Citationis validæ requisita sunt sex.*
10 *Citatio nulla non perpetuat iurisdictionem.*
11 *Citatio nulla ex defectu iurisdictionis nihil operatur.*
12 *Citatus ab incompetenti, nisi opponat declinatoriã sub certa forma, potest procedi per iudicem citantem.*
13 *Iudex quando non possit ad vlteriora procedere.*
14 *Iudicis persona in primis est legitimanda in iudiciis.*
15 *Attentatorũ iudicium neque contra laicum, neque cõtra clericum procedit opposita declinatoria fori.*
16 *Iudex secularis respectu clerici habetur vt priuatus.*
17 *Tertius quando impediat restitutionem attentatorũ.*

CVm attentans † aliquid lite pendente dicatur of- 1
fendere ius, iudicem, & partem, vt notatur *in cap. cordi, de appellat.* Rota *decis.5.num.2.de restitut. spoliat. in nouis.* Ideo clericus citatus coram iudice seculari, si opposita exceptione declinatoria, tractaretur de remissione causæ ad Ecclesiasticum, & interim pendẽte remissione aliquid attentauerit, & sic illius iurisdictionem offenderit, videntur eadem attentata per eundem iudicem reuocanda, non obstante, quod contigerit causam principalem remitti, & hanc opinionem tenet Guiglielm.de Benedict. *in cap.Raynutius, in ver.& vxorem, in 2.num.141.* quia attentata † debent re- 2
uocari solo officio iudicis gloss. *in cap.cupientes, in ver. gratia.de elect.lib.6.* glo.fin. *in c.non solum.de appel.* Bal. *in l.appellatione.n.4.C.de appellat.* & nullo iuris ordine seruato, quia hoc iudicium est magis † priuilegiatum, 3
quàm simplex iudicium spolij, Rota *decis.2.in princip. versi. secus quando petitur restitutio. de restit. spoliat. in nouis,* Dec. *in consi. 200.ante num. 2.versi.& quod plus est.* Nec videtur propter præiudicium iurisdictionis Ecclesiasticæ, posse impediri predictam attentatorum restitutionem per iudicem secularem faciendam, quia tertius † non impedit restitutionem attentatorum, Rota *decis.3.n.1.vers.quam quidem, de restitut.spoliat.in nouis, c.veniens, in 2.vbi omnes Doctores de testib. c.super eo, de offic.de legat.l.à sententia,* & ibi Imola *l.ff.de appellat.*

appell. Bar. & Doctores *in l. à Dino Pio, §. si super rebus, ff. de re iudi. & in l. penul. & ibi* Bald. *ff. de peti. heredi.* Interest enim publici, vt attentata restituantur, & si tertius propter quodlibet suum interesse impediret hanc restitutionem, vtilitas priuata præferretur publicæ, ipsaque delicta remanerent impunita, atque præstaretur occasio se confouendi in delicto, & intrusione, Capyc. *decis.* 176. *n.* 34.

Sed hæc doctrina Guglielmi de Benedicto iure non fundatur; Itaque à nobis addita pro confirmatione illius sententiæ ad aliam intelligentiam trahenda sunt. Et in primis scire oportet, iure diffinitum esse, communi certiorum Doctorum opinione,
5 lite † nulliter pendente, attentata non causari, Afflict. *decis.* 360. & latius probat Francisc. Herculan. *in tract. de attentatis, cap.* 31. *num.* 77. *& num.* 137. atque Lancellot. *in tract. de attentatis cap.* 4. *de attentatis lite pendẽte.*
6 Vnde si quid est attentatum † post appellationem nulliter interpositam, etiam quod sit inhibitum, non est reuocandum, Franch. *in c. dilectus. num.* 10. *de appellat.* Bellamera *in decis.* 239. quia si nulliter appellatur,
7 iurisdictio † non deuoluitur, & vbi nulliter inhibetur, non operatur appellatio reuocationem attentatorum, Bellam. *ibid.* Rota *decis.* 45. *de appellat. in nouis, & decis.* 43. *&* 54. *eodem tit.* & latius probant Vital. *in tract. de clausul. in clausula, nihil innouari lite pendente.* Vantius *in tract. de nullit. in tit. quando, & intra quæ tempora, num.* 48. Manfred. *in conclus.* 75.

Cum igitur clericus coram iudice laico citatur, non potest effici contumax, quia non tenetur comparere,
8 vt scripsi supra *casu* 102. & sic citatio † est ipso iure nulla; ergo clericus citatus, aliquid attentans, non dicitur offendere illius iudicis iurisdictionem. Vnde sicut non comparens non potest mulctari ab eodem in expensis, ita aliquid faciens, non potest dici attentare, ad effectum illum iudicem offendendi. Ad validita-
9 tem † citationis, inter sex requisita, quæ ponit Guido Pap. *decis.* 488. præcipuum est, quod à competenti iudice emanauerit, & sicut citatio nulla non inducit litis pendentiam, *cl. vn. si. vt lite penden.* Dec. *in cons.* 460. *n.* 28. Vant. *in d. tit. quãdo, & intra quæ tempora.* Ita non
10 † perpetuat iurisdictionem, Archidiacon. *in c. non ita. in prin.* 2. *quæst.* 6. Paul. de Castro *in l.* 1. *ff. de feriis,* & dicit Bal. *in authent. offeratur, col.* 4. *C. de lit. contest.* quan
11 do citatio † est nulla ex defectu iurisdictionis, nihil omnino operatur, vnde non interrumpit præscriptionem, siue procedentem de iure communi, *l. si pater. C. ne de statu defunct.* siue de iure statutorum, Gomes. *super regula Cancell. de annali possessore, in quæst.* 45.
12 Confirmatur, quia etiam laicus, † qui secularis iudicis potest iurisdictionem prorogare, si à non suo iudice citatus compareret, opponendo declinatoriam, his verbis, quod non intendit comparere coram eo, nisi, & quatenus est iudex; aliter enim, si non opponerentur dicta verba, iudex posset procedere contra illum, tanquam contra contumacem, Aretin. *in l. si ita scriptum. de lega.* 1. *& ibi* Alex. *& in l. non solum, §. morte, ff. de noui operis nuntiat.* Innocen. *in c. quidam consulebat, de re iudic. & in c. Romana, de elect.* Bald. *in l.* 2. *C. vbi decuri. aduel cohortal.* quo casu iudex † nõ potest am-
13 plius ad vlteriora procedere. Anton. de Butr. *in c. super literis, col.* 13. & ibi Immol. *col.* 6. *de rescript.* Castrens. & Ias. *in l.* 2. *ff. si quis in ius voc. non ier.* Marsil. *in l. si quis, ne quæstio, n.* 82. *& seq. ff. de quæstionib.* Gabriel. *in cõm. conclus. in tit. de exceptionib. conclus.* 1. *n.* 3. Vant. *in tract. de nullit. in tit. quib. modis sentent. nullitas repararet. n.* 8. Et nisi constet de substantia iurisdictionis, neque de libelli ineptitudine potest pronuntiari, Bald. *in cap.* 1. *num.* 5. *de controuers. inter vasall. & Episcop.* nemo etiam cautionem, aut satisdationem obtinere potest, aut alium actum iudiciarium, vel iudicium respicientem exercere, aut facere cogi potest, & hoc satis clarè probatur ex omnibus constitutionibus Pontificiis, & Imperialibus, *in ff. & C. atque in Decretal. lib. in* 6. *& in Clemen.* ante omnia enim quæ iudicium respiciunt, & quę in iudiciis fieri solent, explicarunt iudicis † personam 14
inprimis esse legitimandam, & sic contra laicum non procedit iudicium † attentatorum factorum penden- 15
te remissione ad suum proprium iudicem, tanto minus procedit in clericum, qui iudicis laici iurisdictionem prorogare non potest, & in quem, etiam sine oppositionis declinatoria, non posset procedere tanquam in contumacem. Iudex † secularis respectu cle- 16
rici habetur, vt priuatus; ergo facta per clericum post eius citationem, attentata dici non possunt, lite pendente. Ex quo infertur, quod neque eius officium censeatur offensum. Et illa opinio, quod tertius † non 17
impediat restitutionem attentatorum, non procedit, quando notoriè constat de iure ipsius tertij, quod excluderet intentionem illius contra quem attentatum est. Ita fuit decisum in Rota sub die 15. Iunij, 1588. dum eram in vrbe coram Reuerendiss. Mantica nunc propter sua merita promoto ad Cardinalatum. Et hic notoriè constat de iure Ecclesiæ, cuius iurisdictioni clericus renuntiare non potest, ideo Episcopus posset iudici laico inhibere: Quare attentata non sunt, neque ab eodem seculari iudice reuocanda.

CASVS CLVIII.

Laicum operarium Ecclesiæ, coram iudice Ecclesiastico teneri reddere rationem suæ administrationis.

SVMMARIA.

1 *Rectores hospitalium fundatorum cum auctoritate Episcopi sunt de iurisdictione Ecclesiæ.*
2 *Operarius Ecclesiæ non debet fieri laicus.*
3 *Operariorum cura quæ sit.*
4 *Operariorum officium non potest committi laico citra auctoritatem Apostolicam.*
5 *Laici sunt prohibiti administrare res ecclesiæ etiam in temporalibus.*
6 *Operarij Ecclesiarum non solum deputantur in fabrica, sed etiam in spiritualibus.*
7 *Operarius habet locũ in choro cum cæteris Canonicis.*
8 *Operarius etiam in fabrica Ecclesiæ non debet deputari laicus.*
9 *Laici prohibentur administrare tẽporalia Ecclesiarum.*
10 *Laicos posse fieri operarios Ecclesiæ in temporalibus qui teneant, & quomodo intelligatur opinio.*
11 *Laicus operarius Ecclesiæ stante consuetudine, semper est conueniendus coram iudice Ecclesiastico.*

Ex dictis supra *in cas.* 113. *art.* 3. clarè apparet, Rectores † hospitalium fundatorum cũ auctoritate Episcopi esse de foro Ecclesiæ; quia idem iudicatur de 1
huiusmodi hospitalibus, & eorum Rectoribus, ac de Ecclesiis, & earum Rectoribus. Ex quibus idem concludendum est nũc de operario ecclesiæ. Primo, quia regulariter † laicus fieri non debet, generalis enim 2
administrator bonorum Ecclesiæ esse non debet, Innoc. *in c. edoceri, de re iudic.* & est text. expressus *in c. indicatum, dist.* 89. cuius verba decidunt hunc casum.

[Indi-

[Indicatum est nobis, quod laicis quibusdam curam vestri patrimonij commiseritis, qui postmodum in rusticorum vestrorum deprædationibus, atque fatigationibus fuerint deprehensi, & reddere res, quas indecenter retinent, habitas, quasi suæ ditionis, quippe vestræ non suppositæ curationi postponant, vobisque despiciant actuum suorum reddere rationem. Quod si ita est districtè à vobis discuti conuenit, atque inter eos, Ecclesiæ vestræ rusticos causam examinare subtilius, & quicquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pœna legibus statuta, reddere compellantur. De cætero verò cauendum à fraternitate vestra, ne secularibus viris, atque non sub regula nostra degentibus res Ecclesiæ committantur, sed probatis de vestro officio clericis, in quibus si quid reperiri poterit prauitatis, vt in subditis, emendare, quod illicitè gestum fuerit, valeatis, quo videlicet, apud vos habitus sui officium magis conuenienter administrent, quam accusent.]

Hic igitur textus decidit omnnes articulos, qui occurrere possunt super hoc casu, & primò, quod laicus operarius Ecclesiæ fieri non possit, probatur *in versic. de cætero vero cauendum*, per quem text. ita tenet Anton. de Butr. *in c. decernimus, de iudic.* quia operarij
3 † cura est colligere obuentiones spirituales, & quia habet officium in Ecclesia, & distribuit redditus ad libitum pro fabrica Ecclesiæ, & idem tenet Archid. *in c. in noua per illum text.* 16. *quæst.* 7. Innocent. *in c. 2. de ætate, & qualit.* & Abbas, qui in operario contrariam sectatus est sententiam, *in d. c. decernimus, num.* 11. *versi. de officio*, dicit, quod si sit deputatus ad illud officium, & habere quodammodo præeminentiam, & potestatem percipiendi, atque distribuendi redditus inter cleri-
4 cos, vt fit in Tuscia, credit quod tale officium non possit concedi laico, citra auctoritatem Apostolicam. Pro confirmatione huius articuli facit, quod genera-
5 liter laici † sunt prohibiti administrare res Ecclesiæ, etiamsi in temporalibus, vt per Innocent. *in d. c. 2.* Hostiens. & Io. Andr. *in c. vnic. de iudic.* Speculat. *in tit. de œconomo, versic. item quod est laicus*, & post alios, quos allegat, idem firmat Gregor. Lopez *in l.* 61. *gloss.* 2. *tit.* 5. *part.* 1. & de communi opinione attestatur Dec. *in d. c. decernimus. num.* 92.

Et licet Abb. *in d. c. decernimus, num.* 10. *versi. hæc mihi ex toto non placent*, velit contrariam opinionem esse veram, quando laicus duntaxat deputaretur in administratione rerum temporalium, puta in fabrica Ecclesiæ construenda, absque iurisdictione, & præeminentia in spiritualibus. Imo magis honestum est secundum eum, vt sit laicus, aliquando enim magis instructus est in negotiis, ideo Bald. & Felyn. ibidem dicunt vbi clericus non reperiretur idoneus, tunc laico committi posse, atque Decius *ibid. num.* 101. *& seq.* sequitur opinionem Abbatis, quia operarij officium circa Ecclesiæ fabricam versatur, quæ in ædificando consistit, *c. de fabrica, de consecrat. distinct.* 1. *cap. de his, de Eccles. ædificand.* & talis fabrica ab ornamentis Ecclesiæ distinguitur, *c. fin. & ibi* Abbas, *de testament.* quamobrem nihil videtur obstare, quin laicus, Ecclesiæ operarius deputari possit.

Nihilominus hæc opinio in duobus errat. Primò, quia, vt communiter videmus in omnibus ciuitatibus in quibus pessima hæc viget consuetudo depu-
6 tandi in Ecclesiis laicos operarios, † non solum in fabricis, sed etiam in ornamentis Ecclesiæ, Ecclesiarumque, atque etiam Altaris describunt nomen operare: ex quo apparet, non deputari tantum ad fabricam, sed ad ea, quæ spiritualia sunt: Imo operarius exigit obuentiones Ecclesiasticas, easque distribuit Ecclesiasticis, in quibus omnibus operarij consistit officium. Item sedet in choro, † atque habet cum cæteris Cano- 7
nicis dignitatem, quod laico conuenire nullo modo potest, & quod pessimum est, aliquando tantam non distribuunt fratribus pecuniæ quantitatem, quæ ad viuendum sufficiat, vt fame pereant, sicut audio fieri Pisis, fratribus conuentualibus Ecclesiæ Sancti Francisci. Secundo hæc opinio, quatenus operarius † deputa- 8
retur solum in fabrica, & sic in temporalibus, est contra textum *in d. c. indicatum, in versi. curam vestri patrimonij commiseritis, qui postmodum in rusticorum vestrorum deprædationibus, &c.* qui textus de rebus temporalibus loquitur, & ita litera cantat, atque sic communiter intelligitur, laici † enim prohibentur administra- 9
re Ecclesiasticorum temporalia, solum ob controuersiam iurisdictionis, & vt facilius Ecclesiæ bonorum administratores corā iudice Ecclesiastico conueniantur.

Secundus articulus est: Præsupposito secundum alteram opinionem, quod laicus † possit in illis solum 10
temporalibus Ecclesiasticis rebus fieri operarius, vt firmarunt Abb. & Dec. *in d. c. decernimus*, quod potest intelligi saltem in illis locis, in quibus adest consuetudo, ex scriptis per Calderin. *in consil.* 1. *sub ti. de consuetudine.* & eius dicta intelligerem quando clericus non reperiretur idoneus, ex scriptis Baldi, & Felyn. *in d. c. decernimus*, cum etiam stante consuetudine deputandi laicum, clericus non excluditur, quin possit fieri operarius Ecclesiæ, vt probat Calderin. *ibidem.* Siue secundum opinionem nostram, quod laicus Ecclesiæ operarius fieri possit, ex dispensatione Papæ, vt etiam dixit Abb. *in d. c. decernimus, num.* 11.

Dicendum est laicum † operarium Ecclesiæ sem- 11
per conueniendum esse coram iudice Ecclesiastico pro reddendis rationibus, ita expressè dicit textus *in d. c. indicatū, in versic. quod si ita est, districtè à vobis discuti conuenit &c.* & probant Abb. *in d. c. decernimus, n.* 9. *versi. sed specialis administratio quarundam rerū committi potest, ita vt superiori administratio respōdeat*, Speculat. *in tit. de œconomo, versic. item quod nō vult Episcopo, vel Capitulo reddere rationem*, Matthæus Boys *in additionib. ad Stephan. Aufrer. in tract. de potestate secul. in Ecclesiastic. in reg.* 4. *super fallent.* 33. allegat Roman. *in sing.* 353. *incip. laicus possit esse rector*, Ripa *in d. c. decernimus, nu.* 66. *in versic. & ego pondero.* monetur per text. *in clem. quia contingit, de religios. domib. in versic. eos teneri conuertere redditus in vsus pauperum, & reddere rationem episcopo*, & conferunt pro hoc probando allegata à nobis *in d. casu* 113. *artic.* 3.

CASVS CLIX.

Clericus immissus in possessionem ex primo decreto iudicis secularis, cum clausula, *saluo iure*, non potest postea ab eodem iudice priuari possessione sua.

SVMMARIA.

1 *Possessio data, quando debet reuocari.*
2 *Clericus immissus in possessionem per laicum, an possit ab eodem remoueri.*
3 *Iudex laicus an sit competens super possessoriis spiritualium, & temporalium.*

4 *Clericus*

4 *Clericus potest reconueniri coram iudice laico.*
5 *Clausula, saluo iure, facit continuari idem iudicium.*
6 *Clericus immissus in possessionem vigore actionis realis verè possidet.*
7 *Possessor vigore statuti est verus possessor.*
8 *Possessor ex secundo decreto dicitur verus possessor.*
9 *Dominium transfertur ob possessionem datam ex causa noxali.*
10 *Clericus immissus in possessionem debet conueniri coram ecclesiastico super reuocatione possessionis.*
11 *Possessio data ob actionem realem, de iure canonico, solum post annum facit possessorem.*
12 *Possessione data à iudice seculari attenditur ius ciuile.*
13 *Clericus possessor à iudice seculari debet conueniri coram ecclesiastico.*
14 *Clerico immisso in possessionem finitum est iudicis officium.*
15 *Decretum de immittendo in possessionem an sit diffinitiuum vel interlocutorium.*
16 *Sententia interlocutoria mandata executioni non potest reuocari.*
17 *Appellatio non permittitur in possessoriis quoad effectum suspensiuum, secus quoad deuolutiuum.*
18 *Bartol.* in l.2.ff. de appellat. recipiend. *est communiter reprobatus.*
19 *Appellatio non permittitur à possessione data vigore* l. fi. C. de edicto diui Adriani toll.
20 *Etiam de iure canonico.*
21 *Iudicis officium est finitum per possessionem adeptam.*
22 *Clausula,* saluo iure, *semper censetur inesse.*
23 *Et solet apponi à iudicibus ad obturandum ora loquentium.*
24 *Possessio sola non facit aliquem esse subditum.*
25 *Citari debet possessor cùm tractatur de auferendo possessionem.*
26 *In possessione conseruandus est etiam prædo.*
27 *Spoliatus à iudice sine causæ cognitione est restituēdus.*
28 *Clericus non potest citari à iudice laico immittente illum in possessionem.*
29 *Iudex ecclesiasticus succedens in locum laici iudicis debet procedere cum illis qualitatibus, cum quibus procedebat iudex laicus.*
30 *Possessor vigore actionis personalis non est verus possessor.*
31 *Sed solum detentator.*
32 *Iudex secularis quando reuocet possessionem datam clerico.*

SI quis immissus fuit in possessionem auctoritate iudicis, & postea compareat contradictor directo contra ipsam immissionem, petens ipsam reuocari, atque annullari pro suo interesse, allegans aliquam iustā causam, puta, quia non fuit citatus, vel similem, debet
1 dicta † immissio reuocari, vt voluit Alberic. *in l.fi.n.* 13.*vers.primo casu,* C. *de edicto diui Adr.toll. & ibi* Zuccard.*n.*411. Mantica *in lectura* 1.*nu.*176.& prior eis Anchar.*in cons.*292.*videtur.* Menoch.*de adipiscend.possess. remed.*4.*n.*677.& ab eodem iudice qui grauauit debet reuocari, Bald.*in d.l.fi.nu.*5. Ferrett.*in cons.*30.*nu.*2.*& cons.*27.*n.*7.*& n.*10. Roman.*in cons.*158.*n.*2.& ibi Mandosius plurimos allegat. Hinc dubitatum est, quid si
2 clericus † immissus fuerit in possessionem ex causa fideicommissi, auctoritate iudicis secularis, an comparente eo, qui interesse habet, atque instante reuocari ipsam immissionem, possit ab eodem iudice seculari contra clericum reuocari.

Peregrin.*in tract.de fideicommissis, artic.*48.*n.*63. sensit ab eodem iudice posse reuocari, motus, quia in possessoriis † nedum spiritualium, sed etiam temporaliū,
iudex laicus est competens, vti ibi per eum *n.*63. Item 3
quia mittere in possessionem rerum temporaliū nullo modo spectat ad iudicem ecclesiasticum, quia in illis nullam habet iurisdictionem, pro quo allegat *l.2 diuo Pio,§.1.ff.de re iudic.* Innoc.*in c.significasti, de offic. deleg.* Spec.*in tit.de secundo decreto,§.restat.n.*2.& hanc opinionem dicit tenere Bald. *in d.l.fi.n.*45. vbi præcisè loquitur in clerico possidente, addens rationem, quia hereditas temporalis, & litis natura trahit ad se ecclesiasticum. Tanto magis, quia † clericus compa-
rens coram iudice seculari potest reconueniri coram 4
eodem iudice, *c.dispendia,§.reus, de rescript.li.*6.*c.*1.*& ibi not.de mutuis petit.* Bart.*in auth. & consequenter,* C. *de sentent.& interlocut.om.iudic.* Et per clausulam su-
per d.immissione appositam, *saluo iure,* † pars, quę pe- 5
tit reuocari possessionem, dicitur id petere in eadem instantia, pro quo allegatur Angel.*in d.l.fi.col.penult.* ergo quasi per viam reconuentionis potuit ab eodem iudice reuocari.

Sed hæc opinio iure non subsistit, pro cuius veritatis dilucidatione explico duos articulos.

Primus articulus est: In casibus, in quibus clericus
immissus † in possessionem verè possidet, vt si vigore 6
actionis realis, Spec. *in tit.de primo & secundo decre.in §.iam de effectu, vers.quæ est ratio.* Ias.*in l.*3.*§.fi.colum.*5.*vers.secunda conclusio,ff.de dam.infect.* Alex.*in l.si finita,§.Iulianus, vbi etiam de hypothecaria,ff.de dam.infect.*
Item si extaret statutum, † vt immissus in possessio- 7
nem lucraretur fructus, quia tunc efficeretur verus possessor: aut si iudex vellet facere immissum ex aliqua causa verum possessorem, prout vtrumq; casum probat Negusant.*de pignorib.in secundo membro tertiæ par-
tis principalis, n.*6.*& seq.* Aut si † immitteretur in pos- 8
sessionem ex secundo decreto: quia tunc efficeretur verus possessor, & incipit præscribere dominium, Bartol.*in d.l.si finita,§.Iulianus, in prima col.ff.de damn.infect.* Bal.*in l.in possessione,* C.*de bon.auctorit.iudic.posid.*
aut si immitteretur in possessionem † ex causa noxa- 9
li, quia tunc transferretur etiam dominium, vt probant Iacob. de Bel. & Guido de Suzar. *in tract.de primo & secundo decreto.* atque Guido Pap. *in eodem tractatu.*

Tunc clericus immissus † super reuocatione posses- 10
sionis debet cōueniri coram iudice ecclesiastico: nam licet de iure canonico missus in possessionem ob a-
ctionem † realem non sit verus possessor, nisi post 11
cursum anni, *cap.fin.de eo qui mitt.in possess.caus.rei seruand.c.pastoralis, de offi.ordin.*&*not.in c.contingit, de dolo & contumac.* tamen, quia immissus est à iudice secu-
lari, attenditur † ius ciuile in foro suo, quo dicitur ve- 12
rè possidere, ex regula *l.si quis emptionis,§.penult. & ibi not.* C.*de præscriptionib.*30.*annorum.* cuius decreti & iuris vigore clericus adeptus corporalem, dicitur verè possidere.

Sed clericum possessorem † conueniendum esse co- 13
ram iudice ecclesiastico, dixere Zuccardus *in l.fi.num.* 263.C.*de edicto diui Adr.tol.ibi; sed si clericus possedisset, ita quod debuisset citari, tunc crederem, quod ad eundem iudicem non fuisset mittendus,&c.& n.*269. dicit, si possessor esset clericus, vel alia persona priuilegiata respectu fori, ille non esset amouendus de possessione, nisi conueniatur coram suo iudice, Petrus de Ancharano *in c.significasti, in* 4.*q.de foro compet.* distinguit: An clericus possideat, & ita sit reus & non est vlterius co-

ram iudice laico conueniendus: aut non possidet, & sic erit actor, & debet coram illo comparere; eandem opinionem sequitur Barbatia *in additionib. ad Bal. in d. l. fi. in add. quæ incip. tene menti quod eleganter dicit Petrus*, est sub *n.7.* Alex. *in cons.103. vol.5.* dicit esse adeundum ad iudicem ecclesiasticum, quia clericus immissus in possessionem, naturaliter futurus est reus.

Huius conclusionis potest maxima ratio assignari; 14 clerico † enim immisso in possessionem ex decreto iudicis, finitum est eius officium. Nam siue dicamus 15 decretum † de immittendo in possessionem esse diffinitiuam sententiam, vt volebat Azo, quem refert Bartol. *in l. quod iussit, n.9. in princ. & n.10. ff. de re iudic.* siue dicamus esse interlocutoriam, vt voluit ibid. Bart. finitum est eius officium, quia circa hanc immissioné in possessionem vigore actionis, imploratum est officium iudicis mercenarium, quod deseruit actioni intentatæ, ideo non potest vlterius reuocare, Capyc. *in decis.51. n.3. & seq.* & Ias. *in d. l. quod iussit, nu.32.* probat 16 ex Bartolo, quando sententia † interlocutoria mandata est executioni, facto hominis, & sic est quæsitum ius parti, tunc non potest vlterius per eundem iudicem reuocari.

Ex quo infertur non esse veram opinionem Angeli *in d. l. fi. nu.6. vers. sed ego dico, C. de edicto diui Adr. toll.* vbi quod in eadem instantia contradictor poterit petere reuocari dictam immissionem. Non enim est eadem instantia, cùm finitum sit iudicis officium. Pro- 17 batur etiam, quia in possessoriis † non licet appellare quoad effectum suspensiuum executionis, sed quoad effectum deuolutiuum iurisdictionis, secundum magis communem opinionem, vt voluit Bart. *in l.2. n.9. ff. de appellat. recip.* dum scribit, lata sententia in possessorio, atque appellatione interposita, faciendam esse executionem sententiæ, deinde iudicem ad quem cognoscere debere de iustitia vel iniustitia, Corn. *in consil.10. n.1. vol.4.* Afflict. *decis.209.* Guido Pap. *decis.37.* plurimos congerit Menoch. *in tract. de recuperand. poss. remedio 9. nu.321.* quam sententiam refert Achilles Personalis *in tract. de adipiscenda poss. ff. n.331.* qui tamé plurimos allegat indistinctè tenentes, appellationem non dari fauore testamenti, & vltimæ voluntatis, quod interest Reipublicæ valere, atque effectum sortiri, & post plures enumeratos adducit Roland. à Valle *in* 18 *cons.77. n.15. & seq. vol.2.* dicentem Bartolum † *in d. l.2. ff. de appell. recip.* contrarium tenentem esse communiter reprobatum. Si igitur vel nullo modo appellatur, vel solum quoad effectum deuolutiuum, finita est illa instantia, cuius Angeli ratione mouebatur Peregrin. in loco supra citato.

Et in terminis eiusdem Peregrin. quod ab immis- 19 sione † in possessionem vigore *d. l. fi. C. de edicto diui Adrian. tollen.* non liceat appellare, passim receptum est à scribentibus, vt post glossam ibi *in verb. missus.* tenent Bart. Bald. Paulus de Castro, Salycet. Alex. Ias. Dec. Curt. iun. Sebastian. Sapia, quos Zoccard. refert *ibi. num.389.* Tiraquell. *in tractat. Le mort saisit le vif, parte sexta, declaration.2. numero secundo.* Guido Pap. *decis.132. numero nono.* Berous *quæstion.44.* Couarruuias *in libro practic. quæstion. cap.23. numer.8. vers. tertia conclusio.* Caccheran. *in decis. Pedemontan. 25. numero 9.* Menoch. *in tract. de recuperand. poss. ff. remedio 4. numer. 826.* & mouentur omnes per *l. quisquis, C. quorum appellat. non recip.* atque *l. final. ff. de appellat. recip.* vbi voluntas testatoris celerem executionem requirit, cuius locus non esset, si daretur appellatio. Hæc conclusio procedit etiam de iure canonico, quia *d. l. quisquis* † in 20 eo reperitur canonizata, & relata *in c. fin. §. si quis, 2. qu. 6.* prout tenet Berous *in d. quæst.44. num.3.* & Petrus Benintend. *in decis.79. nu.7. in fi.* quam conclusionem præfati Doctores indistinctè affirmant, non distinguentes de effectu suspensiuo executionis, aut deuolutiuo iurisdictionis. Ex quo licet intelligere clarius, iudicis officium † esse finitum per decretum de immit- 21 tendo, atque ipsam possessionem adeptam, neque esse eandem instantiam quando petitur reuocatio adeptæ possessionis, quia coram eodem iudice peti non potest, ergo non dicetur conueniri clericus coram eodem iudice seculari, tanquam per viam reconuentionis, quia ab alio iudice reuocatio petenda est.

Neque obstat clausula, *saluo iure,* † à iudice immit- 22 tente, in decreto posita, quia illa semper inesse intelligitur, *l.2. §. si quis à Principe, & §. merito. ff. ne quid in loco publico.* glossa *final. in c.1. vt lite pendente.* glossa *in l. final. C. si contra ius vel vtilit. pub. & ibi* Bart. *& cæteri.* Et expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur, *l. eius qui in prouincia. ff. si cert. pet.* & dicit Afflict. *in decis. 33. nu.8.* quod clausula, † *saluo iure,* solet apponi à iudi- 23 cibus ad obturandum ora loquentium. Et quatenus aliquid operari deberet, non est intelligenda saluo iure partis exercédo coram eodem iudice, quia finitum est eius officium per immissionem, vt dixi, sed exercendo coram iudice competenti, & quia sola possessio † non facit aliquem subditum, *l. libertus, §. sola. ff. ad* 24 *municipal. l. cùm neque, C. de incol. lib.10.* cum aliis per Riminald. iun. *in cons.353. n.173. vol.4.* ergo clericus vigore possessionis adeptæ auctoritate iudicis secularis, non est coram eodem conueniendus, sed coram iudice suo, ex regula *c. si quis contra clericum, cum similibus. de foro compet.* Imò cùm tractetur de auferendo possessionem ab immisso clerico, is debet citari, † vt post Bar- 25 tol. Bald. Salyc. & alios quos refert probat Menoch. *in d.4. remedio adipiscendæ, n.447.* subdens neminem esse qui dissentiat, possessorem etiam iniustum non esse remouendum de sua possessione de facto, *c. licet episcopus, de præbend. li.6.* Vnde dicimus, quod etiam prædo † conseruandus est in possessione, in qua reperitur, 26 & spoliatus restituendus est, *l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi, l. colonus, & l. cùm fundus, ff. de vi & vi arm. c. in literis, de restitut. spolia.* imò prædo spoliatus † à iu- 27 dice sine causæ cognitione dicitur verè spoliatus, estque restituendus, glossa *in c. summa, 3. quæst.9.* Bartol. & omnes *in l. iustè possidet, ff. de acquir. possess.* Bald. *in cons.147. & cons.149. vol.3.* Oldrad. *in cons.227. colum.1.* Butr. *in cons.62. col.1.* Socin. *in cons.12. col.2. ad fin. vol.1.* Dec. *in cons.125. col. fi. & cons.200. col.1. & in l. factum à iudice. ff. de reg. iur.* Dec. *in responso 23. n.99. vol.1. & responso 41. num.43. vol.3.* sed clericus citandus est coram suo iudice, nec sufficit per generale proclama, vt scripsi supra *in casu 37.* ergo neque à iudice † immittente, 28 cuius officium finitum est, neque ab alio seculari in noua instantia, à possessione adepta remouendus est, sed à suo duntaxat ecclesiastico iudice, sicut in simili scripsi *in casu 104.* de clerico depositario laicorum, facto auctoritate iudicis laici, qui in casu restitutionis non potest ab eodem seculari iudice condemnari, sed ab ecclesiastico tantùm, idem scripsi *in casu 124.* de clerico sequestro.

Neque ex mutatione iurisdictionis fieri iniuria parti petenti reuocationem immissionis, quia omnia iura sua eodem modo poterit exercere coram iudice

dice

dice ecclesiastico, quo poterat coram seculari: si enim
29 iudex Ecclesiasticus † succedit, seu intrat in locum iudicis secularis, debet procedere cum illis qualitatibus, cum quibus procedebat iudex secularis, vt per Bald. *in l.fi.C.si mancip.ita fuer.alienat.* dicentem, quod quādo vnus iudex intrat in locum alterius, seu succedit, receditur à persona, sed non à modo procedendi, & Io. Andr. *in regula.contra eum, in mercurialib.* dicit, si episcopus succedit in locum fratrum in electione alicuius, debet eligere de illis, de quibus eligere debebant fratres, in quorum locum successit episcopus; quorum dicta sequitur Io. de Amicis *in cons.94.n.6.*

Minus obstant allegata per Peregrin. quod iudex laicus cognoscit super quolibet possessorio, etiam spiritualium: hæc enim opinio est falsa, prout supra probauimus *in casu* 38. vbi videndum est.

Secundus articulus est: Clericus immissus in possessionem auctoritate iudicis secularis, in casibus in qui-
30 bus non possidet, † vt quando immittitur vigore actionis personalis, prout scribunt Iacob. de Bellouis. & Guido de Suzaria *in tract. de primo & secundo decreto. n.20.* & Guido Pap. *in tract. de primo decreto, n.19.* & est communis opinio, de qua attestatur, & pro ea multa cumulat, Syntagma comm. opin. *in tomo 2. loco 6.c.7.* vt est immissio, quæ fit ex causa damni infecti; item ventris nomine; item pro executione sententiæ, & rei iudicatæ, de quibus per Neguss. *in tract. de pignorib. in secundo membro tertiæ partis principalis, n.6.* in quibus so-
31 lummodo detentator † fit, & cùm non possideat, neq; expellitur antiquus dominus possessor, sed ipse immissus debet in possessione stare vti custos & detentator. *l.si finita, §.si quis ante, & ibi not. ff. de dam. infect.* & latè per Canonistas *in d.c.contingit, de dolo & contum.*
32 In his casibus, quia non est finitum † officium iudicis immittentis, sed solum fit ista immissio, vt reus tædio affectus compareat ad respondendum, & poterit comparere, reficiendo expensas, atque cauendo de iudicio sisti, *auth. ei qui, & ibi per omnes scribentes, C. de bonis auctor. iudic. possid.* Ideo constito de bono iure ipsius rei, poterit per eundem iudicem reuocari immissio ex doctrina Bartoli *in d.l. quod iussit.* quia hæc interlocutoria non transit in rem iudicatam, & in personalib. immissio nunquam facit verum possessorem, etiam post annum, vt per Neguss. *ibid. n.7.*

CASVS CLX.

Clericum actorem coram iudice seculari non teneri cauere, neque satisdare de reficiendis expēsis in casu succumbentiæ.

SVMMARIA.

1 *Actor in principio litis quā cautionem præstare debet.*
2 *Cautiones præstandæ ante iudicium hodie non seruantur.*
3 *Clerici actores coram iudice seculari non tenentur præstare cautionem iuxta formam* auth. generaliter.
4 *Clerici non possunt se obligare ad pœnam coram iudice laico.*
5 *Executio contra clericum debet fieri per iudicem ecclesiasticum.*
6 L. cum clericis, C. de episc. & cleric. *non habet locum in ecclesiasticis.*
7 *Clerici actores coram iudice laico non tenentur satisdare de expensis.*
8 *Fideiussori filiifamilias subuenitur Macedoniano.*
9 *Fideiussores clerici de soluendis expensis coram laico non tenentur.*

SEcundum communes regulas antiqui iuris, actor, priusquam † libellus reo exhiberetur, tenebatur præstare cautionem, primo quod vsque ad finem litem prosequetur; item quod in casu succumbentiæ, pro expensis, decimam partem litis exolueret, iuxta terminos *auth. generaliter, C. de episc. & cleric.* sed hoc hodie de communi vsu & stylo curiarum non obseruatur, vt attestantur Bart. & Bald. *in d. auth. generaliter.* & addentes ibi ad vtrumque alios congerunt. Eandem sententiam firmauere gloss. Angel. & cæteri *in §. sed hodie, Institut. de satisdat.* Et quod vsus nequaquam † seruet præstari huiusmodi cautiones, scribit Spec. *in tit. de satisdationib. §.1. in fin.* & ibi Io. Andr. *in additionib.* refert, Placentin. Azon. & alios asserentes suis temporibus nunquam vidisse tales cautiones præstari, qui stylus pro lege debet allegari, *clem. sæpe, §. & quia, de verb. signific. & ibi Canonistæ omnes,* Affli. *in decis.39. in fin. & decis.135. & decis.243.* & ibidem per addentes.

Sed quia Bart. *in d. auth. generaliter.* dicit, illius dispositionem obseruari in solo casu, quo actor alterius esset iurisdictionis, neque subditus iudicanti, ideo videndum est, an clerici actores cauere vel satisdare teneantur.

Primus articulus est: Clericos † actores coram iudice seculari non teneri caueri iuxta formam *d. auth. generaliter.* neque ex dispositione iuris communis, neq; ex dispositione statuti, siue styli illius tribunalis, in quo litem aggreditur, quia non possunt clerici † se obligare ad pœnam coram iudice seculari, qui cùm in eos nullam habeat iurisdictionem, eius iudicio & foro nullo modo possunt se submittere, etiam voluntariè, & cum iuramento, *c.si diligenti, de foro compet.* Et quādo vigore styli tribunalis, aut alterius laicalis dispositionis condemnaretur in expensis, (quorum dispositiones, si de clericis specialiter loquuntur, nullæ sunt, si verò generaliter, de clericis non intelliguntur, vt millies in prima centuria exarauimus) quia illius executio † pertinet ad iudicem ecclesiasticum, Dec. *in cons.* 241. Roland. *in cons.12.n.38.vol.2.* Grammat. *voto 18.n.* 17. & scripsi latius supra *in casu 102. col. fin.* iudex ecclesiasticus cognoscens ipsam cautionem esse nulliter interpositam, contra clericos executionem non faciet. Neque obstat tex. *in §. si quis autem pro pecuniaria, in auth. de sanctiss. episcop. & in l.* † *cum clericis, C. de episc. & cleric.* vbi Imperator eximit clericos ab onere satisdandi, sed iubet eosdem debere cauere sub hypotheca & obligatione bonorum, quia vt communiter habetur per omnes Canonistas *in c. ecclesia sanctæ Mariæ, per illum textum. de constit.* dictæ leges ciuiles specialiter de clericis loquentes nullius sunt firmitatis, tanquam à non habente potestatem conditæ, & ita in specie dixi supra *in casu...*

Secundus articulus est: Clericos † actores coram iudice seculari non teneri satisdare de soluendis expensis, in casu succumbentiæ: nam cùm ipsi non possint se ad hoc obligare coram dicto iudice, & si contra facerent, obligatio sit nulla, *c. at si clerici, de iudic. & ibi per Doct.* tunc obligatio etiam fideiussorum non valeret, quæ accederet obligationi nullæ, & ita neque ciuilem, neque naturalem parerent, *l. iubemus, & authen. hoc ius porrectum, C. de sacros. eccle. l. quemadmodum, C. de agric.*

& censit.libr.11. de quo per Bart. in l.cùm lex,versicul. sed iuxta præfat.ff.de fideiussor. Grat.in cons.15.nu.30.& seq. vol.1. Item quia cùm principalis causa non subsistit,nec ea quæ sequuntur locum habent, l.cùm principalis.ff.de reg.iur. Ideo fideiussori † in contractu filii-
8 familias subuenitur exceptione Macedoniani, l.sed si, §.non solum.ff.ad Macedon.quia si ipse teneretur,haberet recursum ad filiumfamilias,qui ciuiliter & naturaliter obligatur,licet exceptionem habeat,l.1.& ibi not. in vers.petitio,ff.ad Macedon.Cùm igitur clerici ad hoc nullo modo possint obligari, ergo neque fideiussores
9 † pro eis, qui accedere non possunt, nisi saltem naturalem præsupponant obligationem,l.fideiussor obligari,§.fideiussor,ff.de fideiussorib.

CASVS CLXI.

Clericos posse opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ,etiam post biennium elapsum perpetuo tempore.

SVMMARIA.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non opponitur post biennium.*
2 *Ecclesiastici an poßint perpetuo tempore opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
3 *Ecclesia potest perpetuo tempore opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
4 *Ecclesia obligatur in quantum probatur mutuum fuisse versum in eius vtilitatem.*
5 *Et an hoc procedat in omnibus contractibus.*
6 *Ecclesia in quibus casibus obligetur,etiam si non sit versum in eius vtilitatem.*
7 *Creditor agens ad pecuniam contra ecclesiam quid probare debeat.*
8 *Exceptio non numeratæ pecuniæ infra quod tempus debet probari in aliis contractibus.*
9 *Minores semper poßunt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
10 *Ecclesia est magis priuilegiata, quàm omnes minores.*
11 *Ecclesiastici in eorum patrimonialibus poßunt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ etiam post biennium.*
12 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ qui alij poßint perpetuo opponere.*
13 *Monasterium tenetur ex debito vero,non chirographario.*
14 *Exceptio non num.pec.de æquitate canonica potest opponi omni tempore.*
15 *Leges laicorum non sunt seruandæ contra æquitatem canonicam.*
16 *Obligatus per chirographum non tenetur in foro conscientiæ soluere,nisi quantitatem veram.*
17 *Forum conscientiæ innititur veritati.*
18 *Creditor cui solutum est aliquid contentum in chirographo, quod verè non fuit solutum, tenetur illud restituere in foro conscientiæ.*
19 *Exceptio qualibet potest opponi perpetuo tempore.*
20 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quomodo variis temporibus fuerit introducta per Imperatores.*
21 *Dispositio noua non potest præiudicare ecclesiæ in iure quæsita super veteri.*
22 *Dispositio noua auferens competentia clericis de iure communi est contra libertatem ecclesiæ.*
23 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ an poßit renuntiari,& quid si cum iuramento.*

Exceptio † non numeratæ pecuniæ post biennium 1
opponi non potest,etiam assumpto onere probādi,quod pecunia numerata non fuerit, l.si intra, l.asseueratio,l.in contractibus,C.de non num.pec.l.si non singuli,C.si cert.pet.§.planè, Instit.de liter.obligat.vers.sic fit, vt hodie, dum quæri non potest, scriptura obligetur, nam post biennium obligatus erit, licet re vera nihil receperit. per quæ iura hanc opinionem secuti sunt Odofred. Azo, Riccard.Oldrad. Iacob.Butrigar. Guido de Suzar. & Dynus, quos refert, & sequitur Alberic. in l.si cautio,n.2.C.de non num.pec. addens quod eorum opinionem vidit communiter obseruari:eandem opinionem tenent Placentin. in tract.de varietate actionum, titul.19.de literarum obligationib. Accursius,Baldus & Salyc.in d.l.si non singuli,C.si cert.pet.Io.Fab.in princip. Instit.de literarum obligat.n.6.vers.octauo quæritur. Aretin.in l.si stipulatus,§.Chrysogonus,nu.10.ff.de verb.oblig.& in l.certi condictio, §.si nummos,col.fin.ff.si cert.pet.Purpur.in l.manifestè.n.21.ff.de iureiur.Curt.iun.in l.2.§.appellata, nu.7.ff.si cert.pet. qui testatur hanc esse communem opinionem,sic etiam attestatur Felyn. in c.si cautio,n.60.de fide instrum. Marsil.singular.463. ex quibus hanc opinionem probat Emanuel Costa,in l.si ex cautione, n.9.C.de non num.pecunia.

Et præsupposita hac opinione tanquam vera de rigore iuris ciuilis,quęrūt grauiores Doctores, an procedat in ecclesia & ecclesiasticis, † vt ipsi perpetuo tē- 2
pore non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere possint, & quod valeant æterno tempore illam opponere, fatentur Doctores per varias rationes, quas explicemus per duos articulos.

Primus articulus est: Ecclesia † potest perpetuo 3
tempore opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.Ita firmarunt Hostiens.& Io.Andr.in c.fi.de solutionib. & ibi Immola n.27. qui alios refert.Anto.de Butr. & Immola in c.si cautio,de fide instrument. Cyn. Bald.& Salyc.in auth.hoc ius porrectum,C.de sacros.eccl. Bald.in l.2.§.fi.ff.si cert.pet. Angel.in cons.156.videtur prima fronte,num.1.in fine.Roman.in consi.45. & in authent.similiter,in 7.priuilegio iudiciali,C.ad leg.Falcid. Capella Tholosan.in decis.408. Addentes ad Dyn.in regula,locupletari, de regul.iur.lib.6. Mouentur, quia in tantum ecclesia † obligatur, in quantum verè pro- 4
betur quod mutuum versum sit in eius vtilitatem,c.1. & ibi Doctor. de deposit.authent. hoc ius porrectum. vbi Bart.& alij, C.de sacrosanct.eccl. quam rationem licet aliqui intelligant non solum in contractu mutui, sed in omnibus aliis contractibus,†vt per Cardin.in clem. 5
1.q.30.de reb.eccles. non alienand. Angel.in §.hoc etiam. in auth.de alienat.& emphyteusi. tamen verior est opinio, in tribus tantum casibus ecclesiam non obligari nisi constito quod res sit in eius vtilitatem versa, videlicet in mutuo,c.quod quibusdam. vbi Barbat.de fideiussor.Item in deposito,d.c.1.de deposito. Item quando venditur res ecclesiæ pro soluendo eius debito, extra quos † casus ecclesia obligatur, etiam si id non pro- 6
betur, Innocent.in d.cap.1.de deposito.cuius dictum sequitur ibi Io.Andr. Io.de Lignan.Paul.Eleazar. & ibi probauit Anton. de Butr. dicens debere verti pecuniam in vtilitatem ecclesiæ, non quia hæc cura spectet ad iudicem, sequitur ibi Card.& Abbas, qui dicit hoc esse notandum,& quotidianum, Bartol.Baldus & cæteri in d.auth.hoc ius porrectum.Bart.in l.1.C.de vendit.rer.ciuil.li.11.& ibi Io.de Plat.n.1.qui loquuntur in emptore, Alberic.Castrens.& Roman.in l.ciuitas,vbi Ias.numer.15.ff.si certum petatur. qui attestatur falsam esse

esse glossam contrarium tenentem *in d.l.1.C.de vend. rer.ciuit.* Alberi.*in l.1.C.si aduers.credit.* Socin.*in consi. 15.n.25.in fi.vol.1.*& hanc esse communem opinionem, dicit Dec.*in cons.36.n.8.vers.tertio principaliter non obstat.* Rodoan.*in tract.de reb.eccles.non alien.in rubric.de causis vtilitat.* vbi inquit, in aliis contractibus non esse necessariam huiusmodi probationem. Cùm igitur cre-
7 ditor † agens ad pecuniam contra ecclesiam nunquam posset obtinere, nisi verè probauerit versam esse in ecclesiæ vtilitatem, vt declarat Socin.*in d.cons.15.n.26. vers.sexto probatur, vol.1.* & Dec. *in d.cons.36.n.8.versi. secundo pro responsione.* necessariò sequitur, ecclesiam non impediri hanc opponere exceptionem, si vellet, quia & ista subalternata sunt, & sub eodem prædicamento probationis faciendæ, dum ergo creditor non potest obtinere, nisi probet, pecuniam fuisse versam in vtilitatem ecclesiæ, frustra quæritur, an ecclesia hâc valeat opponere exceptionem, quæ ad eandem pertinet probationem faciendam, quicquid in hoc scripserit Felyn.*in d.c.si cautio, n.57.vers.sed istud non est, de fide instrument.* Minus valet eiusdem Felyni consideratio *in d.n.57. vers.bene fateor, non in omni casu teneri creditorem probare, pecuniam in ecclesiæ vtilitatem versam esse.* Quia vt nos etiam hoc probauimus, exceptio
8 † huiusmodi aduersus mutuum duntaxat opponitur infra biennium, de quo disputamus, in cæteris debet opponi infra triginta dies, vt latius probant Afflict.& Addentes ad ipsum super *decis.105.nu.2.*& inter casus, in quibus creditor debet probare, pecuniam in ecclesiæ vtilitatem versam esse, adest mutuum, vt dixi. Ac-
9 cedat, quod eadem dicuntur de minore, † aduersus quem non currit præscriptio ista biennij, vel tot dierum, sed illæsus conseruatur, vt restitutio in integrum ei necessaria non sit, *l.fi.C.in quib.casib.restitutio in integrum non sit necessar.* & probat Costa *in d.l.si cautione, §.hoc autem biennij tempus, n.1.C.de non num.pec.* vbi ostendit, pudendum esse Felyni errorem contrarium
10 sentientis *in d.c.si cautio, n.60.* sed ecclesia † vtitur iure minoris, *c.1.de restit.in integr.* Imò magis est priuilegiata, quàm omnes minores, quia & ipsa, & ecclesiastici possunt leges ciuiles accipere, in quibus concernunt eorum fauorem, atque repudiare, in quibus continent odium, vel onus, vt probaui supra *in casu 5.in fin. & in casu 30.* & alibi pluries in prima centuria; ergo in quantum lex priuilegium concedit debitori potest pro se recipere, in quantum verò restringit tempus opponendi exceptionem ad biennium, potest refutare, & ad hanc decisionem conferunt rationes sequentis articuli.

11 Secundus articulus est: Ecclesiastici † in eorum patrimonialibus possunt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, etiam post biennium, & omni tempore; probatur inprimis ex his, quæ scripsimus supra *in casu quadragesimo nono,* vbi ostendimus, ecclesiasticos in eorum patrimoniis gaudere omnibus priuilegiis, concessis ecclesiis, sed hanc exceptionem non numeratæ pecuniæ perpetuo tempore possunt oppone-
12 re ciuitas, † & quilibet sacer & pius locus, prout esse communem opinionem, testatur Ripa *in l.si is qui bona, n.13. ff.de pignorib.* Ias.post Bal.*in l.ciuitas col.7.ff.si cert.pet.& in l.2.§.creditor, col.4.ff.eod.tit.* & dicit Bal. *in c.in præsentia, de probationib.* quod si confessus debitum spe futuræ numerationis transiret ad religionem,
13 ex illa confessione monasterium † non tenetur, & etiam post biennium potest opponere illam exceptionem, quia tenetur ex mutuo vero non chirographario; ergo & ecclesiastici eodem priuilegio gaudere debent, & hanc opinionem firmarunt Hostiens.Ioan. And.& cæteri communiter *in d.c.si.de solutionib.*& ibi Io.Andr.*n.3.* doctè probat, summum Pontificem noluisse hac temporis angustia laborare, vt infra biennium duntaxat huiusmodi exceptionem proponere valuissent. Ex quo infertur, vel non esse veram eam attestationem, quod Clemens Papa IV. pronuntiauit contra Treuerensem Electum, vt post biennium non posset contra mercatores opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quam attestantur Specul.*in tit.de restit.in integr.§.quis autem, nu.25.*& Felyn.*in d.c.si cautio, n.59.* vel non esse trahendam ad exemplum, ex regula *§.sed quod Principi placuit. in vers.vel si cui pœnam irrogauit, &c. Instit.de iure natural.gent.& ciuil.*

Addendum pro confirmatione, verissimam esse opinionem, posse de æquitate canonica huiusmodi exceptionem † opponi omni tempore, dummodo debi- 14
tor in se assumat onus probandi exceptionem ipsam, videlicet pecuniam non fuisse numeratam; hanc opinionem firmarunt Dyn.*in reg.locupletari, li.6.* Inno.*in c.quia plerique, de immunit.eccles.* de qua doctrina facit magnum festum Angel.*in cons.156.prima fronte.*& Roman.*in cons.45.* dicentes se ita consuluisse in facti contingentia, quos sequitur Bologn.*in rubric.ff.si cert.pet.* Hanc opinionem tenent Bart. Bald. & cæteri *in l.si ex cautione, C.de non numer.pecun.* Salycet.*in d.l.in contractib.in princip.* eamque esse communem attestantur, & probant Immol.*in c.fi.n.32.de solutionib.* Grammat.*in cons.ciuil.55.nu.2.& plur.seq.* Idem Felyn.latius aliis *in d.c.si cautio 61.* Sed quando ecclesia & ecclesiastici conueniuntur pro mutuo, vtique in foro proprio conueniendi sunt, ex regula *c.cùm sit generale, de foro compet.* ergo & secundum proprias leges fori iudicandi, Ioan. *c.18.in versic.& secundum legem vestram iudicate illum.* & sic probat Io.Andr.*in d.c.fi.n.3.de solutionib.in versi. & idem videtur dicendum de ecclesiasticis.* Et conferunt ad hoc quæ scripsimus supra *in casu quinquagesimo,* leges laicorum † contra æquitatem iuris canonici non 15
esse seruandas in curia episcopi; imò nec in curia secularium esse seruandas contra ecclesiasticos, quando procedunt cum diminutione iurium, sine principiorum, ac æquitatis iuris canonici, vt scripsi supra *in casu 31.* & sic in causa reconuentionis coram iudice laico deberent etiam secundum hanc iuris canonici æquitatem iudicari, vt quilibet, vti dicemus in sequenti casu.

Et quod debeat iudicari secundum hanc iuris canonici æquitatem, facit, quia obligatus † ex chirographo 16
exclusus post biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, non tenetur in foro conscientiæ quantitatem soluere in chirographo contentam, vt post Inno.*in cap.plerique, de immunit.eccles.* firmat Immola *in d.c.fi.de solutionib.* lex enim positiua se fundat super præsumptione, præsumendo pecuniam fuisse numeratam, ex quo debitor permisit labi biennium, ideo non est obseruanda in foro conscientiæ, † quod 17
innititur veritati, *c.à nobis, in secundo, de sent.excomm.* ita scripsit Ant.de Butr. *in d.c.quia plerique, de immunit.eccles.col.5.vers.quartus casus.* dicens, quod de suo liberè poterit facere eleemosynam, sicut prius, quia naturaliter ipso biennio non est obligatus, addens, quod si obligatus per chirographum soluit, † quod ei nume- 18
ratum non fuerat, ille, cui solutum est in foro cõscientiæ, restituere tenebitur. & sequitur Abb.*ibid.in 5.q.* atque Bald. *in l.eum qui, col.9.C.de iur.& fact.ignorant.*

Ioan. Calderin. *in disputatione sua, quæ incipit, furarius emit rem.* Anchar. *in rubri. de reg. iur. li. 6. col. fin.* Saly. *in d. l. si ex cautione, in 5. quæst.*

Age probemus articulum retentis veris terminis iurisdictionis: in primis enim cùm quis sub spe futuræ numerationis se obligasset, atque creditor, qui non numerauerit, egerit in iudicio, poterat se reus per in factum exceptionem defendere, *l. apud Celsum, §. ad-*
19 *uersus, ff. de doli except.* hæc autem exceptio † suam ordinariam retinebat naturam, vt perpetua esset, *l. purè, §. fi. ff. de doli except.* & probanda erat ab excipiente, qui in ea se fundabat, *l. in exceptionibus, ff. de probat.* Postea
20 Imperatores † introduxerunt, vt debitor obligatus chirographum, cui pecunia soluta non fuerat, potuisset infra solum quinquennium per querelam numerationis non factæ agere contra creditorem, *l. in contractib. in princip. C. de non num. pec.* & ita annullare effectum obligationis chirographi, quo tempore elapso, non poterit vlterius debitor agere per viam querelæ. Deinde Imperatores in locum quinquennij disposuerunt ad fauorem creditorum breuius tempus, atque introduxerunt biennium, vt habetur *in d. l. contractibus.*

Sed hæc varia dispositio in diuersis temporibus
21 condita † non potuit obesse ecclesiis, neque ecclesiasticis: aut enim volumus dicere ex dilatione quinquennij fuisse quæsitum ius ecclesiasticis debitoribus, & in eorum præiudicium non potuit noua biennij dispositio introduci, vt in his terminis probat Socin. *in consil. 241. circa primam difficultatem, vers. confirmo hoc, vol. 2.* & ideo vt ipse dicit hodie ecclesiasticos posse opponere huiusmodi exceptionem infra quinquennium, ex dispositione iuris antiqui. Pro quo facit, quia noua
22 dispositio † auferens competentia ecclesiasticis de iure communi, dicitur contra libertatem ecclesiæ, vt pluries exarauimus in prima centuria. Aut volumus dicere nullum esse ius quæsitum ecclesiasticis, quod verius est, quia non ligantur legibus Imperialibus, *c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.* & ita remanebit sub dispositione iuris antiqui: certum est enim, quod si exceptio huiusmodi inuenta non fuisset, debitor chirographarius omni tempore potuisset opponere, *de non num. pec. l. generaliter, & auth. contra qui propriam, C. de non num. pec.* & per *totum titulum C. plus valere quod agitur, &c. & d. l. purè, §. fi. ff. de dol. exception.*

Imò contra dictum Socini *in d. cons. 241.* retentis eiusdem terminis sic argumentor: nam si ante inuentionem dictæ exceptionis quinquennij poterant ecclesiastici, sicut quilibet creditores chirographarij omni tempore opponere, vel exceptionem in factum, numerationis non factæ, vel doli exceptionem, vt dixi, sicut non potuit fieri præiudicium ecclesiasticis in quinquennio per biennium, vt dicit Socin. ita ego dico non potuit eisdem fieri præiudicium per introductionem exceptionis in quinquennio proponendæ, limitando tempus perpetuum, quod procedebat tam de æquitate, quàm retentis terminis antiquæ dispositionis iuris ciuilis. Neque obstat regula *c. 1. de noui oper. nuntiat.* quia vt dixi supra *in casu 19.* leges Imperatorũ non obseruantur contra ecclesiasticos, quando obuiãt principiis iuris canonici, & aliquo modo præiudicant iuri ecclesiastico. Quare concludamus ecclesiam atque ecclesiasticos omni tempore ex veris principiis iurisprudentiæ posse opponere huiusmodi non numeratæ pecuniæ exceptionem, in vtroque foro.

Quemodo autem hic casus ampliatur, etiam si exceptioni † huiusmodi renuntiatum esset, vide Fely. *in c.* 23 *si cautio, n. 48. de fide instrum.* Syntagma comm. opin. *in tomo 4. c. 10. vers. contrariam opinionem.* Costam *in d. l. si ex cautione.* Vasquium *de success. creat. li. 1. §. 10. num. 22. vers. contrariam sententiam.* etiam si iuramentum appositum sit, Vasquius *ibid. nu. 19.* etiam stante statuto, quod hæc exceptio opponi non possit, Costa *in d. l. si ex cautione, in 13. limitatione, C. de non num. pec.* & quod tale statutum laicorum non possit obesse ecclesiasticis, probatur ex omnibus casibus primæ centuriæ.

CASVS CLXII.

Iudicem secularem debere admittere exceptiones descendentes ex æquitate canonica.

SVMMARIA.

1 *Aequitas quot nominibus appelletur.*
2 *Aequitas data paritate præferenda est rigori.*
3 *Exceptiones omnes dantur de æquitate.*
4 *Iudex secularis debet admittere coram se omnes exceptiones descendentes ab æquitate canonica.*
5 *Aequitati non scriptæ an sit præferendus rigor scriptus.*
6 *Princeps solus æquitatem iuri scripto præferre potest.*
7 *Aequitatem non scriptam esse præstrendam iuri scripto.*
8 *Opinio quæ continet æquitatem præferenda est opinioni quæ continet rigorem.*
9 *Lex dicitur esse omne id quod consistit in naturali ratione.*
10 *Aequitas naturali ratione firmata habet eandem firmitatem, quam habet æquitas scripta.*
11 *Aequitas iuris canonici in quibus casibus amplexa est contra rigorem iuris ciuilis.*
12 C. cùm haberet, de eo qui dux. in matrimon. *obseruatur etiam in terris imperij.*

Aequitas † diuersis modis à plerisque appellatur, 1 ac diffinitur, Cyprianus æquitatem eam esse scribit, quæ misericordia est temperata, & alia eius descriptio refertur *in c. disciplina, & in c. qui emendat, distinct. 15.* Alibi æquitas intelligitur siue accipitur nomine benignitatis, aut benignæ interpretationis, vt *in l. pen. ff. de cond. & demonst. l. 2. ff. de lib. & posthum. l. ex hac scriptura, ff. de donation. l. proximè, ff. de his, quæ in testam. del. l. benignius, ff. de legib.* Interdum æquitas dicitur benigna opinio, qua interpretatione vsus est Vlpianus *in l. is qui suis nummis, §. si ab ignoto emptus, vers. siue autem exprimatur, ff. de manumiss.* ergo, inquit, etsi fortè quis seruum comparauerit suis nummis, ne eum manumittat, benigna est opinio dicentium hunc ad libertatem peruenire. Iacob. de Bellouis. quinque modis describit æquitatem, quod & Bald. facit *in c. 1. §. ad hoc, de pace iuram. firm.* Bart. aliter, & Alberi. ac Saly. *in l. 1. C. de legib.* atque Ant. de Butr. *in c. in literis, de restit. spoliat.*

Et data paritate æquitas † præferenda est rigori *vt. l.* 2 *placuit, C. de iudic. l. 1. C. de legib. l. fin. de transactionib. l. hac lege, C. de pactis conuentis.* in qua Imperator rescribit, proprias partes eorum, qui ciuitates legibus fundant, esse, vt æquitatem colant, eámq; præcipuo fauore in vsum fori deducant, *l. si quis à liberis, ff. de lib. agnos. l. si*

l.si à liberis,verf.si impubes filius.& §.si mater,l.ii.§.sio-mnes,ff.de ventr.inspic.l.inter tutores,ff.de administr.tut.l.quod dicitur,§.final.ff.de impens.in reb.dotal.fact.l.vtilium,ff.eod.tit.

3 Ex æquitate † autem,cuiusque natura descendunt, atque dantur omnes exceptiones, *l.qui æquitate,& in glo.ff.de doli mali except.*Bartol.*in l.si vnus,§.pactus ne peteret,ff.de pact.*Federic.de Sen.*in consil.*190.*casus est talis,quidam clericus.* Propterea concluserunt Docto-
4 res iudicem secularem † debere admittere coram se omnes exceptiones descendentes ex æquitate canonica, Ancharan. *in cons.5.in fin. vers. quia regula est.* Ruynus *in cons.*150.*nu.*13. *vers.quia exceptiones,volu.*4. Soc.iun.*in consil.*80.*n.*22.*volum.*3.Decian.*responso* 2.*n.*195.*vol.*1.& omnes mouentur per textum *in c.2.de exceptionib.lib.6.*

Et licet plurimi Dd. intellexerint hanc conclusionem,nisi adsit lex scripta, quo casu rigor scriptus præ-
5 latus † est æquitati non scriptæ,vt notat glossa,& Dd. *in l.placuit, C.de iudic.& in l.*1. *C. de legib.*per tex.*in l. prospexit,ff.qui,& à quib.*& est doctrina Alexand. *in l. cum prolatis,nu.*23.*in fi.ff. de re iudic.* solus enim Prin-
6 ceps † æquitatem iuri scripto anteferre potest,*d.l.*1.*ff. de legib.*Menoch.*de arbitrar.iudic.quæst.*13.*num.*15.Aut æquitas ipsa in iure scripta reperiatur,tunc enim hanc æquitatem iuris rigori etiam scripto præferendam arbitrantur, *d.l.placuit.& l.*1.*ff.de vsucapionib.& l.nam hoc natura,ff.de condict.indeb.*

Nihilominus rectè facturum iudicem arbitror,qui
7 æquitatem † non scriptam iuri scripto præferendam iusserit., quod dictum diffusè probat Sylua nuptialis *lib.*5.*num.*68.vbi videndum est. Item quia propter æquitatem licet à iuris regulis recedere, *l.si me & Titium,in fine,ff.si cert.pet.l.diuus,ff.de restit. in integr.l. quod si Ephesi, ff.de eo quod certo loc.&. & per Dd. in c. ex parte,in* 2.*de officio deleg.*quod de non scripta æquitate intelligendum est,aliàs allegationes essent de indubitabili. Item receptissima est Doctorum sententia,vbi lege caremus expressa , attendimúsque communem opinionem quæ nouam legé expresse creat,
8 eo casu opinio † sola , quæ æquitatem amplectitur, præferendam esse communi omnium opinioni , quæ rigorem continet,ita concludunt Purpuratus *in l. admonendi,num.*55.*ff.de iureiur.& in l.cum quid, num.*84. *ff.si cert.pet.*Bolognett.*in l.*1.*num.*43.*in* 5.*limitation.ff. si cert.pet.*Cephal.*in consil.*93.*numer.*6.*& in consil.*166. *num.*17.*& seq.*Gratus *in consil.*2.*rursus in causa.nu.*68. *volum.*1.Port.Imol.*in consil.* 42.*iuri & æquitati.num.*3. Marc.Mantua *consil.*121.*num.*3.*volum.*2.Mandos. *super regula Cancell.*29.*de subrogand.quæst.*10.*in fin.ver.& signatura.* Quorum sententiam intelligo de ea æquitate,quæ cum maxima ratione fundata est, ita dicit Bal. *in rubric.C.de constit.pec.& in consil.*99.*super primo,volum.*4.Roman.*in consil.*149.*conclusionem.*Paul.de Castro *in d.l.placuit.C.de iudic.*& scribunt glossa , Anto. de Butr.Imol.Felyn.& alij *in d.cap.ex parte,de offic.de-*
9 *leg.* quod enim in naturali † ratione consistit lex esse dicitur,*c.consuetudo. §. porro si ratione,distin.*1.quia ratio est anima legis , iuxta tradita per Bald. *in l. si quis seruo persuaserit,Cod.de furt.*quem sequitur Iaf.*in l.de quibus,n.*5.*ff. de legib.* & si habemus viuam rationem frustra quærimus legem , imo infirmitas est intellectus,*l.scire oportet,§.sufficit.ff.de excus.tut.*Bald.*in l.testium,n.*2.*in fin.ff.de testib.*Angel.*in cons.*275.*thema super quo consilium,n.*8.*vers.& eodem modo.*
10 Ex quo sequitur æquitatem † naturali ratione fundatam,eandem habere firmitatem , quam æquitatem iure scriptam , & propterea eam ipsam iuri scripto præferendam : quam conclusionem ita probauimus, vt ostenderemus iudicem secularem semper æquitatem iuris canonici naturali ratione fundatam, amplecti debere , etiam contra iuris ciuilis expressi rigorosi dispositione:quod & in aliquibus casib. † fuisse à Dd. 11
diffinitum legimus,vt in casu exceptionis non numeratæ pecuniæ , opponendæ post biennium, assumpto onere probandi veritatem probauimus in præcedenti casu. Item in casu præscriptionis cum mala fide,vt concludunt Dd.omnes *in cap.final.de præscript.* Item *in casu c.cum haberet de eo qui dux.in matrim.quam pol. per adult.* cuius dispositio licet sit cōtra expressam dispositionem iuris ciuilis *in auth.ex cōplexu,C.de incest. nupt.*nihilominus,quia dispositio *d.cap.*† *cum haberet,* 12
est fundata super ratione naturali, de æquitate obseruatur etiam in terris imperij , & sic contra expressum rigorem iuris ciuilis , ita probant Afflict. *in constitut. regni,incip.Quam plurimum,n.*24.Iaf. *in cons.*26. *nu.*13. *& seq.vol.*1.qui attestatur hanc esse commun.opinionem.Dec.*in cons.*611.*magnificus,num.*5. *& in c. Ecclesia sanctæ Mariæ,n.*30. *de constitutionib. & in c.clerici.num.*2.*de iud.*Ruyn.*in cons.*98.*visis dubiis,n.*2. *vol.*3. cum alijs per Rolādum *in cons.*74. *vol.*1. atque per Gabriel. *in tit.de alimentis,conclus.*1.*nu.*1. ex quibus clarè patet iudicem secularem debere admittere exceptionem ex æquitate canonica procedentem super naturali ratione fundatam , non solum ex probatione conclusionis generaliter,sed ex decisione atque inductione aliquorum casuum similium.

CASVS CLXIII.

Clericos cogi non posse ad dotandū sororē de fructibus beneficij per iudicē secularem , sed per ecclesiasticum, in quātum tenentur facere eleemosynam.

SVMMARIA.

1 *Fratrum quot sint species , & an eorum appellatione veniant carnales.*
2 *An veniant patrueles,& consobrini.*
3 *Frater quis teneatur dotare sororem pauperem.*
4 *Clericus an teneatur dotare sororem pauperem.*
5 *Clericum teneri ad dotandum sororem pauperem de fructibus beneficij,qui teneant.*
6 *Clericus potest dotare sororem inopem de fructibus ecclesiæ,de bona conscientia.*
7 *Clericus habens patrimonialia tenetur ad dotandum sororem pauperem.*
8 *Et per quem iudicem ad id cogi possit.*
9 *Fructus beneficiorū ecclesiæ,quomodo sint distribuēdi.*
10 *Ecclesiastici quomodo possint esse liberales in consanguineos suos.*
11 *Beneficia , an & quomodo sint conferenda proximioribus sanguine.*
12 *Clericus de fructibus pro eleemosyna distribuendis an possit cogi ad dotandum sororem.*
13 *Eleemosyna in casu necessitatis est de præcepto.*
14 *Pro eleemosyna obtinenda potest implorari officium iudicis.*
15 *Soror pauper agit contra clericum fratrem ad dotem super fructibus beneficiis per ipsum distribuendis pro eleemosyna.*

1 QVia fratrum † duæ ſunt ſpecies, alij carnales, alij
patrueles,& carnales ſunt ſiue ex eadẽ matre nati
ſint,ſiue ex eodem patre & matre, *l. Iuriſcõſultus, §. qui*
cognitionis, ff. de gradib. affinit. ſiue ex parte patris tan-
tum,vt §.1. *Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* & quia appella-
tio fratris intelligitur de fratre carnali, Bald. & Ioan.
Andr. *in c. licet. de officio legati.* Abb. & cæteri *in c. cau-*
ſam, de iudic. Socin. *in conſil. 1. volum. 1.* Alexand. *in cõſil.*
97. volu. 2. Benedict. *in c. Raynutius, in verſ. ſi abſque li-*
beris. in 2. n. 32. & ver. mortuo itaque teſtatore. n. 26.
2 Nec veniunt fratres † patrueles, ſeu conſobrini,
Bartol. *in l. Lucius, §. quæſitum. de legat. 3.* Alexand. *in l.*
ſi dotali, n. 4. ff. ſolut. matrim. Aretin. *in §. 1. col. 1. Inſtit. de*
legitim. agnat. ſucceſſ. & in §. quarto gradu. Inſtitut. de
gradib.
Ideo Bartol. *in l. cum plures, §. cum tutor. ff. de admini-*
3 *ſtrat. tut.* dicit fratrem vterinum † non teneri,ſed fra-
trem ex parte patris teneri dotare ſororẽ pauperem,
& iſta eſt communis opinio, de qua atteſtatur Socin.
iun. *in l. 1. numer. 199. ff. ſolut. matrim.* Ripa *num. 83.* Iaſ.
num. 29. Crot. *num. 42.* Bolognet. *numer. 128.* Doctores
omnes *in d. l. cum plures, in §. penult. & final. & in l. nõ*
omni, C. de adminiſtrat. tut. gloſſ. Bartol. Bald. & Ang.
in l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. deb. Bald. *in l. fina. C. de*
dot. promiſſ. & in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. &
in auth. niſi rogati, C. ad Trebell. & ſecundum hãc com-
munem eſt caſus deciſus Guid. Pap. *deciſ. 439. in fine.*
Teſſaur. *deciſ. 192. numer. 7.* Stephan. Aufrer. *in addi-*
tionib. ad Capell. Tholoſan. in deciſ. 290. num. 8. Afflict.
deciſ. 371. num. 3.
4 Propterea dubitant Doctores an clericus † tenea-
tur dotare ſororem carnalem pauperẽm, & ad id cogi
poſſit. Et quid ſi promiſerit, & coram quo iudice,
Anton. de Butr. *in c. peruenit. num. 2. de arbitr.* dicit, fra-
ter etiam clericus tenetur, & compelli poteſt ad do-
tandum ſororem indotatam, quæ non habet vnde
dotetur, per text. *in d. l. cum plures, §. penult. ff. de admi-*
niſtrat. tut. Abb. *in d. c. peruenit, in 2. not.* dicit, frater etiã
clericus tenetur dotare ſororem ſuam, ſi illa non ha-
bet vnde ſe dotet, hoc tamen dictũ non probatur hic,
tum quia hic non dicitur quod promiſit pro dote, tum
quia ipſe clericus non fuit hic compulſus, ſed ſponte
fecit, dictum tamen in ſe puto verum, Mandell. de
5 Alba *in conſ. 122.* conſuluit fratrem clericum † pro-
mittentem dotem pauperi ſorori, teneri, & ad id cogi
poſſe, vt de fructibus ſui beneficij, ſoluat etiam non
habita conſideratione ne egeat, ex *c. Odoardus, de ſolu.*
Iaſ. *in l. 1. nu. 29. verſ. adde quod frater etiam clericus, ff.*
ſolu. matrim. dicit, fratrem teneri dotare ſororem ino-
pem de redditibus eccleſiæ, & beneficiorum, Crotus
6 *ibid. num. 42. in fin.* dicit, clericus † poteſt dotare ſoro-
rem inopem, vel conſanguineam, de redditibus eccle-
ſiæ, de bona conſcientia, ſed Socin. iun. *ibid. nu. 200.* di-
cit, caue à dicto Iaſon. quia Abb. *in d. c. peruenit.* non
dicit fratrem clericum ad id teneri de redditibus ec-
cleſiæ, ſed ſolum dicit, quod cum bona conſcientia
poteſt, ſi velit, & ex eo non eſt inferendum quod te-
neatur, & ſic cogi poſſit, & hoc magis placet.
7 Ego arbitror diſtingui poſſe: Aut clericus † habet
patrimonialia, & teneri dotare ſororem carnalem
pauperem, prout demonſtrauimus hanc opinionem
amplecti communiter omnes ciuiliſtas, & in patri-
monialibus loquitur *d. c. peruenit.* ex quo colligit hoc
notabile Anton. de Butr. ſed ad hoc non poteſt cogi
8 per alium iudicem, † quàm proprium, & competentẽ,
ex regul. *c. clericum nullus, 11. q. 1. & tot. tit. de foro cõpet.*
& ſpecialiter ex regul. *c. cum ſit generale, de foro compet.*
& quicquid attentaretur in contrarium per iudicem
ſecularem, eſſet nullum.
Aut clericus caret patrimonialibus, habet tamen
redditus eccleſiæ, & beneficiorum, † quorum cum v- 9
nam partẽ teneatur dare pro eleemoſyna, *c. quoniam,*
19. q. 1. poteſt ex bona cõſcientia ſi vult dotare ſororẽ
pauperem. Hæc opinio fundatur ex dictis per D.
Thom. *in 2. 2. quæſt. 185. artic. 7. ad ſecundum,* vbi dicit,
cum bona Eccleſiarum non ſint expendenda ſolum
ad vſum pauperum, ſed etiam in alios vſus, ſi de eo,
quod vſui epiſcopi, vel alicuius clerici eſt deputatum,
velit aliquis ſibi ſubtrahere, & conſanguineis, † vel 10
aliis dare, non peccat, dummodo illud faciat mode-
ratè: vnde D. Ambroſ. *in lib. de offic.* dicit, hæc eſt ap-
probanda libertas, vt proximos ſeminis tui ne deſpi-
cias, ſi egere cognoſcas, non tamen, vt illos ditiores
fieri velis ex eo, quod tu potes conferre inopibus. I-
tem ex alio loco D. Thom. *in 2. 2. quæſt. 31. artic. 3.* vbi
probat magis eſſe benefaciendum † his, qui nobis ma- 11
gis coniuncti ſunt. Item tex. *in cap. non ſatis, diſtin. 86.*
vbi habetur, quod quis prius tenetur ſuis conſangui-
neis ſubuenire, quàm extraneis, & conſuluit Archar.
in conſil. 437. vbi quod ſunt laudandi executores teſta-
menti, qui in propinquos pauperes teſtatoris, vel de-
functi bona diſtribuunt. Item gloſſa *in cap. peruenit,*
1. quæſt. 3. dicit minus peccatum eſt dare cõſanguineis,
quàm extraneis, *c. non ſatis, diſt. 86.* & hæc eſt ordinata
charitas. Sed ego credo, quod propter affectionem in
largiendo conſanguineis, magis læditur eccleſia. Item
Abb. *in c. inquirendum, de pecul. cleric.* dicit quod Præ-
latus debet, imo tenetur de redditibus eccleſiæ com-
petens ſubſidium conferre ſuis conſanguineis, imo
potius tenetur ſuis, & amicis, quàm extraneis. Ex qui-
bus ſatis clarè patet, de illa portione, quam pro elee-
moſyna diſtribuere debet, vel quæ pro ſuo victu de-
ſeruit, poſſe cum bona conſcientia ſorori pauperi da-
re dotem.
Sed an reſpectu portionis pro eleemoſyna † diſtri- 12
buendæ, poſſit à ſorore cogi ad dotem præſtandam.
Quod videtur, quia Archidiacon. *in cap. ſicut. num. 10.*
diſt. 47. probat, quod eleemoſyna † in caſu neceſſita- 13
tis eſt de præcepto, per tex. *in c. paſce, & in c. non ſatis,*
diſt. 86. & probat Dec. *in c. paſtoralis, §. verum, col. 2. de*
appellat. Ripa *in tract. de peſte, in tit. de remedio præſer-*
uatiuo cõtra peſtem, nu. 96. & ſeq. Nam dicit Dominus
Eſaiæ *c. 58. Frange eſurienti panem tuum, & egenos educ*
in domum tuam, & carnem tuam ne deſpexeris. Et Lucæ
cap. 6. Eleemoſynam date, & rectè. Et rurſus *cap. 12. Ven-*
dite omnia quæ poſſidetis, & eleemoſynã date. Et habetur
in c. quia. 12. q. 1. & in c. decimas appello, in fin. 16. qu. 1. Et
quod eleemoſyna in caſu neceſſitatis ſit ſub præcepto,
probatur, quia proximi dilectio eſt in præcepto,
Matth. *cap. 22.* ergo omnia ſunt ſub præcepto ſine qui-
bus dilectio proximi nõ cõſeruatur, ſed ad dilectionẽ
proximi pertinet, vt ei non ſolum velimus bonum,
ſed vt operemur. Vnde Io. *cap. 1.* habetur: *Qui viderit*
fratrem ſuum neceſſitatẽ habere, & clauſerit viſcera ſua
ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo. Ergo eleemo-
ſyna tempore neceſſitatis eſt de præcepto. Propterea
credo, quod licet pro eleemoſyna † obtinenda, non 14
detur actio de iure, poterit tamen implorari officium
iudicis, vt dicit gloſſa notab. *in d. cap. ſicut. diſtinct. 47.*
& voluit Abb. *in c. 3. de furtis,* & ſic probat Conſtanti-
nus Rogerius *in tractatu de legis potentia, §. videamus,*
numer. 20. quod fortius procedit in ſorore, in qua ad-
eſt non

15 est non solum † debitum ex præcepto charitatis, sed
dispositione æquitatis canonicæ, sic firmatæ per canonistas. An autem si promiserit dotem, vt in casu
consi.122. Albæ, possit eo modo cogi, pro vt ipse consuluit, distingue, vt per Dominos de Rota *in decis.
vnica. de solutionib. in antiquis.*

CASVS CLXIV.

Communem opinionem Doctorum non esse attendendam, quando altera opinio contraria fauet potestati clauium, vel piæ causæ.

SVMMARIA.

1 *Communis opinio Doctorum non est attendenda quando altera fauet potestati clauium, & iurisdictioni ecclesiæ.*
2 *Communis opinio Doctorum non est attendenda, quādo altera fauet piæ causæ.*
3 *Communis opinio quælibet crescit & decrescit.*
4 *Opinionem communem non potuit primus Doctor fundare in præiudicium piæ causæ.*
5 *Doctor intelligitur secundum legem, quam allegat.*
6 *Communis opinio non potest plus operari, quàm lex imperialis.*
7 *Leges Principum de ecclesiasticis loquentes, non sunt obseruandæ.*
8 *Fauores piæ causæ an sint mutiplicandi in præiudicium tertij.*
9 *Relictum ad pias causas censetur relictum animæ ipsius testatoris.*

PLuries occurrit in præcedentibus resolutionibus
ostendere communem opinionem Doctorum esse falsam, sed videamus generaliter, an sit attendenda
in præiudicium iurisdictionis Ecclesiasticæ, idque expediamus per duos articulos.

1. Primus articulus est: Communis † opinio Doctorum non est attendenda, quando altera contraria opinio fauet potestati clauium, & iurisdictioni ecclesię,
hanc opinionem tenent Hostiens. & Io. Andr. *in c. rursus, qui clerici, vel vouentes.* Felyn. *in c.1.n.54. vers. quinto limita, de constitutionib.* Macagnanus Azognidus
in tractatu commun. opinion. lib.3.c.8.nu.5. cum aliis per
Anton. Mariam Coras. *in lib.2. commun. opin. casu 16. n.
85.* hanc opinionem fulciunt omnes rationes sequentis articuli.

2 Secundus articulus est: Cōmunis † opinio Doctorum non est attendenda, quando altera contraria fauet
piæ causæ, Hostiens. *in c.2. de cognation. spiritual. & ibi*
Abb. *nu.3. & cæteri Canonistæ.* Idem Ab. *in c. fina. n.3. de
re iudicata.* Zacchar. *in addition. ad* Abb. *in c.1. nu.15. de
constitut. in additione quæ incip. Limita finaliter.* Felyn.
*in d. cap.1. n.54. vers. tertio limita, de constitutionib. & in
rubric. de sponsalib. n.6. in 9. priuileg.* Ias. *in l.1. num.8. &
ibi* Socin. iun. *n.71. & seq. ff. solut. matri.* Purpurat. *in l. si
idem, §. si vna actio, n.13. ff. de iurisd. om. iud.* Ias. *in l. Gallus, §. quod si is, nu.14. vers. imo fortius opinio vnius, ff. de
lib. & posthum.* Andr. Barbat. *in consil.6. scriptū est præclarè, nu.2. vers. præmitto etiam, volum.1. & in cōs.40. ab
Ioue principium, num.11. vers. ex quo infertur. vol.3.* Curt.
iun. *in consil.55. super processu inquisitionis, nu.25. vers. sed
pondera an ista.* Dec. *in consi.501. in ciuitate Alexandriæ,
in fine.* Grammatic. *in consil. ciuil.50. n.46.* Rubeus Alexandrin. *inter consilia matrimonialia diuersorum, in
consi.73. num.9. & ibi* Thomemo. *in consi.62. nu.1. volum.1.* Zasius *in consi.3. num.22. vol.1.* Nicol. Boerius *in
consil.40. viso processu moto, num.89.* Marcus Mantua *in
consi.121. quamuis communis opinio, num.3. vol.2.* Corset.
in suis singular. in ver. opinio, in singulari, incip. Vbi Doctores, nu.2. Euerardus *in loco à contrario sensu, in fine,
vers. quando tamen singularis opinio.* Iacob. Nouell. *ad
regul.* Petri Duen. *in regul.7. gloss. opinio, in fine. num.8.*
Alphanus *in collect. iuris ciuilis ad l.1. ff. de officio quæstor. vers. nam opinio vnius,* & scripsi de hoc *in l.1. in
prin. num.12. & seq. ff. solut. matrim.* Et licet aliqui sentiant contrarium, tamen pro decisione huius articuli
adesse magis communem opinionem Doctorum, attestatur Anton. Maria Coras. *in lib.2. commun. opinion.
num.112. vers. & per ista.*

Et licet pro hoc articulo probando sufficeret attestari hanc esse magis communem opinionem contra
Doctores aliter sentientes, ex eadem eorum ratione, qua volunt defendere communem, quam tuendo
tutantur, quod in causis piis licitum est recedere à
communi: Tamen vt veritas magis muniatur, probo
nostram decisionem. Nam quælibet † communis, sicut 3
cætera res suum habuerunt principium, quo fit, vt vna opinio aliquando sit communis, aliquando contraria fiat magis communis, Ias. *in l. sciendum, num.33. post
princip. ff. de verb. obligat.* Purpuratus *in l. cum quid, nu.
33. ver. & videmus. ff. si cert. pet.* Socin. iun. *in consi.58. abunde, nu.70. vol.2.* Neuizan. *in sua sylua lib.5. nu.4. vers.
& sic contingit, & num.9. in princ.* Francis. Herculan.
in tract. de negatiua probanda, numer.302. prope finem.
Tunc argumentor, primus auctor illius commu. opin.
non potuit eius opinionem † firmare in præiudicium 4
causæ piæ, ex regula *c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut.* ergo neque potuerunt Doctores subsequētes, qui
regulariter † intelliguntur secundum Doctorem, 5
quem allegāt Bartol. *in l. non solum. §. liberationis. ff. de
liber. legata.* Alexan. *in consil.218. numer.4. volum.2.* Sed
circumscripto isto ordine Doctorum successiuo, & loquendo tantum de ipsa communi, inspecto præsenti
tēpore, quando iam est creata, & in esse deducta, probo quod neque sit attendenda in præiudicium piæ
causæ. Non enim plus potest operari communis † o- 6
pinio, quàm lex imperialis, quia ipsa habet vim legis,
Galiaul. *in l. centurio, num.201. ff. de vulgar.* vbi dixi de
hoc, Berous *in consi.* [illegible] *num.17. volum.2.* sed dispositū
est *in dict. cap. ecclesia sanctæ Mariæ.* leges † Principum 7
secularium non valere contra piam causam, vel ecclesiasticam libertatem, & propterea communiter tenent
ibidem leges Codicis & §. auth. specialem de ecclesiis,
vel ecclesiasticis facientes mentionem, nullius esse efficaciæ, etiam si ad beneficium ecclesiasticorum conditæ essent, dummodo per modum legis concessio facta esset, vt probat Alex *in consi.211. num.2. vol.2.* quia
licet ex beneficio ecclesiastici sentiant commoditatem, tamē hoc vertitur in præiudicium totius ordinis
& iurisdictionis ecclesiasticæ, vt habetur *in c. fin. de reb.
eccles. non alienand.* ergo tanto minus potuit præiudicare piæ causæ, vel ecclesiasticis omnibus ipsa Doctorum communis opinio, ab eis creata, qui condendæ legis potestatem non habuerunt, & multoties more auium volantium, ac se subsequentium, absque vlla
certa ratione creata fuit. Nec est verum, quod Corasius aduertebat *in d. lib.5. com. opin. n.112.* fauores † piæ 8
causæ non esse multiplicādos in præiudiciū tertij. Aut
enim loquimur de legis dispositione, aut hominis.

Primo

Primo modo semper interpretanda est in dubio ad fauoré piæ causæ, licet ex ea interpretatione aliquod sequatur alterius damnum, ex reg. *l. sunt personæ, ff. de relig. & sumptib. funer.* & notant omnes *in c. fin. de sent. & re iudic.* Secundo casu idem dicendum ex alia ratione, quia dispositio hominis ad pias causas fit sibimet: sicut dicimus, quod relictum † ad pias causas cēsetur relictum animæ testatoris principaliter, Abb. *in consil. 11. vers. non obstat. part. 1.* Socin. sen. *in l. quib. dieb. §. fin. n. 18. ff. de cond. & demonstr.* & ideo proficiunt remissioni peccatorum, *c. requisiuisti. de testam. c. animæ defunctorum, 13. qu. 1.* & magis præsumitur quod testator sibi, quàm aliis voluisset proficere, argum. *l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. & l. præses, C. de seruit. & aq.*

9

CASVS CLXV.

Iudicem secularem non posse sequestrare pecuniam depositam, vt filia monialis futura ingrediatur monasterium.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum regulariter est prohibitum.*
2 *Iudex laicus non potest sequestrare pecuniam depositam pro monachanda filia.*
3 *Iudex laicus non est competens supra sequestro in causa ecclesiastica.*
4 *Depositum pro laureando filio non potest sequestrari per fiscum.*
5 *Sequestrum fieri non potest de pecunia destinata solutioni.*
6 *Sequestrum fieri non potest nisi citatis interesse habentibus.*

1 Sequestratio † pecuniæ regulariter fieri nō potest, *l. 1. C. de prohibita sequestrat. pec.* nisi in casu *l. si fideiussor, §. fin. ff. qui satisd. cog. & l. senatus. ff. de offic. præsid. cum similib.* de quibus per Iacob. de Arena *in tract. de*
2 *sequestrationib. col. 1. & seq.* Sed an per iudicem † laicū possit sequestrari pecunia quæ deposita est pro monachanda filia in tali monasterio. Et negatiuè respondendum est: Primo, quia sequestrum permissum de iure fieri debet per iudicem competentem, Anchar. *in*
3 *consil. 42. num. 20. & num. 30.* & iudex laicus † non est competens in sequestro in causa ecclesiastica, vt probat Caroccius *in tractat. de sequestro, part. 3. qu. 7.* Sed prohibitum est iudicem secularem cognoscere de ipso actu monachationis, tanquam de re spirituali; ergo & de ipsa pecunia, per quam peruenitur ad actum monachationis. Hæc est ratio Borgnini Caualcani *in decis. 12. nu. 3. part. 5.* qua probauit, pecuniam depositam
4 † pro laureando filio, non posse sequestrari per fiscū, & ibi *num. 6.* dicit propter eandem rationem fuisse decisum, neque per iudicem laicum posse sequestrari pecuniam depositam pro monachanda filia. Itē quia pecunia deposita iam mutauit naturam: nam destinata
5 erat monachationi, quo casu destinatam † solutioni sequestrari non posse, docet Bartol. *in l. commodis, in fin. ff. de re iudic.* & in simili Roman. *in consil. 488. hæc sequestratio.* quem allegat Carroccius ad probandum quod sequestrum in re aliena fieri non potest, *in dict. tract. de sequestro part. 3. cap. 8.* & dicitur in aliena re factum, quotiescunque aliquis super ea habet notorium interesse, sicut habet monasterium super d. pecunia,
6 ideo citari debet, quia sequestrum † est executio, quæ fieri non potest, non citatis interesse habentib. ex reg. *l. in causæ, in prima, §. causæ, & ibi Bart. ff. de minor. & in l. de ætate, n. 5. ff. eod. tit.* Specul. *in tit. de primo & secundo decreto, §. nunc dicamus, nu. 1.* In hoc autem iudex secularis iurisdictione caret; ergo sequestrum procedere non potest, & si factum fuerit, nullum debet declarari, ne illius occasione filia deponentis impediatur ab actu monachationis, quod nulla potestate fieri potest.

CASVS CLXVI.

Iudex laicus in quibus est competens inter Iudæos, etiam si de causa spirituali agatur, & in quibus casibus est competens iudex ecclesiasticus.

SVMMARIA.

1 *Iudæi an in omnibus sint de iurisdictione laicorum.*
2 *Iudex secularis in quibus casibus est competens inter Iudæos in causis spiritualibus.*
3 *Iudæi an sint prohibiti facere vsuram cum Christianis.*
4 *Iudæi possunt contrahere matrimonium in omnibus casibus permissis de iure ciuili.*
5 *Iudex secularis non cognoscit inter Iudæos de causis fidei & religionis.*
6 *Princeps secularis non potest affidare Iudæos delinquentes in religionem Christianam in eius statu.*
7 *Iudæi vbi delinquunt in eorum propria religione iudicandi sunt per iudicem ecclesiasticum.*
8 *Papa punit Iudæos si quid faciunt contra eorum legē.*
9 *Iudæi in temporalibus semper subsunt iurisdictioni Principis secularis.*
10 *Statuta fundata in æquitate, non habent locum in Iudæis.*
11 *Iudæus factus Christianus potest puniri per iudicem laicum de furto antea commisso.*

Qvia nihil ad nos de his, qui foris sunt, *c. multi, 2. quæst. 1.* ergo ex quo ecclesia non curat de Iudeis, videtur, quod tota iurisdictio in eos † competat iudici seculari, siue in temporali, siue in spirituali agatur, in quibus solum iudicem secularem esse competentem, dixere Ancharan. post Hostiens. quem allegat *in c. ea quæ, in 6. quæst. de regul. iur. lib. 6.* Alexand. *in l. Titia, colum. 3. vers. vel secundo. ff. solut. matrim.* Maranta *de ordine iudic. parte 4. distinct. 11. num. 67.* Et ratio assignatur, quia censura legum respicit corpora, & ideo per laicos iudices cognoscendi sunt Iudęi, sed censura canonum respicit animas, qua soli fideles cognoscendi sunt: ergo per iudicem Ecclesiasticum non potest in Iudęos exerceri. Sed vt magis distinctè expediatur ista materia, declaremus per aliquos articulos. 1

Primus articulus est: Iudex secularis † est competens inter Iudęos in illis causis spiritualibus, in quibus ex dispositione iuris canonici relaxati sunt eius iurisdictioni, vt in causis vsurę, & videtur casus *in c. post miserabilem, de vsuris.* Nā licet aliqui teneant non esse prohibitos facere vsurā cum Christianis, † vt probat Gaspar de Pōte *in suo consil. post decis. 57. Thessauri.* Tamen contrarium est verius, vt latius per Royzium in *dec. 5. Lituaniæ, n. 266. & seq.* vbi quod verba Domini, *mutuum date, nihil inde sperantes,* obligāt etiā Iudæos. Itē in matrimoniis, quia Iudęi nō tenentur obseruare prohibitionem iuris canonici in eorum matrimoniis, *c. de infidelib. de consangui. & affinit.* & ibi Abb. *in 1. not.* Alberic. *in l. 1. C. de iudic. in prin.* & notatur per Abb. & alios 2 3

alios *in c. gaudemus, de diuortiis.* & ideo Iudæi possunt
4 contrahere † matrimonium in omnibus casibus permissis de iure ciuili, quia dicuntur viuere de iure communi Romanorum, *l. nemo Iudæorum, C. de Iudæis,* & possunt contrahere in casu *l. 2. C. de institut. & substitut. vbi* Dec. *num. 5.* & ibi vide.

5 Secundus articulus est: In causis fidei & † religionis Christianæ, iudex secularis non cognoscit inter Iudæos, sed solus ecclesiasticus & Inquisitor hæreticæ prauitatis, vt in casu quo Iudæi fauerent Christiano, vt pertransiret ad Iudaismũ, vel ipsi Iudæi facti Christiani, iterum redirent ad eorum perfidiam, aut etiam in similibus Christianam religionem deturpantibus, Ancharan. *in consil. 12. incip. Iudex spiritualis.* Felyn. *in c. 1. n. 38. vers. idem quando in opprobrium, de constitution.* Guid. Pap. *decis. 63.* & ibi Addentes alios allegant, & ad hoc est Bulla expressa Nicolai Pap. IV. quæ est posita in directorio Inquisitorum, *part. 2. post quæst. 44.* & ibi D. Pegna *in comment. 69.* probat hunc articulum cæteros Doctores allegando.

Ex quo infertur valde errare eos, qui putant, Iudæos delinquentes in religionem Christianam, pos-
6 se per Principem † secularem affidari in eius statu, & dominio, ex regula, quia confugientes ad ecclesiam sunt conseruandi, atque gaudent immunitate ecclesiarum, gloss. *in c. inter alia. de immunit. eccles. & ibi* Hostiens. Io. Andr. & Cardinal. *quæst. 3.* Tiraquell. *de primogen. quæst. 66.* Imol. post alios *in clem. 1. de pœnit. & remiss.* Summa Syluestrina *in ver. immunitas, in tertio, §. 3.* Marsil. *in l. vnic. C. de rapt. virgin. n. 114.* & hãc esse communem opinionem, attestatur Couar. *in lib. 2. variar. resolut. cap. 20. nu. 11. vers. 13.* Summa Confessorum *in titul. de immunit. eccles. quæst. 2.* Felyn. *in c. 2. colum. 2. de excep.* Hæc enim opinio est diabolica, & eius obseruantia est causa destructionis ciuitatum, & extinctionis dominij, & iurisdictionis, & Ferraria potest esse testis apud illos bonos Principes qui sciunt: Et in contrarium est verior opinio, quã firmarunt plurimi Dd. relati per Couar. *in d. c. 20. nu. 11.* qui probat non esse recedendum ab hac opinione, quam attestatur esse magis communem Farinac. *in quæst. 28. nu. 68.* Clarus etiam de magis communi *in §. final. quæst. 30. vers. præterea quæro.*

7 Tertius articulus est: Vbi Iudæi † delinquũt in eorum propria religione, cognoscendi, atque iudicandi sunt per iudicem Ecclesiasticum, nõ autem per secularem. Hanc opinionem firmauit Inno. *in c. quod super his, de voto.* & sequuti sunt ibi Io. Andr. *nu. 11.* Abb. *nu. 12.* Glossa *in ver. ab omnibus, in c. 1. de constitutionib. & ibi* Dec. & Felyn. *num. 38. vers. alius casus est.* Omnes enim præfati Doctores mouentur, ex quo Deus omnipotens fecit vnum pastorem, atque vnum ouile, vt habetur in Euangelio, & ita Iudæi, & cæteri infideles velint, nolint, sint de illo ouili, sic enim de omnibus interpretatur illud dictum Domini; *Pasce oues meas;* vt latius scripsi supra *in prima parte cap. 6.* necessario concludere oportet, vt & ipsi sub Pontificis ditione
8 existant. Et quod Papa † puniat Iudæos, si contra eorum legem faciunt, probant Innocent. & Io. Andr. *ibid.* & post multa allegant exemplum Gregorij Papæ, & Innocent. IV. qui mandarunt comburi librum, quem Iudæi vocant Talmuth, in quo multæ Iudæorum superstitiones continebantur, atque eos puniri, qui illas hæreses docuissent, aut audiuissent, vel obseruassent.

Quartus articulus est: Iudæi † in temporalib. semper subsunt iurisdictioni Principis secularis, vt *Cod. de Iudæis, & C. de Paganis, per totũ,* quæ loca allegat Abb. *in d. c. quod super his, num. 13. de voto,* & procedũt in tẽporalibus, in quibus poterant Imperatores leges condere, & quod Iudæi iudicandi sint de iure ciuili, latè scribunt Corn. *in consil. 114. num. 3. vol. 1.* Andr. Siculus *in consil. 65. vol. 3. & in consi. 13. & consi. 73. vol. 4.* Areti. *in consi. 188. incip. Copiosè, & subtiliter, in 2. dubio.* Quod est verum si continerent merum rigorem; nam statuta, † & leges, quæ fundata sunt in æquitate, non habẽt 10
locum in Iudæis, glossa fin. in fine, *in c. 2. de iudic.* quam Anton. ibi extollit, & Felyn. circa finem multa allegat. & ita consuluit Socin. *in consil. 62. in præsenti consultatione, vers. circa tertium, vol. 1.* Curt. *in c. final. de consuetudine, in 15. quæst.* Crot. *in repetitione l. si insulam, col. 2. vers. secundo infertur, ff. de verb. obligat.* & ibi latius per Annibal. de Canon. *col. 6. ver. & etiam ex præmissis.* Et quod Iudæus factus † Christianus possit à iudice 12
laico puniri de furto commisso antequam sacrum susciperet baptisma, probat Decius *in toto consil. 130.* quia sacrum baptisma abstulit omnem culpam, sed non pœnam delicti debitam in foro contentioso.

CASVS CLXVII.

Qui dat omnia bona sua monasterio, & ibi habitat cum religiosis, nõ mutato habitu, non est de foro ecclesiæ.

SVMMARIA.

1 *Viuens cum monachis in monasterio retinendo habitum secularem, non est de foro ecclesiæ.*

2 *Cohabitatio, aut conuersatio cum religiosis non aufert aliquem à iurisdictione secularium.*

3 *Bona viuentis secularis cum religiosis translata in monasterium facta sunt de foro ecclesiæ.*

Si quis omnia bona sua dederit monasterio, vt ibi pacificè, & magis quietè vitam duceret, † non mutando secularem habitum, cum fratribus vel mona- 1
chis religiosam vitam currit, is non est de foro ecclesiastico, sed coram seculari iudice conueniendus est, respectu personæ, ita dixit Innocent. *in c. vt priuilegium, §. 1. vers. non mutato habitu, de priuileg.* Hostiens. *in c. non dubium, de sentent. excommun. & ibi* Collectar. & Felyn. latè Guglielm. de Monte Laud. *in clemen. per literas, de præbend. lib. 6.* Andreas Barbat. *in d. cap. priuilegia. & in d. cap. non dubium.* Imola *in c. quod ante, in fi. de cleric. coniugat.* Capella Tholos. *in decis. 8. & ibi* Stephan. Aufrer. *in additionibus.* & ratio est, quia nihil interuenit, quod eum eximere debet à iurisdictione secularium; † neque cohabitatio, aut conuersatio 2
cum religiosis hunc effectum producit, Aufrer. ad Capell. Tholos. *in decis. 334.* talis enim æquiparatur secularibus, vt dicit Bald. *in authent. ingressi, vers. tertio quæro, C. de sacrosanct. eccles.* ideo neque gaudent priuilegio canonis, vt dicit Hostiens. *in d. c. non dubium,* sed hoc est verum respectu personæ, fallit autem respectu bonorum, † quę in monasterium translata sunt, & quę 3
mutata natura, priuilegio ecclesię gaudere debent, pro quibus monasterium, non is qui dedit, conueniendum esset; ergo in foro ecclesiastico.

CASVS

CASVS CLXVIII.

Doctores an habeant facultatem expellendi clericos de scholis iuris ciuilis & medicinæ.

SVMMARIA.

1 *Sapientes quo honore decorentur.*
2 *Clerici non possunt audire leges ciuiles, nec medicinam.*
3 *Doctores qui scienter docent religiosos leges, vel physicam, sunt excommunicati.*
4 *Doctores an habeant facultatem expellendi religiosos de scholis legis ciuilis, & medicinæ.*
5 *Verbum* retinere *quid denotet.*
6 *Clericus excommunicatus retinet priuilegium canonis.*
7 C.2.ne clerici vel monachi,lib.6.*declaratur.*
8 *Clerici audientes legem vel physicam an sint excommunicati ante tempus bimestre.*
9 *Lex noua disponens super vno de æquiparatis per legem antiquam comprehendit alterum.*
10 *Extensio canonis est permissa ad euitandam excommunicationem.*
11 *Clerici & religiosi quare sint prohibiti audire leges, & medicinam.*
12 *Dispositio noua quando comprehendat vtrumque æquiparatorum.*
13 C.2. ne clerici vel monachi, lib.6. *comprehendere etiam clericos.*
14 *Clerici possunt audire leges de licentia in scriptis concessa.*

LIcet scientia, à natura omnibus peroptata, nulli sit prohibita, & summa ratione in quolibet admirata, quia sapientes prosunt † reipublicæ Christianæ, &
1 ecclesiæ Dei, & ideo relucent inter homines, tanquam stellæ in firmamento, *c. super specula, de magistris, c. de quibusdam, dist. 37. auth. habita, C. ne filius pro patre, & in §. summa itaq; ope, in procem. Inst. c. 2. de priuileg. lib. 6.* & habetur in Concil. Trident. *sess. 5. cap. 1. de reformatione, iuxta fin. & in c. nisi cum pridem, de renuntiat.* habetur, quia tu scientiam repulisti, & ego te repellam.

2 Nihilominus Clericis † specialiter est prohibitũ, ne possint audire leges ciuiles & medicinam, *c. nõ magnopere, & c. final. ne clerici vel monach. c. 2. eod. tit. lib. 6.* quæ iura expressa, etsi sufficiant ad probandum, tamen ad vberiorem doctrinam citãtur Doctores, qui de hac materia scripsere, Innocent. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Abb. *in d. c. non magnopere, & in d. c. fin.* Io. Monach. Franch. & Geminian. *in d. c. 2. ne clerici vel monach. lib. 6.* Summa Angelica *in ver. excommunicatio. in septimo, in casu 6. & casu 7.* Archidiacon. *in c. non dicatis, 12. quæst. 1.* Diaz *in sua pract. criminal. cap. 59.* Io. de Selua *in tractat. de benefic. part. 3. q. 5. n. 18 & seq.* Alber. Trocius *in tractat. de vero & perfecto clerico, lib. 2. cap. 35.* Nauarr. *super d. c. non dicatis, n. 33. & seq.* Rebuff. *in pract. beneficial. tit. de dispensat. cum irregular. num. 27.* & latius aliis Episcop. Minorens. *in sua praxi episcopali, in parte 1. in ver. studium.*

3 Sed quia textus *in d. c. 2.* punit Doctores, † qui scienter doceant religiosos leges, vel physicam sub his verbis: *Doctores quoq; siue Magistri, qui religiosos habitu suo dimisso leges, vel physicã audientes scienter docere, aut in scholis suis præsumpserint retinere, simili eo ipso sint sententia innodati.* Ideo dubitatum est an ipsi Doctores habeant facultatem † expellendi religiosos ab audiendo lectionem legis ciuilis, vel physicæ, & partem affirmatiuam tenet gloss. *in d. c. 2. in ver. retinere.* ex quo notat officium Doctoris esse scholarem de scholis expellere, eandem opinionem probat Geminia. *in d. c. 2. in ver. Doctores.* Roman. *singular. 680. incip. Quãdo vniuersitas,* & ibi Nicol. Pign. in additionibus dicit, etiam si esset in sacris, illum afficiens, non incurrit excommunicationem, & ad hoc est text. *in c. veniens de sent. excommun.* vbi qui expulit monialem sacratam de ecclesia, non incurrit excommunicationem, quia turbabat diuina officia, & in casu proposito, si Doctor permittit illum audire, incurrit eandem excommunicationem; ergo per illum text. *in vers. si in scholis suis præsumpserint retinere,* videtur à summo Pontifice data facultas Doctori illum expellendi: semper enim diceretur retinere, quando non expelleret; & interpretatio glossæ ibi *in ver. retinere.* † quod ipse Doctore- xeat de scholis, est contra verba dicti versiculi; nam retinere in scholis, præsupponit ipsum Doctorem stare debere, atque legere, nec diceretur retinere, si exiret; nullo igitur alio modo verbum *retinere* potest verificari, nisi illum expellat, & sic licet clericus † excommunicatus nõ perdat priuilegium canonis: *si quis suadente,* per *c. si quis deinceps, 17. q. 4.* tamen Doctor actu legens in scholis videtur habilitatus ad eiiciendum eum clericum, qui vigore prohibitionis *d. c. 2.* excommunicationem incurrerit, & hæc opinio propriè videtur conuenire literæ d. text. Quam intelligo, dummodo per deiectionem prædictam, nulla fiat iniuria toti ordini clericorum, quam rationem considerauit Pontifex *in c. contigit, de sent. excom.* vt propterea excommunicationem incurrat, & ideo posset ipsa deiectio religiosi è scholis, fieri modestè, verbaliter, illum rogando vt exeat, allegando rationes, & protestando de excommunicatione Doctoris. 4 5 6

Sed quia hæc procedunt, solum quando religiosi per auditum legis, vel physicę excommunicationem incurrerent: Ideo videamus alterum articulum, quando dicantur incurrere: Et videtur distinguendum esse: aut enim loquimur de religiosis, & procedit dispositio *d. ca. 2.* † *ne clerici vel monachi, li. 6.* Aut de clericis, 7
& procedit dispositio *d. c. nõ magnopere. & d. c. super specula, eod. tit. in antiq.* ita distinguit Franch. *in d. c. 2. in §. Doctores, in 1. notab.* Et quando hæc opinio esset vera, videtur quod clerici † audientes leges, vel physicam 8
non essent excommunicati, nisi elapso tempore bimestri, iuxta dispositionem *d. c. non magnopere.* & interim neque eos peccare mortaliter, quia bimestre permittitur à iure; Et quicquid fit iure permittente pœnam non meretur, *c. qui peccat, 23. quæst. 4.* & ita firmat Episcop. Minorens. post alios *in sua praxi episcopali, in ver. studium, vers. ad quintum.*

Ego verò credo, dispositionem *d. c. 2.* comprehendere etiam clericos, & omnes personas ecclesiasticas comprehensas *in d. c. non magnopere, & in d. c. super specula*: siquidem clerici prędicti fuerunt cum religiosis *in d. c. super specula,* æquiparati, & pariter prohibiti ab auditione legis, & physicę, quibus similis pœna excommunicationis ipso facto imponitur; ergo dispositio *d. c.* tanquam noua comprehendit etiam clericos, probatur, quia† lex noua disponẽs super vno 9
de æquiparatis à lege antiqua, alterum æquiparatum comprehendit, presertim si lex noua disponat super eadem iuris antiqui dispositione, & ratio est secundum Ancharan. *in c. canonum statuta, de constitutionib.*

quia

quia virtus regulæ, cuius officium est, clauo rationis plures casus coniungere attribuit dispositionem vtrique æqualiter, §.*colligentes. in authent. de non eligend. sec.nub.* glossa communiter approbata *in l.si quis,Cod. de furt.* vbi quod illa lex pœnalis, & correctoria, loquens de seruo, trahitur ad filiumfamilias, idem not. *in l.sciendum.ff.qui satisd.cogan.* Bart.*in l.1.ff.ad l.Falcid.* Mathesilan.*in tract.de extensionib.column.2.*Doct. omnes *in auth.quas actiones, vbi* Ias.*nu.19.C.de sacros. eccles.*Crauetta *de antiquit.parte 4.num.100.*Ideò *in §. ex his,in auth.de hæred.ab intestat.* sicut remota est differentia agnatorum,& cognatorum in successione,ita remota est in tutela,propter æquiparationem,*Insti.de legit.patron.tut.* similis casus est *in l.si his.ff.de condit. & demonstrat.*

Quod multò fortius debet procedere in casu nostro, quia ex dispositione *d.c.2.* tractatur de euitanda
10 excommunicatione, † & propterea de salute animarum, propter quam licita est extensio,Bartol.& Ias.*in auth.sacramenta puberum, num.72.si aduers.vendit.*Io. Andr. *in c.de homicid.lib.6.* Couarru. *de sponsalib.in 2. parte cap.6. num.12.* Nec potest dari ratio diuersitatis inter prohibitionem vtrisque factam, clericis, videli-
11 cet,& religiosis. † nisi vna & eadem,vt vacent studio sacrarum literarum, & se non interponant in negotiis,& scientiis secularibus,vt considerat Albert.Trocius *in d.tract.de vero & perfecto clerico, in lib.2.cap.35.* quo casu ex identitate rationis non dicitur fieri extensio, sed alter æquiparatorum à lege antiqua dicitur esse comprehensus sub noua dispositione, Ioan. Andr.*in c.ex tenore,qui fil.sint legit.*Capyc.*in decis.155. num.22.& seq.*glo.*in extrauagant. vas electionis,in ver. prorogamus,de censib.* Nauarr.*in cap.1.§.laboret,num.14. de pœnitent.distin.7.* Et quando non potest dari ratio
12 diuersitatis, semper † dispositio vtrumque æquiparatorum comprehendit, gloss.*in cap.1.in ver.Italiæ,de tempor.ordin.lib.6.*gloss. *in ver.eligatur, in clem.1.de electione.* Gomes.*in regula de annali possessore,q.18.& in regula de subrogandis collitigant.q.2.* ex quibus conclu-
13 do nouam dispositionem *d.c.2.* † *ne cleric.vel monach. lib.6.* loquentem de religiosis, comprehendere etiam clericos, de quibus *in d.c. super specula,eod.tit.in antiquis.* in quo fuerunt vtrique æquiparati in specie circa eandem prohibitionem auditionis legis, & physicæ.

Et confirmari potest,quia dispositio *d.c.2.*loquens de religiosis,non est magis pœnalis respectu clericorum, quia & isti audiendo leges & physicam, ipso facto incurrebant excommunicationem per dispositionem *d.c.super specula.* vt ibi dixit Hostien.& Innocent. *in d.c.non magnopere, in fin.* qui affirmarunt esse factam innouationem per *dict.c.super specula.*quicquid ibi Abb. *numer.8.* dixerit in contrarium; ergo solum Pontifex voluit disponere *in d.cap.2.* ampliando pœnam excommunicationis in Doctore qui præsumpserit religiosos, & clericos in scholis retinere, audiendo leges & physicam. Ex quo infertur etiam infra bimestre, contrauenientes peccare mortaliter, esséque excommunicatos, sed cum de peccato vitando tractatur fauore animarum,dispositio loquens in vno casu alterum comprehendit,vt dixi. Propterea concludendum est tam religiosos, quàm cæteros clericos hodie audientes leges vel physicam,esse excommunicatos ipso facto,atque eos ipsos Doctores, qui legentes huiusmodi disciplinas præsumpserint in scholis
14 eosdem retinere, nisi præuia licentia † in scriptis concessa, & quando, & à quibus sit concedenda prædicta licentia,vide Nauarr.*in Manual.cap. 25. num.118.* Ioan.de Selua *in tractat. de benefic. parte 3. quæst. 42.in fin.*Summa Syluestrin.*in ver.beneficium in 3.numer.5.§. 2.*sacrum Concil.Tridentin. *sess. 7. cap. 12. de reformatione.*Gomes. *in tractatu de breuibus, num. 10. & plur. sequent.*

CASVS CLXIX.

Acta quæcunque facta coram iudice seculari contra clericum nullam fidem facere coram iudice ecclesiastico.

SVMMARIA.

1 *Acta facta in vno iudicio probant inter easdem personas in alio,& num.6.*

2 *Probationes factæ in vno iudicio, quando probent in alio.*

3 *Testes in vno iudicio,possunt produci in alio,& possunt iterum interrogari.*

4 *Acta facta in iudicio possessorio faciunt fidem in petitorio.*

5 *Confessio facta in vno iudicio quando probet in alio.*

7 *Iudex ecclesiasticus non tenetur iudicare cum processu facto per iudicem laicum.*

8 *Iudex ecclesiasticus debet iudicare de qualitate fundante iurisdictionem laicorum, sed non ex processu coram eis facto.*

9 *Exceptio rei iudicatæ coram laico, potest opponi coram ecclesiastico inter easdem personas.*

10 C.final.de exceptionib.lib.6.*declaratur.*

11 *Acta facta coram seculari non faciunt fidem coram ecclesiastico in diuerso modo agendi.*

12 *Acta facta in vno iudicio in quibus casibus non præiudicent in alio.*

13 *Acta prosunt vel nocent,cui potest prodesse,vel nocere sententia.*

14 *Sententia lata à iudice ecclesiastico parit rem iudicatam coram laico:*

15 *Pœna imposita per iudicem seculare an & quando impediat ne possit imponi per ecclesiasticũ,& econtra.*

Acta † facta in vno iudicio probant inter easdem personas in alio,*l.acta,ff.de re iud.l.cum lite mortua.ff.iudi.solui.l.1. C. de aduoc. diuers. iudi. l. cum antea,in fine,C.de arbitr.l.iubemus, C.de liber.caus.*& post alios quos allegat probat Ias. *in l.naturaliter, §.1.num. 106.ff.de acquir.possess.*Quod est verum de depositioni- 1
bus,& † attestationibus testium, Alex.post Bartol. *in l.eos,ff.de fals.*Bartol.& cæteri *in l.2.C.de eden.* Testes igitur in vno iudicio examinati faciunt fidem in alio inter easdem personas,vt probat Menoch. *in cons.366. num.14.& seq. volum. 4.* vbi hoc ampliat, & declarat, & *in consil.seq. num. 24.* erit tamen in electione ipsius contra quem producuntur, an velit stare illorum de- 2
positionibus, † an velit iterum interrogari, *l.cum apud,C.de testib.l. pen. §.fi.ff. de arbitr.* & declarat Abb. *in c.præsentata,per illum text.num.4.de testib.* Nisi sint mortui, quia tunc debet stari illorum attestationi- 3
bus,*d.l.iubemus,C.de lib.caus.*Cyn. *in l.2.num.secundo, C. de edendo,* & declarat Carauita super *Ritu 241. magnæ Curiæ Vicariæ.* Et quod acta † facta in iudicio possessorio faciant fidem in petitorio, probat Guido 4
Pap.*in decis.136.* Item quod confessio † facta in vno 5

 iudicio

iudicio probet in alio præsertim inter easdem personas, probat Guid. Pap. *in decis.253.* & quomodo hæc conclusio amplietur, limitetur, & declaretur, tam in iudiciis ciuilibus, quàm criminalibus, vide per Mascard. *in tract. de probat. conclus.33. & conclus.34.*

Sed quia istæ conclusiones videntur esse intelligen-
6 dæ, quando acta † sunt facta in iudicio valido; secus est si in iudicio nullo, vt declarat Cardinal. *in clem. constitutionem, in fin. de elect.* Ideò quantum pertinet ad materiam iurisdictionis, dubitari contingit, an acta facta contra clericum in iudicio secularium faciant fidem coram iudice ecclesiastico, ad quē clericus siue in ciuilibus siue in criminalibus remittitur cum toto processu. Qui casus declarari potest per duos articulos.

Primus articulus est: quando iurisdictio plenariè spectat ad iudicem ecclesiasticum, tunc iudex ec-
7 clesiasticus † non tenetur iudicare cum processu facto coram iudice seculari, vt notatur per Bart. & Dd. *in l. eos, §. super his, C. de appellat.* Clar. *in §. fin. quæst.36. vers. vltimo quæro.* quia ille processus non facit fidem coram iudice ecclesiastico, Iacob. Berretta *in cons.76. n.1. & seq.* Hugo Cels. *in consi.96. n.9.* Cagnol. *in l. cum quædam puella, §. quoties. nu.1. ff. de iurisd. om. iud.* Milus *in repertorio, in ver. Iudex ecclesiasticus cui fit remißio,* Valasch. *in decis.65. regni Lusitaniæ, per totam.* & de confessione clerici facta coram iudice seculari, ex qua nō debeat moueri iudex ecclesiasticus, scripsit supra *in*
8 *casu 139.* Item quod † iudex ecclesiasticus, qui debet cognoscere de qualitate fundante iurisdictionem iudicis laici, non debeat de ea iudicare ex processu facto coram eodem iudice seculari, sed nouissimè formare processum, scribit Caualcan. *in decis.21. nu.22. & plur. seq. part.5.* qui alios refert.

9 Secundus articulus est: exceptio † rei iudicatæ per iudicem secularem potest opponi coram iudice ecclesiastico inter easdem personas, si fuerit iudicatum in causa, in qua ipse secularis habuerit iurisdictionem, puta inter laicos, vel in aliis casib. suæ iurisdictionis,
10 & ita text. *in c. fin.* † *de exceptionib. lib.6.* intelligitur de sentētia valida, vt declarant Dec. *in c. at si clerici, n.14. de iud.* Rip. *n.3.* & alij, de quib. per Valasc. *in d. decis.65. nu.3.* Mil. *in repetorio in ver. iudex ecclesiasticus cui fit remißio, in fi.* vbi quod actis factis coram iudice seculari contra laicum adhibenda est fides coram ecclesiastico si de eodē agatur coram eo, vt notat Anton. de Butr. *in d. c. at si clerici, in princ. in ver. oppono quod coniunctus.*

Declaratur hic articulus, vt procedat quando esset idem modus agendi corā ecclesiastico, qui fuit adhibitus coram seculari: nam si esset diuersus, tunc acta
11 facta † coram seculari non facerent fidem coram ecclesiastico, Bartol. & Alex. *in l. Magistratib. ff. de iurisd. om. iudi.* & ita est communis opinio, vt attestatur Anton. de Burg. *in repetitione dict. c. at si clerici, num.42. de iudiciis.* (& sententia est de actis, *c. quoniam contra, de probationib.* ideò quæ dicuntur de actis valent de sen-
12 tentia) & dicunt Dd. quod acta facta † in vno iudicio non preiudicant in altero ad diuersum finem tendēnte, Bartol. & Ange. *in l.2. & ibi* Dec. *nu.62. C. de edend.* Bart. *in l. quod in diem. ff. de compensationib. & in l.1. C. de ord. cognit.* Fel. *in c. causam, in primo, n.4. de testib.*

Secundò declaratur, vt procedat, quando præcedens causa sic se habet ad secundam, vt sententia lata in vna pariat exceptionem rei iudicatæ in altera, *l. si duobus, §. colonus, ff. de iureiur. l. fundi. ff. de exceptio.* aliàs secus, *l. sed si ante, & l. praced. ff. de exceptionib.* & in isto casu loquuntur iura allegata per Bartol. *in l.2. ff. de vi bon. rapt.* & ratio desumitur ex regul. *l. sæpe, ff. de re iudic.* quod illi cui prodest, vel nocet sententia, † debent 13
prodesse, vel nocere acta, & ita tenent communiter Canonistæ *in d. c. causam, in primo, de testib.* & pro hoc vide Addentes ad Abbatem *in c. si clericus super, num. 15. de foro compet.* & ideò si in iudicio venditionis sum absolutus coram iudice seculari, non potes me conuenire coram iudice ecclesiastico ad obseruantiam iuramenti, quia licet sit diuersus modus agendi, tamen sententia iudicis secularis tendit ad idem; ergo pareret exceptionem rei iudicatæ coram ecclesiastrco, vt post Innocent. *in d. c. causam;* est decisum in Capella Tholos. *decis.199. & ibi latè per* Aufrerium *in additionib.* Sic econtra sententia † absolutoria lata à iudice ec- 14
clesiastico parit exceptionem rei iudicatæ coram seculari, Aretin. *in consil.58. diligenter consideratur, num.12. & in d. c. at si cleri, in princip. n. 24. de iudi.* imo iudex ecclesiasticus posset inhibere iudici seculari, etiam sub pœna excommunicationis, vt illam sententiam obseruet, vt expresè habetur *in d. cap. final. de exceptionib.* & ibi scribunt omnes Canonistæ de hoc.

Quando autē sumus in casibus mixti fori, in pœnis ponendis, de quibus scripsit Anchar. *in c. ea quæ. in 9. q. de regul. iur. lib.6.* quomodo pœna † imposita à iudice 15
præueniente non impediat alterum iudicem, quin possit alteram pœnam irrogare, siue canonica, siue legalis prius executa fuerit, scripsi sæpius supr. *in part.2.* cum egi de casib. mixtæ iurisdictionis. Sed an ex eisdem actis, vt hic disputamus, negatiuè respondeo, quia singuli iudices circa pœnæ impositionem tendunt ad diuersum finem; ergo & singuli debent noua acta conficere, vt dixi nuper.

CASVS CLXX.

Legatum ecclesiæ factū iure ciuili indebitum, si illi solutū fuerit, repeti non posse.

SVMMARIA.

1 *Legatum indebitè solutum ecclesiæ repeti non potest.*
2 *Legatum iure ciuili non debitum solutum ecclesiæ repeti non potest.*
3 §. final. Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu, *declaratur.*
4 *Solutum ecclesiæ, quod erat naturaliter debitum, iusta ratione retinetur.*
5 *Solutum ecclesiæ omnino indebitum, repeti non potest.*

COmmunis opinio generaliter receptum habet, vt quod ecclesiæ † indebitè solutum est, repeti 1
non potest, ex quacunque causa, de qua attestatur Gomes. *in §. ex maleficijs, nu.36. Institut. de actionib.* Ex qua ortum habuit altera specialiter, in casu de quo quærimus, communis opinio, vt legatum iure ciuili 2
non debitum, si ecclesiis, vel piis locis solutum fuerit, id repeti non possit, de qua attestatur Vasquius *de success. creation. in lib.3. §.21. num.6.* Habet hæc opinio textum expressum pro fundamento *in §. final.* † *Instit. de* 3
obligat. quæ ex quasi contract. in vers. Sed non omnibus legatarijs hoc prabuit, sed tātūmodo in his legatis, & fideicōmißis, quæ sacrosanctis ecclesiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis, vel pietatis intuitu honorantur, relicta sunt, &c. qui textus in hunc nostrum sensum intelligitur

ligitur ab Accursio ib. *in ver. legatarijs*, Aretin. *ibid. in 3. notab.* & hanc opinionem probat Roman. *in consil. 428. in terminis propositæ consultationis, numero decimo, & seq.* & probat Tiraquell. *in tract. de priuileg. piæ causa, priuileg. 125.* hanc etiam opinionem latè probauit Horatius Lucius *in tract. de priuileg. Scholarum. priuil. 21.* quod postea extendit ad scholares, vt eis solutum per errorem amplius repeti non possit.

Cuius §. *final.* inductio est, si à Titio herede instituto fuerint legata relicta ecclesiæ, atque soluta, is ea repetere non potest, siue iuri, siue facti errore soluerit, & inibi præsupponitur secundum multos Dd. fuisse naturaliter debitum, quia testamentum fuerat minus sollemne, & ita quod ecclesiæ naturaliter de-
4 bitum, † solutum est, iusta ratione retinetur, *l. 2. & l. si veritas, C. de fideicommiss. l. final. ff. de reb. eorum.* sed gl. *in l. cum quis, C. de iur. & fact. ignorant.* intelligit *d. §. final.* procedere, etiam si nullo iure esset debitum, habet autem hæc opinio maximum fundamentum, solu-
5 to † enim omnino indebito ecclesiæ & piis locis, non cessat coniectura pietatis, quæ impedit repetitionem, *l. cum his qui, §. si in ea, ff. de condict. indebit.* & hanc probat Aretin. *in d. §. fin. in fine.* Ex quo infertur non esse veram rationem Gomezij contrarium sentientis, *in d. §. ex maleficijs, num. 36. Institut. de act.* & Vasq. *in d. §. 21. num. 9.* dicentium omnino indebitum solutum ecclesiæ repeti posse, quia si id permittitur in quolibet priuato propter iniquitatem euitandam, multo magis dicendum est in ecclesiis, & piis locis. Hoc enim argumentum non procedit: nam in priuato non consideratur coniectura pietatis, quæ respectu ecclesiæ facit omnino cessare repetitionem.

CASVS CLXXI.

Ecclesiam posse cogere vicinos contiguos ad vendendũ prædia vrbana pro sui ampliatione, nullo adhibito iudicis arbitrio.

SVMMARIA.

1 *Vendere quare quis non cogatur inuitus.*
2 *Vendere an quis cogatur pro ecclesia ædificanda, aut amplianda.*
3 *Ecclesia, vel monasterium quando possunt cogere vicinum ad vendendum.*
4 *Ecclesiis fundatis magis fauetur, quàm de nouo ædificandis.*
5 L. si quis sepulcrum, ff. de relig. & sumptib. funer. *declaratur.*
6 *Vendere an quis cogatur pro scholis fabricandis.*
7 *Ecclesiæ potius fauendum est quam cuicumque alteri commodo publicæ vtilitatis.*
8 *Iudex secularis nullum habet arbitrium in præiudicium piæ causæ.*
9 *Arbitrium iudicis debet iure fundari.*
10 *Potestas secularis non potest derogare legibus factis ad fauorem religionis.*

1 NEmo inuitus cogitur † vendere, *l. nec emere, C. de iure delib. l. inuitum, C. de contra. empt. l. possessores, C. de fund. patrim. lib. 11. l. nemo exterus, Cod. de Iudæis.* Non enim debet esse in potestate alicuius, quasi ab initio per rapinam iniusto pretio comparare, vt dicit textus *in l. nec quasi, ff. de rei vindi.* & iniquum est res suas non iusto pretio vendere, *l. nec enim, ff. de action. rer. amot. l. in fundo, de rei vindic.* Sed quia communiter Doctores dixerunt hanc regulam limitari in casu *l. si quis sepulcrum,* † *ff. de religios. & sumptib. fune.* quam 2
intellexerunt etiam pro noua ecclesia ædificanda, aut ecclesia, vel monasterio ædificatis, ampliandis, & Couar. *in lib. 3. variar. resolut. c. 14. in fin.* conatur ostendere hanc communem opinionem intelligendam esse ad arbitrium iudicis. Ideo videamus per duos articulos, an ecclesia siue monasterium possint cogere vicinam ad vendendum iuxta iudicis arbitrium.

Primus articulus est: Ecclesia † vel monasterium 3
possunt cogere vicinum ad vendendum agrum, vel domum propriam ad constructionem, siue ampliationem ecclesiæ, vel monasterij. Hanc opinionem firmauit Angel. *in l. 1. in fin. ff. solut. matrim.* qui dicit ita fuisse iudicatum an sui fa...rem, Gughelin. de Cuneo vt ipse refert, *in l. decernimus, C. de episc. & cleric.* Bald. *in d. l. 1. ff. solut. matr.* Io. de Anan. *in c. apostolicæ, in princip. de donationib.* qui dicit hoc procedere non solum in ecclesia ædificata, sed etiam in ædificanda, quia magis fauetur ecclesiis † fundatis, quàm de nouo ædifi- 4
candis, Cepolla *in tract. de seruitut. vrban. præd. cap. 82. num. 5.* Vbi quod hæc opinio procedit non solum in ecclesiis ædificandis, sed etiam pro claustro, & domibus de nouo faciendis, aut aliquo alio necessario faciendo pro monasterio virorum vel monialium, & attestatur ita fuisse iudicatum in ciuitate Veronæ, Afflict. *in præludiis constitutionum regni, quæst. 3. nu. 10.* attestatur sic fuisse iudicatum, atque executum ad fauorem monasterij sancti Hieronymi de Neapoli. Eandem opinionem probant Fabian. de Monte in *tract. de emptione & venditione. quæst. 3. num. 38.* atque Couarru. *in d. cap. 14. n. 7.* vbi per sex rationes ostendit hanc esse veram opinionem de iure, & omnes Doctores mouentur per text. *in d. l. si quis sepulcrum.* † *de religios. & sumptib. fun.* 5

Qui textus habet, fauore religionis posse impetrari viam in re alterius eundi ad sepulcrum proprium, quo fauore publicæ vtilitatis, fuit interpretata *d. l. si quis sepulcrum.* etiam in similibus, vt quod quis possit cogi ad vẽdendum † pro scholis fabricandis, Florian. 6
in d. l. si quis sepulcrum, in princip. Doct. *in d. l. 1. ff. solut. matrim.* Item vasallus potest cogi ad præstãdum viam domino per sua prædia, vt firmat Andreas per *d. l. si quis sepulcrum, in c. 1. §. si quis de manso. in 3. not. de cõtrouers. inuestitut. & in c. 1. §. similiter, colum. 5. de capit. qui cur. vendid.* dixit *d. l. si quis sepulcrum.* habere locũ non solum fauore religionis, sed etiam publicæ vtilitatis, & scribit Afflict. *in decis. 265. num. 108. & sequ.* ergo tanto magis debet procedere fauore ecclesiæ, & monasterij, quia ecclesiæ † potius fauendum est, quàm 7
commodo alterius publicæ vtilitatis, vt probat Mynsing. *in consil. 81. num. 11.* vbi ait, ecclesiam posse propria viuaria commutare, nec teneri promouere commodum ciuitatis cum iactura propria.

Secundus articulus est: Iudicem secularem † nul- 8
lum habere arbitrium in proferenda sententia, moderando leges, vel canones, aut contra communes opiniones Doctorum pronunciando in præiudicium religionis. Arbitrium enim iudicis debet esse iuri cõsonũ, *c. nunc autem, vbi declarat* Præposit. *distinctio. 21.* Bellamera *decis. 452.* Nec potest aliter † arbitrari, 9
quàm iura, & scribentium auctoritas suadeat, Bellamera *in decis. 748.* Gabriel. *in consil. 36. n. 52. vol. 1. vers. hoc tamen arbitrium, & in consi. 74. nu. 8. vol. 1.* Gandin. *in titulo de quæstionib. & tormentis, num. 41. vers. nã secundum*

cundum iura. Marsi. *in practica criminal. in §. diligenter, numer.* 25. *& in singular.* 397. *incip. Arbitrium.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 9. *num.* 3. *& seq. & quæst.* 77. *nu.* 1. Matthæus Gribaldus *in* 1. *tomo Commun. opin. in suis regulis, in regula incip. Arbitrium iudicis.* Alberi. *in* 3. *parte statutorum, quæst.* 32. *item quæro, num.* 1. vbi quod licet iudex habeat arbitrium, tamen debet seruare ius commune: nam arbitrium, quod conceditur officialibus, debet semper reduci, atq; restringi ad ius commune, nisi quo ad modum procedendi & circa aliqua leuia, & ita dicit esse communem opinionem, quem citat, & sequitur Clar. *in §. final. qu.* 31. *vers. arbitrio.* & dicunt Cataldin. *in tractatu de syndicatu, quæst.* 109. & Amadeus *in eod. tractat. num.* 145. quod in casu contrarij tenentur iudices in syndicatu, & scribit de hoc Bertazolus *in consil.* 346. *num.* 2. *& consil.* 332. *num.* 7.
10 *vol.* 2. Sed derogare legibus, vel communi opinioni ad fauorem religionis, non est potestatis secularis, *cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit.* & ibi notatur per Dd. Quare nullo modo posset iudex secularis, iuxta opinionem Couar. in præsenti casu arbitrari, an possit vicinus cogi ad vendendum, consideratis circumstantiis, ad mouendum arbitrium, sed secundum prædictam Doctorum sententiam, & consuetudinem in Italia iudicandi, sententiam proferre.

CASVS CLXXII.

Ecclesiasticis vendentibus rem duobus, præferendum esse primum emptorem, licet secundo fuerit possessio tradita, & propterea *legem quoties, C. de rei vindic.* non habere locum in eis.

SVMMARIA.

1 L. quoties, C. de rei vindic. *non comprehendere ecclesiam, nec ecclesiasticos.*
2 *Vendens rem duobus tenetur pœna falsi, sed hodie non obseruatur.*
3 L. qui duobus, ff. de falsis, *non comprehendit ecclesiasticos.*
4 *Contrahentibus laicis licitum est se decipere.*
5 *Ecclesiasticis non licet fraudare aliquem in suis contractibus.*
6 L. quoties, C. de rei vendic. *esse reuocatam de iure canonico.*
7 *Lex dicitur omne, quod in ratione consistit.*
8 *Lex comprehendit omnes casus, in quibus est eadem ratio.*
9 C. cum autem, de iure patronatus, *habet locum etiam in temporalibus.*
10 C. 1. de noui operis nuntiat. *quando non procedit.*
11 *Legum correctio præsumitur in ecclesiasticis.*

1 SÆpissimè dubitatur apud iurisconsultos an dispositio *l.* † *quoties, C. de rei vindic.* comprehendat ecclesiam & ecclesiasticos, & partem negatiuam tanquam veriorem amplexi sunt Innocent. Hostiens. & Io. Andr. *in c. continebatur, de his quæ fiunt à prælat. sine consensu Cap.* Felyn. *in c. in præsentia, colum.* 2. *de testib.* Roman. *in repetitione auth. similiter, in* 12. *speciali piæ causæ, C. ad leg. Falcid. & in consil.* 70. *& consi.* 293. *incip. circa præmissam. colum. fin.* & vtrobique dicit hoc dictum esse notabile, atque communiter incognitum legistis, & Canonistis, Imola *in clem. cũ illusio, in* 1. *not. de renuntiat.* Alexand. *in consi.* 83. *colum.* 2. *volu.* 7. *& in Apostil. ad Bart. in d. l. quoties.* Marsil. *in l. qui duobus, n.* 3. *ff. de falsis.* Zannettin. *in tractat. de differentiis iuris ciuilis, & canonum, num.* 15. Ruyn. *in consil.* 76. *colum.* 2. *volum.* 5. Bertachinus *in suo repertorio, in ver. emptor primus*, & hanc esse communem opinionem attestatur, & probat Gozadinus *in consilio decimo quarto, numero* 14. *& seq.*

Habet hæc opinio certa fundamenta, si quidem circa venditionem, quæ fit duobus, dupliciter dispositum est de iure, in primis, vt venditor † teneatur pœ- 2
na falsi, *l.* † *qui duobus, ff. de falsis,* gloss. *in d. l. quoties.* 3
deinde, vt is præferatur, qui primus habuit possessionem, *d. l. quoties.* & licet pœna falsi hodie non imponatur secundum communem opinionem, de qua per Bursat. *in consil.* 100. *num.* 31. Clarus *in §. falsum, in verbo vendens*, & hoc procedere de generali consuetudine, attestatur Practica Papiẽs. *in forma libelli in actione hypothecaria, in ver. sub eadem.* tamen Doctores non possunt attestari de generali consuetudine totius ditionis Imperialis: ergo alicubi obseruatur, sed falsum est dicere ecclesiam, & ecclesiasticos comprehendi sub dispositione *d. l. qui duobus*, ergo idem asseuerandum est de dispositione *d. l. quoties.* non enim maior ratio potest reddi de vna, quàm de altera & in vtraque adsunt eædem rationes. Imprimis defectus potestatis, *c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutionib.* & dixi supra in prima centuria. Item quia etsi laicis † liceat adinui- 4
cem se decipere, *l. quemadmodum, §. item si in pretio, ff. locati, l. in causæ, in secunda, §. penult. ff. de minorib.* tamen hoc non licet ecclesiasticis personis se ad inuicem decipere, vt dicit gloss. *in c. hoc ius porrectum,* 10. *quæst.* 2. quam sequuntur Anton. de Butr. & Abb. *in c. in ciuitate de vsuris*, & ecclesia non dicitur adhibere fraudem in suis contractibus, *capit. per tuas. de donationib.* quia debet esse tutrix & auctrix iustitiæ, *c.* 1. *§. licet diuersum, de alienat. feudi.* Cum igitur prohibitum sit ecclesiasticis † fraudare aliquem in suis contractibus, 5
idque ex dispositione iuris canonici, non possumus dicere secundum emptorem ab ecclesiasticis, cui possessio tradita fuerit, præferendum esse ex dispositione *d. l. quoties.* quia sic admitteremus posse primo emptori fieri fraudem ab ecclesiasticis, & ita non minus includi sub dispositione *d. l. quoties.* quàm sub dispositione *d. l. duobus.*

Quod autem contra dispositionem *d. l.* † *quoties.* sit 6
dispositum de iure canonico, allegatur text. *in cap. cum autem, de iure patronat.* vbi dicit Pontifex, licet permissum sit patrono laico plures præsentare, & ille præfertur, qui prius habuit possessionem, tamen si ecclesiastici fuerint patroni, qui primo præsentatus est potior est in iure, cum in personis ecclesiasticis variatio sit abominabilis, & improbata, *d. clemen. illusio, de renuntiat.* Vnde licet *d. cap. cum autem*, loquatur in præsentatione beneficij, & sic de spiritualibus; tamen eius ratio generalis est ad temporalia, dum dicitur, cum in personis ecclesiasticis variatio sit abominabilis. Lex † enim dicitur omne, quod in ratione 7
consistit, *cap. consuetudo, distinction.* 1. ergo vbi ratio legis habet locum, dicitur esse lex, Calderinus *in consilio primo, sub titulo de regularibus.* ratio, inquit, dicitur lex communis ad omnes casus, ideo non inquiritur dispositio, an in ea sit idem casus, vel non, sed ratio tantum desideratur, Ioan. de Anan. *inter consilia Castrens.* 261. *ad finem, volum.* 2. dicit, vbi est eadem ratio, † & omnimoda similitu- 8
do, non dicitur lex extendi; sed ille casus sub

eiusdem legis dispositione includi, *glos. in c. 1. de temp. ordinat. lib. 6.* Bald. *in cap. dilectus, col. 1. de rescript.* dicit, sicut statutum disponit in his, in quibus expressè loquitur, ita ratio statuti pariter dispositionem inducit, & *in l. de quibus, ff. de legib.* dicit, vbi est eadem ratio, decidit omnes illos casus non per extensionem, imò sicut genus comprehendit species, ita expresso vno casu, veniunt omnes, in quibus viget eadem ratio, quod dictum sequitur Castrens. *in consil. 441. pro declaratione, colum. penult. ad finem, volum. 1.* & Ias. *in l. à Titio, in 7. not. ff. de verb. obligat. & in consi. 141. colum. 5. circa medium, vol. 2. & in consi. 63. colum. 4. vol. 3.* Quare cùm ratio *d. c. cùm autem, de iure patronat.* sit generalis etiam ad variationem quæ fieret respectu temporalium, dicitur & ipsa dispositio esse generalis ad hoc, quia ipsa ratio regulat, & ampliat dictum, Bartol. *in l. pater, §. fundum, de legat. 3.* textus *in l. cùm pater, §. dulcissimis, de legat. 2. & in l. hæc actio. ff. de calumniator.* & scribit Peregrin. *in tractat. de fideicommiss. artic. 14. num. 22.*

Ex quibus infertur non esse veram opinionē eorū Iurisconsultorum, qui more medicorum satagebant medicari contrarietati Doctorum, distinguentium hanc opinionem, quā nos sequimur post grauissimos Doctores, procedere in spiritualib. & beneficialibus; secus esse dicēdum in temporalib. in quibus ecclesiasticis vēdentibus præfertur is, qui prius possessionem adeptus est, prout affirmabat altera opinio, quam amplexi fuerunt Ant. de Butr. Anchar. Abb. & Imol. *in d. c. continebatur.* & alij Dd. relati per Anton. Gabriel. *in suis comm. conclus. in tit. de emptione, & vendit. conclus. 2. num. 34. vers. contrariam.* & hanc distinctionem esse communiter receptam, post multos Doctores relatos, attestatur Couar. *in lib. 2. var. resol. c. 19. nu. 4.* & eodem modo putat concordare opiniones contrarias Gabriel. *in d. conclus. 2. nu. 35.*

9 Ostendimus enim ex ratione *d. c. cùm autem.* † nostram opinionem procedere etiam in temporalibus, & Doctores, qui contrariam sectantur sententiam, rationibus pro ecclesiasticis non respondere, neque posse. Econtra verò rationes, quibus ipsi mouentur non
10 subsistere, quia regula *c. 1.* † *de noui oper. nuntiat.* non procedit, quando lex imperialis resistit principiis iuris canonici, vt dixi supra *in casu* 19. & iam est probatum *d. l. quoties,* resistere dispositioni *d. cap. cùm autem.*
11 Item dicere quod legum † correctio est euitanda, non procedit ad euitandum peccatum, cui fugiendo semper ius canonicum incumbit, & ad euitandum peccatum, lex ciuilis præsumi debet correcta, satis enim peccarent ecclesiastici primum emptorem decipiendo, ac vendendo alteri. Imò non est correctio, sed limitatio in ecclesiasticis, in quibus non militat ratio *d. l. quoties.* & probat Gozadin. *in d. consi. 14. nu. 15.* sicut ipsa *l. quoties.* limitatur in plurimis aliis casibus, de quibus per Dec. *in l. contractus, ff. de regul. iur.* Marsil. *in d. l. qui duobus, ff. de falsis.* limitat in 16. casibus. Gabriel. *in d. conclus. 2.* limitat in 12. & etiam per Ias. *in d. l. quoties.*

CASVS CLXXIII.

Iudicem seculare̅, coram quo litigat clericus actor, non posse transmittere acta alicui Doctori laico, ad consilium sapientis, in præiudicium clerici.

SVMMARIA.

1 *Iudex quilibet potest transmittere causam ad consilium sapientis.*
2 *Iudex secularis non potest transmittere causam clerici ad consilium sapientis, non ad petitionem partis.*
3 *Iudex non potest se leuare onere iudicandi.*
4 *Citari debet pars in vnoquoque actu præiudiciali.*
5 *Causa transmissa ad consilium sapientis fit præiudicium parti.*
6 *Consilium sapientis aliquando plus emitur, quàm sit valor causæ.*
7 *Causa an sit transmittenda ad consiliū sapientis sumptibus iudicis vel partium.*
8 *Iudex potest non sequi consilium sapientis.*
9 *Citatio partium quare debeat fieri, antequam causa transmittatur ad consilium sapientis.*
10 *Causæ pupillorum, & viduarum non possunt à iudicibus delegari.*
11 *Oneribus duplicibus nullus debet prægrauari.*
12 *Expensæ litis debent solui à petente actum fieri.*
13 *Salarium sapientis pro consilio habendo an debeat solui ab vna parte petente, an à duabus.*
14 *Statutum vt causa transmittatur ad consilium sapientis non comprehendit ecclesiasticos.*
15 *Consuetudo, vel statutum transmittendi causam ad consilium sapientis est odiosum.*
16 *Consuetudo transmittendi causam ecclesiasticam ad consilium sapientis non valet.*
17 *Appellari non potest quando causa transmittenda esset ad consilium sapientis, pronunciatur, contrarium num. 20.*
18 *Appellatio denegatur ab iis, quæ iudicis conscientiæ relinquuntur.*
19 *Recursus habetur ad superiorem, quando pronunciatur causam esse remittendam ad consilium sapientis.*
21 *Et quando possit haberi recursus ad ecclesiasticum.*

QVilibet iudex † causam ad iurisdictionem suam pertinentem, potest transmittere decidēdam ad consilium sapientis, gloss. *in l. 2. ver. deliberatione, C. de sent. ex peric. recit. & ibi* Bald. *nu. 7. & seq.* Angel. *nu. 2.* Addentes ad Bart. *in tract. de consilio habendo, n. 6.* Bald. *in l. 3. vers. per ista determinatur talis quæstio, C. de adulter. & in l. non sine, in princ. in 2. not. C. de bon. quæ liber.* Dec. *in c. si pro debilitate, n. 17. de offi. deleg. & in c. vt debilitas, nu. 17. de appellat. & ibi* Franch. *nu. 43.* Abbas *in c. ad nostram, de consuetud.* Bald. *in c. quia propter, num. 20. de electio.* Pacius Schala *in tractat. de consi. sapient. lib. 1. c. 21.* & hanc esse communem opinionem attestatur Alber. de Ramponib. ad Bart. *in tractat. de consilio habendo.* Idem dubitatur, an clerico actore litem habente contra laicum in iudicio secularium, possit eorum causa transmitti ad consilium sapientis, quam dubitationem ad maiorem intelligentiam expedio per tres articulos. 1

Primus articulus est: Iudicem † secularem, ex sui officio, motum ex propria voluntate, non ad petitionem partis, non posse transmittere causam clerici ad consilium sapientis: Onus enim iudicandi pertinet ad ipsum iudicem, quo † se leuare non est permissum, gl. *in c. intimasti, de appellationib. & ibi* Abb. Dec. & Philip. Franchus, Bald. *in l. quæ ex relationib. nu. 3. vers. temeraria relatio est, C. de legib. & in l. 1. num. 2. vers. item exigitur & quintum, C. de relationib.* Pac. Schala *in trac. de consi. sapient. lib. 1. cap. 21. circa fin.* Vnde si commit- 2 3

tenda esset alicui sapienti, vt referret, tractaretur de præiudicio ipsarum partium, vt probabo, & ideo es-
4 sent citandæ partes, sicut citari † debent in omni actu, ex quo præiudiciũ eis generari possit, *l. de vnoquoque, ff. de re iudi. l. fin. C. si per vim vel alio modo, c. inter quatuor, & ibi Felyn. de maiorit. & obedient. cap. cum ex literis, de restitut. in integr. clemen. pastoralis. de re iudi.* Tiraquell. *in tract. res inter alios acta, in princ.*

5 Et quod per transmissionem † causæ ad consilium sapientis dicatur inferri præiudicium partibus, probatur multipliciter. Primò quia causa transmittenda est ad consilium sapientis sumptibus vtriusque partis, Bartol. *in l. si postulauerit, in princip. nu. 2. ff. de adulter.* Bald. *in l. 3. vers. per ista determinatur talis quæstio. C. eod. tit.* Pacius Schala *in d. tractat. de consil. sapient. lib. 3. c. 11.* Ioan. Andr. *in titul. de requisitione consi. in vers. salarium, in additionib. ad Speculator.* Albert. de Ramponib. *in tractat. de consil. sapient. quæst. 18.* Bartol. *in dict. tractat. de consilio habendo, quæst. 10. numer. decimo nono.*
6 Et aliquando † posse plus expendi in prædicto consilio habendo, quam sit valor causæ, vel litis, quo casu licet secundum vnam opinionem ipsa causa transmitti non possit, argument. *l. mediterraneæ, & ibi Bartol. & Ioan. de Platea, Cod. de annon. & tribut. lib. 10.* de quo per Monticul. *in tractat. de inuentar. cap. 6. num. 38.* & Phanucc. *in tractat. de in litem iurando, parte 2. §. secundum membrum, numero quadragesimo quarto,* & secundum alteram opinionem suis sumptibus propriis
7 debet iudex causam † ipsam transmittere ad sapientem, de qua per Ioan. Grass. *in arbor. iudi. quæstion. 40. numer. 20.* Schala *in d. tractat. lib. 3. cap. 11.* & scribit Cagnol. *in l. diem functo, numero trigesimo tertio. ff. de offic. assessor.* dum vult, quando iudex nullo litigatore petente, causam ipsam transmittere vult ad consilium sapientis, suis propriis sumptibus hoc facere debet, tamen saltem in casibus, in quibus concludunt Doct. partium sumptibus esse transmittendam, fieret ipsis præiudicium. Item grauarentur nouis expensis aduocatorum circa informationem sapienti faciendam, quæ prius ipsi iudici facta fuerit, imò plus onerarentur in tempore, quod fortè frustrà consumeretur circa instructionem, & relationem prædictam, quia
8 posset ipse iudex † postea non sequi consilium illius, & aliam sententiam etiam consilio non conformem proferre, Specul. *in tit. de requisitione consil. vers. quid si iudex.* Paris de Put. *in tract. de syndic. ver. iudices, n. 9.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 23. num. 5. & nu. 11.* Schala *in tractat. de consilio sapient. lib. 1. cap. 20.* item ipsæ partes ante transmissionem prædictam debent
9 citari, vt † declarent quos sapientes habent suspectos, ne ad illos transmittatur causa, qui vtrique parti, vel alteri tantùm suspecti sint, Specul. *in titul. de requisit. consil. num. 3.* Albert. de Rampon. *in d. tractat. de consil. habend. colum. 1.* Bartol. *in eod. tractat. num. 2.* Schala *in eodem tractat. lib. 3. cap. 2.* Cagnol. *in l. consilij, num. 14. ff. de regul. iur.* Io. Baptist. A sin. *in sua practic. §. 25. num. 15.* Sed istæ citationes, onera, & præiudicia sunt extra causam principalem, quia ad exonerationem iudicis agitata: ergo per singularem non possunt inferri cle-
10 rico coram se litiganti: sicut in simili, causæ † pupillorum, & viduarum, quæ à iudicibus terminandæ sunt, delegari non possunt, *l. 1. ff. de offic. eius.* & sicut satis æqua est opinio, vt causa miserabilium personarum ad sapientis consilium nullo modo trãsmittatur, ne miserabiles ob paupertatem superfluis sumptibus prægrauentur, quicquid dixerit Pac. Schala *in d. tract. lib. 2. c. 6.* eadem ratione æquissima debet videri in ecclesiasticis, tanto magis quia nullus debet duplicibus oneribus † prægrauari, *l. nauis, §. quid ergo. ff. ad l. Rhod. de iact. l. Titia. §. qui inuita, de legat. 2. l. priuatæ, C. de excusat. muner. lib. 10. l. fin. C. de fund. limitroph. l. 2. C. de collat. fund. patrimon. lib. 11. gloss. in l. honorem. ff. de muner. & honor.* Io. de Plat. *in l. 1. num. 5. arg. illius text. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10.* 11

Secundus articulus est: quando laicus conuentus peteret causam remittendam esse ad consilium sapientis, tunc attẽta sola dispositione iuris communis, nullo modo esset transmittenda, recusante clerico actore, propter easdem rationes præiudicij. Nec obstat, quod tali casu ipse reus † id petens debet facere expensas, Bartol. *in l. si postulauerit. numer. 2. ff. de adul.* Bald. *in d. l. 3. vers. per ista determinatur talis quæstio, C. eod. tit.* Dec. *in l. consilium. num. 6. ff. de offic. assessor.* Cagnol. *in l. diem functo, num. 30. ff. eod. tit.* Schala *in dict. tractat. lib. 3. cap. 11.* Menoch. *de arbitrar. casu 228. num. 22.* Ioan. Andr. ad Specul. *in tit. de requisition. consi. vers. qui petit consilium.* Lanfranch. *in cap. quoniam contra, in ver. interlocutoria, num. 25. de probationib.* Quæ opinio vera est, quando transmissio † fieret ad vtilitatem petentis tantùm, vt puta quia iudex petenti fuerit suspectus, vel quia ad fauorem alterius partis sentiret, tunc enim solius petentis expensis fieri debet, Specul. *in tit. de assessoribus, §. salarium, num. 4.* Bart. *in d. l. si postulauerit, in princ. num. 2. ff. de adulter.* Dec. *in l. in consilium, num. 5. ff. de offic. assessor.* Cagnol. *in d. l. diem functo, nu. 30. & seq. ff. eod. tit.* & præter hos casus, quod expensæ debeant fieri communiter ab vtraque parte, tenent Specul. *in titul. de salar. iudic. numero 2. circa finem. & ibi Addent.* Gemian. *in cap. statutum §. assessorem, circa finem, de rescript. lib. 6.* & quando cessaret hoc præiudicium non cessarent alia multa scripta in præcedenti articulo. 12 13

Si verò extaret statutum vel consuetudo transmittendi causam ad consilium sapientis ad simplicem alterius partis petitionem, tunc hoc statutum † non includere ecclesiasticos, satis credi potest ex scriptis à nobis in tota prima centuria, ex defectu potestatis, ex regul. *cap. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut. & c. fina. de reb. eccles. non alienand.* ex cuius impotentia, præsumitur voluntas, sic dixi in simili de statuto compromittendi causam inter coniunctos, quod nullo modo habeat locum in clericis, supra *in casu 40.* quicquid dixerit Pac. Schala *in dict. tractatu de consil. sapient. lib. 2. cap. 13.* Item quia consuetudo, vel † statutum huiusmodi est odiosum cum abhorreat à iuris communis dispositione, Bald. *in l. 1. in 1. opposit. C. quando Imper. inter vid. & pupill.* Ias. *in l. si quis in suo. ff. de inoffic. testam.* & probat Schala *in d. tractat. lib. 1. cap. 24. & cap. 25.* & odiosa extendi non debent ad ecclesiasticos, satis superque probatum est supra, & pluries. Denique, quia iure canonico specialiter est hic articulus dispositus *in c. ad nostram, de consuetud.* non valere consuetudinẽ transmittendi † ad cõsilium sapientis in causis ecclesiasticis, quem text. licet aliqui Canonistæ intelligant, quando transmitterentur ad literatos & illiteratos sapientes, & insipientes, inde inferunt à contrario sensu posse transmitti ad consiliũ sapientis duntaxat: Tamẽ contrariũ probat Spec. *in tit. de requisit. consilij. §. 1. versi vero.* vbi malã & reprobabilẽ iudicat consuetudinẽ, quæ in tota Italia viget, vt sapientes eligãtur, qui examinent acta iudicij, vt secundùm eorum dictum iudex pronunciet, & mouetur tum auctoritate summi Ponti- 14 15 16

Pontificis, *in d. c. ad noſtram.* tum quia multa ab ipſis
conſultoribus contra conuenientiam committi poſ-
ſunt, & ibi Io. Andr. in additionib. citat opinionem
Lamberti, & dicit Roman. *in conſ.228. n.14. verſ. quini-
mo.* quod nec valet talis conſuetudo, vt in cæteris cau-
ſis piis, conſilium alterius habeatur ex *d. c. ad noſtram.*
& hic videtur germanus ſenſus illius textus, vt *verſ. il-
literatis & inſipientibus.* intelligatur de iis, qui non iu-
ſtè iudicant, vt Roman. *in conſi.228.* interpretatur; ergo
verſ. ſapientibus, & literatis. intelligendus eſt de iis, qui
iuſtè iudicant, & tamen circa iſtos etiam eſt prohibita
conſuetudo.

Tertius articulus eſt: licet quando iudex pronun-
17 tiat † cauſam tranſmittendam eſſe ad conſilium ſa-
pientis, appellari non poſſit, Bald. *in l.2. C. quomodo &
quand. iud.* Salyc. *in l. ſocietatem, §. arbitrorũ, n.26. ff. pro
ſoc. & in l. cum antea, C. de arbit.* Iaſ. *in l. ſic legatum, n.5.
de legat.* 1. Menoch. *de arbitrar. lib.1. q. 70. n.6. verſ. con-
trariam.* vbi multos alios citat, quia in iis, quæ con-
18 ſcientiæ † iudicis permittuntur, denegatur appella-
tio, gloſſ. *in d. c. ſtatutum, §. aſſeſſorem. & ibi* Franc. *de re
ſcript. li.6.* gloſſ. *in c. ſignificaſti, in primo & ibi* Fel. *n.4.
de homicid.* Bald. *in c. ſi ſacerdos, de of. ordin.* nihilhomi-
nus Doct. concludnnt, poſſe per viam querelæ, ſup-
19 plicationis & recurſus † adiri ſuperior, vt factum in-
ferioris iudicis corrigat, gl. *in clem.* 1. *in ver. oneramus,
de iure patronat.* Geminian. & Franch. *in d. c. ſtatutum,
§. aſſeſſorem, de reſcript. lib.6.* Præpoſit. *in c. paſtoralis, in
princip. n.20. de appell.* Io. de Anan. *in conſ.34. n.6.* Ego
20 autem credo, verè poſſe appellari, † quando ad partis
inſtantiam (circumſcripto ſtatuto vel conſuetudine)
pronuntiaretur cauſam tranſmittendam eſſe. Nam
inter Doctores etiam receptum eſt, ſi id in caſu claro
fieri pronuntiaretur, à tali pronunciatione, ſiue
tranſmiſſione actorum appellari poſſe, Bald. *in l. final.
circa fin. C. de relatione.* Franc. *in c. intimaſti, n.5. verſ.
primus eſt, de appel. & ibi* Decius *n.7. verſ. primus caſus
atque.* Præpoſit. *n.6.* idque non ob illam cauſam, niſi
propter grauamen, quod alteri parti infertur; ergo ex
eadem ratione in aliis caſibus transmittendi ad con-
ſilium ſapientis, idem concludendum eſt, quia & in
cæteris ſatis ſuperque oſtenſum eſt in primo articulo
partes ipſas recuſantes grauari ſumptibus, expenſis,
laboribus atque tempore, & ipſi clerici, quando ne-
que per viam appellationis poſſent à ſuperiore ipſius
iudicis obtinere, vt eorum grauaminibus ſuccurra-
tur, habebunt tandem in ſubſidium recurſum ad iu-
21 dicem eccleſiaſticum, † non ſolum ratione peccati, ex
reg. *c. nouit. de iudic.* ſed ex capite denegatæ atque ne-
glectæ iuſtitiæ, ex reg. *c. qualiter. de iudi.* de quo ſcripſi
ſupra *in caſu* 146. & ſi ſint tertio moniti ab Epiſcopo,
ac recuſent eccleſiaſticis facere iuſtitiam, poſſent ab
eodem excommunicari atque puniri, *c. adminiſtrato-
res, 23. quæſt.5.* & ſcribit Aufrer. *de poteſtate eccleſ. ſuper
laicis, in 60. ſpeciali, n.39.*

CASVS CLXXIV.

Laicus poteſt eſſe aſſeſſor iudicis eccleſiaſtici, non tamen poteſt proferre ſententiam in ſpiritualibus.

SVMMARIA.

1 *Aſſeſſores iudicum non habent iuriſdictionem.*
2 *Iudex eccleſiaſticus poteſt laicum ſibi eligere in aſſeſſorem.*
3 *Aſſeſſores laici quare non dicantur tractare negotia eccleſiaſtica.*
4 *Laicus poteſt dare conſilium in eccleſiaſticis.*
5 *Princeps laicus poteſt habere eccleſiaſticum pro ſuo conſiliario.*
6 *Eccleſiaſtici poſſunt eſſe conſiliarij Principum etiam in criminalibus.*
7 *Aſſeſſor laicus in cauſa eccleſiaſtica debet eſſe Canoniſta, ſecus in cauſa prophana.*
8 *Aſſeſſor laicus non profert ſententiam in ſpiritualibus.*
9 *Aſſeſſor nullus profert ſententiam, neque poteſt iudicare.*
10 *Aſſeſſoris officium quale ſit.*
11 *Conſilium poteſt haberi ab eo, qui illud negotium tractare prohibetur.*

ASſeſſores † iudicum non habent iuriſdictionem, 1
Specul. *in tit. de aſſeſſorib. §. officium, n.1. & ibi* Io.
Andr. *in additio.* Bartol. *in l. præcipimus, §. quod ſi à iudi-
ce, C. de appell.* Bal. *in auth. ad hæc, C. de iudi. & in l.1. C.
qui accuſ. non poſ.* Caſtr. *in rubrica, ff. de offic. aſſeſſor. n.1.*
Iaſ. *n.2.* Curt. iun. *n.2. & ſeq.* Iaſ. *in l.1. n.16. ff. de off. aſſeſ.
& ibi* Curt. ſen. *n.16.* Pariſ. de Put. *in trac. de ſynd. in ver.
aſſeſſor, n.5.* Dec. *in c. ſi pro debilitate, n.7. de off. deleg.*
Ideo concluſerunt ſcribentes, iudicem † eccleſia 2
ſticum poſſe laicum ſibi eligere in aſſeſſorem, Ho-
ſtienſ. *in c. contingit, de arbitr.* Archidiac. *in c. plures, 16.
quæſt.1.* Geminian. *in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem, de reſcrip.
li.6.* Abbas *in c. decernimus, n.13. de iud. poſt cæteros Ca-
noniſtas ibi,* Dec. *n.131. & ſeq.* teſtatur hanc eſſe cõmu-
nem opinionem. Stephan. Aufrer. *in tractatu de poteſt.
ſecular. in eccleſiaſtic. regula 4. fallen. 34.* Nec dicuntur
aſſeſſores † tractare negotia eccleſiaſtica, quia ipſo- 3
rum officium eſt duntaxat conſulere, *l.1. & l. conſilia-
riis, ff. de offic. aſſeſſ. l. conſiliarios, C. de Aſſeſſor.* & fuerunt
inuenti ad ſupplendam imperitiam iudicum, vt con-
ſuluit, & declarat Angel. *in conſil.274.* & Ant. Franch.
*in addition. ad Ab. in d. c. decernimus, in additione, quæ
incip. de hoc an laicus.* & tale conſilium † etiam à laico 4
poteſt haberi in eccleſiaſticis, vt dicit Inn. quem ibi ſe-
quitur Abb. & Dec. *in d. c. decernimus.* Sicut econtra
Princeps † laicus poteſt habere eccleſiaſticum pro 5
ſuo conſiliario, qui poſſet conſulere etiam in cauſis
criminalibus, citra pœnam irregularitatis. † Non e- 6
nim eſt interdictum clericis leges & ſtatuta facere,
quæ criminales controuerſias concernant, aut Prin-
cipi conſulere, vt committentibus certa delicta irro-
gent pœnam mortis, aut aliam corporalem, gloſſa
not. *in c. ex literis, in ver. conſuluit, de exceſ. præl. vbi Ab.
& communiter omnes Canoniſtæ.* Innoc. *in c. ad audien-
tiam. de homicid.* Specul. *in ti. de diſpenſationib. §. iuxta,
verſ. quid ſi iudex.* Abb. *in c. de furt.* Summa Sylueſtrin.
in ver. homicidium, in 3. quæſt. quinta, ver. quartum. Ma-
iolus *in tractatu de irregularit. lib.2. cap.9. n.9.* ex qui-
bus apparet hanc eſſe communem ſententiam.
Declaratur hic articulus, vt laicus † poſſit eſſe aſ- 7
ſeſſor iudicis eccleſiaſtici hoc modo. Nam ſi eſt me-
rus Ciuiliſta, poteſt eſſe aſſeſſor in cauſa profana, in
cauſa autem eccleſiaſtica laicus aſſumptus in aſſeſſo-
rem debet eſſe Canoniſta, ita declarat Geminian. *in c.
ſtatutum. in princip. de reſcript. l.6.* Dec. *in c. ſuſcitatus,
ante finem. de reſcript.* Sebaſtian. Sapia *in additionib. ad
Abb. in d. c. decernimus, in addition. quæ incip. iudicis ec-
cleſiaſtici.*
Secundus articulus eſt: An laicus † aſſumptus in aſ- 8
ſeſſorem à iudice eccleſiaſtico poterit proferre ſen-

tentiam in spiritualibus, & Stephan. Aufrer. post alios, quos allegat *in d. regula 4. fallent.34.* dicit quod non: ego verò puto frustra quæri hanc quæstionem.
9 Nam regulariter nullus assessor † potest iudicare neque sententiam proferre, glo. *in l.1. in ver. epistolis, ff. de offic. assessor. & ibi* Bart. *n.3.* Ias. *n.16.* Curt. iũ. *n.17.* Alberic. *n.7.* Iac. de Nigr. *n.27.* Alberi. *in l.2. n.5. ff. quod quisque iur.* Paris de Put. *in tractatu de syndic. in ver. assessor, c.1. n.27.* Alex. *in rubrica n.27. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdict.* Ias. *in l. si procuratori, in princ. ff. de ver. obliga.* Et ratio est, vt dixi, quia assessores iudicum nil aliud sunt, quàm consiliarij iudicum, eorumque pręcipuum
10 † officium est iudices adiuuare, atque instruere, *d. l. consiliarij, & l. fin. ff. de offi. assess. & d. l. consiliarios, & l. in consiliarijs, l. non minus, l. liceat omnibus, C. de assessor. §. festinabis, auth. de manda. Princ. §. illud, & §. sancimus, auth. vt defunct. seu funer. eor.* Spec. *in tit. de assessorib. §. assessor.* Ripa *in d. c. decernimus, n.57. de iudic.* Chassa. *in catalogo gloriæ mundi, parte 7. §. vigesimaseptima consideratio, vers. & aduertendum.* Lancellot. Corrad. *in templo iudic. lib.2. c.6. §.1. n. 2.* Et certum est in iure, quod
11 quis consultor † esse potest, & ab eo consilium haberi, etiam in talibus causis atque negotiis, quorum ipse principaliter est incapax, & principaliter tractare prohibetur, *l. quidam decedens, & ibi* Doct. *ff. de administ. tut.* Bart. & Doct. *in l. Titium & Mæuium, ff. eod. tit.* Dec. *in d. c. decernimus, n.17.* facit textus *in c. de Constantinopolitana ecclesia, distinct. 22. c. fin. dist.38. & c. si habes 24. q.3.*

CASVS CLXXV.

Iudex ecclesiasticus, cuius iurisdictio est prorogata per laicos in causa profana, an debeat iudicare de iure ciuili.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio ordinaria est prorogabilis.*
2 *Etiam si iudex non haberet tribunal neque territoriũ.*
3 *Iurisdictio ecclesiastica pactis priuatorum potest prorogari.*
4 *Iudex tenetur sequi consuetudines litigantium.*
5 *Iudex ecclesiasticus debet iudicare inter laicos in re temporali de iure canonico.*
6 *Statuta mercatorum sunt seruanda etiam à iudice ordinario.*
7 *Iudex ecclesiasticus subrogatus in locum secularis debet iudicare, prout iudex secularis.*
8 *Iurisdictionis qualitas attenditur, quæ inerat à principio.*
9 *Laici prorogantes iurisdictionem ecclesiastici in causa profana, debent iudicari de iure ciuili.*

1 QVælibet iurisdictio † ordinaria est prorogabilis, *l.1 & ibi* Bart. & Doct. *ff. de iudi. l.1. & ibi* Bald. & Doct. *C. de iurisd. om. iudic. & l. si cõuenerit, & ibi* Doct. *ff. eo tit.* glo. *in c. Romana, in ver. clericorum, de foro compet. lib.6.* Bart. Roman. Castrẽs. Alex. Ias. & Doct. *in l. 1. §. & post operis, ff. de noui oper. nuntiat.* Anton. de But. Abb. Immol. & cæteri *in c. P. & G. de offic. deleg.* etiam
2 si ille iudex ordinarius † non haberet tribunal, neque territorium, vt sunt Rectores scholarium, & similes, vt declarat Abb. *in d. c. P. & G. nu. 14. & ibi* Mantua *n. 22.* Bartol. *in l. 1. n. 8. ff. de iudic.* etiam si iurisdictio esset alicui certo & limitato modo concessa; nam quod possit prorogari, declarat Angel. *in l. & quia, ff. de iurisdict. om. iudic.* Dec. *in c. de causis, n.3. de offi. deleg.* & scribit Ias. *in l. final. col. antepen. ff. de feriis.* & in eo qui habet semiplenam iurisdictionem tantum, vt prorogari possit, scribit Innocent. *in d. c. de causis.* Paul. de Castr. *in l.1. n.19. ff. de iudic.*

Ergo & iurisdictionem † ecclesiasticã pactis priuatorum laicorum posse prorogari, concludendum est: 3
quo casu, an iudex ecclesiasticus inter laicos debeat iudicare de iure canonico, vel ciuili, dixi supra *in casu 50.* in foro ecclesiastico non esse seruãdas leges laicorum. Sed hoc intelligendum est, quando inter ecclesiasticos, vel inter laicos de causa originaliter spectante ad forum ecclesiasticum agendum esset; secus si de causa profana inter laicos, quæ originaliter spectat ad forum secularium, per prorogationem iurisdictionis tractanda esset in foro ecclesiastico. Tunc enim distinguendum esset: Quandoquidem Innoc. *in rubri. de cõsuetudine n.8.* dicit, si in principali quęstione alia est consuetudo iudicis, † alia litigantium, iudex tenetur 4
sequi consuetudinem litigantium, ex cuius auctoritate distinguit Geminian. *in c. cum quidem. numero 8. in fine, de exceptionib. lib.6.* licet, inquit, iudex † ecclesiasticus debeat secundum canones iudicare inter laicos, etiam pro re temporali: tamen hoc debet intelligi quantum ad ea quæ concernunt litis ordinatoria, sed quantum attinet ad decisoria, debent seruari leges, quibus ligantur ipsi litigantes, cuius Gemin. sententiam refert & sequitur Felyn. *in c. quod clericis. in fi. de foro comp.* Cyn. etiam *in l.2. in fine, C. de const. pec.* loquens de statutis † mercatorum, dicit ea seruanda esse in decisoriis causæ non solum à conseruatore ipsorum mercatorum, sed etiam à iudice ordinario, cuius iurisdictionem forte prorogassent ipsi mercatores, & hanc doctrinam Cyni citat & sequitur Abbas *in d. c. quod clericis, post n. 21. vers. item iudex, & n. 27.* Et ratio potest assignari, nam quando partes prorogarunt iurisdictionem alterius ordinarij, quàm sui, intellexerant subrogare alterum iudicem in locum sui proprij & competentis, quo casu iudex ecclesiasticus † subrogatum in locum iudicis secularis, debet 7
iudicare illo iure, quo iudicabat secularis, Ioan. Andr. *in regula contra eum, in mercuralib.* Et quod iudex subrogatus in locum alterius, siue per Principem, siue per prorogationem partium, debeat omnia facere, ad quæ tenebatur iudex, cui fuit aliter subrogatus, scribunt Bellamera *decis.39. & dec.41. & dec.328.* Cassador. *decis.8. in tit. de rescript.* Gabriel. *in comm. conclus. titulo de regulis iuris, concl. 2. n.56.* Et in attribuenda iurisdictione debet † attendi illa qualitas, quæ ab initio inerat, Gonsaluus de Villadiego *in tractatu de legato, q.4. n.7.* facit text. *in l.1. §. quamuis, ff. de postulan. & l. cæcus ff. de iudic.* Vnde cum ab initio quæsitum esset ius laicis super causa profana, vt iudicanda esset de iure ciuili, ex mutatione qualitatis iurisdictionis, non potest partibus inferri præiudicium, † ex scriptis per Ancaran. *in cons.404. n.9.* Ex quibus concludo, laicos prorogantes iurisdictionem ecclesiastici in causa merè profana, debere iudicari de iure ciuili.

CASVS CLXXVII.

Si laicus condemnatus in exilium fiat clericus, ac postea exilium rumpat, an ab ecclesiastico iudice sit ei exilium duplicandũ, vel causa ex integro reuidenda.

SVMMARIA.

1 *Laicus factus clericus post delictum non est amplius de iurisdictione secularium.*

2 Lai-

2 *Laicus factus clericus post condemnationem à quo debeat iterum puniri.*
3 *Laico criminoso imprimitur character ordinis.*
4 *Clausula, ex certa scientia, dispensat super inhabilitate.*
5 *Et operatur notabile præiudicium tertio.*
6 *Promotio criminosi ex certa scientia Papæ non aufert pœnam delicti.*
7 *Pœna criminalis delicti non tollitur per sacramentum baptismi, vel ordinis.*
8 *Pœna exilij duplicatur illud frangenti.*
9 *Exilij pœnam frangens quando puniatur morte.*
10 *Deportationis pœnam frangentes morte naturali sunt puniendi.*
11 *Condemnati ad triremes aufugientes qua pœna sunt puniendi.*
12 *Laicus deportatus, vel exulatus factus clericus mutat forum.*
13 C. final. de except. lib. 6. *non habet locum in criminalibus.*
14 *Iudex secularis tenetur stare sententiæ ecclesiastici cōdemnantis laicum in crimine hæresis.*
15 *Iudicem Ecclesiasticum non teneri sequi sententiam iudicis laici.*
16 C. multi, 2. q. 1. *an habeat locum in criminalibus.*
17 *Laicus factus clericus est de foro ecclesiæ, etiam de delicto antea commisso.*
18 *Causa ex integro est agenda coram ecclesiastico, quando laicus condemnatus factus est clericus.*
19 *Exilium an debeat duplicari in laico frangente illud facto clerico.*

1 Dixi supra *in casu* 121. laicum † factum clericum post delictum non esse amplius de iurisdictione seculari, sed in eum animaduertendum esse per iudicem ecclesiasticum. Nunc superuenit casus, de laico condemnato in exilium, si post condemnationem fa-
2 ctus † fuerit clericus, atque exilium fregerit, qua pœna, & à quo iudice puniendus sit, vt autem casus perfectius discutiatur, explico per duos articulos.

Primus articulus est: Laicus damnatus in exilium, si factus est clericus, non dolo, tacens condemnationem & pœnam, sed ex certa scientia Papæ promotus,
3 quia tunc † character ordinis est impressus, vt probaui supra *in dicto casu* 121. *articulo quarto*. Certa scientia
4 Papæ † operatur, vt censeatur dispensatum super inhabilitate, Abb. *in c. innotuit, nu.* 7. *de electione*. & probat Roman. *in consilio* 216. *electio. nu.* 6. *& nu.* 8. & ita cessat ratio impedimenti executioni ordinis, quod habebat propter inhabilitatem, vt dixi *in dicto articulo quarto*.

Quo casu, licet huiusmodi promotus, secundùm aliquos, non videatur vlterius posse molestari, si exiliū
5 fregerit, quia certa scientia † operatur etiam notabile præiudicium tertij, Ruyn. *in consi.* 8. *n.* 8. *vol.* 5. qui attestatur hanc esse com. opin. & *in consil.* 12. *num.* 24. *vol.* 3. Gozadin. *in consi.* 5. *num.* 16. cui per d. clausulam dicitur fieri præiudicium, etiam non citato, Innoc. *in c. Albericus, in fine de testib.* Ab. *in c. cum olim, de re iudic.* præsertim quando sumus in collatione ordinis, vel beneficij, qui actus proficiscitur ex mera liberalitate Papæ, & in eo nemo citatur, *c. licet episcopo, de præbendis, li.* 6. & multo fortius videtur procedere, si cum clausula, *ex certa scientia*, esset coniuncta clausula, *non obstante*, ex his quæ congerit Gabriel *in com. concl. tit. de clausulis, conclus.* 1. *n.* 11. Tamen verior est opinio, vt dicta
6 promotio † non auferat pœnam criminalem pro delicto patrato, & quando auferret in præiudicium fisci secularis, respectu iurisdictionis, non dicitur auferre respectu priuati, cui est ius quæsitum, vt per Anton. de Butr. post gloss. *in c. gaudemus, de diuortiis.* dicentes quod pœna † criminalis delicti non tollitur 7
per sacramentum baptismi, ergo nec per sacramentum ordinis, & ideo sicut de delicto commisso ante baptismum potest puniri criminaliter & ciuiliter, quia iniquum esset, quod sacramentum baptismi tolleret ius alteri competens, & sequitur ibi Abb. atque latius probat Dec. *in consilio* 130. *proponitur, per totum*, ita de delicto commisso post sacramentum ordinis, tanto magis, quia tractatur de executione pœnæ impositæ per iudicem secularem & competentem.

Secundus articulus est: Laicus † post condemnationem in exilium per iudicem secularem factam, si 8
illud exilium fregerit, ingrediendo locum, à quo exulauit, duplicatur sibi tempus exilij, quod superest, *l. aut damnum. §. quisquis, ff. de pœnis. & ibi* Bartol. & communiter scribentes. Antonius Gom. *in tomo* 3. *titul. de exilio & relegatione, cap.* 8. *n.* 2. *vers. item adde.* Ludou. Peguer. *in decis. criminal. c.* 41. *n.* 1. quod intelligitur si infra decennium exilij pœna imposita fuerit, secus si in perpetuum exularet, quia tunc exilij fines frangens, ingrediendo loca, à quibus exulem fieri conde- 9
mnatus est, puniretur pœna mortis, vt per Anton. Gomez. *in d. c.* 8. Clar. *in §. final. q.* 71. *vers. quæro qua pœna.* Quorum opinio intelligenda est de deportatione. Nam si relegationem imprimis inflictam fregerint, sunt deportandi, *l. relegati, ff. de pœnis, l. capitaliū §. in exulibus, ff. eod. tit.* & si deportationis † pœnam fre- 10
gerint, morte naturali puniendi sunt, vt Ludouic. à Peguer. *in dict. cap.* 41. *nu.* 6. declarat, & Franch. *in decision.* 140. Et licet aliqui contradicant, tamen solent domini iudices deportationis pœnam imponere cum comminatione mortis in ipsa sententia descripta, ad euadendas difficultates, sicut in condemnato ad † triremes scribit idem Franch. *in dicta decisione centesima quadragesima, in fine*, qui si à triremibus 11
aufugerit, debet in eandem pœnam reuerti, nisi in sententia mortis pœna naturalis comminata fuerit in casu contrauentionis, quia tunc debet mori.

Verum si condemnatus † deportationem atque exilium frangens clericus factus fuerit, mutat forum, 12
efficiturque de iurisdictione ecclesiastica, ideo non potest vlterius à iudice seculari aut exilium duplicari, aut pœna pecuniaria exigi, vel altera imponi, vt est decisio Neapolitana, de qua per Franch. *decisione trecentesima nonagesima quinta.* Et licet regulariter exceptio rei iudicatæ per iudicem secularem admittatur in foro ecclesiastico, & econtra, *c. final.* † *de exception. libro sexto*, hoc tamen procedit solum in casibus 13
ciuilibus, non autem in criminalibus, secundum Io. de Anania *in c. qualiter in* 2. *§. ad corrigendos. de accusationib.* Fely. *in c. at si clerici, numero* 4. *de iudic.* addens esse firmam, veram, & communem conclusionem, quod in criminalibus iudex secularis non tenetur stare sententiæ iudicis ecclesiastici, nec econtra, & fuit opinio Bartoli *in leg. magistratibus. ff. de iurisdict. om. iudic. & in leg. diuus. ff. de custod. reorum.* Imm. *in c.* 1. *de offic. ordinar.* præterquam in hæretico condemnato per iudicem † ecclesiasticum, cuius sententiæ tenetur stare iudex secularis, *c. inquisitionis, §. prohibemus, de hæretic. libro sexto.* Ex quo infertur iudicem 14
eccle-

ecclesiasticum non posse sequi sententiam conde-
mnationis in exilium per iudicem laicum prolatam
sed instante parte super illius obseruantia & execu-
tione causam ex integro esse agitandam in foro ec-
clesiæ.

Item infertur, minimè posse applicari dictum Bal-
di, quod Ias. dicit esse cordi tenendum *in l. properan-
dum, §. sin autem reus, n. 4. C. de iudic.* Episcopum requi-
15 situm † pro executione teneri exequi sententiam la-
tam à iudice laico, allegando gloss. *in l. ea, ff. de postu-
land.* quia hoc vel procedit in causa ciuili, non autem
in criminali, vt dictum est, vel est omnino falsum. Sic
16 etiam credo intelligendum esse textum *in* † *c. multi, 2.
quæst. 1.* vbi cauetur, neminem esse prohibendum à
communione, nisi fuerit conuictus in iudicio eccle-
siastico, vel seculari, ex quo clarè infertur sententiam
latam in iudicio seculari attendendam esse in foro ec-
clesiastico. Nam quicquid dixerint ibi glossa, Archi-
diacon. & cęteri, & Abb. *in d. c. at si clerici, n. 11. de iud.*
Melior intellectus videtur, quod loquatur in ciuili-
bus tantùm, non autem criminalibus. Vel si pro-
pter *vers. conuictus, &c.* volumus interpretari in crimi-
nalibus, dicit Marcus Mantua *in d. c. at si clerici, nu. 20:*
quod loquitur de laico conuicto in iudicio seculari, &
hunc intellectum esse magis amicum literæ, quo casu
poterit applicari ad præsentem articulum, vt senten-
tia lata in iudicio seculari contra reum tunc temporis
secularem obseruanda sit in foro ecclesiastico reten-
to eodem statu iurisdictionis per eundem secularem
condemnatum, in quem iudex ecclesiasticus conside-
17 ratur, vt purus executor; sed quando idem laicus † fa-
ctus est clericus, tunc iudex ecclesiasticus debet illum
iudicare vt subditum, vt aliàs considerabat Abb. *in c.
1. de offic. ordinar. n. 12. post* Innoc. *& alios ibid.* quo casu
si sententia & acta iudicis secularis essent iniusta, non
tenetur iudex ecclesiasticus illa sequi, Fely. *in d. c. at si
clerici, nu. 4.* Decius *n. 4.* Mantua *n. 22.* Ancaran. *in cons.
582.* Fely. *in c. causam, in 1. quæst. de testibus.* & est doctri-
18 na Bartol. *in l. diuus, ff. de custodia reorum.* Ergo † causa
ex integro coram ecclesiastico est ventilanda, quando
tractatur de obseruantia & executione dictæ senten-
tiæ iudicis laici: si verò tractaretur de augendo pœ-
nam ex fractura exilij, tanto magis iudex ecclesiasti-
cus debet ex integro causam agere, quia tractatur de
nouo delicto, & noua conditione personæ, vt consi-
derauit Franc. *in d. decis. 395. in fine.* Sed an eo casu de-
19 beat duplicari exilium? † Respondeo esse arbitra-
rium iudici, qui attenta qualitate delicti, atque cleri-
catu in fraudem criminalis pœnæ suscepto, poterit
super hoc pronuntiare: & in casu duplicationis, à du-
plicatione exilij deducendum est tempus, quo fuit
carceratus post sententiam, ex reg. tex. *in l. omnes, C. de
pœnis.* & declarat Franch. *in decis. Neap. 317. col. 1.* & Lu-
douic. à Peguer. *in d. cap. 41. n. 2.*

CASVS CLXXVII.

Clericus, vbi conuenit laicum via ordinaria coram iudice seculari, non poterit variare adeundo alterum iudicem rei, neque mutando alterum modum agendi, secus in executiuis.

SVMMARIA.

1 *Clericus, qui intentauit iudicium ordinarium coram laico, non potest postea intentare executiuum.*
2 *Actor non potest liti renunciare inuito reo.*
3 *Variatio de iudicio ordinario ad executiuum fieri non potest.*
4 *Actor non potest variare alterum iudicem rei, etsi sit clericus.*
5 *Iudex præuentus impedit alterum.*
6 *Exceptio litis pendentiæ impedit litis ingressum.*
7 *Iudicium secundo intentatum est nullum, opposita litis pendentia.*
8 *Clericus contra laicum habens plura remedia executiua, vno intentato potest intentare alterum.*
9 *Exceptio litis pendentiæ non obstat in executiuis.*
10 *Argumentum de iudicio ordinario ad executiuum non procedit.*
11 *Remedia executiua quare inuenta, & quomodo in eis proceditur.*

SÆpe solent actores variare actionem, vt per scri-
bentes *in l. edita, C. de edend.* & cum aduertũt iudi-
cem fauere parti aduersæ, satagunt alterum iudicem
adire. Videamus igitur per tres articulos, an clerico
prohibitum sit, sicut cæteris, vt intentata via ordina-
ria ad executiuam recursum habere possit, aut varia-
re iudicem, & quid iuris sit etiam in executiuis.

Primus articulus est: Clericus, † qui intentauit viam 1
ordinariam contra laicum, coram iudice seculari, non
potest ea relicta ad executiuam habere recursum:
conclusum est enim supra *in casu 31.* leges ciuiles atque
statuta circa ordinationem litis comprehendere cleri-
cos litigantes in foro laicorum. Iure autem ciuili pro-
hibitum est variare de via ordinaria ad iudicium exe-
cutiuum, *l. de pupillo. §. meminisse, ff. de noui oper. nun-
tiat. l. minor viginti quinque annis cui fideicommissum, ff.
de minorib.* & ita dicit glossa final. *in l. proinde, §. notan-
dum, ff. ad leg. Aquil.* Quia lite contestata non potest a-
ctor † liti renuntiare inuito reo, sed tenetur prosequi 2
iudicium vsque ad sententiam, *auth. qui semel, C. quo-
mod. & quand. iud. c. causam. de dolo & contuma.* Innoc.
in c. si duobus, de appellation. & ibi Ab. & Immola, &
Franch. *in princip. c. accepta, & c. Nicolao. vbi* Ab. *de ap-
pellation.* Boer. *decis. 47. n. 7.*

Et quod intentato iudicio ordinario non possit fie-
ri variatio † ad iudicium executiuum, firmarunt Bald. 3
in l. 2. n. 29. C. de seruit. & aqu. dicit, ex quo actor viam
iudicij eligit, ad viam facti redire non potest, & *in l.
cum filius, §. si. vers. quinto & vltimo, de legat. 2.* dicit, ex
quo electio iudicialis à parte instituta, aut ex mero
iudicis officio facit cessare duellum, quem sequuntur
ibi Doct. & Canonistæ *in c. 1. & 2. de purg. canon.* relati
per Alban. *in cons. 760. n. 7. vol. 4. & in l. diffamari, nu.
13. C. de ingenuis & manumiss. & in l. ædem. num. 13. C.
de locat.* Ruyn. *in consi. 57. n. 3. vol. 4. & in consi. 127. n. 12.
volum. 5.* Dec. *in l. fin. n. 31. C. de edicto diui Andr. toll.*
Negusant. *de pign. parte 4. n. 25.* Caroccius *in tracta-
tu de sequestro, parte 3. n. 8.* plures ad hoc allegat Bor-
gnin. Caualcan. *in decis. 1. n. 16. parte 1.* Valaschus *consul-
tatione 88. n. 8. & seq.* Surdus *dec. 92. n. 13. & seq.* & ad o-
mnia quæ allegantur in contrarium respondet, hanc
opinionem confirmando Grammaticus *in consil. ci-
uil. 95. per totum.*

Secundus articulus est: Clericus, qui coram altero
iudice seculari incepit iudicium, non potest illi iudi-
cio renuntiando, coram altero iudice eundem reum
conuenire. Ex quo enim primus iudex † est præuen- 4
tus, non est audienda pars, alium iudicem super ea-
dem causa adiens, *l. si quis posteaquã, & l. vbi cœptum. ff.
de iudic. c. proposuisti. de foro comp.* Imo secundus iudex
tan-

5 tanquam † turbans iurisdictionem primi, poterit à priore impediri, *l. 1. ff. si quis iudic. non obtemper.* atque interdictum, vti possidetis, contra turbantem intendere poterit, ex doctrina Bart. *in leg. sepulchri, n. 3. ff. de sepulchr. viol.* Item tantum operatur exceptio litis pēdentiæ, quantum exceptio rei iudicatæ, *l. fundi, & l. fundum, ff. de exception. rei iudicat.* Vrsil. *ad Afflict. super decis. 354. nu. 7.* & sicut exceptio rei iudicatæ impe-
6 dit litis ingressum, sic exceptio † litis pendentiæ coram vno iudice non patitur litem denuo fieri coram altero iudice, vt plenè scribit Socin. *in consilio 38. num. 7. volum. 1.* quem refert Vrsill. *ibid. n. 2.* in tantum, vt opposita litis pendentiæ exceptione per partem ad-
7 uersam iudicium † iterum intentatum sit nullum, Innocent. *in c. cum M. de constitut.* & probat Franch. *in c. vt debitus, col. pen. de appellat.* Et quod per exceptionem præuentionis declinetur iurisdictio iudicis tanquam incompetentis, tenet Bald. *in authent. sed nouo iure, n. 9. C. de seru. fugit.* & ita omnia acta facta à secundo iudice, tanquam incompetente, nulla & irrita declaranda sunt, per ea quæ notantur *in l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ier. & toto titul. C. si à non competent. iudic.* Bald. *in l. exceptionem, num. 15. C. de probation.* Fulgos. *in consil. 150. nu. 1* Marsil. *singular. 10. per totum.* Triuisan. *decision. 68. num. 4. lib. 1.* & multa ad hoc congerit Mandos. *in additionib. ad Roman. super consil. 42. in additione, quæ incip. iudicantis.*

8 Tertius articulus est: Clericus † contra laicum habens plura remedia executiua, vno intentato, potest ad alterum habere recursum, quia in executiuis non datur litis pendentia, & hanc opinionem firmarunt Bart. *in l. consentaneum, quæst. pen. C. quomodo & quand. iud.* Ias. *in l. nulli prorsus, col. fin. versic. 6. & vltimo, C. de iudic. & in l. 1. in princ. nu. 23. ff. si quis iudic. non obtemper.* vbi multa ad hoc allegat. & *in consil. 9. in 2. dubitatione. & cons. 28. nu. 3. vol. 1.* Et quod in executiuis non
9 obest exceptio † litis pendentiæ, atque possit creditor variare, & facere transitum de principali ad fideiussorem, atque de vno remedio ad alterum, item de persona ad rem, ex reg. *l. mutuam, ff. mandati.* probat latè Caualcan. *in d. decis. 1. n. 15. parte 1.* qui multos alios allegat, & nouissimè Seraphin. *in tract. de priuilegiis iuramenti, priui. 77. n. 81.*

Neque obstat resolutio primi articuli huius casus,
10 quia de iudicio † ordinario ad executiuum non procedit argumentum, vt probat Seraphinus *in dict. priuileg. 77. n. 81. versic. & huius dicti ratio est.* & optimè scribit Gratus *in responso 193. n. 35. vol. 2.* In ordinario quidem iudicio ius quæritur iudici, vt dixi in secundo articulo, sed in executiuo non inducitur litis pendentia
11 cum remedia † executiua ad consulendum creditoribus inuenta fuerint, vt omissis sollemnitatibus ordinis iudiciarij, inspecta sola veritate, & æquitate, ius suum consequerentur, quantum fieri posset breuissime, & inter iudicia executiua facilius potest fieri transitus propter conuenientiam naturę, ex reg. *l. si vnus, §. pactus, ff. de pact.* & ita sentit etiam Grammat. *in dicto consilio ciuili 95. n. 4. & nu. 29. vers. non obstat secundum.* quicquid dixerit in contrarium Mandell. de Alba *in consilio 118. nu. 7. & sequenti volumine secundo.* Nam & ipse sibi contradicit, cum *in cons. 547. n. 28.* contrarium dicat, & sic hanc communem opinionem sequatur.

***

CASVS CLXXVIII.

Laicus fideiussor clerici de soluendo iudicatum coram Episcopo, an possit impedire illius rei iudicatæ executionem, & quid si tractaretur de executione rei iudicatæ per Archiepiscopum.

SVMMARIA.

1 *Fideiussor potest opponere omnem exceptionem, etiam quam non potest principalis.*
2 *Fideiussor de soluendo iudicatum non impedit executionem sententiæ latæ contra clericum.*
3 *Sententia absque nouo processu non mandatur executioni contra fideiussorem contractus.*
4 *Fideiussor de iudicatum soluendo non appellat à sententia lata contra principalem.*
5 *Stipulatio quando committitur contra fideiussorem iudicatum solui.*
6 *Sententia contra principalem nocet fideiussori iudicatum solui etiam non citato.*
7 *Citandi non sunt in iudicio, quibus per indirectum fit præiudicium.*
8 *Fideiussor clerici de iudicatum soluendo quæ possit opponere in executione sententiæ.*
9 *Fideiussor iudicatum solui in prima instantia tenetur etiam in secunda.*
10 *Fallit quando causa est auocata ad aliud tribunal, de quo non fuit cogitatum.*
11 *Fideiussor iudicatum solui non tenetur, quando Princeps delegat causam alteri, quàm ordinario.*
12 *Satisdatio quando extinguitur si itur de vno tribunali ad alterum.*
13 *Iudex delegatus subrogatus quando censeatur idem quod ordinarius.*
14 *Fideiussio quæ sit voluntaria, & quæ necessaria.*

QVia fideiussor † potest opponere quamcumque exceptionem, etiam si principalis aliqua de causa non posset de illa excipere, Bal. *in l. cum mulier, col. 9. vers. quæro de vno. ff. sol. matrim.* Marsil. *in rub. ff. de fideiussorib. n. 169.* vbi quod fideiussor potest opponere contractum esse vsurarium, etiam quod principalis fateretur illum esse verum, & non fœneratitium, Riminald. iun. *in consil. 92. n. 33. & seq.* Addentes ad Alex. *in consil. 36. vol. 2.* Ideo contingit dubitare an fideiussor laicus possit appellare, vel opponere contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam contra clericum, contra quam ipse clericus neque opponere, neque appellare poterat: & hunc casum declaro per tres articulos. 1

Primus articulus est: Laicus fideiussor † de soluendo iudicatum non impedit executionem sententiæ latæ contra clericum, & transactæ in rem iudicatam, per appellationem: Quia iste non potest appellare, Bartol. *in leg. à sententia, numero secundo ff. de appellat.* dum post Gugliem. de Cuneo colligit ex illo textu, sententiam † absque nouo processu non mandari executioni contra fideiussorem contractus, & se remittit ad ea, quæ dixit *in leg. 1. iudic. solui.* vbi distinguit inter fideiussorem iudicij, & fideiussorem contractus, circa appellationem & excutionem sententiæ, clarius hoc dixit Bossius *in tit. de carcerat. fideiussor. committ. n. 60.* vbi probat fideiussorē † de iudicatū soluēdo cōueniri absq; nouo processu, & ideo nō posse appellare à sentētia lata contra principalem: & propterea sententiā latā contra principalem cōfestim mādari 2 3 4

dari executioni contra fideiussionem iudicij absque nouo processu, quasi sit præiudicatum illi fideiussori ex sententia, aduersus quam non audiatur ille fideiussor, qui soluere promisit, concluserunt Cyn. *in l. fin. §. & cum antiquitas, C. de vsur. rei iud.* Bartol. *in l. 1. ff. iud. solui.* Bal. *in l. 2. §. in fideiussorē. ff. qui satisd. cog.* Et ratio est, quia contra fideiussorem de iudicatum soluendo,
5 statim ac iudicatum est, committitur † stipulatio, *l. iudicatum, in secunda, ff. iudi. solui.* & latè super hoc scribit Roder. Suarez *super legibus fori, in tit. de los emplazamientos.* vbi *n. 9.* dicit sententiam Cyni atque Bartoli esse communiter ab omnibus receptam, Bursat. *in consil. 203. n. 12.* & subdit Bald. *in d. l. final. §. & cum antiquitas, C. de vsur. rei iudi.* quod in stipulatione de iudicatum soluendo duo contrahuntur, scilicet obligatio & executio, sed hæc omnia non procederent, si admitteremus fideiussorem iudicati soluendi posse
6 appellare. Et quod sententia † contra principalem noceat etiam si fideiussori iudicati soluendi, etiam non citato, cuius factum in quandam necessariam cōsequentiam tangit, scribit Ang. *in l. in cognitione, in fi. ff. ad Syllaniā. & in l. 3. §. si plures, in fin. ff. iudi. solui.* vbi inquit, sententiam latam contra principalem censeri etiam latam contra fideiussorem, Felyn. *in cap. quamuis, numero 15. de sentent. & re iudicat.* quia illi non sunt
7 citandi † in iudicio, in quibus per indirectum fit præiudicium, Marsil. *in rubric. ff. de fideiussorib. num. 348.* Alex. *in consil. 156. nu. 5. vol.* & ideo Bald. *in leg. duobus, §. igitur, ff. de iureiurando, & in dicta lege 2. §. in fideiussorē. ff. qui satisd. cogunt.* fideiussor, ait, de iudicatum soluendo dicitur condemnatus tanquam persona accessoria, & cohærens principali, quamquam vocatus non fuerit in iudicio, & sequitur Iacobin. *in leg. si vero, num. 3. ff. qui satisd. cogant.* Boer. *decis. 314. column. 1.* Ex quibus apparet non esse veram opinionem glossæ *in d. l. fin. in ver. fideiussores, & ibi* Castrens. *in fine C. de vsur. rei iudic.* volentium fideiussorem huiusmodi posse appellare: nisi intelligamus intra tempus appellandi, tunc enim audiri posset sicut ipse principalis.

8 Secundus articulus est: Laicus fideiussor † clerici de iudicato soluendo, potest in executione sententiæ, transactæ in rem iudicatam contra clericum, opponere aliqua, quæ cognosci debent per viam summariæ cognitionis, in qua adhibenda est illa causæ cognitio, quæ recipitur in executione sententiæ, iuxtà tradita *in l. à diuo Pio. §. si super rebus, ff. de re iudi.* & declarat Angel. *in l. 1. ff. iudic. solui.* dum dicit, adhibetur illa causæ cognitio, quæ requiritur in executionem, & tradunt Bartol. & Bald. *in d. l. 2. §. in fideiussorem, qui satisd. cog.* & hanc esse communem opinionem Doctorum testatur Suarez *super d. ll. fori, in d. tit. de los emplazamientos n. 9. in fine.*

9 Tertius articulus est: Laicus fideiussor † clerici de iudicato soluendo, stipulata fideiussione in prima instantia coram Episcopo, tenetur etiam vigore sententiæ latæ in causa appellationis ab Archiepiscopo, vel altero superiore, hanc opinionem tenet Bartol. *in l. cum apud, num. 4. ff. iudicatum solui.* Io. Andr. *in additionib. ad Specul. in titulo de satisdation. §. expedito, in additione quæ est sub nu. 6.* & ita pluries decisum, Franch. *in decision. Neapolitan. 208. nu. secundo, & in decision. 320.* Tessaur. *in decision. Pedemontana. 202. n. 10. versicul. quid dicendum.* qui alios Doctores & rationes ad hoc referunt. Quando enim constat, stipulationem iudicati soluendi non esse limitatam, tunc committitur, siue per eundem, siue per alium iudicem, siue in prima instantia, siue in secunda aut tertia reus cōdemnetur, etiam si in prima instantia absolutus fuerit, dummodo sit eadem instantia respectu libelli, & iurisdictionis ordinariæ, & eadem res, & non sit causa euocata † ad aliud tribunal, de quo non fuit cogita- 10
tum, & quod non venit in consequentiam, & ex natura instantiæ, in qua fuit cautum, vt si scholaris, vel alius priuilegiatus trahat ad suum forum, nec Princeps ad se, præter formam ordinariæ iurisdictionis euocet, & aliò remittat, quia tunc statim perit stipulatio, *l. 3. in princip. ff. iudic. solui.* Ideo declaratur hic articulus, vt non procedat, quoties iudicati † soluendi fideiussio- 11
ne præstita coram iudice ordinario Princeps ab eo auocauit causam, & alteri delegauerit. Nam quoties mutatur iudex, & iurisdictio, & de vno tribunali itur ad alterum non subalternatum, stipulatio iudicati soluendi coram vno iudice non committitur coram altero, vt est casus *in dicta lege tertia, ff. iudica. solui,* vbi subditur ratio, quia non huius iudicis sententiæ fideiussores se subdiderunt, quem textum ad hoc propositum citat Io. Andr. *in additionib. ad Specul. in dict. tit. de satisdationib. §. expedito, vers. de hoc. circa finem additionis.* vbi ait, quod quando præstatur cautio † coram 12
certo iudice, & eo dimisso itur ad alterum, satisdatio extinguitur, hanc opinionem sequitur Aretin. *in cons. 87. n. 4.* vbi dicit, mutata persona iudicis, alio modo, quàm per appellationem, vel subrogationem, fideiussionem extingui, & hoc profundius dixit Barto. *in leg. cum apud Sempronium, nu. 5. ff. iudic. solui.* qui in primo capite distinctionis tenet satisdationem extingui, quando post eam itur ad iudicem alterius tribunalis, quod intelligendum est de tribunali non subalternato, & cum Bartolo transeunt communiter scribentes *ibidem.* Et licet Bartolus ibi dicat delegatum censeri subrogatum loco præfecti, & ideo coram eo fideiussionem durare, & sequitur Angel. *ibid. circa princip.* Tamen Bartol. & Angel. loquuntur de delegato illius iudicis, coram quo cautio fuerat stipulata, qui dicitur subrogatus † loco illius iudicis, à quo habet iurisdi- 13
ctionem delegatam, & idem officium, idemque tribunal censeri, non obstante delegatione, cum de mandato iudicis iudicet in causa, & vice delegantis fungatur, vt ait Angel. *ibi,* & clarius Iacobin. *in leg. non à iudice, §. si quis alio. ff. de iudiciis.* secus igitur est in delegato Principis auocantis causam à iudice ordinario, quia mutatur non solùm persona iudicis, sed etiam tribunal, & noua instantia datur causæ. Secundo declaratur hic articulus tertius, vt procedat in fideiussione † vo- 14
luntaria, non autem in necessaria, iuxta terminos *§. si verò reus, Instit. de satisdationib.* cum aliis ad hoc cōgestis per Gabriel. *in cons. 53. vol. 1.*

CASVS CLXXIX.

Si inter filios fratrum diuidenda est hereditas per capita, prout est ipsa veritas, an facta diuisione per maiorem natu, clericus minor natu debeat prius capere hereditatis portionem.

SVMMARIA.

1 *Successio patrui fit per fratrum filios per capita, & non stirpes secundum veriorem opinionem.*

2 *Fratrum filios succedere per capita fuit decisum ab Imperatore.*

3 *Fra-*

3 *Fratrum filios succedere per capita qui Doctores teneant.*
4 *Fratrum succedentium maiorem natu diuidere, & clericum minorem natu eligere.*
5 *Diuisio hereditatis quomodo fiat inter fratres de iure ciuili.*
6 *Electio partium hereditatis spectat ad minorem natu de iure Canonico.*
7 *Ratio legis generalis ampliat dispositionem.*
8 *Opiniones Ciuilistarum & Canonistarum, quando differunt, illa est amplectenda, quæ fundata est super iure diuino.*
9 *Fratrem minorem natu eligere, est dispositum de iure diuino.*

1 FRatrum filij, † qui tractant de successione patrui, an debeant succedere per capita, vel in stirpes, fuit antiquissima quæstio inter Accursium, & Azonem, atque inter eorum successores. Nam etsi Accurs. *in auth. cessante, in ver. in stirpes, C. de legit. hered.* dicat, debere succedere in stirpes, idem dicit *in l. duodecim tabular. in gloss. fin. C. eod. tit.* vbi se remittit ad ea quæ scripsit *in §. hoc etiam, Instit. de legit. agnat. success. & in §. reliquum, in auth. de hered. ab intest. in gl. in ver. fratres.* Tamen idem Accurs. sibi contradicens, contrarium dixit *in §. hoc etiam, in vers. superstites, Instit. de legit. agnat. success.* expresse firmans, filios fratrum diuidere inter se hereditatem in capita, idque probari ex illo textu ait, idem etiam repetit *in l. post consanguineos, §. hereditas. in verb. partes, ff. de suis & legitimis.* Ex quo infertur opinionem Accursij, quam sequitur Bartolus *in l. post consanguineos, §. hereditas,* quem legit cum *§. agnati, ff. de suis & legitimis,* & sequûtur communiter Doctores, quia caret lege, ac certa ratione, sed sola Accursij auctoritate fundata est, atque per Doctores amplexa more volantium auium, non esse allegandam in decisionibus causarum, procedit enim ab origine infecta, videlicet ab Accursio sibi contrario expresse.

Ideò verior est opinio Azonis *in summa, C. de legitimis heredibus. n. 7. vers. illud dubitari,* videlicet successionem istam faciendam esse per capita, non autem in stirpes. Pro cuius opinionis confirmatione, sufficit al-
2 legare † sic fuisse decisum ab Imperatore Carolo V. qui in casu currenti rogatus, legem promulgauit à toto Imperio obseruandam, qua sancitum est, filios fratrum debere succedere patruo in capita, non autem in stirpes, cuius legis testimonium facit Couar. *in epit. de successionibus ab intestato, n. 8.*
3 Sed ad eius corroborationem † allegantur etiam grauissimi viri, qui hanc opinionem tutati sunt, Bald. *in authent. cessante, n. 1. & seq. C. de legitimis heredibus,* qui dicit se mutasse sententiam, quam prius consuluerat, cuius verba sunt, volo te musare super textu, quia nunquam textus loquitur in stirpes, nisi quando filij fratrum veniunt ex priuilegio, vt patet in corpore, *in verb. priuilegium, in verb. beneficium,* quæ verba ibi pluries repetuntur, sed certum est, quando veniunt ex persona sua, non venire obtentu alicuius beneficij, sed ex vi ipsius naturæ, & secundùm regulas rigorosas graduum; ergo veniunt in capita: Deinde subdit hæc verba: Ergo timens recedere à glossis in consulendo, etiam consului secundùm glossas, modò videtur mihi quòd opinio Azonis, & sequacium magis sit consona literæ, & naturæ. Et hanc opinionem sequuntur Curtius senior *in consil. 44. colum. 9. ad fin. versic. & ideo.* Decius *in addit. vlt. ad consil. 35. colum. 1. versi. secundo principaliter,* quos in proposito huius articuli refert Tiraquellus *in tract. de retract. §. 11. glo. 12. num. 3.* hanc eandem opinionem sequuti sunt Doctores omnes antiquiores ante Accursium, vt refert Baldus *in cap. 1. num. 3. de natur. success. feudi,* Roffred. *in tit. de bonorum possess. vnde cognati, §. fin.* Hostiens. *in summa, in tit. de successionibus ab intestato, §. viso igitur, colum. fin.* Vbertus de Bobio, & Alberic. qui Oldrad. refert *in d. authen. cessante,* & omnes prædicti referuntur à Tiraquello *in d. §. 11. gloss. 12. nu. 4.* Salycet. *in d. authent. cessante & in authen. post fratres,* Aretin. *in §. cum filius. num. 5. Instit. de heredib. instit.* plurimos etiã Doctores ad hoc more suo, recenset Tiraquellus *in d. numer. 4.* ad demonstrandum, quod etiam ex Doctorum numeri auctoritate hæc opinio vincere debet. Sed Fortunius Garzias *in l. Gallus, §. idem credendum, à n. 45. vsque ad 51. ff. de liberis & posthumis,* rationibus vrgentissimis, & indubitatis hanc opinionem muniuit, & textibus apertissimis enucleauit, eadem opinionem rationibus validissimis probauit Zasius *in epito. feud. titul. 8. de feudi succ. conclus. 6. num. 17. & pluribus sequent. & in lib. 1. suorum responsorum, cap. 7.* eandem probauit Cuiacius *in comment. ad feud. lib. 2. tit. 11. de grad. success. in feud.* Franciscus Duaren. *in consuetud. feud. cap 9. num. 10. & cap. 11. nu. 14.* Vasquius *de success. resolutione, lib. 1. §. 13. nu. 13.* Capra *in consil. 21. num. 12. & sequent. & consi. 104. volum. 1.* Cephal. *in consi. 431. per totum,* Couarru. *in epitom. success. ab intestato. num. 8.* qui rationibus vtriusque partis bene perpensis, ait sibi placere magis opinionem Azonis, & omnes prædicti Doctores, alios allegantes, adeo probant certè hanc conclusionem, vt nihil amplius quin superfluum fuerit, addi possit.

Secundus articulus est: Cum inter filios fratrum diuidenda sit hereditas per capita, atque clericus † re- 4
periatur minor natu, an ad ipsum spectet electio partium, ita quod maior diuidat, & minor eligat. Et licet de iure ciuili sit dispositum, quod iudex † ad eius 5
arbitrium det partes, vel sorti committatur, *l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debeat. lib. 10.* Bartolus, & Baldus *in l. 1. C. de his qui se deferunt, lib. 10.* Aretinus & cæteri *in §. quædam, Institut. de actionib.* Doctores *in l. 1. ff. si certum petatur,* Ripa *num. 96.* Cagnol. *nu. 165.* Tiraquellus *in tract. de iure primogenior. quæst. 60.* Tamen de iure Canonico dispositum est, vt electio partium spectet † ad minorem natu, vt est textus *in cap. 1. de parrochiis,* vbi in simili dicitur, quod ille diuidat, qui 6
amplius tempus in Episcopatu habet, & minor eligat, quem textum ad hoc allegat Hostiens. ibi *colum. 2. versic. & est optimum,* Anton. de Butr. *colum. 2. versi. nota quod in diuisionibus,* & Ancaranus *in 3. notab.* Neque obstant responsiones, quas dat Aretinus *ad d. cap. 1. in d. §. quædam, nu. 19. Instit. de actionib.* Non prima, quod ibi loquatur de bonis Ecclesiæ, non laicorum, quia vt supra probauimus *casu 5.* leges ciuiles non habent circa successionem clericorum tam actiuè, quam passiuè. Item *in casu 11.* & pluries dixi, clericos gaudere omnibus priuilegiis tam respectu bonorum Ecclesiæ, quàm prophanorum. Neque obstat altera responsio, quod speciale est fauore Ecclesiæ, respectu diuidentis, qui est antiquior, & præsumitur maiorem habere notitiam, quàm minor: Quia hæc ratio non est specialis, sed generalis respectu omnium diuisionum faciendarum, & ratio † generalis ampliat 7
dictum, & totam dispositionem generalem reddit, *l. regula, §. si quis, ff. de iuris & facti ignorantia,* vbi Bart.

Idem Bartolus *in l.pater filium,§.fundum,de legat.3.*& omne dicitur dispositum, quod consistit in ratione, *cap.consuetudo,distinct.1.* Nec potuit considerari fauor Ecclesiæ respectu diuidentis, quia erat antiquior, & præferendus, quia prælatio non stat in diuisione, sed in optione,& respectu diuidentis. Aretin.dixerat rationem,quia habebat maiorem notitiam. Nec est fauor Ecclesiæ, vt ipse minor natu capiat, quia ius Ecclesiæ est amplius duraturum, vt dicebat Aretinus, quia ibi Pontifex dicit,vt qui amplius temporis in Episcopatu habet,diuidat,& minor eligat: ergo minor non intelligitur de ætate, sed minor in tempore Episcopatus, qui fortè potuit esse maior natu ipso diuidente. Vnde colligo responsiones Aretini non euacuare commune notabile Canonistarum super illo textu,circa diuisionem hereditatis faciendam. Et quādo opinio † Ciuilistarum,& Canonistarum differunt, 8
illa est amplectenda, quæ fundata est super iure diuino,vt dixi supra *in part.3.c.9.*sed de iure diuino est dispositum, vt inter fratres † maior natu diuidat & mi- 9
nor eligat,Genes.*c.13.*glos.*in can.de libellis, in verb.illorum,distinct.20.*textus *in ca.qualiter, & quando,in secundo,& ibi* Abb. *in 1. notab.de accusat.* ergo clericus minor natu habere debet electionem capiendi partē, facta diuisione per maiorem natu.

CASVS CLXXX.

Legatum ad pias causas an patiatur diminutionem, sicut cætera legata pro detractione Falcidiæ,aut quia hereditas nimis onusta legatis non est soluendo.

SVMMARIA.

1 *Legatorum diminutio quando fiat.*
2 *Legatum speciei ad pias causas non patitur diminutionem.*
3 *Legati dominium transfertur ipso iure ad pias causas.*
4 *Legatum quantitatis ad pias causas non patitur defalcationem.*
5 *Falcidia non detrahitur de legato quantitatis vel speciei ad pias causas.*
6 *Falcidia non detrahitur de legato dotis.*
7 *Falcidiam quando non detrahit heres de legatis ad pias causas,detrahit integraliter de cæteris.*

1 Legatorum † diminutio fit,quando hæreditas non est soluendo, *l.si verò composita, §.1.ff.de milit.testament.* An autem id procedat in legatis piis, Tiraquellus *de priuil.piæ causæ, priuil. 72.* non discutiendo, videtur tenere partem affirmatiuam. Ego autem declaro per duos articulos.

2 Primus articulus est: Legatum † speciei factum ad pias causas non patitur defalcationem, neque ob patrimonij defectum, neque in casu Falcidiæ detrahendæ,& quantum ad patrimonij defectum, est textus *in l.fideicommissorum,ff.vt in possess.legator.* & hanc opinionem firmarunt in omnibus legatis specierum, gloss.*in d.l.si verò composita, in §.1.& ibi* Bald.& Ang. Idem Bal.*in l.2.in fin.vers.sed hic quæro,C.ad l.Falc. & in l.quoties,col.2.vers.& prædicta faciūt,C.famil.hercisc.* Castrens.*in l.si quis testamento,§.1.de legat. 1. & ibi* Ias. qui disputant articulum ad partes, & ita concludunt, & pro hac opinione Franch.*in d.decis.236.numero 5.*allegat etiam Crotum, Baldum Nouellum, atque Iacobutium de Franchis. Et licet multi Doctores teteant contrariam partem,relati per Franch.*in d.decis.236.num.3.* Tamen omnes mouentur per *l. quærebatur, ff. ad legem Falcidiam.* Sed retentis terminis *d.l. quærebatur.* idem dicendum est in casu nostro. Ratio enim, cur si legatum liberationis est in specie,non veniat in contributionem est, quia legati in specie dominium transfertur recta via in legatarium, *l. à Titio ff.de furtis.* sed in Ecclesiam, † & pias causas domi- 3
nium non solum iure communi recta via transfertur, sed etiam ex priuilegio,*l.fin. C.de sacrosanctis Ecclesiis,* in quibus solus titulus sufficit ad translationem dominij,vt dicit Schrader.*de feudis, par. 5. cap. 5.num.12.* & scripsi sæpius supra, ergo sic est firmanda huius articuli decisio,etiam retentis terminis contrarium sentientium.

Qua ratione intelligo eundum articulum † proce- 4
dere,etiam si quantitas à Titio debita, ad pias causas relicta fuerit, quia hoc esse legatum in specie, probat Gomezius *in lib. variarum resolutionum, tom.1.cap.12. num. 75.* respondendo multipliciter *ad l.si sic,ff.de legat.1.*& ratio est, quia quantitas est legata vt corpus,& propterea dicitur legatum in specie, vt est casus *in l. plane,§.si eadem res,versi. tunc enim,de legat.1.*& ibi gl. *in verb.comparandum,*adducit similia iura.

Secundus articulus est: Neque de legato † quan- 5
titatis simpliciter facto ad pias causas detrahitur Falcidia,neque de legato speciei,per textum *in l.si quis ad declinandam,in fi.C.de Episcop. & cleric. & in §.fin antē heres.in authent.de Ecclesiastic.titulis,* ex quo desumpta est *authent.similiter, C.ad legem Falcid.* vbi sic notant omnes Doctores, pro qua multos congerit Vasquius *in tract.de successionum progressu,in tit.de fideicommissaria substitutione,lib.3.§.26.n.24.*Simon de Prætis *de interpretat.vltim.volunt.l.4.dubitat.12.n.5.& seq.*vbi probat hanc opinionem, ex eo quia neque de legato dotis † detrahenda est Falcidia, Peregrin. *in tract. de fideicommiss.arti.3.num.62.* vbi quod licet per iura an- 6
tiqua de relictis ad pias causas detrahebatur Falcidia, tamen hodie sic se habet communis omnium opinio tam in scholis, quam in palatiis, de qua communi opinione attestatur etiam Cagnol. *in l. Papinianus, §.meminisse.n.18.ff.de inoffic.testamen.*Neq;per hoc fiet præiudicium † heredi, quia ipse poterit ex aliis lega- 7
tis integram Falcidiam detrahere, & ita hæc dispositio non est in damnum heredis, sed aliorum legatariorum, ex doctrina Bartoli *in l. qui quadraginta,in fi. princip.ff.ad legem Falcid.* dicentis, se per illam legem ita determinasse, & sequitur Castrens.ibid. *n.3.*dicens, istud esse perpetuo memoria commendandum,& declarat Ruyn.*in consil.146.num.5.volum.3.*quorum doctrina est vera, nisi testator expresse prohibuerit ex regula *§.si vero expressum. in auth. de heredib.& Falcid.* Ideo non sufficit coniectura voluntatis.

CASVS CLXXXI.

Matrem non posse disponere de qualibet quantitate in beneficium filij secundi matrimonij, qui fuerit clericus, non obstante dispositione *legis; hac edictali, C. de secundis nuptiis.*

SVM-

SVMMARIA.

1 *Mater non potest disponere de bonis in beneficium filiorum secundi matrimonij.*
2 *Mater debet seruare æqualitatem inter filios.*
3 *Matris dispositio relinquens plus vni filiorum secundi matrimonij, quàm primi, nullo modo valet.*
4 *Mater non potest donare filio in potestate existenti.*
5 *Patri an quæratur ex donatione facta à matre filiis secundi matrimonij.*
6 *Vsusfructus quomodo posset non quæri patri in aduentitiis.*
7 *Mulieres secundo nubentes quam præscriptionem habeant in contrarium.*
8 *Matris dispositio in beneficium filiorum secundi matrimonij præsumitur facta suggerente patre.*
9 *Parentes an relicta legitima filiis, de cætero possint disponere ad eorum libitum, etiam in beneficium filij ex altero matrimonio.*
10 L. hac edictali, C. de secundis nupt. *præsumit fraudem.*
11 *Legari non potest filio spurio, sed eius nepoti.*
12 *Mater non potest disponere in beneficium filij alterius matrimonij quando vsusfructus quæritur patri.*
13 L. hac edictali, C. de secund. nupt. *loquitur in patre & in matre.*
14 *Donatio facta filiis alterius matrimonij videtur facta ad suggestionem matris.*
15 *Matre donante filio clerico alterius matrimonij, nihil quæritur patri.*
16 L. hac edictali, *considerat solam rationem acquisitionis, quæ sit patri.*
17 *Donatio vxoris valet dummodo filio, & non marito quæratur.*
18 *Donatum secundo viro, vel secundæ vxori, vt restituat filijs, vt valeat.*
19 *Fideicommissum factum ab vxore secundo nubente in beneficium filiorum collatum in tempus existentiæ sui iuris valet.*
20 *Mulier secundo nubens tenetur omnia lucra sibi peruenta à primo marito reseruare filiis prioris matrimonij.*
21 *Mulier secundo nubens non potest disponere de bonis prioris mariti in beneficium filij clerici secundi matrimonij.*
22 L. fœminæ, C. de secund. nupt. *quomodo sit porrecta de iure Canonico.*
23 *Mulier secundo nubenti de consensu prioris mariti censetur remissa omnis pœna legis ciuilis.*
24 *Mulier secundo nubens de consensu prioris viri lucratur sibi relicta in præiudicium filiorum.*
25 L. fœminæ. C. de secund. nupt. *procedit ob iniuriam quæ fit marito.*
26 *Iniuria non infertur volenti.*
27 L. fœmin. C. de secund. nupt. *non procedit in bonis datis per maritum titulo oneroso.*

1 CErtissima est iuris conclusio matrem † non posse disponere de aliqua parte bonorum suorum in beneficium filiorum secundi matrimonij, vt est casus *in l. hac edictali, C. de secund. nupt.* per quem textum ità firmarunt Francis. de Albergottis *inter consilia Castren.* 261. *vol.* 1. & Ioan. de Lignano *in consil.* 263. *eodem vol.* & cum Bald. teneret contrarium, fuit causa commissa Riccardo de Salycetis, qui iudicauit contra consilium Baldi, & consilium Riccardi habetur *inter consilia Castrens.* 264. *eodem volum.* sed post dictam sententiam Riccard. Baldus mutauit priorem opinionem, atque secutus est Riccardi sententiam, pro qua consuluit *in consi.* 161. *quædam nobilis Agnesina. volum.* 1. & refert Crauet. *in consi.* 193. *num.* 11. *versi. sed tamen reperio,* Castrens. *in consi.* 149. vbi dicit, hanc esse vulgarem doctrinam, quæ colligitur ex *l. hac edictali, & consil.* 150. *viso casu, vol.* 1. vbi satis dedignatur contra istas crudeles matres † non seruantes æqualitatem inter filios, 2
contra præceptum Iustiniani *in §. fi. auth. de nupt.* Ruy. *in consi.* 111. *num.* 7. *in fin. vol.* 1. dicit, illam primam opinionem, quam tenebat Bald. *in l.* 1. *C. de inoffi. dotib.* esse communiter reprobatam, & Ias. *in auth. vnde si parens, num.* 4. dicit, hanc opinionem Riccardi esse veriorem. Riminald. iun. *in consi.* 243. *nu.* 26. *& consi.* 428. Corn. *in consi.* 124. *vol.* 3. Curt. *in consi.* 46. *vol.* 2. *versi. transeo ad secundum.*

Eandem opinionem tenent Bertran. *in d. l. hac edictali, num.* 14. *& seq.* & licet aliquando idem Bertrand. consuluerit contrarium, tamen *in consi.* 153. *cum tempore, vol.* 3. *per tot.* sequitur sententiam Riccardi, quem refert Phanucc. *de lucro dotis, in verb. sine liberis, gl.* 5. *nu.* 47. *versi. secunda cautela est,* vbi dicit hanc esse communem opinionem Ioan. de Garonib. *in* 1. *part. rubr. C. de secund. nupt. n.* 73. Glossa Parisiensis *in additionib.* ad Dec. *in consi.* 246. *in vlt. addit.*

Et secundum hanc opinionem sæpissimè iudicatum in tribunalibus. Nam vltra illam sententiam decisiuam Riccardi de Salyceto, quod dispositio matris † relinquens plus filiis secundi matrimonij, quàm primi, nullo modo valeat, est casus decisus in Rota Florentina, vt per Magon. *decis.* 107. Idem in Senatu Pedemontano, vt per Thessaur. *decis.* 170. vbi latissimè scribit, & idem fuit pluries decisum in Prætorio Neapolis, vt testatur Franch. *in decis.* 435. *num.* 9. *versi. & vt senior,* vbi quod post sententiam Riccardi de Salyceto, nunquam ostenditur fuisse iudicatum contrarium. 3

Verum licet Dec. *in consi.* 246. *per tot.* sentiat cum prima opinione Baldi, & Boer. *decis.* 200. *nu.* 5. dicit se credere primam opinionem Baldi fore veriorem, tamen Crauet. *in d. consi.* 193. *nu.* 11. *prope fi.* dicit, Decium vel non vidisse, vel memoria non habere alia Baldi consilia, & aliorum, quia si vidisset, forte mutasset sententiam, & Addentes ad Dec. *in d. consil.* 246. dicunt opinionem Decij in filiis nascituris non esse veram, & Boer. *in decis.* 201. *n.* 5. *versi. & tunc in isto casu,* tenet totum contrarium, & allegatur pro hac parte nostra à Thessauro *in d. decis.* 170. *n.* 8. *versi. & secundum hanc opinionem iudicauit curia.*

Hæc opinio probatur efficacissimis rationibus. Nam stante legis prohibitione, quod nec maritus vxori, nec ecõtra donare possit, vt toto *tit. ff. & C. de donat. inter virum & vxor.* mater † non potest donare filio in potestate existenti, *l.* 3. *§. videamus, in verb. secundum hæc, ff. eodem tit.* vbi habetur, donationẽ per matrem filio in patris potestate constituto non valere, quia patri quæritur. Neque obstat respõsio Baldi *in l.* 1. *C. de inoffi. dotib.* quod patri † nihil in hoc casu quæri possit, non enim proprietas, cum simus in aduentitiis. Nec potest quæri vsusfructus, cum pater non sit eius capax; quod probatur à simili *in l.* 1. *ff. de auctorit. tutor.* vbi si pater auctoratur filiis in aduentitiis, valet quoad proprietatem, quæ filio quæritur; secus est quo ad vsumfructum, qui non remanet apud patrem. Quia contra hoc simile instatur per doctri- 4 5

nam Bartoli *in l. impuberem, §. 1. ff. de falſis*, vbi per ad-
ſcriptionem patris filio in poteſtate factam in adẽnti-
6 tiis concludit, vſumfructum † non quæri filio, niſi pa-
ter in aſcribendo dixerit, quod ita ipſi patri non quæ-
ratur vſusfructus; ſecus ergo eſt, ſi pater non dixerit,
quia ſibi patri vſusfructus quæreretur. Cum igitur per
hanc diſpoſitionem patri quæreretur vſusfructus, de
proprietate nuda, parum curandum eſt.

7 Præterea contra mulieres † ſecundo nubentes, præ-
ſumptio eſt, quod nouis maritis non ſolum res filio-
rum, ſed etiam propriam vitam adducunt, vt dicit Im-
perator *in l. lex quæ tutores, C. de adminiſtrat. tutor.* &
Bartolus *in d. l. hac. edictali, in prin. n. 19.* Ideo cum ma-
ter diſponeret in beneficium filij ex ſecundo marito,
8 cui quæritur vſusfructus, talis † diſpoſitio præſumitur
facta ſuggerente patre, vt probat Rimin. iun. *in d. conſ.*
243. *n. 33.* ideo de directo contra textum *in l. hac edi-
ctali, in verſi. omni circumſcriptione ſi qua per interpoſi-
tam perſonam, vel alio quocunque modo fuerit excogita-
ta ceſſante, &c.* per quam legem totus actus redditur
nullus, & inualidus.

Hæc opinio confirmari poteſt ex reſolutione eorũ,
quæ dicebat Baldus, antequam mutaret opinionem a-
criter impugnando ſententiam Riccardi, dicens, ſi li-
9 citum eſt matri, † relicta legitima filiorum totum, re-
ſiduum ſui partrimonij extraneo relinquere, cur non
debet licere idem reſiduum relinquere vni ex filiis, li-
cet alterius matrimonij, vnde dicebat, quod ſalua re-
uerentia, Riccardus, non viſa medulla huius negotij,
incontinenti fulminauit ſententiam, ſed perperam: Et
hæc eius ratio confirmari poteſt, quia licet patri, ne-
dum filios ex vnico matrimonio, ſed etiam ex diuerſi
habenti, facere donationem ſui patrimonij vni ex fi-
liis, ſiue primi, ſiue ſecundi matrimonij, remanenti-
bus bonis, ad legitimam aliorum filiorum ſufficienti-
bus, & illis non ſufficientibus non in totum, ſed quo
ad legitimam duntaxat, vt inofficioſam retractari, ſiue
ad ſupplementum agi, habito reſpectu ad bona tem-
pore dationis, *l. ſi pater, l. ſi totas, l. ſi donantibus, C. de
inoffi. donationib. & in §. vnic. in authent. de immẽſis do-
nationibus*, ponderando generalitatem illorum verbo-
rum in aliquem, vel aliquos filiorum, & illorum circa
omnem prolem, *& in authen. vnde ſi parens*, vbi gene-
ralia verba in quendam, vel quoſdam liberorum po-
nuntur, iuncta declaratione Odofredi, Baldi, Pauli de
Caſtro, & Ferdinandi Vaſquij *in repetitione illius l. nu.*
12. intelligentium illa verba primi, vel ſecundi matri-
monij.

Item permittitur eadem facere in vltima volun-
tate, quia regula eſt, parentibus permitti de bonis
ſuis ad debitum diſponere ad beneficium alicuius, vel
aliquorum ex liberis, ſiue primi, ſiue ſecundi matri-
monij, relicta cæteris legitima, *l. parentibus, C. de inof-
ficioſ. teſtament. §. hi, in authen. de trient. & ſemiſſ. l. con-
ſiliis, iuncta gloſſa in verb. vt à matre, C. de ſecundis nu-
ptiis, in verſi. & hæc dicimus adhortantes potius, quàm
ſancientes, alioqui, &c.* iuncta declaratione gloſſæ ibi
in verb. obijcere, & in verb. alioqui, & ita illum tex-
tum ſummat Bartolus & ſequuntur alij ſcribentes ibi-
dem.

Sed certè iſta non obſtant ſupradictæ veriſſimæ o-
pinioni, quia omnia licent, dummodo euitetur fraus,
10 & ipſa *lex; hac edictali*, † præſumit fraudem, cũ aliquid
poteſt patri quæri, hæc eſt igitur differentia, cur ex-
traneo poſſit relictum matrimonium relinqui, exce-
pta legitima filiis relicta, quia patri quæritur vſusfru-
ctus, & ſi filij poſtea morerentur, etiam proprietas
quod non eſt in extraneo, & ita reſpondet, & per ali-
qua motiua probat Riminaldus iunior *in conſi. 241.
nu. 55. & ſeq.* Addo illam communem ſententiam,
quod licet filio † ſpurio nec donari, nec relinqui poſ-
ſit, tamen poteſt donari, & relinqui nepoti ex filio 11
ſpurio, quando cautum eſt, quod patri ſpurio vſusfru-
ctus non acquiratur, Bart. *in l. Gallus, §. quid ſi is, nu. 1.
& 2. ff. de liber. & poſthum. & ibi* Caſtrenſis *n. 6.* Iaſ. *nu.*
24. qui alios cumulat, & communem atteſtatur Cra-
uet. *in conſi.* 184. qui dicit, hoc non habere dubium in
matre ſpuria, quia ſibi non quæritur, & ita fuit deci-
ſum, Franch. *deciſ. 77.*

Et ex his reſponderi poteſt ad confirmationes. Ad
primam, quod procedat in patre, ſecus in matre, quia
tunc vſusfructus † acquireretur patri, ita reſpondent 12
Crauet. *in conſi.* 40. & Bertrand. *in conſi.* 186. *vol. 3.* ſe-
quitur Roland. *in conſi. 62. nu. 59.* & huius opinionis vi-
detur eſſe Theſſaur. *in deciſ. 170. nu. 13. in 2. reſponſ.* vbi
reddit rationes diuerſitatis, & nemo ex Doctoribus,
qui tenent contrarium, quem ego viderim, in hac
parte contradicit: Imo infraſcripti Doctores in matre
loquentes, tenuerunt donationem, vel legatum pro-
culdubio valere, quando facit actum, per quem vſuſ-
fructus patri non quæritur, Durand. *de arte teſtandi,
tit. de legat. caut. 65.* Franciſc. Marc. *deciſ. 27. par. 2.* Ber-
trand. *in conſi. 19. n. 4. vol. 3.* Paul. de Caſtr. *in conſi. 150.
verſi. aut conſtat, vol. 2.*

Nec oſtat text. *in d. l.* † *hac edictali, & in §. optime, in* 13
auth. de nupt. qui loquũtur tam in matre, quàm in pa-
tre, & in vtroq; remouentes omnem circumſcriptio-
nem per interpoſitam perſonam, vnde quemadmodũ
matre donante ſiue relinquente filiis ſecundi matri-
monij, perſona illorum videtur interpoſita, eodẽ mo-
do videtur interpoſita patre donante, vel relinquen-
te, arguendo à correlatiuis. Quia reſpondetur, quod
quando hoc non conſtat, ſed ſumus in dubio, & ſit do-
natio filiis, tunc intereſt, an fiat à matre, & fortè præ-
ſumatur fraus per interpoſitam perſonam filiorum,
ex acquiſitione, quæ fit patri, vt tenent Dd. præcitati,
an fiat à patre, quia ceſſante ratione acquiſitionis, ceſ-
ſat præſumptio fraudis per interpoſitam perſonam fi-
liorum, & ſtante ratione diuerſitatis, non valet argu-
mentum ab vno ex correlatiuis ad aliud: & licet adhuc
obſtet, quod donatio facta † filiis ex ſecundo matrimo- 14
nio, videatur facta ad ſuggeſtionem matris, arg. *l. non
eſt conſentiendum, ff. de inoffi. teſtam.* & latè ſcribit Ri-
min. iunior *in conſi. 428. vol. 4.* tamen hoc omiſſo, om-
nes Dd. ſcribentes ſuper *d. l. hac edictali*, ad annullandã
diſpoſitionem matris, per quam plus eſt datum filiis
ſecundi, quàm primi matrimonij, conſiderant acquiſi-
tionem quæ fit patri.

Ex his patet deciſio præſentis caſus. Nam cum ma-
ter † donat filio clerico ex ſecundo matrimonio, nihil 15
poteſt quæri patri, ex his quæ ſcripſi ſupra *in caſu 27.*
vbi quod quilibet factus clericus, etiam primæ tonſu-
ræ, ſtatim exit de patria poteſtate, & dixerunt *in caſu*
90. ergo vſusfructus in bonis aduentitiis clerici non
poteſt patri quæri, vt ibi dixi: Propterea ceſſat ratio
diſpoſitionis *d. l. hac edictali*, & iure poteſt mater do-
nare filiis clericis.

Quod autem ex prohibitione *d. l. hac edictali*, † con- 16
ſideretur ſola ratio acquiſitionis, quæ fit patri, pro-
batur *in §. optimè, & ibi glo. in ver. ſuppoſitas*, dũ exem-
plificat, dicens, cum alii det, vt ad dictum perueniat,
quam gloſſę interpretationem omnes ibi ſequuntur,
& Bald.

& Bald. *in d.l.hac edictali*, in figuratione casus, Bertrãdus *in cons.*186.*volum.*3. & est de mente omnium, qui considerarunt dispositionem à matre factam, non valere, quia dicunt, patri acquiri, vel in totum, vel quoad vsumfructum, facit text. notab. *in l.si per possessionem, in vers. coniugis, vel amici nominibus abutentes, prædam sibi acquirant, Cod. quod metus causa, & l.fin. ff. de his quibus vt indign. cum aliis per gloss. citatis.* Quare remanet firmata conclusio nullam dispositionem valere factam ab altero ex coniugibus, cuius commodum alteri ex coniugibus quæratur, iuxta prohibitionem *d. l. hac edictali.* Quamobrem si quod donatur, vel de quo disponitur, non remaneret penes prohibitum à *d. l. hac edictali*, sed transfertur ad alium, vel extraneum, non includeretur in prohibitione *d.l. hac edictali*, sic in simili materia probat text. *in l. Sulpitius, alias incip. mulier. ff. de donat. inter virum, & vxorem*, vbi valet dona-
17 tio † ab vxore, viro, dummodo ad filiam perueniat, ita quod commodum apud maritum non remaneat, ita probat text. notab. *in l. profectitia, in verb. si fortè. ff. de iure dot.* quòd si vxor marito det, vt pro filia genero dotem tradat, non videtur vxorem marito donasse, quia inquit, non ad hoc dedit, vt ipse habeat, sed vt genero pro filia expendat, idem dicit textus *in l. siue vxor, ff. de donationibus inter virum, & vxorem.* & facit textus *in l. cogi. §. hi qui. ff. ad Trebellia. & in l. cum dotem. ff. ad legem Falcid. in verb. & in plerisque hoc obseruatur, vt omissa interpositi capientis persona spectetur,* &
18 in terminis *d.l. hac edictali*, si est datum † secundo viro, vel secundæ vxori, vt restituat filiis, nullum commodum sentiendo, quod valeat, dixit Bald. *in d.l. hac edictali, num.*4.& 24.& scribit Roman. *in cons.*219.*n.*10. & est textus in terminis in hac materia *in l. mulier, ff.*
19 *ad Trebellian.* vbi dicit valere fideicommissum † iniunctum secundo viro à muliere secundo nubente in beneficium filiorum collatum in tempus existentiæ sui iuris, vt ibi notant Angel. Paul. de Castro, Raphael, Immola, & Alexand. dicẽtes, dispositionem illius textus hodie non esse correctam per dispositionem *d. l. hac edictali*, quia commodum ad maritum non peruenit, sed ad filios, quas decisiones refert, sequitur, & probat, atque communes attestatur Bertrand. *in d.l. hac edictali, in princ. num.*56.*in vers. tertiò Baldus.*

Secundus articulus est: Quando mater transit ad secundas nuptias, & tractatur de bonis sibi donatis à
20 primo marito, tunc ex quo † secundo nubit, tenetur omnia lucra sibi peruenta à primo marito filiis prioris matrimonij reseruare, ex regula *l. fœminæ, C. de secund. nupt.* quam legem limitat Gabriel. *in suis commun. conclus. in tit. de secundis nupt. conclus.*1.*per totam.* Anton. Gomez. *in l. Tauri*, 14. Sarmiento *in lib.*1.*selectar. ca.*4.
21 ergo † non potuit disponere in beneficiũ vnius ex filiis secundi matrimonij, licèt fuerit clericus, quia illa
22 lex non est correcta de iure Canonico † quo ad hoc, sed solùm quæ in odium secũdarum nuptiarum principaliter lata est, non autem quæ in fauorem filiorum primi matrimonij principaliter lata est. Ita est communis opinio Doctorum, vt attestatur Dec. *in rubr. C. de secund. nupt. num.*6. Ripa *in l. fin. num.*98. *C. de reuocand. donat.* Anton. Gabriel. *in d. conclus.*1.*num.*18. ergo non potest mater auferens bona reseruata filiis primi matrimonij à lege, quibus ideò est quæsitum ius, auferre & dare filiis secundi matrimonij.

Declaratur primò hic articulus, vt non procedat,
23 si vxor secundo nuberet, de consensu prioris † mariti mortui, quo casu ipsi vxori censetur remissa à marito omnis pœna, quam incurrisset, iterum nubendo absque voluntate, & consensu mariti prioris matrimonij: Hanc opinionem firmat Bald. *in l.*1. *num.* 6. *vers. sed pone, C. de secundis nuptiis*, vbi quæstionem format de testatore, qui reliquerat mille vxori, si in viduitate mansisset, & quincenta in casum secundarum nuptiarum: Et quærit, an illa quincenta † lucretur etiam in 24
præiudicium filiorum prioris matrimonij, & concludit pro vxore, quia inquit, censetur testator remisisse pœnas binubij, sic disponendo, & secuti sunt Ias. *in consil.*53.*in dub.* 1.*volum.* 1. qui licèt in casu suo contrarium sustineat, attamen ab auctoritate Baldi non recedit, sed aliis rationibus mouetur, & præcipuè illa, quod de licentia nubendi non constaret, Decius *in consil.*485. *num.* 9. & *cons.*537.*n.*6. & *cons.*620.*num.*4. Roland. *cons.*95.*num.*20.& *seq. volum.*1. & *in cons.*85.*n.*12.*volum.*3. Decian. *respons.*35.*num.* 4. *volum.*1. tametsi contrarium dicat in casu suo Menoch. *in cons.*155. *n.*13. Bursat. *in cons.*12.*num.*41. Gabriel. qui plures recenset *in d. tit. de secundis nupt. conclus.*1. *limitat.* 6. Et ratio communiter per omnes assignatur, quia dispositio *d. l.* † *fœminæ*, habet locum, ob iniuriam, quam patitur maritus, cum eius relicta secundo nubit: quæ iniuria cessat, cum secundo nubit de consensu & voluntate prioris mariti, quia volenti iniuria † non infertur, *l. cum donationis, C. de transactionibus, l.*1. *§. vsque adeò, ff. de iniuriis*, & quòd in secundo nubente de consensu viri censeatur remissa pœna *d.l. hac edictali, Cod. de secundis nuptiis*: in illis bonis quæ habuit à primo marito, firmarunt Roman. *in cons.*219. Boer. *decis.*185. *num.*22. & latiùs per Garronum *in tract. de secundis nupt. in cap. remedia pro secundo nubentibus, num.*3. 25

Secundo declaratur articulus, vt non procedat in bonis translatis in vxorem per primum virum ex titulo oneroso, probatur *ex d. l.* † *fœminæ*, quæ semper 26
loquitur in habitis ab vxore titulo lucratiuo, & voluit gl. *in l. cum aliis. in verb. ad maternam, C. de secundis nuptiis*, Rom. *in cons.*210. post Bal. *in d.l. hac edictali, §. is illud, & in d.l. fœminæ, in* 2.*lect. in pr. vers. itẽ nota quòd istæ pœnæ, & in l. in donatione, in fin. C. de secundis nupt.* Bertr. *in cons.*212.*vol.*2. Boer. *in d. decis.*185. Garronus *in repet. auth. ex testamento, n.*31. quos sequutus est Gabriel. *in d. tit. de secundis nuptiis, conclus.*2.*n.*40.

CAPVT CLXXXII.

Episcopus an possit causas ciuiles, vel criminales regularium suæ diœcesis diffinire, iudicare, atque reos criminis punire.

SVMMARIA.

1 *Monachi sunt exempti à iurisdictione Episcoporum.*
2 *Monachi à suo Prælato sunt puniendi.*
3 *Superiores regularium qui sint.*
4 *Episcopi in quibus casibus habeant iurisdictionem super regularibus.*
5 *Episcopi habent iurisdictionem super regularibus in criminalibus dignis depositione.*
6 *Prælati regularium habent facultatem castigandi suos subditos solùm in concernentibus eorum regulas.*
7 *Regularis delinquens inquiritur & punitur ab ordinario vti delegato sedis Apostolicæ.*
8 *Regularis deiectus ab ordine debet statim se præsentare Episcopo.*
9 *Regularis excommunicatus à iure denuntiatur per Episcopum.*

10 *Episcopus præfigit terminum regulari exempto, vt se præsentet coram suo prælato.*

1 PRimus articulus huius casus sit in ciuilibus, in quibus monachi † sub iurisdictione adprobata viuẽtes, exempti sunt à iurisdictione ordinariorum tam de iure communi, *c.1.§.fin. & c.neque aliqui, de priuileg. li. 6.* vbi Papa omnes indulgentias, & priuilegia sub quacunque verborum forma concessa ab ordinariorum iurisdictione eximentia reuocauit: tamen declarauit in ea reuocatione non comprehendi monachorum priuilegia, & exemptiones, sed ea in suo robore manere disposuit, & de eorum priuilegiis, apparet ex mare magno priuilegiorum à summis Pontificibus concessorum regularibus. Item ex dispositione Sacrosancti Concilij Tridentini *sess. 21. cap. 14.* vbi text. dicit,
2 quòd regularis † non subditus Episcopo, ab eo non puniatur, licèt populo scandalosus sit, sed à suo Prælato, *c.2. eiusd. sess.* ergo priuilegia prædicta manent sub sua potestate, neque per ipsum Concilium fuere reuocata, sed confirmata *c.5. Concil. Trident. sess. 14. de reformat. in fin.*

3 Declaratur hic articulus, quia superiores † regularium sunt Priores, secundo Prouinciales, tertio generales. Item iudex ordinarius regularium est Protector, ita consuluit Cardinal. *in cons. 17. incip. casus post factum, num.1.* & latius probat id obseruari in practica Staph. *de literis signat. gratiæ, & iustitiæ, in verb. de sanatione contractus inualidi, n.7.*

Secundo declarat hic articulus, vt non procedat in
4 illis casibus † particularibus, in quibus specialiter aliter reperitur dispositum, vt est *c. 14. de reformat. sess. 7. Concil. Trid.* vbi ordinarij, tanquam sedis Apostolicæ delegati, in causis mercedum, & miserabilium personarum regulares debitores cogere, atque compellere possunt, cum expressa derogatione quorumcunque priuilegiorum: Item in reddendo rationem alicuius vltimæ voluntatis, ipse regularis exemptus: fit subditus ordinario loci, & ei tenetur reddere rationem, atque ab eo de mala administratione puniri poterit, *clem.1. de testam.* Item in casu *c.1. de priuileg. lib.6.*

5 Secundus articulus est de criminalibus, † in quibus regulares sunt sub iurisdictione ordinariorum, sed hoc procedit solùm in illis criminalibus, quæ sunt depositione digna, de quibus non possunt cognoscere Prælati regularium, puta de homicidio, sed hoc intelligo de iure communi: secus si aliter per priuilegium dispositum fuerit, vt declarat Nauarr. *in cons. 6. sub tit. de foro compet. & in c. non dicatis, n.63. 12. q.1.* & ratio est,
6 quia Prælati † regularium de iure communi habent facultatem castigandi suos subditos, solùm in concernentibus eorum regulas de iure communi, & ex priuilegio solùm pro illis delictis, quæ non sunt depositione digna, vt per Nauarr. in loco præcitato *n.1. & 7.* Item in crimine heresis, regulares exempti subsunt iurisdictioni ordinariæ, *c. ad abolendam, §. fin. de haret.* vt, Episcopis, & Inquisitoribus, Nauar. *in cons. 1. n.5. sub tit. de hæreticis.*

7 Declaratur primò hic articulus. Nam † regularis quilibet, extra monasterium degens, etiam sui ordinis prætextu, si deliquerit, ab ordinario loci, tanquam super hoc à sede Apostolica delegato, inquiri, puniri, & corrigi potest ex dispositione Concilij Tridentini, *sess. 6. de regularibus & monialibus, cap.3.*

8 Secundo declaratur. Nam regularis † deiectus ab ordine suo debet statim se præsentare Episcopo cum ordine clericali, & efficitur de illius iurisdictione, Doctores *in c. si. de regularibus*, Nauar. *in consil. 76. & cons. 79. sub. tit. de regularib.*

Tertio declaratur. Nam si regularis † est excom- 9
municatus à iure, Episcopus mandat ipsum denuntiari publicè; vt euitetur, Ioan. Andr. *in c. 1. nu. 1. de priuileg. lib. 6.* Geminian. *ibi colum. 3. versi. quid si exemptus,* Ioan. de Immola *in clem. 1. num. 17. de seqaestrat. possess. & fruct.*

Quarto declaratur. Nam in delictis non dignis depositione, † ordinarius potest præfigere terminum 10
regulari exempto, infra quem debeat se præsentare suo superiori, Geminian. *in c. quamuis, §. inferiores, de elect. lib. 6.*

CASVS CLXXXIII.

Clericus feudatarius an citetur à laico directo domino feudi, super reintegratione feudorum.

SVMMARIA.

1 *Feudatarius potest compelli à Rege, vt ostendat sibi limites feudi.*
2 *Directus dominus feudi an possit citare clericum feudatarium super reintegratione corporis feudi.*
3 *Feudatarij omnes res præsumuntur feudales in sui præiudicium.*
4 *Emphyteuta tenetur ostendere limites emphyteusis directo domino.*
5 *Canon præstari solitus ab emphyteuta, quando præsumatur præstari pro omnibus bonis suis.*
6 *Clericus feudatarius citatus coram domino feudi debet simpliciter comparere, nec protestari.*
7 *Contumax efficitur citatus protestans se nolle consentire in iudicem.*
8 *Contra vasallum contumacem proceditur ad amißionem feudi.*
9 *Clericus feudatarius super amißione feudi conuenitur coram Ecclesiastico.*
10 *Clericus negans se tenere feudum à vocante illum, debet conueniri coram suo iudice competente.*
11 *Clericus quando non teneatur ostendere titulum suæ possessionis.*

MOdo vsque ad finem operis, videamus de casi- 1
bus iurisdictionis, circa feudalia, & inprimis cum feudatariis † cuilibet qualitatis existat, affirmans se tenere feudum à Rege, possit ab ipso compelli, vt ostendat sibi feudi limites, & quantitatem rei concessæ in feudum, glo. *in c.1. §. illud, & ibi* Bal. Aluerot. & Affli. *de prohibita feudi alien. per Federic.* Affl. *in c.1. de controuers. inter mascul. & fœmin. & benefic.* Spec. *in tit. de locato, §. nunc aliqua versi. 59.* Iacobi. *in sua inuestit. in ver. dictique vasalli, in secundo, n. 15. vsque ad n. 20.* Zas. *in tract. de feud. part. 7. num. 52.* Bald. *in c.1. nu. 4. de vasallo qui contra constitut. Lotharij.* Ideo quæritur, an possit Rex, vel quilibet alter directus † dominus 2
feudi clericum feudatarium citare coram se, ad reintegrationem alicuius corporis faciendam, illudque in inuentario feudi ponendum, & pars affirmatiua est verior, quando clericus fatetur se illud feudum tenere à Rege, ita firmat Paris. *in tract. de reintegratione feudorum, cap. 198. quod incipit; an citatus super reintegratione feudi.*

Et

Et rationem puto assignari posse, quia dum ipse
clericus fateretur se tenere feudum ab altero, omnes
3 res, quas possidet feudatarius, † præsumuntur feuda-
les in sui præiudicium, Hostiens. *in summa, de feud. §.
quibus*, Ioan. Blanc. *in sua summa de feud. in tit. de con-
trouersia feudi, §. pone quod dominus agit contra vasal-
lum*, Baldus *in d. c. 1. numero secundo, de vasallo, qui con-
tra constitut. Loth. & in c. 1. §. vasallus, numero 9. si de feu-
do fuerit contentio inter dominum & agnatum*, & Alb.
in l. si Titius, in 2. n. 9. ff. de act. empti. subdit, idem esse
4 in emphyteuta, quia † si directus dominus petat, vt
sibi designet fines possessionis, pro quibus præstat ca-
5 nonem, si id recusat, ipse canon † præstari solitus,
præsumetur præstari pro omnib. bonis suis, Ias.
in lege tertia, numero 173. C. de iure emph. & ita quod
omnia eius bona sint emphyteotica. Quare vt cleri-
cus citatus compareat coram domino feudi, respicit
sui fauorem ad euadendum præsumptionem iuris,
quæ posset sibi, & Ecclesiæ parere præiudicium. Et
hoc confirmatur ex iis, quæ scripsimus supra *in casu*
89. vbi ostendimus directum dominum feudi esse iu-
dicem competentem in clericos feudatarios, si ciuili-
ter agatur.

Declaratur primo hic articulus, vt clericus citatus
6 super † reintegratione feudi coram directo domino
debeat simpliciter comparere, consentiendo in iudi-
cem, non autem protestando quod in iudicem con-
7 sentire non vult, tunc enim verus contumax † est, vt
affirmarunt Innocent. Ioan. Andr. Bald. Immol. & cę-
teri *in c. Cumana, de elect.* Immol. & Abb. *in c. cum M.
Ferrariensis, de constit.* Abb. *in c. fin. de dolo, & contu-
mac.* Bal. *in l. 2. C. vbi quis de curiali, &c.* Immola, & A-
lex. *in l. non solum, §. morte, & ibi* Ias. *nu. 40. ff. de noui
operis nuntiatione*, Ias. *in l. ait prætor, in princ. n. 18. ff. de
iureiur. & in l. sancimus, n. 5. C. de iudic.* Marsil. *in l. de
vnoquoque, n. 173. ff. de re iudic.* Decius *in c. 1. in 1. lect.
n. 24. versi. vnde ad tollendam, de iudic.* ergo contra cle-
ricum feudatarium sic contumacem procedit supra-
8 dicta præsumptio: Imo contra vasallum † sic contu-
macem proceditur ad amissionem feudi, *c. 1. §. illud, &
ibi per omnes Feudistas, de probib. feud. alien. per Fede-
ric.* & cæteri, ac indubitati iuris est, quod perinde est
nolle omnino comparere, vel nolle apud iudices com-
petentes, sine competenti via comparere, arg. *c. Nico-
lao. & ibi* Bald. *de appellationib. l. 2. & ibi* Salyc. Fulg.
*& cæteri moderniores, C. de successor. edict. l. si. ff. de lib.
posthum. l. quoties, & ibi* Ias. *qui satisd. cogunt.* sed quan-
9 do tractaretur contra clericum feudatarium † de a-
missione feudi ob aliquam causam, & ita criminaliter
ageretur, coram iudice Ecclesiastico conueniendus
esset, vt probaui *in d. casu* 89.

Secundo declaratur hic articulus, vt non proce-
10 dat, quando ipse clericus † negaret se feudum illud
tenere à Rege, vel altero eum vocante, vt probat
idem Paris. *in d. tract. de reintegrat. feud. in d. c.* 198. hoc
enim casu ipse dicere non cogitur instrumentum suæ
11 inuestituræ, neque possessionis † titulum ostendere,
Bald. *in l. 2. num. 7. C. quomodo, & quando iud.* Aluarot.
in c. 1. in princ. num. 9. de controuers. inuest. Iacob. *in sua
inuestit. in ver. dictiq; vasalli, in 2. n. 19.* & tunc ista qua-
litas feudalis non erit coram eodem directo domino
cognoscenda, sed coram iudice Ecclesiastico, coram
quo ipse clericus conueniri debeat ad hoc, vt dixerũt
Ant. de Butrio, & cæteri Canonistæ *in c. cæterum.
de iudic. & in c. cum laicus, de foro compet.*
& dixi *in d. casu* 89.

CASVS CLXXXIV.

Clericos, sicut cæteros, non posse reconueniri in feudalibus.

SVMMARIA.

1 *Iudex competens inter vasallos est dominus feudi.*
2 *Iudex competens inter vasallum, & dominum sunt pares curiæ.*
3 *Clerici feudatarij non possunt reconueniri coram domino feudi.*
4 *Iurisdictio domini feudi non potest prorogari ad alias lites, quàm feudales.*
5 *Iurisdictio concessa ad certum genus causarum, non potest extendi ad aliud.*
6 *Reconuentio non est permissa coram arbitris.*
7 *Arbitri non habent iurisdictionem.*
8 *Iurisdictionis prorogatio non fit de vna specie ad alteram.*
9 *Clerici agentes litem coram ordinario non possunt reconueniri in feudalibus.*
10 *Feudatarij nõ possũt prorogare iurisdictionẽ alterius.*

DIxi supra *in casu* 107. clericos agentes litem co-
ram iudice laico posse reconueniri in eodem iu-
dicio, modo videamus, an reconuentio procedat in
feudis, & quia dominus feudi est iudex competens
†inter vasallos, etiamsi clerici fuerint feudatarij, Inno- 1
cent. *in cap. verum, nu. 1. de foro compet.* And. *in c. 1. §. itẽ
si clericus, col. 2. de capi. Corradi*, Dec. dicit communem
post alios, quos citat, *in c. cæterum, de iudic.* & si inter
dominum, † & feudatarium lis oriatur coram paribus 2
curię agendum est, *c. vnic. de controu. feud. apud par. ter-
minand. gl. in l. imperialẽ, §. præterea, in ver. pares curiæ,
de prob. feudi alien. per Feder.* Curt. *de feud. part. vlt. nu.*
34. Afflict. *in c. vnic. n. 4. de inuestit. in maritum facta.*
Ideo quæritur an clerici in causis feudalibus coram
prædictis iudicibus reconueniri possint, quem casum
expedio per duos articulos negatiuè conceptos.

Primus articulus est: Clerici litem † habentes co- 3
ram iudicibus feudi, & sic de causa feudali, non pos-
sunt coram eodem reconueniri de alia re, quàm feu-
dali, hanc opinionem tenet Mynsing. *in lib. obseruat.
centur. 4. obseruat. 90.* Additur ratio: Nam iurisdictio
domini † feudi non potest extendi, vel prorogari ad 4
alias lites, & causas quàm feudales, Abb. *in d. c. cæterum,
num. 2. & ibi* Barbatia *nu. 6.* & Felyn. *n. 2. de iudi.* Curt.
iun. *in tract. de feud. part. 7. q. 8. n. 28.* Præposit. *in c. 1. in
princip. num. 8. apud quem, vel quos.* Item quia iurisdi-
ctio est concessa domino † feudi inter feudatarios re- 5
spectu certæ speciei causarum, nempe respectu cau-
sarum feudalium, *c. 1. §. præterea si inter, de probib. feudi
alien. per Feder. c. cæterum, & c. nouit. de iudi. c. ex trans-
missa, & c. verum, de foro compet.* Et clarum est ex iuris
dispositione, quando alicui est concessa iurisdictio
super certo genere causarum, non potest ad causas dis-
similes extendi, vel prorogari, vt per Dd. *in l. testamẽ-
ta, C. de testam.* per illam *l.* Cyn. Bal. Sal. Alex. & Ias. *ibi.*
Cyn. *in l. 1. C. de iurisdic. om. iudic.* Bal. *in c. de causis, col.
13. de offic. delegat.* Immola *in c. P. & G. & ibi* Abb. *n. 15.
vers. venio ad sextam*, Felyn. *n. 12.* Mantua *n. 50. de off.
dele.* Socin. *in c. significasti, n. 30. versic. tertio quæritur, de
foro compet.* Felyn. *in c. cæterum, n. 2. de iudic.* Vant. *de
nullitatib. in tit. ex defectu iurisdict. ordi. n. 5. & seq.* Ro-
man. *in cons. 132.* Gramm. *in cons. ciuil. 66. n. 2.* Paul. de
Castro *in l. fin. C. de iurisdict. omn. iudi.* Ex qua ratione
conclu-

6 concludunt Doctores reconuentionem ✝ non esse permissam coram arbitris, quantumcunque arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, quia arbitri non
7 habent ✝ iurisdictionem, nisi solum in causa compromissa, extra quam non extenditur eorum cognitio, *l.1.& ibi* Bart.*ff.de arbitr.c.cum dilectus, de arbitr.*idem Bart.*in auth. & consequenter,in fi. C. de sentent. & interlocut.omn.iudic.*

Quæ licet procedant regulariter in omnibus, tamen in clericis multo fortius, quia, vt sæpius dixi nun-
8 quã fit prorogatio ✝ iurisdictionis de vna specie ad alteram speciem iurisdictionis, Bart. *in l.inter conuenientes,ff. ad municipal.* Bald. *in l. recepta, C. de Episc. & cler.*Abb.*in d.c.P.& G.n.15.versi.venio ad sextam,& ibi* Mantua *num.50.*Felyn.*n. 12. de offic. delegat.* Socin.*in d.c.significasti,n.30.versi. tertio probatur, de foro compet.* Ias.*in d.l.testamenta omnia,n.1.de testamen.*

9 Secundus articulus est: Clerici ✝ coram iudice ordinario litem agentes, non possunt reconueniri pro causa feudali, ita probat Bart.*in d.auth.& consequenter, n.6.C.de sentent.& interlocut. omn.iudic.* Socin. *in c.1.*
10 *n.65. limit. 1. de mutuis petit.* quia feudatarij, ✝ etiam communi consensu litigantes de feudo, non possunt alterius iudicis iurisdictionem prorogare absque domini consensu, Bart.*in l.1.§.& post operis,ff.de noui operis nuntiat.*

CASVS CLXXXV.

Clericum agentem iudicio *l. diffamari*, in feudalibus, debere illud exercere coram iudice feudi.

SVMMARIA.

1 *Clericus agens ex* lege; diffamari, *super feudalibus coram quo iudice agere debeat.*
2 *Actio* l.diffamari, C. de ingenuis, *proponenda est coram eo iudice, ad quem cognitio causæ principalis spectat.*
3 *Ius commune Romanorum quando seruetur in causis feudalibus.*
4 *Actio* l.si contendat,ff.de fideiussorib.*proponenda est coram iudice causæ principalis.*
5 *Testes ad futuram rei memoriam in feudalibus recipiendi sunt coram paribus curiæ.*
6 *Testes ad futuram rei memoriam recipiendi sunt coram iudice causæ principalis.*
7 *Sponsalia coram quo iudice debeant declarari nulla.*

1 CLericus agens iudicio ex beneficio *legis*; ✝ *diffamari,C.de ingen.& manumiss.*si petierit à vasallo ipsum diffamante, quasi ad feudum ab ipso possessum, actionem aliquam ex legibus feudalibus descendentem proponi infra certum terminum cum comminatione perpetui silentij, ex reg. *d. l. diffamari, & ibi* Bart.& Dd. *in l.si eo tempore, C.de remiss. pignor.& l.si ea, C. de his qui accus. non poss.l.Titia,ff.de accus.c.accepimus,& ibi* Fely.*n.17.de fide instr.*Couar.*in lib.1.var.resol.c.18.*Boer.*decis.255.n.7.*Gabriel. *in com. conclus.tit. de actionib.cõclus.6.* Debet actionem ex beneficio *d.l. diffamari*, descendentem coram domino feudi propo-nere, quia receptissima est Doct. sententia actionem
2 ✝ ex beneficio *d. l.* descendentem proponendam esse coram illo iudice ad quem cognitio causæ principalis spectat, Anton. de Butr. *in c.si diligenti,col.9.de foro compet.& in c.si clericus quæst.fin. eod.tit. & in c. Quintauallis,vers.venio ad quartum,de iureiu.*Ab.*in c.si quis contra clericum, & ibi* Felyn. *de foro compet.* Fel. *in c.si autem,col.fin.de rescr.*Couar. *in lib. 1.var.resol.c.18.n.5.* Gabriel.*in d.tit.de actionib. conclus. 6. nu.41.*Afflict.*in decis.18.*Boer. *in decis. 114.* Vrsil.*in addition.ad Affl.in decis.268.* quorum sententia habere locum debet etiam in feudis, ex reg.*c.1.de feudi cognit.*& in iudicandis causis feudalibus semper ius ✝ commune Roma- 3
norum seruandum est, quoties contrarium non reperitur dispositum per consuetudines feudales, & hanc opinionem probat Schr.*in tract.de feud.part.10.sect.1. num.72.& seq.* vbi etiam *nu. 74.* probat idem esse dicendum, si actum fuerit beneficio *l.si* ✝ *contendat,ff.de* 4
fideiussor.& part.10.sect.19.n. 183.& seq. Addi possunt alia similia pro confirmatione huius casus. Nam examinatio testium ✝ ad perpetuam rei memoriam in 5
causis feudalibus, in quibus contra feudatarium agendum esset ad pœnam priuationis feudi, debet fieri coram paribus curiæ, quæ illi duntaxat sunt in hoc negotio competentes iudices, *c.1.§.præterea si inter duos, de prohib.feud.alienat. per Feder.* Curt.*in tract.de feud. part.7.n.34.* quia examinatio testium ad ✝ perpetuam 6
rei memoriam coram illo iudice agenda est, ad quem cognitio causæ principalis spectat, Bart.*in l.societatem, §.arbitrorum,ff.pro soc.*Alexa.*in consil. 102. col. 1. vol.5.* Socin.iun.*in consil.86.num.14.vol.2.* Item puella, quæ sponsalia ✝ nulla contraxit, atque declarari talia po- 7
stulat, debet non coram iudice sponsi, sed coram iudice puellæ causam agere, quia ipse esset iudex futurus principaliter super matrimonio, Abb.*in c.ex parte, de restit.spoliat.* Sic dicimus, quod oblatio, & depositio pecuniæ ad impediendum cursum vsurarum, coram illo iudice facienda est, qui principalis causæ cognitionem habet, Bald.*in l.acceptam,q.13.C. de vsur.* Alexand.*in d.consil.103.num.4.vol.5.*

CASVS CLXXXVI.

Clericum feudatarium posse opponere exceptionem in quantum facere potest etiam contra dominum feudi: Et quid in foro conscientiæ.

SVMMARIA.

1 *Clericus contra quemcunque potest opponere exceptionem, vt non teneatur, nisi in quãtum facere potest.*
2 *Etiam in feudalibus contra directum dominum.*
3 *Directus dominus feudi iuuatur beneficio, ne teneatur vltra quàm facere possit.*
4 *Et hoc beneficium non amittit, etiam si sua culpa fuerit factus pauper.*
5 *Exceptione in quantum facere potest, quare gaudeant clericus, & directus dominus feudi.*
6 *Vasallus, & dominus non debent ad imparia iudicari.*
7 *Feudum non mutat naturam, si acquiritur mediante pecunia.*
8 *Fidelitas debetur pro feudo pecunia empto.*
9 *Successores in feudo empto pecunia dicuntur illud habere à manibus Principis.*
10 *Clericus, & dominus possunt gaudere beneficio in quãtum facere possunt etiam in foro conscientiæ.*
11 *Peccatum est detinere rem alterius inuito domino.*
12 *Solutionem differre ob paupertatem, an sit peccatum.*
13 *Restitutio, vel solutio differri potest, quantum fieri non potest sine magno præiudicio debitoris.*
14 *Et quomodo hoc intelligitur.*

Probaui

PRobaui supra *in casu* 154. clericum contra quem-
1 cunque posse opponere exceptionem, † ne conueniatur vltra quàm facere potest. Modò videamus, an hoc procedat in feudalibus contra directum dominum feudi, pro cuius clara expeditione diuido casum in duos articulos.

Primus articulus est: Clericus feudatarius † debi-
2 tor directi domini potest dictam exceptionem opponere: Nam si dominus aliquem de feudo Cameræ, vel cauenæ inuestiuit, habet hoc beneficium, † ne ipse
3 conueniatur vltra quàm facere potest, *c. 1. in princ. vers. non enim æquum, de notis feud. & ibi* Bal. Aluar. & Præposit. Vnde quamuis Camera, siue Cauena sit soluendo, si tamen ipse dominus, qui feudatario hunc censum soluere tenetur, non haberet tantum in bonis vnde ipse honestè secundùm qualitatem suæ personæ, & dignitatis viuere posset, non tenetur hunc redditum promissum præstare, Alex. *in l. si maritus. ff. soluto matrim.* Bal. *in l. 2. in princ. Cod. quod cum eo.* Ias. *in §. item si de dote. Institut. de actionibus.* & hoc beneficium dominus feudi non amittit, † etiam si lata, vel leui cul-
4 pa sua ad paupertatem fuerit redactus, quia hoc beneficium non amittitur, nisi dolo versatus sit, *l. etiam, §. licet, & ibi* Bart. & Alex. *ff. sol. matrim. l. verum. §. tempus, & ibi gloss. ff. pro soc.* adeò vt nec possit dominus huic beneficio renuntiare, quia propter reuerentiam personæ concessum, *l. alia. §. eleganter, & ibi* Bart. & Alexan. *ff. soluto matrim.* Ias. *in l. quo nomine. ff. de condict. indeb.*

5 Ergo idem dicendum est in clerico † feudatario, nam & iste propter honorem & reuerentiam debitã personæ gaudet beneficio prædicto, vt dixi *in d. casu* 154. & cum feudatarius factus est, non censetur renunciasse prædicto beneficio, cui nec expresse potest renuntiare, vt dixi. Tanto magis ex illa regula, quia
6 vasallus, † & dominus non debent ad imparia iudicari, *c. 1. in fin. in verb. dominus quoque, de forma fidelit. can. de forma, 22. quæst. 5.* & latius scribam in sequenti casu.

Potest autem esse debitor in pecunia, etiam ex cau-
7 sa feudi, Ruyn. *in consil. 42. vol. 1.* non enim † mutatur natura illius, si feudatarius illud acquirit mediante pecunia, & adhuc dicitur beneficium, & gratia concedentis, per text. singularem *in l. Titius. ff. de obseq. patr. præstand. in vers. beneficium esse, licet gratuitum non sit,* & in feudis ita tenent Andr. Bald. Cardinal. & omnes *in c. 1. per illum text. de natura feudi,* per textum *in c. 1. de benefic. fratr.* & ita est communis opinio, vt probat Guarin. Pisonus *in præludiis gaudorum, §. sequuntur il-*
8 *la verba,* ideò ex dicto feudo † pecunia empto debetur fidelitas, & amittitur omnibus modis iuris, ac si non
9 esset emptum pecunia: Atque successores † omnes dicuntur habere hoc feudum à manibus Principis cõcedentis, non autem à manibus ementis sua propria pecunia, Camer. *in c. Imperialem. §. præterea ducatus, super quinta & vltima specie feudi hereditarij, vers. ego maximè doleo, per duas columnas sequentes.*

Secundus articulus est: An dominus feudi, atque
10 clericus, † qui hoc beneficio gaudere possunt in foro fori, possit eodem gaudere in foro conscientiæ, vel teneatur statim soluere, nulla habita ratione sui status, & dignitatis, & videtur, quod nunquam, ne momento temporis rem alienam retinere licet, vel alteri debitam, inuito domino, ea enim detentio peccatum
11 † est, & hanc partem videtur tenere Diuus Thomas *in summa. in 2. secundæ, quæst. 62. artic. fin.* & Archiepiscopus Florentin. *in secunda parte summæ, tit. 2. cap. 8. in princ. num. 1.* Sed D. Thomas *in d. arti. fin.* & ibi Caietan. dicunt posse constitui aliquos casus, boni viri arbitrio, in quibus solutionem † differre liceat, ideo 12
ob inopiam & paupertatem debitoris, dicunt à solutione excusari, & ita probatur *in c. quanquam, de vsur. lib. 6.* vbi gloss. *& in cap. peccatum,* & ibi Dyn. & Anca. *de reg. iur. lib. 6.* text. *in cap. breui, & cap. querelam, de iureiurand.*

Sed quia exceptio, de qua agimus, vt isti non teneantur, nisi in quantum facere possunt, præsupponit remanere posse apud eosdem quantum iuxta statum suæ concedentiæ viuere possit, ideo dubitatur, an hoc casu in foro conscientiæ debeat statim solutio fieri, vel differri possit, & Adria. *in 4. lib. sententiarum,* tenet in hoc casu debitorem teneri omnino statim soluere in foro conscientiæ, licet cadat à suo decenti statu, etiam si oporteret mendicare, & quod nihil possit retinere, nisi ea, sine quibus moreretur, & hanc opinionem firmarunt Riccard. Raymundus, Hostiens. Innocent. & alij relati per Summam Syluestri. *in ver. restitutio, in quinto, num. 1.*

In contrarium est veritas, quod imo etiam in foro conscientiæ possit differri solutio, vel restitutio, † si 13
ea fieri nequeat absque maximo debitoris damno, cum animo tamen soluendi, & restituendi, cum primum possit, ita probat Archidiacon. *in c. si res. 14. quæ. 6.* Ioan. de Neapoli *in quodlibeto nono. quæst. 22.* Scotus & alij *in 4. lib. sententiarum, distin. 15.* Archiepiscopus Florentin. *in 2. part. summæ, tit. 2. cap. 8.* Summa Angelica *in verb. restitutio, in tertio, n. 4.* Summa Syluestrina *in verb. restitutio, in quinto, n. 2. & 3.* vbi referuntur alij plures casus, in quibus qui decenter vidit, non statim tenetur restituere in foro animæ, etiam si delationem continere non possit, dummodo habeat firmum † 14
propositum soluendi, & restituendi totum, & paulatim secundum posse restituat temporibus suis, quam sententiam sequuntur etiam Caietan. *in d. quæst. 62. articulo octauo, quæst. vltima.* & Ancar. *in d. reg. peccatum, col. 9.* Nauar. *in manuali, cap. 17. n. 56. & sequen. & num. 62.* Couarru. *in d. reg. peccatum, prima part. in princip. num. 2.* & hæc sententia est communis, atque humanitate plena, ideo amplectanda etiam in foro conscientiæ.

CASVS CLXXXVII.

Regula, *Dominus & vasallus ad paria iudicatur,* quomodo, & quando procedat in Ecclesia domina, vel feudataria laicorum.

SVMMARIA.

1 *Dominus & vasallus ad paria iudicantur.*
2 *Dispositum in vno ex correlatiuis censetur dispositum in altero.*
3 *Et quando fallit.*
4 *Vasallus & magnus dominus non iudicantur ad paria circa amissionem feudi.*
5 *Prælatus feudatarius si delinquat in dominum, Ecclesia non perdit proprietatem feudi.*
6 Cap. 1. de forma fidelitatis, *non habet locum in Ecclesia.*
7 *Fidelitatem tenentur facere vasalli, non dominus.*

8 *Eccle-*

8 Ecclesia non tenetur facere fidelitatem.
9 Dominus, & vasallus ad paria iudicantur in iurisdictionalibus.
10 Iurisdictio alteri concessa potest auocari, & supprimi.
11 Fallit, quando est concessa per viam contractus.

1 DOminus † & vasallus ad paria iudicantur, *c.1.in fin.de forma fidelitat.cap.1.§.domino.si de feud.defunct.content.cap.1.qualit.dominus feud. propriet. priu. c.de forma,22.q.5.* Andr.*in cap.1.§. ex eadem lege,num. 9.vers.quia qui dat de lege Corradi,* Aluarott.*in cap.1. col.2.vers.nota æqualitatem, qualiter dominus propriet. priu.& in c.1.§.domino committente,in.notab.si de feudo fuerit controuersia,& in c.1.§.in quibus. col.fin.versic. solue,alia ratio de consuet.recti feudi.* Et ratio assignatur ab omnibus,quia sunt correlatiua, & ideò dispositum † in vno censetur dispositum in altero,*l.fin.& ibi* 2 Ias.*Cod.de indict.viduit. tollen.l.fin.ff.de acceptilationibus,l.1.C.de cupress.lib.10.* Euerard.*in loco à correlatiuis,* Aluarot.*in c.1.§.præterea,col.3.in 2.notab.in fin. quid sit inuestitura,* Afflict.*decis.265.n.1.*

3 Sed quia in correlatiuis † non semper dispositum in vno censetur dispositum in altero, vt declarat Ias. multa similia adducens *in d. l.fi. C.de indicta viduitate tollen.*& Vrsill.ad Affl.*in d.decis.265.in princip.* Ideo in casu de quo agimus, non videtur idem dicendum, si Ecclesia fuerit domina, vel feudataria laicorum,nam
4 si vasallus † delinquat in dominum, perdit vtile dominium, non sic magnus dominus, qui superiorem non recognoscit,si delinquat in subditos, Afflict.*in d. decis.265.num.13.*post Bald.*in c.1. qualiter dominus propriet. priu.* & Lucas de Penna *in l.sacris, circa fin.C.de*
5 *proxim.sacror.scrinior. lib. 12.* & si Prælatus † delinquat in dominum, non propterea Ecclesia perdit proprietatem feudi, sicut si illud delictum commisisset vasallus, Andr.*in c.1.§.fin.de capit. Corradi*, & dixi latius su-
6 pra *casu* ... ergo dispositio *d.cap.1.* † *de forma fidelitat.* non videtur procedere,quando Ecclesia fuerit domina,vel feudataria, tanto magis,quia *d.cap.1.* loquitur de vasallo & ecclesia,licèt teneat feudum à Rege,non tamen potest dici vasalla Regis, vt dicam in sequenti casu.Et licet dominus non teneatur facere fidelitatem
7 vasallis,sicut tenentur † vasalli dominis, vt dicit Aluarott. *in cap.1. col.2. versic. quarto ab extra.de forma fidelitat.*tamen ipse dominus tenetur ad eandem fidelitatem seruandam vasallo, etiam sine iuramento, & si non obseruauerit priuatur proprietate feudi, Capyc.
8 *decis.69.*Quod non cadit in † Ecclesiam,quia nec ipsa tenetur facere fidelitatem, *c. de negotio,de feud.& benefic.constitut. Imperial.* Nec potest peierare,sicut nec pupillus, Bald.*in prælud. feudor. numer.57.* ibi subdit, quod Ecclesia debet esse matrix iustitiæ in se, & in alium, sed bene fidelitas præstanda erit nomine Prælati, Bald. *in prælud. feudor. in d.n.57.*quem refert,& sequitur Bertachin. *in suo repertorio, in verb.Ecclesia, num.206.*

Sed licèt ista sint vera in seipsis considerata, tamen hæc regula feudistarum, Dominus, & vasallus ad paria iudicantur, quantum pertinet ad materiam iudi-
9 cis,† & iurisdictionis,de qua tractamus, comprehendit etiam Imperatorem,& Ecclesias. Nam cum causæ feudales inter dominum, & vasallos coram paribus curiæ expediendæ sint, *c.1.de controuers.feud.apud pares termin.*& superioribus non permittitur causas inferiorum iudicum ad se auocare, atq; ad forum suum trahere, quando illa iurisdictio competit inferioribus iudicibus ex contractu,Gabr. *in com. concl. tit. de iure quæs.non toll.concl.5.n.5.* Foll. *in pract. cens. ver. & submissiones,n.5.vsque ad n.30.*vbi attestatur hanc opinionem esse communiter receptam.Nec Imperatori,nec cuique alteri Principi superiorem non recognoscenti permittitur causas prædictas, quarum iurisdictionem pares curiæ ex contractu feudali acquisiuerunt,auocare ad se,& trahere ad forũ suum,ita dicunt Mart. Laudes.*in c.1.n.14.& ibi* Præposit. *circa fin.de controu.inter Episcopum,& vasallum.* Ergo illa vera opinio, quæ habet concessionem iurisdictionis † esse auocabilem & 10
prælertim hoc permitti Papæ, & Imperatori iurisdictionem alteri cõcessam reuocare,atque supprimere, vel ad forum suum trahere, Bal.*in l.qui se patris, n.14. C.vnde lib.* Aretin.*in c.nouit,*& ibi Fely.quos sequitur Dec.*n.14.de iudic.*Bal.*in consil.161.col.2.vol.4.* Albert. Brun. *in consi.97.* Cels.Hugo *in consi.60.n.40. & consi. 86.n.8.*Gabriel.*in tit.de iure quæsito non tollend.concl.5. n.5.& concl.6.n.25.*Bald.*in c.1.n.11.de allodiis.* Iacobin. *in sua inuestitura,ver.vicariusque perpetuus,n.6.*tamen, vt dixi, hoc non permittitur † quando iurisdictio est 11
concessa mediante contractu; ergo sicut vasalli iudicandi sunt per pares curiæ, iudices competentes in causa feudali, ita & dominus, quia sunt correlatiua, & dispositum in vno, censetur dispositum in altero, neque debent ad imperia iudicari,vt dictũ est, & in istis optimè procedit hæc regula etiam in ecclesiasticis.

CASVS CLXXXVIII.

Ecclesiasticos,qui tenent feuda à Rege,nõ esse vasallos,sed feudatarios,& fideles Regis.

SVMMARIA.

1 Vasalli nomen vnde descendat.
2 Vasallus dicitur homo alterius.
3 Vasallagiũ in Frãcia dicitur homagiũ,&quid denotet.
4 Vasalli dicuntur ratione originis,& iurisdictionis.
5 Ecclesiastici nullo modo dicuntur vasalli Regis.
6 Clerici sunt superiores laicis,etiam Principibus.
7 Feudatarij secundum eorum qualitatem variis nominibus sunt appellati.
8 Feudatarij aliquando appellantur fideles.
9 Ecclesiastici feudatarij debent dici fideles Regis.
10 Ecclesiastici feudatarij vocati à Rege,debent sedere.

VAsallus † appellatur, id est,obligatus, cum deriuatur à vas vasis, quod interpretatur obses, inde 1
vadimonium,ad quæ tenetur, etiam si fidelitatis iuramentum remittatur,*cap.1.§.1.quæ sit prima caus. benef. amit.* Item appellatur clientulus, id est seruitor, *c.1.§. & si clientulus,de feud.alien.* nam est obligatus ad seruiendum domino,*c.1.in fin.ex quib.caus.feudum amit.* & ideo dicitur † homo alienus, Bart.*in l.si quæramus,* 2
ff.de testam. Aluarot.*in prælud.feud.in 7.quæst.* Alex.*in consil.24. num.15. vol.5.* Hoc autem vasallagium † in 3
Francia appellatur homagium, quod denotat multo maiorem obligationem, vt docet Speculat. *in tit de feudis.§.2.num.5.*Item Abb.*in c.sicut,in 3.n.19. de iureiur.* dicit, vasallorum alios esse propriè dictos, vt tenentes feuda, alios impropriè, † vt sunt subditi ratio- 4
ne originis, vel iurisdictionis, vel domicilij, qui nihil tenent, sed solum supponuntur ratione nudi exercitij iurisdictionis.

Eccle-

5 Ecclesiastici † autẽ nullo modo possunt dici vasalli Regis. Nam si nihil recognoscant temporalium à Rege, licet sint ciues, sicut laici, vt declarat Bartolus *in l. ciues, C. de incol. lib.* 10. *c. de capitulis, c. quis nesciat, distinct.* 10. tamen à potestate Principum secularium exempti sunt, *c. si Imperator, distinct.* 96. *c. nimis, & ibi Ab. in fin. de iureiur.* ergo, vt tales non possunt dici vasalli Regis: Si verò recognoscunt feuda, nec possunt dici vasalli. Indecorum enim esset, vt si Summus Pontifex, vel Imperator recognoscerent feuda ab aliquo Principe, & illius Principis dicerentur vasalli, sic de cæteris ecclesiasticis, quia quatenus Deo sacrati sunt,
6 Principibus † secularibus superiores, & patres, ac magistri laicorum censentur, atque quibuscunque laicis præsunt, *c. quis dubitat, versi. si filius patrem, distinct.* 69. *c. solitæ, de maior. & obedien. c. si Imperator, versi. discere ei conuenit, distin.* 9. Ergo Principibus laicis subiecti esse non debent, *c. cum inferior, de maior. & obedien.* & declarat Diuus Thomas *in 2. secundæ, q.* 10. *art.* 1. & facit illud dictum Diui Pauli, quod minus est à maiori benedicitur: ergo non possunt dici vasalli Regis. Et pro hoc considero, tam de iure, quàm de consuetudi-
7 ne, feudatarios, † iuxta eorum qualitatem variis modis fuisse appellatos. Nam & Specul. *in d. tit. de feud.* §. 2. *num.* 5. dicit: Nos prouinciales feudatarios nobiles appellare vasallos, plebeios verò vocare homines suos, Alberic. *in suo dictionario, in verb. vasallagium Italicè*, & iura feudorum quosdam feudatarios † appel-
8 lasse fideles, non autem vasallos, *c.* 1. *in princip. an remoueri debeant testes, qui par. esse desier. c.* 1. §. *& quia vidimus, post med. de his qui feud. dare possunt, c.* 1. *in prin. si de inuest. feud. controu. fuer. Rubrum & Nigrum de contentione inter dominum, & fidelem de inuest. feud.* Ias. *in prælud. feud. n.* 30. *in fi.* Cumias *in prælud. feu. in c. si aliquem. n.* 181. Afuarot. *in prælud. feud. q.* 7. Frec. *in* 2. *lib. de subfeud. in fin. princip.* Non igitur omnes feudatarij vasallorum nomen à lege habuerunt; ergo & Ecclesia-
9 stici feudatarij ita dici non debent, sed fideles † Regis appellandos esse censeo, & honorandos etiam in iudiciis, quia si vt feudatarij coram domino feudi ad iu-
10 dicium vocati fuerint, † sedere debent, ex regula *l. si. in ver. sedendi, & ibi* gloss. & Bald. *C. vbi senat. vel clarissimi*, ex qua idem concluserunt in obtinentibus feuda dignitatum, Frecc. *in l.* 2. *de subfeud. in different.* 48. & Intrigliol. *in tract. de feudis, q.* 36. *num.* 66. ergo multo magis in Ecclesiasticis locum habet.

CASVS CLXXXIX.

Clericum habentem feuda à diuersis Principibus, non posse de causis amborum, tanquam continentibus iudicari ab altero ex eis.

SVMMARIA.

1 *Causæ continentes & connexæ, quando dicantur.*
2 *Causæ plures feudales quando non sint dicendæ continentes.*
3 L. nulli prorsus, C. de iudic. *quando non habeat locum in feudalibus.*
4 *Causæ continentes diuersi fori, coram diuersis sunt tractandæ.*
5 *Vasallo duorum dominorum committente feudum ob culpam in vnum, debet alterum feudum alteri applicari.*
6 *Iurisdictio quando est limitata, tunc causæ continentes coram diuersis tractandæ sunt.*

Clericus proximior feudatario vltimo decedenti, occupauit omnia feuda, quæ recognoscebantur à pluribus dominis, & quia à domino feudi iudicandus est, dubitatur, an coram vno domino iudicaturo super omnibus, tanquam causæ continentibus, an coram singulis directis dominis, singulæ causæ agendæ sint: Ego arbitror huiusmodi causas feudales esse diuisibiles, nec continentes dici posse. Illæ enim sunt causæ † continentes, & connexæ, quæ procedunt 1
ab vna causa, & ratione, Menoch. *de arbitrar. casu* 371. *num.* 15. Crauet. *in consil.* 232. *numero* 5. vbi ipse ad hoc allegat Immol. *in consil.* 134. *in princip.* Dec. *in cõsil.* 317. *colum. fin. & consil.* 423. *colum.* 2. *ad fin.* & de hoc est casus *in l. cum eiusdem, §. si. ff. de ædilit. edict.* Sed hæc feuda, † & descendentes ex eis lites non habent vnam 2
causam, & rationem; ergo continentes dici non possunt, quo casu nõ potest habere locum regula *l.* † *nul-* 3
li prorsus, C. de iudi. & l. ordinarij, C. de rei vendi. & l. 2. *ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur*, & ita dixit Bartol. *in l. iurisperitus, §. cum oriundus, ff. de excus. tut.* cum aliis per Marant. *de ordin. iudic. part.* 4. *distinct.* 11. *n.* 24. & per Couarruuiam *practicarum quæstionum, cap.* 34. *num.* 1. Menoch. *in d. casu* 371. *num.* 12. Capyc. *decis.* 122. *n.* 5. concludentes omnes cum aliis Doctoribus per eos citatis, etiam causas † continentes, vbi diuersi 4
sunt fori, & diuisionem, ac separationem recipere possunt, coram diuersis iudicibus tractandas esse. Et licet vasallus † duorum dominorum, si ob culpam in 5
vnum dominum commissam amiserit feudum, tunc etiam alterum feudum applicatur alteri domino, Andr. *in tit. de vasallo decrepiæ ætatis, in add. circa med.* & Affl. *in decis.* 282. vbi Addentes nouissimi alios congerunt. Tamen hoc procedit in criminalibus, & in executione, & alterum dominum opus est summariè saltem cognoscere de delicto, & de sententia alterius: Sed nos loquimur in ciuilibus, in quibus Dominus vnius feudi limitatam † habet iurisdictionem, & restri- 6
ctam respectu causarum ex illo tantum feudo descendentium, & quando vnus iudex non est competens respectu omnium causarum, tunc coram diuersis iudicibus tractandæ sunt, Crauet. *in consi.* 258. *num.* 7. vel quando iudex habet limitatam, & restrictam iurisdictionem respectu causæ, & quo ad causas continentes iurisdictione caret, Bartolus *in l. commodato, §. duabus, ff. commodati.* Ias. *in d. l. nulli prorsus, num.* 6. *limita.* 6. *C. de iudic.* Menoc. *in d. casu* 371. *num.* 23. Et si diceremus contrarium, opus esset fateri etiam coram altero ex dominis feudorum posse conueniri clericum super bonis, quæ feudalia non existerent, tanquam descendentibus ab eadem hereditate, cui obstat regula *c. cum sit generale, de foro compet. cum similib.* & quo ad istas causas, limitata iurisdictio feudalis iudicis non est extendenda, vt dixi.

CASVS CXC.

Princeps non potest subditos suos mediatos eximere à iurisdictione Ecclesiæ feudatariæ, quæ apud eam priuatiuè est, non cumulatiuè.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Princeps potest iurisdictionem diuidere & auferre.*
2 *Iurisdictio alteri concessa non est in totum abdicata per Principem.*
3 *Princeps potest iurisdictionem concessam vasallo ad regulam iustitiæ reducere.*
4 *Princeps non potest subditos suos mediatos eximere à iurisdictione feudatariorum.*
5 *Iurisdictio dicitur priuatiuè concessa Baronibus, & feudatariis.*
6 *Princeps non potest amplius se intromittere super feudo iurisdictionali.*
7 *Edicta Principum non habent locum in feudis aliis concessis.*
8 *Princeps non potest Prætori loci infeudati adiunctum dare.*
9 *Domini infeudati de iurisdictione dicuntur habere iura Principis.*
10 *Iurisdictio concessa in feudum dicitur concessa per contractum.*
11 *Iurisdictio concessa per contractum nullo modo potest reuocari.*
12 *Priuilegium quando dicatur transire in contractum.*
13 *Leges nouæ Principum non ligant Ecclesiasticos feudatarios.*
14 *Princeps aliis faciens præiudiciũ tenetur ad interesse.*

1 LIcet Princeps pro libitu † suæ voluntatis iurisdictionem officialium possit diuidere, vni auferre, & alteri tradere, Bald. *in l.1.n.7.versic.item nota, ff.de constit.Princip.& in l.qui se patris.colum.pen.C.vnde liberi,* Felyn. *in c.nouit.colum.8. versi.limita primo, de iudic.* Chassan. *in consuetud.Burgund.tit.de iustices, rubr. 1.n.107.* Grammat. *in decis.46.per totam,* quia iurisdi-
2 ctio † concessa alteri non videtur in totum abdicata à Principe, ex traditis per Felynum *in cap.pastoralis, de offic.ordinar.* & ideo videtur, quod per legem generalem possit moderari, & limitare iurisdictionem feudatariorum, iuxta tradita per Bartolum, Baldum, Salycetum & alios *in l. omnes, C. si contra ius vel vtilit. public.* Chassan. *in consuetud. Burgund.tit.de iustices, §. 8.in verb.quando le signe, versic.quicquid sit, n.5.* Bossius *in tit.de foro compet. num.49.* Foller. *in tract. de censi-*
3 *bus, in verb.nunquid clericus. n.29. & seq.* & ideo potest † iurisdictionem concessam vasallo, ad quandam regulam iustitiæ, & æquitatis reducere, ad Bald. *in consil. 383.colum.3.versic.respondeo, volum.1.* Campeg. *inter consilia Bruni in consi.2.n.46.* Albert. Brun. *in consi.6.n. 10.* præsertim per viam legis, vt scribit Bald. *in l.final. ff.de senatorib.*
4 Nihilominus non potest subditos † suos mediatos eximere à iurisdictione feudatariorum, Alb. Brun. *in consi.169.* & ratio est, quia in Baronibus & feudatariis
5 iurisdictio † dicitur priuatiuè concessa, vt in Baronibus scribit Abb. *in cap.cæterum, nu.7.de iudic.& Dec. num.5.ac* Felyn. *nu.9.limitat.6.in d.cap.pastoralis,* & in feudatariis probat Freccia *in 2.lib.de subfeudis, in 9.au-*
6 *ctoritate.* Et quod Princeps † non possit se intromittere amplius super feudo iurisdictionali alteri concesso post Ioan. Fab. & Bald. per eum citatos respondet Curt. iunior *in consi.3.* Alber. Brun. *in consi.31.inter feudal.,* Natta *in consil 580.nu.4.* Socin. iunior *in cons.76. num.90.in fin.& plur. seq. volum.4.* loquens in Castro Sancti Martini, Alciat. *in consil. 77.num. 2.* Cephal. *in consil.414.* Pancirol. *in consil.183.per totum.* Et quod edicta punientia † aliquod factum vel augentia pœ- 7
nam à iure impositam à supremo Principe emanata non habeant locum in feudis iurisdictionum alteri concessis, Boss. *in tit.de pœnis.n.27.& in tit.de Principe, num. 285.* loquens de decreto consilij sapientis habendi, quod non habeat locum in terris infeudatis ex defectu iurisdictionis Principis. Item quod non possit † Prætori loci infeudati allegato suspecto adiunctum 8
dare, latè per Socin.iun. *in consil. 126. numer.35.& seq. volum. 3.* vbi citat concordantes, & bene distinguit, Grammatic. *in decis.30.per totam.* Et quod tales domini † infeudati de iurisdictione dicantur ipsi habere 9
iura Principis, est communis opinio, de qua per Socin. *in d.consil.primo.n. 65. & seq.* quæ sententia procedit, etiam si Princeps concedendo, reseruasset sibi ius superioritatis, vt dicit Socin. iunior *in d.consil. 126.nu. 38.vol.3.*

Neque obstat ea opinio, quæ habet, hoc posse facere Principem per viam legis, quia est opinio falsa vt dixi. Item quia iurisdictio † concessa in feudum di- 10
citur concessa per contractum, & concessa per contractum à Principe nec in totum, nec in partem reuocari potest, † Bart. *in l.2.in fi. ff. de iure immun.& in* 11
l.quod semel.ff.de decret.ab ord.fac. Rom. *in consil 252. in 2.dub.& consil.352. n.22. & consil. 436. nu.16.* Ruyn. *in consil.229.num.7.& 8.& consil. 230.num.4. lib.1.* vbi post Bald. *in l.qui se patris.C.vnde liberi,* declarat, quãdo priuilegium † dicatur transire in contractum, De- 12
cius *in consil. 292. num. 7. & 8.* vbi quod Princeps in contractibus censetur vt priuatus, Cephal. *in consil. 342.num.53.* & licet Cephal. *ibid. num. 97. & seq.* dicat Principem hoc posse facere de plenitudine potestatis, tamen quia iura repugnant, ideo de honestate non dicitur posse, Molina *de primogen.li. 4.cap.3.nu.20.* Ias. *in consil.233.num.32.vol.2.* Et hæc omnia procedunt in cæteris, sed in feudatariis Ecclesiasticis amplius vrget, quia nouæ leges & constitutiones Principum † ipsos 13
non ligant, siue specialiter factæ sint, siue generaliter, vt scripsi supra *in casu 19.* & quando cæteris feudatariis iurisdictionum posset per viam legis fieri præiudicium ex causa multum vrgenti, puta pro pace habenda, tamen † eo casu Princeps supremus tenetur 14
ad interesse, *l. 2. vbi* Bald. *C. pro quibus caus. serui pro præm.libert. accip.* Innoc. *in c.nisi cum pridem, col.2.vers. nos dicimus.de renuntiat,* Abb. *in c. constitutus, n.12.de religio.domib.* Bart. & Doctores *in l.fin.§.1.ff.de pignor. action.& l.si venditor, §.constat.ff.communia prædiorum.* Ias. *in l.Barbarius n.33.ff.de offic.prætor.* addentes ad Ias. *in l.fin.ff.de pact.* Fel. *in c. quæ in Ecclesiarum, de constitut.* Andr. *in cap.1.§.similiter, colum.3. de capit. qui cur. vend.& in c.1.per.moneta, quæ sint regal.*

CASVS CXCI.

Prælatus dominus feudi, super actione pignoratitia, an sit conueniendus à vasallo coram paribus curiæ, vel coram Episcopo.

SVMMARIA.

1 *Dominus feudi recipiens feudum in pignus lucratur fructus.*
2 *Feudatarius in quo assimiletur vsufructuario.*

3 *Dominus recipiens vtile dominium in pignus facit fructus suos.*
4 *Fructus sequuntur dominium.*
5 *Pignoratio in feudalibus an differat ab ea, quæ fit in allodialibus.*
6 *C. conquestus. de vsuris, declaratur.*
7 *Creditor pignoris non facit fructus suos.*
8 *Creditor quos fructus non cogatur vendere.*
9 *Pignora rei feudalis & allodialis non differunt respectu fructuum.*
10 *Vasallus agens contra dominum actione pignoratitia debet coram ordinario litem agere.*
11 *Dominus feudi pignorans proprietatem censetur id facere vt priuatus.*
12 *Contractus quilibet censetur secundùm subiectam materiam.*
13 *Contractus à qualitate contrahentium recipit declarationem.*
14 *Contractus denominatio non præsumi facit illum esse talem, nisi concurrant substantialia.*
15 *Contractus feudalis quando non iudicetur feudalis.*
16 *Castrum præsumitur concessum in allodium.*
17 *Ciuitas præsumitur concessa in allodium, non in feudũ.*
18 *Fidelitas est quædam seruitus.*
19 *Pignoratio proprietatis feudi non præsumitur in feudum.*
20 *Feudi vna pars præsumitur concessa in allodium.*

1 Licet quando vasallus vtile dominium † domino feudi oppignorauit, dominus lucretur fructus ex illo pignore perceptos, neque tenetur eos restituere, vel in sortem computare, *c. 1. de feud. c. 1. de vsur.* & vbique per Doct. *c. conquestus.* & ibi Ab. eo. tt. Negusant. *de pignorib. parte 5. memb. 5. num. 14.* Abb. *in c. at si clericis, n. 23. de iudi. & in c. ex suscepto, n. 16. de foro compet.* & rationem ponunt Doctores, quia feudatarius † in hoc
2 assimilatur vsufructuario, qui si vsumfructum suum oppignorauerit domino proprietatis, iste dominus
3 faciet † fructus suos, neque tenetur illos restituere, aut in sortem computare, Abb. *in d. c. conquestus, n. 4. de vsur.* Hostiens. *in summa de vsur. § in aliquo.* Laurent. de Rudolphis *in tractatu de vsuris, parte 2. n. 33.* Negusant. *in d. parte 5. membro 5. n. 13. limitatione 4.* vterque
4 enim dominus est, & fructus, † qui sequuntur dominium, ipsi domino possessori acquiri possunt, & licèt contrarium sit in allodialibus, atque burgensaticis, in quibus oppignoratione facta creditori non quæruntur fructus, ad tradita per Negusant. *in dicto membro 5. num. 1. & 10.* atque per Boerium *in decisione 44. numero 34.*

5 Tamen ex hoc inferri non potest, diuersam naturam esse oppignorationis † factæ in feudalibus ab ea, quæ in allodialibus, & burgensaticis facta fuerit, siquidem non procedit ex natura feudi, sed quia proprietas feudi residet penes creditorem huius pignoris vtilis
6 dominij. Ideo Pontifex *in d. c. conquestus,* † *de vsur.* generaliter considerauit rationem proprietatis, digerens, creditorem habentem proprietatem rei pignoratæ non teneri computare fructus, & ratio est, vt dixi, quia fructus sequuntur dominium & proprietatem sic est etiam in vsufructuario, vt dixi, pignorante ipsi proprietario, in quo nulla feudalis ratio considerari potest. Sed in creditore † secus est, quia cum fru-
7 ctus breui tempore consumantur, & creditor non tenetur debitori rem restituere, si soluat, ergo necessario debet illos vendere, atque pretium conuertere in suum creditum, seu in extinctionem suæ sortis, ita dicit Ancaran. *in d. c. 1. de vsuris.* vnde si essent † fructus 8
tempore duraturi, puta frumentum, vinum, oleum, & similia, non cogeretur vendere, nec etiam volens teneretur in sortem computare, sed hos fructus, soluto debito tenetur restituere debitori, arg. *l. is cui, §. qui potest, ff. vt in possess. legat.*

Ex quo infertur, quod cum nulla sit differentia inter oppignorationem rei feudalis † ab oppignoratione rei allodialis, quantum ad computationem fructuum, cum etiam in vsufructuario rei allodialis sit eadem ratio, non esse diuersum ius statuendum respectu iurisdictionis, & sicut conclusimus supra *in casu centesimo vigesimo quinto,* clericos etiam in realibus conueniendos esse coram Episcopo, ita etiam in istis feudalibus oppignorationis feudalium statuendum sit. 9

Et quod vasallus † agens contra dominum feudi 10
actione oppignoratitia, debeat coram iudice ordinario litem tractare, non autem coram paribus curiæ, firmarunt Innocent. *in c. cæterum, numer. 4. de iudic. & ibi* Bellamera *numer. 15.* Alex. *in consilio 79. num. 1. volu. 1.* sic etiam esset si ageretur ratione commodati & depositi.

Addi potest altera ratio, quia quando † dominus 11
oppignorauit proprietatem feudi, non tanquam feudum, nec tanquam directus dominus feudi, sed tanquam quilibet extraneus oppignorasse dicitur, quia numquam concessio præsumitur in feudum, ex latissimè scriptis per Camerarium *in c. imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic.* tanto minus oppignoratio præsumitur in feudum.

Et licet quilibet actus atque contractus † intelli- 12
gatur secundum subiectam materiam, *l. si vno, ff. locati, l. damni infecti quidam, in princip. ff. de damn. infect. l. fin. Cod. de non numerata pecunia.* Et cum quilibet ex contrahentibus habeat qualitatem feudalem, ideo contractus † à qualitate contrahentium debet declara- 13
tionem accipere, *l. sed etsi susceperit, §. 1. & §. 2. ff. de iud. l. plenum. §. equitij, & ibi* Bartol. & Doctores, *ff. de vsu & habitat. l. pater Seuerinam. §. conditionem, ff. de condit. & demonstrat.* Ias. *in leg. liber homo, in secunda, in princip. ff. de verborum obligationibus, & in authent. vnde si parens, nu. 11. Cod. de inofficios. testament.* Cephal. *in consilio 23. num. 28.*

Tamen denominatio contractus † non facit præ- 14
sumi esse talem, nisi substantialiter concurrant requisita, & substantialia ipsius contractus, ideo si contractus venditionis appelletur donatio, non erit donatio, sed venditio, sic ecõtra, *dict. l. si vno, ff. locati.* & tradunt Baldus & cæteri relati per Afflictum *in decisione octuagesima.* Et in terminis, quod contractus † feudalis non iudicetur feudalis, quando substantia contractus aliud demonstrat, tradit Bald. *in l. liberti libertæque, n. 36. C. de oper. liber.* & dicit Andreas primus Feudista *in c. 1. §. nec alia iustior, num. 38. quæ sit prima causa benefic. amitt.* quando aliud non constat, quod verè voluerit dominus concedere in feudum, tunc neque verba, neque præsumptiones aliquid operantur, & sunt tanquã verba superflua, vt; *arma virumque cano.* 15
& ideo castrum, † quando non apparet, sub qua natura fuerit concessum, præsumitur in allodium, Hostiens. & Io. Andr. *in c. nimis, de iureiurand.* Io. Andr. *in c. fina. in verb. respondere, de iud.* Et de ciuitate, vt ea potius † præsumitur in allodium, quàm iure feudi, vt ideo veniãt fœminæ, Alex. *in consilio 87. numero 8. volum.* 16 17

lum.6.& Bald.in c.significauit de rescript. qui loquitur de comitatu, Innoc. in c.verũ, de foro compet.col.1.vers. sin autem Baroniæ prædictæ. quem sequitur Iacob. in inuestitura in ver.de castro, col.3. Et ratio est, quia cũ feudum comprehendat fidelitatem, cap.1. §. sed & res, per
18 quos fiat inuestit.& fidelitas † est quædã seruitus, gloss. in l.is cuius, §.si vsusfructus, in ver.oportet, ff.de vsufruct. Afflict.in c.1.§.inter filiã, n.3.si de feud. fuer. controuers. inter dom.& agnat.& in c.1.n.281. ex quib.caus. feud.amitt. quæ seruitus non præsumitur nisi probetur, cum ex sui origine quælibet res presumatur libera, l.altius, C.de seruit.& aqua. Alex.in cons.15.in princ.vol.3. Alciat.in reg.2.præsumpt.3.in princ. Ideò quãtò minus po-
19 test præsumi, quod oppignoratio † proprietatis feudi fuerit in feudum. Nec ipsa qualitas cõtrahentium potest inducere hanc præsumptionem, quia & vnius ac eiusdem rei potest vna pars concedi in feudum, altera in allodium, vnde castrum præsumitur liberum, & cõcessum potius in allodium, quàm feudum, etiãsi vici-
20 ni † possiderent reliqua bona in feudum, Bal.in c.1.§. è contrario, de inuest.de re alien.fact. Rol.in cons.82.n.4. vol.2.& propterea cõcludo, oppignoratione proprietatis nunquam intelligi in feudum, atque esse contractum feudalem, sed in allodium, & tanquam à priuato factam, quia etiam Princeps in dubio censetur contrahere vt priuatus, Menoc.cons.403.n.6.& seq. Curt.iun. in cons.1.n.9.& cons.142.nu.7. Dec.in cons.25.n.28.vol.1.

CASVS CXCII.

Causas feudales esse tractandas coram Episcopo, vbi agitur de validitate iuramenti fidelitatis, etiam contra heredes.

SVMMARIA.

1 Iuramentum addit forum foro.
2 Fidelitas est substantia feudi.
3 Feudum præsumitur ex iuramento fidelitatis præstito.
4 Præsertim si concurrat præstatio homagij.
5 Causa iuramenti quando sit tractanda coram episcopo.
6 Heredes tenentur ad obseruantiam iuramenti per defunctum.
7 Heredes ex iuramento defuncti non obligantur spiritualiter.
8 Heredes contrauenientes contractui iurato qer defunctum priuandi sunt commodo illius contractus.
9 Heredes iurantis non possunt compensare, & tenentur præcisè ad factum.
10 Heredes iurantis possunt cogi corã iudice ecclesiastico ad obseruantiam iuramenti per defunctũ præstiti.
11 Causa nullitatis vel inualiditatis iuramenti est remittenda ad ecclesiasticum.

1 IVramentum † addit forum foro, c.fi. & ibi Io.Andr. Gemian. Archidiac. Ancaran. Franc. & cæteri de iureiur.lib.6. Fely.in c.cum sit generale, n.6. vsque ad num. 11.de foro competent.& latè scripsi supra in 2.parte, c.12. & post ea scripta editus est tractatus Seraphini de priuilegijs iuramenti, qui de hoc etiam scribit in priuile-
2 gio sexagesimo septimo. Sed quia substantia feudi est ipsa fidelitas, † Andr.in c.1.ex quib.causis feud.amitt.& in c.1.§.similiter.de capit.qui cur.vendid. Affli.decisione 320.numero quarto, quæ promitti solet cum iuramen-
3 to, propterea ex iuramento fidelitatis arguimus esse feudum, † Curt.iun.in tractat.de feud.parte 1.quæst.6. princip. Abb.in consilio 82.num.6.parte 1. Ruyn.in consilio 42.numer.1.volumin.1. Ias.in prælud.feud.nume.28. cum aliis per Menoch.lib.3.præsumpt.91.n.46. quod est verius quando cum iuramento fidelitatis concurrit præstatio homagij, † quia aliquando idem iuramen- 4
tum fidelitatis præstatur à subditis ratione iurisdictionis, vt latè scribit Rola.in consilio 50.numero 53.& plur. seq. vol. 3. Ideo videamus per duos articulos, an causæ iuramenti fidelitatis, quod præstatur pro feudo, vel iurisdictione, debeant tractari coram iudice feudi, vel coram Episcopo, & quid si agatur contra heredes promittentis.

Primus articulus est, quando tractatur de validitate vel inualiditate iuramenti, † vt quia agendum est, 5
an per metum fuerit interpositum, tunc causæ iuramenti fidelitatis, feudi, vel iurisdictionis, coram Episcopo agendæ sunt, Calderin.in consil.2.titulo de iudic. Felyn.in c.cæterum, n.3.de iudic. Socin.in c.ex transmissa, n.33.de foro compet. Curt.in tract.de feud.part.7.n.11. Felyn.in c.cum contingat, n.7.de iureiur.& ibi Immola, Abb.in c.cum venissent, col.4.de institut. Affl.decis.263. n.3.vers.sed ego dicebam.

Secundus articulus est: licet hæredes, † qui regulari- 6
ter tenentur ad obseruantiam iuramenti siue simpliciter per defunctum præstiti, siue super contractu interpositi, Bartol.in l.cum quis, §.codicillis, n.10. de legat.2. Bal.in l.fi.n.16. C.de pact. & in auth. sacramenta pub.n. 17.C.si aduers.vend.& in l.si quando, §.1.n.2.C.de inoffic. testam.& in l.generaliter, in prin.n.2.C.de reb.credit.& in c.1.n.4.de iureiur. Affl.decis.381.n.8. Gabriel.in commun.conclus. titulo de iureiur.conclus.6.n.3. Non obligentur † spiritualiter, quia ipsi non iurarũt, & ideo non 7
egent absolutione iuramenti, sed obligentur tantum temporaliter, & quoad obseruantiam & eorum executionem, quæ temporalia respiciunt, Bald.in d.auth.sacramenta puberum, n.17.& in l.emptione n.1.& ibi Saly. C.plus valere quod agitur. Fel. in c.cum sit generale, n.9. versi. amplia etiamsi defunctus iurasset, de foro compet. Abb.in c.veritatis, n.3.de iureiur. Guido Pap.decis.414.

Tamen quia hæredes † venientes contra iuramentũ 8
defuncti, atque contrauenientes contractui iurato per defunctum priuandi sunt omni cõmoditate atque vtilitate acquisita ex illo contractu, Bal. in l.si.quis maior, in princi.& ibi Curt.iun.n.14.C.de transact. Abb.in d.c. veritatis, n.3.vers.filius. Gabriel.in tit.de transact.conc. 1.n.25. Bauerius in tract. de virtute iuramẽti.n.62. Paul. de Castro in cons.13.visis & consideratis, n.3.vol.2. adeo præcisa est iuramẽti virtus, atque effectus in hæredib'
† ipsius iurantis, vt neque possint compensare, neque 9
absoluendi sunt à facto, prãstãdo interesse cũ præcisè facere, & obseruare debeant, vt Seraph. in d.tract.priuileg.74.n.141.& propterea etiam coram iudice ecclesiastico conueniendos esse heredes, decisum est in Capella Tholosana dicis.415.& Abbas, qui etiam cũ aliis plurimis sentit contrarium in c. cum sit grnerale, n.22. vers.quid autem, de foro compet. tandẽ dicit, si creditor vult agere † corã iudice ecclesiastico, implorando eius 10
officium, vt compellat hæredes defuncti ad satisfaciẽdum, & exonerandam animam defuncti, potest, & probat Gabriel.in tit.de iureiur.in d.conclus.6.in fine. Ego autem, qui probaui iurisiurandi causas esse mixti fori, credo semper super ipso posse corã vtroq; agi, preterquã si tractaretur de validitate vel inualiditate ipsius: si igitur contra heredes preueniretur iudex secularis super pœna contrauentionis iuramenti vel contractus iurati, eo ipso quod opponitur de nullitate † &

inualiditate, & articulus hic iuris iudicandus est, ad Episcopum causa remittenda est; est enim iuris spiritualis articulus, sicut diximus de causis matrimonij, *in 2. parte cap. 11.* super quibus iudex laicus nullam habet iurisdictionem.

CASVS CXCIII.

Castra & ciuitates subiectæ Episcopatui an possint habere statuta & consuetudines particulares; vel debeant regi secundum leges ciuitatis dominantis.

SVMMARIA.

1 *Statutum ciuitatis metropolis quando non attendatur in loco subdito.*
2 *Leges particulares ciuitatis dominantis non attenduntur in locis subditis.*
3 *Et quando fallit.*
4 *Statuta & leges regni non sunt seruandæ in locis exemptis.*
5 *Feuda concessa ecclesiæ non dicuntur exempta, sed subdita ratione iurisdictionis & fidelitatis.*
6 *Ecclesiæ inferiores debent regi secundum ius & consuetudines ecclesiæ superioris.*
7 *Castra & ciuitates infeudatæ ecclesiis non possunt habere statuta, nisi confirmentur à superiore domino directo.*
8 *Ciuitates subditæ non possunt condere leges pertinentes ad decisionem causarum sine Principis auctoritate.*
9 *Nec possunt statuta condere circa modum succedendi.*
10 *Statuta condere dependet à suprema potestate.*
11 *Princeps concedendo feuda non præsumitur à se abdicasse potestatem legis condendæ.*
12 *Alienatio rerum ecclesiæ requirit consensum Episcopi illius loci, vbi res sitæ sunt.*
13 *Vniuersitates possunt condere statuta super administratione rerum suarum.*

1 STatutum † ciuitatis metropolis non attenditur in loco subdito, quando ille locus inferior habet statuta particularia, vel proprias consuetudines, quibus regatur, Castrēs. *in consi. 129. n. 1. & seq. vol. 1.* Neuizan. *in consi. 58. n. 6.* Crauetta *in consi. 643.* è contrario verò quando loca subdita non habent statuta, vel consuetudines proprias, tunc attendenda esse statuta ciuitatis superioris dominantis, dixere gloss. *in l. ex ea. & ibi* Bart. & Doct. *ff. de postul.* Bart. *in l. 2. n. 41. C. quæ sit longa consue.* Bald. *in l. 2. in princip. ff. de orig. iur.* Anton. de Butr. *in c. 1. n. 63. de consuetud.* Socin. *in consil. 7. & consi. 81. n. 3. vol. 1. & con. 271. vol. 2.* Dec. *in con. 389. n. 7.* Paris. *in con. 25. n. 42. vol. 4.* Roman. *in consi. 61. n. 2. & seq. & in consil. 123. n. 1. in fine.* Rolād. *de lucro dotis, quæst. 85. n. 3.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. qu. 99. n. 24.* Sed quando lo-
2 cus subditus haberet statutum particulare, † quod in casibus non decisis per statuta propria attendatur ius commune Romanorum, quia tunc non aliter, in eo loco obseruandæ essent leges particulares ciuitatis dominantis, ita consuluit Socin. de ciuitate Pisana cedente statuto in aliquo casu particulari, vt tunc sit attendendum ius commune Romanorum, non autem statuta ciuitatis Florentiæ, quæ dicitur superior, & domina ciuitatis Pisarum, Socin. *in consilio 271. volumine secundo.* Dec. *in consilio 429.* & sic esse casum decisum, atque communem opinionem attestatur Ioseph. Ludouicus *in suis communibus conclusionibus, cōclusione 55.* Lancell. Galiaul. *ad consuetudines Alexandriæ præfatione 8. numero octauo, vers. rursus.* Sed in hoc particulari statutorum Pisanorum dicit Dec. *in dicto consilio 429. numer. sexto in fine.* quod dicta opinio secus fuit practicata Florentiæ, & satis rationabiliter, siquidem *in libro quinto statutorum Florent. capit. 1.* specialiter dispositum † est, quod loca subdita si non habent in aliquo casu statuta particularia, regantur statutis ciuitatis Florentiæ, & ita obseruandum est in ciuitate Florentiæ, quia iudex debet iudicare secundum suas leges proprias, etiam si per appellationem causæ deuoluerentur ad Rotam Florentiæ. 3

Idem iuris debet esse, quando ciuitas, siue loca subdita sunt infeudata ecclesiæ, quia etsi statuta † & leges regni non sunt seruandæ in locis exemptis, Io. Andr. Ancaran. Geminian. & Franch. *in c. 2. de constit. libro sexto.* Io. Calderi. *in disputatione incipiente; quæritur an subditus.* Ang. *in disputatione incipiēte; Bononiensis.* Ancaran. *in c. postulasti, quæstio. 4. de foro competent.* Ias. *in l. final. nu. 5. ff de iurisdict. omn. iudi. & ibi* Dec. *n. 2.* Marsil. *nu. 16.* Zasius *nu. 7.* Couar. *in lib. pract. qu. cap. 37. nu. 7.* tamen ista loca per infeudationem † factam ecclesiæ non dicuntur exempta, sed subdita ratione fidelitatis & iurisdictionis in feudalibus, sic approbante summo Pontifice, vt scripsi supra *in casu decimo sexto.* Ergo in dictis locis seruandæ sunt leges, constitutiones & consuetudines illius locis superioris, ad quem loca translata in vtile dominium ecclesiæ pertinent, iuxta tradita per Curtium iuniorem *in consi. 110. nu. 12.* & Calcan. *in consil. 4.* idem sentit Alex. *in consi. 151. n. 5. vol. 1.* Ruyn. *in consi. 219. n. 7. vol. 1.* Socin. iun. *in consi. 80. n. 9. vol. 1.* Couar. *in lib. pract. q. c. 37. n. 7.* & pro confirmatione huius articuli inducitur, quod etiam ecclesiæ † inferiores debent regi secundum consuetudines, & ius ecclesiæ superioris, *c. cum olim, de consuetud, ca. de his, distinct. 12.* Paris. *in consi. 25. n. 43. col. 4.* Roland. *in tractatu de lucro dotis, quæst. 5. nu. 1.* 4 5 6

Secundus articulus est: Castra † & ciuitates infeudatæ ecclesiasticis non possunt habere statuta & consuetudines particulares, nisi fuerint confirmatæ à superiore directo domino ipsius feudi & iurisdictionis, Bald. *in leg. 1. nume. 1. Cod. quæ sit longa consuetu. & in c. translato, & ibi* Fely. *numero sexto de constitutionib.* Barbatia *in c. final. & ibi* Rochus de Curte *nume. 538. de cōsuetudine.* Roma. *in consilio sexagesimo primo.* Decius *in consilio 17.* Et quod in concernentibus † decisiones causarum non possint statuta condere sine Principis auctoritate, Alex. & alij *in l. 1. ff. de iurisdict. om. iud. vbi* Purpurat. & Cagnol. Idem Cagnol. *in l. imperium. nu. 194. ff. de iurisdict. omn. iud.* Viuius *in ver. statuta condere.* Cephal. *in consilio 38. num. 15. & consilio 571. num. 74. & sequent.* Item quod in modo † succedendi non possint statuta condere sine Principis auctoritate, Bald. *in cons. 380. ver. item super eo, vol. 4.* Corn. *in cons. 171. in fine, vo. 4.* Et ratio potest assignari, quia statuta condere † & consuetudines dependet à suprema iurisdictione, vt tradit Baldus in rubrica, Innoc. *in capit. cum accessissent.* Anton. de Butr. *in c. cum omnes colum. penultin. de constitu..* Ang. & Alex. *in lege prima ff. si quis ius dic. non obtemper.* Abbas & Decius, qui attestatur esse communem opinionem *in c. quæ in ecclesiarum. de constitut.* vbi Berous & Marc. Mantua sequuntur. Sed Princeps † concedendo feuda nunquam præsumitur à se abdicare supremam illam iurisdictionem, quæ consistit in legibus condendis, vt latè scripsi supra *in* 7 8 9 10 11

libro primo cap.10. Quare sine auctoritate & confirmatione Principis infeudantis, ecclesiastici feudatarij leges condere non possunt particulares in locis infeudatis, quia directi domini feudi recognoscendi sunt, penes quos residet ista suprema iurisdictio. Sic in si-
12 mili dicimus, in alienationibus † rerum ecclesiæ requiri auctoritatem Episcopi illius diœcesis, nō in qua res alienanda sita est, sed cui illud beneficium, ad quod res alienāda spectat, subiectum est, gloss. *in c.huiusmodi, §. quod si necessitas, in ver. duos,* 10. *qu.*2. Inn. *in c.pastoralis, c.*2. *& ibi* Io. Andr. Anton. de Butr. & Abb. *de priuileg.* Bal. *in auth. hoc ius porrectum, col.*3. *C. de sacros. eccles. & in l.*1. *col.*1. *vers. secundo quæro, C. de cōtrah. empt.* Calderin. *in cons.*10. *in tit. de rebus eccles. non alien.* Collect. *in c. nulli, col.*2. *vers. sed cuius Episcopi, de reb. eccles. non alienand.* Card. Alex. *in c. sine exceptione,* 12. *q.*2. Paul. Eleaz. *in clem.*1. *& ibi* Immola, *de reb. eccles. no alienand.*

Declaratur hic articulus, vt non procedat † super administratione rerum suarum, in quibus possunt huiusmodi castra, ciuitates, siue eorum cōmunitates, statuta condere, etiam sine Principis infeudantis auctoritate, Bar. *in l. omnes populi, q.*1. *& in l. vectigalia, ff. de publicanis.* Bald. *in dicto consilio* 324. *in* 1. *dubio, vol.*1. Caccheran. *in decis.*17. *n.*1. & de magis communi opinione testatur Alciat. *in c. quod sedet, n.*89. *de offi. ordin.*

CASVS CXCIIII.

Clericum feudatarium non reuelantem delictum contra personam domini, quod sibi patefactum est in confessione, non esse feudo priuandum.

SVMMARIA.

1 *Vasallus sciens periculum domini, non reuelans, amittit feudum.*
2 *Vasallus non faciens certiorem dominum de delicto dicitur ingratus.*
3 *Clericus vasallus sciens delictum in dominum committendum, in confessione non tenetur reuelare.*
4 *Vasallus qui non potuit certiorare dominum, non incurrit pœnam.*
5 *Scientia delicti in confessione habita non debet reuelari.*
6 *Confessio quare non possit reuelari etiam de mandato Papæ.*
7 *Papa quando non possit dispensare super iure diuino.*
8 *Confessionis essentia est celatio.*
9 *Confessionis sigillum quare dicatur de iure naturali diuino.*
10 *Confessori reuelanti confessionem non est credendum.*
11 *Confessor an possit reuocare confessionem de consensu pœnitentis.*
12 *Feudatarij ecclesiastici non amittunt feuda ob causas, ex quibus cæteri feudatarij amittunt.*

1 VAsallus † sciens periculum imminere domino, siue circa personam, siue circa grauem iacturam bonorum, si dominum quam primum potuit non fecit certiorem, vt euitaret periculum, delicto sequuto, statim feudo priuatur, *c.*1. *§. præterea. & ibi* Doctor. *quæ sit prima causa benefic. amitt.* Andr. *in c.*1. *§. si voluer. & ibi* Afflict. *numero trigesimo sexto, de cap. qui cur. vendid.* Bart. & Marsil. *in lege, vtrum, ff. ad legem Pompeiam de parricid.* Afflict. *in decisio.* 265. Gigas *in tractatu de crimine læsæ maiestatis, sub rub. de variis quæstionibus, quæstion.*2. Menoch. *de arbitrar. casu* 355. *num. decimo nono.*

Et quia ratio istius conclusionis est propter ingrati-
tudinem, † in quam incidit vasallus, si de delicto præ- 2
dicto dominum certiorem non reddit, quæ ingratitudo cadit etiam in clericum, quia si ingratus est ecclesiæ suæ perdit beneficium, quod habuit ab ea, Afflict. *in c.*1. *item si quis feudum, numero centesimo quarto, & sequent. causa* 62. *quibus modis feud. amitt.* Sonsbecc. *in tractatu de feud. parte* 12. *nu. tertio.* Petr. de Bellapertic. *in tractat. de feud. titulo* 9. *numer.*6. Afflict. *in decisi.* 265. *n.*48. Ideo videtur quod clericus feudatarius quomodolibet sciuerit delictum, debeat de eo certiorem reddere dominum, sicut tenentur quilibet vasalli.

Contrarium est statuendum, quando clerici † sa- 3
cerdotes illud delictum sciuerint in confessione, quia non reuelando domino feudum amittere non debet: ita in specie firmat Marsi. *in d. l. vtrum, n.*5. *ff. ad l. Pomp. de parricid.* quem refert, & sequitur Schrader. *in tractatu de feud. parte nona. cap.*4. *n.*46. Et ratio vrgentissima potest assignari, quia prædictorum opinio
procedit, quando vasallus potuit certiorare, † & non 4
fecit; secus si non potuit, tunc enim non esse puniendum, post alios Doctores, quos allegat, probat Clarus *in §. feudum, quæstione quinquagesima septima, versicul. hæc tamen.* vbi attestatur esse communem opinionem, quod autem scientia † delicti in alterum committen-
di nullo modo debeat reuelari, quæ per confessionem 5
habita fuerit, probatur per *c. si sacerdos, de offic. ordina. & c. placuit, de pœnitent. distinctione sex. c. omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remissionib.* & scribunt Theologi *in* 4. *lib. sententiarum, distinct.*21. Et quod nō pos-
sit reuelari † etiam de mandato Papæ, est ratio, quia 6
sacerdos in actu cōfessionis est specialis vicarius Dei quoad peccata sibi confessa; ergo est maior Papa in illo actu, qui est generalis Vicarius Dei, nam specialis maior est generali, *c. studuisti, de offi. de lega.* hæc est ratio Abbatis *in c. dilectus, de excessib. Prælatorum.* Aliam rationem dat Riccardus *in quarto libro sententiarum, distinctione vigesima prima,* Papam nō posse præcipere sacerdoti, vt reuelet confessionem, quia confessio est
de † iure naturali, diuino, & ecclesiæ, super quo Papa 7
non potest præcipere, quod ego credo verum, quia ex tali præcepto satis turbaretur status vniuersalis ecclesiæ. Addi potest alia ratio desumpta ex Theologis *in dicta distinctione vigesima prima.* quia sigillum & celatio peccati confessi est de essentia sacramenti confes-
sionis, † quia de ratione sacramenti est, quod sit si- 8
gnum efficax, est enim sacramentum sensibile efficiens quod figurat, sed sacramentum istud significat, & figurat, quod Deus audit peccatum, & quod constituitur locus secretus, in quo debet mori peccatum, & extingui; ergo cum significatio sacramenti confessionis sit significatio occultæ delationis, & peccati, & fori, ideo ad rationem eius pertinet, vt nullo modo reueletur, vnde qui reuelat, facit irritum sacramentum, auferendo ab eo naturam suæ significationis & figurations. Et subdit Scotus *in* 4. *lib. sentent. distinct.*
21. *quæstion.*2. quod sigillum confessionis † dicitur de 9
iure naturali diuino ratione fidelitatis, charitatis, veritatis promissæ tacitæ, & vtilitatis, quo sigillo multi confitentur, qui non facerent. Propterea concludit, quod confessio sacramentalis non potest reuelari, nedum peccatore viuente, sed nec ipso mortuo. Imo si confessor reuelaret, delictum sibi confessum, vt perpetrandum contra dominū, sibi non esset credendū,

quia

10 quia † illa confessio fuit facta Deo, & non homini, & ille confessor reuelaret vt homo, ideò sibi non esset credendum, Io. de Anan. *in d. c. si sacerdos, n. 6. de offi. ordinar.* & ibi Bald. *nu. 7.* & fortè potuit ille pœnitens in confessione non verum dicere, sed tentando confessorem, vt aliquod iudicium daret domino feudi suo inimico, prout similes causas considerauit Abb. *in d. c. si sacerdos, n. 1. & seq.*

Declaratur hic articulus, vt non procedat, si ipse cō-
11 fessor, † persuadēdo pœnitenti grauitatem peccati, atque retrahendo illum ab hoc malo committendo, tādem obtineret à pœnitente, vt de eius consensu confessio reuelaretur, quia licèt secundùm Theologos sit indecisa ac dubia quæstio, tamen secundùm Canonistas est resoluta, quod hoc casu ipsa confessio possit reuelari, etiam in iudicio, etiam vti testis iuratus, *c. nemo. de simonia. vbi* Io Andr. *n. 3.* Io. de Anan. *n. 2. c. significasti, de adulter. vbi* Abb. *nu. 5.* Io. Andr. *num. 1.* Anton. de Butr. *n. 3.* Hostien. *n. 26.* Immola *in c. consanguinei, nu. 5. de sent. & re iudic.* Aret. *in c. testimonium. prope finem, de testib.* Lapus *allegation. 94. incip. quidam presbyter, in pr. vers. in contrarium.* & secundùm hanc opinionem fuisse iudicatum, attestatur Felyn. *in c. cum Matthæus, n. 1. de simon.* & hanc opinionem communiter seruari in practica, post multos alios, quos allegat, testatur Triuisanus *in decis. 3. lib. 1.* Ego autem credo hanc opinionem Canonistarum procedere, dummodo confessor non obtineat licentiam reuelandi pœnitentiam pœnitentis, quia hoc etiam casu non tenetur reuelare, cū pœnitentia sit pars confessionis, & obstant omnes supradictæ rationes.

Ad resolutionem huius casus, & similium, in quibus
12 † feudatarij amittunt feuda ob aliquas causas, & quod non habeant locum in ecclesiasticis feudatariis, conferunt scripta à nobis supra *in casu 16.* vbi ostēdimus, in quibus casibus leges feudorum ligent ecclesiasticos feudatarios.

CASVS CXCV.

Papa, vel Imperator an possint restituere vasallum aduersus feloniam in præiudicium directi domini, ipso domino non consentiente.

SVMMARIA.

1 *Vasallus committens in maiestatem Principis ipso iure perdit bona.*
2 *Papa & Imperator an possint remittere feloniam vasalli in præiudicium directi domini.*
3 *Rex an possit remittere feloniam vasalli in præiudicium Baronis.*
4 *Feudum committi per feloniam est de iure positiuo.*
5 *Papa & Imperator cum quibus clausulis faciant aliis præiudicium.*
6 *Princeps potest ciuitatem & homines sibi in nullo seruitio obligatos aliis in feudum concedere.*
7 *Princeps potest remittere pœnam alteri quæsitam.*
8 *Plenitudo potestatis præsumitur in actu, qui aliter subsistere non potest.*
9 *Præiudicium tertio præsumitur factum, quando actus aliter subsistere non potest.*
10 *Pontifex & Imperator non possunt secundùm aliquos remittere vasallo feloniam in præiudicium directi domini.*
11 *Petrus Antonius de Petra reprobatur.*
12 *Imperator potest de plenitudine potestatis aliquem suo iure priuare.*
13 *C. finale 9. q. vltima, loquitur de plenitudine potestatis cum causa.*
14 *Papa omnia potest de plenitudine potestatis.*
15 *Dominiū nostrum an possit à nobis auferri sine peccato.*
16 *Dominium an sit de iure gentium, vel diuino.*
17 *Princeps non dicitur posse, quod cum peccato potest.*
18 *Princeps vtendo plenitudine potestatis vltra debitum modum an peccet.*
19 *Papa quando vtitur plenitudine potestatis debet præmittere clauem discretionis.*
20 *Principes non posse de plenitudine potestatis aliis facere præiudicium, qui teneant.*
21 *Princeps non potest in iure quæsito de iure gentium tertio præiudicare.*
22 *Plenitudo potestatis quotuplex sit.*
23 *Papa solus habet plenitudinem potestatis, cæterorum Principum nullus.*
24 *Plenitudo potestatis est communicata Imperatori.*
25 *Imperator faciendo aliis præiudicium de plenitudine potestatis quare non peccet.*
26 *Principes quomodolibet inferentes aliis præiudicium tenentur ad interesse.*
27 *Principes auferentes rem alicui pro bono publico tenentur ad excambium.*
28 *Rex auferens feudum alterius propter publicam vtilitatem, illa cessante, debet restituere.*
29 *Et si non potest restituere, tenetur ad pretium.*
30 L. item si verberatum, ff. de rei vendi. *declaratur.*
31 *Damnum dicitur pati qui perdit voluntatem.*
32 *Rex auferens rem alterius tenetur ad iustum pretium.*
33 *Princeps auferendo rem alterius non peccat, quia tenetur ad interesse.*
34 *Plenitudo potestatis quomodo definitur.*
35 *Princeps non vtitur plenitudine potestatis, nisi alteri faciat præiudicium.*
36 *Principes posse aliis facere præiudicium de plenitudine potestatis qui Doctores probarunt.*
37 *Principes vtuntur plenitudine potestatis etiam sine causa.*
38 *Et possunt tollere ea, quæ inducta sunt de iure naturali vel gentium.*
39 *Papa & Imperator cur possunt remittere feloniam vasalli in præiudicium directi domini.*
40 *Regnum omne vel feudum recognoscitur à Papa & Imperatore.*
41 *Vasallus, vasalli mei an dicatur vasallus meus.*
42 *Reges & Principes inuestiti quando possunt alios habere feudatarios.*
43 *Papa & Imperator possunt agere contra subfeudatarios in actione concernente feudum.*
44 *Feudatario constituto procuratore in rem propriam, non impeditur directus dominus agere.*
45 *Cedēs actionē non censetur cedere in sui præiudicium.*
46 *Pœnæ & mulctæ sunt fructus iurisdictionis, & ad quē spectent.*
47 *Feudum ob feloniam in Baronem non est applicandum Regi.*
48 *Papa & Imperator concedentes feuda quando dicantur sibi reseruasse supremam iurisdictionem.*
49 *Et quando possunt cognoscere causas appellationum subditorum infeudatorum.*
50 *Reseruatio superioritatis quid contineat.*
51 *Papa & Imperator possunt per iustitiam absoluere vasallum à felonia commissa in Baronem.*

52 *Papa & Imperator concedentes feuda, nihil reseruando, an possint super feudis disponere de plenitudine potestatis.*

1 CVm vasallus † committit in maiestatem Principis, ipso iure sunt eius bona confiscata, Azo *in summa.C.vnde vi.* Andr.*in c.1.de vasallo decrepit.ætatis. & ibi* Afflict.*col.5. versic. iuxta præmissa quæritur.* Ideò quæri potest, an summus Pontifex & Imperator, ratione illius vniuersalis dominij, quod habent in omnibus regnis & statibus, de quo scripsi supra *in parte*
2 *prima, capite octauo*, possint remittere † vasallo feloniam in præiudicium domini commissam, etiam ipso domino non consentiente: & quia illammet vniuersalem iurisdictionem, quam habet Imperator respectu totius *ad l.deprecatio,ad l.Rhod.de iactu.* habēt Reges in eorum regnis, vt post alios concludit Decius *in consil.41.colum.2.in princip.* Bartol.*in leg.1.num.15.ff.de iurisdict.omn.iudi.* Bald.*in leg.1.Cod.vnde legitim.& in consil.251.sententia, columm.1. volumin.5.* Ideò eadem
3 quæstio procedit in Regibus, an possint † remittere feloniam vasalli in præiudicium sui Baronis, cui immediatè applicantur pœnæ delictorum, ad tradita per Bartol.*in l.fin.ff.solut.matrimon.* Tessaur.*decision.250. in princip. & 266. num. 4.* Boss.*in tit.de pœnis.num.25.* Roland.*in consil.48. n.25. vol.2.* Brunus *in cons.31.col. pen.& final.*

Et pro opinione affirmatiua faciunt multa. Pri-
4 mum, quia vt per feloniam sit commissum † ipso iure feudum, est de iure positiuo, sed in his, quæ sunt iuris
5 positiui, Pontifex † & Imperator possunt ad libitum disponere, ex regul.*l.Princeps,ff.de legib.c.prope,de concess.præbend.c.quæ in ecclesiarum,de const.*& omnia possunt contra, præter & extra ius, vt probant Albertus Brunus *in consilio primo.* & Camp.*inter consilia Bruni consil.2.* præsertim si id fecerit ex certa scientia, & cum clausula, *non obstante.* Ex quibus constare dicitur, intentionem Principis fuisse alteri præiudicium facere, etiam in iure quæsito, glossa *in c.statutum,in verb.literarum,de rescript.lib.6.* gloss.*in cap.1.in verb.noscatur.de constitutionibus lib.6.* Alex.*in l.3.§.is pro quo, num.7. ff. quod quisque iur.* vbi asserit hanc opinionem esse communem, & *in consil.101.volumine primo.* sequitur Dec. *in consilio 269. numero 11. & sequent.* Ideò potest
6 † ciuitatem & homines sibi in nullo seruitio obligatos alicui in feudum concedere, Ias.*in §. item Seruiana, num. 106. & sequent. Instit. de actionibus, & in l.si non sortem.§.libertus,ff.de condiction. indebit.* Crauetta *in consilio 54.* Alex.*consil.25.volumine quinto.* Barbatia *in consilio vndecimo, illud afferam, colum.2. volum.2.*
7 Ergo † debet posse remittere pœnam alteri quæsitam, vt tenet Abb.*in cap. speciali, num. 6.de offic.deleg.* quia potest auferre rem vni, & dare alteri, Angel.*in l. 3.§.si is pro quo, in princ. ff.quod quisque iur.* vbi allegat Cyn.*in l.bene à Zenon.C.de quadr.præscript.* Idem Angel.*in l.item si verberatum,§.1.num.1.ff.de rei vend.* vbi ait, mentiri negantes Cæsarem de plenitudine potestatis, etiam sine causa, dominium nobis auferre posse. Quod multò fortiùs procedit, quando Pontifex & Imperator remittunt feloniam vasalli in præiudicium directi domini: omnes enim directi domini feudorum sunt feudatarij Pontificis vel Cæsaris, vt probaui *in dicto capite octauo primæ partis.* Et quādo actus facti à Principe aliter subsistere non possunt, nisi
8 de plenitudine † potestatis, illa potestas subintelligitur, atque præsumitur, quod eadem voluerit vti, Castrens.*l.ex imperfecto,C.de testament.* Socin.iun.*in consilio 134.numero 27. volumine tertio.* Crauet.*in consil. 75.num.3.* Menoch.*in consil. 2. numero 38.volum.1.& consil.250.num.66.volumine 3.& in tractatu de præsumptionibus lib.2.præsumption.9. num.23. & lib. 6.præsumption.4.num.4.* Alba *in consil.555.num.33.* Dec.*in dict.l. ex imperfecto.* Petrus Duen. *in regula 33.in vltima fallentia.* Riminald.iun.*in cons.339.num.17. volum.3.* Itaque quoties negotium aliter haberi non potest, præsumitur tertio præiudicium † illatum, Dec. *in consil. 9*
113.viso tenore, num.7. vers. non obstat ergo. & in consil. 186.num.4.vers.nec obstat. vbi dicit hoc procedere non solùm in priuilegiis, sed etiam in contractibus, Alba *in cons.155.n.9.& n.11.* quia princeps supremus aliquid faciendo videtur in necessariam consequentiam submouere omne obstaculum, *l.quidam consulebat. in fin. ff.de re iudic.* Iason *in l.Barbarius,n.10. ff. de offi.prætor.* Alba *in consil.553.num.10.*

In contrarium, quod imo summus Pontifex † & 10
Imperator non possunt feloniam vasalli remittere in præiudicium domini, in specie affirmarunt Afflict. *in c.1.n.46.& plur.seq. de capitulis Corradi. & in c.1.n.26. & sequentibus.de vasallo decrep.ætatis.* Andreas *in c.1.in princ.& ibi* Affl.*n.1.in 6. notabil. hic finitur lex.* & nouissimè Schraderus *in 2.parte 9.partis principalis, sect. 14.n.44.in 18.quæstione.*

Pro cuius opinionis confirmatione discurramus quæso circa ea, quæ † per Petrum Antonium de Petra 11
allegata sunt *in tractatu de potestate Principis cap.24. à n.16.ad finem.* quibus vult probari veram opinionem esse, neque summum Pontificem, neque Imperatorem de plenitudine potestatis posse tertio præiudicium facere.

Et inprimis mouetur per *l.penult.& final. ff.de natalibus restituendis.* vbi natalia non restituūtur in præiudicium domini. Item per *c.finale, nona qu.final.* vbi Papa non nisi ex causa necessitatis potest priuare Prelatum suo monacho, aut clerico. Sed responderi potest, in dictis legibus Iurisconsultos loqui secundùm regulam, nec de plenitudine potestatis, de qua agimus. Vnde afferendo instantiam, adducitur in contrarium textus *in lege prima, C. quibus ex causis serui pro præm.liber. accip.* vbi † Imperator potest aliquem ser- 12
uo suo priuare, qui textus intelligendus est de plenitudine potestatis, vt actus sustineatur contra regulam. Item text.*in dict.cap.final.* non bene inducitur ad hanc quæstionem. Quia idem Petra *in dict.cap.24. numero primo*, inuehit contra Doctores malè distinguentes de plenitudine potestatis cum causa, & sine causa. Deinde *numero secundo* dicit, se velle tractare quæstionem circumscripta causa: ergo non debebat allegare *d.cap.finale.* † quia ibi Papa Nicolaus loquitur de ple- 13
nitudine potestatis cum causa, dum dicitur: Per principalem beatorum Petri & Pauli potestatem habemus non solùm nos monachos, sed etiam clericos de quacunque diœcesi, cum necesse fuerit ad nos conuocare; ergo ipse Petra incidit in foueam, in quam proiecit Doctores, & quod Papa † possit de plenitudine 14
potestatis omnia facere, est textus *in clem.pastoralis. in fine,de re iudic.*& scribit Anton.de Butr. *in c. constitutus,col.5.vers. item procedit de potestate, de religios. domib.& in c.quia plerique,col.penult. de immunit. eccles.* ad hoc vide Addentes ad Abbatem *in d.c.constitutus,* qui alios referunt.

Itē mouetur Petra, quia id, quod nostrū est, si potest, sine peccato † à nobis auferri non pōt, *c. ab eo, de elect.* 15
lib.6.

lib.6.l.id quod nostrū, ff. de regul.iur. sed quodlibet dominium dicitur nostrum de iure gentium, vt ipse idem Petra voluit *in d.tractat.de potestate Principis,in 3. conclusione principali,* & dicit *in d.c.24.n.* 20. ergo non potest auferre dictum dominiū sine peccato,& quando hæc ratio esset vera, multò fortiùs procederet,te-
16 nendo quod dominium † singulorum sit de iure diuino,prout nos firmauimus in prima parte huius operis, *in cap.1.*

Quod autem Princeps non possit de plenitudine potestatis auferre dominium, ex ea ratione,quia pec-
17 caret, sic probatur, quia Princeps non † dicitur posse,quod cum peccato potest, *c.faciat.22.quæst.2.* quem textum ad hoc allegat Andr.*in c.1. colum. 2. de controuers.inter dom.& empt.* Capyc. *decis.* 166. *num.12.* licet enim non ligetur iure coactiuo, tamen ligatur iure directiuo, quod est ius naturale, & si faceret contra ius naturale directiuum rationis peccaret, quod non permittitur Principi, etiam de plenitudine potestatis,vt probat Curt. *in consi.77.colum.29.in fin.* & Prin-
18 ceps † vtendo plenitudine potestatis, vltra debitum peccaret mortaliter, Paul.de Castr. *in consi. 26. super primo videtur dicendum,*aliàs est *consil.34.volum.2.* Innocentius etiam *in c.quanta, de iureiurand.* dicit,quod
19 quando Papa vtitur † plenitudine potestatis, debet præmitttere clauem discretionis, & Princeps rarissimè illa vti debet, Bald.*in l.§. cum autem,Cod.de caduc. tollend.& in l.2.C.de commun. rer. alien.* & quando vtuntur illa sine causa, dicuntur vti, non plenitudine potestatis,sed tempestatis, Ioan.de Selua *in tractat.de benefic.in 2.part.quæst.1.colum.6.& tribus sequentib.* Et
20 quod non liceat de plenitudine † potestatis præiudicium facere in iure alterius, concludit Bartolus *in l. final.colum.2.vers.eo modo,Cod.si contra ius,vel vtilita. public.* vbi quod Deus non dedit Principibus iurisdictionem auferendi alienum indebitè, ibi sequitur Fulgos.Dec.*in c.final. numero sexto, de constitut.* post Bald.*in l.Gallus,§. & quid si tantum, colum.penul.ff.de liber. & posthum.* Tiraquell. *in tractat. de constituto,in 7.limitatione.nume. quadragesimo septimo,* vbi conclu-
21 dunt, quod Princeps † non potest in iure quæsito de iure gentium tertio præiudicare, Gabriel. *in suis commun.conclu.titulo de iure quæsito non tollendo,conclus.1. numero primo, vers.contrarium.& vers.tenendo,numero sexto.*Hieronym.Gabriel. *in consil.* 193. *num.* 13. *vol.2.* Rota *decis.10.lib.2.*Albert. Leonius *in consi.97.numero nono,centuria 1.*Camill.Borrell.*in consil.sine controuers. capite decimo quarto.* cum aliis multis similibus,quæ ad hoc allegari possent,quibus pleni sunt libri,sed omnia tendunt ad finem demonstrandi Principem non posse vti plenitudine potestatis, in præiudicando alteri, quia peccaret.

22 Sed responderi potest, quod plenitudo † potestatis à Doctoribus dicitur esse multiplex, aliquando enim intelligitur secundum significationem seu virtutem sermonis; quæ cuilibet actui possibilis est, & sanctissimo Christo Domino nostro conuenit; Matthæi *cap.vltimo: Data est mihi omnis potestas in cœlo,& in terra.* Interdum est ea, secundum quam homini licet exercere omnem suum actum voluntarium imperatum, & in quemlibet hominem, & rem quamlibet exteriorem existentem in hominum potestate,siue ordinabilem ad vsum eorum. Item ea,secundum quam quædam licent, in omnem actum, vt dixi, sed non super quemlibet, nec in omnem rem humanæ potestatis subiectam. Item ea secundum quam liceat non omnem actum exercere, sed determinatum in specie, sine modo, secundum omnem volentis impetum, super quemlibet hominem, & rem omnem humanæ subditam potestati. Item ea, quæ supremæ iurisdictionis coactiuè, super omnes mundi principatus, populos, communitates, collegia, aut singulares personas, aut r[illegible]um in aliquem horum, secundum omnem impetum voluntatis. Item plenitudo potestatis super omnes mundi clericos, ipsos omnem ad ecclesiastica officia, ac beneficia,instituendi, ponendi, priuandi, atque ecclesiastica beneficia distribuendi. Item potest intelligi ea, quæ Pontificibus conuenit, potestas ligandi, & absoluendi homines à culpis, & pœnis, excommunicandi, interdicendi, & reconciliandi. Item potest intelligi ea, qua manus licet imponere omnibus ad ecclesiasticos ordines suscipiendos, & ecclesiastica sacramenta conferenda, vel prohibenda. Item ea, quæ sit interpretandarum scripturarum sensus, præsertim in his, quæ sunt de necessitate salutis, & veros à falsis, sacros ab in sacris diffinire, seu determinare, ritumque omnem ecclesiasticum ordinandi, & ordinatorum obseruationes, vel sub anathemate generaliter facere præceptum. Item plenitudo potestatis, quæ versatur circa curam animarum generaliter quo ad omnes mundi populos, & prouincias, Quæ à nobis adducuntur ad ostendendum,quod cum hæc potestatis plenitudo circa multiplicia genera
versetur, atque contineatur, non posse † affirmari o- 23
mnes principes hanc habere potestatis plenitudinem sed soli summo Pontifici conuenire, qui fuit successor illius summæ,atque supremæ potestatis,& iurisdictionis datæ Christo Domino nostro à suo patre æterno, & tenendo hanc opinionem, responderi potest:Nos non posse dicere summum Pontificem præiudicantem in iure alterius peccare, qui omnes iudicat, & à nemine iudicatur, *c. cuncta per mundum, 9. quæst.3.*

Sed loquendo secundum communem doctrinam,
quod hæc plenitudo † sit communicata etiam Impe- 24
ratori: Dicendum est, neque peccare † Imperato- 25
rem aliquod præiudicium inferentem in re alterius, quia damnum passo, remedio legis succursum est, vt
agant contra Principem † inferentem ad interesse, 26
ad glossam *in c. 1. §. ad hæc, de pace iuram. firmand.*per quam Bald.*ibi,colum.3.* concludit, quod si commune Perusij de plenitudine potestatis aufert ab emptoribus fructus pro certo tempore ei venditos, vel locatos, vtique illi possunt agere ad interesse contra commune,& tradit Felyn. *in c.1.colum.1.de probationib.* &
quando aufert † rem vni, etiam prætextu capitulatio- 27
nis pacis, & dat alteri, tenetur prouidere de æquiualenti ex cambio, *l. 2. vbi* Bald.*Cod.pro quibus caus.ser. pro præm.libert.accip.*Innocent.*in c.nisi cum pridem,col. 2.vers.nos dicimus,de renuntiation.* Abb. *in d.c.constitutus, numero duodecimo, de religios. domi. post* Butr. *ibi,* Bartol.& Doct. *in l. final.§. 1. ff. de pignor.action.& in l.si venditor, §. constat. ff. commodat.* Alexand. *in consil.151.volu.6.*Ias.*in l.Barbarius,numero trigesimo tertio, ff.de offic.prætor.& in l.fin.numero nono,ff.de pact.*And. *in c.1.§.similiter,de capit.qui cur.vend.& in c.1. ver.moneta, quæ sint regal. & in proœmio constitut.regni. & vtrobique* Afflict.& cæteri Feudistę:& procedunt,etiam si princeps condendo legem auferret bona, vt fir-
mat Ias.*in d.l. Barbarius numero* 33. & quod Rex † au- 28
ferens feudum alicuius ex causa publicæ vtilitatis,

illa causa cessante, debeat restituere si potest, Felyn. *in c. quæ in ecclesiarum, n.29. in princip. de constitut. & ibi* Imol. Ias. *in l.1. n.61. vers. quarto adde, ff. de officio eius, & in consi.92. illustrißimus, numero vndecimo, volum.3.* vbi quod tenetur restituere si potest, Tiraquell. *in tractatu cessante causa, parte 1. numero vigesimo*, qui omnes allegat, Innocent. *in c. quia plerique, num. 5. de immunit. eccles.* Socin. *in consi. 164. visa bulla, numero decimo,*
29 *volum.2.* & si non potest † restituere, tenetur soluere
30 illius precium: nam text. *in l. item † si verberatum, §.1. ff. de rei vendic. in vers. modico dato pretio.* intelligitur de iusto pretio, & ibi Cynus, & Iacob. de Aren. Item Belluga *in suo speculo Principum, §. donum, rubric. 46. numero quarto, in prima.* & ibi dicitur modicum respectiuè ad voluntatem domini, à quo inuito extorquetur, *l. nec quasi, iuncta glossa, ff. de rei vendic.* Bal. *in l. non interest, ff. quod metus caus.* quia consideratur interesse voluntatis, *l. final. de vsu & habit.* quam ad hoc allegat Andr. *in l. imperialem, numero 4. de prohib. feudi a-*
31 *lienat. per Federic.* nam qui me cogit, damnum † infert, & damni loco habetur, quando perdo voluntatem, Bald. *in l.1. column.5. in 2. lectur. de legat.2.* Et dicit Andr. *in c.1. §. similiter numero vigesimo septimo, de capitaneo qui cur. vendid. & ibi* Afflict. *numer.6.* quod *in d.l. item si verberatum*, contingit fuisse modicum datum, sed de iure debebat dari integrum pretium. Item Loffred. *in dict. §. similiter*, dicit illud modicum pretium fuit datum ab actore reo, qui erat conuentus rei vendicatione, qui sciens omnimodo se esse superaturum, cedendo liti, fuit conuentus recipere illam modicam recompensationem, vt læderent actorem, & sic respectu Regis remanebant iura integra ad con-
32 sequendum pretium. Et quod re ablata per † Regem debeat dari iustum pretium, dicit Andr. *in titul. quæ sint regalia, num.23. & num. 53. & in præludiis constitutionum regni, num.60.* Lucas de Penn. *in l. prædia, num. 52. in fine, Cod. de location. præd. ciuil.* Ias. *in d. l. Barbarius, num.36.* Felyn. *in d.c. quæ in ecclesiarum, numero vigesimo octauo.* Menoch. *de arbitrarijs quæstion.48. numero decimo.* Gabriel. *de iure quæsito non tollend. conclus.2. num.25.*

Hæc à nobis adducuntur ad ostendendum cessare rationem peccati (qua mouetur Petra *in d. c. 24.* & multi Doctores ab illo allegati aduersus Principis plenitudinem potestatis) in auferendo rem alterius,
33 aut illi damnum inferendo, quia Princeps † potest, vt ostensum est, sed quia tenetur ad interesse, non dicitur peccare ratione præiudicij illati de plenitudine potestatis, si peccaret, nisi restitueret pretium, & solueret interesse.

Et nisi sic diceremus, opus esset negare simpliciter hanc plenitudinem potestatis. Nam ita definitur,
34 † est plenitudo arbitrij nulli necessitati subiecta, neque iuris publici regulis limitata, vt per Bald. *in l.2. C. de seruit. & aqua.* Curt. sen. *in consil.65. num. 18.* Si igi-
35 tur Princeps agit † præter, vel contra leges, opus est alteri facere præiudicium, quod potest sine peccato, sed non soluendo pretium, vel interesse peccaret; ergo hoc peccatum non respicit substantiam plenitudinis potestatis, sed effectum ipsius, propterea hæc ratio impedire non debet.

Ex hoc fundamento iacto, quod ista supremi Principes possunt facere præiudicium in iure, & re alterius, infertur decisio huius casus esse pro parte affirmatiua. Hæc autem opinio firmatur † primo aucto-
36 ritatibus, deinde ratione, si quidem glossa Martini *in proœmio ff. in princip. in gloss. prima*, expresse voluit Principem esse dominum rerum singularum, tam proprietatis, quàm possessionis, & propterea posse arripere vni, & dare alteri de absoluta potestate, & Riccard. de Malumbr. quos sequi videtur Guid. Pap. *in consil.65. colum. 4. ver. & propterea glossa & Doct. mouent quæstionem.* Bald. *in l. bene à Zenone, n.2. in fine, C. de quadr. præscript.* vbi concludit, quod Princeps licet non sit dominus rerum singularium personarum, potest tamen de his disponere de potestate absoluta, vt de propriis, & ita etiam conclusit *in l. præcedenti*, ad quam se remisit Angel. *in d.l. item si verberatum, §.1. ff. de rei vendic.* dicit, mentiuntur, qui negant Cæsarem
de plenitudine † potestatis, etiam sine causa domi- 37
nium nobis auferre posse, sequitur Barbatia *in consil. 64. colum. penult. volum. 4.* Alexand. *in consil. 216. num. 10. volum. 2.* vbi probat Principem posse tollere ea quæ inducta sunt de iure naturali, & gentium, cum clausula, *non obstante*, etiam si agatur de graui præiudicio, Ias. *in l. rescripta. numero tertio, C. de precib. Imperat. offerend.* & latius *in consi.227. in 12. fundamento, volum.2.* Gratus *in consilio nono, numero centesimo septuagesimo tertio, & seq. volum.1.* loquens in materia feudali, Dec. *in consilio centesimo nonagesimo primo, numero tertio.* Afflict. *in d. cap.1. §. similiter, num.42. de capit. qui cur. vendid.* Marsil. *in l. de vnoquoque, num.17. & seq. ff. de re iudic.* Lucas de Penna *in l. final. numero trigesimo nono, C. de locat. præd. ciuil. lib.12.* vbi citat ad hoc glossam *in d. cap. constitutus*, & Specul. Chassanæus *in consi. 66. num. 59.* vbi concludit, quod Princeps cum clausula, *de plenitudine potestatis*, sine causa potest tollere
ea † quæ sunt inducta de iure naturali, vel gentium, 38
& attestatur hanc esse communem opinionem, Curt. iunior *in consil.1. numero 16.* Riminald. iun. *in cons. 27. numer. 28.* & hanc esse communem opinionem attestatur etiam Bossius *in titulo de Principe, numer. 190.* & Vasquius *in lib. quæstionum illustrium. lib.1. cap. 5. n. 25.* & post plurimos, quos allegat, probat Bellon. *in cons.2. num. 7. vers. præterea*, loquens de læsione iuris tertij ex contractu, quam potest inferre Princeps de plenitudine potestatis.

Denique videamus rationem in feudalibus, cur
summus Pontifex † & Imperator possint remittere 39
feloniam à feudatario commissam in præiudicium directi domini. Nam, cum probatum sit *in d. parte 1.*
cap. 8. omne regnum, † statum, ciuitatem, & feuda 40
cuiuslibet qualitatis recognosci à sede Apostolica, vel à Romano Imperio, sequitur quod omnes Feudatarij Regum, & cæterorum Principum à sede Apostolica, & Imperio recognoscentium dicantur etiam feudatarij Papæ, & Imperatoris, ex illa regula,
quod vasallus † vasalli mei, dicatur esse vasallus meus, 41
quæ est vera in iis, quæ rem feudalem respiciunt, quia rem meam possidere dicuntur, Bald. *in l. 1. numero nono, Cod. comm. de legat.* Dec. *in l. consilij, §. socij mei socius, ff. de regul. iur.* argum. *l. solutum, §. solutam. ff. de pignorat. actione.* & declarat Schrader. *de feud. parte 8. cap. 2. numero vigesimo quinto, & plur. sequentibus.*

Et quando in Reges & † Principes primo inue- 42
stitos fuisset translatum omne dominium, etiam directum in secularibus corporibus, retento dominio directo in vniuersali, quo casu ipsi possunt alios habere feudatarios, vt declarat Frecc. *in secundo libro, de subfeudis, §. sed vt verius: fol. mihi 140. & fol. seq.*
Adhuc possent Papa, † & Imperator ratione illius 43
vniuer-

vniuersalis dominij agere contra subfeudatarios prędictos in omni actione concernente feudum, quia ipsi primi feudatarij censentur constituti procuratores in rem propriam, vt dicit Bald. *in l.1.n.23. Cod. de heredit. vel act. vendit.* quod ego intelligo verum in illis quæ sibi concessa sunt, sed Papa & Imperator ratione illius dominij directi in vniuersali, quod retinent possunt agere. Item ratione vtilis dominij, ac etiam directi in singularibus corpor. concessi, quia etiam constitu-
44 to † procuratore in rem propriam, dominus directus non impeditur agere, Salyc. *in l.1.n.11. vers. ego puto, C. de actionib. & obligat.* Item quia nec ipse cedens cense-
45 tur † cessisse in sui præiudicium, ex dictis per Bald. *in l.2. C. an seruus ex facto suo.* quem ad hoc allegat Fran. *in decis. Neapol. 260. num. 2.* Si igitur possunt agere circa cõcernentia feudũ: ergo & remittere pœnas caducitatis feudi, & hoc dicuntur posse agere ex iurib. residentib. in eorũ personis, cõsiderato illo directo dominio vniuersali, de quo scribit Natta *in cons. 580. per totum.*
46 Neque obstat, quod pœnæ, † & multæ sunt fructus iurisdictionis, quæ spectant ad primum feudatarium, Bart. *in l. fin. ff. solut. matrim.* Tessaur. *in decis. Pedemontana 250. in pr. & dec. 266. n. 4.* & probat Amadæus de Ponte *in trac. de laudemiis, q. 24.* Boss. *in tit. de pœnis. n. 25. vers. sed si voluit.* Roland. *in cons. 48. n. 25. vol. 2.* qui loquitur in omnibus confiscationibus, & propterea quando vasallus committit feloniam, eius feudum nõ
47 † est applicandum Regi, sed Baroni, qui immediatè feudum concessit, Afflict. *in decis. 282.* Thom. de Marin. *in tractat. de feudis, in tit. de feudo hereditario nouo, num. 10.*

Quia prò resolutione constituo duos articulos.

48 Primus articulus est: quando Papa, † aut Imperator concedentes primo feudatario reseruarunt sibi ius superioritatis, tunc enim dicuntur sibi reseruasse supremam iurisdictionem, de qua scripsi *in 1. part. c. 10.*
49 cuius vigore multa possunt exercere † in subfeudatarios, possunt enim cognoscere causas appellationum, vt concludit Io. Andr. ad Specul. *in tit. de iurisdictione om. iudic. §. 1. in additione magna, ver. ex prædictis concluditur,* cuius decisionem elegantem appellat Ias. *in cons. 161. col. 2. vers. & si aliquis. vol. 2.* Natta *in cons. 614. n. 5.* Caccheran. *in decis. Pedemont. 101. n. 9.* Anton. Sala *in decreta Pedemont. tit. de iure emphyteutico, §. rem publi-*
50 *cam gloss. 2. n. 13.* & quæ alia † contineat reseruatio superioritatis, ponit Soc. iun. *in cons. 126. n. 38. vol. 3.* Natta *in cons. 487. n. 12.* Rol. *in cons. 1. n. 142. vol. 2.* Amad. de Ponte *in quæst. laudemial. 24. col. 7. in fin.* ergo sicut po-
51 test per viam † iustitiæ absoluere subfeudatarium à sententia Baronis in suum vasallum, ita potest eidem prædictam feloniam remittere per viam gratiæ, probatur consequentia, quia vtrumque residet in persona supremi Principis ratione supremæ iurisdictionis, vt etiam dicam in sequenti casu.
52 Secundus articulus est: quando Papa, & † Imperator concedendo, nihil penitus sibi reseruarunt, & tunc dicendum esse, prout dixi in primo articulo, dixerunt Ang. *in l. 1. §. qui mandatam, ff. de iurisd. om. iud.* Bal. *in l. 1. q. 43. ff. de rer. diuis.* Iacobin. *in sua inuestitura, ver. & cum mero, & mixto imperio, n. 9.* Boss. *in tit. de foro compet. n. 45. & in tit. de Principe, n. 281.* Rol. *in cons. 4. n. 40. vol. 3.* Couar. *in lib. practic. quæst. c. 4. nu. 6.* Sed quando hæc opinio non esset vera, posset de plenitudine potestatis idem facere, & erit validum, sed tenebitur ad interesse, vt dictum est.

CASVS CXCVI.

Papam & Imperatorem posse condere leges in regnis, & statibus aliis infeudatis, vt ligent etiam vasallos mediatos.

SVMMARIA.

1 *Papa & Imperator an possint leges condere, quæ ligent vasallos mediatos.*
2 *Statutum conditum per Principem de lucro dotis habet locum etiam in terris infeudatis.*
3 *Papa Potest condere constitutiones, & leges in regno Neapolis.*
4 *Papa & Imperator concedentes feuda cum omni iure quomodo intelligitur.*
5 *Princeps supremus concedendo iura sua, non potest illum sibi creare parem.*
6 *Princeps potest reuocare concessionem factam in diminutionem supremæ potestatis.*
7 *Reseruata Principi nunquam censentur concessa.*
8 *Vasalli Regum, & aliorum Principum quare dicantur vasalli Imperatoris, & Papæ.*
9 *Dominus directus feudi quando possit subditos sui feudatarij cogere ad sibi iurandum fidelitatem.*
10 *Vasalli quando teneantur potius iurare dominos mediatos, quàm immediatos.*

Modo videamus † an isti supremi Principes possint leges condere, quæ ligent etiam vasallos 1
mediatos. Et quod huiusmodi leges habeant locum etiam in terris infeudatis, firmarunt Martin. Laudens. *in tractatu de Principe, quæst. 72.* Bossius *in titulo de pœnis. numero vigesimo quinto.* Roland. de Valle *in tractatu de lucro dotis, quæst. 85.* vbi quod statutum † con- 2
ditum per Principem super lucro dotis habet locum etiam in terris infeudatis, & probat Surdus *in cons. 53. n. 5. vol. 1.* Afflict. *in Constitutione regni, incip. Post mortem, col. 2. post medium,* dicit: Nemo dubitat, quin Papa
† ratione directi dominij, quod habet in regno Nea- 3
polis, possit condere leges, & constitutiones, etiam contra constitutiones ipsius Regis in his, quæ sunt iuris positiui, quia habet liberam potestatem disponendi, *c. proposuit, de concess. præbendæ, clemen. ad Apostolicæ, & clemen. pastoralis. de re iudic.* Castrens. *in cons. 368. præsupposito quod prædicta, in princip. vol. 2.* Natta *in cons. 659. col. fin.*

Et rationem posse assignari puto, quia licet Papa, & † Imperator concessissent regna cum omni iu- 4
re suo, intelliguntur concessa cum omni iure spectante ad dominum, non autem spectante ad dominum vti Papam, & Imperatorem, Martinus Laudens. *in tractatu de Principe, quæst. 115.* Iacobin. *in sua inuestitura, in ver. de castro Rubei, num. sexto, & in ver. dictique vasalli, num. 3.* Calcan. *in consilio 101. colum. 1.* Socin. iun. *in consilio nonagesimo octauo, numero trigesimo primo, volum. 3.* Bossius *in titulo de regalib. numero vigesimo quinto.* Natta *in cons. 487. num. 31.* Roland. *in consilio primo, nu. 144. volum. 2. & in consilio quarto. num. 46. volum. 3.* Ratio rationis est, quia Princeps supremus † concedendo iura sua, non potest eum 5
creare sibi parem, vt probat Berous *in consilio 74. num. 16. vol. 2.* Imo posset Princeps † reuocare con- 6
cessionem à se factam, quæ tendat in diminutionem supremæ potestatis, vt post Andream & alios dicit Natta

Natta *in conſ.614. n.12.* & nullus poteſt acquirere ius, ne ſubiaceat ſupremæ Principis poteſtati, quia ſic eſſet acephalus ſecundùm Bart. *in l. hoſtes. ff. de captiuis.* Angel. *in l.2. C. communia, de vſucap.* Couar. *in lib. pract. q. c.4. in princ.*
7 Reſeruata igitur Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, nunquam intelliguntur conceſſa, quæ ſi princeps expreſſe concederet, non priuatur idem Princeps facultate ea exercendi, quia ſunt facultates animæ principatus, quæ ab ipſo principatu euelli, vel ſeparari nequeunt, quod autem leges condere ſit effectus ſupremæ poteſtatis, ſcripſi latius ſupra *in prima parte, cap.10.*

Alia etiam ratione reſpectu ſubditorũ poteſt huius caſus deciſio comprobari, ſiquidem in feudatis regnis,
8 & ſtatibus à Papa, vel Imperatore, vaſalli † Regum & aliorum principum dicuntur ſubditi Papæ vel Imperatoris ratione vniuerſalis iuriſdictionis, de qua ego ſcripſi ſup. *in part.1. c.4.* & de ea meminit Bald. *in ti. de pace Conſtãtiæ, verſ. hæc ſunt nomina, n.1.* vbi dicit, quòd etſi dominus† ſuperior non poſſit ſubditos vaſalli ſui
9 compellere ad iurandum ſibi fidelitatem, tamen limitatur, quando ſuperior dominus habet generalem iuriſdictionem, quia homines vaſalli coget ad ſibi iurãdum, ſequitur Iacobin. *in ver. qui quidem inueſtiti, nu.14.* Albert. Brun. *in conſ.32. n.2.* Natta *in conſ.487. n.21.* Roland. *in d. conſ.1. n.81. vol.2.* & inibi Brun. Natta, & Roland. concludunt, quòd in caſu neceſſitatis iſti ſupremi Principes poſſent illos collectare, & ſubſidia exigere. Et quòd ratione iſtius vniuerſalis † iuriſdi-
10 ctionis teneantur vaſalli potius iuuare iſtos ſupremos Principes, quàm ſuos dominos immediatos, poſt multos, quos allegat, probat Natta *in d. conſ.487. n.17.* Iacobi. *in ſua inueſtit. in ver. & promiſerũt, n.12.* vbi quod etſi regulariter vaſallus teneatur iuuare dominũ ſuum immediatum, non autem mediatum, fallit, quando dominus mediatus haberet vniuerſale dominium in patria, vel prouincia, & ſeruitium quod expoſcit, publicam concerneret vtilitatem, quia tunc ſeruiet mediato, Rolan. *in d. conſ.1. n.79.* poſt Afflict. & Cur. quos allegat. Quare ratione iſtius vniuerſalis iuriſdictionis, leges quæ à Papa, vel Imperatore condi poſſunt ſuper regnis, & ſtatibus infeudatis, ligabunt etiam ſubditos infeudatos.

CASVS CXCVII.

Vacante Imperio, vel Papatu, an legatus Papæ in Imperio, & Imperator Romæ poſſint cognoſcere de cauſis feudalibus pertinentibus ad iuriſdictionem alterius.

SVMMARIA.

1 *Conſtitutio Caroli IV. Imperatoris de vacante Imperio, fuit reuocata per Papam.*
2 *Iuriſdictio Imperij Romani, illo vacante ſpectat ad Papam.*
3 *Papa eligit Imperatorem ex iuſta cauſa.*
4 *Electores Imperij habent poteſtatem à Papa.*
5 *Papa cognoſcit de omnibus cauſis vacante Imperio, vel regno non recognoſcente ſuperiorem.*
6 *Principum poteſtas non recognoſcentium ſuperiorem ſimilis eſt Imperiali.*
7 *Iuriſdictio Papæ vacãte Imperio nõ pertinet ad legatũ.*
8 *Imperator non poteſt ſe intromittere de cauſis feudalibus, vacante ſede Apoſtolica.*
9 *Capitulum habet iuriſdictionem ſede vacante, etiam in cauſis feudalibus.*

Difficultas eſt, an Imperio vacante ſum. Pontifex poſſit exercere iuriſdictionẽ in feudalibus, quę orta eſt à Conſtitutione † Caroli IV. Imperatoris, cu- 1
ius Bulla aurea expreſſè ſancitum eſt, quod vacante Imperio Romano, Comes Palatinus Rheni, atque Elector Saxonię vices Imperatoris Romani in omnib. & per omnia ſuſtinere debeant, exceptis tantum feudis regalibus Imperij Romani, quorum negotia Imperatori futuro reſeruari debeant.

Sed illa conſtitutio, tanquam condita in præiudicium ſedis Apoſtolicæ, multis annis poſtea reuocata fuit per Ioannem Papam XXII. qui in ſua extrauagante *incip. Si fratrum, & coepiſcoporum, ſub tit. Ne ſede vacante.* declarauit, quod vacante † ſede Imperiali, iu- 2
riſdictio ad Papam deuoluitur, & ideo prohibuit ſub pœna excommunicationis, quod nullus tunc nomen vicarij Imperatoris, aut alterius cuiuſcunque officij retineat, aſſumat, vel reſumat, nulluſque ei obediat, vel auxilium præbeat, aliàs excommunicatio in perſonas, & indirectum in terras (niſi infra duos menſes reſipuerint) profertur.

Et ratio poteſt aſſignari, quia ad ſum. Pontificem ſpectat † Imperatorem eligere ex iuſta & rationabili 3
cauſa, vt probat Auguſtin. de Ancon. *in tract. de poteſtate Papæ, q.37. in quinque primis articulis.* & ſequitur Reſtaur. Caſtal. *in tract. de Imperatore, q.53.* quia poteſtas eligendi † ab ipſa Apoſtolica ſede peruenit ad E- 4
lectores, *c. venerabilem, de elect. & clem.1. de iureiur.* Bal. *in tit. de pace Conſtantiæ, in ver. conceſſerimus.* Greg. Merula *in lib.1. antiquit. fol.2.* D. Thom. *in opuſculo de regimine Princip. q.21.* Epiſcopus Gurgenſ. *in tract. de coronatione, fol.13. §. ſed fac.* & de hoc articulo nullus dubitat.

Et quod vacante Imperio, vel altero † regno ſupe- 5
riorem non recognoſcente Pontifex Romanus cognoſcat tam de cauſis feudalibus, quàm de aliis pertinentib. ad iuriſdictionem Imperatoris, ſiue mediatã, ſiue immediatã, eſt text. *in c. licet ex ſuſcepto; & ibi* Ab. & cæteri Canoniſtæ, *de foro compet. clem. paſtoralis, §. fi. & ibi* Dd. *de ſentent. & re iudic.* Abb. *in c. cum cõtingat. de foro compet. & in c. cum deputati, de iudic.* Felyn. *in c.1. n.5. de præſcr.* Dec. *in c. nouit, n.8. de iudic.* Anto. de Roſell. *in tract. de Concilio, in rubric. qualis in cauſis debeat eſſe forma, n.30. & plur. ſeqq.* Bar. *in l. naturaliter, ff. de vſuc.* Bal. *in l. fi. col.1. de quadrien. præſcrip. & in margarita.* Innoc. *in ver. Imperium, & in l. cum notiſſimi, §. imo, C. de præſcript. 30. annor.* Roman. *ſingul. 417.* & ibi addẽtes alios allegant, Iaſ. *in l. Imperium, n.21. ff. de iuriſd. om. iud.* Franciſc. Balb. *in tract. de præſcriptionib. in 6. parte principal. part.2. n.8.* Reſtau. Caſtald. *in tract. de Imperatore, q.90.* qui alios congerit, quot in hoc articulo ſcripſere; & quia poteſtas Principum non recognoſcentium † ſuperiorem ſimilis eſt Imperiali, vt 6
notat Bart. *in l. hoſtes, de captiuis, in l. infamem, ff. de public. iudic. in l. acta, §. amplianda, ff. de re iudic. & in l.1. ff. de poſtul.* atque Abb. *in c. cum te, de re iudic.* omnes Canoniſtæ *in c. cum te, qui filij ſint legit.* ergo ad huiuſmodi Principatus vacantes ſine legitimo ſucceſſore ſuccedit Papa; & hoc argumento in ſpecie vtuntur Abb. *in c. nouit. n.16. de iudic.* & Fely. *in d. c. licet ex ſuſcepto, col.1. de for. comp.* Stephan. Aufrer. *in tract. de poteſtate eccleſiaſtica ſuper laicis, n.57. & ſeq.* Rochus *in c. & ſi neceſſe, de donat. inter vir. & vxorem.*

Et licet hæc poteſtas & ſuprema iuriſdictio † ſum- 7
mi Pontificis vacante Imperio nõ pertineat ad ipſius Legatum, ad gloſſ. *in clem. paſtoralis, in ver. ſuccedimus, de re*

de re iudic. Specul. *in tit. de legato, §. nunc oſtendendum, verſ. 19.* Felyn. *in d. c. licet ex ſuſcepto, n. 3. de compet.* Rom. *in ſingular. 417. & ibi* Gabriel Sarayna *in additionib.* Vaſquius *in controuerſ. illuſtrium, lib. 1. c. 22. n. 4.* Tamen poterit ab eodem ſummo Pontifice illi delegari, ad eius arbitrium.

Secundus articulus eſt: An Apoſtolica ſede vacan-
8 te † per mortem ſummi Pontificis, poſſit Romanus
Imperator de cauſis feudalibus ad ſanctam ſedem
pertinentibus, iuriſdictionem exercere, & pars negatiua eſt omnino vera, & abſoluta, quam firmarunt Roman. *in ſingulari 418.* Vaſquius *in d. lib. 1. controu. illuſtrium, cap. 22. num. 5.* Et ratio poteſt aſſignari, quia
ſede vacante, capitulum † habet iuriſdictionem in o-
9 mnib. cauſis, etiam feudalibus pertinentib. ad ſuum
Prælatum, ita firmarunt Canoniſtæ *in c. hisque, & cap. cum olim. de maiorit. & obedient.* per illos textus, & *in c. 1. eod. tit. lib. 6.* Mandel. de Alba *in conſil. 61. nu. 9.* Cardinal. & Imo. *in clem. ne in agro, §. Abbate, de ſtatu monach.* Quæ opinio tanto magis eſt vera in feudis & iuriſdictione pertinentibus ad ſanctam ſedem Apoſtolicam, quia de feudis pertinentibus ſimul ad prælatum & capitulum, mortuo prælato, capitulum ipſum exercet iuriſdictionem, Io. And. *in c. verum, de foro compet. & ibi* Abb. *n. 8.* Barbatia, *num. 29.* & dixi latius de hoc ſupra *in 2. part. cap....*

CASVS CXCVIII.

Appellatio ab eccleſiaſtico feudatario alicuius Principis laici, an debeat fieri ad directum dominum illius iuriſdictionis.

SVMMARIA.

1 *Appellatio ab eccleſiaſtico feudatario fit ad directum dominum feudi.*
2 *Appellationum ius nunquam cenſetur conceſſum feudatario.*
3 *Rex in Ducatu conſideratur vt Dux.*
4 *Rex quando iudicat in Ducatu, appellatur ad ſuperiorem Ducis.*
5 *Dux, & epiſcopus ſi ferat ſententiam, appellatur ad ſuperiorem eccleſiaſticum.*
6 *Appellatio ad laicum quando permittatur ab eccleſiaſtico.*
7 *Appellatio à feudatario eccleſiaſtico quando non fiat ad ſuperiorem laicum, ſed ad eccleſiaſticum.*
8 *Appellatio à laico habente temporalem iuriſdictionem eccleſiæ eſt facienda ad eccleſiaſticum.*

QVia iuriſdictio eccleſiaſtica, & temporalis ſunt diſtinctæ, adeo quod de vna non appellatur ad aliam, ſecundum gloſſam *in c. quoniam, diſtinc. 10. & in c. cuncta per mundum, 9. quæſt. 3.* Ideo dubitatur, an idem dicendum ſit, quando iuriſdictio penes alterutrum dependet ab altero; Et primus articulus principaliter
quæritur, quando eccleſiaſticus † eſt feudatarius lai-
1 ci, & contingat ſententiam ferre inter vaſallos, tunc
ab eo appellandum eſſe ad immediatum dominum directum feudi, firmarunt Præpoſit. *in c. 1. colum. 4. apud quem, vel quos quæſtio feudi terminari debeat.* Milus *in ſuo repertorio in ver. appellatio, col. 4.* Freccia *in tractatu de ſubfeud. lib. 2. in 24. auctoritate.* Abb. *in c. cæterum, de iudiciis.* Stephan. Aufrer. *in tractatu de poteſtate eccleſiaſtic. in ſecular. num. 14. verſ. 19.* Mynſinger. *in lib. obſeruationum centuria 5. obſeruat. 5.* qui atteſtatur ſic iudicari, Schrader. *in tractat. de feudis, parte 10. ſectione 2. num. 53.* & ratio poteſt aſſignari, quia vt dixi ſupra *in caſu 143. artic. 3.* dominus feudi concedendo eccleſiæ feudum, & iuriſdictionem, non videtur à ſe in in totum abdicaſſe iuriſdictionem, & quantumcunque ſit conceſſum merum & mixtum imperium, atque o-
mnimoda iuriſdictio, non tamen cenſetur conceſſum 2
ius † appellationum, vt probaui ſupra *in 1. part. cap. 10.* quod nec etiam præſcribi poteſt contra concedentem, quia pertinet ad ſupremam iuriſdictionem, vt dicit Bald. *in auth. quas actiones, n. 14. in fi. C. de ſacroſ. eccleſ.* Natta *in conſil. 580. n. 2.* Alb. Brun. *in conſil. 102. in fi.* Innocen. & alij *in d. c. cæterum. de iudiciis.*

Sic dicimus quod Rex † in Ducatu conſideratur vt 3
Dux, & non vt Rex, ad tradita per Federic. de Sen. *in conſil. 220. col. fi.* Felyn. *in c. cum olim, n. 2.* quos ſequitur Gabriel. *in cōſ. 195. n. 9. vol. 2.* & ad hoc faciūt ſcripta per Bart. *in l. 1. §. nunciatio, n. 15. ff. de noui oper. nuntiat.* Socin. *in conſ. 54. nu. 11. vol. 2.* Surd. *in conſil. 19. n. 33.* Ideo ſi
Rex † iudicat vt Dux, appellatur ad ſuperiorem in 4
Ducatu non attenta regia dignitate, vt tradit Bart. *in l. ſi quando, C. de appellationib.* quem in hoc præſenti articulo ſequitur Igneus *in receptione l. neceſſarios, §. non alias. n. 428. ff. ad Syllanian.* & Baldus *in additionib. ad Specul. in ti. de appellationib.* quem refert, & ſequitur Aufrer. *in d. verſ. 19.* quod ſi quis eſt Dux, & Epiſco-
pus, & † fert ſententiam vt Dux, tunc appellabitur ad 5
iudicem eccleſiaſticum, quia dignitas Ducatus eſt acceſſoria dignitati epiſcopali; ſecus ſi epiſcopus recognoſcat laicum aliquo modo, quia tunc appellandum
† erit ad ipſum ſuperiorem laicum, quem recognoſ- 6
cit, idem dicit Franciſc. Marc. *in deciſ. Delphinali 454. n. 10. & ſeq. part. 1.*

Declaratur hic articulus, vt non procedat, quotieſ-
cunque feudum eſſet conceſſum eccleſiæ † francum & 7
liberum, quia tunc nulla intelligitur eſſe reſeruata appellatio directo domino, & ideo à ſententia prælati feudatarij non erit appellandum ad Regem concedentem, ſed ad ſuperiorem ordinarium ipſius eccleſiaſtici, ita dixit Aretinus *in conſil. 14. viſo, col. 1.* quem ſequitur Petr. Greg. *in tractatu de conceſſione feudi. par. 5. quæſt. 9. in fin.* quicquid in contrarium dixerit Benedictus *in c. Raynutius, in ver. & vxorem, deciſ. 2. n. 24. & 25. de teſtament.*

Secundus articulus poteſt addi etiam pro confirmatione præcedentis, ſi eccleſia habeat iuriſdictio-
nem temporalem, † quam faciat exercere per laicos, 8
iuxta *cap. final. ne clerici, vel monachi, lib. 6.* quos contingat ſententiam ferre, tunc enim appellandum eſt ad ſuperiorem eccleſiaſticum, *c. Romana, §. debet. de appellationib. lib. 6.* & ad hoc ſunt deciſiones Delphinales per Franciſc. Marc. *deciſ. 365. & deciſ. 366. part. 2.*

CASVS CXCIX.

A ſententia Regis vaſalli eccleſiæ, an liceat appellare ad ſummum Pontificem.

SVMMARIA.

1 *Appellatio à ſententia cuiuslibet feudatarij eccleſiæ poteſt interponi ad Papam.*
2 *Ducatus Ferrariæ hodie eſt incorporatus menſæ ſedis Apoſtolicæ.*
3 *Appellatio à regno Neapolitano an fiat ad Papam de iure.*

4 Feudo

4 *Feudo concesso libero an appellatio interponatur ad concedentem.*

5 *Papa concedendo regnum Neapolis nihil penitus sibi reseruauit.*

6 *Appellatio fit ad Papam reseruantem sibi ius superioritatis.*

7 *Appellationum ius an sit concessum cum omnimoda iurisdictione.*

8 *Appellationes vltimæ competunt Principi in signum supremæ iurisdictionis.*

9 *Superioritas dicitur reseruata per resolutionem census.*

Dixi *in* 1. *parte, cap.* 6. quando ab Imperatore licitum sit appellare ad Papam, modo videamus an
1 à sententia † cuiuslibet feudatarij ecclesiæ appelletur ad Papam. Et partem affirmatiuam simpliciter dixere Curt. iun. *in cons.* 104. *in fin.* loquens in duabus cõformibus latis in ciuitate Ferrariæ, quæ est subiecta ecclesiæ ratione directi dominij, quod grauatus possit appellare ad Papam, vel ad eum habere recursum si timet appellare, & mouetur ratione directi dominij,
2 (quæ ratio hodie cessat, postquam Ducatus † Ferrarie fuit incorporatus mensæ sedis Apostolicæ) & de regno Neapolitano consuluit Ia. *in cons.* 168. *col.* 6. *vol.* 4.
3 quod ab eo appelletur † ad Papam, & de regno Siciliæ est text. *in c. ad Apostolicæ, de re iudi. li.* 6. & pro hac parte conferunt quæ scripsi supra *in casu* 195. *ar.* 2. Pro cuius casus decisione ego constituo duos articulos.

Primus articulus est: Quando Papa concedit feu-
4 dum † liberum, prout erat apud sanctam sedem Apostolicam, nihil penitus sibi reseruando, & tunc à sententia feudatarij non esse appellandum ad directum dominum feudi dixi in casu præcedenti, in declaratione primi articuli, vbi allegaui Aretinum, & Petrum Gregor. Addo Afflict. *in præludiis constitutionum regni Neapolis, in tota quæst.* 21. vbi diffusè probat à sententiis latis in regno Neapolis nullo modo posse appellari ad summum Pontificem, qui concedendo illud regnũ
5 nihil penitus † sibi reseruauit. Fallit in illis casibus in quibus à quolibet superiore appellatur ad Papam, de quibus scripsi *in* 1. *parte, in d. c.* 6. quia in eisdem etiam à feudatario, tanquam à quolibet altero appellatio & recursus haberi posset ad sum. Pontificem, Andr. *in c. Imperialem, & n.* 81. *& seq. de prohib. feud alien. per Feder.*
6 Secundus articulus est: Quando Papa † concedendo regnum & statum reseruauit sibi superioritatem, tunc enim à sententia feudatarij posset haberi recursus ad Papã, etiam per viam appellationis, vt probaui multos allegando *in d. cas.* 195. *artic.* 1. Addo hæc procedere etiam si regnum fuerit concessum cum omnimoda iurisdictione, quæ plus continet, quàm omnem iurisdictionem: nam etsi secundum vnam opinionem
7 censeatur concessum ius † appellationum, de qua per Ias. *in cons.* 161. *in princ. vol.* 2. tamen hæc opinio vel nõ est vera, vel non seruatur, & interpretari debet, quo ad ius appellationum primarum causarum, quia ius
8 vltimarum appellationum competit Principi in signum supremæ superioritatis, Crau. *in cons.* 209. *n.* 9. *vol.* 2. & dixi latius *in* 1. *parte* 10. Dicitur autem reser-
9 uata superioritas † per solutionem census, *c. omnis animæ, de censib.* Iacob. *in sua inuestitura, in ti. de homagiis, n.* 37. Item per præstationem iuramenti homagij ligij, Iacobin. *in tit. de homagiis. num.* 6. & scripsi supra *in* 1. *parte, cap.* 13. quo casu ratione supremæ vniuersalis iurisdictionis retentæ posset appellationes audire, & indemnitati subditorum prouidere.

CASVS CC.

Prælatus ecclesiæ an de iurisdictione alias concessa in feudum nouum possit alterum inuestire iure antiqu feudi.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio recipit reparationem à feudo.*

2 *Feudum consistit in omni eo, cuius potest separari dominium directum ab vtili.*

3 *Feudum consistit in quibus potest retineri proprietas, vel actio directa.*

4 *Iurisdictio potest concedi in feudum.*

5 *Prælatus potest infeudare feuda, & iurisdictiones ecclesiæ.*

6 *Bona Ecclesiæ solita concedi in feudum possunt concedi quando deuoluuntur.*

7 *Bona Ecclesiæ dicuntur solita concedi, quando prima vice fuerint concessa cum sollemnitate Apostolica.*

8 *Bona solita concedi in feudum reuersa ad ecclesiam, effecta de mensa, non possunt amplius concedi in feudum.*

9 *Feudum ecclesiasticum quando dicatur effectum de mensa Prælati.*

10 *Bona deuoluta ad ecclesiam descripta in libro, statim sunt facta de mensa Prælati.*

11 *Dominus directus potest concedere feudum nouum sub natura feudi antiqui.*

12 *Prælati non possunt feudum nouum concedere sub natura feudi antiqui.*

13 *Feudi antiqui natura est magis præiudicialis ecclesiæ.*

14 *Prælatus reuocando inuestituram non potest alterare consuetudinem infeudandi.*

15 *Feudum vel emphyteusis solitum dari ad tertiam generationem, an valeat concedi in perpetuum, vel alterari prima concessio.*

16 *Concessio noua alterata à forma antiqua concessionis an valeat saltem secundum formam antiquam.*

17 *Prælatus potest alterare formam primæ inuestituræ faciendo conditionem ecclesiæ meliorem.*

Licet iurisdictio † recipiat separationem à feudo, 1
quia vnus potest habere iurisdictionem, & alter feudum, secundum Bald. post Innoc. ibi *in c. dilectus, de capellis monac.* quem sequitur Paris. *de reintegratione feudorum, c.* 283. *quod incip. Modo videndum est si vasallus, n.* 3. tamen & ipsa iurisdictio potest, & concedi in feudum. Quia feudum † potest cõmittere in omni eo, 2
cuius dominium directum retineri potest, & concedi vtile in feudatarium, ideo potest consistere in fructibus pendentibus, gloss. *in c.* 1. *§. sciendum, ver. cohærentibus, de feudi cognit.* quam esse comm. opinio. testatur Tiraqu. *de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 7. *n.* 37. vbi alios allegat. Item in hominibus ascriptitiis glebæ terræ, Tiraquellus ibid. *n.* 119. Afflict. *in constit. regni. incip. Errores, numer.* 2. Item in annuis introitibus, qui vt immobiles æstimantur, *cle. exiui de paradiso, in ver. annui introitus, de verb. sign.* & quod possint concedi in feudũ, est tex. *in c.* 1. *de not. feudi* & licet non videatur retineri proprietas, quia † nõ adest realiter, tamen penes do- 3
minum retinetur actio directa, & penes feudatarium est actio vtilis, vt dicunt Dd. *in c. querelam, de elec.* propter quam rationem videtur dicendum etiam in pecunia posse consistere feudum per quam responderi potest dictis Andreæ *in c.* 1. *si de feudo vas. fuerit ab aliquo interpell.* & hæc tanto magis procedunt in iurisdictione, † cuius directum dominium retineri po- 4
test,

test, & vtile concedi; & ita dominus directus poterit directam actionem exercere, feudatarius autem vtilem; ergo ipsa sola iurisdictio potest concedi in feudum. Quæro igitur, an iurisdictione semel concessa in feudum nouum possit per Prælatum alteri concedi iure antiqui feudi. Pro cuius explicatione constituo duos articulos.

5 Primus articulus est: Prælatus † potest infeudare feuda & iurisdictiones non solum quæ tempore suæ prælaturæ aperiuntur; sed etiam quæ tempore sui prædecessoris aperta fuerunt, Clar. *in §. feudum, q. 13. vers. sed nunquid.* Mozz. *in tract. de feudis, rubric. de his qui feud. dar. poss. n. 6.* vbi attestatur esse com. opinion. Aluarot. *in c. 1. in prin. col. 10. vers. aut fuit apertũ, de his qui feud. dar. poss. & in c. 1. de clerico qui inuestit. facit.* Et ratio est,

6 quia res † ecclesiæ solita concedi in feudum, potest iterum concedi, quando ad ecclesiam deuoluitur, *c. 1. & ibi Dd. de his qui feud. dar. poss. cap. 2. extr. de feudis.* Curt. *in tract. de feud. in 1. part. 2. part. prin. q. 1.* Alex. *in consi. 40. col. fin. & consi. 92. col. 2. vol. 6.* Roland. *in cons. 1. n. 82. & seq. vol. 1.* Soci. iun. *in consi. 56. n. 3. vol. 2.* & melius omnib. Afflict. & ibi Vrsill. *in decis. 305. n. 10.* & ibi Vrsill. alios allegat.

7 Declaratur primò hic articulus, vt res ecclesiæ † dicatur solita concedi in feudum, quando in prima vice fuerit concessa cum solemnitate Apostolica, de qua *in extrauagant. ambitiosæ, de reb. eccles. non alien.* Andr. *in c. 1. de cleric. qui inuestit. facit.* Curt. *in tract. de feud. in prima part. 2. part. princ. q. 4. n. 8.* Zasius *in tract. de feud. in 5. parte, n. 52.* Claud. Seysell. *in tract. de feud. tit. de his qui feud. dar. poss. parte 2. regu. 1. declarat. 1. ver. omnia tamen permissa.* quia non est minor auctoritas legis, quã consuetudinis, *l. de quib. ff. de legib. & l. 2. C. quæ sit longa consuet.* imò in hoc casu sola auctoritas legis requiritur per *dict. extrauag. ambitiosæ.* & ideo illa opinio, quod res dicatur solita concedi in feudum, si post primam concessionem præteriit tantùm temporis, cuius memoria non existat in contrarium, de qua per Curt. *in d. q. 4. n. 7.* non est vera, vt patet ex his quæ scripsi supra *in casu 94.*

8 Secundo declaratur, nisi res solita † concedi in feudum, reuersa ad ecclesiam, fuerit effecta de mensa prælati, quia tunc non potest iterum infeudari inconsulto Romano Pontifice, aut deficientibus aliis solemnitatibus, Bald. Aluar. Præposit. & Affl ct. *in c. 1. de clerico qui inuestit. fac.* Zas. *in tract. de feud. parte 5. n. 49.* Guid. Pap. *decis. 154. circa prin.* Aluar. *in c. 1. col. 5. vers. ex quib. infertur, de his qui feud. dar. poss.*

9 Est autem maxima controuersia inter Dd. quando feudum † Ecclesiasticum dicatur effectum de mensa Prælati, nam Andr. *in c. 1. in prin. n. 4. vers. & si vnus, de his qui feud. dar. poss.* dicit rem solitam infeudari reuertentem ad ecclesiam, perdere qualitatem infeudandi, si postquam reuersa fuerit ad ecclesiam, Prælatus illã possederit per spacium 30. annorum, sequitur Zas. *in tract. de feud. part. 5. n. 50.* Imol. *in c. vt super, col. 5. de reb. eccles. non alien.* requirit spacium quadraginta annorũ, Barbat. *in d. c. vt super, col. 3.* requirit spacium decem annorum: Alij, si prælatus possideat per solum annũ, Guid. Pap. *in decis. 154.* Clar. *in d. §. feudum, q. 13. vers. sed nunquid.* vbi attestatur esse communem opinionem. Ego autem credo statim rem ad ecclesiam deuolutã, dici effectam de mensa prælati, ac ipse Prælatus hoc declarauerit, se mensæ prædictæ applicasse, ex traditis per Io. de Lignano *in c. quæ in ecclesiarum, de constitut.* vbi si prælatus, ait, fuerit adeptus possessionem talis rei solitæ infeudari, per istud solum quod prælatus acceperit possessionem, sine aliquo cursu temporis, desinit esse solita infeudari, tanto magis, quia in dubio res possessa per Prælatum, præsu[illegible]itur esse de mensa, Menoch. *li. 6. præsumpt. 63. nu.* [illegible] Guid. Pap. *in d. decis. 154. circa fi.* Bald. *in d. c. 1. n. 3. & seq. de clerico qui inuestit. fac.* Et quod quando Prælatus declarauerit esse illa bona de mensa, statim dicantur effecta de mensa, firmat Bart. *in l. si vacantia, nu. 9. C. de bon. vacant. li. 10.* Guido Pap. *in d. decis. 154. col. 1.* Clar. *in d. q. 13. vers. nunc pro intelligentia, ibi; ad hoc autem.* Curt. *de feud. part. 2. q. 5. col. 3. vers. prædictis tamen non obstantib.* Quod fortius procedit, si bona † deuoluta ad ecclesiam, statim fuerint 10 descripta in libro, vbi bona de mensa prælati, vel capituli descripta sunt, Bart. *in d. l. si vacantia.* Præpos. *in c. 1. in prin. Episcopum, vel Abbatem.* Zasius *de feudis, part. 5. num. 50.* Afflict. *in d. c. 1. nu. 11. de clerico qui inuestitur. facit.*

Secundus articulus est: licet quilibet directus dominus † possit concedere feudum nouum sub natura feu- 11 di antiqui, Bald. *in c. 1. in prin. n. 2. de alien. feudi paterni.* Aluarot. & Præposit. *in c. 1. de vasallo decrepit. ætat. & ibi* Afflict. *n. 7.* Ias. *in prælud. feud. n. 88.* Curt. *in tract. de feud. part. 1. q. 8.* Zas. *in tract. de feud. part. 3.* Alex. *in cons. 30. n. 7. vol. 1. & consi. 55. n. 17. vol. 4. & consi. 1. n. 26. vol. 5. & consi. 29. n. 24. vol. 5.* Dec. *in consi. 53. & cons. 185. nu. 7.* Roland. à Valle *in cons. 60. n. 16. & plur. seq. vol. 1.*

Tamen non licet prælatis † ecclesiæ, rem aliquam, 12 alias concessam in feudum nouum cum solemnitate Apostolica, postea reuersam ad ecclesiam concedere iure antiqui feudi. Quæ conclusio probatur auctoritate & ratione: Imprimis hanc opinionem secuti sunt, Bal. *in prælud. feud. in 3. diuis. n. 43.* dicens, quod vbi est opus essentia facti, verba non sufficiunt, imò inducerent circumuentionem iuris, Ias. *in prælud. feudorum, n. 89. & seq.* dicens, quod vbi assertio facit contractum licitum, qui alias esset à iure improbatus, verborũ cautiones, & huiusmodi partium enunciationes nil probant, Zas. *in tract. de feud. part. 3. num. 6.* Nicol. Mozz. *in tract. de feud. rub. de diuis. feud. n. 19.* Zas. *in d. tract. part. 12. n. 45.* dicit, quod in feudo ecclesiastico inuestitura alterari non potest in deteriorem conditionem ecclesiæ, puta quod feudum nouum fieret antiquum, aut masculinum fieret fœmininum, Petr. Gregor. *in tract. de concess. feud. part. 5. qu. 3. vers. istam conclusionem.* & hanc esse commun. opinion. attestatur Cæpoll. *in cons. 31. n. 6. & seq.* Crauetta *de antiquitat. tempor. part. 5. sect. fin. n. 17.*

Et ratio potest assignari, quia cùm ad feudum nouum succederent solum descendentes, si fiat concessio sub natura † feudi antiqui, succederent etiam trans- 13 uersales, quod esset in præiudicium ecclesiæ, sed Prælatus in renouatione infeudationis, † etiam si de nouo 14 alteri fieret, non potest alterare aut mutare consuetudinem, secundum quam erat solitum concedi, Clar. *in §. feudum, q. 13. vers. si ias tamen.* vbi ait hanc esse commun. conclusion. Bart. *in auth. qui rem, n. 7. C. de sacros. eccles.* dicit, si res ecclesiæ consueta dari in feudum, vel emphyteusim vsque ad tertiam † generationem ma- 15 sculinam, Prelatus dat vsque ad tertiam generationem masculinam, & fœmininam; vel si consueuerit dari ad tempus, concesserit in perpetuum, quod non valebit talis concessio, seu infeudatio, Iacob. de Bolloui. *in c. 1. in prin. de his qui feud. dar. poss. & in c. 1. §. similiter. de leg. Corrad.* Martin. Lauden. *in d. c. 1. circa fin. de his qui feud. dar. poss. & ibi* Cardin. *col. pen. &* Aluarot. *in vers. quæro an Prælatus.*

Declaratur primò hic articulus; nam ista noua con-

 cessio

16 cessio † facta de feudo nouo iure antiqui feudi, si non valebit iure antiqui, quia non est sic solitum concedi, valebit iure feudi noui, vt est casus *in §.quod autem, vers.neque illud, vsque ad fin.* in *auth.de non alienand.* per quem text.ita tenet Bal. in *auth.si quas ruinas, col.1.C. de sacros.eccle.* & Dec. latissimè *in auth.qui rem, nu.22. vsque ad fin.C.de sacrosanct.eccles.* qui attestatur ita esse communem opinionem, & respondet contrariis, eámque dicit sic esse defendendam ex regula: *Vtile per inutile non vitiatur*; de qua per Andr. in materia feudali *in §.profectò, prope finem, de lege Corradi.* & hanc opinionem tenuit Andr. *in c.de manso.nu.15.vers.item nota, de controuers.inuest. & in c.imperialem.§.præterea ducatus, n.36.vers.secus si sub colore, de probib.feud.alien.* per Federic. tex.in terminis, *in c.vnico, de allodiis.* Aret. *in consi.54.n.3.* Clar. *in §.feudum.in d.quæst.13.in fin.* vbi attestatur esse comm.opin. Curt.etiam fatetur communem *in parte 2.quæst.6.col.3.* communem etiam dicit Mozz. *de feud.in titulo de his qui feud.dar.poss. n.9. in fin.* Bald. *in c.2.in princ.nu.20.eod.tit.& in c.1.§.similiter, n.3.de lege Corradi.* Imola *in c.ex parte, col.penult. vers.sed hic insurgit, de feudis.* vbi ait hanc opinionem esse veriorem.

Secundò declaratur, vt non procedat, quoties prælatus † alterando naturam primæ inuestituræ, siue solitum & consuetum modum infeudandi faceret conditionem ecclesiæ meliorem, puta si quis offerret bona sua allodialia ecclesiæ sub hac conditione, vt eadem sibi concederet in feudum antiquum: nam potest Prælatus iure antiqui feudi infeudare, quo casu hæc bona accipiunt naturam & qualitatem feudi antiqui, argum. eius quod notat Dec. *in consil.73. numer.3.* & quod notat Bartol. *in l.iubemus, in prima, C.de sacros. eccles.* 17

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM CONCLVSIONVM QVÆ IVRE FVNDATÆ SVNT, ET IN HOC VOLVMINE, seu quarta parte continentur.

Iuxta ordinem Alphabeti,& numerorum marginalium, quorum primus casum, secundus eius numerum marginalem denotat.

B.

C.

C.con-

Cleri-

Cleri-

Com-

D.

Domi-

E.

feudum

& quo-

L.

Laicus

Legis

M.

Matri-

N.

Noto-

Pœna

Prin-

pri-

Q.

R.

S.

Seque-

statuta

Sta-

T.

Tutor

FINIS.

MARTA

DE

Iuris-

ditione.